


**E L U C I D A T I O**  
in omnes Psalmos iuxta verita-

**TEM VVLGATÆ ET ECCLESIAE V-**  
SITATÆ AEDITIONIS LATINÆ, CASTIGATIO  
quàm vnquã ante à fuerit, *Quæ & ipsa integra illibataque ex aduerso op-*  
*ponitur. Psalmis singulis singula argumenta ante se monstrantibus, to-*  
*tam Psalmi virtutem atque intelligentiam quasi per modum epitomæ*  
*summatim complectentia: Post elucidationem verò adiunctis*  
*prolixioribus Annotationibus, quæ vice Commentariorum*  
*haberi possunt.*

*Adiuncta est etiam Elucidatio canticorum, quam Ecclesiasticus vsus*  
*appellare solet Ferialia.*

Subsequuntur denique Annotationes ex Hebræo atque Chaldæo, in quibus, quicquid ex veritate Hebraicâ  
occurrit difficultatis, tractatur & explicatur à Fratre Francisco Titelmanno Hassellensi, ordinis Fra-  
trum Minorum, sanctarum scripturarum apud Louanienses professore.


*Adiuncta est etiam Elucidatio canticorum, quam Ecclesiasticus vsus appellare solet Ferialia.*



PARISIIS.

Apud Hieronymum & Dionysiam de Marnef, ad insigne  
Pelicani, in via Iacobæa.

1548.



2 400 40  
MADE IN SPAIN



n. 3922


# ELUCIDATIO in omnes Psalmos iuxta verita-

TEM VVLGATÆ ET ECCLESIAE V-  
SITATÆ AEDITIONIS LATINÆ, CASTIGATIO  
*quàm vnquã ante à fuerit, Quæ et ipsa integra illibataque ex aduerso op-  
ponitur: Psalmis singulis singula argumenta ante se monstrantibus, to-  
tam Psalmi virtutem atque intelligentiam quasi per modum epitomæ  
summatim complectentia: Post elucidationem verò adiunctis  
prolixioribus Annotationibus, quæ vice Commentariorum  
haberi possunt.*

*Adiuncta est etiam Elucidatio canticorum, quam Ecclesiasticus vsus  
appellare solet Ferialia.*

Subsequuntur denique Annotationes ex Hebræo atque Chaldæo, in quibus, quicquid ex veritate Hebraica  
occurrit difficultatis, tractatur & explicatur à Fratre Francisco Titelmanno Hassellensi, ordinis Fra-  
trum Minorum, sanctarum scripturarum apud Louanienfes professore.

*De Collegio de la Compagnie de Jesus de granara dicto et Lic. manypas.*



PARISIIS.

Apud Hieronymum & Dionysiam de Marnes, ad insigne  
Pelicani, in via Iacobæa.

1548.

# Psalms Nuncupatorius Beato

PATRI LUMINVM, A QVO OMNIS

est sapientia & intelligentia, quem cecinit illi seruus operarius,  
die quo finiebat laborem operis huius, & coram  
domino offerens, ait:



Audabili domino nunc, o anima mea, profer de corde canticum: si quid habes laudis aut carminis, vel in intimis absconditum, age, ne moreris, prodeat quanto cyus in gloriam beati patris luminum.

Dilatate modo cor meum, & de plenitudine tua buccas implens, disrumpe labiorum silentia, festina manus, celeriter arripe tibi chartam & calamum, & describe illi gratiarum actionis canticum.

Opus enim laboris grandis iam ad finem optatum perduxit benignus fauor eius, opus quod dedit inchoare, dedit tandem & perficere.

Sine eo non potest taci fundamentum operis vel minimi, quanto minus operi amplo dari possit bona consummatio?

Tibi ergo, domine Deus pater vnctionis sanctae, acceptum referimus quicquid est nostro ministerio laboratum in opere isto, fundamentum

& consummationem, initium & finem tibi ascribimus, tua nuncupamus magnificentia.

Puer paruulus Bethleemites erat pascens in agris gregem patris Isai, post factantes ibat, pedum tenens in manu sua, ductor innocentis gregis paucularum ouium.

Citharam e domo paterna egrediens puer ille decorus & rubicundus secum deferebat in loca pascuae: gregibusque perductis ad pascua, apprehendebat illam, & exercitabat se in ea.

Ouiculae carpebant virentem herbam, & pastor dictabat Diuina cantica: illae balabant, & hic canebat Deo psalmos in dulcedine citharae.

Errabant illae per pascua, & iste volitabat in caelos: sedens in graminibus adolescentulus iste, qui portabat iugum domini, leuabat se supra se, & contemplabatur grandia.

Hunc ipsum tibi plucuit altissime Deus, subleuare in regnum tuum, de gregibus ouium tulisti eum, & de post factantes assumpisti eum.

Pascere Iacob seruum tuum, & Israel hereditatem tuam, ut eos pasceret in innocentia cordis sui, & intellectus manuum suarum deduceret.

Pedum commutasti sceptrum, & pastorem peram ense regio: habitum rusticum regio mutasti schemate.

Citharam tamen suam non poterat obliuisci, etiam sublimatus in regnum. cum enim de pascuis euo caretur ad solium, memor fuit dulcis citharae, & secum eam detulit in aulam regiam.

Non in fastum, illum extulit honoris dignitas, ut proliceret suauem citharam: quin & firmatus in regno, veste indutus linea, ante arcam ingrediens, percutiebat illam in oculis omnium, coram domino.

Quoties a praeliis domini ad requiem rediens, enssem poneret de latere: distinctus statim arripiebat citharam in manibus, & canebat cantica domino.

Quid enim? spiritus tuus bonus adimplenerat illum: ut esset tibi psalter egregius & vates eximius praeter omnibus qui antecesserant illum.

In pascuis adolescentulum paruulum & contemptum cepit erudire spiritus tuus: & nec in regni fastigiis oblitus est veterem discipulum.

Eius perlustratus subtili radio, videbat caelos tuos opera digitorum tuorum: solem, lunam, & stellas, quae tu fundasti.

Corpore agebat in pascuis, aut in desertis errabat, aut quietus residebat in domo, quam tandem edificasti ei, spiritu vero perlustrabat caelos, & quae longe super caelos sunt, miro conspiciebat acumine, in omnibus tibi quaerens gloriam.

Incerta quoque & occulta sapientiae tuae manifesta fecisti ei: reuelasti illi mentis oculos, & considerabat mirabilia, quae nunquam hominis viderat oculus, vel auris audiit.

In mysteria abscondita eorum quae multo post erant exhibenda in plenitudine temporis, penetrauit tuo perlustratus radio: spiritus enim tuus omnia scrutatur, etiam profundissima tua.

Consilia tua omnia quae decreuisti ab aeterno super redemptionem generis nostri, non celabas illum singulari priuilegio erudisti illum tua vnctione de omnibus.

Non illum latebat foelicissima nobis humanatio coeterni verbi tui: neque conceptus eius admirabilis de intacta virgine velatus erat ante illum.

PSALMVS

Sicneque iucunda in pace natiuitas, non absoluta conuersatio, non doctrina perfectissima, non paupertas, egestas, & labores plurimi.  
 Nihil inimicorum contradictiones & odia grauisima, non passionis calix amarus, non turpissima mortis consummatio.  
 Non sepultura honorifica, non patrum diu desiderata uisitatio: non praepotens a morte resurrectio non in caelos cum iubilo & uoce tubae gloriosa ascensio.  
 Non sessio ad patris dexteram, non inimicorum foeda confusio: non auctoritatis plenitudo, non potestas facere iudicium.  
 Non spiritus a patre demissio in corda simplicium: non quae per hos ille erat operaturus stupenda mirabilia.  
 Non Euangelii sancti in omnem terram disseminatio: non conuersio gentium, non Ecclesiae nouae aedificium, non Iudaeorum grauis ultio, & veteris synagoga oblitio.  
 Non persecutiones fuscitandae fidelibus: non ira demonum, non principum terrores, & argumenta uana prudentium.  
 Non haeresum adinventiones, cum plurimorum seductionibus: non electorum ex munere superno praeseruatio a cunctis periculis.  
 Non saeculi ultima consummatio, non tremendum illud examen nouissimum: neque quae tunc erunt largienda pro operibus optima uel pessima, uita mortisque praemia.  
 Horum omnium nihil illum passus est ignorare sacer spiritus tuus: thesauros tuos omnes demonstrasti ei, nec quicquam celsi illum ex omnibus arcanis consiliorum tuorum.  
 Omnia ista nondum exhibita ille cernens eminus, in canticis Psalmorum descripsit ea: a Lenitis & cantoribus assidue cantari iubebat illa, in modulatione uocis & instrumentis musicis.  
 Veruntamen sub inuolucro sermonum & obscuritate uerborum uelata erant omnia: nondum enim tempus aduenerat, quo in mundum proferri debebant illa Dei occulta consilia.  
 Non ualebant neque sapientes, intellecta comprehendere quae cecinerat ille: mysterium ignorantia & sermonis obscuritas foras pepulerunt legentes atque canentes ab intelligentia.  
 Ita quidem clausus erat liber, firmata erant libri signacula: donec ueniret quae seipsam patefaceret ueritas, & adimpleret quae ille cecinerat omnia.  
 Expectabatur enim agnus ille occidendus, qui faceret uictoriam: qui clausum aperiret librum: & solueret signacula eius.  
 Clauem David ipse habet, ueniensque in nostram eam detulit secum adimplendo in se omnia quae ille Propheante spiritu descriperat, manifestam fecit intelligentiam.  
 Quomodo claustra fortia aperiri nequeunt, nisi clauis seris propria: sic non poterat absque clauis ista in huius libri quicquam penetrare intelligentiam.  
 Qui clauem istam uel ignorant uel abiiciunt, manifeste uanos se comprobant: si libri huius claustra referare tentauerint.  
 Absque clauis ista, benignissime pater luminum, nunquam fuisset nobis ausus attingendi librum istum, uel digito minimo.  
 Nisi super benedictus I E S U S tuus filius, noster dominus, in seipso adimplens manifestata fecisset nobis omnia: nos hebetes ingenio, intellectu rudes, ueracordes spiritu, quomodo tanta caperemus mysteria?  
 In huius autem clauis fiducia tentare ausus sum ego puer enarrationem uerborum istorum fortium: charitas tua, Deus, iniecit onus, fides dedit ausum, spes cauit ne deficerem.  
 Bethleemitis illius pueri & Israelitici regis carmina uidebam etiamnum in ore uersari omnium: peculiariter qui tibi segregati sunt, quos clerici comprehendit titulus, statutis horis ea tibi recitant.  
 Canuntur in templis, leguntur in cubilibus: oblectantur in eis corda diligentium beatum & inclytum nomen tuum, quod illa replicant milies & milies.  
 Magna omnino consolatio & instructio plurima ministratur in Ecclesia fidelibus in canticis istis: ad mensam operam, originis instructa ferculis, & plena delictis accedit, quisquis in Psalmos introierit.  
 In agendis instrumur, in fugiendis praemonemur: ad agenda bona incitatur, deterremur a noxiis.  
 In aduersis abundantem inuenimus consolationem, in prosperis salutarem timorem: in afflictionibus docemur patientiam, in exultatione modestiam.  
 Firmatur in eis fides, spes roboratur, & exardescit charitas: cor nostrum & caro nostra rapiuntur in te, o bonum optimum & lumen beatissimum.  
 Attamen sermonum obscuritas & inuolucra uerborum, simplicioribus magnum exhibet negotium: ab his deterriti, quibus est capere tennis, desperantes abscedunt uacui, aut fastidiosi dimittuntur inanes.  
 In hoc, Deus piissime, propositum fuit conatus nostri: impedimentum istud & auferremus pro ministrati nobis a te uiribus.  
 Ut fugaretur obscuritas, & uerborum claritate pateret exposita sententiarum ueritas, ut facile cuius ingenio pia attentio donaret intelligentiam.  
 Non est uirtutis mea, creare in testa nucleum: attamen quem tu tibi recondi disti, possum ego testa contracta educere,eductum mundare a cortice, mundatum proponere amictibus, ut manducent absque molestia

NUNCUPATORIUS

Faciet labor iste meus, ut laborem illi non sentiant oblectationem magis accipient ex suauitate quem illis propinauero.  
 Ita, Deus magne, sensus sublimes de meo sensu non iacet se collocasse paruitas mea in opere isto: sed quae recondidit in Psalterio tui uerbis spiritus tuus, tentauit de absconditis ertere.  
 Laborem ego suscepi prolixum, multum & magnum, in humeris meis: ut laborem auferrem iis qui cum intelligentia tibi optant psallere.  
 Tedium multum intrinseco in lacem meam, & ad fundum usque exhausi uniuersum quod intrinsecum: ut molesta fastidia auferrem desiderantibus intelligenter tibi psallere.  
 Pro uiribus quae mihi subministravit benignitas tua, conatum adhibui superare difficultatem omnem, obscura elucidare, contracta dilatare, inuoluta explicare, implere hiantia.  
 Memento mei, Deus meus, pro omni labore isto in bonum: laborantem agricolam fac primum de fructibus edere.  
 Gratiam tuam sanctam, quam tantopere semper commendavi in opere isto, non deneges mihi: peccata mea multa & magna, deleas plurima & maxima misericordia tua.  
 Fidem rectam, quam in perpetuam ueritatis protestationem descripsi in libro isto, nullis unquam rationibus aut suasionibus patere auferri mihi, aut imminui certitudine.  
 Ab itineribus prauis prohibe semper pedes meos, in omne malum alioqui faciles: cor mundum & spiritum rectum innoua mihi in uisceribus meis.  
 Prohibe, pater meus, ne cum alios ad psallendum sapienter inuita uero, ipse psallam in insipientia: ne cum aliis praedica uero, ipse apud te inueniar reprobus.  
 Sit mihi haec pro labore, quem tuo consecro nomini, remuneratio sancta: portio mea & merces magna nimis esto mihi, in terra beata uidentium.  
 Omnibus item qui in desiderio bono nostris perfrui uolent laboribus, adsit benignus fauor tuus: da inuenire illis, unde proficiant anima quarentium te, domine.  
 Gloria patri & filio, & spiritui sancto.  
 Sicut erat in principio & nunc & semper: & in saecula saeculorum, Amen.

DEO LAUS ET GLORIA.

CLEMENTISSIMO ET CHRISTIA-

NISSIMO IMPERATORI CAROLO, EIUS NO-  
MINIS QUINTO, HISPANIARVM REGI, &c.

Frater Franciscus Tivelmanus Hassellensis, ordinis

Fratrum minorum, gratiam & pacem, &  
contra hostes Ecclesie plenam de  
celo victoriam.



**N**ter tam innumera seculi mala, Christianissime Cæsar, quibus refrige-  
scente charitate & abundante malitia, mundus indies magis ac magis  
adimpletur: inter tantos tamque diurnos tumultus, quibus ab annis  
aliquot grauius indies & immedicabilius nequissimum hoc nostrum  
seculum non desinit perturbari, Christiano homini cordis sui pacem  
tenere cupient nihil arbitror esse vtilius frequenti lectione, & assidua  
meditatione verborum Dei: quæ sola hominis animum aduersus quosli-  
bet tentationum impulsus, contra quoslibet tempestatum ac procellarum  
quamlibet graues incurfus, possunt reddere securum, & in veræ pa-  
cis soliditate stabilem cõseruare. Peculiariter verò diuini hymni, quos  
rex & Propheta Dauid, sancti spiritus radio mirifice illustrat⁹ distant  
cecinitque domino, ad eam rem videntur nescio quid latentis energiæ occulteque efficaciam in sese  
continere. Præter enim quod legentium mentes, de oibus Christiano homini necessariis tam agendis  
quàm credendis, plenissime instrunt, hoc etiam probantur habere, vt legentium corda quàm effica-  
cissime moueant, hinc quidem ad odium mali, illinc ad virtutis amorem: hinc ad terrenarum rerum &  
caducæ vitæ cõtemptum, illinc ad verorum & celestium bonorum sanctum desiderium: sicque ab infir-  
mis istis, in quibus velut sus in volutabro luti volutatur filii huius seculi, affectus psallentium rapi-  
ant, & velut impetu quodã transuehant in caelestia. Mouit hæc multiplex vtilitas, patrū qui no-  
stra præcesserunt secula non paucos, tam Græcos quàm Latinos, vt in Psalmos ad eadem iustos com-  
mentarios: nonnulli in aliquot tantū selectiores, alii in vniuersos: quorū tantus est numerus, vt pro-  
pter multitudinem vix liceat: propter fastidium non sit operæpretium, eos nominatim recensere:  
Nihilominus & mihi visum fuit omnium nouissimo, præcedentium patrū labores, in hoc ipsum  
opus ingredi, & Ruth Moabitidis exemplo, metentium in agro isto dominico gressus insequendo, spi-  
cas quæ forte metentium subterfugissent manus, aut etiã de industria ex patrisfamilias voluntate fu-  
issent relicte, colligere, vbicunq; clementis in me patrisfamilias comperissem gratiam. Sic ergo post  
maiorum egregios labores nulla vnquam veneratione satis honorandos, quæ mihi clementis Dei in  
hoc fecundissimo agro laboranti donauit benignitas, collegi in manipulos, singula coaptans, vt  
potui, quàm ordinatissime: non tam curam habens asserendi plurima, quàm pauca clare lucidèque  
sic explanandi, vt nemo non vel tenuis ingenii, facile Psalmorum posset simplicem intelligentiam  
comprehendere. Tandem verò huius laboris finem ex Dei benigno fauore assequutus, dum ipse  
mecum reputo, huius operis nuncupatio post immortalem Deum (cui primam deberi non dubium  
est) inter mortales cui potissimum debeat, tuæ maiestatis celsitudo, Christianissime imperator,  
dignissima mihi visa est, cuius patrocinio hi in Psalmos Dauidicos cõmentarii committantur, cui-  
usque augustissimo nomini dedicentur & consecrentur. Cui enim iustius hanc suauem Dauidis  
citharam, per nos ex Dei gratia, modo quodam vel inuouatam vel adornatam: citharam Dauidis  
(inquam) Regis, cui iustius nuncupabimus, quàm Carolo regi, & tanto Regi? Imperatori, & impe-  
ratori tali, vt cum illo non immeritò, siue in regni gloria, siue in cordis pietate, possit cõparari? Pro-  
phetam hunc regium, vel potius Prophetam regem cui poterimus iustiori dedicare titulo, quàm  
regi & Imperatori Christianissimo? Et (vt vno verbo dicam semel omnia) Dauidem cui poterimus  
dicare nisi Dauid? Neque enim hoc nominis tibi præter veritatem ascribimus, qui Dauidis illius  
veteris, & peccatus & mores & vitam omnem ita nobis in teipso refert atque depingit per gratiam  
Dei (qui te præuenit in benedictionibus dulcedinis, antequam coronam tibi imponeret de lapide  
pretioso) vt non immeritò Ecclesia vniuersa Dauidis tibi nomen possit attribuere, sibi nihilomi-  
nus tali Dauidem imperante debet gaudere. Si enim illius erga cultum Dei piam deuotionem, erga  
persecutores mansuetudinem contra hostes Dei, & veritatis inimicos ardentem zelum, in ad-  
uersis imperturbabilem patientiam, in prosperis tranquillam modestiam, prudentiam, &  
diligentiam in rebus agendis, mali consummatum odium, perfectum virtutis amorem, denique  
quicquid in illo Dauidem nobis describit sacra historia, ita tu nobis in teipso exprimis, ita pro-  
pinqua imitatione affectaris, vt videaris ad rapiendum tibi Dauidis nomen, magis quàm ad expri-  
mendum in te Dauidis exemplum, contendere. Non hæc per adulationem dicimus, sed quod toti  
orbi iam ipse tu prior manifestum fecisti, ad gloriam Dei recitamus, cuius est ornatus omnis quem  
in te prædicamus, bonum omne quod in te veneramus. Vel ipsi tui inimici sunt iudices, quibus ex-

Ruth. 2.

AD CAESAREM,

pugnandis, haud facile dixerò, an iste quem gestas Imperialis gladius potèti⁹, an probitas illa vir-  
tutis inueniatur efficacior. Alii forsitan partem asserent priorè, respicientes in ea quæ videntur for-  
ris. Ego sanè, nec vt arbitror sol⁹ ego, in alterius patris assensum, nõ vna sum ratione propensior. Et  
quoniam Dauidis ita in teipso virtutes nobis quasi in exèplari viuo demõstras, confido in do-  
mino, qui tibi hæc dedit & cõseruat voluntatè, victorias quoque illas gloriosissimas, quibus Dau-  
dis nomen diuulgatū fuit in omnes nationes, suo tẽpore in te manifestandas aduersum gètes incre-  
dulas & barbaras nationes. Nã de fidei domesticis quis ignorat, quantos iam triumphos, penè citra  
omne negocium, quasi pro te pugnate Deo, retuleris? Quis ignorat, ab annis plus minus duodecim,  
quantas difficultates à fidei domesticis tibi suscitatas, ad impediendum quæ de te magnificatio, ma-  
gnus Deus decreuerat, tandè gloriosus victor superaueris? Vt quæ de te ille cogitauerat, opere adim-  
plerentur: & ad nouissimum vsque verbulū complerentur omnia: quæ admodum hodie magno to-  
tius populi Christiani gaudio factū cernimus, vt non immeritò post toties deuicta hostium castra,  
eaque ferendo magis quàm furendo superata, in Deo propugnatorè tuo sanctè iam possis cū Dau-  
de gloriari, ac dicere, Dominus illuminatio mea, & salus mea, què timebo? Domin⁹ protector vitæ  
meæ, à quo trepidabo? Qui tribulat me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Si consistant  
aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me pralium, in hoc ego sperabo.  
Ac inde, in petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Et quem admo-  
dum Dauidi, post domestica superata mala, id est, post transactam illam nimis diuturnã & grauissi-  
mam Saulis, cõsententiūq; principum persecutionem, sua in regnū totius Israelitici populi inun-  
ctio, euadens fuit testimoniū earū victoriarū, quas post erat de alienigenis accepturus (id quod ita-  
tim ab vnctio, ascendētibus Philisthæis sensibili miraculo fuit expertus) ita præteritorū malorū  
impedimentorūque euasio, quæ à fidei domesticis hætenus grauissima pertulisti, Dei potius volun-  
tate, quàm humanis viribus iã superata, certū tibi ac nobis omnibus, qui sub tuo sceptro viuimus,  
& sub alis tuis protegemur, debet esse argumētum multo maiorem & plurium victoriarum, quibus  
post susceptam sacri imperii vnctio, aduersus barbaras nationes, & iuratisimos Christianæ fi-  
dei hostes, omnipotens Dei brachiū in te olim speramus iri clarificatū. Loqui me ista citra omnem  
adulationem nemo dubitabit, qui Dei nostri erga te mirā prouidentiam, pio animo (vt æquum est) ex-  
penderit. Quis enim eas quæ tibi intra annos pauculos contigere, victorias, tantas, tamque inaudita-  
tas, quas cõmemorare nominatim nõ est opus, humanis viribus possit citra pudorem mendacii as-  
scribere? Arbitror nec ipsos quidè inimicos id velle, etiam si possint, neque posse, etiam si velint, con-  
sciētia reclamante, asserere. Quñ ergo Dei prouidentia hætenus erga domesticos tãta pro te osten-  
derit, vt te eueheret quò voluit, id est, vt ad Christiani augustissimi imperii sacrum fastigiū sublima-  
ret: cõpleto iã hoc suo proposito, an putamus illū quasi rebus omnibus peractis, quasi in tuto com-  
positis negociis, manum subducatum, iãque aduersum externos fidei hostes tibi defuturum, cui erga  
domesticos nõquam defuit? Nõne (vt Moyses sanctus ait) Dei perfecta sunt opera? Nūquid tan-  
ta præludia frustra præmississe credamus illā prouidentissimam sapientiam, quæ attingit à fine vsq; ad  
finè fortiter, & dilponit omnia suauiter? Iohes dixit Deus iã in ducem populi Israelitici assumpto,  
Non dimittā, neque derelinquam te. Confortare, & esto robustus. Et iterum, Ecce præcipio tibi,  
confortare, & esto robustus. Noli metuere, & noli timere, quoniã tecum est dominus Deus tuus in  
omnibus ad quæcunq; perrexeris. Quod illi dicitur veteris synagogæ ducatum suscipienti, id tibi  
multo magis Christiani populi imperatori dictū, ac suo tempore exhibendū nõ dubitamus. Ascen-  
dant proinde, ascendat Philisthæi, ascendat incircuncisi isti idololatæ, effundantur quasi arena quæ  
est in littore maris, glorientur in fortitudine sua, & in multitudine exercitus habeat fiducia, super  
equos & dromedarios ascendat, camelos oneret diuitiis, mercede conducat perfugas, emant precio  
proditores, instruant terra marique prælia. Tu interim os domini interrogabis, atq; in oratione tua  
consulens dominū, audies loquentē in te pacem super te, ac vniuersum populum tuum, pugnabit-  
que pro te dominus Deus, in quo habes fiduciã, & diuidet à te inimicos tuos, quomodo diuiduntur  
aqua. Auxiliabitur tibi manus domini, & brachiū ei⁹ confortaberis, vt nihil valeat aduersum te pro-  
ficere inimici, aut vel in minimo tibi nocere iniquitatis filii. Illud quoque quod in libris Regnorū &  
Paralipomenon de rege Dauide sacra refert historia, quod mox ab inuentione sua secūda ascenderit  
contra Iebusæos habitatores terræ, qui tenebāt Ieb⁹, siue Hierusalē, eosque viriliter expugnauerit,  
& abstulerit inde cæcos & claudos, qui oderant animam eius, quam pulchre nobis tū, Christianissi-  
me Imperator, cepisti imitari, qui statim à suscepta imperiali vnctio, ad terrā illā cõculcationis  
& volutationis (quæ est interpretatio nominis Ieb⁹) id est, vbi sancta omnia cõculcatur, vbi cælum  
terramiscetur, vbi sursum atq; deorsum volutatur omnia, vbi sacra prophanatur, & prophana san-  
cta reputantur: ad hanc (inquã) terram & ad huius terræ inhabitatores Iebusæos, id est, conculcato-  
res & volutatores istos, Italia relicta, descēdisti, vt auferres inde cæcos & claudos habitatores terræ  
qui intra ecclesiã habitantes, dicūt se Christi esse, & nõ sunt: dicunt se euāgelicos esse, & nõ sunt, sed  
sunt synagoga satana, & impietatis magistri: dicūt se videtes esse, & cæci sunt, veritatis lumē quod  
à Christo nobis per apostolos & ecclesiasticos patres illuxit abnegantes: dicūt se rectos habere gres-  
sus, & claudi sunt, deficientes à via recta, quã illos mater ipsorū docuit ecclesia, impietatis & falsita-  
tis itinera præligentes, in quibus seducti seducūt errantes (vt sanctus apostolus ait) & in errorē mit-  
tētes. Quos licet nondū belli impetu abstuleris, malens benignitate (vt de Deo Paulus ait) inuitare  
peccatores ad penitentiam, & per longanimitatē expectare ad veniam, quàm in subita ira condem-  
nare.

Psal. 26.

2. Reg. 5.

Deut. 32.

Sapient. 8.

Iohes. 1.

2. Reg. 5.

1. Para. 15.

Apo. 2.

2. Tim. 3.

Roma. 8.



EPISTOLA.

Ezec. 18. natos morti tradere (nam & hoc à Deo didicisti, vt nolis mortem peccatorum, sed magis conuerti  
& 33. eos, & viuere) illud tamen indubitatum tenemus, non introiturum te in tabernaculum domus tuę,  
non ascensurum in lectum strati tui, non daturum oculis somnum, non requiem temporibus, non  
cum quiete rediturum in domum tuam, donec Iebusæos istos cæcos & claudos abstuleris donec pe  
ffiferos istos seductores auferas de terra, & Christi ecclesiam peste hac pessima misere contamina  
tam gladio imperiali, quem ad euangelii veri gloriam, & fundatissimæ nostræ fidei defensionem ge  
ffas, expurgaueris. Et quamuis Iebusæis istis spes ampla iam incipiat affulgere euasionis, quod ita  
mãsuete secum hæctenus tuam serenissimam maiestatem viderint egisse, vnde & iactare in occulto  
se non veretur obstinatorum multorum impudens nimis & inconsiderata præsumptio, omnibus ta  
men tui animi candorem, & fidei zelum agnoscentibus, spes & persuasio certissima est, longanimitatem  
istam dilationem prudētissimi cordis tui (quod in manu habet idem ipse qui finxit) ecclesiam  
Christi non ad detrimentum, sed ad commodum maximum aliquando profecturã: vt Ie  
busæis istis domesticis sublati, tandem in externos Philisthæos crucis Christi per te  
vexilla inferantur, & nominis eius gloria per sacratum brachium tuū clarifi  
cetur in nationibus, assistente tibi, & in omnibus cooperante optimo  
maximoque Deo, qui est adiutor fortis, & in se sperantes non po  
test derelinquere. In eo feliciter vale, Imperator Chri  
stianissime, & humilis tui clientuli munus,  
quod de corde tibi deditissimo, deuina  
tissimoque offertur, sub suo  
patrocinio benignus  
assume. Louanii  
M. D. XXXI.

Psal. 70.  
Psal. 9.

CHRISTIANO LE  
CTORI FRATER FRANCISCVS TI  
telmanus gratiam & pacem.



Mnis scriptura diuinitus inspirata (vt magnus ille gentium apostolus ait) vtilis  
est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia,  
vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Cuius rei causam al  
ter ille apostolus circuncisionis pulchre exprimit, quum in scripturã sanctã cõ  
mendationẽ de prophetico sermone ita scribit, Non enim voluntate humana al  
lata est aliquãdo prophetia, sed spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei  
homines. Nimirum hic ille est spiritus, vnde habet omnis scriptura, vt ad docen  
dum, arguendum, corripiendum, & erudiendum in iustitia vtilis inueniatur. Ip  
se enim est, de quo Christus dominus iam iam relinquendis apostolis, dixit, Paracletus quem mittet  
vobis pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque dixerò vo  
bis. Et iterum, Quum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Et Paulus spiri  
tum dicit omnia seruari, etiam profunda Dei. Et quum ipsi nesciamus quid debeamus sicut oportet  
à Deo postulare, ipsum dicit nostram infirmitatem adiuuare, ac pro nobis secundum Deum ge  
mitibus inenarrabilibus postulare. Talis si est spiritus sanctus, quo authore sanctæ scripturæ sunt  
descriptæ: quis dubitet, maximam vim illis inesse docendi de omnibus quæcunque homini profici  
unt ad salutem? Ad arguendum quoque, & contradicentes veritatis reuincendum, eundem esse  
prævalidum ac proinde & quæ ab ipso manarunt scripturæ, vel vnicum illud apertissime probat  
Saluatoris nostri ad apostolos testimonium dicentis, Quum autem tradent vos, nolite cogitare,  
quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos  
estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et apud alium euangelistam,  
Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarii ve  
stri. Nec minus ad corripiendum potentia iudicabit scripturarũ eloquia, qui illud expenderit ver  
bum veritatis, quo de eodem spiritu pronunciauit dicens, Quum venerit paracletus, ille arguet  
mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Eruditionem quoque in iustitia, vt perfectus sit ho  
mo Dei in omne opus bonum instructus: hoc est, in vita agenda debitam institutionem à sancto spi  
ritu pendere, manifeste ostendit, qui dixit, Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, siue  
dux mihi erit in via recta. Hæc itaque commoda quatuor maxima, tametsi manifestum sit ab autho  
re primario spiritu sancto omni scripturæ diuinæ inesse: sit tamen, nescio quo modo, vt in sacris  
illis hymnis, quos egregius psaltes David prius quidem humilis ouium pastor, deinde verò Israeli  
tici populi magnificus princeps, spiritu Dei mirifice illustratus, domino decantauit, eadem illa pe  
culiarius videantur elucere. Omnia nanque ista, nempe docere, arguere, corripiere, erudire in iusti  
tia, ita efficaciter, ita valide, ita potenter præstant hi Davidici psalmi, vt vix aliam sit inuenire  
scripturam in huiusmodi rebus parem, quæ simul sic & intellectum illuminet, & formet affectum.  
Nam & ipsa sancta euangelia, tametsi simplicius, lucidius, ac plenius omnia tradant quæ ad piorum  
hominum mentes illuminandas, & vitam instituendam conducunt (vnde nec dubium esse debet,  
hæc longo intervallo, autoritate, dignitatẽque psalmos antecellere) attamen non illam habent  
loquendi formam psalmis peculiarem: qua sit, vt veluti impetu quodam legentium animos secum  
abripiant verius quàm abducant, ita vt quem in vitiis inuenerint, ad virtutis propositum auellant,  
quem in torpore compererint, ad alacritatem mentis restituant, quem sub tentationum pondere ia  
centem, aut mentis angustia restrictum, ad spiritus libertatem eleuent, & ad cordis educant lati  
tudinem: quem verò terrenis curis deditum, ab onere vano expediant, sicque alieniatum ad super  
na abducant, quem à bonis meditationibus affectionibusque vacuum, sublato vacuitatis fastidio,  
suauissimis meditationibus affectionibusque adimpleant. Quæ enim scriptura alia sic ante oculos  
ponit sub terribilium rerum similitudine diuini iudicii terrorem, & illius semper memorandi no  
uissimi examinis distractionẽ, vt hi nostri Davidici psalmi, in quibus (vt ex locis mille vnum pro  
feramus) talis aduersum impios profertur sententia, Qui habitat in cælis, iridebit eos, & dominus  
subfannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Ac rursum, Nisi  
conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, & parauit illum, Et parauit in eo  
vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Et iterum, Inueniatur manus tua omnibus inimicis  
tuis, dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Pones eos vt clibanum ignis in temporis vultus  
tui, dominus in ira sua conturbabit eos, & denorabit eos ignis. Econtrario verò, caelestium bono  
rum suauissimam dulcedinem, & summè amabilem voluptatem, quæ scriptura sic aperte, sic velut  
sensibiliter ponit ob oculos, vt nos hic liber psalorum: Quam magna (inquit) multitudo dul  
cedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te? Perfecisti eis qui sperant in te, in conspectu  
filiorum hominum. Et alibi, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, torrente voluptatis tuæ po  
tabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Et iterum, Satiabor  
quum apparuerit gloria tua. Ac rursum, Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum, concupis  
cit & deficit anima mea in atria domini. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Ac

2. Tim. 3.  
2. Pet. 1.  
Ioan. 14.  
& 15.  
1. Cor. 2.  
Roma. 8.  
Matt. 10.  
Luc. 12.  
Ioan. 16.  
Psal. 142.  
Psal. 2.  
Psal. 7.  
Psal. 20.  
Psal. 30.  
Psal. 35.  
Psal. 10.

deinde, Melior est dies vna in atris tuis sup milia. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Rursum, quæ scriptura sic blande & suaviter ignorantes erudit, & ad bene beatæq; viuendū, velut precando inuitat? Pro exemplo considera quod habes psalmo tricesimo tertio, Venite filii, audite me, timorē domini docebo vos. Quis est homo qui vult vitā, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquatur dolū. Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacē, & persequere eam. Quæ item scriptura peccatores hypocritas sic terribiliter cum sermonis efficacia corripit? Vide psalmum quadragessimū nonum: Peccatori (inquit) dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meū per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furē, currebas cum eo, &c. Ac deinde, Existimasti inique, quod ero similis tui: arguam te, & statua contra te faciem tuā. Intelligite hæc qui obliuiscimini Deū, nequando rapiat, & non sit qui eripiat. Quæ scriptura sic vbique persequitur, & damnat auaritiam, velut ad oculū depingens eius vanitatē, & superuacaneæ sollicitudinis insaniam? Vbi sic impiorum prosperitas tēporalis confunditur? Vbi sic consolatur iustorū in hoc saeculo desolatorum animi? Vbi sic pauperū predicatur beata portio, quam in futuro expectant seculo? Vbi spes in hominibus cōdēnatur validius? Vbi in domino Deo fiducia vel efficacior, vel frequentius cōmendatur? In summa, talis est ista quam prædicamus cithara, vt quisquis illi aurem accommodauerit (aurē dico spiritalē: tota enim spiritualis est hæc cithara, imò merus est spiritus, ac p̄inde spiritalibus vult auribus audiri) impossibile sit absque fructu vacuū illū abscedere. Si in peccatis vitam agis, aurem accommoda nostræ huic citharæ, & emollietur tibi cor tuum ad penitentiā, oculi tui exitus ac riuulos aquarum deducant, cōturbabūt ossa humiliata, & iam reuerata clamabunt labia, Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuā. Et secundum multitudinem miserationum tuarū dele iniquitatem meam. Docebit te hæc cithara, quomodo ad Deū clames in penitentiā cordis tui, quomodo remissionem valeas impetrare admisorū criminū, quomodo te ipsum accusare, quomodo Deum precibus fletere, denique vt vitā deinceps meliorem agere, vt que à reciduo vitiōrū deinceps cauere debeas, plenissime & efficacissime te instruat. Si forte tuū animū adhuc oblectat voluptates istæ temporariæ, mox vbi citharam hanc nostrā audieris, voluptatū supernarum, & nunquam intermoriturarū dulcedinem suaviter personantem, illarum autē temporalium deliciarum finem breuem, & tristem nimis exitum, terrifico sonitu buccinentem, aut verius lamentabili querimonia deplorantem, fieri nō poterit, quin omnia hæc tēporaria tibi vt sterora reputentur: fieri non poterit, vt cor tuū terrenis adhuc inhæreat: fieri non poterit, vt nō toto desiderio anheles ad caelestia. Si tribulationū aut tristitia pondere premeris, aurem accommoda nostræ citharæ: emoriar, si non quanto cyus tibi releuabitur animus, si non iuxta multitudinē dolorū in corde tuo, consolationes diuinæ latificent animā tuam. Ex aduerso, si in rebus tranquillis periculo sam intra te percipis securitatem, aut etiam vanam elationē suboriri sentis, adhibe aures psalmodiæ: videbis timore Dei cōfigi carnes tuas, salutarit timore intra te cor tuū continebitur, vt nō in fastum elenetur. Quod si de fidei mysteriis quaestio fiat, quaeso te per Deum immortalem, quid habent sacra euangelia sub planæ narratione historia, quid sub simplici cōtextu apostolorum literæ, quod non idem diuini isti hymni, sub verbis interdum obscurioribus, interdū clarioribus, plene cōtineant? Vide (exempli gratia) psalmū ordine vigesimum primū, cuius initium, Deus Deus meus, respice in me, &c. Obsecro, qui fieri potuisset, vt plenius apertiusq; narraret propheta dominicæ passionis historia, etiam si ante oculos coram positus, iam præteritā eam vidisset? Vt quod de Esaiā ait sacer Hieronymus, non minus iste de regio hoc nostro propheta dicendum videatur, ipsum nō tam prophetiam quam euangeliū scripsisse. Vanus fuero, si in hac re demonstrāda pluribus agere tentauero, quum totus psalmodiū liber euangelicis mysteriis, euangelicisque doctrinis sit plenus: vt non immeritō à maioribus nostris hic psalmodiū liber, totius scripturæ sacrae summariū meruerit appellari. Neque ego pro nihilo computandum, aut paruificandū puto, quod apud Lucā discipulis loquens dominus, specialiter psalmodiū meminit, dicēs, Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moyfi, & prophetis, & psalmis de me. Nisi enim singularem aliquam huius scripturæ voluisset indicare præcellentiam, satis erat dixisse, in lege & prophetis. Nemo enim Dauidē negat, aut dubitat, prophetā appellandū. Dum ergo non contentus generali prophetiæ appellatione, specialiter meminit psalmodiū, proculdubio peculiare quiddam magnæ excellentiæ voluit significare. Neque dubito, quin hac potissimum consideratione orthodoxorū patrum sagax prudentia, prudensq; pietas, psalmos præ omnibus diuinæ scripturæ tam veteris, q̄ noui testamenti eloquiis, maxime in ecclesiis frequentari, ac per dies singulos statutis horis sanxerit decātari: vniuersis insuper quos clerici cōprehēdit titulus, diuinis ministeriis per episcopale ordinationem peculiariis addictis, quotidianā in illis legendis meditandisque, sub obedientiæ sanctæ mādato, iniunxerit occupationē: quam dum his velut iugū quoddā salutare sub obediēdi necessitate in humeros imponūt, ceteris nihilominus Christianis fidelibus omnibus vehementer eandem cōmendant, iis etiam quos nulla præcepti lege constringunt. Hanc ob causam, patrum piorum non pauci, Græci pariter atq; Latini, in psalmodiū explanatione plurimum sudarunt, ne sermonū obscuritate, & frequentibus difficultatibus nusquam penē non se offerentibus, piorum animi tanta vtilitate fraudarentur. Quorum pium studium adeo non dānamus, adeo nihil insequimur, vt omni potius honore, ob sanctos in re tam sancta insumptos labores, dignissimos iudicemus: de iis quæ nobis longa meditatione, frequentique & deuota oratione parta reliquerunt, quantas valeamus beneuolo corde gratias agentes, quemadmodum cōmunem dominum iam olim speramus gratiā illis retulisse. Nos tamen post horum omnium præuios labores

A in elucidandis psalmis nouam tentare volumus rationem, simpliciorū piis affectibus magis quam eruditorum sublimibus ingeniis consulentes, non quod maiorū labores aut vanos aut insufficientes reputarem, sed vt simpliciorib; Christianis fidelibus eruditissimorum patrum prolixos tractatus vel sensa sublimia non satis capere valentibus, nostro labore vel simplicem qualemcunq; psalmodiū intelligentiam administrarem. In hoc autem opere talem instituius procedendi rationem. Psalmis singulis suum præmittitur argumentum, quo quicquid tractat psalmus figuraliter describitur. Dehinc elucidatoria subsequitur paraphrasis, vulgata editionem (quam Gallicanā appellant) non phaleratis aut sequipedalibus verbis, sed prorsus communibus, ita clarē lucideque explanans, vel puerulus attentus possit quæ dicuntur intelligere. Cæterum, quid in textu cui parti in elucidatione respondeat, nota numeri versibus singulis præposita designat. Versuum particulas asteriscis huiusmodi \* signauimus. Vbi verò astericū in paraphrasi inueneris, scito duplicem tibi sensum eiusdem partis indicari. Post elucidatoriam paraphrasim habes annotationes, quæ prolixioris cōmentarii loco tibi erunt si plura libuerit requirere quam in Elucidatione legeris. Habes denique in fine operis annotationes secundas, quibus Hebraica varietates: id est, ea in quibus lectio Hebraica differt à vulgata, vel ex Hebræo versiones diuersæ abinuicem continentur, quas ob hoc in partē vnā separauimus, vt non simplicioribus ingeniis (quibus ista forsitan curæ non erunt) multitudo versuum, & interpretationum diuersitas pareret confusionem. Habes itaque, Lector, in hoc nostro opere multa, vel pauca, vel simplicia, vel grandia, iuxta varium palati tui affectum, & ingenii (cuius tu ipse optimus potes esse iudex) captum. Si intelligentiam psalmi cuiuslibet desideras, nec vltra quicquam requiris, lege argumentum & elucidatoriā paraphrasim: annotationes omnes transili. Si amplius aliquid vel ad plenitudinem sententiæ, vel ad deuotionis affectum postulas, post elucidatoriam paraphrasim lege subsequentes præcipuas annotationes. Si vero vulgatis nō contentus, etiam peregrina desideras, ad nouissimas te confer annotationes. Sic nos tibi, Lector benigne, quam maxime cōmodare existimauimus. Tu nos vicissim, vt speramus, affectu bono prosequere, & nostros labores sanctis tuis precibus consolare. Gratia tecum. Amen.



INDEX CENTVM ET QVINQVAGIN-  
ta Psalmorum iuxta ordinem alphabeticum.

<b>A</b>	Deus noster refugium. 45	Iubilate Deo omnis terra. 1. 65
Ad dominum cū tribularer. 119	Deus vltionum dominus. 93	Iubilate Deo omis terra. 2. 99
Ad te domine clamabo. 27	Dilexi quoniam exaudiet. 114	Iudica me Deus & discerne. 24
Ad te domine leuavi. 24	Diligam te domine. 17	Iudica me domine quoniā. 45
Ad te leuavi oculos. 122	Dixit dominus do. meo. 109	Iudica domine nocentes. 34
Afferte domino filii Dei. 28	Dixit iniustus vt delinquat. 35	
Attendite popule meus. 77	Dixit insipiens. 1.	<b>L</b>
Audite hæc omnes gentes. 48	Dixit insipiens. 2.	Lauda anima mea dominū. 145
	Dixi custodiam vias meas. 38	Lauda Hierusalē dominū. 147
<b>B</b>	Domine dominus noster. 8	Laudate dominum quoniā bo- nus. 146
Beatus vir qui non abiit. 1	Dominus illuminatio mea. 26	Laudate dominū in sanctis. 150
Beatus qui intelligit. 40	Dominus regit me. 22	Laudate dominū de cælis. 148
Beatus vir qui timet. 111	Dominus regnavit decorē. 92	Laudate dominū oēs gētes. 116
Beati quorum remissā. 31	Dominus regnavit exultet. 96	Laudate nomen domini. 134
Beati immaculati in via. 118	Dominus regnavit irascatur. 98	Laudate pueri dominum. 112
Beati oēs qui timent do. 127	Dñe Deus meus in te speravi. 7	Lætatus sum in his. 121
Benedicam dominum in omni tempore. 33.	Domine clamavi ad te. 140	Leuavi oculos meos. 120
Benedixisti dñe terrā tuā. 84	Domine Deus salutis meæ. 87	
Benedic anima mea do. 1. 102	Domine exaudi orationē meā. 1.	<b>M</b>
Benedic anima mea do. 2. 103	Dñe exaudi orationē. 2. 142	Magnus dominus & laudab. 47
Benedictus do. Deus meus. 143	Domine in veritate tua. 22	Memento domine David. 131
Bonum est cōfiteri domino. 91	Domine ne in furore. 1.	Miserere mei Deus secundū. 50
	Domine ne in furore. 2. 37	Miserere mei dñe quoniā. 55
<b>C</b>	Domine non est exaltatum. 10	Miserere mei deus misere. mei. 56
Cantate do. canticū nouū. 1. 95	Domine probasti me. 138	Misericordiam & iudiciū. 100
Cantate do. canticū nouū. 2. 97	Domine qd multiplicati sunt. 3	Misericordias dñi inater. 88
Cātate do. canticū nouū. 3. 149	Domine quis habitabit 14	
Cæli enarrant gloriam Dei. 18	Domine refugium factus. 89	<b>N</b>
Confitebor tibi domine. 1. 9	Domini est terra. 23	Nisi dominus ædificauerit. 126
Confitebor tibi domine. 2. 110		Nisi quia dominus erat. 123
Confitebor tibi domine. 3. 137	<b>E</b>	Noli æmulari i malignatib⁹. 36
Confitebimur tibi Deus. 74	Ecce nunc benedicite dño. 133	Nōne Deo subiecta. 61
Cōfitemini do. & iuocate. 104	Ecce quā bonum 134	Notus in Iudæa Deus. 75
Cōfitemini domino quoniam bonus. 1. 105	Eripe me de inimicis. 58	<b>O</b>
Cōfitemini domino quoniam bonus. 2. 106	Eripe me domine ab. 139	Omnes gentes plaudite 46
Cōfitemini domino quoniam bonus. 3. 135	Eruitauit cor meum. 44	<b>P</b>
Cōfitemini domino quoniam bonus. 4. 135	Exaltabo te Deus me⁹ rex. 144	Paratum cor meū Deus. 107.
Cōserua me domine quoniā. 15	Exaltabo te dñe quoniam. 26	<b>Q</b>
Credidi propter quod. 115	Exaudiat te dominus. 19	Quare fremuerunt gentes 2
Cum inuocarē exaudiuit me. 4	Exaudi Deus deprecationē. 60	Quā bonus Israel Deus. 72
	Exaudi Deus orationem meam cum deprecor. 63	Quā dilecta tabernacula. 83
<b>D</b>	Exaudi domine iustitiā meā. 16	Quemadmodum desiderat. 41
De profundis clamani. 129	Exaudi Deus orationem meam & ne 54	
Deus Deus meus respice. 21	Expectans expectavi dñm. 39	<b>S</b>
Deus De⁹ me⁹ ad te de luce. 62	Exultate iusti in domino. 32	Saluum me fac domine 11
Deus auribus nostris. 43	Exultate Deo adiutori nost. 80	Saluum me fac Deus. 68
Deus deorum dominus 49	Exurgat De⁹ & dissipetur. 67	Sæpe expugnauerunt. 121
Deus in adiutoriū meum. 69		Si vere vtique. 57
Deus in nomine tuo. 53	<b>F</b>	Super flumina Babylonis. 139
Deus iudicium tuum. 71	Fundamēta eius in mōtib⁹. 86	<b>T</b>
Deus laudem meam 108	<b>I</b>	Te decet hymnus Deus. 64
Deus misereatur nostri. 66	Inclina domine aurem. 85	<b>V</b>
Deus qui similis erit tibi. 82	In conuertendo dominus. 115	Verba mea auribus. 5
Deus repulisti nos. 59	In domino confido. 10	Venite exultemus. 94
Deus stetit in synagoga. 81	In exitu Israel de Agypto. 113	Voce mea ad dominum. 1. 76
Deus venerunt gentes. 78	In te domine speravi. 1. 30	Voce mea ad dominum. 2. 141
	In te domine speravi. 2. 70	Viquequo domine obliuisti. 12
		Vt quid Deus repulisti. 73
		Finit index psalmorum secun- dum ordinem alphabeticum.

INDEX ALPHABETICVS EORVM

quæ in sequentibus tractantur.

<b>A</b>	Afflicto & penitus desolato ho- mini conuenit psal. 87. qui totus in luctu finit & incipit.	61. e
<b>A</b>	Bire in consilio impiorum quid sit, & quomodo ab eo sibi cauere debet qui beatus esse velit fo. 1. f	61. e
	Abire in cōsilio impiorū, stare in via peccatorum, sedere in cathedra pestilentia, se habent vt malum, pe- ius, pestimum ibidem	
	Abactatus quō se habet erga ma- trem, sic fidelis erga Deum 277. c	
	Abrahā benedixit Melchisedec tanquam maior minori, & omnibus qui in lumbis erant Abrahā 143. h	
	Abfalonis pulchritudo corpora- lis figura fuit spiritualis decoris Christi 89. g	
	Abfalon crines vendens ad orna- tum mulierum, significat partici- pationem fidelium de plenitudine Christi ibidem	
	Abfcripti sunt iūcti petre iudices, quō debet intelligi. 291. h. 292. a	
	Actiones nostræ sicut & vita no- stra, ex Dei pendēt voluntate, 56. f. g	
	Adam post peccatum quia excu- savit non statim confitendo pecca- tum, sententiam condemnationis illico accepit. 292. e. f	
	Adam singularis animantibus im- ponens nomina, debuit omnium habere scientiam 351. d	
	Adeps frumenti (quod est Chri- stus) ipsius est diuinitas, qua satian- tur in patria beati: crasior est sub- stantia humanitas, qua pascuntur in via electi 303. e	
	Adiutorium domini pro tribula- tis, diuersis & nouis similitudinibus exprimitur 41. a. b. & 62. a	
	Adiutorii diuini fortitudo & se- curitas 49. f	
	Adolescens quidā & atate, quidā moribus, & quō adolescens debeat ex lege Dei corrigere vitam 263. h	
	Aduentus Christi in mundum & ad extremum iudicium pulchrē de- scribitur 210. e. f. g	
	Aduersa & mala presentis vite neminem debent à bono retrahere 70. h. & in psal. præcedenti	
	Aduersa presentis vite siue à da- mone, siue ab homine inferantur, su- scipienda sunt tanquam de manu do- mini 75. f. & pulchre 101. a. b	
	Aduersitatis tēpore laudare debe- mus Deum atque gratias agere, sicut tempore prosperitatis, ipsius miseri- cordiam commendare 80. h	
	De aduersitatibus si plura velis, require De tentationibus & malis.	
	Allegamus subinde in oratione coram Deo nostræ carnis malitiam, vt misericordiam facilius impetre- mus 10. a. b	
	Alliicit dæmones & impiū p blā- dimēta, simplices ad peccandū 18. f	
	Altaria Dei in cælis cōcupiscit terrena fastidiens 175. h	
	Alas & pedes habet spiritus ho- minis, quibus ad Deum proficiscit- tur, aut volet 285. d	
	Amici & pximi impedimēto sunt volētibus cōuerti ad d. 72. c. d. 112. a	
	Amici Dei quātum honorificati sunt, & eorum principatus quomo- do est confortatus 287. b	
	Amicorum Dei numerus est ho- mini incomprehensibilis ibidem	
	Amicorum Dei maxima multitu- do & summa exaltatio puocare me- rito debent peccatorē ad resurrex- dam à peccatis exēplo filii prodigi, quod proluxe declaratur 289. b	
	Ancillæ Dei filium quilibet fide- lis se appellat pluribus rationibus. 182. c. d. 184. c	
	Angeli deputati sunt ad hominū custodiam 61. b	
	Angeli erunt nuncii & ministri resurrectionis mortuorum, & cate- rorum quæ erunt peragenda in die iudicii 103. c	
	Angelorum de hominibus cura ex præcepto Dei 196. g. & seq.	
	Angelorum scribitur excellentia 221. g. h. 225. c	
	Angelorū in cōspectu quō psallit homo in carne positus dom. 285. d	
	Animi instabilitas per passerem designatur 19. f	
	Anima fidelis donec in montē sa- culi nō euolat, sed in nido. i. in Deo requiescit, non patitur à sagittis pe- riculum: sin euolauerit, sagittis pa- tebit 20. f. g	
	Animæ odium duplex est, bonum scilicet & malum 21. c	
	Anima fidelis i uisitatione spūali cōsolatione repleta proponit mira, quæ paululum subducente se gratiæ presētia, vidētur difficillima, atq; ita suā experitur infirmitatē 53. c. d	
	Animā nostrā & quæcunq; habe- mus, fidentissime Deo commendare possumus & debemus 50. d. e. f	
	Anima hominis cum oibus quas in se habet virib⁹ à Deo creata est, atque ob hoc omnes ipsius cogita- tiones & intentiones illi sunt opti-	
	Animæ deuotæ desiderū ad Deū, sub similitudine cerni anhelatis ad fontes aquarum, pulcherrime de- scribitur, psal. 41. in cuius psal. tam elucidatione quā annotationi, iu- cunda inuenies.	
	Animam nostrā quomodo intra nos debeam⁹ effundere, vt toti tran- seamus in Deum 81. h	
	Anima diuini intēta, plurimum consolatur: quæ ad se reuerſa, iterū conturbatur ibidem	
	Animā deuotā, vel ex sola reme- moratione & certa expectatione vē- tutorum cælestium bonorum oble- tatur & pascitur ibidem	
	Ata fidelis quæ debeat habere, & quibus ornari, vt fiat spōsa Christi 88. f. & seq. pulchrius autem 91. f	
	Animā peccatis scdata quo pa- cto & quo ordine fiat perfecta sana- tio atque emundatio 91. d	
	Anima hoīs qua ratiōe debeat me- rito subiici Deo suo creatori 121. c	
	Animā deuotā à Deo in hoc mun- do peregrinantis accessus in spiritu ad ipsum, pulchre describitur 150. per totum psalmum. 62.	
	Anima suam habet iuuentutem, cum feruet adhuc deuotiōis calore: habet & suam senectutem, cum fer- uore charitatis remisso, tādii frigus animam apprehenderit 142. f	
	Animæ exhortatio ad exhibēdam Deo gratitudinem pro susceptis à Deo in numeris beneficiis, est psal. mus 102. dignus qui sepius attentā mente legatur.	
	Animam Deus sanat ab omnibus suis infirmitatibus, quæ sunt vitia & inclinationes malæ 221. c. 223. b	
	Anima pro hoc statu in corpore hominis stabilitatē nullam habet, vt verius ipsam pertransire quā inhabitare dicatur 222. e. 22. 4. d	
	Anima in corpore primum prin- cipium est, effectiuum omnium ope- rationum vitalium 251. a. 281. h	
	Anima cum dormitare cœperit, uiuificatur in verbo Dei 254. b. c	
	Ata mea in manibus meis semper multipliciter exponitur 266. f	
	Anima hominis necesse habet su- stentari cibo spiritali æque, atque corpus cibo corporali 219. h	
	Anima hominis mirabilia opera Dei non potest satis cognoscere. 286. b. c. 288. f	
	Animam querere, & animam re- quirere multū differunt in vsu scri- pturaram 264. e	

Alia poenitentis desideratis miam Dei est sicut terra sine aqua 295.c  
 Anima nostra quomodo adhaereat pavimento 264.a.b  
 Anni hominis secundum medio-crem validitatem sunt anni 70. vel 80. quod autem superest, labor est & dolor 194.e. & seq.  
 Annorum vite humane non tantus nunc est, quantus erat tempore Davidis aut Moyfi 199.  
 Apostoli sancti infantium & lactentium nomine intelliguntur 13.c.g.h  
 Apostoli firmamentum & calum iusta ratione appellantur 36.d.37.e  
 Apostolorum predicatio predicatur 42.c. & seq.  
 Apostolorum frequenter scriptura appellat Deos principes ac reges populorum, ut psal. 44. & 46.  
 Apostoli fundamenta sunt Ecclesie, sed Christus unicum est fundamentum primarium, super quo etiam ipsi fundantur 284.a.185.d  
 Apostoli flumina paradisi eleauerunt voces suas, quibus preualuerunt super eleuationes maris, & omnem superbiam saeculi. 200.f.g.201.c  
 Apostoli ex lapidibus viuis Ecclesiam describuntur adificaturi, quos & vehementer amabunt 218.c.220.e.f  
 Apostolorum semen perpetuo non deficiet 219.b  
 Apostolorum amor & ardor erga salutem electorum 220.e.f  
 Apostolica describitur predicatio qualia etiam & quanta per illam Deus sit operatus, quomodo potest illis cooperabatur, quomodo persecutio orta, sed per Deum tandem sedata, quomodo Iudaea derelicta, & gentilitas visitata, Ecclesia edificata, Synagoga destructa 235.h. & seq.  
 Aqua sicut spiritu domini fluit: sed differentes sunt haec aquae, quaedam lachrymarum, quaedam gratiarum 279.h  
 Aquarum magnitudo comparatione ad terrae quantitatem, & quomodo ab initio terram ambibat, sed Dei infusione eam reliquerint 221.f.227.g  
 Aquarum similitudine significantur aduersa vitae praesentis, siue in corpore, siue in anima 82.d.e  
 Item quomodo secundum aquarum similitudinem absque damno salutis aduersa ferre debeamus. ibidem  
 Aquilo vetus frigidus in scripturis malum semper significat 65.h  
 Aquila in modum renouat Deus iuuentutem nostram. 221.g.225.d  
 Vbi prolixo habes de aquila reiuu-nescentia & spirituali applicatione huius comparationis.  
 Aquilis comparantur confidentes in

domino. 223.h  
 Araneus & aranea quid differant 196.c.d  
 Araneorum studio atque labori comparatur hominum vita pulchre satis & prolixo 194.e.196.c.d  
 Arcus Dei & gladius, diuini iudicii vltionem significant, & quomodo suum arcum tenentem habet Deus, ut peccatores terreat 11.f  
 Arcum habet dominus, arcum habet & diabolus, sed differenter: quoniam arcum suum ostendit Deus antequam feriat, ut fugiant homines: diabolus autem occultat ne possint effugere 20.a.b  
 Arguit dominus quosdam correptione paterna, alios iudiciaria. 10.g.73.b.c.  
 Ascendere siue euolare in montem, aliquando bonum, aliquando malum 20.c.d  
 Ascensio Christi predicatur. 56.a.b & iterum 95.e.f  
 Ascensio Christi post resurrectionem iterum manifeste predicatur 130.f  
 Ascensiones in corde nostro quomodo debeamus disponere, ut accipiamus benedictionem Dei: & quare signanter in corde magis quam in opere 177.g  
 Aspectus domini benignus super bonos, & torrens nimis super malos 61.e  
 Assiduitas in locis sacris exemplo Dauid commendatur 48.b  
 Astronomorum sententia de stellarum firmamenti magnitudine. 282.h  
 Astronomorum de stellis scientia nulla est, si conferatur cum scientia Dei, qui sigillatim omnes nouit & numerat 54.e.f  
 Atria appellantur caelestes mansiones propter amplitudinem & capacitatem 176.h  
 In atrii caelestis Hierusalem stant aliquando pedes nostri, sed sedere in illis aut diu stare non permittimur, donec in hoc corpore viuimus 269.f  
 Auarus in sua domo & substantia, hoc est, quod araneus in sua relatum tenuit 199.c  
 Augustinus intelligentiae gratia ossum dicit pro os, melius ducens ut reprehendant grammatici, quam ut non intelligant populi 207.g  
 Aues secundum Dei prouidentiam & inditam sibi naturam quaedam altius, quaedam humiliter nidificant, & quod obestiam quaedam loca excelsa petunt gratia tutela, alia humilia 235.f. & seq.  
 Auicularum exemplo monetur homo caelestes mansiones sibi exquire-

re, nec in terra habere requiem. 175.g  
 per totum  
 Auxilium diuinum promittitur tribulatis & pauperibus 14.h  
 22.b. rursum. 58.a.60.e.f.g  
 Auxilium Dei in tribulationibus deprecere, est illi acceptissimum sacrificium 203.b  
 B  
 Babilonica captiuitas, signum fuit captiuitatis humani generis, & ab illa liberatio, in signum praecelsit redemptionis humanae per Christum 319.d  
 Babilonica regio multis irrigatur fluminibus, quorum sunt praecipua Tygris & Euphrates 284.a  
 Babiloniorum poena propter crudelitatem exercitam in Israel. 283.c.284.a  
 Balthasar rex Babylonis per fastum abusus est vasis templi do. 284.a.  
 Baptista Ioannis ante Christum praecursio predicatur. 179.f.181.c  
 Vbi etiam habes, quare specialiter praeco iustitiae appelletur.  
 Baptista Ioannis sit mentio in psalmo. 131. vbi lucerna Christi appellatur.  
 Barbarus quis dicatur, & quare Aegyptii dicantur respectu Iudaorum barbarus populus 250.d  
 Beatitudinis caelestis dulcedo qualis & quanta sit, & quomodo nunc abscondita mortalibus 55.e.57.a  
 Beatitudinis caelestis plenitudo pulchre describitur per corporales similitudines 66.h.67.a.b  
 Beati sunt in re ciues superni, at tamen spe beati sunt qui hic in terris Deo sperant auxilium, & ascensiones in corde disponunt, &c. 176.b & prolixius 177.g.h  
 Beati fideles qui sciunt iubilare domino, quoniam sentiunt ipsius magna beneficia 189.g.h  
 Beatus quae de sua lege erudit dominus, quoniam bene illi erit in diebus malis 204.e.205.d.e  
 Beatitudo & felicitas non in temporalium abundantia, sed in Deo sita est 296.g.h  
 Beatus non semper veram significat felicitatem 284.c  
 Belli spiritualis forma pulchre describitur 34.g.h  
 Ad bellum Deus manus nostras docet 296.b  
 Benedictio domini super populum ipsius 4.g  
 Benedictio Dei facit hominem bonae voluntatis in spirituali fortitudine proficere 176.c.177.h  
 Benedictio Dei est ipsum eius bonum velle 179.a

Benedictionem impii nolunt, & idcirco ab eis elongabitur: maledictionem autem consequentur quam dilexerant 239.h.241.d  
 Benedictio iustorum non venit super impios 275.h  
 Beneficiorum prius exhibitorum cum gratitudine commemoratio liberali benefactorum excitat ad noua beneficia 47.b.c  
 Beneficii vel paruuli reces exhibitio gratum excitat ad rememorationem maiorem ante susceptorum 245.c  
 Beneficiorum Dei consideratio excitat ad laudem & gratiarum actionem: quemadmodum neglectus considerationis huius a Deo separatur, & alienos facit 156.d  
 Beneficia spiritualia maxima quae hominibus Deus exhibet propter suam misericordiam, pulcherrime describit psalmus 102. dignus qui frequentissime relegatur  
 Beneficiorum veteri populo Iudaorum olim exhibitorum prolixo commemoratio fit psalmo 104  
 Beneficentibus secundum grecorum phrasim vocamus illos qui afficiuntur bonis, sicut per contrarium beneficietas appellamus qui alios bonis afficiunt 202.a  
 Beneplacitum domino est super timentes eum, & in ipso sperantes. 301.a.b  
 Beneplacitum est domino in populo suo, & quis sit populus iste Dei in quo est ipsi beneplacitum 306.d  
 Benignus respectus Dei super seruos suos est illi quasi scutum & clypeus 10.a  
 Benignitas Dei maxima erga nos in hoc declaratur, quod suauissima & factu facilia praecipiens etiam auxilium fidei nobis praestet ad implendum ea 177.h  
 Benignitas Dei facit terram cordis nostri dare fructum suum 180.h  
 Benignitatem Dei erga homines maximam patetissimè describit psal. 102. lectione & relect. dignissimus.  
 Bernardi deuotissima contemplatio, de contentione iustitiae & misericordiae Dei pro hominis redemptione 108.f  
 Boni & mali in hac vita corripuntur sed multum differenter. 10.a.82.a  
 Bonum quod opatur in nobis Deo, ma ligni semper conatur destruere 19.g  
 Boni in periculis nihil metuunt, quando impii vano timore conturbescunt 24.g.h  
 Boni nunquam sibi satis videntur fecisse boni, sed ad vltiora semper tendunt: mali vero statim in initio bonae conuersationis magna sibi per-

suadent 60.c  
 Bonitas Dei vna cum iustitia eius, causa est quare legem dedit peccatoribus 47.c  
 Bonorum triplex gradus 48.e  
 Bonis & deuotis plurima occurrunt aduersa, a quibus tamen semper liberantur per Deum 62.a  
 Bonitas Dei multiplex erga homines, siue bonos siue malos, pulchre describitur 65.b.c.d  
 Bonorum & in bonitate persistentium multiplicia bona tam praesentia quam futura pulcherrime describitur 67.g. & seq. per totum psal.  
 Bona quae fidelibus prouenerunt ex redemptione facta per Christum, pulchre describuntur 76.d.e  
 Boni maxime in festatur a demonibus, cuius causam vide 81.a.b  
 Bonis oia cooperatur in bonum, siue prospera siue aduersa 82.b.c  
 Boni persecutionibus adeo non deiiciuntur, ut etiam firmius constant, ac intra se amplius consolentur 92.d. admodum prolixo.  
 Boni viri maximam habent consolationem in iustitia, quae ipsos facit certos de bono premio 97.a  
 Boni proficiunt in punitione malorum 116.c  
 Bona voluntatis hominibus pax erit apud dominum, etiam si labantur nonnunquam 177.g  
 De bonis plura inuenies, sub appellatione iustorum atque sanctorum aut spiritualium hominum.  
 Brachium impiorum conficit dominus 19.c  
 Brachium Dei est cum summa potentia 189.d.192.e.f  
 Breuitas vitae humanae eiusdemque miseria pulcherrime describitur psal. 89. & deinceps in annota.  
 C  
 Adauer anima absente, neque oculum, neque aurem proprie habere dicendum est 251.b  
 Calix in scripturis retributionem significat 29.g  
 Calicem salutaris quomodo debemus accipere pro gratiarum actione 252.h  
 Calicem accipere omnium est, sed non omnium bibere, & quomodo differant calicem accipere, bibere & ebibere 252.h. & seq.  
 Calor naturalis perpetuo consumens facit ut corpusegeat cibo, quemadmodum calor concupiscentiae facit ut egeamus cibo spiritus 219.h  
 Canonis sacri missae irrationabilis reprehensio, calumnieque confutatio 244.a. & seq.  
 Cantare debemus Deo, nec solum

miseri cordiam, nec solum iudicium, sed miam simul & iudicium 216.a.b  
 Canticum domini in terra aliena reculat canere populus Dei 283.d  
 Cantare debent domino fideles in viis eius, & de iis qui cantant non in viis domini 285.b  
 Captiuitatis filii nunquam debent obliuisci patriam a qua abducti sunt 283.e  
 Captiuitas animae duplex 16.h  
 Captiuitas miseranda generis humani ex praenauaricatione processit. 284.h. a qua captiuitate cum per se liberari non possent homines, sunt per Deum liberati ibidem  
 atque id per verbum patris, in quos sanata sunt omnia ibidem  
 Caput efferre significat superbire 174.g  
 Capitis conuassatio significat grauissimam persecutionem & contritionem 244.c.d  
 Capitis exaltatio in scripturis magnam significat eleuationem, quod exemplis pluribus declaratur ibid.:  
 Carbonibus desolatoriis comparantur verba Dei 268.c  
 Caro aliquando pro ente ponitur, sicut e contrario cutis pro carne 216.h  
 Carnales tentationes sagittis apte comparantur 199.a.b  
 Cathedra pestilentiae quae sit, & quantum fugienda, tanquam malum pessimum. 1.e  
 Cause quaedam sunt secundum fieri, quaedam secundum esse suorum effectuum. psal. 138. fo. 287.c  
 Cecitas describitur hominum carnalium, qui in accumulatis diuitiis seiplos consumunt, nullum inde post mortem accepturi commodum 98.a. & seq.  
 Cecos Deus illuminat 299.g  
 Caelestia desideranti & terrena fastidienti conuenit psal. totus 83.  
 Caelestes mansiones diuersis rationibus appellantur, interdum atria inter: dum tabernacula 185.g  
 Celum deo extedit sicut pellis 179.c  
 In caelo quomodo dicitur Deus respicere humilia 248.g  
 Celorum nomina significantur sancti Apostoli 36.d  
 Celos secit Deus in intellectu & sapientia 282.b.c.d  
 Cernicem occidere significat punitionem extremam, sicut confringere aut conuassare caput, vel dentes conterere 276.c  
 Caritas nos facit gaudere de conuersione peccatorum & profectu proximorum 265.h  
 Caritas fraternitatis magnifice commendatur, assimilata vnguento sa-

INDEX.

cerdotali, & fecunditati roris impinguantis 280.g  
 Charitas ubi adfuerit, illic omne est bonum 282.d. & seq.  
 Christi passionem sepulturam & resurrectionem describit pal. 3.  
 Christus cum propria virtute resurrexit, tamen a patre dicit se resuscitatum, cuius assignatur duplex causa 5.c  
 Christus quomodo parauit thronum suum in iudicio 7.d.e  
 Christus praeceptor & legislator appellatur in scripturis 18.c  
 Christi vaticinium 22.b.25.a.b  
 Christi ad patrem oratio, pro se ac suis membris 17.118  
 Christi natiuitas & ascensio praedicatur 36.d  
 Christus vt gigas fortissimus de caelo accurrit ad terras, nostri liberandi gratia 36.d.e  
 Christus sol appellatur in scripturis, & quomodo tanquam sol in medio Ecclesiae refultat: item de ortu & occasu huius solis, eiusque effectu multiplici 36.d  
 Christus in vtero virginis matris suae geminas celebrauit nup. 38.a  
 Christus vermis appellatur pluribus rationibus 43.a.b  
 Christus duplici ratione est omnium dominus 45.g.h  
 Christi oratio pro suis membris, similis illi quam habuit post cenam nouissimam 76.c.d  
 Christus in cap. libri vitae primus omnium descriptus est, ac per eam deinde ceteri adoptione filii 78.a  
 Christus secundum corporis lineamenta, colorē, & ceteras corporalis pulchritudinis conditiones pulcherrimus fuit 89.g  
 Christus maximam habuit linguam gratiam pro hominibus patri reconciliandis ibidē, & 90.a  
 Christus nostram causam suscipiens arduum nimis negotium aggressus est, quemadmodum pulchre declaratur 90.a.b.c.d  
 Christus modis contrariis regnum super genus humanum sibi vendicauit aliter quam diabolus 90.e  
 Christi frater noster dicitur 99.e  
 Christi aduentus in carnem prior, & ad iudicium posterior, manifeste praedicantur 101.d.e  
 Christus qui primo aduentu velut agnus coram tudente obmutuit, in aduentu secundo tanquam leo rugiens, terribilis apparebit ibid.  
 Christi conceptio de virgine & de spiritu sancto, in psalmis praedicatur 179.d.e.181.a  
 Christus de inferiori inferno a patre fuit liberatus 183.f  
 Christus solus inter mortuos liber, quia potuit quoad voluit a morte resurgere 187.d  
 Christus in laboribus fuit a iuuetute: sed in etate virili magis. ibid. h  
 Christus Dauidi promittitur, & ipsius regnum aeternum sub typo Salomonis 190. & seq.  
 Christi gloriosum regnum quod accepit a patre deuicta morte, pulchre describit psal. 62.  
 Christi regnum & aduentus ad iudicium describuntur 210.e. & seq.  
 Christus a patre missus orbem saeuauit 235.d  
 Christi ad patrem oratio, contra Iudam atque Iudaeos, & maledictionum in illos imprecatio 238.g per totum  
 Christi sessio ad patris dexteram victoria & dominum super inimicos, natiuitas aeterna de patris substantia, aeternum sacerdotium, contra principes mundi iudicium, & post humiliationem glorificatio, describuntur psal. 109.  
 Christo sunt subiecti tam amici quam inimici, sed differēter 242.g  
 Christi hereditas sunt filii adoptionis, suntque ipsi merces & praemium ois laboris eius 273.g.274.c  
 Christus de custodia triplici orat liberari 277.f  
 Christum expectabat iusti donec resurgēs acciperet ad gloriam. ibidē  
 Christos suos tangi vetat dominus 229.a  
 Christianorum afflictio ad consolationem ipse esse debet 193.b.c  
 Cibo sustentate homo indiget & quo ad corpus & quo ad animam, & quam ob causam duplici hoc cibo homo indigeat, pulchre habes 217.d.e.219. & seq.  
 Cibum omnia viuientia a Deo expectant & querunt, neque nisi a Deo habere possunt 226.g. & seq.  
 Ciuitates diaboli quae sunt, & quomodo destructae vel expugnatae praedicatione Apostolica 17.d.e  
 Ciuitas vt secuta sit, fortitudinem mœniorum portarumque requirit. Et insuper necessarium prouisionem, quae duo sunt in Ecclesia maxime triumphanti 303.d  
 Clamandum ex profundo cordis, non labi tantum 276.h. & seq.  
 Coagulata sunt corda impiorum, iniquitatis frigore & corruptione malitiae 259.b  
 Coagulatus mons dicitur sancta Ecclesia 130.c.133.d  
 Coagulatū bonum est in Ecclesia charitas ibidem

Cogitationes hominum Deus cognoscit 204.d  
 Cogitationes & affectiones prauae, quae vel ex diaboli fraudulentia, vel ex carnis malitia se inuenerunt, prae voluntatis consensum, non sunt nostra peccata sed aliena 38.c  
 In cogitationibus nullus est similis Deo 77.h  
 Cogitatio & consilium quid sint & quomodo ista Deo possunt attribui 68.e  
 Cogitatio Dei in agendis dirigit nos per viam iustitiae, & perducit ad vitam aeternam 84.a  
 Cognitio Dei requirit iudicium cordis 93.b  
 Cogitationes hominum Deus a longe cognoscit 286.a.287.h  
 Cogitatione exactissima Deus hominem & omnia quae intra vel circa ipsum sunt cognoscit ibidem  
 Cognoscit Deus omnia nostra an tequam fiant ibidem  
 Cognitio Dei omnia & praeterita & futura includit ibidem  
 Cogitationes dei nimis profundae sunt 200.e  
 Commendare debemus Deo nostra omnia liberrime 57.a. & seq.  
 Commotio terrae salutaris per penitentiam 209.b.h  
 Commutatio mirabilis fit in futuro saeculo 195.b  
 Commutatio admirabilis facta est praedicantibus Apostolis, vt synagoga derelicta, gentium edificaretur Ecclesia 236.b.c  
 Commodare plura signifi. 247.b  
 Comminatio terribilis diuini iudicii contra peccatores 11.f  
 Conceptio Christi in psalmis describitur facta de spiritu sancto ex virgine matre 179.d.181.a  
 Confidentia tribulati de diuino auxilio 4.g  
 Confiteri positum inuenitur in significatione passiva 237.e  
 Confessio peccatorum duplex est, laudis scilicet & peccati, quarum neutra inuenitur in inferno. 10.a.h  
 Confidit in domino qui ipsum agnoscit 17.f.g  
 Confortatio diuina ad duo hominem facit robustum, videlicet vt mala omnia superet, & maxima quaeque possit 36.a  
 Confidendum Deo plenissime, sed non homini quantumlibet amico 56.a. & sed.  
 Confidentia in Deum describitur 54. per totum psal.  
 Confusio colentium idola 210.h  
 Confessio peccati meretur remissionem veniam 57.e

Confidenter aliquando pro seculo usurpatur 198.h  
 Confessionem peccati maxime amat Deus, sicut excusationem pessime odit 292.e  
 Confessione David de peccato meruit veniam, sicut excusatione Saul iram ibidem  
 Coniuges sibi mutuo obuiam ire debent vt pacem habeant 280.a.b  
 Consensus facit peccatum, adeo vt absque consensu, quantumvis teterrimum non imputetur peccatum 37.c  
 Consilia hominum sunt in manu domini 59.e.f  
 Consilia domini nullus impedit potest ibidem  
 Conscientia in malo obstinata est carcer infernalis, a qua solus Deus hominem liberat 183.b  
 Conscientia bona habens probatum testimonium non conturbatur 277.c.d  
 Conscientia secura homini est quasi cubile in quo requiescit, & in quo dulciter conuiuat 207.b  
 Consolatorius psalmus pro omnibus pijs, ne in aduersis suis & impiorum prosperis conturbentur aut scandalizentur 67.g. per totum psal.  
 Consolatio, ne quis obturbetur, si non semper se videat aequae ad Deo seruendum alacrem 264.e  
 Consolationum spiritualium dulcedinem non sentit, qui afflictiones non aliquando degustauerit 143.b.c  
 Consolatione veram a solo Deo querere oportet 159.a  
 Consolationes externas carnis ac mundi debet abnegare, qui voverit internis gaudere 159.b.c  
 Consolatio in aduersis utilissima, est diuinae legis meditatio. 259.h 266.d  
 Consolatoria sententia p. iis quae saepe labuntur, sed resurgunt a casu 178.a  
 Contritos corde sanat Deus, & eorum vulnera alligat 300.f  
 Contentionis studium hereticos adducit in aduersiones errorum 246.h  
 Contemplari & meditari non penitus idem valent 1.h  
 Conuersio peccatoris ad Deum qualis esse debeat, plenissime describitur 6.f.g.h  
 Conuertere se volēs peccator, afflictione singulari patitur ab iis qui prius illi in peccatis familiares fuerat. 217.g  
 Conuersio vera hominem alium facit quam prius fuerat 17.c.d  
 Conuersio Dei ad homines sic est quod solis reditus ad terram 220.b.c  
 Conuersio gentium ad Ecclesiam in tempore gratiae pulchre describitur psalmo 86

Conuertere nos debet Deus, vt conuertamur ad ipsum 84.g. per totum  
 Conuersis ad Deum, mox impedimentum praebent amici, quibus quomodo resistere debeamus docet propheta 72.c.d.112.c  
 Cordilatur in spirituali consolatione 7.a  
 Correptio domini duplex: altera misericordiae, altera iustitiae. 10.a.73.b. & 82.  
 Coronat nos Deus in miserationibus suis 221.f.g.223.b  
 Cornuorum ad pullos suos natura 18.h  
 Corripit dominus virga, baculo & gladio: sunt autem correptiones Dei bonis utiles 44.f.82.d  
 Correptio domini signum est amicitiae. 39.c.f.g. & 82.d.e. iterum pulchre 119.d  
 Corporis robore nemo apud Deum valet salutem consequi 60.a.b  
 Corda nostra quomodo effundere debeamus coram domino, vide pulchram annotationem 81.h  
 Corporalem cultum Dei ordinare debemus ad interiorum hominem, de quo est principalis cura habenda 103.d. per totum ipsum fo.  
 Cornu exaltare, est supbire: cornu alicuius exaltari, magnificari. 247.f  
 Cornu David in tempore gratiae producendum Ecclesiae, est Christus nasciturus p salute hominum 279.a  
 Correptio iusti ex charitate, summe expectanda volenti proficere. 291.g  
 Corpus diaboli se deducit, sicut & corpus Christi ad salutem se adiuuat 263.c  
 Cornuorum pulli quomodo ad tempus derelicti a parentibus, a Deo benigne curentur 301.g.h  
 Cornu triste quiddam referunt, & conditionibus aliquot cum diabolo habet similitudinem ibidem  
 Cornu significat potentiam vel imperium, unde procedit diuersa translatio 185.a  
 Credentes Christo, & de eo nunc in bonitate sentientes quanta sint consequuturi bona a domino, in praesenti & in futura vita 79.e.f  
 Credentem oportet non festinare, sed longanimiter expectare, exemplo Abraham 242.b  
 Creatura nulla dici debet ex Dei vtero genita, sed tantum vnigenitus filius 243.e  
 Creaturarum omnium tam superiorum quam inferiorum suauissimam contemplationem habet psal. 103. ad prouocationem diuinae laudis.  
 Cremio arefacto ossa penitentis pulchre comparantur. 217.d.219.g  
 Crytallus signat peccatores ob-

INDEX.

duratos in malitia, quae Crytallus dicitur a Deo proicienda sicut buccella 302.e.303.h  
 Crytallus aliquando qualibet glacie generaliter, alias specialiter glaciem obduratam significat. 303.g  
 Crux Christi nidus est animae, in quo domus requiescit, sagittis impiorum non patebit 20.d  
 In cubilibus suis latantur sancti tam Ecclesiae militantis quam triumphantis 307.a  
 Cultus exterior sine interiori vanus est, & nullius precii ante dominum 101.g.106.h. per totum  
 Cupiditas diuitem est inexplebilis 62.e  
 Custodia Dei super electos est continua, diligentissima, atque fidelissima 269.a  
 De custodia triplici Christus petit liberari, scilicet de custodia mortalis corporis, de obfusione inimicorum, & inferno atque sepulchro 294.b.f  
 De custodia multiplici petunt liberari homines iusti ibidem.f

D

Dauid facta est promissio de semine & regno perpetuis principaliter Christum respiciens 190.a. & seq.  
 Dauid a domino fuit percussus virga, vt euaderet gladium. 192.h  
 Dauid Sauli dissimilis, quia non excusabat, sed accusabat peccata sua. 216.a.b  
 Dauid non in omnibus formam tenuit boni principis 216.a.b  
 Dauidis deuotio erga edificandam domum domini 278.b  
 Dauidis meritum interponit orantes posterum ibidem.f  
 Dauidis humilitas, qua agnoscit populum suum non nisi per Deum sibi esse subditam 297.b  
 Damna quomodo dicantur in miseris non subsistere. 290.h.291.c  
 Damna in aeternum viuunt, & semper patientur grauissima tormenta ibidem.c  
 Defectio corporis humani hoc fit ordine, vt primum decidat, deinde induretur, ac tandem arefcatur in puluere 194.b.195.g  
 Defuncti corporis vita qui & quamobrem detineantur in loco purgatorio 276.h. & seq.  
 Pro defunctis quare solet legi psalmus 129. ibidem  
 Pro defunctis ad quid orent viuēs ibidem  
 Defectio & torpor animi est periculosa etiam in uiribus iustis 82.h



INDEX.

Delicia & temporalia bona vanitas sunt atque mendacium 7.b  
 Delicia temporales facies habent in fundo saporis pessimi, quas modo impii non gustant, sed in futuro gustabunt & epotabunt, velint nolint 40.d.154.d.155.a  
 Deleri aliquod de libro viuentiū, diuersis modis intelligitur 130.d  
 Delicia sunt iusto, quod etiam nocte in densissimis tenebris conspiciatur à Deo, cum latere non cupiat 288.d  
 Dæmonum & aliorum impiorum ad seductionem bonorū multiplex conatus & vehemens studium. 16.c.d.20.f.g.31.c  
 Dæmonium meridianum quid sit 199.f  
 Dentium cōfractio significat gratiam vltionem 5.e  
 Desiderium bonum adimplendi legem Dei debet adesse volenti in ea salubriter meditari 1.g  
 Desiderium pauperū exaudit dominus 16.g  
 Desiderium esurientiū Deus adimplet bonis 221.f.223.c  
 Deus vnū diem deputauit vltioni nonisimæ: propter quod nō quotidie iram exercet 11.e.f  
 Deus est iudex iustus, fortis & patiens 11.c.d  
 Deus potius dicendus est iram aduocare quam irasci 12.c  
 Deus tres habet digitos 14.b.c  
 Dei prouidentia etiam ad hæc in feriora extenditur. 16.f. & prolixius 19.h. & 24.e  
 Deus multo antè comminatur quam feriat, vt peccator terrore commoueat ad penitentiam, & gladii istum effugiat 20.d  
 Deus manifeste præmittit minas, vt emendet: diabolus occulte ponit insidias, & sagittas habet in occulto paratas, vt noceat ibidem  
 Deus quomodo fidelium pars est atque tota hæreditas, & quomodo pars hæreditatis eorū dicitur. 28.e.f  
 Deus propter temporalia neminem apicet 31.d  
 Deus mirabilis describitur, adueniens in auxilium tribulatorū. 33.b  
 Deus talem se erga nos exhibet, quales nos ipsi præstamus 34.b  
 Deus contra inimicos suos vtitur frequenter ministerio hominum vel cuiuslibet creaturæ 34.f  
 Deus frequenter punit ad emendationem ibidem. 82.f  
 Dei confortatio hominē facit robustum ad quæuis mala superada & quæuis bona agenda 36.a  
 Dei dona oēs accipimus 36.f

Dei erga suos bonitas & fidelitas 47.d. & 45.a.b  
 Diuina misericordia dulcedo iustitiæ rectitudo causa sunt, qua legē Deus dedit hominibus 53.a  
 De<sup>9</sup> suis electis exhibet se aliquando presentem, aliquando absentem: vtrunque tamen facit misericorditer, & nobis ipsi vtiliter 53. per totū  
 Dei adiutorium, & fortissimū & securissimum 49.a.b.c.d  
 Deus aliquando videtur nobis irasci, sed non ex ipsius beneplacito est ira 53. per totum  
 Deo nos ipsos & nostra omnia debemus libero animo committere, non vlli hominum quantumuis amico vel potenti 53.h. & seq.  
 Deus frequenter graues immitit homini afflictiones, vt vel sic à malo respiciat 57.e  
 Deus licet non semper corporaliter liberet suos, nunquam tamen illis abest aut deest 77.h  
 Deo specialis est cura de hominibus 59.h  
 Deus nunquam derelinquit suos, tametsi aliquando temporaliter videatur delerere. 69.b. & in psalmi illius pluribus aliis versibus  
 Deus quia sicut est potētissimus, ita etiam iustissimus, idcirco nihil agit inique, aut per tyrannidē 97.  
 Deus magnum sibi honorem reputat, si in omni occurrente tribulatione ipsum inuocaueris cum plena fiducia 103.h. & seq.  
 Deus duabus causis mouetur ad ferendam opem tribulatis 115.e.f  
 Deus sua nimia potentia interdū inimicos suos cogit ad exhibendum sibi ficta obsequia 127.c.d  
 Deus nunquam obliuiscitur misereri, neque potest negare suam misericordiam penitentibus in mundo isto 99.b  
 Dei nostri in hoc declaratur summa benignitas, quod leuissima precipit, & tamē ad eadem implenda fidelissime adiuuat 178.b.c  
 De<sup>9</sup> est suavis, mitis, & multæ misericordiae. vide horum 3. pulchram distinctionem 178.h.182.h  
 Dei super omnes præcellētia pulchre describitur 188.a. & seq.  
 Deus nostra omnia exactissime cognoscit, sicut ea quæ habet ante oculos 194.c.196.a  
 Deus vt res cognoscat non eget extrinseco lumine, neque obusit ei tenebræ 196.a  
 Deus vltionum in puniendo impios agit liberrime, nec potest impediri, cum longe diuersum sit de iudicibus huius seculi 203.h.205.d

Deum nō cognoscere eā quæ nos agimus, est rationi cōtrariū 204.a  
 Dei auxilio sustentantur iustine cadāt, & de inferno saluantur. 122.a  
 Dei nostri præcellētissima maiestas hoc à nobis exigit, vt ipsi cum summo iudicio & maxima discretionē, tanquam omnium primo domino, seruiamus 214.a. & seq.  
 Deus æternus immutabilis permanet, cælis & terra mutabilitatē subiectis 218.h  
 Deus animas nostras sanat ab omnibus infirmitatibus peccatorū, miserationibus coronat, bonis replet, inuentum renouat, & alia multa confert beneficia, quæ pulcherrime describit psal. 102  
 Deus eo quod summe magnus vel magnanimus, est etiam summe misericors 224.b  
 Dei prouidentia etiam in sensibilia ligna pascit in campis, & de animalibus tutandis loco naturæ congruo curam gerit 222.c  
 Dii gentiū omnes, dæmonia sunt & vanitas 208.b.209.e  
 Deus pater quomodo filium suū gignit ex vtero ante luciferum, cum secundum generationem æternam, matrem non habeat 148.  
 Dei custodia atque protectio super electos alsidua est & diligentissima 169.h. & seq.  
 Deus à periculis grauilissimis nos liberat, à quibus sine eo non possemus liberari 271.c.d  
 Deus Ecclesiæ præcipuus est adificator & custos, Apostoli verò ministri tantum 273.e.f  
 Deus solus facit mirabilia. 282.a  
 Deus omnia quæ circa hominem & intra sunt, exactissime nouit, etiā cogitationes à longe cognoscit, & multo antè quàm res fiāt prænoscit 286.b  
 Deus quomodo manum ponit supra hominē 286.c. & 288.b.62.d.e  
 Deus omnium est causa efficiens secundum esse, non secundum fieri tantum, propter quod sine eo nihil potest creati nec permanere i esse ibi.  
 Dei presentiam nemo potest effugere, quocumque se verterit. 286.d  
 Deo nihil impeditenti præstant tenebræ quo minus omnia videat, etiam in nocte: quomodo lumē diei nihil illum adiuuat vt videat 287.e.f.288.f  
 Deus nō videt per lumen extrinsecum 288.f  
 A dextris esse quid sit 30.c  
 A dextris Christi & fidelium eius stat Deus. ibidem. 240.c.241.e  
 A dextris impiorū stat diabolus,

239.a.205.a  
 A dextris patris sedere iubetur Christus dominus 241.a.g  
 A dextris esse, aliquando in bono, aliquando in malo sonat. 240.g  
 Dexteræ in vsu scripturarum pro fortitudine ponitur, vel pro personam filii Dei 255.c  
 Dexteræ impiorum, est dexteræ impietatis: iustorum vero est dexteræ æquitatis 196.e.297.d  
 Diabolus mire artifex variis tētionū modis oppugnat hoies. 109.a  
 Diabolus dicitur aspis, basiliscus, leo, & draco, ob veneni malitiam, & nocendi cupiditatem: à fidelibus tamen vincitur 167.a.200.c  
 Diabolus & Deus adinuicem pugnant 9.h.32.a  
 Diabolus quos viderit nutantes, & mente turbatos, validius oppugnat: ab iis autem qui animo constantes sunt, metuit 122.a  
 Diaboli venatores dicuntur, quoniam ipsi omnes cōpetunt venantium conditiones 197.d.e  
 Diabolus Christum tentans peruerse scripturā citauit, qua in parte illum imitantur heretici. 200.c  
 Diabolus stat à dextris impiorū 241.a.239.a  
 Diaboli ruina grauis, sed futura grauior 144.d  
 Diei nomine fideles significantur 37.f  
 Dies nostra nunc est, quæ noctem est habitura, sed veniet post hanc dies domini, cui nō succedet nox. 71.a  
 Dies vitæ humanæ fumo comparantur. 217.c.11.g  
 Dies iustorum non euanescent, sicut impiorum. ibidem  
 Dies iudicii & mortis recte mala dicitur impiis 99.c  
 Dies vna in patria superna est melior, quàm mille in presenti in seculo 176.d  
 Diei vni hesternæ quæ transit, cōparantur anni vitæ humanæ. 193.h  
 Dies virtutis Christi multipliciter intelligitur 148.c  
 Dierū in scriptura inuenitur plenitudo & dimidium, & qui dicuntur habere dierum plenitudinem, & qui dimidium. 229.h  
 Dies vitæ humanæ comparatur vmbra declinanti 218.a  
 Dies vitæ humanæ cōparatur fœno, vel gramini, & flori, qui flante vento abripitur 221.g.224.c.d  
 Dies quam fecit dominus, est tempus gratiæ & salutis, in qua nos oportet exultare 254.g  
 Dies Hierusalem dicitur dies vltionis ipsi<sup>9</sup>, sicut dies hominis ap-

pellatur dies punitionis eius. 284.d  
 Digni Dei tres sunt 14.b  
 Dign<sup>9</sup> quæ sit māsione ecclesiæ. 41.a  
 Dilectio Dei includit dilectionē iustitiæ, & iniquitatis odiū, ac proinde fieri non potest, vt diligat Deū qui amat iniquitatem 91.g  
 Dissimulare peccata, quæuis parua, nō est absq; grādi periculo. 78.d  
 Dispositiones omnium rerum ex Dei pendunt voluntate 56.f.g  
 Disponere sermones in iudicio, quid sit 247.c  
 Disponens in iudicio sermones, merito in æternum non commouebitur. ibidem  
 Dispergit diabolus: cōgregat De<sup>9</sup> quos ille disperferit. 300.f.301.c  
 Diuites & potentes deuorant pauperem, vt cibum 36.e  
 Diuites huius seculi semper sunt egentes 62.d.e.96.b  
 Diuites qui per aduersam fortunam ad paupertatem deuenerint, si ob humanam verecundiam, fame seipso perimant, aut familiam, crudeles sunt homicidæ 71.b  
 Diuites & potentes huius seculi non sunt timendi à bonis, quātumuis appareant gloriosi 98.f  
 Diuitias, honores, & potestatem in impiis nō magnificare debemus, vt pote quæ illis nullam adferant vtilitatem, sed occasio sunt damnationis grauioris ibidem  
 Docere praua, sicque in pestilentia sedere cathedra, res perniciosissima est 1. & seq.  
 Doctrina salutaris, vinum & lac appellatur 14.a  
 Doctorem falsorum modus in docendo & decipiendo 44.f.g  
 Docentes quæ Dei sunt, & ipsi male viuentes, durissime increpantur à domino 101.g  
 Dolet sanctis vehemētissime, Deū blasphemari ab infidelibus, aut impiis 251.b  
 Domus & ædificia, quæ in hoc mundo homines adificant, verius ipsorum tabernacula, quàm domus dicenda sunt, propter nimiam temporis breuitatē, quo illa inhabitāt. 100.d  
 Dominium Dei, maximum & latissimum 189.b  
 Dominium Dei duabus rationibus est præcellētissimum. 207.g  
 Dominium Christi in medio inimicorum suorum. 241.b.242.d  
 Dona Dei oēs accipimus. 36.g  
 Donec aduerbium, non semper exclusionem significat, & eius vsus scripturis frequens exemplis multis declaratur 143.b

Dormitatio & exurrectio in scripturis nō nunquam remissionem & reparationem significant 46  
 Supra dorsum iustorum fabricant peccatores, & quid sit supra dorsum fabricare 276.b  
 Dracones aut cete ludunt in mari 226.g  
 Dracones dicuntur cete grandia 304.h  
 Duplicitatē & dolum cōtra proximum odit dominus. 21.h.8.b  
 Duplices corde, & corde loquuntur 22.g  
 Dulcedo diuina misericordia, & iustitiæ rectitudo causa sunt quare Deus legē posuit hominibus. 47.c  
 Duce m se præstabat Deus etiam in legē naturæ, iis qui ad ipsum clamarent. 244.f

E  
 Brietas & fatietas sanctorum pulchre describitur per comparationē ad corporale ebrietatem. 67.a.b  
 Ecclesia tam militans, quàm triumphans dicitur sancta, & nomine Sion significatur. 3.g.5.b  
 Ecclesiæ confessio p humani generis inimici deiectione. 14.h.15.a  
 Ecclesia filia Sion dicitur, id est, filia altissimi patris 18.b  
 Ecclesia est tabernaculū, siue tentorium hominū peregrinorū. 27.e  
 Ecclesia nō se firmamenti significatur nō nunquā in scripturis. 37.e  
 Ecclesia Christi sponsa dicitur, & illi desponsata fuit in vtero virginis, consummatum est autē hoc matrimonium in cruce 38.a.b  
 Ecclesiæ ædificatio prædicatur 42.c.d.e  
 Ecclesias frequentare, & diuini interesse bonum est 48.b  
 Ecclesias atque loca sancta, & alia ad diuinum cultum pertinentia ornare, excelsere, venerari, sanctitatis & pietatis est indicium: hæc verò non curare, animum non rectum erga Deum significat 48.b  
 Ecclesiæ penē oia mysteria mirabiliter verbis magnificētia luculentissime describuntur. 51.g. per totum.  
 Ecclesia sancta sponsa Christi est. psal. 44. per totum: de cuius ornatu & gloria, & sublimatione, vide in verbis Sponsus & Sponsa.  
 Ecclesia sancta in sui initio quāto fortius expugnabatur exterius, tanquā interiorius profectus virtutū, & spiritalium charismatum irrigatione amplius proficiebat. 113. per totum.  
 Ecclesia sancta firma est, neque vllis vnquam persecutionib<sup>9</sup> penitus destitui poterit. 92.c.b. per

INDEX.

totum & 95.  
 Ecclesia Christi atque principum  
 rectorum illius mirabilis commen-  
 datio. 93.e per totum.  
 Ecclesia Christi quomodo subiu-  
 gantur erant vniuersae gentes, cum  
 principibus eorum praedicatur psal.  
 46. & 75. per totum.  
 Ecclesia sanctae fundatio, digni-  
 tas, stabilitas, atque multiplex com-  
 mendatio egregie describuntur.  
 psal. 46. & 47.  
 Ecclesia sancta, domus Dei & ciui-  
 tas Dei in scripturis appellat. 96.a  
 Ecclesia Christi dilatatio & exal-  
 tatio pulchre sub metaphora vineae  
 describitur & praedicatur 269.d  
 Ecclesia fundamenta in montibus  
 sunt, sancti apostoli 184.a.g  
 Ecclesia fundamenta multa, sed  
 vnicum primum Christus. ibid.  
 Ecclesia portas dominus plus dil-  
 igit, quam synagoga tabernacula  
 184.b.185.a  
 Ecclesia militans pulchre descri-  
 bitur. 184.a. per totum  
 Ecclesia vox est psal. 117. Deo gra-  
 tias agentis magnificas.  
 Ecclesia fundatio post Christi re-  
 surrectionem, ipso regnante in cae-  
 lis, per sanctos apostolos, pulchre  
 describitur, & quanta difficultate si-  
 ue potentia id actum fuerit. 186.b  
 Ecclesia decet scititas aeterna. ibid.  
 Ecclesia & filiorum eius exultatio  
 de praedicatione euangelica 211.b  
 Ecclesia sancta in tempore gra-  
 tiae aedificatio per apostolos, eiusque  
 profectus & dilatatio. 266.b.c.d.  
 deinceps.  
 Ecclesia gentium electio, repro-  
 bata synagoga, & summa illius fec-  
 unditas 236.b  
 Ecclesia militantis ad triumphan-  
 tem precatio, & vicissim huius ad  
 illam responsio 270.a.b  
 Ecclesia gratiarum actio est psal.  
 123. quod per Deum a grauissimis tri-  
 bulationibus sit liberata.  
 Ecclesiae aedificatio & custodia non  
 est possibilis sine Deo, & quomodo  
 per apostolos edificanda 283.e  
 Ecclesia etiam militans recte appel-  
 lari potest Hierusalem & Sion. 302.h  
 Ecclesiae militantis quomodo ser-  
 portarum confortata, quomodo Deus  
 filiis eius benedixit, quomodo fines  
 pacem posuerit, & adipe frumenti  
 eam satiet 302.c  
 Ecclesia triumphanti quomodo praedi-  
 cta significatur conuenire. ibidem  
 Ecclesiasticus versus in diuinis offi-  
 ciis potest subinde aliquam scriptu-  
 ram particulam in alium sensum ac-  
 cipere, quam sit primaria scripturae

sententia: neque cogendi sunt inter-  
 pretes ex usu eiusmodi 287.g  
 Effundere debemus coram Deo  
 animam nostram, & qualiter id ac-  
 cipiendum 122.b  
 Aegyptii quare dicantur Iudaeis  
 populus barbarus 250.c  
 Aegyptiorum plagas psalmista de-  
 scribit. 147.h. & seq. 244.g.h  
 Aegyptus Hebraeis aliquando si-  
 gnificatur nomine Raab. 185.d. ali-  
 quando terra Cham. 165.b  
 Electorum suorum Deus cognos-  
 cit numerum 246.d  
 Elementi aquae magnitudo tanta  
 est, ut terrae omnes montes possit  
 operire 221.e  
 Elementorum vnumquodque ali-  
 quam habet predominantem qua-  
 litatem 125.b  
 Eleuationi mentis in Deum for-  
 ma commodissima 46.b  
 Eminus a Deo quae postulatio im-  
 petrata referimus 223.d  
 Epitaphia virtus qualis sit, & quomo-  
 do Deo attribuitur 183.g  
 Episcopi vocabulum quid sonet,  
 & quam recte nomen officio conue-  
 niat 216.c  
 Episcopatum Iudae alter accepit,  
 sic & sacerdotium Iudaicorum at-  
 que totius populi. 239.c. 240.h  
 Erigit dominus allisos siue col-  
 lapsos 298.f  
 Error quo ante Christi aduentum  
 homines tenebantur in mundo, per  
 ipsum ablatus est, clamantibus ad  
 eum 233.d  
 Escaam Deus praebet omnibus ani-  
 mantibus, vnicuique iuxta naturam  
 suam 226.g.h  
 Esurientes impleri bonis, & qui  
 vere esurientes dicantur 223.c  
 Esurientes & sitientes deficiebant  
 homines absque Deo, qui deinde  
 per eum bonis adimpleti sunt, cla-  
 mantes ad ipsum 233.d. & sequent.  
 Aeternitas quid sit pulchre de-  
 claratur, & quare hodie appelletur  
 in scriptura, potius quam heri aut  
 cras. 2.h  
 Aeternus & immutabilis semper  
 permanet Deus, cum caelum & ter-  
 ra, & caetera omnia sint aliquando  
 immutanda 218.g  
 Aeternum permanet in caelo Dei  
 verbum, & veritas item eius aeterna  
 permanet 259.h  
 Euangelium per apostolos in om-  
 nem terram diuulgandum aperte  
 describitur 18  
 Euangelicę legis commendatio  
 mirifica 36.h  
 Euangelicę doctrinę efficacia, &  
 confirmatio eius per signa praedici-

tur. 52. 129.h. & sequent.  
 De euangelio plura require in ver-  
 bo Dei. Quaecumque enim de hoc  
 dicuntur, de illo certum est eadem  
 dici posse.  
 Eucharistiae sacrae vaticinium. 71.g  
 Eucharistia sacra in escam pro-  
 mittitur pauperibus laudaturis do-  
 minum 42.e.f  
 Eucharistia sacra in ecclesia da-  
 tur fidelibus ad confortationem con-  
 tra impugnantes 43.b  
 Eucharistiae sacramentum in ec-  
 clesia memoriale est omnium mirabi-  
 lium, quae pro nostra salute Christi  
 exhibuit 244.h. & sequent.  
 Pro Eucharistiae sacramento pro-  
 lixam habes annotationem in anno-  
 tationibus ex Hebraeo super psalm.  
 71. in versum illum, Erit firmamen-  
 tum in terra, &c. Vide item in an-  
 notationibus ex Hebraeo psalmi.  
 110. in versum quartum, Memoria  
 fecit, &c.  
 Exaltari aliquando Deus permit-  
 tit inimicum super iusto, etiam per-  
 manente iustitia, sed preualere non  
 finit 24.c.g  
 Exaltatio vera nemini potest ni-  
 si a Deo procedere 154.a  
 Exaltationi maiori non raro suc-  
 cedit conturbatio, quod etiam Chri-  
 sto accidit, quomodo prius conti-  
 gerat Dauidi 187.h  
 Exaltabunt iustorum cornua,  
 impiorum e contrario deprimentur,  
 & quid sit exaltari cornu. 154.a.f.  
 247.f.  
 Exaltauit Deus cornu populi sui,  
 variis modis intelligitur 305.h  
 Excusatio in peccatis etiam mino-  
 ribus, quam sit periculosa, diligen-  
 ter notandum 58.d  
 Excusantes se peccatores de pre-  
 ceptorum obseruatione, ob difficul-  
 tatem, & obseruandi impossibilita-  
 tem, durissime increpantur. 205.b.h  
 Excusatio in peccatis summe ca-  
 uenda, quia periculosissima. 291.  
 a.b.c.d.  
 Excusauerunt se in peccatis primi  
 parentes: sic ite Cain, & Saul. eodem  
 exempla mala & corrupta do-  
 ctrina sunt peccatorum reliquiae, quas  
 relinquunt suis filiis 31.c  
 Exprobrat nobis vera exprobra-  
 tione, qui iniqua proponunt, ut de-  
 mon, mundus, caro 273.e  
 Exprobrantibus hoc modo quo-  
 modo debeamus Christi exemplo  
 respondere verbum, ut non inimicorum  
 vincamur exprobrationibus. eodem  
 Externa operatio iusti cito po-  
 test ad summum adduci, ut non possit  
 ultra progredi, sed aeterna charita-

tis in corde operatio finem nescit.  
 178.b. Eandem ferē sententiam ha-  
 bes in psalmo. 118.  
 F  
 Fabricare supra dorsum quid  
 sit, & quomodo fabricat peccatores  
 supra dorsum iustorum. 276.a  
 Facies domini placida non mon-  
 stratur, nisi conuersis ad ipsum, & a  
 peccatis auertis 169.a  
 Facilitas diuinę exauditionis erga  
 fideles notatur a propheta 171.b  
 Facere causam, significat iudicare  
 causam, vel vindictam facere 17.a  
 Felicitas praesentis vitae mera vani-  
 tates est, nullam habet stabilitatem  
 77.g. per totum. & iterum 148.e  
 Felicitas temporalis malorum iu-  
 stos non debet mouere ad male agen-  
 dum 80.f  
 Felicitas praesentis vitae, qua flo-  
 rent homines mali in hoc mundo,  
 pulchre describitur & prolixè 149.  
 d. ac sequent.  
 Feno tectorum (quod priusquam  
 euellatur arefcit, & quod nulli ser-  
 uis) comparatur impiis 275.g  
 Fenerari in scriptura, non semper  
 sonat vitium 247.b  
 Pro festorum obseruatione debita  
 exhortatio: contra non obediētes  
 autē, cōminatio terribilis. 170.a.b  
 Festiuitas sermonis est ieiunium di-  
 cti replicatione. 202.a. 203.c. & seq.  
 Fidei Christianae triplices hostes  
 13.d  
 Fidelitas, vel fides nulla in terris  
 21.h. 22.b  
 Fides cum timore Dei, retinaculum  
 sunt peccatorum, quibus deficienti-  
 bus, statim in omne malum ruunt  
 praecipites 25.c  
 Fidelis Deus erga seru. suos. 46.d  
 Fideles Christi praedicationi ac-  
 quiescentes quanta tam in praesenti,  
 quam in futuro accipiant. 78.e.f  
 Fideles omnes reges erunt in vita  
 futura, erit tamen vnum omnium re-  
 gnum, quod sufficiet omnibus 91.a  
 Fides plena ad Deum in omnibus  
 necessitatibus confugere, est illi ac-  
 ceptissimum: & magnum sibi ho-  
 norem reputat Deus, sic fideliter  
 inuocari 104.c. & sequent.  
 Fides in ecclesia est quoddam co-  
 agulum, quo aduincem coniungun-  
 tur fideles, & quasi in vnam massam  
 coagulantur 130.c.d  
 Fides Christiana potentissimis si-  
 gnis est confirmata 282.f  
 Fidelis est Deus in omnibus ver-  
 bis suis 206.a  
 Fidelium numerus in primordiis  
 ecclesiae minimus temporis perocel-

tu excreuit in maximū. 297.d. 289.c  
 Fidere nemo debet in hominibus,  
 quantumuis potentibus, sed in Deo  
 fidendum, & harum rerum rationes  
 279.f. & sequent.  
 Figmentum nostrum attendens  
 Deus & puluerem, promptus est  
 ad miserendum nobis miseris. 222.  
 c.d. 224.b  
 Filios suos Deus corripit multi-  
 pliciter 34.e.f.g.  
 Per filium patrem cognoscimus. 67.f  
 Filii timentes Deum comparatur  
 nouellis oliuis, & qui sint hi filii spi-  
 ritualiter exponitur 274.h  
 Filii adoptionis sunt hereditas &  
 merces Christi, pro quibus fecit &  
 tulit omnia 274.b  
 Filii prodigi exemplo debent pec-  
 catores a peccatis reuertere, & ad  
 Deum patrem reuerti 289.d  
 Filia Sio pro ecclesia ponitur, filie  
 Sio pro particularibus ecclesiis. 18.b  
 Filia Babylonis aut filia Sio, quo-  
 modo intelligantur 284.e  
 Filii Sio, filia Iuda, filia Sion, quo-  
 modo intelligantur 306.c  
 Fines Hierusalem tam supernę quam  
 infernae Deus pacem posuit. 303.a  
 Firmamentum virtutis Dei quid  
 debeat intelligi 308.a  
 Flagellum domini duplex est, alterum  
 misericordiae, alterum iustitiae. 10  
 Flere peccata proximorum facit  
 charitas 261.h. 277.d  
 Flentes nunc dum seminant, ride-  
 bunt cum metent in iudicio. 272.h  
 273.a  
 Fiori agri (qui flatu venti deiici-  
 tur) comparatur hominis vita. 222  
 d. 224.b  
 Flumina dicuntur apostoli. 202.f  
 203.b  
 Flumina vitae & paradisi apostoli,  
 & flumina mortis ac inferni, nempe  
 principes saeculi, aduincē pugnat:  
 sed illa vincunt, haec succubunt. 203.c  
 Fomitis prauis qui est in corrupta  
 carne meminit paraphraistes Chal-  
 daeus 203.a  
 De hoc vide prolixius in annot. ex  
 Hebraeo in psalmum. 49.  
 Fontium amenitatem psalmista  
 considerat, vnde procedunt flumi-  
 na, & iuxta quos dulciter cantillan-  
 tes resident auiculae 202.a  
 Forma absoluta boni principis,  
 vel praelati pulchre describitur. 213  
 c. per totum.  
 Fortitudo multiplicatur inuocan-  
 tibus dominum 285.a  
 Fortitudinē equi non diligit Deus,  
 neque tibias virorum fortium. 301.a  
 Fraciscus breuibus quatuor mo-  
 dos tentationum demoniacarum ex-

presit 224.d  
 Franciscus psalmum proferens. 141.  
 emisit spiritum 294.c  
 Fragilitas & imbecillitas carnis  
 humana Deum inclinatur ad miseren-  
 dum nostro generi 10  
 Fraudem proximi & omnem in-  
 iustitiam habet Deus exofam. 7.h.  
 & seq. 22.b  
 Frantum ori imponere, est stude-  
 re silentio 292.e  
 Frigidi citius ad poenitentiam con-  
 uertuntur, quam tepidi 29.b  
 Frigus domini intolerabile dicitur,  
 id est, ira eius, & quomodo hac  
 per frigus significatur 304.h  
 Fructus ventris singulariter dicitur  
 Christus, quia de matre virgine  
 sine patris operatione natus 274.e  
 Frumentum duo habet, nempe fur-  
 furem & adipe: sic Christus verum  
 frumentum habet humanitatem &  
 diuinitatem: de hac satiat beatos in  
 patria, de illa sanctos pascit in via.  
 303.c  
 Fulgura Deus facit in pluuiam, quae  
 diuersimode exponitur. 281.g  
 Funiculus distributionis iustorum  
 in praclaram & iucundissimam for-  
 tem cadit 29.h  
 Funiculus vitae humanae, est cor-  
 dis intertio, qua recta aut curua pro-  
 bantur omnia 287.h  
 Fumo comparatur humanae vitae  
 duratio. 219. speciali tamen ratione  
 impiorum duratio 302.b  
 Furor domini qualis sit 2.g. 10.c  
 Fundamentum spiritualis aedificii  
 est sibiipsum humiliter diffidere, tota-  
 que in Deo spem constituere, super  
 quo fundamento, ut possunt aedifi-  
 caris maxima, ita sine eo omnia col-  
 labuntur in cinerem 178.a  
 Fundamenta ecclesiae sunt apo-  
 stoli: vnicum tamen fundamentum  
 primum est Christus dominus  
 184.a.g.h

G  
 Gaudere debet anima in boni-  
 tate Dei, sed cum tremo-  
 re 4.d  
 Gaudia & bona ecclesiae per Chri-  
 stum redemptae notantur 76.d.e  
 Gaudent angeli super conuersione  
 peccatoris, gaudent & daemones su-  
 per casu iusti: horum autem gaudiorum  
 rationem vide pulcherrime 80.b  
 Gaudii caelestis memoria atque  
 expectatio pascit animam, facitque  
 contemnere quaecumque; huius mun-  
 di sunt bona 82.b  
 Gaudium fidelium de redem-  
 ptione humani generis daemionibus

INDEX.

G

INDEX.

innidentibus, in psal. 125  
 Gaudet & proficit iustus in punitione malorum 116.c  
 Gentilitas electa ad ædificationem nouæ ecclesiæ, reprobatis Iudæis & synagoga eorum. 236.a  
 Gentilitatem diu sterilem tandem Deus fecit, iuxta prophetica vaticinia, multorum filiorum in gaudio matrem 248.b.h  
 Gentibus exhibendam in ecclesia misericordiam describit psal. 116.  
 Glacies sunt coram Deo omnes peccatores propter frigus malitiæ, quo coagulantur corda eorum. 363.h. & sequent.  
 Glacies liquefacta est peccator conuersus ad penitentiam 304.b  
 Glacies obdurata, & crystallus est peccator nolens emolliri, aut liquefieri ad penitentiam. ibidem  
 Gladius malignus fuit Danid gladius Goliath & gladius Saulis 296.f.  
 Gladios ancipites habent sancti in manibus ad faciendum vindictam & iudicium in malos 306.d  
 Gladius aliquando significat iudiciariam potestatem, aliquando verbum Dei 307.b  
 Gladio verbi Dei quomodo sancti pugnant aduersus diabolum, & omnes mundi potestates ac sapietes. ibidem.  
 Gladio domini corripuntur non filii, sed reprobi 44.g  
 Gladium & virgam habet dominus, gladium pro reprobis, virgam pro filiis, vbi deliquerint 192.g  
 Gladius diu vibratur antequam feriat, sed virga statim adest filiis peccantibus: quare in hac debet electus consolari, illum autem omnes timere. ibidem.  
 Gloria peccatorum peribit. 2.c  
 Gloria Dei quis dignus habeatur. 44.h. & sequent.  
 Gloria celestis omnimoda perfectio & plenitudo prolixè notatur 67.a. & sequent. 69.a  
 Gloria presentis vite quam breuis sit, & quam infructuosa appetitibus illam. 67.a. per totum. 69.a. & seq.  
 Gloriam veram nullus assequi potest, neque hic, neque post hanc vitam, nisi à solo Deo 154.h  
 Gloriatur iustus, quod oppugnatus multoties, non sit deuictus ab hostibus 275.d  
 Gratiarum actionis forma, pro liberatione ab omnibus inimicis. 31.f. & sequent.  
 Gratiarum & illuminationem spiritus sancti omnes accipimus 36.f  
 Gratiarum actio pro regis victoria. 39. per totum.  
 Gratiarum actio pro precipuis Dei

beneficiis. 43. h. per totum.  
 Gratia presentia facit confortari spiritum, & reflorescere carnem, quasi noua fortitudine, ad curram viam mandatorum Dei 50.e  
 Gratiarum actionis forma pro liberatione à tribulationibus, & aliis tentationibus 114.h  
 Gratiam & gloriam solus donat Deus 176.e  
 Gratiam reconciliationis humanæ per Christi aduentum prolixè & pulchre describit psalmus. 84.  
 Gustus spiritualis deuotionis & quietis percipi non potest, vbi non præcesserit tribulatio, siue tentatio 143.b. & sequent.  
**H** Erba prius augmentum accipienti post verò suo vigore deperenti, pulchre comparatur homo super terram viuens. 194.b. 195.h  
 Hæretici scripturam peruerse, aut truncate citantes, patrem suum imitantés diabolum, qui similiter egit Christum tentando. 199.h  
 Hæreticorum prauitate & adinventionibus in nouissimis temporibus ledendos plurimos prædicitur. 236.g  
 Hæretici propter ambitionem & contentionis studium confingunt hæreses ibidem  
 Cum hæreticis non debent disputatione misceri, qui non sunt in fide multum fundati 73.e  
 Hæretici missam dolent appellari sacrificium, & orthodoxos patres e ratione calumniantur 236.g  
 Hæreditas bonorum qualis sit pulchre describitur 28.d. 29.e.f.g  
 iterumque 15.f. 75.b  
 Hæreditaria portio sanctorum est Deus, quam omnibus præferunt. 28.d. 29.e.f.  
 Hæreditate possidebunt sancti terram, non autem impii. 69.e. 70.d.e  
 Hæreditas Christi, omniumque laborum & passionum eius merces, sunt filii gratiæ 273.h. 274.c.d  
 Hermon mons est trans Iordanem vbi dominabatur Og 280.b  
 Hierusalem superna quomodo adificatur ut ciuitas ex viuis lapidibus, & quomodo sit in ea summa cõiunctio, atque cõadificatio singulorum cum singulis, quod non est in corporalibus adificiis 269.g.h  
 Hierusalem adificator est dominus. 300.f. 301.c  
 Hierusalem superna seras portarum habet confortatas, & benedictionem filiorum suorum, fines quoque suos in pace habet, & frumenti adipis satietatem 302.c.h  
 Hymnum esse sanctis Dei varie in-

telligitur 306.g  
 Hypocrita mala sua noluit agnoscere 58.d.e  
 Hodie, significat æternitatem, quæ non est nisi perpetuum quoddam hodie 3.a  
 Hodie alicubi significat, tempus gratiæ 207.h  
 Homo, rationalis creatura, vanitates & mendacia vite presentis sequi non debet 6.d. 7.b  
 Homo est peregrinus super terram, cuius tabernaculum est ecclesia militans, sed patria ad quam tendit, est triumphans ecclesia 27.d.e  
 Homo in scriptura, aliquando pro carnali accipitur 31.h  
 Homo non sit gratus Deo per temporalia, sed per bonam voluntatem 32.c  
 Hominis mens, vel anima, verius lucerna dicitur diuini luminis capax, quam ipsa lux dicatur 35.h  
 Homo qui in uisitatione diuina positus, magna pollicetur atque proponit, vbi paululum derelictus fuerit, experitur suam ex semetipso infirmitatem in bono 57.c  
 Homo ad considerandum suam naturam dignitatem admonetur 58.b. & sequent.  
 Homo multipliciter etiã proprium peccatum subinde ignorat 38.d.e  
 Homo quilibet à Deo positus est colonus ad excolendam cordis sui terram 70.e  
 Hominis vanitas & instabilitas tantum in natura, quam in actione pulchre describitur per totum psalmum 36  
 Homo per peccatum suam dignitatis oblitus, per omnia sit similis irrationalibus animantibus 98.c  
 Homini quid maxime formidandum in die mortis atque iudicii, anigmata declarant propheta 97.f  
 Homines in hoc mundo laborantes rectissima comparatione asimulantur araneis 194.e. 196.b  
 Hominis nomine interdum diabolus includitur 291.a  
 Honor regis nostri, Dei iudicium diligit, prolixè & pulchre exponitur. 214.a.b.c  
 Humani generis reconciliationem tempore gratiæ per Christum factam, pulcherrime describit psal. 84.  
 Humanæ vitæ nimiam breuitatem & magnam miseriam pulcherrime describit psal. 89. quem cum suis annotationibus diligenter lege.  
 Humani generis salus per Christum facta describitur 210.e.f  
 Humani generis totus processus quo egit cum illo Deus ab initio, & aget usque ad consummationem sæculi,

pulcherrime describitur in psalmo 106. per totum psalmum.  
 Humana vitæ tempus comparatur fumo. 217.c. Ibidem vide annotationem notatam dignam, de eo quod tempus bonorum non sic deficit, ut tempus malorum.  
 Humanæ vitæ tempus comparatur umbræ declinanti 212.b  
 Humana vitæ tempus comparatur gramini, & flori agri, qui vento flante decidit 220.d  
 Humilitas crucis Christi nidus est fidelis animæ, in quo donec requieverit, securus est ab omnibus periculis 78.b  
 Humiles saluat & seruat dominus 34.b  
 Humiles & mites docet dominus vias suas 48.c.d  
 Humiles Deus respicit, & exaltat ad gloriam, ponitque eos cum principibus 248.h  
 Humilitas maxima virginis Mariæ ipsam super omnes eleuauit in gloria. ibidem.f.g  
 Humilitas maxima etiam nunc in virgine Maria in cælo permanet. ibidem.  
 Humilitatis pulchram formam tradit psalmus. 130.  
**I** dola sunt vanitas & mendacium 7.b  
 Idolorum vanitas, & mira impostura apertissime depingitur 249.c  
 Idola quare non exerceant actus vitæ, & sensuum non habeant operationes 251.b  
 Idumæorum poena describitur 283.g. & sequent.  
 Ignis triplex præcedet faciem iudicis venturi, ignis scilicet conflagrationis, ignis infernalis, & ignis charitatis 210.c. 211.e.f  
 Ignis quidam est in homine mala concupiscentia, qui mirum in modum exhaurit animæ vires 219.g  
 Ignis concupiscentiæ malus continuo imminuens hominis vires, ipsum tandem ad nihilum redigit, si non per cibum spirituales interteneatur 217.d. 219.h  
 Illuminat Deus tribulatos, docet quid agere debeant 58.b  
 Impius pulueri 1.b  
 Impiorum resurrectio qualis futura sit 2.b  
 Impiorum iudicium 7.a.b  
 Impii inimicos suos post hanc vitam non despicient, sed magis suspicient. 302. b. iusti autem e contrario.  
 Impiorum contra bonos multiplex & vehemens nocendi studium 16.c. 19.g. 22.c. 24.g. 31.b. 63.a  
 Impii bonum quod operatur in suis

dominus, peruertere & destruere conantur 19.c. 31.h  
 Impiorum magna est multitudo 21.h. 24.g  
 Impios in circuitu ambulare, significat vel illorum multitudinem, vel conatum ad nocendum, vel exclusionem à regno, vel circuitum per denium vitiorum, vel laborum suorum frustrationem 23.f  
 Impiorum & pauperum oppressorum, atque potentum huius sæculi mira peruersitas, illorumque subsequens perpetua calamitas, e contrario verò iustorum perpetua felicitas pulchre describuntur 108. per totum  
 Impii duplici ratione dicuntur non dimidiare dies suos, ut qui non raro ante senium moriuntur, vel usque ad terminum quem sibi præfigunt non perueniunt, nec malum propositum in effectum plenum deducere potuerunt. 113.e. 116.c. 118.a.b  
 Impiorum poenitentia multiplici comparatione describitur 118.a.b.c  
 Impiorum desiderium peribit, tam de seipsis, quam de aliis 246.f  
 Impii ad vitiatam præesse aliis non possunt, sed tyranni sunt, fures, & latrones potius, quam pastores, aut rectores 288.d  
 Impiorum in hoc sæculo flenda prosperitas pulchre describitur 297.a.b  
 Impii dicuntur obstitere Deo. 31.h.  
 Induratum esse, est sedere in cathedra pestilentia 1.d  
 Intellectu solo versari in lege Dei, parum confert 2.a  
 Intentio cordis humani funiculus dicitur vite, vel via ipsius, secundum quam rectificatur omnia, quæ etiam oculus appellatur, & nomen imponit operi 288.h  
 Intellectus bonus iis qui faciunt quæ intelligunt 245.c  
 Innocentiam suam proponit iustus contra suos persecutores 63.d. e. 10. h. 30.e.f  
 Iniquitatis ordo & processus 1.g. & prolixius 12.d  
 Incendi pro tribulari, siue cruciari ponitur in scriptura, ignis verò pro tribulatione 18.c  
 Interrogare iustum & impium quid sit 17.h  
 Interrogationes factæ Deo in scripturis, non responsionem postulant, sed vel admirationem, vel vehemens desiderium proponentis, siue interrogantis insinuant. 24.c.d  
 Inimicus hominis est praua sensualitas 24.d  
 Innocentiam & iustitiam suam enar-

rat tribulatus, ut facilius exaudiatur 47.h. & sequent.  
 Interrogare aliquando ponitur in scripturis pro obitice 64.h  
 Inuocantes dominum ex solo timore non merentur exaudiri, imò hypocritam agunt 154.e  
 Infernus inferior multipliciter intelligitur, & quomodo ex eo nos Deus variis modis eruit. 184.g  
 Infernus dicitur terra obliuionis, quia ibi non est memoria Dei, vel quia Deus non memor illorum est 186.f. 187.g  
 Inferno appropinquat dicimus eos qui in periculis maximis agunt, quasi morti proximi 186.h  
 Intellectus diuinus sic se habet in cogitatione omnium rerum, quomodo oculus humanus de seipso lumen fundens in quo videat omnia. 195.h  
 Indni iustitiam vel decorum, vel cõfusionem, secundum modum scripturæ, significat abundantiam 203.a  
 Inuitatio iocundissima ad Deum laudem & obedientiam, est psalm. 94.  
 Inuitans alios, non debet secunda tantum persona alios aduocare, sed prima se debet etiam includere. 207.c.d  
 Inuitant ad laudandum Deum psalmi 95. 97. 99. in quibus etiam creatura inanimata inuitantur ad laudem atque letitiam  
 Inimicos suos quomodo iustus dum viuunt debeat despiciere, sic tamen vt timere nunquam omittat. 255.a  
 Inuidia demonum & impiorum hominum de exultatione iustorum debet odire amicus eius. 287.e. 290.a  
 Ioannis Baptista præcursor ante Christum in psalmis describitur. 179.f. 181.a  
 Ioseph indigna humiliatio, & subsequens gloriosa exaltatio 229.b  
 Ira domini quæ dicitur 3.e  
 Ira domini terribilis contra illos qui cõuerti noluerint, denunciat 11.e.f  
 Irasci non statim debemus, vbi hominum ingratitude viderimus, quibus bona contulimus, sed potius exemplo Christi orare 200.f  
 Ira Dei contra nos non est ex voluntate Dei, sed est ex indignatione, quam nos ipsi peccatis nostris contra nos prouocamus 53.h  
 Ira Dei non est perpetua, aut implacabilis erga suos, sed superatur à misericordia 222.a  
 Ira Dei in scriptura, nunc per calorem vel ardorem, nunc per frigus significatur, & quod duobus modis his Deum intelligamus irasci, exem-

INDEX.

beneficiis. 43. h. per totum.  
 Gratia presentia facit confortari spiritum, & reflorescere carnem, quasi noua fortitudine, ad curram viam mandatorum Dei 50.e  
 Gratiarum actionis forma pro liberatione à tribulationibus, & aliis tentationibus 114.h  
 Gratiam & gloriam solus donat Deus 176.e  
 Gratiam reconciliationis humanæ per Christi aduentum prolixè & pulchre describit psalmus. 84.  
 Gustus spiritualis deuotionis & quietis percipi non potest, vbi non præcesserit tribulatio, siue tentatio 143.b. & sequent.  
**H** Erba prius augmentum accipienti post verò suo vigore deperenti, pulchre comparatur homo super terram viuens. 194.b. 195.h  
 Hæretici scripturam peruerse, aut truncate citantes, patrem suum imitantés diabolum, qui similiter egit Christum tentando. 199.h  
 Hæreticorum prauitate & adinventionibus in nouissimis temporibus ledendos plurimos prædicitur. 236.g  
 Hæretici propter ambitionem & contentionis studium confingunt hæreses ibidem  
 Cum hæreticis non debent disputatione misceri, qui non sunt in fide multum fundati 73.e  
 Hæretici missam dolent appellari sacrificium, & orthodoxos patres e ratione calumniantur 236.g  
 Hæreditas bonorum qualis sit pulchre describitur 28.d. 29.e.f.g  
 iterumque 15.f. 75.b  
 Hæreditaria portio sanctorum est Deus, quam omnibus præferunt. 28.d. 29.e.f.  
 Hæreditate possidebunt sancti terram, non autem impii. 69.e. 70.d.e  
 Hæreditas Christi, omniumque laborum & passionum eius merces, sunt filii gratiæ 273.h. 274.c.d  
 Hermon mons est trans Iordanem vbi dominabatur Og 280.b  
 Hierusalem superna quomodo adificatur ut ciuitas ex viuis lapidibus, & quomodo sit in ea summa cõiunctio, atque cõadificatio singulorum cum singulis, quod non est in corporalibus adificiis 269.g.h  
 Hierusalem adificator est dominus. 300.f. 301.c  
 Hierusalem superna seras portarum habet confortatas, & benedictionem filiorum suorum, fines quoque suos in pace habet, & frumenti adipis satietatem 302.c.h  
 Hymnum esse sanctis Dei varie in-



INDEX.

plio sensibili solis declaratur 304.a  
Ira & indignatio cōtra peccatum  
laudabilis 10  
Irridet dominus impios 3.e. & pul  
chre 70.h. & sequent.  
Iter impiorum peribit. 1.e. & 2.c  
& 24. proluxius 26.b  
Iudaeorum peccata multa, & fre  
quenter nimis iterata, commemo  
rat psalmus. 105.  
Iudaei omnia sua faciebant quodā  
impetu & celeritate: propter quod  
nō erant in proposito stabiles. 233.g  
Iudaea facta est deserta & infrugite  
ra ppter malitiā inhabitatorū: gēti  
litate electa ex Dei gratia. 236.b.c  
Iudaeorum contra Christum mali  
tiam plene describit psalmus 108. &  
maledictiones cōtinet fenerisimas,  
qua illis superuenerunt propter in  
terfectionem sui Mesiāe 238.g  
per totum.  
Iudaeam prater consuetudinē pro  
tribus, & sub tribu totum populum  
Israel ponit propheta 250  
Iudaea quō facta est sanctificatio  
domini in exitu filiorū Israel. ibidē  
Iudae traditoris episcopatum al  
ter accepit 239.b  
Iudae proditio manifeste p̄dicatur  
ā propheta 78.e. & sequent.  
Iudico verbum cum accusatio,  
aliquando in bonam, aliquando ve  
rō in malam partem sonat. Iudicat  
enim Deus iustos & impios, sed ni  
mium differenter 317.a  
Iudicare iustitiam quid sit 17.c  
Iudicium domini iam paratum  
est 33.f  
Iudicium in illo magno die placare  
Deum super peccatis nostris non po  
terimus, nec muneribus, nec preci  
bus: nec tunc nobis vllius patrocini  
um suffragabitur. 97.h. 101.h  
Iudicium Christi extremum nemo  
effugere aut declinare poterit, neq;  
dines, neque pauper, neque viuus,  
neque mortuus. 155.a  
Iudicium Christi duplex, alterum  
in primo aduentu, alterum in secun  
do, vtrunq; in aequitate 209.d  
210.c  
Iudicium extremum quā sit fu  
turum gloriosum, quāque terri  
bile, ac plura alia de illo scribun  
tur 156.c  
Iudicium diuini memoria facit ho  
minem cautum & sollicitū in omni  
bus 156.e. 157.c  
In iudicio disponere sermones &  
opera, quid sit, & quā beatum  
146.c. 147.c  
Iudicibus omnibus in terra vicē  
Dei gerentibus, veri iudicii forma  
p̄scribitur, quibus etiam male

sua iudicia ferentibus, terribilis cō  
minatio intentatur 171.g. per totū  
& pulcherrime ibidem in annota  
tionibus.  
Iudices quicumque, siue spiritua  
les, siue saeculares, vices Dei gerunt:  
propter quod in scripturis diu appel  
lantur 272.e  
Iudicum peruersitas peruertit om  
nia quae in mundo sunt, siue sur  
sum, siue deorsum 173.c  
Iudicaria sedes apostolis cum  
Christo datae sunt, vt cum eo ve  
niant ad iudicium 269.h  
Iudicium exercebant sancti cum  
Christo in malos & reprobos 306.e  
Iudicium in nobis dirigit honor  
Dei, quod pulchre & prolixè expo  
nitur 191.d. & sequent.  
Iugum ducere cum infidelibus &  
peccatoribus non debemus, & quid  
sit iugum ducere 3.d  
Iumēta saluari à domino, quo in  
tellectu accipiendum sit 66.g  
Iuramentum David factum, est  
ipsa promissio: & iurare Dei, est  
promittere 190.h  
Iurat aliquando Deus per semet  
ipsum expresse, sed quā rarissime,  
vt etiam ipse nomen suū sanctificet,  
quomodo p̄cepit nobis 208.d  
Iurare malum est, quāuis iuramen  
ti adimpletio sit obligatoria 27.c  
Iustus arbori iuxta fluentē aqua  
rum semper virenti assimilatur 1.b  
Iustus de tribulatione quam susti  
net poscit auxilium, ac simul in do  
mino suam cōfidentiam excitat. 4.c  
15.e. 22.c  
Iustum diuina voluntas velut co  
rona circūdat, ac velut scutum pro  
tegit 958.c  
Iustitia est via ad verā cordis pa  
cem 26.c  
Iustitia perfecta est, declinare à ma  
lo, & facere bonum 27.e. 61.e  
Iustitia integra includit veritatē  
cordis, oris, & operis, & pulchre  
ista describitur psalmo 14. & in an  
notationibus  
Iusti in triplici distinctione inue  
niuntur 48.e  
Iustitiā atque pietatis est iudiciū,  
loca sancta & alia quae ad diuinū cul  
tum pertinent venerari 41.b  
Iustorum in diuino adiutorio for  
titudo, victoria, & securitas 49.a  
Iustum cadentem dominus statim  
subleuat 69.d  
Iusti sua elargiuntur, & tamen nū  
quam egent 86.d. 71.c  
Iustitia Dei dupliciter intelligitur  
in scripturis, & vtroq; modo Chri  
stus nobis annunciaffe dicitur iusti  
tiam patris. 95.d. De hac duplici iu

stitia vide etiam. 218.h. & quomodo  
vtrunque annuntiat Christus.  
Iusti post hanc vitā dominabun  
tur impiorum, à quibus in praesenti  
vita persecutiones & oppressiones  
sustinuerunt 103.e  
Iusti in hac vita duplicem habēt  
molestiam, vnam ex difficultate vir  
tutis quam operari volunt: alteram  
ex persequione obuentionum ma  
lorum, siue ex corporis infirmita  
te, siue ex inimicorum persecutione  
149.d. & sequent.  
Iustus continua examinatione se  
ipsum diiudicare debet, praecipue  
matutinali tempore, quando paca  
tae sunt omnia 150.b  
Iustitias iudicare, accipitur i scri  
pturis secundum duplicem intelli  
gentiam 154.e  
Iustitia Dei vna est, qua iustis bo  
na retribuit secundum merita, ma  
lis autem similiter mala secundum il  
lorum demerita 155.b  
Iustitia & pax, siue misericordia  
in humani generis per Christum rē  
conciliationis, quomodo se inuicem  
osculari sunt & redacta in concor  
diam, qua vsque tunc fuerant quo  
dammodo dissidentes 179.b. & pro  
lixius 180.b  
Iustitia tempore gratiē quomodo  
de calis prospexit 179.c. 80.g  
Iustitia tandem aliquando cōuer  
tetur ad iudicium, quod variis mo  
dis intelligitur 204.f. & 205.e  
Iustitia perfecta exigit, vt & i aliis  
sicut in teipso odias impietatē 216.e  
Iustus palma florenti, & cedro  
Libani aperta ratione comparatur  
200.h. 201.g  
Iusto quem Deus erudierit in sua  
lege, bene erit in diebus malis, quan  
do impiis erit pessime 204.c  
Iustus erit in memoria aeterna,  
non timebit ab auditione mala, pa  
ratum cor habens ad sperandum in  
domino, nec commouebitur donec  
despiciat inimicos: sed impiis om  
nia in contrarium euenient. 146.d  
Proluxius autem & plenius haec sigil  
latim exprimuntur. 147.c. Vide an  
notationem lectu dignam.  
Iustus homo p̄cepta Dei habe  
re debet suum consiliū, vel suos con  
siliarios 257.b. 264.c  
Iusti omnes Christū expectabūt,  
donec accipiāt suam gloriā 294.g  
Iustorū vnūquēq; iusti oēs ex  
pectant ad retributionem 294.a  
Iustificabitur nemo in conspectu  
Dei quomodo intelligendum 265.a  
Iusti suum populum in aeternum  
habent sibi à Deo subditum, non au  
tem impii 297.b

tuuentem nostram Deus iustifi  
cat 83.84.c  
Iuuentem suam habet anima si  
cut & senectutem 84.c. 142.d  
Iuuentus nostra renouatur à deo  
sicut aquilē. 221.b. 223.d. & sequent.  
vbi cōparatio illa spiritualiter ex  
ponitur.

**L**  
Labor impiorū in peccatis suis  
vanus est & inutilis. 23. e. &  
prolixius. 25.h. 31.b  
Labor hominis circa bonorum  
temporalium immoderatam conge  
stionem ex hoc manifeste vanus con  
uincitur, quod animā non adferat  
verum commodū: insuper & in mor  
te ea omnia cogitur relinquere aliis  
98.a  
Labores quos impii in hac vita  
ferre incipiunt, in perpetuis tormen  
tis consummabunt, eritque hac ra  
tione illorum labor perpetuus. 99.g  
h. & sequent.  
Labores manū suarum mandu  
cabit in beatitudine iustus. 274.h  
Labor frequenter pro afflictione  
ponitur 187.h  
In laboribus quomodo fuit Chri  
stus dominus à iuuentute sua. ibidē.  
Laborem fingunt impii in p̄cep  
tis dei, cum sint aequissima, le  
uiāque, & minime grania. 104.h.  
205.b  
Lac in scriptura non semper do  
ctrinam tantum in infirmorum signifi  
cat, sed generaliter omnē salutarem  
doctrinam 13.g  
Lactētes & infantes quare appel  
lentur Apostoli sancti 13.g  
Lachrymę sanctis in peregrinatio  
ne positae sunt panis ac cibi, quo  
se consolantur & pascunt. 81.g  
In lachrymis seminantes, metent  
cum exultatione. 262.h. & sequent.  
Lachrymarum vallem hominū po  
suit deus hunc mundum ad vltionē  
primi peccati, eandēmq; etiam sibi  
homo posuit per peccati consen  
sum 178.d  
Languores nostros Christus tulit  
223.c  
Lapides in edificio Ecclesie, sunt  
fideles per ministerium Apostolo  
rum in compositionem Ecclesie cō  
pacti. 218.g. & quomodo hi lapi  
des Apostolis edificantibus placue  
rint 220.e  
Lapis reprobatus Christus domi  
nus quomodo factus est in caput an  
guli 244.d. 245.b  
Laqueus qui paratur aliis nō ra

ro parantibus fit in scandalū & rui  
nam. 11.b. 15. 18.b. 63.c. 68.e. f  
De laqueo venatorum in se confi  
dentem liberat dominus psal. 90.  
Laqueus per deum conteritur, &  
nos liberamur psal. 123. vers. 6.  
Latitudo cordis spiritualement con  
solationem significat 6.h  
In latitudine ambulat serui dei  
fideles, licet secus iudicent carnales  
homines, qui ipsi magis ambulant  
vias angustas & difficiles. 258.a  
265.d  
In latitudine deum exaudire inuo  
cantes quid significet 254.h  
Latissimum est mandatum dei.  
265.c. & sequent.  
Laudare deum non potest laude  
accepte, qui est immundus corde.  
8.a. 60.d  
Laudari verbum subinde vsurpa  
tur pro gloriari vel latari 62.e. 233.  
b.c. proluxius.  
Laudari debemus in domino. id  
est, letari & gloriari 233.c  
Laudare deum, ipsumque in om  
nibus tribulationibus cum fiducia  
inuoicare, est ei sacrificium gratissi  
mum, quo & summe honoratur ma  
gis quā in corporalibus obsequiis  
101.h. & sequent. 106.f  
Laudat plerique deum sufficien  
ter, quantum ad exteriorem cultum  
attinet, quia tamen ab eo sunt cor  
de aduersi, conqueritur de eis.  
101.h.  
Laudare deum in spiritu & verita  
te grauissimum est ei sacrificiū 107  
h. & sequent.  
Laudare deum monetur omnis  
creatura rationalis & irrationalis,  
animata in supernis & infimis.  
psal. 133. & 134.  
Laudare dominum monemur in  
omnibus instrumentis musicis, ad  
indicandum, quod nullis modis di  
gne satis possit laudari 37.e. f  
Laudis diuina materia dignissima  
est consideratio rerum omnium qui  
bus cum humano genere mirabili  
ter agit, & specialiter quae operatur  
circa electorum salutem.  
306.f. g  
Laudari deum contingit laude si  
bi acceptissima ab iis qui psalmos  
proferunt minime intellectos. Vi  
de annotationem consolatoriam  
pro simplicibus & deuotis deo  
294.c. d  
Legem dei tam in prosperis quā  
in aduersis oportet meditari 1.h  
Legis dei multiplex commēdatio  
26.h  
Legis nouae felicitas atque saecū

ditas pulchre describitur. 134.f  
per totum ipsum.  
Lex Dei multis appellatur nomi  
nibus, sed rationibus diuersis. 256.b  
Iustificari volentes à domino de  
bent ad ipsum lenare animas suas,  
atque consolationibus alienis ab  
strahere 182.g  
Letantur sancti pro diebus quib;  
viderunt mala, sicut lugent damnati  
pro diebus quibus viderunt saeculi  
bona 165.g  
Letari monemur & in letitia ser  
uire domino 214.h  
Lenare manum in scripturis duo  
significat, vel modum iurandi, vel  
extensionem potentiae ad vindictam  
233.h  
Liberamur à malo, vt faciamus  
bonum 18.a  
Liberat dominus pauperes & tri  
bulatos de opprimentium manibus  
22.c  
Libertas & securitas falsa, quam  
sibi persuadent impii, describuntur.  
85.e  
Liberari si volumus à malis pra  
sentibus, primum à nobis radicem  
& causam plagarum, id est, peccata  
nostra auferamus 75.e  
Liber inter mortuos solus Chri  
stus fuit 187.d. e  
Libere agit deus in punitione ma  
lorum quantumuis potentium, cum  
longe diuersum sit de saeculi iudici  
bus 203.h. 205.d  
Liber vitā quis sit, & qui in eo scri  
bantur, & quomodo scribatur in eo  
78.a  
A ligno quomodo regnauit Chri  
stus 210.a  
Linguam & labia oportet iustum  
compescere 61.de. 262.c  
Linguae dolosa mala suggerenti  
opponuntur verba dei potent. 268.b  
Linguosus homo non dirigitur  
vel prosperabitur 290.h  
Lingua mala, res pessima. 292.b. d  
Liquefacit emissum verbū domi  
ni corda poenitentium & proficien  
tiam, sed differenter: illos ad lachry  
mas poenitentiae, hos ad aquas maio  
ris gratiae 302.f. 304.d  
Lixiuo comparatur correctio fra  
terna, quae multo praestantior est o  
leo adulationis blandissimo, quod  
corrumpit homines 291.h  
Loqui malum danabile est, sicut  
& malum operari 31.g. h  
Loqui iniquitatem in excelsum  
quid sit 150.a  
Loquax homo similis est cinitati  
non habenti portas, vel domui ab  
que ostio, vbi ingreditur quisquis

INDEX.

voluerit: sic & sermo de ore loqua-  
eis. 292.c  
Lucerna Christi dicitur Ioannes  
Baptista rationibus congruentissi-  
mis 279.b. & seq.  
Lumen Dinum super nos si-  
gnatum dupliciter intelligitur 6.g  
Lumen rectis oritur in tenebris.  
146.c. 147.a  
Lumen vultus Dei dirigit iter fi-  
delium 189.f  
Luminaria duo magna appellan-  
tur sol & luna 281.d.h  
Luna cum stellis facta est in po-  
testatem noctis 281.d.h  
Lux iustis in hoc mundo oritur  
fidei, qui in futura vita succedit per-  
fecta lux visionis 211.b.c.h  
Lux nunc seminatur iustis quam  
post metent ibidem  
Luciferi nomine quid intelliga-  
tur, cum dicitur, Ex vtero ante Luci-  
ferum genui te 143.c

M

**M**alum quod aliis paratur,  
nonnunquam in caput re-  
cidit parantis 6.h. 18.b.  
64.g. 68.g  
Malitia peccatorum contra Deum  
16.a  
Malorum maior numerus, quam  
bonorum 21.h. 22.d. 25.e  
Mali sic agunt omnia pro libi-  
to, quasi omnia à seipshaberent, nec  
esset eorum aliquis dominus 21. h.  
22. h. 25. d. c  
Malorum confortium vitandum  
47.a  
Malorum obstinata perversitas  
contra Deum aptissime describitur  
7.a  
Mali aliquando nolunt intelligen-  
re quid saluti illorum conueniat.  
65.f.g  
Mala plurima que obueniunt ho-  
mini, etiam in corpore, in peccato  
perseueranti 71.b.g  
Mali homines dum vident bonis  
aduersi aliquid accidere, gaudet in-  
sultantque illis 77.a  
Mali in Ecclesia quodammodo  
necessarii sunt ad bonorum exerci-  
tium 117.g.h  
Malorum studium contra bonos,  
atque illorum subita punitio pulchre  
describitur 123.g. per totum  
Mali eo ipso quod in hoc mundo  
aduersa nulla patiuntur, extra nume-  
rum filiorum Dei esse probantur  
149.g.h  
Maledictiones aduersus populum  
Indæorum nimium terribiles habet

psalmus 108.  
Maledictionem qui diligit, acci-  
piet eam: & qui benedictionem fugit  
non obtinebit eam 239.h. 245.d  
Maledictionem quomodo dicantur  
mali diligere, & benedictionem  
nolle, cum omnes natura bonum ap-  
petant, & malum fugiant ibidem  
Manens in Deo vtilis est ad om-  
ne bonum 25.f  
Mandata Dei sunt fidelia, & in  
seculum confirmata & in veritate dis-  
posita 245.b  
Manuetos exaltat Deus in salu-  
tem 306.d  
Manueti dicuntur populus do-  
mini ibidem.h  
Manus quomodo variis modis  
dicatur Deus ponere super creatu-  
ram quam fecit 288.b  
Manutentione dei omnibus opus  
est creaturis ibidem  
Manu aggrauare vel leuare super  
aliquem significat vltionem ibid.  
Manus nostras ad prelium & digi-  
tos ad bellum docet deus 266.b  
Manus domini aperta escam com-  
modam præbet omnibus 226.h  
298.g  
Manus leuare debemus ad operan-  
dum que dei sunt, non solum lingua  
de eis loqui 258.a. 265.d  
Et ibidem quod manus non solum  
extendere oportet, sed eleuare ad ma-  
data dei  
Mare ingressi sunt Apostoli ad faci-  
endum operationem in aquis, quan-  
do exierunt ad prædicandum populis  
235.f  
Mare plenum admirabilibus na-  
turalibus paruis ac magnis 226.h  
Maris admirabiles elationes com-  
primit in calis dominus, quod tam  
de mari corporali quam mystico ve-  
ritatem habet 202.g & sequi.  
Maria virgo solis nomine signa-  
tur 38.a  
Marię vterus, thalamus Christi  
fuit ibidem  
Mariam benedictam quomodo Ec-  
clesiasticus vsus canit ab initio & an-  
te montes creatam 143.f  
Maria benedicta propter humili-  
tatem infamam, summam meruit ex-  
altationem 248.f  
Maria virgo terra est benedicta,  
de qua veritas Christus orta est, &  
que benignitatem dante deo dedit  
fructum suum, de spiritu sancto gi-  
gnens filium 176.e.f. 180.f. 181.e.f  
Maria virginis prius mentem gra-  
tia quam ventrem fructu impleuit  
spiritus sanctus 111.f. & ibidem  
quomodo Maria terra nostra dica-

tur  
Mariam matrem suam Christus in  
Psalmo ancillam dei nominat, sicut  
ipsa seipsum appellauit in suo canti-  
co 183.c  
Martyribus conuenit psal. 115.  
Matris ab vtero nos deus suscipit  
formandos, & facere exorsus est  
288.h  
In matutino interficiendi pecca-  
tores 215.h. 216.g  
Meditatio diuine legis sine bona  
voluntate inutilis est 1.h  
Meditari amplius est quam con-  
templari aut speculari, & quid sit me-  
ditari 2.a  
Medicus animæ deus 221.c. 223.c  
In medio domus suæ paterfami-  
lias debet perambulare, & princeps  
in medio regni, non latere in angulo,  
neque in ocio sedere. Vide pulcher-  
rime 216.c.d  
Meditatio sola legis dei non suffi-  
cit Christiano, sed ad esse simul de-  
bet bona voluntas & bonum deside-  
rium 2.a. b. 26. 3. d. e  
Melchisedec quomodo in pluribus  
typum geisit Christi, & quare secun-  
dum ipsius ordinem dicitur Christi  
sacerdotium 143.g.h  
Memoria frequens peccatorum no-  
strorum vtilis est 74.c. & seq.  
Memoria celestium bonorum dele-  
ctabilis est anime deuote 82.c.d  
Memoria beneficiorum & operum at-  
que iudiciorum dei multa bona facit  
in hominibus: horum autem negle-  
ctus, omnis remissionis & tepiditatis  
origo est 155.d. 157.c  
Memoria dei delectat spiritum fa-  
citque despere omnia inferiora & ster-  
rena 157.f & seq.  
Memorari debemus semper, & fre-  
quentius nobiscum expendere presen-  
tis vite & omnis temporalis delecta-  
tionis breuitatem, sequentis vero tæ-  
poris & gaudii celestis aternitatem  
157.c.d  
Mendacium & vanitas pro quibus  
accipiuntur in scripturis 73.b  
Mendax omnis homo 252.b  
Mens humana non lumen est, sed  
lucerna, luminis scilicet diuini capax  
35.h  
Meridianum demonium quid sit  
196.f. & prolixius 199.c  
Metent in gaudium qui seminaue-  
runt in luctu 273.a.c  
Miles Christi debet etiam appete-  
re bellum cum inimicis Christi 5.c  
Miserorum adiutor dominus.  
18.h  
Misericordiam negare, est adipem  
concludere 32.b

INDEX.

Misericordie pluraliter in scriptu-  
ris pro miserationibus ponitur.  
47.b  
Misericordia domini apparet et-  
iam in his qui a testamento Dei sunt  
alienissimi 47.c  
Misericordia magna est, quod de-  
dit nobis dominus legem 47.c  
Misericordia domini iustum velut  
corona circumdat 10.h. 58.c  
Misericordiam & iudicium diligit  
dominus in se & in seruis suis  
59.c  
Misericordia Dei ad homines mi-  
rabilis ostenditur 65.h  
Misericordia Dei quomodo dica-  
tur specialiter in celo esse 66.f  
Misericordia in pauperes, quam  
fit Deo placita, quam vtilitatem etiã  
afferat in presenti 79.f &  
sequent.  
Misericordia Dei sola potest ex-  
haurire peccatorum nostrorum inex-  
haustam profunditatem 82.d  
Misericordia Dei omnibus homi-  
nibus æque est communis.  
97.g.h  
Misericordia Dei sicut in hoc mundo  
pulchre declaratur psalmo 48.  
Misericordiam & misericordiam dis-  
ferentia 60.c.d  
Misericordia domini melior est  
qualibet vita, delictis plena super ter-  
ram 122.c  
Misericordia & veritas quomodo  
sibi obuiauerunt in humani generis  
per Christum reconciliatione, pul-  
chre declaratur 179.c. 180.b  
Misericordia Dei sustentat pericli-  
tantes de lapsu, & secundum multi-  
tudinem, dolorum consolationem  
multiplicat 204.h  
Misericordia Dei magna non pati-  
tur ipsum perpetuo irasci, aut redde-  
re nobis secundum demerita peccato-  
rum nostrorum: per quam etiam nobis  
donat peccata, aspiciens figmen-  
tum nostrum 223.b  
Misericordia magnanimis conue-  
nit: propter quod Deus ut maxime  
magnanimus, ita summe misericors  
est, maxime erga miseros homines  
224.b  
Misericordiam & veritatem dili-  
git Deus 176.e  
Misericors & miserator duo hæc  
vocalia quomodo conuenienter se-  
cundum significationem distingui pos-  
sunt 145.g  
Misericordis hominis & dispen-  
tatio omnia in iudicio maxima comen-  
datio. 246.d. 247.b. proluxa & pul-  
chra annotatio: & per contrarium  
omnia de impiis & immisericordi-

bus.  
Mites & humiles docet dominus  
vias suas, tam præceptorum quam  
consiliorum & operum. 47.c. &  
sequent. 57.h  
Miserationes Dei esse super om-  
nia eius opera, quomodo intelligen-  
dum. 299.c  
Mystica interpretationes sub bre-  
uitate positę paruum plerunque ha-  
bent gratiam 227.d.e  
Mysterium conceptionis Christi  
de virgine, ex operatione spiritus san-  
cti, in psalmis prædicatur.  
179.f. 180.b  
Mysterium incarnationis Christi  
describitur in psalmo. 86.  
Mysterium corporis Christi in Sa-  
cramento altaris indicatur psalmo.  
110.  
Idem psalmo. 4. 21. 22.  
Myricę in deserto assimilatur qui  
confidit in homine 300.b  
Modus obiciendi in psalmis per  
hanc particulam, & dixi, vel & dix-  
erunt, aut consimilem 288.d  
Monitio pulchra & efficax fide-  
lium tempore gratię, ne similes fiant  
inobedientibus iudeis, ne & in pœna  
siant similes 289.a. 206.h  
Monoceros siue vnicornis cornu  
habet insigniter exaltatum, propter  
quod magnifica exaltatio per ipsum  
nonnunquam in scriptura exprimi-  
tur 201.f  
Mons superbiam significat in scri-  
pturis 20.c  
Et quomodo prohibetur anima af-  
cendere in montem, & quomodo ali-  
quando iubetur volare in montem  
ibidem  
Montes appellantur sancti Apo-  
stoli. 184.a. Sed mons vnicus summus  
Christus, super quem montes illi sunt  
fundati 185.a  
Montes suam eleuationem habent  
ex dispositione Dei, sicut & vallis suã  
depressionem, & quomodo montibus  
suis sit à Deo definitus terminus, vt  
terram non operiant  
221.f  
Montes exultatis sicut arietes, &  
cetera variis modis exponitur.  
249.c. 250.f  
Montes significare possunt ange-  
los & sanctos, & in montes istos quo-  
modo possit fidelis leuare oculos  
268.h  
Morbi animæ sunt peccata & ma-  
le inclinationes ac prauæ consuetu-  
dines à quibus solus Deus sanat.  
221.f. 223.b  
Moriendi necessitas non ex Dei be-  
na voluntate, sed ex Dei ira & nostra  
culpa procedit 194. b. 195. h & alio  
in loco 224.a  
Moriendi salubriter videtur con-  
uenientius tempus pueritię aut sen-  
ectutis, quam illud quod est medium  
ob causas multas 221.a. b  
Mors peccatorum mala 62.b  
Mors omnes absumit, siue diuites  
siue pauperes, siue bonos, siue malos  
97.f. per totum  
Mors sanctorum preciosa in con-  
specu domini 252.d. 253. d  
Mortis & vite portę que dicatur  
18.a  
Morti proximis conueniens est  
psalmus 141  
Mortis dies auferit omnes cogita-  
tiones filiorum hominum 299.f  
Mortuos sæculi variis modis dici-  
mus 295.f  
Moriens homo, secundum corpus  
reueritur in terram suam, & quomo-  
do in terram suam dicitur redire  
299.f. 300.c  
Motus inordinati gula, ira, siue al-  
terius peccati, quantum ex suo gene-  
re mali sint nostra tamen mala non  
sunt sine voluntatis consensu.  
38.d. & sequent.  
Mundiciam cordis diligit Deus, &  
illam requirit ab orante 8.a. b  
60.d  
Mundiciam cordis non maculant  
tentationum impetus 37.d

N

**N**ebulam spargit Deus quasi  
cinerem 302.c. 303.g  
Negligitur Deus à peruer-  
sis. 16.a  
Negligentia & desidia prælatorum  
siue principum in Ecclesia Christi  
pari damna plurima.  
215.c. 216.c  
Negocium perambulans in tene-  
bris quid sit 196.f. 199.a  
Nidus anime in quo tuta quiescat  
Christus est, extra quem si euolauerit,  
lagittis inimicorum patebit  
20.g  
Nidum sibi debet querere rationa-  
lis homo, exemplo irrationalium a-  
nium, in quo tutus habitet iuxta suę  
naturę conuenientiam. 175.h. & pro-  
lixius 177.b  
Nycticorax didio Græca quid si-  
gnificet, & ex quibus componatur  
220.  
Niuem Deus facit sicut lanam, &  
quomodo per niuem significantur  
electi 303.h

INDEX.

Nomina peccatorum non recordatur Deus, ubi vere conuersi fuerint 17.c. & pulchre 29.d  
 Secundum nomen Dei, laus eius: & unicuique secundum suum nomen laus & honor competit. 96.h  
 Nominatiuus casus aliquando in psalmis propter emphasim absolute ponitur 21.b  
 Nominatiuus pro uocatio positus more Græcorum.  
 Nomine suo rem nuncupare aut nomen rei imponere, præsupponit eiusdem rei notitiam 301.d  
 Noua uita donat homininoium nomen 29.d  
 Nouellis tyrunculis in Deo nondum bene firmatis cauendum, ne cū hæreticis aut peruersis miscantur in disputationem 73.d  
 Noue legis fecunditas atque feclicitas pulchre describitur. 152. per totum ipsum folium, & in aliis quâ plurimis locis.  
 Nouellis oliuarum plantationibus comparantur filii timentis dominum 274.h  
 Nox aque atque dies lucet Deo, nec minus in nocte quâ in die uidet omnia 288.f  
 Noctibus monemur leuare manus in sancta, quod dupliciter intelligitur 280.d  
 Noctis nomine Iudæi atque Gentiles Philoſophi intelliguntur, & quomodo nox nocti indicet scientiam 37.f  
 Nocturne vni uigilie comparatur totum tempus uitæ humanæ, etiam 193.h. 195.f.  
 Nocturnus timor nihil nocebit confidenti in domino 197.d  
 Nocturnus timor quid sit, multiplex expositio 199.a.b  
 Nubes Deus ex extremo terre educit 280.h. 281.g  
 Numerus fidelium in exordio Ecclesie minimus, post factum est ad modum arena: maris plurimus. 287.a. 289.  
 Nuptias geminas in utero virginis Christus celebravit, alteras cum humana natura & ecclesia, quas sicut in utero matris incepit, ita in cruce consummauit. 38.e  
 Nuptiarum Christi & Ecclesie iucundissima gaudia propheticè describuntur 87. per totum.  
 Nuptiale carmen & dulce epithalamium est psalmus 44.  
**O**bedire Deo iustissimis rationibus debet omnis homo

121.g.  
 Obediencia præceptorum Dei magis est homini necessaria, quàm oblatio sacrificiorum corporalium 102. b. & sequent.  
 Obstinati in peccatis sedent in cathedra pestilentia 1.f  
 Obstinatum hominum terribilibus punitio 11.f. 20  
 Obstinatio peccatorum pulchre describitur per comparisonem aspidis surda: & obturatis aures suas, ne sapienter incantantis uocem exaudiat 116.b  
 Obstinatum in malo terribilis pena describitur. 131. a. & sequent. 134.d  
 Obumbrat super caput nostrum Deus in die belli 290.f  
 Obiurgatione acerrima increpantur, qui alios docent quæ ipsi non faciunt 102.d. & seq.  
 Obiurgatione seuera feriuntur, qui in exquisitis Dei præceptis laborem fingunt, & ob difficultatem se excusant, quasi ea non possint implere 205.b  
 Obuiauerunt sibi misericordia & ueritas in reconciliatione humani generis 180.a  
 Obuiam ire significat interdum descendere: quomodo dicimus Coniuges debere sibi mutuo ire obuiam ibidem  
 Oculum est occasio detractionis aduersus proximos, & aliorum multorum malorum 103.e  
 Oculi domini super iustos & timetes eum 60.b. 61.f  
 Oculo de se illuminato non indigenti extrinseco lumine pulchre comparatur intellectus Diuinus. 196.a. 288.f  
 Oculos nostros sursum debemus habere ad dominum, exemplo seruum temporalium 97.g  
 Oculi stultorum sunt in finibus terræ ibidem  
 Oculos, fideles leuant in montes 268.h  
 Oculi domini quomodo dicantur esse lucidiores sole 196.a  
 Oculos nostros debemus à uanitate auertere, similiter & sensus cæteros 268.h  
 Oculi domini quomodo nostrum imperfectum vel informe uiderint & substantiam nostram in inferioribus terra 288.h  
 Oculi omnium sperant in domino 298.f  
 Odio habere debemus inimicos Dei perfecti odio, & quid dicatur perfectum odium 288.e. 290.a

Odium perfectum malitie habuit Dauid, & habere debent omnes, maxime qui præsumunt ibidè  
 Odit Deus omnem immunditiam & omnem iniquitatem 7.h. 8.a. b  
 Odit & linoris progressus 11.f & proluxius 12.  
 Odium anime duplex 11.e  
 Oleum adulationis pessimum, & summe execrandum omnibus iustitiam tenere cupientibus, & præliendum seuera correptionis lixiuium 291.h. 292.e  
 Olei quis usus, & quomodo exhilaret faciem hominis 222.a. 241.e  
 Opera iustorum nouit dominus, ea approbando 1.d  
 Opera iustorum peribunt 1.d. & 2.b  
 Opera hominum peccata intelliguntur in scripturis: uirtutes autem opera Dei dicuntur 42.h  
 Operari malum, & etiam loqui mala, prohibitum est 42.g. h  
 Opera exteriora seruire debent mandatis Dei, & secundum illa regulari, ut sine quibus illa nihil profunt 21. per totum. 103.d. 106.a  
 Opera domini omnia in sapientia facta sunt 227.f  
 Opera domini magna & exquisita confessione quoque & magnificentia plena 244.h  
 Oppressio pauperum multiplex. 16.d  
 Oppressores innocentium arguuntur seuerissime, qui gloriantur in diuitiis & malitia sua: quorum etiam calamitas æterna pulchre ibidè describitur psal. 51. & 52.  
 Opprobrium uerum quod metuit spiritualis homo, est consentire peccato, non autem temporalia opprobria 265.c  
 Opera Dei anima hominis sufficere cognoscere aut digne considerare non potest 295.b  
 Oratio peccatoris penitentis, psal. 6. & alia consimilis. 217. per totum psal.  
 Orans quæratione possit suam infirmitatem ac fragilitatem proponere 10.  
 Oraturus, mundus Deo assistere debet 8.a. 60.d  
 Oratio iusti tribulati, siue à malignis spiritibus, siue ab hominibus eum persequentibus, vel ad peccatum trahere uolentibus, pro sua liberatione 10.g. 15.e. 25.h  
 Oratio non semper exauditur, & quare exauditio aliquando differatur 19.g. h. 108.h  
 Oratio hominis bene confidentis de domino Deo, contra illos qui

ei uolunt in uia Dei nocere, & ad malum pertrahere. 19.g  
 Oratio Christi pro se & suis membris beneficia sibi & suis exhibita commemorantis 28.a. & sequent.  
 Oratio innocentis qua cõtra iniuste sibi aduersantes petit fieri iudicium, sicque in iusticia stabiliri. 30.e. f. per totum.  
 Orare debemus dominum, ut cõsummatos nos faciat uirtutibus, secundum suam uoluntatem, priusquam hinc nos auferat 139.c  
 Orare possumus pro immunitatione potestatis impiorum. 32.c  
 Oratio pulchra pro regibus & aliis præfidentibus, siue in temporalibus siue spiritualibus 38.g per totum.  
 Oratio dulcissima pro cognatione Dei & mandatorum eius 46.e  
 Oratio iusti sedulo ad perfectionem innocentie conantis, in qua de inimicis petit iudicium, simul suam proponens iustitiam 47.g per totum.  
 Oratio efficacissima & bene notanda, complectens omnia necessaria salutis nostre 49.d  
 Orationis forma ex consideratione penarum & retributionum quæ manent impiis 54. per totum  
 Orare iugiter debemus pro peccatorum remissione, si sanctitatem perfectam sectari cupimus 57.e. 58.g  
 Oratio cõtinua reddit hominem securum, seruauitque illum ne tentatione succumbat 57.f  
 Orare debemus exemplo Christi, quando malum nobis pro bono reddi uidemus, idque duplici ratione 240.h  
 Orationes & clamores iustorum apud dominum exaudiuntur. 61.e  
 Oratio iusti tribulati contra suos inimicos ad Deum suum uictorem, defensorem & saluatorem. 62.h per totum  
 Oratio iustorum in sinum eorum reuertitur: malorum uero oratio in uentum abit 65.a  
 Oratio deuota hominis tentati & tribulati, maxime quando male concupiscentie ardoribus uehemētius uiritur 71.e. f. per totum  
 Orantes pro misericordia Dei in tentationibus & tribulationibus atque aliis malis, primum animam ab omni peccato expurgare debemus 75.f  
 Oratio iusti contra omnia mala presentis uitæ, cõtra spirituales deiectiones, desolationes, &c. 83.b

INDEX.

Orantes introimus ad presentiam Diuina: maiestatis 84.c  
 Oratio ecclesie & fidelium tempore generalis afflictionis, desolationis, uel persecutionis ab hæreticis, uel aliis infidelibus 84.h per totum.  
 Oratio uocalis non intellecta ab orante, quando & quomodo possit esse Deo accepta 94.c  
 Oratio penitentis deuotissima & efficacissima 105.b per totum  
 Oratio iusti tam pro spiritualibus, quàm pro corporalibus tribulationibus 116.h  
 Ad idem est oratio 111.f. & sequent.  
 Oratio populi fidelis pro omnium illuminatione 128.e  
 Orare semper debemus pro perpetua nostri in diuina seruitute custodia ne qui in iuuentute Deo ad hæsimus, in senectute Deum derelinquamus 142.c. d  
 Oratio pulcherrima & efficacissima tempore persecutionis Ecclesie, siue ab infidelibus siue ab hæreticis psal. 73. & 78. per totum  
 Oratio facilis & multum deuota est. psal. 85.  
 Orationem nostram postulamus dirigi, sicut in sensum in conspectu domini 291.e. f  
 Oratio iusti penetrat nubes, & recta scãdit iursum, cum oratio impii repellatur, nec permittatur ascendere 292.d  
 Ornamenta anime, fides & obedientia 91.d  
 Orphani & pupilli Deo relinquuntur defendendi & protegendi 18.b  
 Orphanorum pater & index uiduorum est Deus 129.e  
 Osanna quod uulgo legitur, legi debet Hosian na. id est, laua oblecto 255.g  
 Os loquax est quasi ostium abiique claustra pessulo 292.e  
 Oris uoluntaria appellantur laudes spontaneæ: & quomodo Deo magis quàm manus uoluntaria offerre debemus 266.g  
 Ori nostro postulare debemus claustrum & ostium. 291.f  
 Ossa tam corporis quàm spiritus dicit penitens quasi cremium aruisse 217.d. 219.g  
 Ossa hominis quauis testa pelle & carne, Deo non sunt occulta 286.h  
 Ossa martyrum secus infernum dissepari quid sit 292.b  
 Osum meum dicit Augustinus, pro os meum: melius dicens ut reprehendant grammatici, quàm nõ intelligent populi 286.a

P

Palma & cedro comparatur iustus 200.h. 201.g  
 Panis obliuio facit cor arefcere, tam secundum corpus, quàm secundum spiritum intelligendo. 217.e. 220.h  
 Panis spiritualis in scripturis quis appelletur 220.h  
 Panis confirmat cor hominis, uinum autem latificat 222.a  
 Panem suum spiritualem oblitus comedere deficit. 217.e. 220.h. & ibidem quis iste sit panis anime nec cessarius.  
 Panem uel cibum anime sumere non ualet qui rostrum habet aduncatum. id est, rationem à sensuualitate superatam 223.f. g  
 Parcere subiectis & debellare superbos ad magnanimum spectat, 216.c  
 Pascha in qua nos Deus posuit, Ecclesia est 43.h  
 Pascha duplicia quibus Deus fideles pascit 207.h  
 Passeris asperæ cantioni penitentis clamor apte comparatur. 217.g  
 Passerum & turturum exemplo spiritualis homo monet seipsum cęlestes mansiones querere 175.h. 177.b  
 Passeres in terram promissionis uilis erant pretii, & in multitudine maxima 177.c  
 Passeri solitario in tecto comparatur penitens 217.g  
 Passio facit male iudicare etiam quantum ad Deum 8.g  
 Passio Christi eiusdemque reflexio rectio manifesto uaticinio prædicantur 40.g. h  
 De passione Christi psalmus 87. pulchre exponitur 185.h  
 Passionis Christi tempus appellatur dies uirtutis cõgruentissima ratione, utpote in qua fecit magnificam uictoriam 243.e  
 Patrem se nobis ostendit Deus, figmenti nostri miserendo 222.c. 224.b  
 Patriarchas peregrinantes mirabiliter protexit Deus, ita ut pro eis reges corripere 224.b. 229.a  
 Patientie triplex gradus 48.c  
 Patientibus iniuriam Deus facit iudicium 299.g  
 Paulus fuit palma inuicta 201.g  
 Pauli Apostoli conuersio prædicta fuit à Psalmista, psalmo 67. Cuius Prophetie congruentiam nota.



INDEX.

Paulus cum Benjamin confertur  
aptissimis comparationibus. ibidē  
Pauimento animam adhaerere  
quid sit, multiplex expositio.  
264. c. d.  
Pauperibus qui suas facultates dif-  
ferunt, horum iustitia sempiterna  
permanet ante Deū, quanuis ces-  
set distributio 246. e.  
Pauperis iudicium cōtra suos op-  
pressores 15. c. 24. h.  
Pauperes & vere humiles Deus  
semper adiuuat, & ab hereticorum  
contentionibus ne seducantur, cu-  
stodit 137. a.  
Pauperum & miserorum semper  
recordatur dominus, etiam si ad tē-  
pus relinquere eos videatur 15. c. d.  
16. e. f. & pulcherrime 18. h.  
Pauperum aequae ac diuitum de-  
bet curam gerere princeps vel qui-  
uis praepositus: quomodo Deus om-  
nium ex aequo est creator 216. c.  
Pauperum & miserorum oppres-  
sio ab impiis 16. d. 24. h.  
Pauperum adiutor dominus. 16.  
e. f. & pulchre 145. g.  
Pauperes quomodo à stercore &  
terra Deus exaltat ad gloriam.  
248. a. g.  
Pauper spiritus facit hominē di-  
tissimum 61. c.  
Pauperes nō debent inuidere di-  
uitibus 70. g.  
Pauperum, orphanorum, atque  
viduarum causas & partes tueri,  
quā sit vtile & Deo gratum, pul-  
chre docetur 172. g. h.  
Pauperes quomodo Deus in Ec-  
clesia panibus saturat 278. h.  
Pax vera est in vita bona 26. b.  
Pacem amare debemus 61. f.  
Pacis verē radix est iustitia 146. a.  
Pacem loquitur Deus in plebem  
suam, & super sanctos, & in eos qui  
conuertuntur ad cor 179. b.  
Pax multa illis qui Deum & legē  
eius diligunt 262. h. 267. h.  
Pacem querunt boni etiam cum  
malis, sed non inueniunt apud eos.  
268. d.  
Peccatores non resurgent in iu-  
dicio. 2. b.  
Peccatorū iter ad interitum. 2. b.  
26. a. b. & psal. 36. multis in locis.  
Cum peccatoribus iugum duce-  
re non debemus 3. c. d.  
Peccatores iridentur à domino.  
3. e. & 69. f.  
Peccatoris conuersio qualis esse  
debeat, plenissime describitur 6. e.  
7. a. & sequent.  
Peccator ex diuina vltionis cōsi-  
deratione merito turbatur. psal. 6.  
& fol. 71. g.

Contra peccatores in malos per-  
sistentes vltio Diuina terribilis de-  
nuntiatur 11. f. 20. b.  
Peccati ordo describitur 11. h.  
& sequent.  
Peccatoris poenitentis oratio.  
psal. 6.  
Peccator conuersus non est qui  
antē fuit 17. b.  
Peccator sibi parat mortem 14. f.  
18. b.  
Peccatores dum infirmantur vel  
in periculo sunt, vano timore con-  
teruntur: qui dum sani fuerunt, con-  
siliū bonorum audire contempserunt  
psal. 13. & psal. 52.  
Peccatores & quicumque decli-  
nant à domino, inutiles sunt ad om-  
ne bonum, apti tamen combusti-  
oni & incensionī 45. g.  
Peccatoribus post modicum flo-  
rem prateruentibus damnatio est  
aeterna, Deus in aeternum permanet.  
200. f.  
Peccatores cognoscant aliquan-  
do Deum quem modo negāt, & poe-  
nam experientur, quam in praesenti  
non metunt 26. d. 110. b.  
Peccatorum multitudo siue gra-  
uitas nonnunquam occasionem ad-  
fert verā poenitentia. 29. b.  
Peccatores implentur tempora-  
libus bonis oibus in hac vita. 16. e.  
Peccata parentum redire in me-  
moriā corā domino (quod de Iu-  
dāis Christi interfectorib⁹ dicitur)  
quid significet 239. f. 241. c.  
Peccatorum reliquiae sunt cōfusio  
aeterna & dānatio perpetua 40. d.  
Peccatores in praesenti peccatorū  
amaritudinem & malitiam nō per-  
cipiunt, vbi omnia eis dulcia sunt:  
post hanc vitam tamen perfectissime  
haec omnia gustabunt psal. 21.  
per totum.  
Peccator frequentur per multas  
afflictiones & tribulationes pecca-  
ta agnoscit, & ad Deum cōuertitur  
57. b. 71. h.  
Peccata multis modis tecta siue  
operta dicuntur i scripturis 57. g. h.  
Peccatores iumenta nominantur  
i scripturis 56. b.  
Peccatorum breuis foelicitas, bo-  
norum vero indeficiens bonum, pul-  
cher rime describuntur 67.  
per totum.  
Peccator dum in peccato manet,  
multa mala corporis & animae pa-  
titur, Diuina contra eum sequente  
iustitia 171. f. & sequen.  
Peccata diminuūt fortitudinem  
animae, & extinguunt lumen gratiae,  
& etiam mentis 74. g.  
Peccata nostra sunt causa flagella-  
tionis & correptionis Diuinae 75. f.  
Peccatum infania quadam est &  
perfecta vanitas 77. e. f.  
Peccatores sunt diabolo cib⁹ quo-  
tidianus, quibus proinde non est  
multum infestus, sed contra bonos  
summum habet negocium 81. d. e.  
Peccatorum nostrorum tanta est  
multitudo & profunditas, vt exhau-  
riri nō possint, nisi per abyssum mi-  
sericordiae Dei 82. d.  
Peccatorum miseria & vanitas om-  
nibus pulcherrime proponitur  
psalmo 48. per totum  
Peccatum solum est quod time-  
re debeamus in die iudicii, & vere  
illud timeere debemus ibidem  
Peccatores omnes sicut in pecca-  
tis suis ad illorū expletionem multum  
laborant in praesenti, sic post  
hanc vitam laborabunt multo am-  
plius in cruciatibus aeternis 99. h.  
& sequent.  
Peccatis aliorum consentire, com-  
municare, aut fauere, grauissimum  
malum est 102. f. g.  
Peccatores in praesenti peccata  
sua post tergum proiciunt, nolunt  
que ea cognoscere & confiteri: ideo  
Dominus illa statuet in medio an-  
te faciem eorum, ad illorum maxi-  
mam confusionem 104. a.  
Peccare in Deum, & peccare Deo  
differunt 106. f.  
Peccatoris perfecta satisfactio, qui-  
bus modis & quo ordine fiat. 107. c.  
Peccatores surgant postquam se-  
derint 283. g.  
Peccatum claudis os peccatoris,  
ne laudare possit Deum 107. f.  
Peccata nostra per suam miseri-  
cordiam dimittit nobis Deus, agēs  
nobiscum suauiter, vt cum filiis pa-  
ter 222. b.  
Poena damnatorum in scripturis  
non in calicis significatur, propter  
multas rationes 155. b.  
Poena damnatorum aeterna sunt,  
sine spe alicuius remissionis 99. h.  
& sequent.  
Poenitentia vera & integra quid  
requirat 6. e. f. g.  
Poenitenti conueniens lugubris  
psalmus 217. c.  
Poenitentes statim consolatur do-  
minus 53. c. & sequent.  
Poenitentibus vitae prioris viam  
relinquere quarentibus, plurimum  
obstāt amici & noti: quibus quo-  
modo resistendum sit, pulchre do-  
cetur 72. c.  
Poenitentium dolor similis est do-  
lori parturientium, quoniam bre-  
uis est, & gaudium aeternum ope-  
rans 96. d.

INDEX.

Pellicano solitudinis nyctico-raci  
in domicilio, & passeris solitario, se-  
ipsum comparat poenitens 217. f.  
220. c.  
Peregrini sumus super terram, &  
requiescere debemus in tabernacu-  
lo ecclesiae sanctae 27. g. 75. g.  
Peregrinantibus nobis in via hu-  
ius vitae, lex Dei debet esse pro can-  
tico, admodum viatorū cantantium  
258. d.  
Perfectio vitae Christianae requi-  
rit etiam minimorum peccatorum  
euitationem 12. d.  
Persecutores Christianae fidei tri-  
plices 12. d.  
Persecutorum ecclesiae iudicium  
15. a.  
Persecutio grauissima in exordio  
nascētis ecclesiae exorta, sed tandem  
per Deum sedata, est letitia fidelium  
235. f. g.  
Pereunt per mortem cunctae cogi-  
tationes filiorum hominum 299. f.  
Persecutio ecclesiae grauissima de-  
scribitur 292. b.  
Petra paruulos allidere, quomo-  
do exponitur mystice 283. g.  
Petra iuncti iudices impiorum ab-  
sorpti sunt, quomodo intelligendū  
variis modis 291. h. 195. a.  
Petra allidens aquila: rostrum ad-  
uncatum, reiuuenscit: sic & homo  
reparatur, si conteratur mala con-  
cupiscentia ad Petram Christum  
223. g.  
Placere hominibus, & in illis con-  
fidere, est damnabile coram domi-  
no 110. d.  
Plenitudinem aetatis atque dierū  
habet, qui consummatus est in vir-  
tutibus, quantumuis sit aetate iuue-  
nis 220. h.  
Populum suum Deus nunquam de-  
relinquet 204. g.  
Populus pascuae Dei sunt omnes  
serui eius, & oues manus eius. 206. h.  
Populum nostrum quomodo De⁹  
nobis subdit, populum scilicet cogi-  
tationum & affectionum 297. b.  
In populo non quolibet, sed pe-  
culiariter suo est Deo beneplacitū  
306. h.  
Portae mortis sunt vehemētes tri-  
bulationes & discriminosae pericula  
18. a.  
Portio spiritualis hominis, est cu-  
stodire legem Dei 258. e.  
Potentia Dei semper coniunctam  
habet iustitiam: quare iniuste nemi-  
nem secundum potentiam suam af-  
fligere potest 280. b.  
Contra potētes huius saeculi pau-  
perū oppressores, dominus aliquan-  
do graue faciet iudicium 108. h.

Potentis & diuites deuorant pau-  
peres, vt cibum panis 36. e.  
Praecepta Dei lenia sunt, legitima-  
que hominem, & multa alia bona  
afferunt hominibus 37. e.  
Praecepta Dei nobis data, laborē  
quendam & difficultatem habent  
in obseruando, propter nostram vi-  
tilitatem 206. a.  
Praeceptio Christi, significat pra-  
parationem ad preliū contra prin-  
cipem tenebrarum, vel praeparatio-  
nem ad opus grande 202. c.  
203. b.  
Praelati, ac ceteri superiores in ec-  
clesia sancta, neque caelestibus, neq;  
terrenis nimium inhareere debent,  
sed in medio partim sollicitudini,  
& partim quieti tempus vitae suae  
impartiri debent 132. h.  
Praepositis & principibus absolu-  
tam viuendi formam tradit psal-  
mus 100.  
Praepositi in medio debent peram-  
bulare, malos à se abigere, bonos si-  
bi adiungere, & delinquentes punire  
216. c.  
Praesentiam Dei nemo potest effu-  
gere 286. d.  
Primogenitus in multis fratribus  
Christus, omnibus fidelibus est au-  
thor salutis ibidem  
Probitatis tanta vis est, vt fuget à  
se malignos, & bonos alliciat.  
216. d. e.  
Promptitudo diuinae bonitatis, &  
exauditionis ad afflictos 16. h.  
& 19. d. & 58. a. 60. b. 77. per to-  
tum  
Promissiones Dei certae & fideles  
22. a. 34. d. 59. c.  
Promissio facta David de fructu  
vētris, principaliter de Christo in-  
telligi debet 279. c.  
Propositum implendi legem Dei,  
praecedere debet illius meditationē  
1. h.  
Propheta, ac ceteri patres veteris  
legis, futurae gratiae praecognitionē  
habētēs in pace nobiscū quieuerunt  
secure 7. d. e.  
Propositum impiorū contra pau-  
peres impedit dominus 19. c.  
Propositum domini solum est sta-  
bile 54. e.  
Propositum bonum, quod Deo  
inspirante concepimus relinquere,  
magna est imperfectionis, infirmi-  
tatisque, & remissa charitatis indi-  
cium 104. a.  
Prophetarum mos est, praecogniti  
quod in corde gestant, plenitudine,  
omnem creaturam, etiam irratio-  
nabilem, inuitare ad gaudium.  
110. b.

Prosperitatis & aduersitatis tem-  
pore meditari debemus Dei legem  
2. a.  
Prosperitates, honores, & potesta-  
tes huius temporis, simul omnia cū  
homine peribunt 98. h.  
Prosperitas impiorū in hoc mun-  
do pulchre & prolixè describitur  
296. g.  
Providentia Dei etiam erga irra-  
tionalia plurimum debet hominem  
incitare ad confidendum illi 301. g.  
Pueri Hebraeorum clamantes O-  
fanna, figura fuerunt apostolorum,  
p quos erat proclamanda diuina laus  
per totum terrarū orbem 13. e. f.  
Pugna spiritualis forma 24. h.  
Pulueris nomine significantur vi-  
lissimi filiorum hominum, quorum  
etiam misereri voluit dominus, &  
in ecclesia aedificium eos colligi.  
218. d. 220. e.  
R  
Rahab per he in medio, nō est  
nomen mulieris in Hierico,  
quae per beth scribitur, sed  
pro Aegypto ponitur, vel superbū  
significat 185. c.  
Recidivatio in peccatum pericu-  
losa est 73. d.  
Recogitare debemus frequenter  
cum amaritudine peccata nostra, &  
praeterita & praesentia 73. f.  
Reconciliationem humani gene-  
ris per Christum in tempore gratiae  
factam, pulcherrime describit  
psalmus. 84.  
Recordatus est Deus misericor-  
diae & veritatis suae erga genus hu-  
manum in tempore gratiae 210. c.  
& seq.  
Regnum diaboli super genus hu-  
manum, quantum ex parte ipsius  
violenter usurpatum & tyrannicum  
fuit per iniustitiam, Christus autem  
de manu diaboli abstulit per iusti-  
tiam & potentiam 90. f.  
Regnum Christi quomodo com-  
municabitur ceteris fidelibus, siue  
diminutione potestatis Christi  
99. a. b.  
Regnū huius mundi semper qui-  
dem fuit filii Dei: sed tunc primum  
ipse agnitus est ab electis, quando  
in assumpta carne ad nos venit  
96. a. b.  
Regnum Christi gloriosum post  
miseram passionem, pulchre descri-  
bitur 202. d.  
Regnavit à ligno Christus, quo-  
modo intelligendum 163. g.  
Reliquiae impiorum sunt perpe-  
tua confusio & aeterna damnatio  
40. d.

INDEX.

Reliquia cogitationis quomodo diem festum agant domino. 156.d  
 Rememorare Deum iniquitates patrū, quid sibi velit. 239.f.241.c  
 Remissionē peccati facilliter impetrare nos facit, nostrā miseriam & vitiosę corruptionis ante Deum denudatio 224.a  
 Remissionē peccati promeretur sincera peccati confessio 293.e  
 Renouatur vt aquila iuuetus nostra per Deum 221.h.223.d. prolixehęc comparatio secundum spiritualem intellectum exponitur.  
 Replicatio eiusdem dictionis, significat subinde vniuersaliter, vt homo homo, valet omnis homo, &c. 299.h  
 Requiem suā Deus appellat sanctam ecclesiam 278.h  
 Requirit dominus sanguinem iustorum de manu persequentium. 15.e.17.h  
 Respectus Dei super electos est eis quasi clypeus & munimentum. psal.6.ad finem.  
 Respondet nobis Deus exaudiendo orationes nostras 50.f  
 Resistēdo malis tentationibus fortiores efficiuntur 50.b  
 Resistunt Deo, quantum quidem in ipsis est, peccatores 32.a  
 Resurrectio Christi causa est multiplicationis & glorificationis electorum 289.c  
 Resurrectio peccatorum non est proprie resurrectio 2.b  
 Resurrexit Christus virtute propria: patri nihilominus suam ascribit resurrectionem, ob duplicem causam 5.c  
 Resurrectio Christi prædicitur. 42.b.& iterum 79.c  
 Retributio siue honorū siue malorū, nomine calicis frequenter in scripturis intelligitur 29.h.149.d  
 Retribuere aliquādo pro tribuere ponitur 252.g.268.  
 Propter retributionem quomodo iustus dicitur inclinare cor suū ad faciendā præcepta Dei 267.a  
 Ridet Deus in peccatorū interitu, & quomodo sit hic risus accipiendus 3.e  
 Rostrum suum aduncatū aquila quomodo ad petra allidat, vt reuiuenscat, & huius similitudinis spiritualis expositio ibidem  
 Ruina demonum grauis fuit, futura grauior 144.d  
 Rumore malo audito quare statim conturbetur impij, iusti autem non timeant 247.c

**S**acerdotiū Christi describitur secundum ordinem Melchisedech, non secundum ordinem Aaron, quod prolixè declaratur 243.g.& seq.  
 Sacerdotes prius offerunt sacrificium, quā de eo communicant populo, idque tam in veteri, quā in noua lege ibidem  
 Sacramentum dominici corporis & sanguinis, est memoriale in quo rememorantur fideles omnia mirabilia per Christū pro salute nostra exhibita 244.h.245.d  
 Sacramenti venerandi corporis Christi fit mentio in psalmo 110.244.h.245.d  
 Sacramenti venerabilis corporis Christi apertū vaticinium. 6.h.7.d  
 Sacramenta dominici corporis & sanguinis cum indicio sunt iudicanda ex doctrina apostoli. 214.a  
 Sacrificium Deo potentissimum, gloria & honor. 51.g.h  
 Sacrificium acceptabile quo maxime honoratur, & vult honorari Deus, laus est speciosa, & oratio deuota. 101.h.104.c.105.h  
 Sagittas suas dominus in manifesto tenet, in arcu paratas: diabolus autem suas occultat in pharetra. 20.e  
 Sagitta volans in die non nocet fidenti in domino. 196.e  
 Sagitta volans in die, quid sit ibidem: & prolixius. 199.b  
 Sagittas acutis comparantur verba Dei. 268.c  
 Sagittis in manu potentis comparantur filij adoptionis. 273.h.274.e  
 Salus nostra in nulla alia re, nisi in Dei misericordia constituenda est. 61.h  
 Sanctitas perfecta requirit omnē possibilem euitationem minorū peccatorum. 57.per totum  
 Sanctis in hoc mūdo nihil deest, siue in spiritualibus, siue in temporalibus. 62.d  
 Sancti sunt omnes fideles per spiritum Christi, cuius sunt participes 182.f  
 Sanctus omnis pro suę sanctitatis custodia, solite orare debet. ibidem. & 238.a  
 Sancti sperantes in domino, & in spe clamantes liberantur, proteguntur, exaudiuntur, Deum secum habent in tribulatione, glorificantur, & æterna vita donantur. 197.c  
 Sancti in die iudicii videbunt vltionem fieri de inimicis suis. 197.a & iterum. 200.h.201.f.g

Sancti in hac vita multiplicantur, tam robore, quā numero. 201.a.202.a  
 Sancti in hac vita humiles, in patria floreant, eruntque gloriosi. 202.a.b  
 Sancti Deum inuocantes exaudiuntur, & interdum ostendit pro eis Deus mirabilia. 213.d.2.4.f  
 Sanctificatio in scripturis, significat sanctuariū vel templum. 209.f  
 Sanctificatio vel templum cordis nostri in summo decore & puritate custodiri debet. ibidem  
 Sanctorum exaltatio & exultatio potestas, iudiciaria, & supereminetia, pulcherrime describuntur. 306.d  
 Sancti militantis ecclesię quomodo exultant in gloria, lætantur in cubilibus, exultationes Dei habent in gutture, gladios ancipites in manibus, ad faciendam vindictam atque iudicium 307.a  
 Sanctis Dei rebellantes, grauer subinde à Deo puniuntur 214.f  
 In sanctis, potest exponi secundū genus masculinum vel neutrum 306.b  
 Sapientia salutis, vinū & lac dicitur 13.h  
 Sapientia Dei deducit nos in viam rectā, & adducit in patriam. 84.a.b  
 Saul exculator in peccatis pertinacissimus declaratur, quam obrem & proici meruit 292.e  
 Scabellum pedum domini adorandum, quomodo debeat intelligi 214.d.241.h  
 Scabelli in modum subiiciuntur inimici Christi sub pedibus ipsius 241.h.242.g  
 Scandalum iuxta iter ponunt inimici, non in itinere 209.e  
 Scapulis suis quomodo Deus obrat in se confidentibus 197.d  
 Scapuli Dei quid sint 198.h  
 Sciētia Dei ex homine, quomodo dicitur facta mirabilis, vt nō possit ad eam pertinere homo. 204.c  
 Scripturę diuina, munda, casta, & verā sunt: hominū verò scripturę, merā fabulationes 23.a.34.d.36.h.& seq. 59.d  
 Scripturę diuina efficiunt hominem mundum & castum 23.a.b.34.d  
 Scripturarum sanctarum auctoritas, spiritui sancto primo deferenda est: nonnulli tamen honore illos prosequi debemus, quorum ministerio vel calamo vtitur spiritus, in scripturarum sanctarum conscriptione & diuulgatione 89.c

INDEX.

Scripturarū sanctarū festiuitas est, subinde eadem repetere 285.f  
 Scripturarum sacrarum fit mentio in psalmis 182.e  
 Securitas beata bene confidentis in domino psalmo 90. describitur pulcherrime.  
 Sedere in peccato quid sit 1.f  
 Sedes sederunt, quomodo intelligendum 269.h.270.e  
 Sedere super flumina dupliciter intelligitur 283.c.284.a  
 Sedet Deus super Cherubin. 213.c  
 Sedet filius non super caput patris, non ad sinistram, sed ad dexteram 241.g.h.242.e  
 Seminantes in lachrymis, in exultatione metent 272.h.273.c  
 Semen iusti multipliciter potest intelligi 246.c  
 Senes & iuuenes facilius se in mortem resignant, quā viri 221.b.c  
 Senectutis miseriam & afflictiones vtiliter à Deo sunt in ætate hominis vltima disposita, & quod in illis est magna vtilitas is qui cū patientia de manu domini in punitionem peccatorum suorum eas suscipiunt 194.b.& seq. 221.b  
 Senectus iustorum est in misericordia vberi 200.g.201.f.202.a  
 Sententia diuina vltionis sagittis ignitis significatur 11.f  
 Septies in die laudem dicere Deo, quid sit 267.c  
 Septupla puniatio, est vltio perfecta ibidem  
 Serpentum omne genus cōculcat fides in domino 197.b.200.a  
 Serui quidam ex euentu, quidam ex naturali origine in seruitute geniti. psal.87.  
 Serui sunt omnes homines Deo secundum prædictos modos, ex naturali parentum linea ibidem  
 Seruorum oculi quomodo sunt in manibus, vel ad manus respiciunt minorum, & ancillarū ad manus dominarū, sic & nostri oculi ad Deum respiciunt 270.h  
 Seruientium Deo magna vtilitas 46.d  
 Sessio aliquando quietem in scripturis significat contemplationem 287.g  
 In seruis suis Deus deprecabitur vel consolabitur 181.c  
 Si, particula, aliquādo indicat iuramentum vel promissionem, aut vehementem assertionem, vel negationem, quādo in oratione incompletā ponitur 277.f  
 Si, quando prædicto modo absque negatiōe explicita ponitur, indicat vehementem negationem: quando

cum negatione ponitur, vehementem affirmationem ibidem  
 Vide hoc ipsum prolixè tractatū 208.b  
 Signum in bono fecit pater cū filio in resurrectione eius 185.a.b  
 Signū in bono subinde fecit Deus erga Dauid, & fecit erga omnes seruos suos fideles ibidem  
 Silere dicitur dominus, quādo orantem non exaudit 50.f  
 Silere ad argumenta hominū huius sæculi debent imperfecti, nec illis respondere vel vnum verbum 73.e  
 Simulachrorū vanitas, & eorum qui illa colunt insipientia pulchre describitur 249.e  
 Simulachra gentium nō sunt dii, & illorum vanitas atque impotentia pulchre describitur 281.d.249.d  
 Simulachra quare nō possunt vitales exercere operationes, cum habeant secundum apparentiam instrumenta operationum vitalium 281.h  
 Simulachrorum cultores, similes cur dicantur simulachris 249.d  
 Singulariter est iustorum cōgregatio antequā transeat, propter separationem electionis Dei, quā à reprobis diuiditur 293.c  
 Singulariter quomodo fuit Christus, donec transiret ad patrē ibidem  
 Singulariter quomodo erunt sancti post transitū mortis in vitam æternam ibidem  
 Sion ecclesiam significat, duplici ratione 3.g  
 Sol & luna quare singulariter luminaria magna appellatur. 282.c.d  
 Sol in potestatem diei vel dominium factus est ibidem  
 Sol & luna singularissimas & potentissimas habent super terram, & quæ in ea sunt operationes, prae omnibus astris 282.h  
 Sollicitudo & nimia cura presentis vite, & circa temporalia aggreganda distractio vanissima est 74.  
 Sollicitudo & nimia distractio circa vana ista atque transitoria bona inutilis prorsus est, quæ neque animam, neque corpus post hanc vitam profunt, sed incertis hæredibus relinquenda sunt 98.d.e  
 Speculari & meditari nō sunt idē 1.h  
 Sperant in domino qui nouerunt eum 17.f  
 Sperantium in domino maxima stabilitas 272.h  
 Sperare in domino optimum est,

multis rationibus. 299.f.300.a  
 Sperantem in domino vt beatum pronunciat Hieremias, ita confidentem in homine asserit maledictū ibidem  
 Sponsa ecclesię decorē, gratiam, benedictionem, & pulchritudinem collaudans describit psalmista. 87.f & seq. 89.b  
 Sponsa Christi qualis esse debeat, & in quo placere possit sponso suo 88.e  
 Spōsę ornatus quem in illa requirit sponsus qualis sit 88.h.91.d  
 Sponsa Christi in dextris Christi collocabitur in gloria patris 91.e  
 Spiritus humanus pedes habet, quibus ambulat ad Deū, & alas quibus volat 285.d  
 Spiritus sanctus dux propentium meliora per viam rectā. 295.e  
 Spiritu domini flante, aque fluunt in cordibus fidelium 302.f.304.d.e  
 Spiritus sancti missio prædicitur 36.g  
 Spiritus sancti visitationem omnes accipimus ibidem  
 Spiritus sanctus nonnunquam etiam per malos & peruersos dicit, & scribit quæ voluerit 89.b  
 Spiritus sanctus homo in omnibus facile inuenit vnde edificetur, cum animalis nullis rationibus commoueri possit 177.b  
 Spiritualis homo ante omnia debet auxilium suum expectare à Deo, ac sibi ipsi prorsus dissidere, deinde ascensionem in corde disponere: quo facto, benedictione Dei se sentit in bono confortari, donec pertingat ad gloriam, admodum pulchre 187.g.  
 Spirituales homines aliquando post consolationem grauissime affliguntur 188.c  
 Spiritualis hominis in Deo bene confidentis securitas describit pulchre, & prolixè psalmus 90.  
 Spiritualis homo oblectatur in creaturis & admirabilibus operibus Dei 200.d  
 Spiritus sanctus auctor cōceptionis Christi in vtero virgineo describitur 179.f.181.b  
 Spiritus aliquando ventum significat, aliquando animam, aliquādo diuinā indignationis impetum 224.d  
 Stabilitas ecclesię & sacramentorum eius vsque in consummationem sæculi 184.b.185.a  
 Stabilitas ecclesię per Christum & apostolos fundata 202.d.203.b

INDEX.

Stare in peccato quid sit 1.g  
 Stella firmamenti plurima, quantitate sunt maiores luna, terra, & sole 201.a  
 Stellarum multitudinē numerat Deus, & eas omnes vocat suis nominibus. 300.c.301.d  
 Per stellas mystice intelliguntur electi ibidem  
 De stercore quosdam erigit Deus ad gloriam 248.a.b  
 Sterilem Deum, fecunditatem donando, subinde latificat 248.g.h  
 Sterilem gentiū ecclesiam, Deus multis proliis fecundatam constituit in letitia ibidem  
 Studiū uehemens malignorum, & demonum contra bonos 16.e.19.h 20.e.31.a.b  
 Stulti & insipientes non intelligunt, neque considerant quæ Dei sunt: & quomodo distingui possunt 200.f.201.c  
 Stultorum hominum qui putant Deum non cognoscere res nostras sententia, eorūdemque efficacissima confatio 204.d  
 Suanis est dominus vniuersis, quomodo intelligendū. 298.d.299.d  
 Subiecti sunt Christo fideles, & amici subiectione voluntaria & honorifica: demones autem & illorum confortes subiectione vilissima & seruili, quomodo scabellum pedibus subiicitur 242.a  
 Superbos humiliat dominus. 34.d  
 Superbia & pompa principum secularium per naues Tharsis significatur in scripturis, quæ omnia confregit, & quotidie confringit dominus 96.e  
 Superbia in scripturis non raro per cornuum exaltationē significatur: huius autem metaphora pulchram rationē & convenientiā vide 154.a

**T**abernacula veri sunt quam domus, omnia huius mundi adificia 100.d  
 Tabernacula recte appellatur celestes mansiones, non quasi peregrinorum, sed quia exercituum superuorum habitacula 176.g  
 Tempus opportunū orationi est omne tempus vitæ presentis, maxime quod a seruis Dei mentis recollectioni deputatur 58.g  
 Tempus totum vitæ presentis per diem significatur: futurum autem tempus, quia æternum est, per annos significatur. Omne enim tempus presentis quasi dies hesternæ 159.c  
 Tempus vitæ presentis fumo conparatur 217.d.219.b  
 Tempus vitæ humanæ comparatur umbræ deficienti 218.b  
 Tempora iuuentutis & senectutis videntur esse magis vitia ad mortem, iuxta communem vitam hominum, quam tempus intermedium, ob certas causas, quæ pulchre declarantur 221.b.c  
 Tempus gratiæ & misericordiæ erga genus humanum pulchre describitur 218.c.220.d  
 Tempus huius vitæ, licet omnibus transeat, bonis tamen non perit quod beata aternitate commutatur: malis autem perit omne tempus vitæ, quod expenderunt in vanitatibus suis 220.d.e  
 Temporibus nouissimis heresum authores & fautores, Christianum populum misere perdituri describuntur, semper tamen simplices & rectos Deus custodit 236.g  
 Temporalia quæcunque vanitas sunt & mendacium. 7.b.84.d. pulchre, & iterum. 77.f  
 Temporalia & caduca ista bona abscondita sunt a Dei conspectu, quoniā illa Deus non aspicit 32.  
 Temporalia, & alia transitoria utcumque petere possumus a domino, sed non debemus ea requirere 50.c  
 Tempus nunc est opportunum ad faciendam legem Dei 261.d  
 Propter temporalia Deus neminē aspicit 32.d  
 Templū cordis nostri debet summa puritate pollere 209.f.g  
 Tentari non est malum, quando non accedit consensu: & quod propter tentationes cessare non debemus a laude diuina, & aliis bonis operibus 37.c.d.38.d.e  
 Tentationes adeo non debent nos deicere, ut etiam propter illas amplius de Deo confidere debeamus 50.c.d. & psal. 59.  
 Tentationibus pressi non semper ab illis liberantur, sed dat eis dominus quod ad salutem satis est, & quæ sint illa, pulchre describitur 57.h  
 Tentationes & tribulationes, tanquam si a Deo nobis infligantur, accipere debemus: nec oculos nostros ad inferentem siue tentantem intendere debemus 65.e.82.d  
 Tentationes & tribulationes presentis vitæ ut malis sunt mors, ita bonis sunt ad salutem, virtutisque profectum, & meritorum accumulationem afferunt ibidem  
 Tentatio prolixa & diuturna nonnunquā etiam virum iustum deiecit

ex parte, quare vnusquisque cauere sibi debet, ne seducatur blanditiis presentis vitæ ibidem  
 Tentationum modi diuersi, quos omnes non timet qui habitat in auxilio altissimi 196.c. & seq. 198.f.g  
 Tepidi non facile conuertuntur ad veram penitentiam 29.b  
 Tenebræ apud Deum non sunt tenebræ, neque quicquam impediti Deo præstant, quo minus videat omnia: quomodo lumen corporale nihil adiumenti illi præstat, ut melius videat 286.e  
 Terminū posuit Deus maris fluctibus & montium altitudini, ne terram tandem operiant 211.f  
 Terra plena fructibus operum domini, iumentis herbas præbet, hominibus panem, oleum, & vinum. 221.h  
 Terra nominatur sicca vel arida, a qualitate prædominante 207.g  
 Terra stabilis fundata est, ut moueri non possit 225.d  
 Terræ omnes fines habet Deus in manu sua, quod indicat ipsius perfectissimum dominum 206.f.207.f  
 Terram suo respectu facit Deus contremiscere 227.b  
 Terram Deus super aquas firmavit 282.c  
 Terram suam quare homo per mortem redire dicitur 300.b.c  
 Testamentum nouum confirmatum & æternum 245.a.g.h  
 Thabor mons est Iudææ ab Occidente 191 & seq.  
 Thesaurizare aurum & argentum in presenti vitæ vanissimū est. 74.e  
 Thomæ Aquinatis, aliorumque scripturam doctorum pia sententia aduersus calumniatores hereticos defenditur 243.h. & seq.  
 Thronus Christi ad iudicandum iam collocatus est, astatque index etiam iam paratus iudicare 17.d  
 In tibiis viri non est Deo beneplacitum, sed super timentes eum 307.a  
 Timor domini initium sapientiæ 245.c  
 Timor Dei cum vera fide, & retinaculum peccatorum 25.c.d  
 Timor domini sanctus manet in æternum 35.a  
 De duplici timore, seruili & filiali 245.h  
 Timent peccatores, ubi non est timendum 26.f  
 Time debemus ubi, & de quibus timendum est ibidem  
 Timentibus Deum nihil deest, siue in spiritualibus ad salutem necessariis, siue in corporalibus 62.d.e  
 Timendi non sunt diuites & potentis huius sæculi, propter gloriā & potentiam eorum transitoriam 98.h.114.e  
 Timere quid debeamus maxime in iudicii illo magno die, pulchre docet propheta psal. 48.  
 Timentis dominū erit potēs semē & benedicta generatio, & in domo eius gloria & dinitiæ. 14.b.g  
 Timere hostes oportet quandiu sumus in hoc mundo 255.b  
 Tinnitus & iubilatio pro eodem accipiuntur 308.d  
 Tyruncolorum in morem a Deo docemur ad prælium contra aduersarios 296.b  
 In titulis psalmodiū semp̄ authoris nomen in datiuo casu accipitur, & quare hoc fiat 5.f. & seq.  
 Pro titulis omnium psalmodum, eorumque generali intelligentiā, pulchra & vtilissima præmonitio ibidem.  
 Torrens in scripturis duplex inuenitur, alter voluptatis, alter penitentis 244.e  
 Torrentē persecutionis pertranseunt fideles per Deum 271.d  
 Tranquillitas a persecutionibus ecclesiæ per Deum reddita 235.h  
 Transitus quidam est per mortem a mundo isto ad patriam 293.d  
 Tribulatus, vel persecutionem sustinens, quomodo possit proponere Deo suam iniustitiam vel innocentiā 12.b  
 Tribulationes & aduersitates presentis temporis, ecclesiæ Dei & viro iusto, adeo nihil obstant, ut etiam quam maxime illis profint ad omne bonum & consolationem 92.c  
 per totum, & pulcherrime 120.a  
 Tribulationes & tentationes necessariæ sunt homini iusto, ut perfectius degustet quietis dulcedinem, & commoditatem 243.c  
 Pro tribulatis, quare in verbo Pauper.  
 Tribulatis ad dominum recurrentibus promittitur diuinum auxilium 11.b.23.a.61.e  
 Tribulatis & tentatis adest dominus, auditque illorum orationes, 59.g.h  
 Pro tribulatis & afflictis, & in paupertate & egestate vitam degentibus, consolatorius psalmus 67. per totum.  
 Trinitas personarum in diuinis cum essentiæ vnitate manifeste significatur a propheta psal. 66.

INDEX.

V

Acui a bonis, non tamen esurientes, non implentur bonis, sed relinquuntur inanes: vacui autem esurientes implentur.  
 Vana sunt omnia quæ peccatoribus & hominibus huius mundi magna videntur, 30.a.b. vide supra in verbo Labor peccatorum.  
 Vanitas & mendacium sunt omnia peritura  
 Vanitas est homo, & vanitati subiectus 296.b. prolixè psal. 38.  
 Vanissimum est, spem ponere in hominibus, omisso Deo 299.f.306.  
 Venatores appellantur diaboli, & applicantur illis venatorum conditiones 198.e.f. vide pulchram annotationem.  
 Ventris fructus singulari nomine appellatur Christus, quia sine patre de virgine matre natus 174.b.c  
 Venos de thesauris suis Deus producit 280.h  
 Verbum Dei aliquando per ignem, aliquando per malleum, nonnunquam etiam per virgam significatur 4.c.d. de virga etiam habes 242.h  
 Verbum Dei sagitta domini est, qua confossa nostra corda statim moriuntur peccato, & viuunt domino 90.f  
 Verbum Dei in æternum permanet in celo, dupliciter exponitur 266.d  
 Verbum euangelicæ prædicationis quomodo emisit Deus ex Sion 218.c  
 Verbum suum pater misit in mundū, & sanauit genus humanū. 235.d  
 Verbum suum misit Deus terræ, & eius multiplex in terra operatio atque vtilitas 302.d. & seq.  
 Verbum Dei velociter currit. ibidem.  
 Verba Dei admodum potentia sunt 292.a  
 Verba deceptoria impiorū eruat eis causa damnationis ibidem.b  
 Verba precipuum sunt quo possunt bonis nocere mali 290.g.291.b  
 Verba Dei, eadem gladii accipites & sagittæ acutę appellantur, & similibi ratione 307.b  
 Verbum Dei efficax est medicina animæ dormitanti aut defatigatæ 257.c.264.d  
 Verba Dei casta sunt & purissima. 22.b. & prolixius 23.a.b.c. & 34.d. & 36.g.h.59.d  
 Verba Dei faciunt animā castam & mundam 23. & pulcherrime 25.h

Verba Dei prædicatoribus assidue multipliciter 132.g.h  
 Verba Dei sagittis acutis comparantur, & carbonibus desolatoris 268.c  
 Verbum asperum dicitur sententia damnationis æternæ, & quomodo fideles ab eo Deus liberat 197.c.198.f  
 Verba Dei, optimum sunt remedium aduersus malas suggestiones. psalm. 126.  
 Veritas orta est de terra, quia Christus de virgine natus 179.d.180.e  
 Veritas est principium verborum Dei, quomodo intelligendum. 262.g.267.g  
 Veritas tam ad intellectū, quam ad mores pertinet psal. 6.  
 Veritatem Deus custodit in seculum 266.g  
 Vexatio & afflictio reducunt hominem ad peccatorum cognitionē 57.f  
 Via peccatorum ad interitū 1.d  
 Via aliquando legem significat, aliquando vitam presentē, aliquando conuersationem 263.d  
 Via domini, via immaculata 34.e.36.h  
 Via pacis est via iustitiæ 26.d  
 In via vitæ presentis aut mandatorum Dei immaculatum ambulare, quid exigat 256.d  
 Via domini accipiuntur nonnunquam pro præceptis & consiliis domini, per quæ ambulare iubemur: nonnunquam vero pro operibus & dispositionibus domini, quibus agit omnia 30.g.h  
 Viam mandatorum Dei quidam percurrunt, quidam perambulant, quidam reputant 264.f  
 Viam mandatorū Dei si non percurrere possumus, saltem perambulamus, aut ut minimum perrepamus ibidem  
 Viam latam & facilem in veritate ambulat boni, viam autem difficilem impii: licet contrarium sentiant mundani 265.d  
 Victoriā Deus in se confidentibus donat contra omnem virtutem inimici 197.c.199.g  
 Videt Deus omnia 16.e.20.a  
 21.b.c.24.f.25.f  
 Vinum & lac, sapientiam salutarem significat in scripturis. 14.a.b  
 Vinum letificat cor hominis, panis cor confortat 222.a  
 Virga Dei aliquando pro inflexibili iustitia, aliquando pro Dei verbo, vel aliquando pro sceptro regni in scripturis ponitur 4.c.d



Virga virtutis quam misit dominus ex Sion, variis modis intelligi potest, vel de humana natura assumpta, vel de verbo predicationis euangelicæ, vel de sceptro regni. 242. h  
 Virga domini, est correptio paterna ad emendationem: gladius vero punitio iudicialia ad condemnationem. 192. h  
 Virga dominus erga filios vititur, nec diu punitio virgæ differt: sed gladius contra reprobos tandem producit. ibidem  
 Nota hæc annotationem prolixam & pulchram.  
 Virgam impiorum dominus non relinquit super iustos 242. b  
 Virilitas tæpus videtur esse minus vtile ad mortem, secundum communem cursum, quam tempus pueritæ aut senectutis: cuius causa pulchre declaratur 221. b. c  
 Virtus nomen æquiuocum est, ad significandum fortitudinem, vel moralem virtutem 188. d  
 Virtutes penè vbique exercitæ significant, non tamen vbique 308. c  
 Visitationem domini in suis dominis omnes sentimus 36. g. h  
 Vita nostra & dispositiones vitæ nostræ omnia ex Dei pendent voluntate 36. h  
 Vita præfens etiam habet periodum apud dominum 74. c  
 Vita præfens vana est, & velut in imagine transit ibidem. d

Vitæ præfens vanitas & instabilitas pulchre describitur psal. 36. per totum, & prolixè 75. c. d  
 Vitam præfentem cõtemptibilem faciunt breuitas durationis, & multiplicitas afflictionis 297. f  
 Vitam potest omni viuenti auferre Deus, si velit manum claudere, aut faciem auertere, & cibum non præbere esurientibus 227. a  
 Viti fructifera comparatur vxor timens Deum: & quæ illa sit vxor, spiritualiter exponitur 274. h  
 Vitis appellari potest sensualitas 275. c  
 Vltio diuina per dentium cõtritionem significatur 5. e  
 Vltio diuina manifeste parata ostenditur, vt vel terrore impij ab impietate retrahantur 20. e  
 Vltio damnationis & pœnæ infernalis super impios, pulchre describitur 290. h  
 Vltio diuina cõtra dånatos quam sit terribilis, fortis, grauis & importabilis, pulchre notatur 155. a  
 Vltionis diuinæ grauitas contra iustorum persecutores, per dentium cõfractioem significatur 5. e. 20. a  
 Vnguento desuenti à capite Aaron in barbam & oram vestimenti eius, comparatur fraterna charitas. 279. g. 280. a  
 Voluntas bona faciendi legem Dei concomitari debet eius meditationem 1. h

Voluntas bona facit hominẽ Deo acceptũ, nõ alia tẽporalia. 32. 77. c  
 Volũtas facit peccata esse nostra, quæ præter voluntatis consensum sunt aliena 38. d  
 Voluntarie & ex voluntate confiteri atque sacrificare debemus domino 51. d  
 Vota quæ in tribulationibus positi emisim⁹, liberati persoluere debemus 127. a. g  
 Vt diuersimode accipitur in scripturis, vel vt notet finem, vel vt notet solam cõsecutionem: & quomodo secundum hæc, diuersè scripturæ exponenda sint 106. g  
 Ex vtero quomodo dicatur Christus ante luciferũ genitus, cũ secundum æternam generationem pater illum sine matre gignat. 143. e  
 Ex vtero Dei nulla creatura, quantumuis nobilissima, dici potest genita, sed tantũ filius vnigenit⁹ ibid.

Z  
 Zelus domus paternæ quomodo Christum comederit 136. d. 138. f  
 Zelus quid significet 70. d  
 Zelare non debent boni impios, vt ob illorum temporalem prosperitatem discedant à iustitia 67. g  
 Zelus facit iustos contabescere su per impiorũ malitia 261. h. 287. e


# ARGUMENTVM in primum Psalmum.



**P**SALMVS hic primus apud Hebræos *אַתְּוֹרָא*, hoc est, sine titulo legitur, nullus in titulo authoris nomen præferens, neque vilius inscriptionis prænotationem habens, propter quod à plerisque veluti proœmium sequentis libri Psalmorum aestimari solet, ab eo qui Psalmos in ordinem redegit, præmissum. Virum beatum describit, qui malum fugiens, quæ bona sunt, & Deo placita sectatur, eumq; apta comparatione arbori iuxta fluuenta aquarum semper virenti assimilat. Opponit autem ex aduerso impiorum hominum miseriam & infelicitatem, quos pulueri vilissimo comparans, cum iustus in resurrectione docet non præmiandos, sed in perditionem sempiternam mittendos.

PRIMI PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.*
- \* *Et in via peccatorũ non stetit.*
- \* *Et in cathedra peccatorũ silentia non sedit.*
- 2 *Sed in lege domini voluntas eius.*
- \* *Et in lege eius meditabitur die ac nocte.*
- 3 *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo.*
- 4 *Et folium eius non defluet.*
- \* *Et omnia quæcũque faciet, prosperabuntur.*
- 5 *Non sic impiũ, non sic:*
- \* *Sed tanquam puluis, quem prouicit ventus à facie terræ.*



Ominem illum ego iudico atque sentio beatum nunc quidem spe certa & expectatione indubitata, post verò possessione securâ & fruitione sempiterna, qui à malo studiose declinans, in prauis impiorum consiliis iter suum non posuit, eisque non cõsensit, & iniquas illorum suggestiones non est sectatus: \* & qui in itineribus hominum peccatorum pedem non fixit, inque peccatis & impietatibus illorum non quieuit, neque oblectatus fuit in eis: imo si forte aliquando contigerit eum in vllam impietatem per humanã fragilitatem incidere, mox ab ea decedere satagit ad viam iustitiæ: \* Qui deniq; malum se & noxium doctore non exhibuit, ita vt neq; verbo neq; exẽplo pestiferũ aliquid aut noxium (sue quantum ad dogmata, siue quantum ad mores) alios docuerit, quæ admodum hæretici faciunt, & scandalifatores fratrum peruersi. 2. Qui deinde ad id quod bonũ est perficiendũ anhelas, omne cor suum desiderium, voluntatem & affectum apponit præceptis dominicis, ex bona voluntate illa fideliter cupiens implere: \* Et vt hoc possit in eis iugiter meditatione exercitat, assidua contẽplatione & cõsideratione ea versando in animo, sollicitus semper quomodo Dei legem operibus valeat illi placitis adimplere. 3. Cui autem similem æstimabimus virũ huiusmodi, & cui cõparabimus illũ? Similis est arbori plantatã iuxta riuulos atq; fluuenta aquarũ quibus incessanter ipsa irrigata atq; humectata, radicibus cõtinuũ humorẽ attrahentibus, sic fecundata fructũ proferet opportuno tẽpore, postquã floruerit, & fructificãdi tẽpus aduenerit. Simili enim modo vir iustus in legis diuinę meditatione iugiter sese exercitãs, cõtinua irrigatione spiritualis gratiæ & visitationis diuinę fecundatus, & modo, dũ tẽpus est operãdi, fructũ dabit bonarum operationum, & in tẽpore retributionis fructũ accipiet suæ prioris iustitię, mercedẽ retributionis æternæ. 4. Roma. 6. Permanebit qui talis fuerit, qualem supra descripsimus, ad modũ arboris, cuius folia neq; hyeme neque ætate defluunt, in perpetuo virore persistens bonarũ operationũ, æque & in prosperis & in aduersis suum semper virorem & internũ ornatũ costodiens: \* Et omnia quæcũque operatus fuerit, Dei adiuuante gratia (quæ nunquam illum destituet) prospere illi cedet, vt accepta Deo, & ad prosperitatem illi erũt felicitatis æternæ, eo quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ. 5. Impios verò & peruersos homines, qui cõsiliis impiorũ consentientes, in itineribus peccatorũ oblectati sunt, & pestiferos se doctores exhibuerunt, nunquid cõparabimus etiam ipsos arboribus virentibus? \* Nequaquã: sed pulueri sicco & sitiẽti, quẽ præ ariditate & leuitate flatus venti, à superficie terrę suo impetu rapit atq; dispergit per aera. Sic enim per omnem modũ illi cælestis gratiæ humore destituti, prorsus leues & aridi, nullã habentes stabilitatẽ neq; cum cæteris vere fidelibus charitatis cõpaginationem ac soliditatẽ, omni vento circunferuntur, rapiunturque & agitatũr facillime, impulsibus suarum passionum & flatibus dẽmonia carum atque mũda-

Roma. 8.

Iacobi. 7.

6 Ideo non resurgunt  
impī in iudicio:

\* neque peccatores in  
concilio iustorum.

Matt. 25. 7 Quoniam nouit do-  
minus viam iustorum.

Psal. 6. \* Et iter impiorum  
peribit.

narū suggestionū, in omnē partē, & in omnia vitia, ad quę ita solli-  
citatur, instabiles existētes in omnibus viis suis. 6 Et quoniā in hoc  
tēpore vitam sine Deo duxerunt steriles, & sine operibus bonis, ic-  
circo in nouissimo magni iudicii & generalis examinis die non re-  
surgēt ad gloriosam illā beatorū immutationē, ad quem resurgent  
electi: \* Neq; inueniuntur aut recipiētur peccatores illi in cōcessu  
aut beata illa cōgregatione iustorū, vt eandem cū iustis gloriā re-  
cipiāt: sed resuscitabūtur magis à morte tēporali ad mortē aternā,  
cū diabolo & angelis eius suā portionem accepturi. 7 Dominus e-  
nim (qui iudex est idem ipse & testis omnīū humanorū actuum) ipse  
cōsiderat, attendit, nouit, & approbat opera iustorū, & bonā eorū  
cōuersationem habet placitā & acceptā. \* Impiorum autem homi-  
nū actus & studia nō nouit dominus, vt approbet aut remuneratio-  
ne iustorū remuneret: neq; pmanebūt ante illū, sed ad perditionem  
sempiternā perducēt operatores suos, marcescētq; & peribūt im-  
pii in prauis itineribus suis, per quę ambulauerūt in carne viuētes.

ANNOTATIONES IN PRIMVM PSALMVM.

1. Petri. 2.

**N**onnulli fidelium expositorem, Psalmū hunc peculiariter accomodandum putāt Christo  
domino, qui peccatū nullū fecit, & in omnibus patris voluntatem impleuit. Nobis cōue-  
niētius videbatur, vt vniuersaliter ad vnumquemq; iustorum accomodaretur. Nō tamen  
negamus, quin Christi domino, vt capiti, à quo omnis beatitudo mēbrorum effluit, peculiari &  
eximio modo cōueniat. Nihilominus tamen & particularibus hominibus, vt Christi mēbris & se-  
ctatoribus, Christi oq; cōformibus, suo modo (licet non secundū eundem perfectionis gradū) recte  
accomodatur. ¶ Versu primo, Beatus vir qui non abiit in cōsilio impiorū. Nota distinctioem &  
ordinem eorum quę dicuntur. Aliud enim est abire in cōsilio impiorum, aliud stare in via pecca-  
torū, aliud sedere in cathedra pestilentia. Et primum quidem inter tria hac videtur minimum, se-  
cū dum maius, tertiu grauissimum: vt sic ordo fiat ab inferiori ad summum malum. Abit enim in  
cōsilio impiorū, qui sequitur impiorū cōsiliū, vel qui ambulat in illo, aut viuit secundū illud.  
Stat autem in via peccatorum, qui iam delectari in peccatis incipit, & demorari veluti cū oblecta-  
tione & cōfirmatione propositi. Sedet autē in pestilentia cathedra, quando nō iam solus ipse malū  
facit, sed alius insuper author est, & exemplū prabet malefaciendi, siue verbo, siue exēplo aliōs do-  
cens impietatem. Secundū hanc autē expositionem, cathedra pestilentie dicitur praua & pestifera  
doctrina, eo quod ad docentē cathedra ipeccat. Qui ergo praua & noxia docet, recte in pestilentia  
cathedra sedere dicitur. Quamquā posset & aliter ista pestilentia cathedra intelligi de mente re-  
proba, & in malo obstinata. Qui enim iam pœnit? in malo obfirmati sunt & obstinati, quasi in se-  
de iniquitatis cōfirmati & constabiliti, recte non iam in consilio impiorū tantum ambulare, neq;  
tantū stare in via peccatorū, sed in sede iniquitatis & pestilentia confidere dicuntur. Qui enim se-  
det in cathedra, quiescit in ea, nec de surgendo cogitat: Sic & qui in peccato obstinatus est, quie-  
scit iam in obstinatione sua, neque de reditu cogitat ad bonū. Nemo autem dubitat, quin hoc no-  
uissimū maius sit præcedētibus. Quapropter ab illo maxime cauendū est, iis qui à beatitudine Dei  
nō prorsus fieri volunt alieni. Si (vt sumus homines) consiliū impiorū sectari nos aliquādo cōtingat,  
si cōsentire incipimus prauis (siue demonis, siue mūdi, siue hominū iniquorū) suggestionibus,  
curemus quā primum, vbi aduerterimus fraudem, reuerti ab itineribus prauis, neque in viis pec-  
catorū, non demoremur, non oblectemur in eis. Denique, etsi ad tempus aliquātum stare nos con-  
tingat in eis, sollicitissime tamen cauēdum nobis est à pestilentia cathedra, ab infirmorū seductio-  
ne & scādalo, siue à mēte desperate & obstinata. Cōtigit aliquādo, vt Propheta sanctus David a-  
buisset in consilio impiorū, dum prauas carnis & demonis suggestiones sequutus, cōsentiens adul-  
terii cōcupiscētia, cum Bersabee fecit adulterium: cū deinde in malo proficiēs, etiā cōsilio inter-  
fectionis innocētis Vriæ (quod illi Satan indubie ministrabat) assensum & effectū exhibuit, & for-  
sitā hac ratione in via peccatorū etiam substitit ad tempus aliquātū, dum peccatū dissimulat: &  
de primo cōmissio non solum nō pœnitet, sed aliud etiā crudelius adiicit. Verum vsque ad cathed-  
rā pestilentia non peruenit: quia mox vbi per Prophetā fuit à domino admonitū, pœnitentiā egit,  
& reuersus est à via iniquitatis, quam ambulare cōperat: neq; obstinata mēte perseverauit in im-  
pietate, neq; excusationes quę sūit, sed statim peccatū agnouit, dicēs, Peccaui domino: sicque per  
pœnitentiā redificauit, quod per peccatū destruxerat, vt in cathedra pestilentie nō veniret. Atq;  
ita factū est, vt à beatitudine hac nō prorsus exciderit: ¶ Versu secūdo, Sed in lege domini volūtas  
eius. Notandū, quod bono ordine præmittit de voluntate, ac deinde de meditatione. Primum enim  
necesse est, vt voluntatē bonā habeamus in lege Dei, bonūque affectum, & pium desideriu, siue  
propositū implēdi omnia quęcumq; præceperit lex Dei. vitādiq; omnia, quęcumq; illa prohibue-  
rit. Deine cōsequitur, vt eam quā voluntas acceptauit legē Dei, mens assidue meditetur, vt sit vo-  
luntati bonę bona regula ad perficiendū sancta desideria. Sunt enim quidā homines qui intellectu  
quidē sese strēnue exercitāt in diuinis eloquiis, meditātur, atque cōtemplātur assidue in iis quę  
Dei sunt: & tamē hui? propositę beatitudinis expertes sunt, quoniā nō est in lege domini volūtas

2. Reg. 11.  
Ibidem.

2. Reg. 12

H

A eorum, non est in diuinis præceptis eorum beneplacitum, neque affectum bonum habent, neque  
studium adimplendi illa. Intellectu enim contemplantur in iis quę Dei sunt, tantum vt loquan-  
tur, vel doceant alios, sicque vel verbo vel scripto aucupētur quæstum, aut gloriam: volūtas au-  
tem eorum non est in lege domini, sed in desideriis potius carnis aut animæ suę consequendis aut  
perficiendis. Quantum autem ad verbum meditari (quod hic ponitur) notandum est, amplius a-  
liquid esse meditari quā contemplari, aut speculari. Nam meditatio videtur curam quādam &  
solicitudinem includere, non autem speculatio & contemplatio. Vnde qui dicto modo solo intel-  
lectu se exercitant in consideratione præceptorum Dei, nullam habētes curam, nullam sollicitu-  
dinem, quomodo ea adimpleant, hos recte dixerimus contemplari aut speculari legem Dei: nō sic  
autem in ea meditari. Hanc autem significationis proprietatem aliquanto manifestius est videre  
in voce Græca μελετῆσαι, quę hoc in loco ponitur, & pene vbiq; vertitur meditari. Quod autem se-  
quitur die ac nocte, vel simpliciter accipiatur cōsuetō loquendi more, loco semper, siue iugiter,  
aut assidue. Aut (secundū mysticam intelligentiam) per diem intellige tempus prosperitatis,  
per noctem tempus aduersitatis. Legem enim domini meditari debemus & in voluntate habere,  
æque & in prosperis & in aduersis, quemadmodum in beatis viris Iob, atque Tobia exempla habe  
Iob:  
Tobias:  
B quam fuere immemores. ¶ Versu tertio, Et erit tanquam lignum. Quod hic dicitur de viro iusto  
sub comparatione virentis arboris, idem prolixius & planius aliquanto apud Prophetam Hiere-  
miam inuenitur capite decimo septimo, in hunc modum, Benedictus vir, qui confidit in domino,  
& erit dominus fiducia eius. Et erit quasi lignum quod trasplātatur super aquas, quod ad humo-  
rem mittit radices suas, & non timebit cum venerit aestus. Et erit folium eius viride, & in tempore  
siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum. Potēstque hæc Hieremias sen-  
tentia sic accipi, vt propositi loci Psalmorū explanatio. Quod autem dicitur in tempore suo, va-  
let, opportuno tempore, siue dum tēpus est fructificandi. Hoc autem est tēpus illud, de quo Pau-  
lus Apostolus aiebat, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. ¶ Versu, sexto, Ideo  
non resurgunt impī in iudicio. Videtur contrarium huic versui, quod Apostolus habet decimo-  
quinto capite Epistolæ ad Corinthios, Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.  
Nam hoc loco videtur Psalmista asserere, impios non resurrecturos. Verū iuxta sententiam nul-  
la est contrarietas. Non enim sentit Psalmista, impios in iudicio omnino non resurrecturos à mor-  
te corporis. Foret enim hoc manifeste etiam Evangelicæ veritati contrarium, quæ impios docet  
prodituros de monumentis ad æterna supplicia. Loquitur autem Psalmista de resurrectione iusto-  
rum. Et necesse est intelligi præsens dictum de resurrectione ad vitam æternam, quæ est resurrectio  
C iustorum. Hac autem resurrectione nequaquam resurgent impī, qui non ad vitam, sed ad mortem  
æternam resuscitantur. Et cum resurgere sit ad vitam redire, vita autem damnatorum mors po-  
tius æterna sit quā vita, consequitur non male, neque falso secundū hunc intellectum dici pos-  
se, quod non resurgant impī. Non enim vere ad vitam redibunt, sed potius denuo mortificabū-  
tur, cū damnatio mortis non iam animam solam, sed etiam corpus inuadet resuscitatum. Secundū  
sententiam itaque idem est quod hic dicitur, Non resurgunt impī: & quod Apostolus dicebat,  
Non omnes immutabimur, videlicet immutatione ad gloriā. ¶ Versu vltimo, Iter impiorum pe-  
ribit. Iter impiorum periturum, intelligi potest dupliciter. Primo, iuxta modum in elucidatione  
expositum, quia impī per vias suas malas ad perditionem & interitum sempiternum perueniunt:  
quæadmodum per cōtrarium dicere possumus, viam iustorum effugere perditionem, & permane-  
re ante dominū, quoniam iusti per viam suam damnationem euadunt, & permanēt ante conspe-  
ctū Dei. Secundum alteram verō sententiam intelligimus, ipsum iter impiorū, quod nunc ambu-  
lant, non perduraturum in perpetuum, tam enim super terram viuunt in deliciis, & luxuriātur in  
Iudas:  
Dum via, hæc sunt itinera hominum qui sunt à proposita beatitudine alieni. Dominus autē peri-  
re faciet vias eorum, neque ambulare eos sinet in perpetuum in itineribus huiusmodi prauitatis  
Iacobi. 1.  
Psal. 145  
sug: sed emarcescet omnis eorum gloria, & peribūt omnes eorū cogitationes, ac studia vniuersa.

SECUNDI PSALMI ARGUMENTVM.

**C**hristum in terris conuersantem nobiscum, in sanabili odio principes Iudeorū ad mortem vsque non  
desisterunt persequi, quemadmodum Evangelica omnis patefacit historia. Quem deinde in celos as-  
sumptum, inque patris dextera regnantem, & crudelius & numerosius gentium principes, & totius  
orbis præfecti addiderunt oppugnare: non ita quidam in semetipso, sed in nomine & membris eius, ita vt Chri-  
sti nomen & regnum de terra prorsus delere arbitrarentur atque conarentur. Hos ergo utrosque Prophetā  
in spiritu præuidens quod futurum erat, seuerā obiurgatione increpat, temeritatisque ac vanitatis arguit eo-  
rum audaciam detestans, & Dei iudicium aduersus eorum malitiam venturum proponens. Deinde sub persona  
Christi (quem introducit de seipso loquentem) de regno eius & principatu super Ecclesiam & omnem popu-  
lum fidelem, de æterna ipsius à patre processione, de accepto à patre dominio super omnes gētes, deque potesta-  
te iudicialis quæ iusti quidem pascuntur, peruersi autem conteruntur, veritatem omnem patefacit. Post quæ  
a ii

sub persona Christi loquentis interposita, ipse ad exortationem se conuertens, monet eos ad penitentiam sese E conferre, & Christiane se disciplinae submittere, vt venturam valeant terribilem iram effugere.

SECUNDI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Quare fremuerunt gentes?

\* & populi meditati sunt inania?

2 Astiterunt reges terra, & principes conuenerunt in vnum:

\* aduersus dominum & aduersus Christum eius

3 Disrumpamus vincula eorum:

2. Cor. 6. \* & proiciamus a nobis iugum ipsorum.

4 Qui habitat in caelis, iridebit eos.

Prouer. 1. \* & dominus subsannabit eos.

5 Tunc loquetur ad eos in ira sua:

\* & in furore suo conturbabit eos.

Sapient. 5. 6 Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius: \* & predicans praeceptum eius.

Esaie. 61. 7 Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te.

Roma. 8. 8 Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam: \* possessionem tuam terminos terra.

Dan. 4. 9 Reges eos in virga ferrea.



Quid vos o deploranda infideles nationes cum vestris regibus atque principibus, contra Christum Dei filium & mundi saluatorem per inuidiam & iracundiam fremitis, insanitis, atque tumultuamini? Et vos populi omnes infideles, quicunque siue ex iudeis, siue ex gentibus in Christum non creditis, quorum vane meditamini & cogitatis ea, quae vobis neque possibilia sunt, neque prodesse poterunt, Christi videlicet gloriam oppugnare, eique nomen gloriosum opprimere? 2 Ecce enim imperatores & reges populorum, qui dominantur in terra, consurrexerunt pariter, & se opposuerunt in fortitudine sua nomini Christi, & principes populorum in potestate sua conuenerunt, ad tractandum pariter & consulendum iunctis animis atque viribus, quo facilius & citius Christi sanctum nomen delere possent: aduersus Deum patrem, & aduersus Christum benedictum filium eius. Nam qui filium odit, odit & patrem: & qui aduersus filium gloriae agit, agit quoque aduersus patrem. 3 Nos vero qui in Deum patrem, & in Christum verum filium eius sine hesitatione credimus, vincula, nexus, & catenas infidelitatis incredulorum illorum (quibus in suis erroribus sunt conpediti) conpamus atque scindamus: & iugum infidelitatis ipsorum lege proiciamus a nobis, ut nullo modo iugum ducamus cum infidelibus istis, neque participemus, cum eis, aut similes reddamur in erroribus eorum. 4 Veniet certe, quando calorum habitator omnipotens Deus (cuius nunc filium miserum persequuntur) prolaturus aduersum eos sententiam aeternae damnationis, illusionem atque opprobrium sempiternum eos afficiet: & Etis qui est omnipotens omnium dominator, sublatione atque confusione misericorditer confundet eos, ridebitque in interitu inimicorum suorum, si a suis non respuerint malis erroribus. 5 In die enim illa, in forma iudicis ad ultionem malorum quasi iratus apparet, terribilem illam damnationis sententiam proferet aduersum eos: & in illa sua implacabili ira & irrenocabili sententia, timore horribili conturbabit eos, in profundum inferni in momento demergens, quando propter subitaneam inexpectatam damnationis angustiam turbabitur timore horribili. 6 Vox Christi. Ego vero tametsi nunc ab incredulis rebellionem & persequutionem sustineam, sum tamen verus Deus filius, rex constitutus & verus Messias, vnctus a Deo patre meo caeli habitator, super Ecclesiam sanctam, populum fidelium: & constitutus (inquam) & deputatus praedicator ac doctor, ad praedicandum fidelibus, & manifestandum voluntatem patris mei, praeccepta eius quae observari praecipit, & decreta, atque consilia eius quae super humano genere implere proposuit atque per meam praedicationem fieri manifesta: quonia quidem spiritus domini super me, eo quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me. 7 Omnipotens pater me verum suum, ac consubstantialem & coaequalem filium agnoscit, quem dicendo ut verbum sibi consubstantiale gignit, genuitque in aeternitate, quem in perpetuum quoddam est hodie, nullam habens praeteritum aut futuri successione, sed esse stabilem semper habens atque custodit, neque aliam temporis differentiam admittens. 8 Disposuit quoque ab aeterno pater meus postulanti mihi secundum humanitatis formam, dare populos gentium, qui credituri sunt nomini meo, in hereditatem meam sempiternam: & ex omnibus finibus totius mundi, in possessionem dare mihi: per fidem illos in Ecclesiam sanctam congregabo, in populum electum & amabilem, in quo regnem & perpetuo inhabitem, veluti primogenitus in multis fratribus. 9 Dixit quoque pater meus, ut regerem ac pascerem populum hunc meum electum, quasi rex & pastor bonus in sceptro ferreo, in potestate & autoritate aeterna, neque vnquam mihi auferenda, consumenda, aut confringenda (Potestas enim mea, potestas aeterna) quomodo ferrum non facile consumi aut confringi potest: & In omnimo-

A \* & taquam vas figuli confringes eos.

10 Et nunc reges intelligite:

\* erudimini qui iudicatis terram.

B 11 Seruite domino in timore. \* & exultate ei cum tremore.

12 Apprehendite disciplinam, nequando irascatur dominus, & pereatis de via iusta.

13 Cum exarserit in breui ira eius:

\* beati omnes qui confidunt in eo.

da quoque equitate, iustitia, & iudicio: quonia virga ferrea flexibilis non est, neque curuari potest. Et quidem quantum ad bonos & fideles, ita pasca & rega illos. \* Caterum, quod ad incredulos atque perversos attinet, dixit pater ut in eadem virga (quam tradidit mihi) iudicariae potestatis & iustitiae meae, confringam eos & ceteram per istum horridam sententiam: quae admodum vas figuli magno impetu & sonitu terribili confrigitur ab illo; vlla resistet. Per istum virgae ferreae, aduersus quam terreo & fictili vasculo nulla est virtus resistendi. 10 Vox prophetae. Vel nunc tandem o principes orbis terrarum, qui regnum de manu Dei tenetis in populis, agnoscite, & credite in eum quem Deus pater regem, dominum, & iudicem constituit, potestatem habentem omnium, & quae in caelo, & quae in terra. \* Ponite rudem istam atque rebellem mentem, & disciplinam suscipite salutaris fidei, vos qui perfecti estis & iudices populorum inhabitantium super terram: ac sub potenti eius manu humiliemini, ut exaltari apud illum etiam in futuro mereamini. 11 Ne vltra addatis persequi sanctum Christi nomen, aut aduersus eius gloriam malignari, sed magis illius vos seruituti dedite, eum in timore sancto & reuerentia debita, ut supremum & vniuersalem omnium dominatorem adorantes atque colentes. \* Et gaudete atque letamini in eo, quasi in vero domino ac saluatore vestro, salua semper debita illi reuerentia, atque honore cogitatio. 12 Suscipite disciplinam atque doctrinam sanctae fidei & iustitiae eius: vitamque munditiam (quam verbo docuit ipse, & exemplo firmavit) amplexamini: sicque puro corde, & vita mundata quorate illum. \* Ut hac ratione effugere possitis iram venturam irati iudicis, neque vos ira Dei comprehendat in nouissimo, & amittatis viam rectam, qua peruenitur ad vitam, proiecti extra sortem iustorum in tenebras exteriores. 13 In die illa ultionis & vindictae, cum apparuerit implacabilis illa iudicis ira, post paululum & quam aestimetur citius ventura, \* beati inuenietur & cognoscetur omnes qui vere crediderunt in eum, quando ceteris omnibus infidelibus & inobediens certa & indubitata veniet mortis aeternae damnatio, a quo modo per penitentiam, donec tempus illud adueniat, liberari potestis in dulcedine gratiae eius.

Acto. 10. Matt. 28.

1. Petri. 5.

ANNOTATIONES IN PSALMVM SECVNDVM.

Versu primo, Quare fremuerunt gentes. Signum quaesitum, quare accipi potest ut quaerat causam, vel finalem, vel efficientem, siue mouentem. Iuxta priorem acceptionem, erit sensus, Quorsum, ad quid, propter quem finem fremuerunt gentes, &c. quasi dicat Propheta, Omnino vane & frustra conamini, quoniam ad finem vestrum quem intenditis, id est, diuinam gloriae oppressionem, & Christiani nominis deletionem, peruenire nunquam poteritis. Iuxta alteram vero acceptionem, erit sensus talis, Quid est, quod vos mouet: quae vos causa impellit ad tantam insaniam, ut aduersus Deum & filium eius ita confurgatis? quasi dicat, Omnino nulla est vobis causa tanta huius commotionis, cum ipse Christus dominus verus sit Dei filius, & rex verus super omnes, cui non solum nemo possit obistere, sed omnes etiam reges terrarum se debeant subiicere, quae admodum in prosecutione psalmi eidentius deducit. ¶ Versu tertio, Disrumpamus vincula eorum. Coplures tertium hunc versum accipiunt ut vocem gentium infidelium, se inuicem contra Christum ad prosecutionem nominis Christiani exhortantium, assignantes huiusmodi sententiam, Disrumpamus & scindamus vincula & seruitutem eorum, id est, Dei & Christi eius, aut eorum qui Deo & Christo seruiunt: & iugum seruitutis, ac fidei Christianae (cui se ipsi submitterunt) proiciamus a nobis, non suscipiamus illud, neque subdamur illi. Putat enim infideles iudei & gentiles, Christi praeccepta, & sanctissimam legem esse vincula durissima & iugum grauissimum, cum sint iugum suauis & onus leue, neque liget quenquam nisi in dulcissima libertate: cum sint illi soli vere liberi, qui his salubribus vinculis fuerint bene captiuati. Atque hanc sententiam indicat paraphrasis Chaldaica, quae huic versui praemittit verbum, dicunt, subaudiendo principes, aut reges terrae, atque populi infideles. Neque nos eam reuicimus, aut improbamus. In Elucidatione tamen alteram sequuti sumus, secundum quam haec vox ut Prophetae cum suis fidelibus accipitur, qui se adhortatur non ducere iugum cum infidelibus: quasi dicat, Scindamus a nobis vincula illorum infidelium, qui contra Deum & Christum inania sunt meditati neque iugum ducamus cum incredulis illis. Cui consonat illud Apostoli, Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quid enim est aliud proicere iugum infidelium illorum, quam nolle cum illis iugum ducere? Quae admodum enim qui cum infidelibus communicant, & eisdem infidelitatis sunt participes, dicuntur suscipere infidelium iugum, & cum eis iugum ducere: sic per contrarium, qui recusant eidem subiici infidelitati, recte hoc dixerimus proicere iugum infidelium. Videtur autem a bouum similitudine sumpta haec eloquentio. Boves enim qui pariter iugum ducunt, vinculis & ligamentis quibusdam solent ad cornua combinari: & qui sic colligati fuerint, necesse est illos pariter iugum ducere. Qui autem vincula impetu dirumpunt, quibus colligantur, hi a iugo facile se liberant. Atque ita sane in vnum iugum colligati fue-

Matt. 17.

2. Cor. 6.



rant principes sacerdotum & seniores populi, ita postmodum reges & principes populorū in persequutione Christiani nominis pariter colligati videbatur, & simul iugū ducebant vniuersi pene sapientes atq; potentes. Nos autem fideles vincula illorum dissoluamus & cofringamus, nec patiamur nos eidem inopari: & sic iugum illorum proiciamus, vt non cum illis iugum ducamus, sed libertatē fidei vinculis infidelitatis (quibus illi sunt in impietate sua colligati) praeligamus.

**¶ Versu. 4.** Qui habitat in cælis, iridebit eos. Ei quod dicitur de irrisione & sublannatione Dei contra impios, respondent verba libri Prouerborū, in cuius capite primo Sapientia adimus clamentem & conquerentē in hæc verba, Despexistis (inquit) omne cōsiliū, & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo & sublannabo, cū vobis id quod timebatis aduenit. Quoniam autē non est hoc ridere, aut sublannare secundum corporalem aspectū accipiendum, quomodo homines per oris certā dispositionem rident, & nasi contractionem, aut corrugationem sublannant, sed secundū mysticam proprietatem: iccirco quid sibi iste risus & sublannatio velint, in consequentibus edocet. Cum irruerit (inquit) repentina calamitas, & interitus quasi tēpēstas ingruerit, quādo venerit super vos tribulatio & angustia, tūc inuocabūt me, & non exaudiam: mane, cōsurgēt, & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinā, & timorem domini non susceperint, nec acq̄uerint consilio meo. Hoc enim est ridere, hoc sublannare Dei, in nouissimo non parcere, non hēcti misericordia secundū seueritatē immobilis iustitiæ vindictam referre absq; compāssionis dolore, eōsq; cōfundere, & in erubescentiā mittere: quomodo illi qui rident, aut sublannāt, super eos quos rident aut sublannāt, nulla afficiuntur cōpāssione misericordiae, sed absq; misericordia confundunt eos & erubescere faciūt. Neq; multo aliud est hic risus & sublannatio, quā in versu sequenti ira & furor. Iratus enim dicitur Deus, quatenus pœnā infert: & furorē in eo imaginamur, quatenus tū erit implacabilis, nullāq; exculationes vel recipere volet, vel audire. Tales enim fere videmus homines in ira & furore positos. Quo in loco illud diligēter notandum est, quā dissimilis erit vox illa, quā tunc cōtra impios proferet dominus, ab ea qua nunc peccatores suauiter alloquitur vocās eos ad pœnitentiā. Modo enim in māuetudine loquitur, quasi pater filiis, sicut pastor bonus errabundis ouibus, quārēs peccatores ad pœnitentiā, & infideles ad fidem, sicut gallina sua voce pullos sub alas congregare volēs. Tūc verō in ira loquetur & in furore sententiam pronuntiabit conturbātē. Potest tamen ista Dei irrisio etiā aliter more humano intelligi. Solent enim homines irridere & sublannare eos qui magna molūtur, quæ ipsi sunt impossibilia, & quæ ad effectum perducere valent. Tunc autē maxime irridētur huiusmodi & sublannantur, cū res ipsa monstrat, eos non potuisse assequi quod sunt moliti: quemadmodum in Evangelica parabola irridēdus dicitur & irrisione dignus, qui cœpit ædificare, & non potuit consummare. Ita sanē in nouissimo die, cū manifeste patebūt irrita omnia impiorum contra Deū machinamenta, atq; consilia eorum omnia dissipata, quibus contra Dei gloriam egerāt, deridebuntur & sublannabuntur miseri. Sic & alibi Psalmo. 36. de impio bonis machinante mala, dicitur, Dominus autem iridebit eū, quoniam prospicit quod veniet dies eius: circa quem locum præsentem istam sententiam latius aliquāto inueniet explanatā, cuilibet requirere. ¶ Versu. 6. Ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion. Per Sion (quod interpretatur specula) intelligitur sancta Ecclesia, quæ etiam mons sanctus Dei dicitur. Mons enim altus est, firmus, & immobilis: Sic ecclesia per fidei sublimitatē alta est, & per charitatis radicē firma atq; immobilis, spiritu quoq; sancto inhabitata est sanctificata, vt sit domus, habitatio, & tēplum Dei. Cur autē per Sion intelligatur sancta Ecclesia, causa accipi potest, vel ex nominis significatione, vel ex loci electione. Nomen enim (vt diximus) speculā significat, specula verō in alto est. Sic & Ecclesia ratione sublimitatis fidei quasi specula est, in qua, & in cuius fide quisquis residet, contēplatur & videt quæ homines super terram inhabitantes extra Ecclesiam nequaquā valent conspiciere, nimirum sanctæ fidei & Euāgelicæ veritatis mysteria, quæ ignorāt, nec videre, valent, quicūq; extra hanc speculā consistunt. Secundum loci autē electionem dici potest Ecclesia Sion, quoniam in monte Sion apud populū iudaicū tēplum erat, in quo colebatur Deus, quod erat typus & figura illius tēpli, de quo in alio psalmo scribitur, Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio tēpli tui, id est, Ecclesie sanctæ, quam spiritus in tēplum Deo & Christo consecrauit. ¶ Versu septimo, Ego hodie genui te: Loquitur de generatione æterna, qua pater æternaliter gignit filiū, & filius æternaliter gignitur a patre. Hæc autem æternitas significatur per aduerbium temporis, hodie. In æternitate enim neq; præteritum est, neque futurum, cum partes non habeat secundum successiōnem, quarum altera alteram præcedat aut sequatur, sed est æternitas quasi momētum vnū perpetuo consistēs. Ad imaginandū namq; æternitatis durationem, oportet intelligere quasi nunc quoddam siue momētum præsens, vnum atq; idem & inuariatum, absque fluxu & transitu stabiliter imperpetuum consistens, sine præterito quod defluat, aut sine futuro quod adueniat, sicque velut perpetuum quoddam hodie, neque heri, neque cras habens. Heri autem & cras, successiōnem manifestam, transitionem & fluxum indicant: quoniā heri iam non est, & cras nondum aduenit. Propter quod, per ipsa nequaquā potest æternitas significari, imō impossibile est vt in æternitate intelligatur. Illud verō notandum, quod aduerbio, hodie, nouo modo iūgit Psalmita, non tempus præsens (quod videretur aptius) dicendo, Ego hodie gigno te: sed præteritum, quod minus videtur conuenire, eo quod præteritum tempus ex suæ significationis proprietate præteritiōnē signet, quæ in diuina generatione semper existēte non habet locum. Intelligendum ergo est iccirco præteritum tempus cum aduerbio præsentis temporis coniungi à Propheta, vt ita significaretur hodie illud, de quo

Prouer. 1.

Ioā. 10.

Matt. 9.

Matt. 23.

Luc. 14.

Psal. 36.

Psal. 47.

**A** loquitur, non esse recēs hodie, neq; iam incipere suam durationē, sed præcessisse (non dico præteritū) ab æterno. Est enim inter hoc hodie æternum, & nostrum hodie tēporale, ista diuersitas: q̄ nostrum hodie recens sit, & cum antē nunquā fuerit, iam primū aduenit mox, abiturū vbi cras aduenit. Atque iccirco nos illi solū præsens accommodamus, cum ad totum hodie respicimus, dicētes, Hodie viuo, hodie sum, hodie gigno: nisi ad partes respiciamus eius diei præsentis, de quo loquitur, Sic enim, & præteritū, & futurum: his cōsiderationibus licebit adicere, vt cum dicimus, Hodie comedi, & hodie dormiā, secundum diuersas huius diei partes. Secundum respectum tamē ad totum, non conueniēt nisi præsens tēpus possumus applicare temporali, & labili nostro hodie. Illud autē æternū hodie (de quo hic fit mentio) nequaquam recens est, neque iam nouum aduenit, quasi nunquam præcesserit, neque iterū cras vetus erit, neque tū abibit ab vllo fugatus die crastino, neque præterito succidit, neque futurū præcedit, sed antiquū hodie est, quod (quantum uis longam durationē mente cōprehenderis) semper erat idem, quod nunc est, hodie, & quātūuis longā secundū futurā durationē cōprehenderis, similiter præstabit idē, quod nūc est. Atque ideo illi potest (nulla etiā ad partes diuersas habita cōsideratione) apte addi tēp<sup>9</sup> præteritū, vel futurū. Vnde sicut pater nūc dicit, Ego hodie genui te: ita eadē veritate, & cōgruitate poterit dicere, Ego hodie gignā te. In hac enī æternitate, pater æternus, & semper genuit filiū, & semper gignet filiū, & semper gignit filiū. Propriissimus tamē de æternitate loquendi modus est, cum per tēpus præsens loquimur. Ad significandā nihilominus nostro captui æternitatis durationē, præteritum est cōueniētius. Vnde, & in alio psalmo de eadē hac generatione loquēs idem Propheta, dicit simili ter præterito tempore, Ex vtero ante luciferū genui te. Significat enim, ipsam verbi generationē Psal. 10. secundum durationē non præteritū, sed tantū præfuisse: id est, non nouā esse, sed ab æterno præcessisse. Verū hæc forsitan simpliciu captum videbuntur excedere: ad propositi tamen loci plenam intelligentiā videbantur necessaria: neque intellectu difficilia erūt iis, qui ex naturaliu rerum tractatibus temporis, & æternitatis agnouerint differentias. ¶ Versu. 8. Dabo tibi gentes hæreditatē tuam Gentes, & hæreditatē, nō pro vno accusatiuo cōputari debent, per appositoriam cōstructiōnem, sed tanquam duo accusatiui ab odē verbo dabo, secundum vim vehemētissimā transitionis recti: cuiusmodi regimen est cū dicimus, Eligo te regem, consecro te sacerdotē. Estque sensus, Dabo tibi gentes in hæreditatē tuam, vel pro hæreditate tua, hoc est, vt sint, hæditas tua: quæ admodum orationis illius, Eligo te regē, sensus est, Eligo te in regē, siue vt sis rex. Similiter, & in sequenti parte dicendum est, Et possessionem tuam terminos terræ. ¶ Versu. 9. Reges eos in virga ferrea. Per virgam istam ferream, præter inflexibilem iustitiam (cuius Elucidatio meminit) recte etiā intelligi poterit sermo Dei viu<sup>9</sup>, & efficacis, & penetrabilior omni gladio accipitur: quod sicut à paulo gladius vocatur, imō gladio ancipiti penetrabil<sup>9</sup> asseritur: ita nō incōueniētē virga ferrea (propter suam fortitudinem, & virtutem) appellari potest. Apud Hieremiā verō etiā malleus nuncupatur: Nunquid non (inquit) verba mea quasi ignis, & quasi malleus conterens petrā: Quod si malleus pateram conterens appellatur sermo Dei, cur non etiā recte ferrea virga nūcupari possit? Hæc autem virga est, qua Christus regit ac pascit bonas oves suas: malas autē, vt vas figulī cōfringit, quoniam in verbis oris eius condēnabitur impius. Aut potest etiā hæc secūda pars in bonā partē interpretari, vt de salutarī cōfractiōne intelligatur, qua videlicet corda dura, immitia, fera, & incredula ipse percussit, cōfringit, & interficit, vt mansuescant atque emollescāt per pœnitentiā. Huiusmodi enim corda sunt petræ quas cōterit ille, de quo diximus: Malleus, & ista, quā tunc loquimur, ferrea virga. Forsitan, & eadē est, quam volebat Esaias, cum de Melsia loqueretur, Percutiet (inquiens) terrā virga oris sui. Virga enim hac verbi sui, quæ ex ore ipsius processit, terrā percussit, quoniā impiorū corda istū prædicationis suæ salubriter feriendo, ad fidem, & virtutem conuertit. Nonnunquā, & pro sceptro ponitur virga, vt Psalmo quadragesimo quarto, Virga directiōnis, virga regni tui, id est, sceptrum æquitatis, sceptrum regni tui. Atque ita per sceptrum ferreū si gnificatur regnum infrangibile, & indeficiens, nempe æternum: quā expositionē in Elucidatione priorī loco positā cōperies. ¶ Versu vndecimo, Seruite domino in timore. Duo coniungit Psalmita, quæ pariter in nobis erga Deū debent adesse. Exultare enim nos oportet, & gaudere plurimum atque lætari in bonitate Dei: neque morosus ipse est domin<sup>9</sup>, vt seruis suis phibeat gaudere. Imō locis plus mille, per seruos suos Prophetas, & Apostolos, atque etiā, per os suum lætari monet, & gaudere semper. Gaudete (inquit idem ipse) quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Debet tamen non esse inepta nostra exultatio, sed cū debita ex intimo cordis affectu reuerētia, omnique graui tate, maturitate, & morum honestate: quod est, cū tremore exultare. Nō enim intelligēdus est tremor iste secundū seruilē affectum. Tremor enim non est, in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem: quāto magis & tremorē eiusmodi? Significat autem in proposito magnā totius affectus reuerentiā, & attentissimā mentis sollicitudinē atque diligētiā, quā merito in nobis efficere debet consideratio diuinæ maiestatis. De hoc autē timore, & tremore Paulus loquitur cum fideles monet, in metu, & tremore suam salutem operari: id est, cū magna sollicitudine, attentē, Philip. 2. tione, & vigilantia, non remisse, nō trepide, vt faciunt quidā. Sed, & seipsum apud Corinthios fuisse testatur in multo timore, & tremore. Seruis quoque præcipit idē, vt dominis carnalibus seruiāt 1. Cor. 2. cum timore, & tremore, hoc est, cum summa obediētia, & reuerētia. Quod si dominis temporalibus præcipiuntur serui cū tremore obedire, quanto magis æterno illi regi regū, & domino omnium dominantū? Neque enim tam seruus aut subditus: potest esse infimus quilibet hominum suo temporalī domino, qui fit is qui supremus est, & gloriosissim<sup>9</sup> inter filios hominum infinito maiore

Psal. 10.

Hebr. 4.

Hiere. 23.

Esa. 11.

Psal. 44.

Luc. 10.

1. Ioan. 4.

Philip. 2.

1. Cor. 2.

Ephes. 6.

subiectione subditus aeterno domino. Recte ergo etiā reges & iudices, populorū seruite illi, vt summo domino, cum timore: & exultate in eius bonitate: sic tamē, vt cum tremore, memores semper vestra erga illum humilitatis. ¶ Versu vltimo, Cum exarserit in breui ira eius. Posset principiu huius versus secundū sententiam nō male coniungi cum fine præcedentis, vt sit sensus, Apprehendite disciplinam modo, dum tempus est, nequando experiamini irā domini, & ne pereatis de via iusta tunc, cum exardescet subito ira eius, ne tūc videlicet pereatis de via iusta, ne tūc separamini à retributione honorum, cum exardescet seque manifestabit furor ira eius. Ac deinde legatur separatim, velut conclusio totius psalmi, Beati sunt atq; erunt vniversi, qui confidunt in illo. Alterius autem connexionis sententia in Elucidatione expressa est.

2. Reg. 13.

TERTII PSALMI ARGUMENTVM.

**E**X titulo (qui tam apud Hebræos, quam apud Græcos atque Latinos psalmo huic præponitur) manifestum sit, eum à Dauid compositum fuisse in ipsa persecutione quam à filio Absalon sustinuit, siue post peractam persecutionem, & assequutam liberationem. Propter quod, secundum historicalem sensum Dauid ipsi applicari commode posset. Verum quia persecutio ista Dauid à suo filio, figura erat & signum præuium persecutionis, quam Christus dominus à populo suo erat perlaturus (quemadmodum & in cæteris Dauid gestis, Christi mysteria figurari solent) iocirco præcipue est referenda psalmi huius intelligentia ad Christum, in persecutionibus & tribulationibus constitutum, vt sit eius ad patrem sermo, suæ persecutionis grauitatem, & tribulantium acerbitatem primam veluti per quærimoniam proponentis, in spe tamen diuini auxilii seipsum confortantis. Deinde mortis somnum, & subsequituram ex patris virtute resurrectionis gloriam, atque inimicorum finalem confusionem & punitionem prædicentis.

TERTII PSALMI ELUCIDATIO.

1 Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me: \* multi insurgunt aduersum me.

Matt. 27. Sapien. 2. 2 Multi dicunt anime mea, \* non est salus ipsi in Deo eius.

3 Tu aut domine susceptor meus es, \* gloria mea, & exultas caput meum.

Ioan. 10. Apo. 1. 4 Voce mea ad dominū clamaui: \* & exaudivit me de monte sancto suo.

Luc. 23. Matt. 27. 5 Ego dormiui & soporatus sum: \* & exurrexi, quia dominus suscepit me.

6 Non timebo millia populi circumdantis me \* exurge domine, saluum me fac Deus meus.

Hest. 13. Dan. 4.

7 Quoniam tu percussisti omnes aduersarios mihi sine causa, \* dentes peccatorum contriuisisti.



Ide pater mi, qui meus es secundum assumptam serui formam dominus, quam sunt multiplicati persecutores & hostes mei: \* multi admodum conspirant atque confurgunt aduersus me in malum, qui me querunt ad mortem pertrahere. 2 Multi eorum veluti exprobrantes obiiciunt mihi, dicentes, \* Non erit tibi salus in Deo tuo, in quo te ais habere fiduciam, neque tuam animam de manibus nostris ipse saluabit, dicentes, Confidit in Deo, liberet eum si vult: videamus, si liberabit eum de manibus nostris. 3 At tamen tu domine pater, susceptor, defensor, protector, & liberator meus es: \* tu es qui me glorificabis, & qui me in regnum atque principatum exaltabis, liberatum de manibus eorum. 4 In tribulationibus & persecutionibus constitutus, vocem tam cordis quam corporis mei ad te in oratione affectu magno leuaui: \* & tu exaudisti me clamantem de sublimi throno gloriae tuae, in quo resides in magnificentia tua, in medio angelorum tuorum. 5 Increfcente & operante aduersantium rabie, iuxta propositum tua voluntatis, o pater aeterna morti me subdidi propria voluntate, mortisque somnum experiri in mea humanitate volui, & tridui spatium in somno illo perdurare, ponens à meipso ad tempus animam meam: \* Non permansi tamen in morte, vt cæteri mortuorum: sed à somno illo mortis quantumcunque resurrexi ad vitam, potestatem habens resumendi eam quam paulo ante posueram animam meam: & factus sum viuus post paululum, qui fueram mortuus, idque ex virtute diuinitatis quam à te accipi, quoniam tu pater (in cuius manus spiritum meum commendaue-ram moriens) resuscitandum suscepisti me, & sustentasti atque custodisti, vt in morte nō permanerē: sed post triduum resuscitasti me, quatenus à te virtute diuinitatis (secundum quam surrexi à mortuis) accipi. 6 Etiam si me millia hominum persequentium per circuitum obideant, & in circuitu custodiam aut obsidionem constituent, quomodo ex Iudæorum sollicitatione pauci custodes ad sepulchrum meū vigilabūt, non metuam, neq; ob hoc impediar aut cessabo à resurrectione mea: \* tu tantum domine pater, exurge mihi in auxilium: & secundum decretum consilii tui aeterni, à morte (in qua tua permissione ad tempus debeo quiescere) me libera, & ad vitam resuscita. Nulla est enim potestas humanarum virium, quæ tua diuinæ potentia queat resistere, neque est qui tuæ possit resistere voluntati, aut tua consilia facere irrita. 7 Tu es qui omnes aduersarios meos, qui me sine meo merito iniuste afflixerunt, condemnatione feries aeterna. \* Tu icter graui iusti iudicii tui, & percussione seuera sententiae tuae in maxilla feries eos, ita vt dentes eorum pariter conterantur atque excutiantur. \* Conteres quoque, & comminues inuidiam & malitio-

A

8 Domini est salus, \* & super populum tuum benedictio tua.

sam potestatem eorum, qua me lacerare atq; discerpere existimabant. 8 Ad te pater domine solum spectat saluatio, tuū est saluare, & à te vno salus omnis vera est expectanda: \* & super populum tibi fidelē, tuisq; mādatis obedientem, erit benedictio tua: in præsentem quidem salutaris gratia tua, in futuro autem sempiternæ gloriæ tuæ: quæ admodum ex aduerso super populum infidelē & rebellem veniet maledictio, in præsentem quidem sterilitatis ab operibus bonis, in futuro damnationis aeternæ.

ANNOTATIONES IN PSALMVM TERTIVM.

**N**otandum, quod licet Psalms hunc totū Elucidationis iam positæ series peculiariter capiti nostro Christo accommodauerit, eamq; intelligentiam solam expresserit, potest tamen nihilominus pulchre & comode admodum etiam cuilibet Christi membro, id est, cuilibet viro iusto in tribulatione posito, vox Psalmi huius aptari, vix in vilo variata intelligentia: nisi quod in versu quinto sonus, & exurrectio paulo aliter debeāt intelligi. Fit enim nonnunquam, vt viri iusti, siue grauitate, siue prolixitate persecutionū fracti, veluti torpere incipiāt, atq; in somnū peccati declinare: quos Deus lucis suæ visitatione, iam casui propinquos fustētat, & pene iam collapsos benigne erigit, inimicis eorum in fugam conuersis. Huius ergo psalmi apparet ex prædictis triplicem inueniri intellectū: primū quidem de persona Dauid in Absalonis persecutione, quemadmodum indicat titulus: alterū de Christo domino, cuius typū gerebat Dauid: tertium verò, secundum quem cuilibet Christi membro accommodatur, de tribulatione postēti auxiliū, & in domino suā cōfidentiam bonam exercitanti. Neq; verò hæc sensuum diuersitas vllam inducit cōfusione, quæ admodum id quod de capite dicitur, spectat simul & ad signatum: tertius autē in secundo, quemadmodum id quod de capite dicitur, pertinet simul & ad mēbra. ¶ Versu Tertio, Gloria mea & exaltans caput meum. Christus siue etiam iustus quilibet, Deum vocat suam gloriam, id est, suum glorificatorem, à quo gloriam sperat & victoriam atque coronam. Exaltare autem caput iusti quomodo dicatur Deus, vide in annotationibus Psalmi. 109. in pertractione versus vltimi, De torrete in via bibet, propterea exaltabit caput. ¶ Versu quarto, Exaudiui me de monte sancto suo. Mons sanctus Dei, in psalmis atque item sacris aliis scripturis interdum Ecclesiam significat militantem, quomodo in psalmo præcedenti in verbo Christi, Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Et in Psalmo. 46. Magnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Interdum verò Ecclesiam significat triumphantem, & mansionem supernam beatorum, quæ propter altitudinem altissimæ cōtemplationis & speculationis, secundum quam Deum sancti contuentur facie ad faciem, rectissime mons dicitur: simul & propter inaccessibilitatem & inexpugnabilitatem eius. Vnde dicitur in alio loco, Non accedet ad te malum. Qui enim in montibus habitant, non facile valent expugnari: & quo mons altior fuerit, eo difficilius. Mons autem Dei tam altus est, vt nemo possit ad oppugnandum vel expugnandum appropinquare. Dicitur autem mons iste sanctus, propter singularissimam præsentiam, & inhabitationem firmissimā eius qui sanctificat omnia. Sic in Psalmo decimoquarto, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Item Psalmo quadagesimo secundo, Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerūt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. ¶ Versu quinto, Ego dormiui & soporatus sum. Ex sacris domini lesu verbis in Evangelica historia, simul & ex Apostolorum literis, discimus mortuos dormientes appellari. Vnde de Lazaro ait dominus, Lazarus amicus noster dormit, intendēs de morte corporis. Similiter & Paulus, De dormientibus, inquit, nolo vos ignorare fratres: cum de mortuis loqueretur. Recte ergo hoc in loco per somnum intelligitur ipsa mortis dormitio, & ex consequenti per exurrectionem siue euigilationem à somno, ipsa à morte ad vitam resurrectio. Quod autē Christus ait ideo se exurrexisse, quoniam dominus pater videlicet ipsum suscepisset, id non sic intelligendum est, quāsi non propria sua virtute resurrexit Christus. Resurrexit enim per virtutē & potentiam diuinitatis, quæ in eo erat, ipsi patrique communis: non quasi per alienam & extrinsecam virtutem, quemadmodum nos puri homines suo tempore sumus resuscitadi à monumentis: (Ait enim de se ipse Saluator dominus, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam) sed per ipsam propriam suam virtutem, quam intra se habebat, & quæ ipse licet homo factus nunquam desitnebatur. Patri tamen ascribit suam resurrectionem, & in hoc & in aliis plerisq; locis, quoniam omnia quæ habet, à patre habet: neq; habet omnino quicquam filius, nisi per communicationem à patre: ipsamque potentiam omnem & virtutem, quam habet, à patre habet: atque ideo non immerito ad ipsum refert suæ resurrectionis gloriam. Denique manifestum est hic Christum introduci secundum carnis dispensationem, in forma humilitatis loquentem: propter quod, ad designandum quod non virtute humana surrexisset, sed diuina, patri suo ascribit resurrectionem. Nisi enim diuinitas humanitati fuisset auxiliata, non potuisset ipse à somno exurgere. Si verò hunc psalmum totum personæ Dauid applicare quis vellet, hunc necesse esset somnum istum ad tempus aduersitatis & tristitia (in quo erat Dauid, donec perduraret Absalonis persecutio) referre exurrectionem autem siue euigilationem, ad tempus liberationis de angustia. Si verò secundū spirituale intellectū viro cuilibet iusto aptetur Psalms, intelligitur ista dormitatio, quædam in virtutis proposito atq; profectu remissio, & ad peccatū aliquod

Psal. 2. Psal. 46.

1. Cor. 13. Psal. 90.

Psal. 14. Psal. 42.

Ioan. 15. 1. Thef. 4.

Ioan. 10.



Pfal. 93.

ex parte declinatio: ex tunc autem, in pristinam diuinam seruitutis alacritatem reparatio, ex benignitate Dei suscipiētis iustum, vel priusquam cadat præserruādo, vel postquam ceciderit erigēdo, ne in lapsu permaneat, & in fovea in quam cecidit non extractus suffocetur & computrescat. Nam in alio Psalmo dicitur, Nisi quia dominus adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. ¶ Versu penultimo, Dentes peccatorum contriuisi Sūptum videtur ex vulgari consuetudine loquentium, ad designandum grauitatem percussiois, qua omnipotentia diuinitatis Christi hominibus inimicos & percussit, & percutiet amplius. Grauius enim ictus est maxillę, cū ex eo dentes vel infringuntur, vel excutiuntur. Atq; huic intelligentiæ clare satis atq; aperte consonat beati Hieronymi versio, quæ sic habet, Quoniam tu percussisti omnium inimicorum meorum maxillam, dentes impiorum confregisti. Cui consentit etiam Chaldaica translatio, habens in hūc modum, Quoniam tu percussisti omnes patronos odii mei super genas eorum, dentes impiorum confregisti. Est autem harum lētionum sententia, tanquam si dicat Propheta, In maxillam inimicos meos percussisti: & quidem ictu tam graui, vt etiam dentes qui in maxillis erant, confregis atque excusseris, id est, ictu terribili, nimirum sententia damnationis æternæ. Aut per dentes confraētos, malitiosam eorum potestatem, qua Christum discernere querebant, simpliciter intellige. Vtranque autem intelligentiam supposita monstrat elucidatio.

DE TITVLO HVIVS PSALMI.

Pfal. 44.

**P**rimum illud in genere de titulis vniuersis aduertendū est, quod is cui Psalmus ascribitur, semper in datiuo casu ponitur. Vnde in hoc Psalmo & in cōsequentibus, cū audis, Psalmus Dauid, vel psalmus cātici Dauid, semper nomen Dauid in Datiuo casu accipi debet, vt sit sensus, Psalmus ipsi Dauid. Id quod tam ex Græco quàm Hebræo euadit manifestū. Vtrobique enim articulus datiui casus adiungitur nomini Dauid. In Græco enim dicitur *τῷ Δαυιδ*, id est vt ita exprimamus ipsi Dauidi. In Hebræo autē nomini Dauid præponitur litera Lamech, quæ solet esse articulus datiui casus, quæ admodū. He genitiui. Neq; vero mysterio vacare putamus, quod authoris ipsius nomen casu datiui præpositū sit, cum tamen videatur magis casus genitiuus ad authoris primū locū concedens, se quasi instrumentū & quasi illuminatum atq; edoctū à Deo casu datiui designat, dicens, Psalmus ipsi Dauid, ac si diceret, Psalmus ipsi Dauid reuelatus aut datus, quæ videlicet Psalmum docuit illum summus artifex spiritus Dei, qui per Dauid Psalmos canebat. Atq; istud quidē hoc in loco semel admonitū, aduertendū est & attendendū diligenter per vniuersum Psalmorum librum, ne eadem opus sit frustra sapius iterare. ¶ Demum (quod ad hunc titulum in speciali attinet) aduertendum est, quod frequenter cōtingit psalmo alicui præponi titulū qui spectat ad historiā, quemadmodum hic dicitur, Psalmus Dauid, cum fugeret à facie Absalon filii sui. Alibi, Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi. Itē, Psalmus Dauid, in dedicatione domus Dauid. Itē, Psalmus Dauid, cū venit Doeche Idumæus, & annūtiavit Saul, & dixit, Venit Dauid in domū Abimelech. Item, Psalmus Dauid, cum immutauit vultū suum coram Abimelech, & dimisit eū, & abiit. In his tamen psalmis quibus tales præponuntur tituli, non est necesse, imo neque conueniens, vt huiusmodi historiale factū accipiatur vniuersaliter, quasi materia psalmi, sive vt psalmi ipsius intelligentia ad historiā talem accommodetur. Nam in Psalmo. 33. (cui vltimus ille titulus de vultus immutatione præponitur etiam apud Hebræos) ne verbū quidem auditur de huiusmodi facto particulari historiā, quod in titulo præmittitur. Sed plerunque titulus vel tempus tantum designat. quo facta est Propheta reuelatio psalmi huius aut illius, vel occasionem decārandi siue describēdi eum. Valde enim steriles redderet Psalmos, qui semper ex titulo haurire vellet solidā eorum intelligentiā. Quemadmodum in psalmo proposito, qui illud, Ego dormiui & soporatus sum & exurrexi, intelligeret de humiliatione ac subsequēti liberatione Dauidis, vere sterilem & nimis inamœnum efficeret sensum. Similiter Psal. 28. cui (vt diximus) præmittitur titulus, in cōsummatione tabernaculi, si ad literā illi dedicationi materialis tabernaculi applicetur, sterilem & prorsus ieiunā habebit interpretationem, cum sit alioqui Psalmus adipe mysteriorū noui testamēti pinguisimus & delicatissimus. Quod si roges, quid ergo in titulo historiā præmittitur, si ad historiā non debet accommodari interpretatio psalmi qui subsequitur? Iam diximus satis esse si tantum vel tempus vel occasionem Psalmum decārandi titulus indicet. Pro cuius rei intelligentiā diligenter attēda est illa Pauli sententia, qua dicit in fidelibus abundare cōsolationes, iuxta tribulationū abundantiam. Sicut (inquit) abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat cōsolatio nostra. Quod Psalmista noster aliis verbis, secundum eandem tamen sententiam ita expressit, confitens domino, & dicens, secundum multitudinem dolorum in corde meo, cōsolationes tuæ latificauerunt animā meam. Ex quo apparet, Prophetā in magnis tribulationibus & angustiis positū, quāto magis affligebatur exteri, tāto magis percepisse interiorē à Deo illuminationē, in qua seipm secundū spiritu possit abūde cōsolari. Vnde arbitror fieri potuisse imo

2. Cor. 1.

Pfal. 53.

**A** verisimile est & pene clarum ac certū ita fuisse, quod Dauidi in angustiis exterioribus & afflictionibus posito, in spiritu demonstrata est & reuelata illa post ventura persecutio & afflictio, quā Christus dominus præter omne meritū erat perlaturus ab inimicis: vt sic in offensa domini ventura tribulatio, seruus in sua præsentia afflictione inueniret cōsolationem: vt hoc iam Dauidi spiritus diceret, quod multo post ipse dominus in carne suis discipulis ore proprio diciturus erat, Nō est seruus maior domino suo: Si me persequuti sunt, & vos persequētur. Sic enim & spiritus di Ioa. 15. cebat in corde Dauid, Ecce omnium persequētur impij & infideles serui: tu ergo ne grauate feras, si te affligant iniqui. Atq; hoc pacto cōuenienter valde dici potest, quod cum à filio suo Dauid persecutionem sustineret, indubie grauiissimā, & ad tolerandum molestissimam (Tanto enim grauius est homini quod infligitur malū, quanto eum qui infligit minus æquum est hoc agere) ipse autem summam coram Deo humilitatē exhiberet, de ciuitate regio miserabiliter cū vniuersa domo pedibus suis egrediens, cliuum oliuarum ascendēs, nudis pedibus incedens, cum fletu & aperto capite, maledictionē quoq; semel patienter ferens, & vlcersi volentes prohibens, aliāque his similia plura corā domino humilitatis intimā testimonia demonstrans: quod in hac (inquam) tanta humilitate illi reuelatum fuerit ad suam cōsolationē, quanta Christus dominus in mundum vēturus esset à populo suo, à filiis suis, sed malis filiis passurus, & quomodo post passionē foret glorificandus. Atq; hac illuminatione, velut suorum malorum omnium oblitus, totus in cōtemplationem persecutionis Christi abreptus, quasi ex persona Christi sic inimicis circumdati, & per resurrectionem liberandi in vocē Psalmi prorupit, sicque abunde magnam in sua afflictione cōsolationem inuenit, intelligens & se similiter post persecutionem inuēturum requiem. Atq; ita quidem patet quod diximus, persecutionem Absalonis tempus fuisse, atque etiam occasionem componendi propositi psalmi, non autem ipsius præcipuam materiam. Fortitan autem hæc & aliis pluribus in locis, vbi vsus venerit, admonēbimus, & plurium explorum declaratione faciemus manifestius, si nos magnus dominus sua illustratione dignabitur, & vita.

QVARTI PSALMI ARGVMENTVM.

**I**n hoc Psalmo, Propheta vbi eam, quam à Deo ipse expertus fuerat exauditionis facilitatem, præmisit, mox ad increpationem verba conuertit, quod homines, rationales creaturæ, sive nobilitatis obiliti, tam facillimo ac benignissimo domino prætermissi, peccatis se turpiter subdant, & carnis ac mundi desiderij ignominio se imbereant. Quibus deinde si à vanitate conuerti velint, aduocatum monstrat, per quem propitiationem sibi valeant comparare: simul & modum quo ad illum conuerti debeant (per iram aduersus vitia præterita, declinationem à malis, & operationē iustitiæ) vt secure in eo sperare valeant, luculenter manifestans. Vbi insipientium hominū obiectioni respondens, naturalis luminis meminit, atq; etiam spiritualis illuminationis, vnde nobis boni est indicij, & letitia venit in cordibus fidelium. Deinde per spiritus illuminationē quæ tempore gratiæ ventura bona erant præuidens, & præcipue fidelis populi futuram multiplicationē atq; profectum & sacramentorū legis nouæ fecunditatē, ea gaudentes in exultatione spiritus, futura quasi præterita (iuxta morē Prophetarū) prænuunciat: & in eis quæ præuidebat nō hesitans fide, se pariter cum veteris adiungens, in pace securus vult & gaudens requiescere: credens vna cum nouo illo populo pariter videre bona domini in terra vniuentium, propter spem certam & securam expectationē eorum, quæ spiritu illuminante sibi fuerant præmonstrata.

QVARTI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Cum inuocare exaudiuit me deus iustitia mea: \* in tribulatione dilatasti mihi.

2 Miserere mei, & exaudi orationē meā.

3 Filij hominū vsquequo graui corde? \* vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium?

4 Et scitote quoniam mirificauit do-



**V**m ex debito cordis affectu clamare in oratione mea ad dominum, non abiicit orationem meam Deus, author ipse, cōsiderator, & remunerator iustitiæ meæ: \* In tribulationibus & angustiis inuocatur, latitudinē spiritualis cōsolationis & gaudiij interioris donauit mihi. 2 Atq; iccirco calestem sepius benignitatē expertus, iterum clamare nō desino, quoties vlla mihi tribulatio obuenerit. Misericordiā tuā demōstra mihi domine, & exaudi me tibi in spiritu humili supplican- tem, 3 Vos verō filij hominū, ex hominib; rationalibus hoies rationales pgeniti, quos sic ad imaginē suā Deus nobiles & gloriosos cōdidit, quousq; vos tandē secundū affectū cordis onerati pmanebitis peccatorū mole, atq; terrenarū concupiscentiarū pōdere, semper in ima ista respiciētes? \* Et ppter quid (quæso) cor apponitis vanitatis, & ex affectu sectamini mendaciū? hoc est, ea quæ carnis sunt & mundi, quæ reuera nihil aliud quàm vanitas sunt & mendacium: in quib; nihil est verę ac solidæ bonitatis, & quæ suos sectatores misere decipiunt, pro felicitate quā promittunt, æternæ mortis stipendia adducētes. Nequaquā profecto hoc decens aut iustū est, aut etiā expediēs, vt rationalis creatura, quā Deus sic nobilē creauit, ipsa se vanitati atq; mēdacio vltro subdat, atq; in seruitutē dedat. 4 Quod si qui forte ex filiis hoim pondera hæc abiicere cupiāt, ostēda eis, quis sit qui illos possit leuare suis onerib;. Illud enim in primis sciēdū &

Eccle. 1.

Rom. 6.



*minus sanctum suum.*  
 Ioan. 3.  
 1. Ioan. 2. \* dominus exaudiet  
 Roma. 5. me cum clamauero ad  
 Hebr. 9. eum.  
 Ioan. 14. 5 Irascimini,  
 Matt. 11.

\* & nolite peccare:  
 \* quae dicitis in cordi-  
 bus vestris, & in cubi-  
 libus vestris compun-  
 gimini.

6 Sacrificate sacrifi-  
 cium iustitiae,

Roma. 8. \* & sperate i domino:  
 Eccle. 1. \* multi dicunt quis o-  
 stendit nobis bona?

7 Signatum est super  
 nos lumē vultus tui do-  
 mine,

\* dedisti letitiam in  
 corde meo.

1. Ioan. 1.  
 Ioan. 16. 8 *A fructu frumenti,  
 vini & olei sui multi-  
 plicati sunt.*

9 *In pace in idipsum  
 dormiā & requiescā.*

10 *Quonia tu domine  
 singulariter in spe con-  
 stitisti me.*

fideliter attendendū est, quōd pater omnipotens Christum dominū E  
 (quem ab initio conceptus sui sanctitate, misericordia, & omnibus  
 gratiis impleuit non ad mensurā, mirabilem, fecit, mirifice exaltauit  
 in cōspectu suo, & mirabilem demonstrauit in cōspectu omnium cre-  
 dentiū, tanquā aduocatum nostrum & propitiatorem, per quem no-  
 bis datus est ad patrē accessus, qui que mirabiliter a peccatoribus se-  
 gregatus imperpetuū assisit vultui Dei pro nobis. \* Deus pater om-  
 nipotēs exaudiet nos, quotiescunque ad illū clamauerimus: ita vt si  
 quid patrem petierimus in nomine eius, hoc ipse faciat nobis: ad quē  
 accedētes, ab omni onere & pōdere liberi (iuxta promissum eius) re-  
 ficiemur. Si verō modum requiritis quo ad illum a vanitate redire  
 oporteat, en primū vobis dolor ira & indignatio sancta assumi debet  
 per quē peccatis praeteritis, imō vobis ipsi (vt serui fuistis peccati) in-  
 dignari debetis, vt illa quē prius turpiter amastis, & cōcupiuitis ne-  
 quiter, iam poenitēs salubriter detestemini: \* deinde, ne vltra peccatis  
 firmo proposito statvendū, atque diligenti obseruatione est caue F  
 dū: ne ea quae semel defleta sunt per poenitētiā, per cōcupiuitiā ite-  
 rū cōmittātur. \* Ceterū, si quē occurrat aut exoriri cōeperint per co-  
 gitationes in cordibus vestris mala desideria, vel ex suggestione ex-  
 terioris demonis, mūdi, aut carnis, vel ex memoriē volubilitate & af-  
 fectus instabilitate, & si quae huiusmodi intus in animos vestros for-  
 te se ingerāt, nolite oblectari in eis, vt nō noceāt, sed cōpūgimini, &  
 dolore vos ipsos affligite p illis, vt sic dū oblata respicitis, etiā glorio-  
 sior fiat ex eis corona vestra. 6. Neq; verō sat fuerit ad perfectā cōuer-  
 sionē, praeterita peccata plāgere, & ab eis caute declinare: sed studio-  
 sum sup bonū operari oportet, & Deo offerre iustū sacrificiū, & de-  
 bitū bonarū actionū, in operādo ea quē diuine sunt volūtatis. Nullū  
 est enim sacrificiū tā a nobis Deo debitū, quā vt vitā iuxta eius vo-  
 lūtatem ducamus. Hęc vero vbi adfuerint (nepe de peccatis praeteri-  
 tis dolere, a malis actibus cessare, & operibus Deo placitis insistere)  
 \* spē habete in domino. Sic enim vt oportet sperātes in eo nō cōfū-  
 demini, sed ab omnibus malis ipse vos faciet saluos. \* Neq; mouere  
 quēquā debēt voces hominū stultorū atq; carnaliū (quorū bonū sem-  
 per, imō infinitus est numerus) dicētiū, Vnde scire poterimus quae vt G  
 bona sectāda, quae vt mala ex aduerso fugiēda, aut quis est qui no-  
 bis in omnib⁹ nostris actionibus (quae sunt infinitae) hac demōstrat?  
 7 Ecce enim inditū est & impressum nobis rationalib⁹ creaturis na-  
 turale lumē, quod a facie Dei. i. ab illo increato infinito & inestimā-  
 bili lumine, veluti quaedā particula & quaedā picipatio illius immē-  
 si luminis, in apice metali & vi anime suprema delūp immisissum, Deo  
 nos assimilat, & Dei imagine veluti cōsignat: in quo lumine, natura-  
 liter ea quae bona sunt & sectāda, quae ex opposito mala & fugiēda  
 cognoscimus. \* In sup & lumē spūs tui sancti, de cōspectu diuinitatis  
 tuae demittis in corda fidelīū, p quē in sculpitur in nobis, & veluti fi-  
 gnatur atq; imprimitur spūalis regenerationis imago, qui sua nos in  
 terna vnctione omnē docet tā de credēdis, quā de agēdis veritatē: \* Et  
 in horū vtroque latari me & exultare fecisti in gaudio interiori spūs  
 mei. Ex vtroq; enim gaudiū viri iusti cōsciētiae, cū sic duplici ratione  
 munitur, atq; secura redditur. 8 Et o beata illa vctura tēpora, o feli-  
 cia posterorū secula, quādo a fecūditate sacramētorum nouae legis H  
 (quorū pceptuū in frumēto & vino p cōsecrationē cōficietur, atq;  
 alia quaedā in vnctione sacraei olei) multiplicabuntur atq; augmentū  
 sumēt, tā gratia & merito quā numero, fideles in Deū patrē & Christū  
 filiū eius credētes. 9 Mihi verō tametsi nondum detur videre felicitas  
 hac tēpora, fidei tamē cōmunionē cum illis vcturis generationibus  
 me ipsum spiritū cōiungēs, in pace simul cū eis obdormiā securus, &  
 in spe eadem pariter cum illis per mortis dissolutionē ingrediar in re-  
 quietem dormitionis meae, eadem cū illis beatae resurrectionis prēmia  
 certissime expectans. 10 Quoniam tu domine per illuminationem i-  
 stam tuam tam benignam de venturis Ecclesiae tuae bonis, in spe bo-  
 na, singulari, & peculiari quodam modo securum me constituisti.

ANNOTATIONES IN PSALMVM QVARTVM.

2. Cor. 1. **V**ersu primo, In tribulatione dilatasti mihi: potest, dilatasti, intelligi pro, latitudinē dedisti,  
 in consolatione videlicet interna, quam praebuisti inuocatus in tribulationibus. Cui cōso-  
 nat verbum Apostoli dicentis, Sicut abundant passionēs Christi in nobis, sic & per Christiū

**A** abundat cōsolatio nostra: & si fuerimus socii passionum, erimus & cōsolationū. Dum enim foris  
 tribulatio corpus premit, intus per gaudium spiritus dilatast. Propter quod idē Apost. hac latitu- 2. Co. 4  
 dinē probe expertus, In omnibus (inquietabat quodā loco glorians in afflictionibus) tribulationē ibidem,  
 patimur, sed nō angustiāmur. Et iterum, Licet is qui foris est noster homo corrūpatur, tamen is  
 qui intus est renouatur de die in diē. Si verō malit quis accipere verbum dilatasti, secundum pro-  
 prietate suae significationis, vt sonet latum facere, subaudiatur accūsatiūm praecordia, vel cor, vel  
 spiritum meum. In cōsolatione enim & gaudio interiori spiritus intra sese dilatur, quē admōdū  
 tristitia cōstringitur & coangustatur. Aut dilatasti consolationē, id est, latā mihi fecisti cōsolā-  
 tionē. Forsitan autē hac latitudo, de qua modo loquitur, eadē illa de qua & in aliis aliquot locis  
 meminimus fieri sermonē. Veluti Psalmo. 17, Eduxit me in latitudinem. Et Psalmo. 118, Et ambula- Psal. 17.  
 bam in latitudine. Et iterum, Viā mandatorum tuorū cucurri, cum dilatasti cor meum. Lectio au- Psal. 118.  
 tem Romana habet accūsatiūm pro datiuo. In tribulatione (inquit) dilatasti me. Et hac lectio ean- Ibidem.  
 dem habet cum supradictis sententiā. Quid est enim inuocantē dilatare, nisi inuocanti dare latitu-  
 dinem, ipsūmq; in latitudine constituere? ¶ Versu tertio, Vt quid diligitis vanitatem, & queritis  
 mendacium? Per vanitates & mēdacia recte in Elucidatione intelliguntur ea quae mundi sunt & car-  
 nis, id est, delitiae & tēporalia bona, & malarum cōcupiscentiarum adimpletio: quae nihil sunt nisi  
 vanitas & mendacium. Vnde & in Psalmo. 39, similiter de his dicitur, q; beatus est homo ille, qui Psal. 39.  
 nō respexit in vanitates & insanias falsas. Possent nihilominus idola hic intelligi vanitates & mē-  
 dacia quae reuera vanissima sunt: cum dii habeantur, nihil tamen sint minus, & mētiantur suis cul-  
 toribus, eosq; misere decipiunt, pro salute eternā damnationem ipsis superinducentes. Atq; ita  
 cōmode subsequitur in sequenti versu demonstratio eius, qui vere diligit & requirit debet vt colat,  
 scilicet Christi Dei patris filii, qui nō mentitur suis cultoribus, cum oēs clamantes exaudiat: quē  
 relictis omnibus vanis idolis, iustum est vt verū Deum requirere & colere. Potest autē hic verus  
 legi, vel tanquā increpatoria interrogatio cū vehemētia indignationis, vel quasi per querimoniā  
 cum suauitate cōpassionis. Neq; omnino dissonat vox ista Prophetae increpatoria, ab illa suauissi-  
 ma Christi exhortatione, secundum quā in Euangelio vniuersis clamitat, dicēs, Venite ad me oēs  
 qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos. Tanquam si dicat, Quare curritis post vanitates, &  
 mendacia diligitis, quae nihil aliud q; grauissimum onus adferre possunt cōscientiis vestris? Ad me  
 potius accedite, mēq; diligite, deponētes omne mendacium & omne pōdus saecularis vanitatis, vt  
 in me reficiamini, & alleuetur corda vestra. ¶ Versu. 4, Et scitote quoniam mirificauit domin⁹ san-  
 ctum suum. Praeter continuationē huius versus cū praecedenti illa quae in elucidatione posita est,  
 C potest assignari & alia nō incōmodior, in hunc modum, Nequaquā o homines diligatis vanitatē,  
 aut quaratis mēdacia: Scitote enim, quoniam ille qui est veritas, ipse sanctus sanctorū Christi⁹ do-  
 minus, potius toto est corde diligēdus & requirendus atq; colendus a vobis: quē Deus pater mi-  
 rificauit, mirabilēmq; fecit, & super omnia exaltauit, vt ipse ab omnibus diligatur & colatur, qui  
 solus potens est exaudire oēs ad se clamantes, & praestare omnibus quae cūq; postulauerint. Quod  
 autē in secunda parte dicit, Dominus exaudiet me cum clamauero ad eum, tametsi sub prima per-  
 sona dicatur, intelligitur tamē secundum generalitatē, ac si dicere, Dominus exaudiet oēm eum  
 qui clamauerit ad illum. Est enim hoc frequēs, cum quis vniuersalē vel indifferentem velit facere  
 enunciationem, vt de sua ipsius persona loquatur singulariter. Vt cum dico, Si bene fecero, reddet  
 mihi Deus mercedē bonā: in male, malā: sub prima persona loquēdo, indico, quid cibus vniuer-  
 saliter sit Deus bonis atq; malis prēmii largiturus. ¶ Versu quinto, Irascimini & nolite peccare,  
 Hunc passum nōnulli ad moderationē irae referunt, sic eum exponētes, Si irascimini, vel si irasci cō-  
 tigerit, caute, ne peccatū fiat ira, id est, ne modum excedat, vt nō mora nimia aut excessus furoris  
 transeat in peccatum mortis, vt fere idē sit quod quodā in loco scribit Apostolus, Sol nō occidat Eph. 4.  
 super iracundiā vestram. Verūm hac expositio non satis videtur cōcordare consequentibus atq;  
 praecedentibus. Propter quod longe aliam sententiā sequitur Elucidatio. Secundum quā diligen-  
 D ter attendendus est ordo qui in duobus his versibus, id est, hoc praesenti atq; proxime praecedenti,  
 describitur: secundum quē conuerti debemus ad dominū, & illum requirere. Primū enim irasci o-  
 portet vite pristinae, deinde ne vltra addamus, diligēter attendere, insuper exurgētes malos motus  
 (sive ex cōsuetudine malae vitae pristinae, sive ex carnis prauitate) cōprimere, & per compunctionē  
 extinguere, vt nō iterum excrecant per cōsensum, si permittātur libere exurgere, & abiq; repres-  
 sione pficere. Hinc verō diligenter operari oportet bonitatē, vt vera & perfecta cōprobetur poe-  
 nitentia. Amor enim & desyderium virtutis, si operari tenuit, neq; verus amor neq; verum desyde-  
 rium est. Operantes autē bonum, cauere debent ne in semetipsis fidant, aut ppriis virib⁹ (quasi iā Galat. 4  
 aliquid cōperint esse, cum nihil sint) sed spem totā habeāt in domino, sine quo prorsus nihil pos-  
 sunt efficere, & ex quo omnis est eorū in bonū sufficientia. Vbi verō sic praedicto & ordinato mo-  
 do ad dominū se cōuerterint, sperent in eo fidēter, de sua salute securi: quoniam non illos cōfundet  
 spes sua. Cum verō cōsequenter subiungit, Multi dicunt quis ostendit nobis bona? obiectio ponit  
 hominum carnalium, ac deinde versu sequenti eiusdē obiectiois solutio, quemadmodum in Elu-  
 cidatione euidenter exponitur. ¶ Versu. 8, A fructu frumenti, vini, & olei sui. Nonnulli hunc ver-  
 sum de malorum pspereitate exponunt, referētes sermonē ad illos multos, de quibus in versu sex-  
 to mentio fiebat, qui increduli & murmuratores dicunt fidelibus. Quis ostendit nobis bona? hos  
 dicunt multiplicari, id est, ditari in fructu frumēti, vini, & olei: id est, per abundantia rerum tēpo  
 b


ralium. In his enim tribus frumento, vino & oleo, omnium rerum temporalium abundantiam intelligunt. Hanc expositionem qui clarius vult ac plenius cognoscere, videat commentarium sancti patris Augustini, qui eam late prosequitur. Nostra enim elucidatio, propter connexionem commodiorem, nequaquam istam expositionem prosequitur, sed mystica intelligentia de sacramentis loquitur nouae legis, quae per fructum frumenti, vini, & olei intelliguntur, ratione quae inibi exprimitur. Iuxta quam intelligentiam illud etiam conuenientissime videtur accipi, quod populo misericordiam consequuto per penitentiam praedixit Ioseph Propheta: Zelatus est (inquit) dominus super terram, & pepercit populo suo. Et respondit dominus, & dixit populo suo, Ecce ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum, & replebimini in eis, & non dabo vos vltra opprobrium in gentibus. Nam quae haec ad nouae legis beneficia & gratia tempus pertineant, consequentia manifestius demonstrant, quae de diaboli eiectione & condemnatione, de deserti gentium fructificatione, de Christo doctore iustitiae, eiusque praedicatione, euidenter satis faciunt mentionem, ac deinde etiam de Spiritu sancti effusione Prophetia subnectitur, quam sine hesitatione Petrus Apostolus in Actis Apostolorum populum Iudaeorum alloquens, ad tempus nouae legis asserit pertinere. Iuxta hanc item nostram interpretationem, venerabilis Ecclesiae doctor Thomas Aquinas, in officio sanctissimi Eucharistiae Sacramenti, praesentem versiculum accommodat, in Antiphona quam huic Psalmo praecinenda praemittit. Antiphona autem huiusmodi est, A fructu frumenti & vini multiplicati fideles, in pace Christi requiescunt. Quod autem oleum omiserit, nihil moueat: quoniam ad Eucharistiae sacramentum (quod ille laudabat) non attinet. ¶ Versu penultimo, in pace in idipsum dormiam. Nota, quod patres illi Patriarchae atque Prophetae, qui longe ante Christi aduentum processerunt per multa secula, quibus non est datum videre ea quae oculi nostri viderunt, atque etiamnum vident in tempore hoc gratiae & nouae legis, fuerunt tamen illuminati a Deo de venturis illis nouae legis mysteriis, per quae futura erat salus & redemptio generis humani, & gratia copiosa credentibus conferenda, cum abundantia spiritualium bonorum: sicque ea quae in tempore nouae legis futura erant, per fidem velut a longe aspicientes, in pace quiescerunt: quae admodum de Abraham Isaac & Iacob ait Paulus, quae iuxta fidem omnes defuncti sunt, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes, & salutates. Quiescerunt autem in pace, inuncti per fidem & spem pariter cum illis suis posteris venturis in tempore gratiae: id est, nobiscum, qui ea quae illi ut ventura credebant, nunc credimus & confitemur impleta. Et quae admodum nos in fide securi quiescimus (domino vocante) in spe eius quae iam impleta est redemptionis humanae: ita & isti in pace pariter nobiscum quiescebant securi, propter fidem & spem eorum quae certissimo ventura & suo tempore implenda credebant. Unde Patriarcha Iacob, congregatis in nouissimo filijs, haec sua spei securitatem praestando, dicebat, Prae labor salutem tuam domine. Et Tobias sanctus morti proximus, in spiritu cernens decorum edificandae Hierusalem, id est, Ecclesiae sanctae, similiter dicebat exultans, Beatus ero, si fuerit reliquiae seminis mei ad videndam claritatem Hierusalem. Et iterum, Ego autem & anima mea gaudebo in domino. Imo & Balaam ille iniquus auaritia seruus, finem venturum iustorum non ignorabat, cum diceret, Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Secundum hunc itaque modum illuminatus de venturis Propheta David. se dicit in pace pariter requiem accepturum, eo quod peculiari modo esset ex Deo factus securus de beata sua resurrectione & glorificatione, non minus quam si omnia salutis humanae mysteria ipse oculis corporeis fuisset contemplatus: id quod in alio Psalmo apertius confitetur, dicens, Crede videre bona domini in terra viuentium.

QVINTI PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms qui sequitur, formam aptam dat orandi in qui in tribulationibus aut tentationibus positi, vim patiuntur ab aduersariis siue visibilibus siue invisibilibus persecutoribus. In quo vir iustus primum orationem suam petit exaudiri, quam mane ante conspectum Dei se exhibens, in discussione vitae suae offert Deo. Et quia illum nouit super omnia odisse operarios iniquitatis, ab eorum numero se per conscientiae bene testimonium separans, confidenter ante Dei praesentiam ingreditur, caelestem Dei ducatum atque directionem fiducialem postulans, propter inimicorum suorum quam proponit peruersam malitiam, quorum optat & orat cogitationes decidere & irritas fieri. Iustus autem in domino sperantibus letitiam & exultationem, & diuinam erga seruos suos tutelam atque custodiam pronuncians, ita terminat vocem orationis pariter atque confessionis suae.

QVINTI PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 Verba mea auribus percipe domine: \* intellige clamorem meum.
- 2 Intende voci orationis meae, rex meus & Deus meus.
- 3 Quoniam ad te ora-



Verba orationis meae quibus oro ad te in tribulationibus & tentationibus constitutus, ascendant ad te domine, & ad aures tuas ea fac pervenire, ut audias & exaudias orantem: \* vocem orationis meae qua clamo ad te, tu domine attende & considera, ut exaudias. 2 Neque auertas te ab oratione mea, sed intentus esto ad vocem meam qua oro ante conspectum tuum, tu qui es rex meus cui milito, & dominus Deus creator atque redemptor meus cui seruo. 3 Ecce enim orationem meam ad te leuabo domine, in te spem omnem habens atque fiduciam, qui es Deus vnus & verus, solus me potens adiuuare in omnibus necessitatibus:

A bo domine: \* mane exaudies vocem meam. 4 Mane astabo tibi, & videbo:

\* quoniam non Deus volens iniquitatem tuas.

5 Neque habitabit in xtrate malignus:

\* neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

6 Odisti oes qui operantur iniquitatem:

\* perdes omnes qui loquuntur mendacium.

7 Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus:

\* ego autem in multitudine misericordiae tuae.

8 Introibo in domum tuam: \* adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

9 Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: \* dirige in conspectu tuo viam meam.

10 Quonia non est in ore eorum veritas. \* cor eorum vanum est.

11 Sepulchrum patens est guttur eorum.

\* linguis suis dolose agebant:

\* iudica illos Deus:

12 Decidant a cogi-

\* & tu me exaudies tibi supplicante tempore matutino, tempore orationi accommodo & opportuno: quando nimirum tranquilla & pacata sunt omnia, & ad orationem est anima accommodatior. Mane etiam cum illucescere ceperit intra animam meam lux salutaris gratiae tuae, quae me ut oportet orare doceat. 4 Matutino tempore curabo me tibi praesentem exhibere, & ante conspectum tuum per mentis eleuationem consistuere, quando diuinis rebus contemplantis atque percipiendis libenter vacare possunt homines: & tunc contemplantur, peruidebo, & diligenter considerabo tam ea quae ad tuam veritatem spectant, quam ea quae ad meam vitam munditiam, ut mundus tibi assistam: \* Tu es enim Deus qui turpitudinem peccati, & omnem iniquitatis immunditiam non tantum non diligis, sed habes etiam odio: propter quod eos qui se ante conspectum tuum exhibere volunt, diligenter contempleri oportet & peruidebere, ne quid forte lateat in occulto, quod oculos tuae maiestatis offendat. 5 Neque quisquam peruersus intromittetur ad habitationem tuam gloriosam, ut tua fruatur gloria, neque tu quenquam eorum qui operantur malum fouebis quasi domesticum tuum: neque perstabunt impii isti ante oculos beneplaciti tui, sed a conspectu gloriae tuae praecientur & perdetur in tenebras exteriores, perpetuo diuisi a conspectu tuo. 6 Tu, cum sis summe bonus & perfectissima omnino bonitas, malitiam contrariam habes exosam, & oes qui operantur eam (quatenus iniquitatis operarii sunt) abominaris: \* sempiterna damnatione perire facies oes eos qui fraudem & mendacium loquuntur, vel agunt ad deceptionem proximorum suorum. 7 Hominem sanguinis appetitionem qui oblectat in sanguinis effusione, & in nece hominum, item & eum qui fraudibus ac dolis occupatur ad insidiandum proximis, & inferenda quilibet nocumeta per astutiam suam, huiusmodi detestatur atque execrat Deus: qui ex sua natura clementissimus est, etiam inimicorum in se peccantium mortem nolens, & ois aequitatis atque veritatis amator, fraudem & iniustitiam super omnia habet exosam. \* Ego vero ex dono gratiae tuae nullius horum mihi conscius, & secundum magnitudinem misericordiae tuae a mortalibus hisce pestibus (testimonium mihi perhibete diligenter perquisita conscientia) immunis, consciens in misericordia tua quae est magna nimis. 8 Audebo fiducialiter exhibere me ipsum conspectui tuo, & ingrediar in domum sanctam tuam, siue eam quam in caelis inhabitas, spiritu mentis in illam ascendes, siue eam quam in terris nomini tuo, & cultui est specialiter dicata per corporis ingressum: \* illicque siue mentis siue corporis praesentia constitutus, adorabo te dominum cum timore & filiali reuerentia, in vera humilitate cordis mei: nunc quidem tuam gloriam collaudando, nunc de beneficiis gratias agendo, nunc deprecando, pro peccatorum remissionibus, nunc pro ereptione clamando de periculis, atque aliis necessitatibus. 9 Esto mihi domine Deus dux itineris, & per viam iustitiae tuae in obseruatione praecceptorum tuorum me dirige, propter eos qui mihi in via hac aduersant, querentes suis prauis suggestionibus & assiduis tentationibus variis modis a via iustitiae me in peccatum pertrahere: \* & ut periculum quod ex horum acerba malitia mihi imminet valeam tuo auxilio euadere: dirige tu domine per ducatum caelestis luminis tui viam vitae meae in beneplacito tuo, ut coram te ambularem, siamque perfectus. 10 Est enim malitia aduersariorum meorum (peruersissimum dico demonum, & hominum prauorum, qui ministri sunt & membra eorum) magna & crudelis valde: Quonia non veritatem neque iustitiam loquuntur, aut suggerunt, sed quae vana sunt, iniqua & impia se per proponunt & suadent: \* neque id mirum, quandoquidem intima quoque eorum plena sunt vanitate & peccati desiderio. 11 Guttur eorum quasi sepulchrum patens est, eructans eam quam in se habet factoris turpitudinem, & ad vorandum atque suscipiendum in morte semper apertum. Sic enim peruersi demones pleni omni spurcitia, & factoris exhalant atque euomunt bonis intolerabilem, & semper ad vorandum bonorum animas avidi existunt, & infatigabiles: \* per linguas quoque suas, quo magis decipiant, dolose loquuntur, dum blandis suis suggestionibus proponunt hominibus quae videntur dulcia atque carni suauia, interdum etiam quae spiritui videntur secundum speciem bona atque utilia, ut ita tandem sub boni specie fallant, & incautes in sepulchrum mortis committant: \* Tu vero pro seruis tuis pugnans Deus omnipotens, destrue potestatem illorum: & pro nobis facies iudicium, condema illos, qui violentiam eorum tua potentia facillime vales cōpescere, & dolos tua sapientia depellere. 12 Fac tuo iusto iudicio

Roma. 8.

Ezec. 33. & 18.

rationibus suis: \*secundum multitudinem impietatum illorum expelle eos: \* quoniam irritauerunt te domine.

13 Et latentur omnes qui sperant in te, in aeternum exultabunt, & habitabis in eis.

14 Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, \* quoniam tu benedices iusto.

15 Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos.

Deus omnipotens, ut frustreretur ipsi in consiliis suis quae cogitauerunt contra seruos tuos, ut in effectum suas prauas machinationes nequeat perducere: \* iuxta multitudinem & propter multitudinem iniquitatum quas cogitauerunt, a conspectu tuo in sempiternum periculis eos, & a consortio seruorum tuorum, quibus aduersati sunt, eliminabis eos in aeternum: \* quonia non aduersus homines solum, sed & aduersus tuam gloriam machinati sunt & rebellauerunt: atque ad iracundiam te prouocauerunt, ex sua perueria malitia conati tuam gloriam facere irritam. 13 Ex aduerso vero qui crediderunt & sperauerunt in te domine serui tui, ipsi non expellentur a conspectu tuo: sed letitia sempiterna latrabuntur coram te, ineffabili gaudio tripudiabunt in praesentia diuinae maiestatis tuae: & tu inhabitabis in medio eorum, futurus eis sempiterna letitia, & gaudium aeternum, & author indeficiens omnis boni, quasi dominus in medio fidelium seruorum suorum, imo quasi pater in medio filiorum accubentium mensa tua. 14 Et magnifice atque gloriose latrabuntur in aspectu atque fruitione vultus tui, omnes qui nunc vero amore diligunt sanctum nomen tuum, \* tu es enim Deus optime, qui benedictionem plenissimam illis dabis omnibus in iustitia nunc tibi famulantibus, quae admodum in vita praesentia, gratia tua benedictionem eisdem conferre voluisti. 15 Tu domine, beneplacito bonae voluntatis tuae, nos tibi seruire cupientes ad modum scuti protegendo, ex omni parte circundas atque circuncingis protectione tua, ne alicui de malum nobis valeat, aut nocumentum accidere. Tua namque erga seruos tuos bona voluntas, & tuus erga nos affectus bonus, atque benigna dilectio est nobis quasi scutum & tutamentum, quo ab omnibus malis saluamur, & in vitam aeternam illaesi atque salui perducimur.

ANNOTATIONES IN PSALMVM QVINTVM.

**V**ersu quarto, Mane astabo tibi, & videbo, quonia. Secunda pars huius versus potest vel diuim legi, ut quonia sit coniunctio causalis, quomodo in Elucidatione declaratum est: vel etiam coniunctim cum verbo videbo, ut sit sensus, Mane astabo tibi, & tum videbo, & cetera bo, speculabor, & contemplanor quod tu sis Deus nolens iniquitatem. Cum enim in tranquillitate mentis ponitur homo, abiectionis & eliminatis omnibus passionibus perturbatis, illucescente fulgore superni luminis, tunc contempletur homo purius, & videt limpidius quae de Deo in hac mortali vita cognosci possunt. Et frequenter quidem, dum in perturbationibus sunt homines, dum feruet in eis passionum impetus, male iudicant, & velint iniquitatem Deum, aut impios diligat siue foueat: eo quod illos in malis suis ita toleret, ut a non intelligentibus diuina consilia videatur fauere illorum impietati. Verum qui mane Deo assistent, videbunt & intelligent longe aliter rem habere, Deumque, ut ipse sanctus est, ita & in aliis diligere sanctitatem, & eam requirere, ac nequaquam fouere apud sese peccatores. Prior tamen sententia plenior videtur, & magis literae accommodata. ¶ Versu 7, Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus. Virum sanguinum interpretati sumus hominem sanguinis innoxii appetitorum & effusorem, cuiusmodi sunt homicidae & tyranni crudeles, ut Saul & coplices eius, qui innocentis David tantopere cupiebant & querebant sanguinem fundere. Cui expositioni aperte fauet Chaldaea Paraphrasis, ita hoc loco habens, Hominem effusorem sanguinis mundi, & dolosum longe appellat Deus. Et secundum hanc intelligentiam, maledicus ille Semei exclamabat aduersum David, quod vir sanguinum esset: hoc nimirum illi ad contumeliam improperans, quod praedia domini fuisset praeliatus, & hostes populi Dei interfecisset, iuxta voluntatem domini, in ore gladii, impiorum scilicet ex voluntate domini interfecionem, homicidia iudicans. Posset tamen generaliori acceptione per virum sanguinum quilibet peccator intelligi: quonia nomine sanguinum significari peccata in scripturis, non est absonum: ut Psal. 15, Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meae, id est, de peccatis. Quae, quanta ratione sanguinum nomine appellentur, in iam citato loco require. ¶ Versu 9, Domine deduc me in iustitia propter inimicos meos. Particula propter inimicos meos, in medio posita, potest cum praecedentibus coniungi: quam connexionem habet Elucidatio, ad hunc modum, Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: ac deinde, Dirige in conspectu tuo viam meam. Potest & ad sequentia conueniri, hoc modo, Propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. Vtraque autem conexio eandem habet sententiam. Neque altera alteri vlla ratione praeferranda videtur, nisi quod prior vulgatiores & vltimior est, quam & beatus Augustinus sequitur. ¶ Versu 10, Quonia non est in ore eorum veritas. Recta est in hoc versu partium confectione. Nam secunda, prioris rationem reddit. Quod enim non sit id ore impiorum veritas, manifestum est, hoc ex cordis defectu procedere. Nam (veritate teste) ex abundantia cordis os loquitur. Luca. 6. Et sicut bonus homo de bono thesauro profert bona, ita malus de thesauro suo profert mala. Et iterum ait quibusdam mendacibus veritas, Progenies viperarum quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali: itaque non est in ore impiorum veritas, quonia nec est in corde: sed quomodo cor eorum vanum est, ita & os non aliud quam vanitatem potest eloqui. Recte autem huic consonant & alia veritatis verba, quibus diabolus asserit mendacem esse, & patrem mendacii, ac tum demum ex propriis loqui,

**A**cum mendacium loquitur. Et quomodo ipse mendax est, patetque mendacii, sic & vniuersos quos possiderit, vanos & mendaces facit. Potest autem hoc loco veritas accipi, vel ea quae ad intellectum spectat, opposita falsitati: vel ea quae ad affectum seu mores pertinet, quae cum iustitia eadem opponitur vanitati siue iniustitiae. Nam & veritas & vanitas vtroque horum modorum reperiuntur in visu scripturarum posita. Et quidem in praesentia loco vtraque sententia veritate ex aequo habet. Nam falsa loquuntur mendaces damones in cordibus hominum, quoties de proprio loquuntur: loquuntur etiam ac suggerunt impia, quae contra Deum existunt. Quemadmodum (exempli gratia) cum primo homini sub serpentis specie loqueretur ille inuictor peccati, mendacium non simplex, multiplicemque falsitate eloquebatur, dicens nequaquam ipsos morituros, si de vitito ligno ederent, sed futuros quasi deos. Vanitatem autem & impietatem loquebatur, quoniam ad inobedientiam creatoris sui iniqua suggestionem creaturam excitauit. Ex Hebraeo tamen magis videtur de vanitate iniustitiae fieri sermo, quod de falsitate. Vnde Felicis versio habet, Non est in ore eorum rectitudo, intima eorum prauitates: quod manifeste respondet intelligentiae praedictae, quam etiam sola exprimit Elucidatio. ¶ Versu 11, Iudica illos Deus. Sciendum est, verbum iudico, cum accusatio positum, aliquando in bona partem sonare, quae admodum Psalmo 7, Iudica me domine secundum iustitiam meam. & alibi, Iudica me domine, quonia ego in innocentia mea ingressus sum. Ac rursum, Iudica me Deus, & discernere causam meam: hoc est, pro me fac iudicium, causam meam diiudica. Aliquando vero in malam partem sonat: ut in proposito loco, Iudica illos Deus. & alibi, Iudica domine aocetes me, expugna inimicantes: & alius plerisque in locis, hoc est, fac iudicium aduersum illos, ad illorum condemnationem, siue secundum tuum iudicium reddere illis mercedem dignam. Et iustos ergo & bonos iudicat Deus, sed nimium differenter: nimirum pro bonis in salutem, aduersum malos autem in perditionem. ¶ Versu vltimo, Domine ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos. Clarior foret oratio, si ita diceretur, Domine bona voluntate tua, ut scuto, coronasti eum. Atque in hunc modum habet versio Felicis ex Hebraeo: Sicut scuto, dilectione coronabis eum. Aut sicut scuto, placabili & beneuola voluntate circundabis eum. Cui & Paraphrasis Chaldaica consentit: Veluti clypeo, voluntate bona coronabis eum. Atque in hanc sententiam accipi oportet sermonem lectionis nostrae. Dei enim beneplacitum, siue placabilis voluntas, & benignus respectus super seruos ipsius, quasi scutum est clypeus, & munimentum, quo protegitur homo, & defenditur in vita aeterna. Videtur autem corona re hoc in loco idem valere quod circundare, siue circuncingere, in modum videlicet coronae, quae ambit & circundat caput: quae admodum in historia libri Regum legitur de Saul & viris eius, quod circuncingebat David in modum coronae. Atque huic intelligentiae consonat quod Felix pro corona putat verti posse circundare. Qui tamen voluerit intelligere de praemio coronae & gloria aeternae, dicit bona voluntate Dei iustum ut scuto siue clypeo coronari, quoniam Dei in electis suis beneplacitum est, quo velut clypeo ac scuto ab omnibus malis ipsos protegente, ad percipiendam praesentem bonis operibus coronam perueniunt. Prior tamen expositio minus coacta videtur.

SEXTI PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salmus iste (qui inter poenitentiales Psalms iuxta Ecclesiasticam consuetudinem, primus ponitur) aptissimam dat formam poenitentibus, ad Deum se post peccata conuertere volentibus. Considerans namque peccator turpitudinem peccati sui, timere incipit iram Diuini iudicii, pro cuius amotione primam Deo supplicat, ne cum damnatis in furore & ira puniatur: suamque infirmitatem proponens, & multiplicem peccati miseriam, medelam sibi poscit atque auxilium impendi, priusquam anima peccatis grauata descendat in infernum, ubi Diuinitas non est confessio. Atque ut exaudibilior fiat oratio, suae poenitentiae luctum & afflictionem commemorat, metumque Diuinae vltionis, quo se asserit conturbari. Verum quia ex diuina pollicitatione lugentibus promittitur subsequitur a consolatio, post vocem fletus, siue veniam concepta, in Deum resumpta fiducia, inimicos omnes a se abigit: & operari iniquitatis, quibus ante seruierat, aut certe consenserat in malum, prorsus renunciat, eiusque confusionem demachinato sibi malo optat, atque praenunciat in sua salute quam ex auditu sperat.

SEXTI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripis me.

2 Miserere mei domine: quoniam infirmus sum

\* sana me domine,

**D**omine ne quasi furibundus & implacabiliter iratus me arguas, aut confundas in nouissimo die: neque quasi iratus iudex in seueritate iustitiae tuae me punias: sed si quando exigentibus iniquitatibus corripere aut arguere volueris seruum tuum, quae so, id facias correptione paterna in amabili misericordia tua, quomodo filios tuos corripere es solitus, non autem in iudicio seuerae vltionis tuae: quemadmodum illis facies, quos in nouissimo in ira & furore tuo, aeterna damnationis gladio es percussurus. 2 Et quanquam culpis meis exigentibus, secundum distractionem iustitiae tuae duriora comerui, tu tamen piissime Deus mecum age suauiter & misericorditer, attendens infirmitatem & fragilitatem meam, quam & ego humiliter agnosco, & tu qui vides omnia non ignoras. \* a qua infirmitate & debilitate te precor (qui solus medicus es & curator animarum) uti sanes languentem animam meam: per medicinalem gratiam tuam, & peccatorum languores ac vulnera auferendo, & ad operanda quae recta sunt interius me corro



\* quoniam conturbata sunt ossa mea.

3 Et anima mea turbata est valde: \* sed tu domine vsquequo?

4 Convertere domine, \* & eripe animam meam: \* saluum me fac propter misericordiam tuam.

5 Quoniam non est in morte q memor sit tui: \* in inferno autē quis confitebitur tibi?

6 Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.

7 Turbatus est à furore oculus meus: \* inueteravi inter omnes inimicos meos.

8 Discedite à me oēs qui operamini iniquitatem, \* quoniam exaudivit dominus vocem fletus mei.

9 Exaudivit dominus deprecationem meam: \* dominus orationem meam suscepit.

10 Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertentur & erubescant valde velociter.

boiando. \* Quantocyus (inquam) adhibe medelam, quoniam iam debilitatus sum valde, etiam vsq; ad ossa, & omnem virtutem, ita ut vix quicquam in me remanserit virium. 3 Anima quoque virtutes debilitata sunt valde, neque quantum ex me vlla videtur superesse vis ad bene agendum, ut pœnitentia mihi metipsum diffidens, omnem spem in me cogar proicere: \* Tu verò domine, quousq; tandē differes auxilium tuum? cur tandiu miserum relinquis viribus & consolatione priuatum? 4 Obsecro domine, ne ultra differas, ne tardes amplius, sed ad me iam pœnitentē conuertē benignū aspectum tuum, quem à me peccante iuste auerteras, \* & animam meam libera de peccatorum vinculis, de iugo mortis & captiuitate diaboli, in quo per peccatum meipsum nequiter coniecerā: \* atq; ab his per peccatorum remissionē, & gratiā tuā largitionē liberum me facias ac saluum, nō propter mea Deo merita, sed propter magnā & infinitam misericordiā tuam. 5 Ecce enim inter eos, quos mors æterna possidet nemo memor est nominis tui, ad te honorandū, adorandum vel laudandum: \* & in profunda inferni fouea nō inuenitur qui voluntariam laudis confessionē, aut gratiarum actionē det gloriā tuā, vbi blasphemias, fletibus, & dentium stridoribus plena sunt omnia, & omnis vox laudis audiri nō potest. Atq; ob hoc quā vtilitas erit tibi spirituum patri, ex vita mea, si nunc in peccatis persistēs, in infernum tandē cum illis demergar? Præstat profecto, ut de morte ad vitā transferas animam meā, quo sic in ea & nunc in perpetuum glorificetur nomen tuum. 6 Et ut facilius flectatur ad parcendum misericordia tua, vide domine afflictionē pœnitentiæ meæ, quæ admodum gemitibus atque suspiriis propter peccata mea fatigor: neq; adhuc cessare volo, sed per noctes singulas in amara recogitatione peccatorum fletibus abundanter madefaciā lectum meum, & lachrymis copiosis humectabo locum quietis meæ, etiā nocte (quæ tamen quietis est tempus) lachrymis nō abstinentes, & neq; lectulo (qui est requies locus) à fletibus parcens. 7 Oculus quoq; interior mentis meæ debilitatus est & conturbatus à cōsideratione iræ tuæ, & vindictæ quæ propter culpam meam demeritum, secundum distributionē iustitiæ tuæ, super me ventura erit: \* nimium perseueraui ac veluti consensui in cōsortio peruersorum demonum atq; prauorum hominum, omnium inimicorū meorum: atq; ab eis velut ad finem deductus sum, & ad vltimum vsq; virium cōsumptus. Cito enim ad finem perducetur, & cōsumptus inuenitur, qui inter tam edacissimos voratores vel paululū permāserit. Vox eius qui post luctum, spe veniæ & diuini auxilii per Deum reddita, fidenter pellit aduersarios. 8 Tandē verò luctu finito, resumpta in Deo meo fiducia, procul abire iubeo, & q̄ longissime à me recedere omnes operarios iniquitatis, cum quibus amodo prorsus nihil volo habere cōmerciū, quibus vltra assimilari nolo, quibus amplius cōsensum in malo nullū dare decreui ac statui: \* iam enim, testimoniū mihi perhibente conscientia, confido esse exauditum à domino fletum meum, & lacrymas pœnitentiæ meæ: atq; ob hoc indignum fuerit, ut ad ea quæ mihi iam misericorditer sunt dimissa peccata, iterū turpiter conuertar. 9 Exaudivit benignus dominus, qui mortē non habet peccatoris, deprecationē meam, qua illum pro peccatorum dimissione, & languorum curatione sum deprecatus: \* benignissimus dominus (ut iterum repetam ad gaudium, quod semel dixisse animo letanti parum videtur) orationē meam non repulit, sed acceptauit & exaudivit eam. 10 Confundantur proinde & conturbentur & tæbescant præ confusione, odio & inuidiā, omnes inimici mei qui perdere quærebant animam meam: conuertantur (inquam) retrorūm quantocyus, & celeriter ad præsentiam cælestis auxilii impediuntur ab effectu operis sui, ut non potentes præualere in eo quod cœperāt, turpiter confusi erubescant: cum me, quem mortis ditioni destinauerant, diuina gratia conspexerint ad vitam rediisse.

ANNOTATIONES IN PSALMVM SEXTVM.

Versu primo, Domine ne in furore tuo arguas me. Corripit siue arguit Deus aliquādo correctione misericordie, aliquādo correptione iustitiæ. Correptione misericordie arguit siue flagellat nonnunq̄ etiam innocentes, tantū ob probationē & meriti accumulationē: nonnunq̄ verò ppter vltionē cōmissæ iniquitatis, à qua p correctionē eiusmodi quærit eū qui peccauit, sed

A prædestinatus est à prauitate retrahere. Vtrunq; autem hoc flagellum, misericordie est & paternæ disciplinæ. Pater enim nonnunquā seuerius agit cum filio, solum ut probet animum eius, & bonum faciat meliorē, vel certe in virtute custodiat. Iuxta illud sapiētis, Filii tibi sunt, erudi illos, & curua illos à pueritia eorum. Filii tibi sunt, serua corpus illarum, & non ostendas hilarē faciem tuā ad illas. Nonnunquā verò, ut peccatum filii puniat, & castigatum emēdet. Correptione autem iustitiæ arguet Deus in futuro iudicio, & flagellabit impios vniuersos: nonnullos verò ex eis etiā in præsentī tēpore, quæ admodum obduratum Pharaonem, impium Antiochum, & superbum Herodem. Atq; hoc est, argui in ira & furore. Prius autem, in misericordia & dulcedine paterna. Nō ergo simpliciter orat vir iustus, omnino nō argui, omnino nō corripī (Quis enim filius, ut ait Apostolus, quē non corripit pater? Et si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filii estis) sed tantū non argui in ira & furore. Argui autem in misericordia, etiam optare debemus: iuxta quod in alio Psalmo dicitur, Corripiet me iustus in misericordia, & saluabit me. ¶ Versu secūdo, Miserere mei domine, quoniam infirmus sum. Solēt qui misericordiā petunt, in sua postulatione adducere quicquid offensum potest placabiliorē efficere, & ad citius dimittēda cōmissa facilius inflectere. Habet autē homo quasi præcipuū quod ita adducat, fragilitatē & imbecillitatē carnis suæ: quoniam videlicet caro est, ad omne malum procliuis ab adolecētia sua, habēs quidem ad male faciēdum Gene. 8. ex se potestātē, & occasiones, atq; adiutoria plurima: ad bonum verò piger existens, & nimia difficultate boni quicquā operās. Iuxta quod apud Elaiā dicitur, Vā vobis qui potētes estis ad bibēdum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Item, Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nesciunt. Hæc certe infirmitas, fragilitas, & debilitas magna, est toti generi mortalium ex suæ cōceptionis vitia origine insita, & ita medullitus impressa, ut vix vnquā hominem relinquat, imò vix post multos, eōsq; diuturnos nimirū labores, superare illā contingat: nisi quos Dei gratia in bono iam confirmatos, ab ea fecit liberos. Hanc autē infirmitatem, supplicātes Domino proponimus, nō quidē ad excusandas excusationes in peccatis nostris) Nequaquā enim id Dei misericordiam erga nos flecteret, quin potius contra nos Dei iustitiā prouocaret) sed tantum in hoc ut nostra imbecillitate considerata, ad miserendū efficiatur pronior, ac facilius impetremus veniā. Nā vbi ille cōmenda ad peccatum minora fuerint inuēta, peccatū ipsum (ut magis voluntariū) maioris solet estimari, & remitti difficilius: vbi verò maiora incitamenta, minus solet ponderari offensa, & facilius dimitti. Propter quam Sapiens tria mala proponit maxime execrabilia, aduersum quæ peculiari odio animam suam asserit cōmoueri. Tres (inquit) species odiuit anima mea, & aggrauor valde animę illorū: pauperē superbū, diuitem mendacem, & senem insensatum. Pauper enim, quoniam minus habet causę ad sese efferendū, cū vel sola paupertas merito suadere debeat humilitatē, idcirco ipsius superbia magis est detestabilis, quā si diues superbiat: qui ex diuitiis nonnullam videtur occasionem habere sese efferendi. Sic e contrario, diues si mētiatur, non habet excusationē, cū mendacio non eget qui fat habet. Pauper verò, ut ditescat, & rem faciat, si mendacium aliquod proferat, causam aliquam videtur suo mendacio prætexere, egestatem & penuriā. Nam (iuxta Sapiētis sententiam) multis peccādi occasio est egestas. Sic adolescens indisciplinatus & non intelligens, ob defectum experientiæ & tēporis breuitatem, simulque complexionis & concupiscentiæ ardorē videtur nonnullam habere excusationē, & toleratur in insipientia spe melioris profectus: puer autē centū annorū, nullam habet honestā excusationem, neq; vllō modo volēt vltra tolerari, propter quod à Domino asseritur maledictus. Et secūndū hunc fere modū, quæ admodum pauper mendax ad sui mendacii faciliorem dimissionē allegare potest quodāmodo suā penuriā, non tamē inhonestam excusationem (nemini enim ad peccādum vlla potest esse honesta excusatio) sic & peccator homo veniā postulat, Deo recte potest proponere suam infirmitatem & fragilitatē. Vnde Psalmo 102. vbi de misericordiis Domini maximis erga genus humanum fit sermo, quasi in causam subiungitur humana infirmitas: Non (inquit Propheta) secūndum peccata nostra fecit nobis, neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinē cæli à terra corroborauit misericordiā suam super timētes se. Quantū distat ortus ab occidēte Iōge fecit à nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorū, miserus est dominus timētibus se, quoniam ipse cognouit figmentū nostrū. Recordatus est quoniam puluis sumus, homo sicut fœnū, dies eius tanquā flos agri sic efflorescit. Quoniam spiritus pertransibit in illo, & nō subsistet, & nō cognoscat amplius locū suum. Et iterū in alio psalmo, Ipse autē est misericors, & propitius fiet peccatis eorū, & nō disperdet eos. Et abundauit ut auerteret iram suā, & non accēdit omnē irā suā: Et recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens & nō rediēs. Quod aliqui ad corporalem mortē absq; reditu, alii verò secūndū mysticā intelligentiā, ad hominis in malū potestatem non autē ex se in bonum, pertinere dicunt. Vtrunq; autem Dei misericordiā inclināt, ad propitiādum infirmo nostro generi. In parte autem sequētī suum languorē aperit medico, dicens, cōturbata esse ossa sua & animā suam, propter quod medelā postulat, dicens, Sana me domine pro quo vertit Felix, Medere mihi domine. ¶ Versu tertio cū dicit, Sed tu domine vsquequo? sententiā sic incompleta per eclipsem, aliquid subaudiendū postulat, ad hunc modum: Vsquequo sic me cōturbatū & miserum relinques? vsquequo nō respicies? vsquequo differes adhibere medelā. Quod non ita dicitur, quasi postulet ipse diem sibi aut tēpus miseratiōnis per respōsionem determinari, sed tantū vt sit indicium affectus magni, accelerationē petētis diuinæ misericordie: quemadmodum in alio penitentiali psalmo dicit apertius, In quacunq; die inuocauero te, velociter exaudi me. Magnam autem emphasim habent, & mirā explicant affectus vehementiam huiusmodi breues & celeres in-



terrogationes, ita per abruptione & defectum posite. Indicat enim quasi plenum amaritudine animi non valentem pre plenitudine qui latet, dolor, vel liberationis desiderium exprimere. ¶ Versu quinto: In inferno autem quis confitebitur tibi? Confessio in scripturis duplex inuenitur, altera laudis, altera penitentiae, peccatorum scilicet agnitio. De priori dicitur, Confitebor tibi domine in toto corde meo, narra ob omnia mirabilia tua: & quonia audisti omnia verba oris mei. Et iterum, Na & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritate tua Deus: atque ita in aliis locis quaplorimis. De altera dicitur Numeri. 2. Confitebuntur peccatum suum: vbi idem habetur verbum in Hebreo, quod hoc in loco ponitur. In presenti autem loco, vtraque confessio potest intelligi. In inferno enim neque est confessio laudis diuina: quonia (vt in alio psalmo dicitur) Non mortui laudabunt te domine, neque omnes qui descendunt in infernum: sed nos qui viuimus, benedicimus domino. Neque rursum illic esse potest confessio peccatorum, vbi perpetua obstinatio est, ac proinde nulla penitentia, qua ad Deum valeat conuerti. Tempus enim penitentiae quo se valet homo ad Deum conuertere, nunc voluitur, neque ultra hoc seculum extenditur. Propter quod, in inferno (vbi tempus ultra non erit, sed horribilis tenebrarum aternitas (non inuenitur peccatorum talis confessio qua ad penitentiam salutarem pertineat. Videtur tamen magis de confessione laudis sermo fieri, cuius solius meminit Elucidatio: cui etiam Felicitis versio consentit, qua pro confiteri habet celebrare. In inferno (inquit) quis celebrabit te? ¶ Versu septimo: Turbatus est a furore oculus meus? In Elucidatione furore interpretati sumus iram Dei, a cuius consideratione merito metis oculus conturbatur, & mirum si non conturbaretur. Veruntamen posset nihilo incommodius referri hic versus ad amaritudinem & indignationem quam ipse peccator in se accipit, ex peccatorum recordatione. Turbatur enim oculus peccatoris, & veluti caligat praefletu, propter indignationem nimiam contra peccatum, qua seipsum affligit. Na (teste Apostolo) contristari secundum Deum, quod est penitentiam agere, operatur in iis qui peccauerunt indignatione, imo etiam vindicta. Dum enim ad cor redeunt post preuaricationem, agnoscere incipiunt foeditatem peccati, vehementer indignamur, & multa amaritudine replemur, & dolore permaximo percutitur cor nostrum, & quasi in iram aduersus eos qui in peccatum nos adduxerunt (maxime autem in nos ipsos) insurgimus: quae sane indignatio, propter sui magnitudinem recte ira & furor potest nominari, quomodo habet nostra lectio: atque ita patet, etiam hanc sententiam in nostra vulgata lectione includi. Atque huic sententiae magis consentiunt interpretum ex Hebreo versiones. Si quidem beatus Hieronymus vertit, Caligauit, praef amaritudine oculus meus. Felix autem corrosus vel obtenebratus est praef dolore: qua manifeste ad indignationem pro peccatis pertinent.

SEPTIMI PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste videtur a David compositus pro sua ab iniuste aduersantibus liberatione: siue de manu Saulis, qui illum odio implacabili sine tamen causa iusta annos multos ad mortem quaesuit: siue de manu Absalonis filii, qui et ipse nullam habuit rationem iustam oppugnandi sui amantissimum patrem. Est autem forma orandi aptissima viro iusto, ad Deum pro sua ab iniuste persequentibus liberatione clamare volenti. Potestque totus orationis processus vel contra inuisibiles malignas potestates dirigi, quibus alios magis certos, magisque noxios inimicos, ac persequutores non habemus: aut etiam contra homines peruersos, qui nos sine causa quaerunt morti dare, siue corporali, potissimum autem spiritali. Neque enim Christianus homo quengquam debet tam inimicum reputare siue aduersarium, quam eum qui animam quaerit in peccati & damnationis mortem quomodocunque pertrahere. Quod etiam in aliis quam plurimis psalmis, quoties contra inimicos fit oratio, erit obseruandum. Et diligenter est hoc attendendum, ne cum aduersus inimicos dura sic in psalmis leguntur, animales homines contra eos intentionem psalmi mox dirigant, qui forte in recula qualibet temporali, causa fuerint magis, quam animo aduersantes. Non enim hic bonus est psalmorum usus. Processus autem orationis talis est. Primum enim seuitiam pertimescens vir innocens aduersantium leonum, a Deo spe sua, liberationis poscit auxilium: pro quo impetrando, suam (quantum ad illos) proponens innocentiam, Deum orat in iudicium pro se contra iniuste persequentes exurgere, vt cum pauperum fecerit iudicium (quemadmodum & mandauit suis in terra vicariis) adhaereant illi pauperum cateruae, tanquam iudici defensori atque patrono suo: suam tamen innocentiam, & suorum persequentium iniquitatem specialiter proponens, ob qua iuste se confidit a Domino expectare adiutorium. Atque haec usque ad versum duodecimum. Deinde tribus versibus in an iusti iudicis ad vltionem parati terribiliter denunciat, sub descriptione eius qui vibratum tenet gladium, aut arcum tenens, sagittisque ignitis ad iaculandum paratus. Post hoc processum impietatis ordine pulcherrimo describit, in eis qui ex peruersa malitia odioque & inuidia innocentes animas perdere quaerunt: quorum mox praedicta iusta punitione, in laude diuinae iustitiae psalmi terminatur oratio.

SEPTIMI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Domine Deus meus in te speraui: \* saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.

2 Nequando rapiat



Domine Deus meus, quem colo, cui serui in te spem meam omnem & fiduciam constitui, vt potest solum potentem & volentem mihi in omnibus periculis ferre auxilium: \* tu vero in te sperantem confundi non patiaris, sed de manu omnium qui me persequuntur, & qui mihi quaerunt malum, saluum fac & libera: vt nequaquam mihi in eo quod machinantur, praualeant. 2. Ideo autem te peto saluatorem, ne quomodocumque contingat aliquem ex iis qui me persequuntur praualere mi-

A vt leo animam meam: \* du non est qui redimat, neque qui saluum faciat

3 Domine Deus meus si feci istud: \* si est iniquitas in manibus meis.

4 Si reddidi retribuentibus mihi mala: \* de cidam merito ab inimicis meis inanis.

B 5 Persequatur inimicus animam meam, & comprehedat: \* & conculet in terra vitam meam & gloriam meam in puluerem deducat.

6 Exurge domine in iram tua: \* & exaltare in finibus inimicorum meorum.

C 7 Et exurge domine Deus meus i precepto quod madaisti: \* & synagoga populorum circumdabit te.

8 Et propter hanc in altum regredere: \* dominus iudicat populos

D 9 Iudica me domine secundum iustitiam meam \* & secundum innocentiam meam super me.

10 Consumetur nequitia peccatorum: \* & diriges iustum, scrutans corda & renes Deus.

11 Iustum adiutorium meum a domino: \* qui saluos facit re-

hi, & in morte rapere animam meam quemadmodum leo rugiens cum praualerit, ad deuorandum rapit ea quibus praualerit: \* quod sane hostibus nostris, & robustissimis, & vigilantissimis & exercitatissimis qui perpetuo nos circumdant ad perdendum, non fuerit difficile, si non nobis infirmis & imbecillibus hominibus tu adis liberator atque saluator, qui tua virtute illorum violentiam & impetum comprimis. 3. Domine tu nosti, quonia sine causa me persequuntur inimici mei, neque illis nocui quicquam, ob quod me debeant oppugnare. Vnde nunc coram te hoc audacter protestor. Domine Deus meus, quonia si istiusmodi aliquid feci aduersum illos, hoc est, tale aliquid mali, quale mihi sine causa quaerit, \* si iniustitiam vllam aduersum eos operata sunt manus meae. 4. Si eis qui mihi mala quaerunt & inferunt, ego mala itidem retribuui, aut similia prior eis intuli: \* haec (inquam) si tu Domine qui iudex es omnium, in me cognouisti, iuste quidem ferre volo, vt caedam victus ab inimicis meis, quam vanus, infirmus, & nihil roboris habes, aut stabilitatis, vt succumbam deus ab eis quasi impotens & destitutus viribus. 5. Iuste insuper patiar, vt persequatur me aduersarius mei, quos laesi, aut quibus prior malum intuli: atque etiam vt me comprehendant, concudant, potestatemque super me obtineant: \* deinde vitam meam concuterat atque consumat, meque ipsum & omnem meam gloriam omnemque ornatum pessundet, in terram prosternant, & veluti puluerem conuuant, siue ad nihilum redigant. Haec (inquam) tua iudicia non refugio subire, si tale aliquid aduersus inimicos meos fuerim operatus, quo iuste aduersus me possent incitari. At verum cum (te ipso teste & iudice) nullius rei istiusmodi mihi sim conscius, neque vllum vquam eis vel nocuentum vel malum intulerim, neque etiam fuerim machinatus oro te, vt pro me paupere facies iudicium, de manibus iniuste persequentium, iuste tu liberes innoxiam animam meam, quam sine causa impium hostes ad mortem requirunt. 6. Propter hoc noli ultra quasi dormiens, dissimulare aut differre vindictam: sed quasi a somno exurge, tanquam iratus, ad faciendam vindictam in aduersarios meos: \* & magnificare atque glorificare in ostensione iustitiae tuae, super omnes inimicos meos per circuitum. 7. Et euigila domine, atque conurge in precepto illo quod statuisti nobis in terra, nepe vt iudicium facias causa eorum qui iniuste opprimuntur, quemadmodum preceptum dedisti hominibus, peculiariter vero iudicibus terrae & vicariis tuis facere iudicium atque iustitiam, & oppressos liberare de manibus opprimentium: \* & cum in hoc tuo precepto vigilaueris, congregationes populorum pauperum atque humilium te quasi patronum & iudicem, ac liberatorem suum vndiquaque circumdabunt, tam ad poscenda auxilia, quam ad gratias agendas post percepta liberationis tuae beneficia. 8. Et vt forte te ista non moueat, aut tibi non noceat, qua impium aduersus innoxios ac simplices machinantur: tamen propter has pauperum populorum turbas & congregationes (quarum tu patronus & iudex assereris & vere existis) ascende super tribunalem tuam, & in altitudinem sedis tuae iudicariae regredere, vt facias iudicium cause pauperum, qua relinquere modo quodam videris, quando sine vindicta cernitur boni a malis sustinere oppressiones: \* si quidem tu es, cui iudicium competit populorum, nunc quidem ad defensionem in nocentium aduersus noxios, & in futuro ad plenam vnicuique faciendam retributionem secundum opera sua. 9. Atque ob hoc (quonia tibi competit iudicium) obsecro, vt facias pro me iudicium contra aduersantes, secundum iustitiam meam, qua erga illos me gessi: \* & secundum innocentiam illam qua est in me erga illos, dum nihil illis iniqui vel nocuentum intuli, ob quod merito mihi malum quaerere valeat. 10. Non perdurabit in perpetuum impietas ista peccatorum, qua nunc innocentibus sunt molesti, neque sua prauitate permittetur in eternum exercere, sed finietur aliquando, & sine accipiet potestas eorum: \* vir autem innocens & iustus tua directione in bono stabilitur, qui peruestigat, & cognita habes etiam ea quae hominibus sunt intima, nimirum cogitationes & affectiones siue desideria eorum. 11. Merito ergo & iuste auxilium expecto a domino deo neque; vana est spes & fiducia expectationis meae: \* quonia ipse est pauperum atque humilium saluator, liberator eorum qui sunt recto ac simplici corde. Huiusmodi enim iuste a domino expectare possunt auxilium contra aduersantes, quonia talibus facta est diuini auxilii repromissio. quemadmodum ex opposito, qui sunt prauo & duplici corde, vane fidunt in diuino ad-

Etos corde.

12 Deus iudex  
iustus

\* fortis

Roma. 9. \* & patiens:

Roma. 2. \* nunquid irascitur  
per singulos dies?

13 Nisi conuersi fue-  
ritis: \* gladium suum  
vibravit: arcum suum  
retendit & parauit il-  
lum.

14 Et in eo parauit va-  
sa mortis:  
\* sagittas suas arden-  
tibus effecit.

15 Ecce parturit iniu-  
sticiam, concepit dolo-  
rem,  
\* & peperit iniquita-  
tem.

16 Lacum aperuit, &  
effodit eum:  
\* & incidit in foueam  
quam fecit.

17 Conuertetur dolor  
eius in caput eius: & in  
verricem ipsius iniqui-  
tas eius descendet.

18 Confitebor domi-  
no secundum iustitiam  
eius: & psallam nomi-  
ni domini altissimi.

initorio, q̄ illis neq; repromissum est, neq; continget. 12 Et nūc vos  
impīi innocentū oppressores, qui Deum non habetis prae oculis, ne  
existimetis diuinā vos vltionē non percepturos: eo q̄ differat lōga-  
nimitē ostensionem vindictae suae. Illud enim scitote, quoniam Deus  
omnipotēs qui iudex est populorū, ipse per se iustus est, imō iustitia  
ipsa propter quod sperare non debetis, vestra malitia impune tran-  
siturā \* & fortissimus est atq; robustissimus, ne forte existimetis nō  
fore illi potestātē ad implendā executionem iustitiā suae: \* est ni-  
hilominus etiā longanimis & patiens, ferre sciens, ac tolerare in su-  
stinētia vasa irē apta in interitū vt ne arbitremini, idcirco nullam  
vos manere vindictā, quia nō statim vt peccatū cōmittitur, vindicta  
inferatur. \* Facit enim hoc eius lōganimitas, vt iram suā nō osten-  
dat, neq; vindictā exerceat per singulos dies, aut per momēta singu-  
la: sed vnū diē destinauit, in quo reuelabitur ira ei⁹, & iustū iudiciū  
Dei, quādo super omnes pariter impios vnus gladii ictus, & vn⁹ ter-  
ror sentētię desauiet. 13 Et ne forte de lōga vindictē huius dilatio-  
ne vobis blādiamini, illud scitote, quoniam nisi modo, dū tēpus est op-  
portunū, donec tēpus est gratiē, conuertamini per verā pēnitentiā  
ab iniquitatibus vestris: \* ecce iam in proximo est iudex & vindex  
malorū omnīū, eterne mortis sentētiā quā in vos distringat atq; ia-  
culetur paratā habēs, admodū eius qui gladiū aut hastā vibrat, vt le-  
tali vulnere feriat eū qui pugnat ex aduerso: aut quēadmodū is qui  
arcū iam tēsum tenet manibus, & paratū & iaciendū in hostē acutā  
sagittā. 14. Et in arcu suo iam aptauit atq; locauit sagittas, quę sūt  
iacula & instrumēta mortis, ad interficiendū inimicos: \* & eas qui-  
dē sagittas, quo sint amplius terribiles, carbonibus aut reb⁹ ardē-  
tibus operatus est, sicq; fecit ignitas: vt quos sagittis horrēde illius  
sentētię suę percusserit, incēdat atq; ardore faciat igne sempiterno.  
Quēadmodū enim sagittę reb⁹ ardētibus aptatę atq; ignitę cū iacu-  
latur, hostiū domos incendit atq; cōsumit: ita diuinā vltionis sen-  
tētia corū in quos fuerit iaculata, & corpora & animas succēdet atq;  
exuret igne inextinguibili, quo magis peccatorib⁹ sunt diuinę vltio-  
nis hęc sagittę formidandę. Et ne forte mirū aut iniquū videatur cur  
tā grauis vindicta apud misericordissimū dñm maneat impios illos  
hominū seductores atq; subuersores, cōsiderāda est & diligēter attē-  
dēda eorū malitiosa & cōsummata pueritas. 15 Ecce enim postquā  
dolorē cōceperūt, & afflictionē de alieno bono parturiūt, deinde &  
meditātur cōtra eos, quibus inuidēt atq; malitiose indignātur, iniu-  
sticiā: \* q̄ tandē in operis effectū quantū in ipsis est deducere conā-  
tes, veluti pariūt. Nā hic ordo est in eis qui ex peruersa malitia pau-  
perū animas quērūt subuertere. 16 Neq; satis est eorū insatiabili ad  
decipiendū cupiditati, q̄ palā oppugnēt miseros, verēticiā callidita-  
te sua & astutia insidias parāt, quasi foueas occultas aperientes, & p-  
funde admodū effodiētēs, vt in eas incaute labātur miseri, & colla-  
psi nō facile queāt liberari. \* Verū dei iudicio (qui suorū pauperū  
semper prouidā gerit curā) fit plerūq; vt liberatis iis quibus foueā ef-  
foderāt, ipsimet incidāt in ea quā parauerāt. 17 Fitq; vt dolor & ma-  
lū quę aliis parauerāt in capita recidāt authorū suorū: & iniquitas  
male machinata innoxio, in collū redeat machinatīs. Quēadmodū  
demonib⁹ peruersis Dei iudicio euenit, vt eandē mortē, ad quā nos  
quarunt pertrahere, nobis liberat is ipsi aternū ferre debeāt: & cum  
post oēs suas paratas insidias nos vidēt Dei auxilio de mortis tandē  
fouea ereptos, affligūtur & cōfundūtur vehemētī⁹, & augmētat eis  
omnis eorū malus conat⁹ dolorē. Similiter & impīis cōtingit homi-  
nibus, q̄ dū mortē siue corporis, siue anime machinātur pximo, ipsi  
in mortis eterne baratrū, illis diuina p̄tectione saluatis subito inci-  
dūt atq; immerguntur. 18. Ita sane iustus est De⁹, & iustū est hoc Dei  
p̄ innocētibus iudiciū: cui p̄inde pro immēsa hac & admirabili iu-  
stitia sua cōfessionē dabo, & laudē atq; gratiarū actionē cātabo ipsi  
q̄ sup omnes est altissim⁹, rex regū, iudex iudicū, & dñs dominātūū.

ANNOTATIONES IN PSALMVM. SEPTIMVM.

Hinc Psalmum nonnulli de Christo domino exponunt, vt sit eius oratio cōtra populum Iu-  
daeorum ipsum sine causa persequentem. Alii vero ad personam accommodant peculiariter  
ipsius Dauid, vel cōtra Saulē, vel cōtra Semai de tribu Saul: de quo in annotationibus ex  
Hebræo, circa tituli expositionē, diffusius tractatū inuenire poteris, si requires Nos vero in Elu-

ad citatione sicut neutram sententiā exclusimus, ita neq; ad alteram strinximus intelligentiā: sed po-  
tius in generalitate cuiuslibet in isto de tribulatione clamare, suamq; iustitiā domino cōmendare vo-  
lēti, potissimum autē in tribulatione spiritali cōstituto, & a spiritalibus hostibus liberationē  
postulanti (nemini aliorū preiudicantes) accommodauimus. ¶ Versu tertio: Si feci istud. Pronomen  
istud, demonstrat ad intellectū id quod mente tenetur, nepe tale aliquid ob quod iustam haberet  
causam inimic⁹ persequēdi. Aut tale aliquid, quale illi aduersus eū quērūt, aut quod illi falso cri-  
minātur & accusant. Quēadmodum Dauid accusabant, quod malum quærerent aduersum regem,  
cum illud a veritate esset alienissimum: & de Christo dicebant, quod seipsum Deū faceret, gloriā  
propriam quærerent, populum seduceret, & alia his similia, quę nequaquā ita habebāt. Aut ad id q̄  
pōst sequitur referatur pronomen, ad hunc modum: Si feci istud, nepe si est iniquitas in manibus  
meis, & si reddidi retribuētibus mihi mala. ¶ Versu quinto: Persequatur inimicus animā meā. In  
his tribus versibus, per cōtrarium sensum intelligēdū est, quod in sua postulatione vt p̄cipuum  
intendit postulas, quod tamen propter modestiā tacetur, & subintelligēdū relinquatur. Cū enim  
dixisset: Si feci istud, decidam merito ab inimicis meis inanis: Persequatur inimicus, & c. cōsequēs  
erat vt subiungeret: Si verò non feci istud, si non est iniquitas in manibus meis, si non reddidi re-  
tribuētibus mihi mala, merito me custodiet & proteget iustitia tua, ne ab inimicis meis decidā  
inanis, & ne comprehendant neq; conculcent in terra vitam meam. Verum istud propter modestiā  
maluit subaudiri: maxime cum ad Deū fiat oratio, cui tam est cognitum quod intus premitur, q̄  
quod foris enunciat. ¶ Versu nono: Iudica me domine secundum iustitiā meam. Quærat forsitan  
aliquis, & dicit, Quidnam sibi vult, quod hic modo postulat homo iudicari secundū iustitiā  
suam? cum in priori psalmo dictum sit, saluū me fac propter misericordiam tuam. Et in alio psal-  
mo dicatur. Non intres in iudiciū cum seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo  
omnis viuens. Sed aduertendū est, quod hic dicitur, Iudica me domine secundū iustitiā meā, & se-  
cundum innocētiam meam super me, debere dirigi ad eos, contra quos orat, persequutores suos,  
& ita intelligi, q̄ aduersum illos nihil egerit, ob quod iuste debeant ipsum persequi, neq; iustā ha-  
beant causam mala aduersum se machinādi, quodq; ab illis criminibus quę illi falso obieciunt, &  
quę ipsi quasi in causam persequutionis p̄texunt, immunis sit & innocēs. Vnde Dauid legimus  
cum Sauli in spelunca peperisset, ita post tergum abeuntis clamasse, Animaduerte, quoniam nō est  
in manu mea malum, neq; iniquitas neq; peccavi in te. Tu autem insidiaris animā meā, vt auferas  
eam. Iudicet dominus inter me & te, & vlciscatur me Dominus ex te: manus autē mea non sit in te.  
Et iterū, Sit dominus iudex, & iudicet inter me & te: & videat, & iudicet causam meā, & eruat me  
de manu tua. Quę omnia iustitiā & innocētiam proponunt, quātum ad ipsum persequutorem  
p̄ter omnē orationem mala machinantē. Et iuxta hunc modū intelligi conuenit hūc locū, quo  
tis homini applicatur: cū videlicet significare voluerit homo, p̄ter meritum se a persequutore  
affligi, p̄ter meritū (inquam) ex parte eius qui persequitur. Quantū autē ad Deū, ne dicamus, si  
feci malū in oculis tuis, & si est iniquitas cōtra te in manibus meis: sed dicamus potius, Tibi pec-  
cauimus domine. Tibi soli peccavi, & quod dicebat filius ille qui substantiā suā prodegerat cū  
meretricibus. Pater peccavi in calum, & coram te ac deinde adiciamus, Miserere mei Deus secū-  
dum magnā misericordiā tuam: & secundū misericordiā tuam memēto mei tu, propter bonitātē  
tuam domine. Si enim dixerimus quia peccatū non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in no-  
bis nō est. Peccatorem autē Dei iustitiā magis quā misericordiam pronocare in iudiciū, quā  
hęc humilitatis forma est? Si tamē (iuxta supradictam quorundā opinionē) Christo domino Psal-  
mum peculiariter adoptemus, conuenienter poterit locus propositus absolute intelligi: quāquā  
nō multū ita solet loqui, se cundū assumptā carnis dispensationē Christus dominus, sed more po-  
tius infirmorum atq; humiliam, ipse in nobis infirmus, & pro nobis factus humillimus. ¶ Versu  
duodecimo, Nunquid irascetur per singulos dies: Hunc versum absq; interrogatione habet lectio  
quam in expositione psalmorū sequitur beatus Augustinus, ad hunc modū. Deus iudex iustus, for-  
tis, & longanimis, & non iram adducens per singulos dies: iuxta quem modum, etiā in Græcis exē-  
plaribus legimus. Et eadem prorsus sentētia est, quę in lectioe nostra vulgata, tametsi illa sit ali-  
quāto clarior. Notat tamē Augustinus magis proprie de Deo dici iram adducēs, quā irascēs: quo-  
niā significatur ira non vt in Deo existēs per modū passionis (quod significari aliquo modo vide-  
tur in verbo irascendi) sed tantū vt ab eo in impios proueniēs. ¶ Versu decimoquinto, Ecce parturit  
iniusticiam. Quod communiter canitur, ac legitur parturit tempore presentis, videtur re-  
ctius legendū parturiit, cum Græce p̄teritū habeatur & Nīmo, id est, parturiit: atque ita etiam ve-  
tustiores & emēdiores habeāt codices Latini. Notandum quoq; ordinē eorū quę hic dicuntur  
aliquantulū videri inuersum. Rectius enim p̄poneretur cōcepit dolorem, ac deinde subiungere  
tur, parturit iniusticiam. Primum enim est concipere, deinde parturire, postremum parere, quē ordi-  
nem in elucidatione seruauimus. Vnde Hieronimus vertit: Ecce parturit iniquitatē, cōcepto do-  
lore, id est, postquam concepit dolorē. Similiter vertit & Felix: Enixus est iniquitatem, postquam  
cōcepit afflictionem. In quibus versionibus manifeste is quem diximus ordo insinuat. De ordi-  
ne autē isto qui in hoc versu ponitur, primū quidem concipiēdi dolorem, deinde parturiēdi iniu-  
sticiam, ac postremo pariēdi iniquitatē, faciamus exemplo vno aut altero clarum quod dicimus.  
Sic enim primus ille fraticida Cain, vidēs fratris sui hostias Deo fuisse acceptas, & igne domini  
absumptas, sua autē munera (nimirū quę de pessimis obtulerat) a domino despecta, cōcepit in sese  
malignū erga fratrem inuidetiā dolorē: ex quo deinde processit, vt iniustitiā meditaretur, ac velut

Psal. 6.  
Psal. 142

1. Reg. 24.

1. Reg. 7.  
Psal. 50.  
Luc. 15.  
Psal. 50.  
Psal. 24  
1. Ioā. 1.

parturiret, ita vt fratri diceret fraudulento animo, Egrediamur foras: postremo, factus impius ho-  
 1. Reg. 18. micida, imo crudelissimus fratricida, peperit iniquitatem. Ita Saul videns a se domini spiritum recel-  
 libem. sisse, & implevisse Davidem, cui etiam in choris a cede Goliath redeunti catarari audierat: Saul percuf-  
 sit mille, & David decem millia, atq; alia huiusmodi virtutis opera in eo conspiciens, concepit in cor-  
 de dolore & afflictione indignatis inuidia: ex qua veluti radice, ac seminario, meditari cepit in-  
 iustam innocetis David interreptionem: qua deinde, post consummatum furorē, obfirmato animo, qua-  
 tum potuit in effectum perducere conatus fuit. Sic ite diabolus (quē merito primo loco, vt primū  
 iniquitatis & omnis malitiae parētem oportebat constituere) videns hominem possessurum quas ipse  
 perdiderat cali mansiones, felicitati eius inuidēs, concepit primum inuidia in seipso dolore mox-  
 que parturire cepit aduersus genus nostrum quod iustum non erat: quod in deceptione primo-  
 rum parentum peperit primum, & parere vsq; modo in innocentum subuersione non desinit.

OCTAVI PSALMI ARGUMENTVM.

Raptus in contemplationem sublimem Dei spiritus diuinus Propheta, in magnificis consiliis quae super  
 humano genere Deus cogitauit, obstupescens, ex cordis plenitudine prorumpit in vocem admirationis,  
 Diuinam magnificentiam super caelos eleuatam extollens, eiusque ex infantium ore laudem perfectam  
 ad inimicorum confusionem pronuncians. Deinde eleuans in caelum oculos, caelestiumque corporum nobilitatem  
 perpendens, eamque cum humanae naturae infirmitate & utilitate comparans, maximam Dei erga genus huma-  
 num dignationem plurimum admiratur, pro qua filium suum unigenitum (secundum carnis dispensationem, &  
 susceptam mortis utilitatem) etiam infra angelos imminuerit, quem postmodum resuscitatum pro eiusdem huma-  
 ni generis salute, gloria & honore coronauit, subiecit ei omnibus quae in caelo & in terra. Ad quam intelligen-  
 tiam, manifestum est beatum Paulum Psalms huius prophetiam in Epistola ad Hebraeos, similiter & in Epistola  
 priorē ad Corinthios esse interpretatum. Quamquam potest (absque Paulinae huius sententiae prauiudicio) etiam  
 ad totius humanae naturae sublimationem referri Psalms: vt miretur, hominem (quod ad corpus attinet) infir-  
 mum, vilem ac fragilem, tam magnifice a deo ad imaginem suam conditum, ac deinde cunctis & piscibus maris,  
 & aibus caeli, & bestiis terrae praesatum, atque super ea accepisse dominium. Vtraque autem hanc intelligen-  
 tiam, subsequens Elucidatio geminata interpretatione faciet attendentibus manifestam.

OCTAVI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Domine dominus  
 noster.

\* quam admirabile  
 est nomen tuum in vni-  
 uersa terra.

2 Quonia eleuata est  
 magnificentia tua su-  
 per caelos.

3 Ex ore infantium &  
 lactentium perfecisti  
 laudem.

\* propter inimicos tu-  
 os: vt destruas inimicu  
 & vltorem.

4 Quoniam videbo



Dominator Deus quies vniuersalis omnium domi-  
 nus, super creata omnia plenam omnino potestatem  
 habes, speciali vero ratione noster Dominus, id est,  
 eorum qui seruiunt tibi, quos praeter creationem et-  
 iam regeneratione tibi atrinxisti. \* o quam est  
 excellens, quam gloriosum, quam honorandum no-  
 men tuum benedictum, non in iudaea solum, sed per vniuersum etiam  
 orbem terrarum, dignum quod omnes vbique terrarum summis eferant  
 laudibus. 2 Neque mirum, si hic super terram sit honorandum  
 nomen tuum, quandoquidem excelsa est & sublimata magnificen-  
 tia gloriae tuae super altitudinem caelorum, ita vt cum in caelis laude-  
 ris ab omnibus, magnificentia tamen gloriae tuae in eis vel ab eis non  
 comprehendatur. \* Insuper filius tuus unigenitus, qui est tua  
 gloria & magnificentia (Gloria enim patris est filius sapiens, multo  
 etiam amplius filius sapientia patris) cuius est secundum diuinitatem  
 eadem tecum gloria, ipse peracto redemptionis humanae my-  
 sterio ascendit, & exaltatus est super omnes caelos in tua dexteram.  
 3. Ex ore paruulorum, qui penes infantes adhuc erant, & vixdum ab-  
 lactati, magnificasti, imo perfecta fecisti laudem tuam, quando Hebraeo-  
 rum pueros caelica inspiratione edoctos, catere faciebas tuo benedi-  
 cto filio laudis diuinae canticum, ac deinde per praedicationem Apo-  
 stolorum (qui veluti simplices & pueri, ac iuxta saeculi sapientiam pror-  
 sus rudes habebantur) Evangelicam veritatem vbique terrarum praedicare  
 fecisti: \* ad sic confundendum atque couincendum, per simplicium testi-  
 monia, prauitatem & superbiam scribarum atque pharisaeorum: deinde  
 etiam demonum atque saeculi huius potentium & sapientium, qui omnes aduer-  
 sarios se exhibuerunt veritatis, & malos vltiores. i. oppugnatores ve-  
 ritatis, vel vindicatores & defensores falsitatis. In hoc enim perfe-  
 cta fuit laus Dei, & perfecta ite confusio superbiae scribarum atque Pha-  
 risaeorum quod per puerorum caelica inspiratione loquentium testi-  
 monia fuerint redarguti de sua infidelitate, qua veritati resistebant.  
 Similiter & in hoc perfecta fuit confusio principum huius saeculi, quod  
 per simplicium, & quasi infantium Apostolorum praedicationem fuerint  
 coniuncti atque superati. 4 Dixi non iniuria, admirabile esse nomen  
 tuum in vniuersa terra: quonia ecce ego contemplantari volo & contueor

A caelos tuos opera digi-  
 torum tuorum:

\* luna & stellas quae  
 tu fundasti.

5 Quid est homo

\* quod memores eius?

\* aut filius hominis  
 quoniam visitas eum?

6 Minuisti eum pau-  
 lomius ab angelis: \*

gloria & honore coro-  
 nasti eum: \* & constitui-  
 sti eum super opera ma-  
 nuum tuarum.

7 Oia subiecisti sub  
 pedibus eius: \* oves et  
 boues vniuersas, insu-  
 per & pecora campi.

8 Volucres caeli & pi-  
 sces maris, qui peram-  
 bulant semitas maris.

Minuisti eum paulomi-  
 nus ab angelis: gloria  
 & honore coronasti eum:  
 & constitui eum super ope-  
 ra manuum tuarum.

Omnia subie sub ped-  
 eius: oves & bo. &c.

Voluc. caeli & pisces  
 maris, qui peram. &c.

9 Domine dominus  
 noster, quam admira-  
 bile est nomen tuum in  
 vniuersa terra.

amplissimos illos caelorum orbis, qui sunt opera creationis tuae, quae tu  
 creasti & fecisti, quae admodum solet artifex facere opus digiti tui, ac  
 manibus: \* aut quos tu creasti in potentia, sapientia, & bonitate tua  
 quibus tanquam digitis tribus creas vniuersa \* & considero insuper &  
 contemplor lunam & stellas alias firmamenti, quae omnia praedicta, cae-  
 los videlicet, lunam & stellas, tu in sua natura, inque sua dispositione fir-  
 masti atque stabiluisti: \* Dū haec ego caelestia contueor, eaque cum huma-  
 na cōfero natura: quae te creator bone) quod ad corpus attinet) quae  
 longe ab horum caelestium perfectione (quae sunt corpora nobilissima, am-  
 plissima, solidissima & indeficientia) abest homo modice quantitate,  
 impotens virtute, infirmus, caducus & mortalis: \* quid (inquam) est ho-  
 mo, aut quid in nobis tale est, ob quod dignum tibi videatur recogita-  
 re de nobis, siue ad largiendum homini magna beneficia tua, siue ad tam  
 admirabili consilio eum redimendum? \* aut quid est homo mortalis de  
 mortali homine genitus, vt eum dignum duxeris tuis magnificis donis,  
 super omnia vero filii tui ad nos destinatione, atque post etiam spiritus  
 tui sancti in nos missione ita benigne inuisere? 6 Christum hominem  
 (qui in omni hominum genere primatum tenet) tu pater caelestis paulo  
 lumina infra angelos constituisti, quando eum carnem nostrae similem  
 passionibus aliisque miseris obnoxium suscipere voluisti, atque per pas-  
 sionem & mortem in crucis ignominia consummare voluisti: \* verum  
 post passionem (morte deuicta eum resuscitando) magna gloria, &  
 honore superexcellenti mirifice eum ornasti, atque triumphaliter, vt mor-  
 tis victorem & inferni debellatorem coronasti: \* & proposuisti eum om-  
 ni creaturae, dans illi potestatem omnem in caelo & in terra, & consi-  
 dere in dextera tua, potestatem quoque faciendi iudicium viuorum atque  
 mortuorum. 7 Omnia subiectioni ditioni, imperio, & potestati eius  
 quae cunctae sunt in caelo & in terra, commune illi tecum donans re-  
 gnum atque vnum imperium: \* neque ea solum quae in caelis sunt, ve-  
 rum etiam vsque ad ea quae sunt in terris infima, nempe oues omnes &  
 boues omnes, & vniuersas bestias agri, atque etiam feras deserti. 8 Vo-  
 lucres insuper qui inhabitant aerem, & pisces omnes qui in mari sunt  
 qui natant in aquis maris, & veluti perambulant vias maris, ad similitu-  
 dinem animalium terrestrium, quae vias terrae perambulant. A L T E R A  
 I N T E L L I G E N T I A. Humanum genus in tanta constitutum nobilitate,  
 vt non multum absit (quod ad animam attinet) a sublimitate naturae  
 angelicae, magno quoque decore & magnifica ipsam gloria ornasti, dum  
 secundum animam ad imaginem tuam & similitudinem creasti, dans ei  
 memoria, intellectum atque voluntatem, angelicas plane & multo ma-  
 ximas virtutes: \* & postquam ad imaginem & similitudinem creasti  
 eum, perfecisti insuper eum operibus tuis, quae feceras propter hominem,  
 veluti sine suum, quae admodum sunt imperfectiora eius gratia quod  
 perfectius est. ¶ Caetera insuper omnia subiectioni hominis imperio,  
 nempe animalia omnia, & terrestria, & volatilia, & natatilia, cum post  
 creationem homini diceret, Crescite, & replete terram, & subiicite eam  
 & dominamini piscibus maris, & volatilibus caeli, vniuersaque terrae,  
 & vniuersis animantibus quae mouentur super terram. 9 Concludens  
 vero laudis meae contemplationem, repeto (quam ab initio proposui,  
 & dignam & veram inuenio) Diuinae magnificentiae admirationem dicēs:  
 Dominator omnium & peculiariter seruientium tibi Dominus quam  
 grande est, quam magnificum & gloriosum nomen tuum in vniuer-  
 sa terra. Plena siquidem est omnis terra gloria tua.

Heb. 2.  
 Matt. 28.  
 Marc. 16.  
 Ioan. 6.  
 1. Cor. 15

Gene. 1.  
 Esai. 6.

ANNOTATIONES IN OCTAVVM PSALMVM.

Versu tertio, vt destruas inimicum & vltorem. Itelligitur hic per inimicos & vltiores Christia-  
 ne fidei persecutores: qui dolentes de Christi Domini cultu & gloria, conati sunt vltionem  
 facere & vindictam, siue euacuat legem veteris, siue contempserunt & contulcat idola-  
 triam, siue dis-  
 sipate humanam mundanamque sapientiam. Nam huiusmodi triplices vltiores sensit fidelium populus, &  
 contra triplices huiusmodi inimicos paruuli nostri & lactentes sancti Apostoli dimicauerunt contra vi-  
 delicet Iudaeos, pro sua legis litera non secundum scientiam zelantes, quam illi iam praeteritam denun-  
 tiabant & euacuatam: contra principes saeculi & idolorum pontifices, qui idololatriam suam (aduer-  
 sus quam illi praedicabant, & quam eliminare laborabant) armis & omni potentia tueri conabantur:  
 aduersus quoque mundi sapientes, quorum sapientiam vanam illi coarguebant signorum efficaciam  
 & spiritus virtute. Exhibuerunt autem isti sese vltiores pro sua vanitate, aduersum infantes &

Rom. 10



lactentes, & aduersus veritatem quam Deo inspirate predicabant. Quod autem antecedit, ex ore infantium & lactentium Deum perfecisse sibi laudem, siue (vt in Hebræo habetur) fundasse suam fortitudinē, id diligēter admodum considerandum est. Si enim per homines potētes, nobiles aut eruditos Deus Euangelicæ fidei mysteria induxisset mūdo, poterāt dicere inimici fidei, quod nō ipsa per se vicisset veritas, sed vi potētis, aut sapientis, aut eloquentis secularis introducta fuisset, quasi per violentiā in mundum: quemadmodum de impiissima illa secta quam ab auctore Mahumeticā vocamus, à Christi fidelibus dicitur, & verissime dicitur. Nūc vero, dū per hominum simpliciū & impotentium atq; ignobilium ora, veritatem fidei per vniuersum orbem fecit Deus superuincere, mirū in modū laudē suam perfecit, & fortitudinē suam stabilivit atq; cōmendauit. Atq; hoc est quod Paulus Apostolus cōpluribus in locis testatur, veluti capite primo Epistolæ prioris ad Corinthios, vbi fideles suos alloquēs, ait, Videte vocationē vestrā fratres, quia nō multi sapiētes secundū carnē, non multi potētes non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt cōfundat sapiētes: & infirma mūdi elegit Deus, vt cōfundat fortia: & ignobilia mundi & contētibilia elegit Deus, vt ea quæ non sunt destrueret, vt nō glorietur omnis caro in cōspectu eius. Atq; iterum capite secūdo: Et ego fratres (inquit) cū venissem ad vos, veni non in sublimitate sermonis aut sapientia, annūciās vobis testimoniū Christi: & sermo meus & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanā sapiētia verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis: vt fides vestra nō sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Et iterum alio in loco, loquens de commissā sibi gloria Euangelicæ administrationis: Habemus (inquit) thesaurum istū in vasīs fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. Dum verō ita hæc sanctis Apostolis atq; discipulis domini aptamus nemo nos existimet iniuriā facere, aut cōtradicerē verbis domini, qui Pharisæis respōdens pro Hebræorum pueris pium sibi Osanna in templo acclamātibus, versus hunc psalmi parauit istis Hebræorum applicabat, dicens, Nunquam legistis, quia ex ore infantium & lactentium Deus perfecisti laudem tuam: Nequaquam enim huic Saluatoris aduersamur sententiā. Nam & de illis paruulis loquitur Elucidatio. Arbitror tamen puerulos istos in Hierusalem clamātes, figuram fuisse paruulorum illorum, per quos erat proclamandū Osanna (id est, Diuina laus & vera salus annūtianda) non intra solius Hierusalem angustā mœnia, sed per latissimā terrarū spatia: de quibus paruulis Christus dominus patri suo comitetur in Euangelio, dicens, Cōfiteor tibi pater domine cali & terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: ita pater, quoniam sic fuit placitum ante te. Et de his paruulis puto principaliter intelligi Psalmū præsentem, magis quā de pueris illis ad horam clamatibus. Neq; enim valde sunt destructi inimici scribæ & Pharisæi per illorum horariū clamorem, qui silentio mox sinebatur ad increpationem Pharisæicā. Imò istorū clamorē à Domino maxime permittit arbitror, vt figuram subsequenti clamoris & prædicationis aliorum nostrorū paruulorum, per quos sibi laudem perfectā facere decreuerat. Vnde & illud quod post adductū versus præsentem adiciebat Saluator: Dico autem vobis, quoniam si hi tacuerint, lapides clamabūt, forsitan Euangelicā prædicationem respicit: vt hoc sermone significare voluerit dominus, si Iudæorū paruuli clamare noluerint, gentiles annūtiaturos pro eis, & in eorum locum subrogandos, vt clament, vt Euangelicam veritatem prædicent: id quod iā diu impletū cernimus. Cessant enim illi, & vltra clamare nolunt: atq; ideo lapides leuauerunt vocem, neq; desinunt clamare. Gentiles enim per lapides recte nouimus significari, propter cordis olim in idololatria, aliisque vitiis obstinati, duriciem. Vnde & Ioannes dicebat, Potens est Deus de lapidibus his suscitare filios Abraham: nihil dubiū quin significare volēs, si Iudæi, quibus prædicabat, nollēt penitentiam agere, suscitādos esse ex gētib; qui verū fiant Abraham semen, & veri secundum fidem Patriarcharum filii. ¶ Versu eodem. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Roget forsitan aliquis, quorū sanctos Apostolos infantes dicamus, quibus tale os datum est à Domino suo, cui non possent resistere omnes eorū aduersarij: ita vt vniuersa sacerdotum synagoga nihil inueniret, quo vel vnus illorum posset refellere sermonem. An verō ita fari, infantium est? Rursus, quomodo lactentes dici possunt, quibus non vt imperfectis lac erat in pabulum, sed potius vt perfectis solidus cibus? Perfectorum enim (cuiusmodi ipsi fuerunt) est cibus solidus, cum enim aduersus inimicos & vltiores perficere debebant illi laudem, nō iam de illorū numero esse poterant, de quibus dicit Apostolus, Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi. Cum enim aduersus inimicos & vltiores perficere debebant illi laudem, nō iam de illorū numero esse poterant, de quibus dicit Apostolus, Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi. Cum enim aduersus inimicos & vltiores perficere debebant illi laudem, nō iam de illorū numero esse poterant, de quibus dicit Apostolus, Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi.

A Infans enim hoc loco nō amplius quā paruulum significat vel iuuenem. Nā Græce est *νήπιος*, quod frequēter in sacris Euāgeliis paruulus vertitur, vt illic, Reuelasti ea paruulis. & Sinite paruulos venire ad me: Similiter & quod in Hebræo habetur *vllim*, proprie nō significat impotentē ad loquēdum, sed tantū iuuenem siue paruulum: propter quod secundū similitudinē, etiam virgulta sic nōnūquam appellātur, teste Ioāne Reuchlino in rudimētis Hebraicis. Quod autem paruuli fuerint Apostoli, nō est ambigū: quandoquidē à præceptore audierūt cōstituto paruulo in medio, Nisi conuersi fueritis, & efficiamini velut paruulus iste, nō intrabitis in regnū calorū. Vnde ex his paruulis vnus, etiā cum iam gētium doctor esset, dicebat, Facti sumus tanquā paruuli in medio vestrū. Et alibi, in facie humilis sum intervos. Itē, in multo timore & tremore fui apud vos. De lactētibus autē non magna quaestio est. Nō enim lac semper pro infirmiori doctrina & imperfectorum cibo, vt in loco Pauli supra alligato, accipitur: sed interdū generaliter doctrinā omnē salutarē significat, quæ tū propter candorē veritatis, tū propter dulcedinē saporis recte lac dici potest. Vnde cū Petrus suos monet, deposita omni malitia, sine dolo lac cōcupiscere, vt in eo crescāt in salutē, manifestū est, nō imperfectam in illo doctrinā tantum significari. Similiter & de eo dici potest, quod Eliaie. 55. apud Elaiam Dominus clamat, dicēs, Venite, emite absq; argēto, & absque vlla cōmutatione vinum & lac. Eadem enim sapientia salutis, & vinū & lac recte dicitur: vinum, quia fortificās & iustificās cor hominis: lac verō, quia dulcis, suauis, & nutriēs corda potantiū. Quisquis verō hæc nostra de paruulis legēs, prolixiora forsitan iusto asstimaueris (obsecramus) hæc nostrā prolixitatem æqui boniq; conulas. Non enim potuimus pertransire silētio quicquā eorū quæ super hisce rebus scribēda sese ostērebāt. Valde enim nos oblectāt isti paruuli, per quos in viros pfectos instruimur, atq; in mensurā etatis plenitudinis Christi prouehimur. Atq; etiā nunc ab illorum consideratione acre diuelli mur. ¶ Versu quarto: Videbo celos tuos, opera digitorum tuorū. Quod dicitur celi, opera digitorū Dei, potest simpliciter intelligi, secundū metaphoricū loquendi modū, quomodo alibi dicitur, Opera manū tuarum sunt cali. Et iterū, Manus tua fecerunt me, & plasmauerunt me: cum tamen nullas manus habeat Deus. Sed familiare est scripturis sic de Deo vt de homine loqui. Vnde hoc in loco, & in aliis similibus, quoties de operib; creationis Dei tractatur, sed de Deo vt de artifice inter homines opus aliquod suis manib; & digitis plasmate, vel de materia qualibet in sua forma pro suo placito cōstituit, sit sermo. Atq; ita nō opus est assignare, quos digitos habeat Deus, aut qui isti sint digiti: quemadmodū neq; quot manus habeat, aut quæ sint manus eius: Secundū tamen sublimiorē cōsiderationē intelligimus digitos istos, quibus Deus calos fecit, tres esse numero, scilicet potentia, sapientia, & bonitate. Iuxta quā sententiā, præsentem locū accipisse videtur Ioannes Pechanus, vir in Diuinarū rerū sciētia illuminatissimus, in insigni illo officio quod de sancta & superbenedicta Trinitate cōposuit: quod etiā secundū Ecclesiasticā institutionē ab iis qui in horis canonicis persoluēdis vsū sequuntur Romanę Ecclesię, in eiusdē solēnitatē legitur & canitur. Sic enim in Antiphona quadā huic Psalmo præcinitur, legimus, Calū terrāq; digitis qui tribus appēdisti, preposuisti cōditis humanitatē Christi. Vbi dū digitos tres numerat, manifeste indicat mysticū aliquē sensum, videlicet quē iam supra exposuimus. Quod autē nōnulli sanctorū doctorum calos hoc loco, item & lunam & stellas, secundū mysticam intelligentiam interpretātur: per calos (vt aliis aliquot in locis) sanctos Apostolos, vel etiam scripturā sacrā digito Dei scriptā accipiētes: per lunā Ecclesiā: per stellas verō Ecclesiās particulares, aut alios viros fide illuminatos, nos sicut in Elucidatione nō sequimur, magis in hæretes literali sensui, ita ne quaquā damnamus aut abiicimus. Similiter & de eo dicimus, q̄ in cōsequētibus distinguūt inter oues, boues, pecora cāpi, volucres cali, & pisces maris: per oues, intelligētes humiles subditos: per boues, laboriosos rectores & prepositos: aut per oues & boues, simul fideles homines & factos, qui laborāt in præceptis Domini, & pascūtur in pascuis eius tanquā oues & boues: per cāpi pecora homines carnales & in cōcupiscētis vagabundos: per volucres cali, superbos: per pisces autem maris, curiosos. Cui ista licebit plenius cognoscere, requirat in expositione sancti patris Augustini, itē & apud Ludolphū carthusiensem nequaquā spernendū, imò dignissimū, optimēq; meritū Psalmorū commentatorem, qui hæc pro suę deuotionis dulcedine suauiter atque diffusius pertractat. ¶ Versu sexto: Minuisti eum paulominus ab angelis. Si iuxta Pauli sententiā Christo Domino peculiariter ista aptētur, videtur in relatiōe, eū, fieri trāsitus à specie ad personā, siue (vt logicis est cōsuetudo loquēdi) à suppositione siue acceptione simplici ad personā: videtur q̄; relatiō esse nō secundū idē genus suppositionis. Si quidē in versu quinto præcedēte, secundū speciem simpliciter sermo fit de vniuersitate generis humani: id est, de homine in specie, nō de vlla singulari persona. In hoc autem versu priore mox subsequēte (iuxta hanc Pauli intelligentiam) de persona hominis Christi fit personaliter sermo. Nisi forte etiā secūda pars versus prioris de Christo psonaliter dicta accipiatur, cum dicitur, Quid est filius hominis, quoniā vīstas eum; Verū iuxta hanc sententiā, in priori parte versus accipi deberet sermo de humana specie, in posteriori verō secundū personā de ipso Christo homine: quod nō vsque adeo videtur verisimile. Apparet enim (quātū ex ipso loquēdi modo) similem esse vtriusq; partis loquutionem, & vtrāq; partem secundum rem idem valere, alterāq; altera explicari, & propter vehementiā significandam factam esse repletionem eiusdem sententię quæadmodum fieri solet, cū rem exaggerare volumus. Rursus, vt totus versus quintus secundū speciem intelligatur, & non secūda pars ad personam Christi peculiariter, suadet etiā sensus cōmoditas. Nam quo modo Christum filium hominis dicatur Deus vīstare, nō vsque adeo facile est intelligere. Exponit enim de vnione Diuinitatis cū humanitate. At qui istud potē

est humanā in Christo naturam visitari, quā Christum filium hominis visitari. Quomodo autē visitauerit Deus hominē id est, humanum genus per demissionem filii sui, & perfectā per eum redemptionem, omnibus clarissimum est. Cōgruētius itaq; videtur, vt totus iste versus dicto modo de specie humana intelligatur, fiatq; sequenti versu in relatiuo trāsitus de suppositione simplici ad personalem. Cæterū secundā alteram intelligentiam in Elucidatione monstratam, quę totū Psalmum ad vniuersum genus humanū refert, hac ex parte nulla occurrit difficultas. Totusenim sermo de homine secundum speciem generaliter procedit.

NONI PSALMI ARGUMENTVM.

Psalmum istum (qui apud Hebræos in duos diuiditur) Psalmista cecinisse videtur in persona post veteræ Ecclesię atq; huic, siue quātum ad se, siue quātum ad sua mēbra, totus ipse Psalmi processus recte apteq; cōuenit. Primitiu enim cōstitetur Domino liberatori suo, de iudicio illo, quo generis humani inimicum principem huius mundi, condemnatum foras proiecit, regnoq; priuauit gentibus idololatrię, quibus ille dominabatur ad Apostolicę prædicationis sonum salubriter increpatis atque cōuersis: vnde illi ciuitates, in quibus olim inhabitauerat, ablatae sunt iusto Dei iudicio, cui afflictionis & tyrānidis (qua antē premebatur pauper humanum genus) tandem cōplacuit misereri. Propter quod filios suos veros fideles Ecclesiā ad sperandum in domino & laudem illi dandam inuitat, qui pauperum clamorem non despicit: id quod in seipso testatur, quā grauissimis licet periculis & persequutionibus intolerabilibus in suę natiuitatis primordiis afflictam & pene obrutam, semper tamen ipse ad sui nominis laudem sustentauit, nec pœnitens vnquā deficere permisit, quę admodum neque patitur vsque in cōsummationem seculi: semper sibi suos electos seruaturus, impios verò qui eam persequuti sunt, in mortis laqueos cōstrinxit, suo iudicio in infernum demergendos: vt ne existimentur humilitū ac fidelium voces Deo curæ nō esse, aut eorum patientiam permanfurā irremuneratam. Vnde versu vigesimo, id quod quasi præteritum in spiritu iam prædixerat, Propetia postulare videtur, orans dominū vt exurgat quantum adimpletum pro gentibus iudicium, & vt Christum dominū præceptorem atque legislatorem (per quem ventura erant illa omnia) gentibus mittat, qui eos vt oportet erudiat. Post hæc verò d. versu 22. (vbi secundum Hebræos Psalmi decimi est initiu) lamentatio esse videtur ipsius Ecclesię in spiritu pro suis membris, quę in oppresse potētum atque malorum in hoc tempore quasi relictū videntur, potissimum autem pro venturis illis nouissimis temporibus regni Antichristi, quando veri fideles, refrigescēte charitate & super excrecente iniquitate, grauissimam sustinebunt persequutionē ab Antichristi potestate. Cuius & adhaerentium ei peruersitas, & contra sanctos Dei acerbissima (tū per violentiā, tū per insidias, ac blandimētā) persequutio multis consequenter versibus proluxe & graphice admodū depingitur. Quę omnia, licet pro illis vltimis venturis tēporibus potissimū prædicta sint, tūcque perfectissime sint implenda, magna tamen ex parte videmus etiam nunc in bonorum hominū oppressoribus eadem euenire, quatenus etiā nunc Antichristi multi sunt. Iuxta quā generalē sententiā, subsequēs procedet Psalmi Elucidatio. Neque difficile erit volentibus, ea quę in generalitate de impijs dicuntur, ad ipsum impiorū caput & dominū peculiariter aptare. Post hæc verò, d. versu 25. proposita persequutione grauissima fidelium, dominū vt exurgat ad iudiciū, pro suis membris sollicita deprecatur Ecclesiā: & vt Christianū populū pauperē & orphanum, protectore aliū ne scientē (diaboli, Antichristi, atque adhaerentium) virtute cōtrita eorūq; prauis machinationibus ad nihilum deductis) saluum faciat iudicio suo. Post quę omnia, tribus versibus vltimis domini æternum regnum, miram quoque & inestimabilem Dei erga pauperes exauditionem, & promptum pro illis iudicium, ad prauorum repressionem denuntians, ita terminat canticum laudis atque confessionis suę.

Matt. 24

1 Ioan. 2

NONI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.

2 Latabor & exultabo in re: psallam nomini tuo altissime.

3 In cōuertendo inimicum meū retrorsum: \* infirmabuntur & peribunt a facie tua.

10ā. 16.

4 Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam: \* sedisti super thronum qui iudicare iustitiā, hoc est, iustū iudiciū, siue p iustitiā atq; iniustitiā.

Confessione laudis celebrabo te Domine Deus, ex toto corde meo, mētis diligētī attentione, & effectus pura deuotione pronuntiabo ad tui nominis gloriam omnia quęcunq; cognoui mirabilia tua: neq; quicquā eorum (quod in me erit) occultum esse patiar, quod nō ad tuā laudem pariter & aliorum eruditionem annuntiabo. 2. Gaudebo quoq; sancto ac spiritali gaudio, & præ lætitiā immodica veluti tripudiās exultabo in memoria, atque amore tui laudem canam tuo nomini, quemadmodum dignus es, o rex regū super omnes excellēs. 3. Propterea quod expugnaueris pro me inimicos meos, demones malignos atq; infideles ministros eorum, cōsq; in fugam verteris, & a me abegeris: \* infirmati, deuicti atq; cōfusi sunt, & prorsus condemnati ceciderunt a terrore præsentis tuę: quoniam te respiciente Ecclesiā sanctam tuam, princeps huius mūdi iudicatus atq; foras eiectus est, & omnis ad præsentiam tuam defecit virtus malignantium. 4. Quoniam fecisti tu quidem pro me iudicium, & indicasti causam meam contra aduersarios meos, cōtra principes tenebrarum, qui me iniuste sua tyrannide opprimebant, & seculi potestates qui me persequuntur in potestate & infidelitate sua: \* ascendisti quasi iudex super thronum tuum iudiciariū (vt humano more ita balbutiens loquar) & sup tribunal ad iudicandū causā meā sedisti tu, cui ppriū est iudicare iustitiā, hoc est, iustū iudiciū, siue p iustitiā atq; iniustitiā.

A dicas iustitiam. 5 Increpasti gentes & perit impius: \* nomen eorum deleti in æternum & in seculum seculi.

6 Inimici defecerunt frænea in sinem:

B \* & ciuitates eorum destruxisti.

7 Perit memoria eorum cum sonitu.

\* & dominus in æternum permanet.

8 Parauit in iudicio thronum suum:

\* & ipse iudicabit orbem terrę in æquitate, iudicabit populos in iustitiā.

9 Et factus est dominus refugium pauperum: \* adiutor in opportunitatibus in tribulatione.

10 Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum: \* quoniam non dereliquisti querentes te domine.

11 Psallite domino qui habitat in Sion.

\* annunciate inter gentes studia eius,

In tempore gratiæ (quo placuit tibi facere pro me iudicium) misisti filium tuum, ac deinde sanctos Apostolos tuos, atq; prædicatores veritatis, qui idololatrię, aliisque viciis deditas gentes increparent: atq; ita destructa est impietas, deseruntq; infideles esse & peccatores, facti iusti & fideles: \* nomina illorum quibus ante veritatis manifestationem vocabantur, non erunt in perpetuum vltra in memoria coram te: neq; vt talium, quales antē fuerāt, vltra recordaberis illorum, sed nomine nouo donabis, & vocabis eos. Gētes enim quę prius idololatrię, infideles, impia, atq; a Deo adulterę vocabantur, atq; huiusmodi ante Deum reputabantur, postquam ad veritatē se conuerterunt Euangelii, vetera hæc nomina prorsus perdidērūt: appellationes verò bonas prædictis contrarias pro illis acceperunt, vt iam cultores & serui Dei veri dicantur, Deo creduli, iusti, sponā Dei fidelis: & tales iam eos habet, atq; agnoscit Deus. 6 Potestas diaboli, visque nocendi eius, tandem in fine tēporum, quantum ad fideles veritati acquiescere volētes deuicta est, conculcata atq; ablata per veritatis Euangelicę manifestationem: & in sempiternum vltra non poterit ille resumere plenam suam illam, qua prius dominabatur, tyrannidem: \* synagogas quoq; fatana, cōgregationes infidelium populorum, in quibus ipse inhabitabat inimicus, tu Deus ad nihilum redegeisti, dū gentium idololatriarum populos a vanitatibus ad veritatem tuā gratia peruenire fecisti. 7 Quod fuerant esse deserunt, & cessant, ac perit apud Deum eorum prior memoria, ad sonitum prædicationis Euangelicę, qui per omnē terram percurrēs, ab infidelitate vbiq; terrarum electos ad veritatem adduxit, siq; nomine nouo donauit. \* Ant cum sonitu, id est, subito, & veluti cum impetu & cōfusione perit memoria dæmonum, qui in gētibus colebantur: quoniam adueniente prædicatione Euangelicā, ipsi expulsi sunt, & adorari cessauerūt in terris: \* Dominus autem in sua essentia semper stabilis, permanet in sempiternū idem ipse & immutabilis: & ipse, participatione stabilitatis suę, ad se cōuersos, in veritate stabiles faciet permanere: \* eiusq; memoria ad cōsummationē vsque seculi apud fideles & electos permanebit. 8 Ipse tribunal suū atq; iudiciariam sedem parauit, disposuit, atque constituit in iudicio & æquitate, non potēs nisi quod æquum semper & iustum est iudicare: \* & ipse iudicabit vniuersos inhabitatores orbis terrarū in iustitiā, & populos omnes in reſtitudine & æquitate iudicabit: nūc quidem iudicio discretionis, malos a bonis segregans, bonis gratiā misericorditer largiēs, impijs eam iuste denegās: post verò, iudicio finalis retributio in hoc tempore gratiæ, rex æternus cōstituit tribunal suum, ad faciendum iudiciū pro electis suis: & ipse iudicauit in sua iustitiā pro orbe terrarum, & pro vniuersis populis in eo inhabitātibus, contra principem tenebrarū, qui per tyrannidem dominabatur, agebatque principem in mundo: quem iuste atq; æquissime suo regno priuauit, forasque proiecit, vt in electos & fideles nihil vltra iuris reseruaret. 9 Et Ioā. 12. exhibuit se iudex dominus, atq; demonstrauit pauperū auxiliatorem, patronū, siue defensorē, & contra iniquorū iniurias tutum refugium, liberando eos de manibus inimicorū tuorum: \* adiutor factus est eis in opportuno tēpore, nempe in tribulationibus & afflictionibus eorum. Tunc enim opportunū solet & gratum esse liberantis adiutoriū, & incundum esse potentis refugium. 10 Et est profecto cur merito absque vlla hæſitatione siue diffidentia in te debeāt fiduciam & spem suam ponere, atq; in necessitatibus inuocare, omnes qui te per fidem vere cognouerūt, quā videlicet sis iustus, bonus, misericors, atq; fidelis: \* propterea quod nūquam inuētus es derelinquere pœnitens eos qui te ex animo quaesierunt, tibiq; semper studuerunt: sed assitis eis præsentia tua, nonnunquā quidem tēporali adiutorio, vbi, quando, & quātū volueris: semper verò spiritali auxilio, & gratiæ tuę interna cōsolatione. 11 Proinde fideles vos omnes veri Ecclesię filii, qui eius bonitatē & auxilium experti estis, psalmum & laudē canite ipsi qui est inhabitator Ecclesię suę sanctę, quę per fidem illum speculatur, quā ipse vt pater ad benefaciendū, vt iudex atque patronus ad defendendum, vt sponſus ad decorandū, vt pastor ad pascendū, inhabitat, \* opera quoq; eius quę fecit, & consilia quę cogitauit pro hominum pauperū redemptione, proclamate in omnes longe latēq; na-

Apo. 2.

Psal. 18.

Apoc. 2.

Matt. 16.



12 Quonia requirens sanguine eorum recordatus est, \* non est oblitus clamorem pauperu.

13 Miserere mei domine: \* vide humilitate meam de inimicis meis

14 Qui exaltas me de portis mortis: \* vt annuncie oes laudationes tuas in portis filia Syo.

15 Exaltabo salutari tuo: \* infixa sunt genes in interitu que fecerut.

16 In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.

17 Cognoscetur dominus iudicia faciens: \* in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

Sapie. i.

18 Conuertantur peccatores in infernum: \* omnes gentes que obliuiscuntur Deum.

Iacob. i.

19 Quonia non in fine oblitio erit pauperis:

Heb. 12.

\* patientia pauperum

Luc. 21.

20 Exurge domine, no confortetur homo: \* iudicentur gentes in conspectu tuo.

Exod. 4.

Esaie. 55.

Ioel. 2.

21 Constitue domine legislatorem super eos: \* sciant gentes quoniam homines sunt.

22 Vt quid domine recessisti longe? \* & despicis in opportunitatibus, in tribulatione.

tiones, vt laus eius crescat in vniuersa terra, & allechi qui audituri sut etiam infideles ad illius cultum & fidem confugiant. 12 Nam etiam si contingat nonnunquam confidentes in Domino temporaliter relinquit in manibus persequentium, non est tamen existimandum Deum prorsus oblitum esse eorum: sed recordabitur eorum, requirēdo sanguinē ipsorum de manibus opprimentium: \* & nequaquam obliuiscetur, aut non attendet ad orationes pauperum se inuocantiū, sed memor erit patientiā ipsorum, dando eis pro perseuerantia vitam aeternam, eorū verò persequutoribus sempiternā mortis punitionem. 13 Ob hoc in omnibus obueniētibus mihi necessitatib⁹ meis fidēter ad te clamabo dicens, \* Miserere mei domine, & benigno oculo misericordiē tuę cōsydera afflictionē meam nimiam, quam sustineo ab aduersantibus mihi. 14 Tu (inquam) Domine, qui me gloriose eripuisti, & magnifice saluasti de periculis maximis, quę humana via videbar non posse euadere, & a quibus nisi Diuino tuo auxilio non poteram liberari, cū aduersum me prater omnes aereas potestates, etiā vniuersū mundi principēs atrocissime desauirent: a quibus tamen requiē tandem donasti mihi, & in securitate constituisti: \* idq; fecisti ad gloria tuī nominis, vt annunciarentur per membra mea, per fideles tuos, laudes tuā omnes, & laudabilia opera tua predicarentur palā & in propatulo, corā omni populo fidelium, qui est in ecclesia sancta. 15 Exultabo in spiritu meo, in saluatione tua quā fecisti mihi, atque in saluatore Christo, per quē salutem misisti mūdo: \* inuolutę sunt & illaqueatę praua hostiū meorum nationes, in perditione quam parauerant mihi: & pro morte ad quam me cupiebant pertrahere, mortis aeternę nexibus iunt obuoluta. 16 In laqueis, foveis, atq; insidiis mortis, quas in astutia atq; malitia sua parauerāt fidelibus, in iisdem ipsi pedibus suis inheferunt, suntq; irretiti & inuoluti, ita vt in perpetuū nequeant sese extricare: dū ego saluor tuo munere, & illi increduli qui ad mortem me persequebantur, in morte permanēt sempiterna. 17 Agnosceret Dominus quā pius, quā iustus, quā formidabilis, quā verax, cum innocentes saluādo, noxios perdēdo, fecerit iudicium. Sic enim & misericordia patebit & iustitia eius, quę ante iudicii exequutionē pluri mos latere videtur. \* peccatores ex operibus suis prauis quę operati sunt, dānationis inuenientur obstricti vinculis, & seiplos in aeternā mortis laqueum precipitauerunt. Neq; enim mortē sua voluntate creauit altissimus, sed impio operibus manū suarum accerserunt illam sibi astrinxeruntq; se illi. 18 Dæmones in sua malitia obstinati descēdent iuxta decretum diuinę iustitię, cadentque in profundum inferni: \* pariter & infideles omnes qui sunt in nationibus, quę Deū non agnoscunt creatorem suum, eūque ita vt oportet per fidem & mādatorum eius obseruationem non habent ante oculos, neque cultu aut famulatu debito venerantur. 19 Nequaquam enim (vt illi falso existimāt) pauperes ante Deū prorsus in obliuione erunt, vt vel a suis afflictionibus nūquam sint liberandi, vel nunquam sit de eorum oppressione futura vindicta: \* lōganimis humilitum in Deo sperantium expectatio atque sustinētia non erit vana in sempiternum, neque finaliter frustrabitur: sed fructum suo tempore proferet pacatissimū, atq; saluberrimū vitę aeternę, quam accipiet a iusto iudice omnes qui nūc in patientia possiderunt animas suas. 20 Ne vltra dissimiles Domine, neq; differas, sed exurge ad iudicium tuū: neq; permittas inualescere atq; dominari hominis cuiusquam malitiam aut potestatem: \* fiat iudicium oppressarum gētium atque pauperum populorum ante te, per sentētiā iustitię atque voluntatis tuę. 21. Mitte domine quem missurus es, legislatorem, doctorē, atque præceptorem populorum, Christū tuum benedictum filium, qui gentibus tuam voluntatem annunciet, omnēmq; edoceat veritatem: \* fac per hunc gētes cognoscant & intelligāt se homines esse: id est, naturę non incorruptibilis, sed mortalis: & humiliari discāt, eūque agnoscere, cuius post mortem necesse est, ipsos iudicio mox presentari. 22 Sed quorū piissime domine, nunc in hoc tēpore frequenter elongare videris te ipsum a seruis tuis, eōsque relinquere & cōtēnere videris, neq; clamātes exaudire? \* potissimū, quādo opportunitas maxima videtur, & necessitas exaudiēdi, vt pote dū in afflictionibus cōstituti sunt, atq; persequutionibus premūtur hominū impiorum. Sic enim subinde ad tē-

A 23 Dum superbit impius, incēditur pauper: \* comprehenditur in consiliis quibus cogitat.

24 Quonia laudatur peccator in desideriis animę suę: \* & iniquus benedicitur.

25 Exacerbauit dominum peccator: \* secundum multitudinem irę suę non quæret.

26 Nō est Deus in conspectu eius: \* inquinata sum via illius in omni tempore.

27 Auferuntur iudicia tua a facie eius: \* omnium inimicorum suorum dominabitur.

C 28 Dixit enim in corde suo, non mouebo a generatione in generationem, sine malo.

29 Cuius maledictio os plenu est, & amaritudine, & dolo: \* sub lingua eius labor & dolor.

30 Sedet in insidiis cū diuitibus: \* in occultis vt interficiat innocētes.

31 Oculi eius in pauperem respiciūt: \* insidiatur in abscondito quasi Leo in spelunca sua.

32 Insidiatur vt rapiat pauperē, \* rapere pauperem dum attrahit eum.

33 In laqueo suo humiliabit eum: \* inclinabit se, & cadet cum

pus pauperum clamorē te diffimulare quotidiana docet experiētia. 23 Ecce dum in hoc mundo florentes impii intumescunt atq; elenantur, & potestati acquirunt atq; authoritatem huius sæculi, vruntur atq; affliguntur qui pauperes sunt & abiecti in mundo, dum a potentibus opprimuntur, atq; variis modis spoliātur miseri: \* vntamē iusto tuo iudicio comprehendentur, illaqueantur, atq; irretietur quasi vinculis quibusdā damnationis suę in sceleratis cogitationibus suis atq; cōsiliis, quibus cogitauerunt de pauperū oppressione. 24 Ecce enim gloriātur peccatores in peruersis desideriis cordis sui, sēq; ipsos palpant, & sibiipsis placēt in astutis cōsiliis suis, quasi rem bene gesserint. \* insuper & adultores habēt a quibus per adulationem, laudem, gloriam & honorē accipiunt, quib; eis assentantur in cunctis peruersis quę conceperint atq; proposuerint: \* & homines impii a sui similibus prædicatur, glorificantur, & benedictionē laudis atq; adulationis accipiunt. 25 Cū exacerbauerint, irritauerint, atq; multis modis per adinventiones suas ad summā iracundiā prouocauerint dominum Deum peccatores: \* tamen propter sanitiā & magnitudinē obdurati furoris sui, obstinati & cōsummati in sua malitia, non curabunt ad placandum, neq; requirent in gratiam redire eius quem sic multifariā exacerbare non formidarunt. 26 Deū non habēt ante mentis oculos, & quasi nō sit Deus qui de rebus humanis vel curam gerat, vel iudicium habeat, ita viuūt sine freno, absq; vllō metu, libere obsequentes omnibus desideriis animę suę: \* opera atque studia eorum praua sunt, malitiāq; fordibus inquinata, in omni tempore, dum aliud nihil q̄ iniquitatem omni tēpore meditari assueuerunt. 27 Elongata sunt iudicia tua a conspectu eorū, dum mente nō attendunt ad præcepta iustitię tuę, neq; considerant ea quę sunt super impios ventura iudicia: quę si haberent ante mentis oculos, nō ita sine freno in omnē prouerent iniquitatem: \* Et quia Deum non habēt ante oculos, vidētur sibi super omnes qui eis aduersari possint gerere principatum, neminē reuerentur, neq; quenquam hominum sibi posse obistere cōfidunt propter sanitiā potestatis suę. 28 Dicunt enim in cordibus suis, Non priuabimur in sempiternū, neq; excutiemur a potestate nostra, absq; vllō malo permanuri in flore nostro. Existimāt enim in corde suo, & sibi persuadēt, quasi sempiternā se habere, & imperpetuum perdurantē potestatem suam, & sine malo fore se imperpetuū, quasi nulla eos maneat vindicta: atq; ob hanc falsam suam persuasione neque Deum metuunt, neque hominem reuerentur. 29 Os habent maledictis & amarulentia plenum ad Deum blasphemandū, proximis verò conuitiandum atque detrahendū semper parati: \* sub lingua eorū latet afflictio & dolor, dum per linguā in illa in pauperes loqui meditantur, quibus eos affligāt & crucient: hoc est, blasphemias, conuitia, impropria, aliāq; huiusmodi. 30 Ad insidias resident vnā cum ceteris sæculi potentibus, suis cōplicibus, & in malo conscii: \* vt in occultis & quasi latenter interficiāt fideles, vorētq; innoxios: quod sane nō raro faciunt, cum per sua fraudulenta cōsilia innocentes ad perditionē & mortem trahūt. 31 Oculos suos habent defixos in humiles atq; simplices: non quidē ad benigne miserendū, sed quasi raptores ad prædā ad crudeliter perdendū: \* & insidias tēdunt per occulta sua fraudulēta cōsilia ad modū leōnis in spelunca sua latētis, intenti ad rapinam. 32 Insidias ponūt ad prædā pauperum, opportunitatē & media cōmoda ad eam rem meditantes, per astutiam suam: \* ad rapiendum (inquam) pauperes, ad spoliandum, discerpendum, atq; deuorandum, cum eos adinuetionibus suis ad se attraxerunt, cœperintq; in aliquo eis præualere, ad eum modum quo leo solet vnguibus ad se attrahere innoxia animalcula, quę est voraturus. 33 In laqueo & in reti adinuetionū suarum, quas ad pauperum deceptionē adinuenērunt, & quas veluti pedicas suę laqueos tetenderunt per insidias simplicibus, ita potestati acquirserunt super eos, eisq; præualuerunt: \* & vt ex illorum potestate non facile euadant, quibus semel fraudulēter præualuerint hi impii, inclinant se, & penitus pcumbent super illos, cum cœperint dominari illorum: ad eum modū quo in lucta fieri solet, quādo is qui alium prostrauit in terram, mox sese inclinat, ac corpore toto omnibusq; viribus incumbit super prostratum, vt nequeat prostratus exurgere.

Pla. 14

Iob. 22.



*dominatus fuerit pauperum.*  
 34 *Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus: \* auerit faciem suā, ne videat in finem.*  
 35 *Exurge domine Deus, & exaltet manus tua: \* ne obliuiscaris pauperum.*  
 36 *Propter quid irritauit impius Deus: \* dixit enim in corde suo, non requireret.*  
 37 *Vides, quoniam tu laborem & dolorem consideras: \* ut tradas eos in manus tuas.*  
 38 *Tibi derelictus est pauper: \* orphano tu eris adiutor.*  
 39 *Contere brachium peccatoris & maligni: \* quaeretur peccati illius, \* non inuenietur.*  
 40 *Dominus regnabit in aeternum & in saeculum saeculi: \* peribitis gentes de terra illius.*  
 41 *Desiderium pauperum exaudiuit dominus: \* preparationem cordis eorum audiuit auris tua.*  
 42 *Iudicare pupillo & humili: \* ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.*

34 Hæc autem omnia ita licenter, ita audacter audent peruersi pauperum oppressores, eo quod sibi male persuasum habeant in cogitationibus suis, Deum non aspicere res humanas, neque pauperum suorum ullam gerere curam: \* putantque Deum a rebus humanis auertisse oculos prouidentiam suam, ut non attendat ea quae hic aguntur, quasi de eis nunquam in iudicio sit facturus mentionem, dicentes, Circa caeli cardines perambulat, neque nostra considerat. 35 Tu vero domine, tanta impiorum prauitate, & tam miseranda pauperum tuorum oppressionem veluti excitatus atque permotus, exurge & clarifica, atque nota fac dexteram omnipotentiam tuam per ostensionem iustitiae: \* & re ipsa demonstra, non esse pauperes coram te in obliuione ipsos quidem ab iniustis oppressoribus eripiendo, hos vero iusta vindicta puniendo, secundum ordinem iustitiae tuae. 36 Vt quid enim sua temeritate ausi fuerunt impie te Deum irritare atque prouocare, in suam punitionem? \* cum dicerent in cordibus suis, quod non esset Deus ex postulaturns, neque iudicium facturus de malefactorum eorum. Nam hoc ipso visi sunt tui contra se prouocare iudicium: ut sic puniti, in seipsis dicant falsam fuisse persuasionem suam. 37 Nequaquam vero ita est ut isti sibi falso persuadent, imò e contrario vides tu, & aspicias diligenter quae agunt homines: quoniam tu consideras afflictionem & dolorem quibus affligunt atque cruciantur impii innocentes: \* & consideras (inquam) ut eos, qui laborem hunc atque dolorem simplicibus inferunt, tradas ad ultionem in manus iudicariae potestatis tuae in manus potentiae atque iustitiae tuae, illis qui iniuste affliguntur de vtriusque manibus tuis per eandem iustitiam liberatis. 38 Tibi enim pauper & humilis fidelium populus ad defensionem relinquitur: \* & tu populo fidelium alium praeter te adiutorem non habenti, eris defensor. \* Et vniuersaliter, tibi quasi vnico patrono, quasi iudicii iusto relinquuntur causae pauperum, & tibi seruantur: pupillis quoque ac viduis, & iis qui humano sunt destituti auxilio atque solatio, tu te exhibes defensor, suppletis tuo Diuino auxilio, quod illis ex humano deest. 39 Confringe domine potestatem, & aufer tyrannidem impiorum atque malignorum hominum, qui nunc potestatem habent, & tyrannidem exercent super seruos suos. \* Tu vero si confringeris potestatem illorum, non poterunt perficere iniquas machinationes suas: ita ut si requiratur malitia, qua animo meditati fuerat inueniri non possit in operis impletionem, ut pote ab effectu per tuam Diuinam potentiam praepedita. 40 Dominus autem Deus noster in sua maiestate atque potestate stabilis, regnum tenebit sempiternum, cuius potestas atque imperium nunquam deficiet: \* eliminabuntur omnes idololatriae, caeterisque vitiiis dedita nationes, neque habitabunt in hereditate eius in terra viventium: hoc est, neque in numero fidelium eius, neque in ciuitate superna. Nihil enim coinquinatum introibit in illam. 41 Erga vero pauperes & vere humiles atque mansuetos tanta est eius clementia, ut non solum clamoris vocem, sed ipsa quoque eorum desideria ocyus exaudiat: \* imò priusquam plene expresserint suum desiderium, ubi primum parare coeperint corda sua ad desiderandum atque postulandum, iam nunc adest benignitas Diuinæ exauditionis. Tanta est Dei erga suos pauperes ad exaudiendum praerogatio atque facilitas. 42 Exaudiuit (inquam) Dominus orationem & desideria pauperum, ad faciendum iudicium pro pupillis atque humilibus, qui humano sunt destituti patrocinio, aut certe illi nequaquam fidunt: \* Ob hoc vero Dominus se pauperum sic exhibet iudicem, ut nemo hominum qui super terram & ex terra sunt, viles & humiles, & ignobiles ex sua origine, quantumuis diuitiis potentes, aut potestate praecellentes, ultra se audeat extollere amplius quam oportet, pauperes opprimendo, aut humiles pro suo libito tractando: sed attendant omnes, & reuerentur iustum Dei (quod sine personarum acceptione veniet) iudicium, & vel eius timore a pauperum oppressionibus atque iniustis vexationibus desistant.

ANNOTATIONES IN PSALMVM NONVM.

Versu tertio, In conuertendo inimicum meum retrorsum. More Graeco dicitur, In conuertendo inimicum meum: quod secundum Latinam phrasim apertius diceret, iuxta sententiam in Elucidatione propositam, Quoniam conuersus est retrorsum. Quamquam potest & secundum temporalem significationem exponi, ad hunc modum: Cum conuerteretur, vel cum conuersus fuerit inimicus meus retrorsum. Atque ita clarius vertit ex Hebraeo Hieronymus, Cum ceciderint inimici mei retrorsum.

A Graeca enim lectio ἐν τῷ ἀποστραφῆναι ἐμὸν ἐχθρὸν μου, hoc est, (ad verbum reddendo) in conuerti inimicum meum retrorsum, vtrunque sensum recte admittit. Possunt enim huiusmodi loquutiones secundum commoditatem sententiae exponi vel temporaliter, vel causaliter, vel etiam conditionaliter. Retrorsum autem conuerti, notum est significare deiectionem, humiliationem, expulsionem, aut effugationem, forsque eiectionem: quemadmodum iam gratia Dei principi contigit tenebrarum. Infirmas Iob. 41. buntur autem & peribunt, manifestum est ad potestatem referri, non ad substantiam. Neque enim secundum naturam impotens factus est diabolus, neque perit, neque aliquando est periturus: sed potestatis imminutio, & prolapsus a potestate & tyrannide priore, qua ante Christi aduentum mundo dominabatur, ipsius infirmatio (ut ita loquar) atque perditio sunt. Vnde pro infirmabuntur, beatus Hieronymus ac caeteri ex Hebraeo interpretes vertunt, corrueunt. ¶ Versu quarto, Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam. Improprie dictum videtur, Fecisti causam, pro iudicasti causam, siue absoluisi causam meam. Non dicimus enim secundum proprietatem Latini sermonis facere causam, pro iudicare. Nisi forte causam quis hic accipiat pro vindicta, ut facere causam meam, accipiat, pro facere vindictam meam, siue pro me. Graeca enim dictio δίκη (quae hoc loco ponitur) ambigua est, & vtrunque significat, nempe & causam & vindictam. Prior tamen sententia apparet melior: tamen si eloquutio sermonis videatur minus propria. Secundum autem partem versus. Sedisti super thronum qui iudicas iustitiam, exponit Elucidatio secundum consuetudinem humanam, quemadmodum & illud quod supra praecessit Psalmo 7, In altum regredere, fere secundum eandem sententiam exposuimus. Alii vero thronum istum vel sedem, animas sanctorum exponunt: iuxta illud, Anima iusti, sedes est sapientiae. Alii totam Ecclesiam siue militantem siue triumphantem. Vtraque enim sedes Dei est: & super vtraque residet gloriosus dominus. Priori tamen sententiae magis fauere videtur, quod de iudicio sit mentio: quam etiam solam ut magis proposito accommodam, sequitur Elucidatio. Vnde beatus Hieronymus ex Hebraeo vertit, Sedisti super solium iudex iustitiae. Non solum autem dicere sic Deum in animabus sanctorum residere, ut iudicem in solio. Quantum vero ad illud, iudicare iustitiam, aduertendum est, quod secundum scripturarum consuetudinem dicitur iudicare iustitiam, pro iudicare iuste, aut in iustitia, aut secundum iustitiam. Secundum quem modum loquendi, aut in scripturis inuenitur facere iustitiam aut bonitatem, pro facere iuste aut bene, ut illic, Spera in domino, & fac bonitatem. Et rursum, Bonitatem fecisti: pro bene age, aut fecisti bene: siue bona age, aut bona fecisti. Ita facere iniquitatem & impietatem passim inueniuntur posita, loco facere inique & impie. ¶ Versu quinto, Increpasti gentes, & perit impius. Quod hic impius dicitur ad increpationem domini perisse, de bona perditione intelligimus: secundum quod alio in loco dicitur, Verte impios, & non erunt, hoc est, ad iustitiam eos conuertere, & non ultra erunt impii, quod fuerant, aut sunt. Tunc enim perit impius, quando (iuxta Eliae consilium) derelinquit viam pristinam, & iniquas cogitationes suas. Et secundum idem intelligitur, quod de nomine eorum dicitur delendo in saeculum. Cui etiam consonat, quod in Psalmo 15 subiungitur: Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Nominum scilicet veterum non erit Deus memor, quae hic ad eundem sensum dicuntur delata in saeculum. Quomodo autem nomina delata sint per Christi aduentum, nec ultra memoretur ea per labia sua, ipse per Prophetam Osee declarat, dicens: Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non misericordiam consequutam, misericordiam consequutam. Et erit in loco ubi dictum est eis, Non filii mei vos, Ibi vocabuntur filii Dei viui. Hinc Petrus Apostolus, fideles in Christum credentes honorificentissimis titulis appellat, dicens: Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Et per Prophetam praedictum erat, quod nouo nomine suos esset nuncupaturus dominus Deus noster. Possent quoque & alia ex diuersis scripturarum locis ad eandem rem afferri testimonia: sed breuitati consulentes, ea praetermittimus. Quantum tamen ad priorem partem de perditione impii, alii eam referunt ad diabolum, qui Christi praedicatione perditus est & condemnatus: nomen autem deletionem nobiscum praedicto modo intelligunt, vel etiam de diabolo, cuius nomen post Christi aduentum illic iam abominabile est, ubi ante adorari & venerari solebat. ¶ Versu sexto, Inimici defecerunt framae in finem. In finem, dicitur referri potest ad finem temporis: secundum quam acceptionem, priori loco in Elucidatione pars ista exponitur: vel ut aeternitatem significet, quomodo alias frequenter solet accipi: atque hanc sententiam secundo loco explicat Elucidatio, eaque magis Hebraeae lectioni respondet. Ciuitates autem impiorum, dicit Synagoga Satanae, congregationes idololatrarum, & conciliabula impiorum, quae propter vnitatem & participationem in malo ciuitates dicuntur diaboli, quomodo congregatio-nes sanctorum, & Ecclesiae fidelium dicuntur ciuitates Dei. Et quomodo considerantes totam iustorum vniuersitatem, vnam dicimus Dei ciuitatem: considerantes vero congregationes plures, in locis diuersis concorditer Deo famulantes, Ecclesias particulares dicimus ciuitates, numero plurali: sic malorum conciliabula, licet in vna malitia conueniant, sicque vna sint ciuitas, dicimus tamen etiam plurali numero diaboli ciuitates. Aut per ciuitates intelligantur praesantissimi quique huius saeculi (cuiusmodi erant principes atque potentes, similiter & sapientes saeculi) quos velut profuis munitioibus & ciuitatibus habebant demones. Nam & horum non pauci, per Christi aduentum & Apostolicam praedicationem, ab illo deficientes, Christum in se se receperunt. ¶ Versu octauo, Parauit in iudicio thronum suum. Quomodo supra diximus versu quarto, per fidem Dei quosdam intelligere Ecclesiam: ita & hoc loco intelligunt, dicentes, quod in iustitia sua fundauerit atque stabilierit Dominus Ecclesiam. Alii per thronum intelligunt quidem iudicariam potestatem: sed hoc in iudicio dicunt paratum, quod per humilitatem qua se passus est a Pilato iudicari, sicque mortem

Psal. 7.

Prou. 12.

Esaie 55.

Psal. 15.

Osee. 2.

Rom. 9.

1. Pet. 2.

Esaie. 62.

interfici, peruenit meruitque exaltari ad gloriā iudicariī solii, vt iudicium intelligas passiuē, E quo ipse iudicatus est, sicq; intelligat parasse sibi thronū in iudicio, quia iniuste iudicatus & passus, ad thronū istum meruit a patre exaltari. Nos tamen in Elucidatione aliter sumus interpretati, iudiciū scilicet accipiētes (vt frequēter solet vsurpari) pro aequitate siue reuitudine iustitiā: sicq; dicimus ob hoc parasse Deum in iudicio thronum suum, quoniam in iustitia ipsum cōstabiluit, firmissimo scilicet decreto & immutabili proposito constituens sibi iustitię reuitudinem, secundum quam omnes est iudicaturus, vnicuiq; reddendo secundum opera sua. Quemadmodum ex aduerso de iudicibus impiis dicere iure possumus, q̄ throni eorū in curuitate & iniustitia parati sunt, quoniam iniustitiam non iudicant. Secundum hanc autē nostram expositionē, particula ista prima, per duas sequentes exponitur: quē admodum frequenter in scripturis fieri solet. Nam parasse Christiū thronum suum in iudicio, non aliud est, q̄ iudicaturum esse orbem terrarum in aequitate, & populos in iustitia. Valde autem nouum est illud, quod iam parasse dicitur sedem suā Deus, cum adhuc procul videatur ab esse iudicium. Significatur autē hoc modo loquendi, Christum item accepisse, iamq; habere iudicariā potestatem, tamen nondum aduenerit tempus generalis executionis. Iam enim constitutus est iudex viuorum & mortuorū, & sedet ad dexterā patris, veluti tempus expectans iudicii, paratus ad iudicandum, & (quo modo Apostolus ait) de cetero expectans, vt iudicentur omnia sub pedibus eius. Et licet nondū videatur super hanc sedē iudicariā residens, illud tamen est attendendum, sedem esse paratam, & paratum esse iudicem, tantū expectatur definitum iudicii tempus, vt in sede sua iudex appareat. Et secundū hoc intelligi potest illud Eliaę, Dominus stat ad iudicandum populos. Modo enim quasi stat paratus. Cum autem venerit, tunc (vt ipsemet testatur in Euangelio) sedebit in sede maiestatis suę. Potest quoq; illud, in iudicio, accipi, vt valeat in iudicium, siue ad iudicandum. Iam enim sedes ad iudicandum parata est. Cui sententię consonat Hieronymi versio ex Hebræo, quę sic habet, Stabiluit ad iudicandum solium suum. ¶ Versu decimo, Et sperent in te qui nouerunt te domine. Merito sperent in te Domine, qui te nouerunt. Qui enim te nesciunt, vel nolentes, vel non audentes in te sperare, certissimo constat, illos non cognouisse nomen tuum, id est, nō te talem cognoscere, qualis teuera exiisti, & qualis in scripturis sacris esse doceris, si enim te scirent, si te vere cognoscerēt, fide te vt eportet in bonitate sentirent: si tuam misericordiā, tuam benignitatē, tuam longanimitatem crederent, vtique securissime simul & libentissime toto corde in te confiderent. Hinc audimus illos qui te nouerunt, de te fidentissime loqui. Cognoui te, qui exaltans in fortitudine vocem suā, ad vniuersos exclamabat, Accedite ad Dominū, & illuminamini, & facies vestre non confundentur. Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. Et alibi, sperate in eo omnis congregatio populū, & effundite corā illo corda vestra. Ac rursum, laeta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet, & non dabit in aternū situatū iusto. Subditus esto Domino, & ora eum, & ipse faciet. Cognouit te ille quem Petrus esse fecisti, & nominari voluisti, caput fidelium tuorum: & ideo ad vniuersos quos ei cōmisiisti, sollicita exhortatione, pastoris voce clamat, dicens: Humiliamini sub potenti manu Dei, omnē vestram sollicitudinē proiicientes in eum: quoniam ipsi cura est de vobis. Huiusmodi sententiis plena sunt vniuersa illorum scripta qui te cognouerunt: atq; ob hoc, in te sperare nō ipsi soli fidenter audent, verum ad idem vniuersos etiam inuitare cōtendunt. Denique & ex tua voce audimus, Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Qui autem dicunt tibi, Recede a nobis, non est salus in Domino, ceci sunt, & ignorant te o lumen beatissimum, nomēque sanctum tuū non est manifestatum oculis eorum. ¶ Versu vndecimo, Annunciate inter gentes studia eius. In Psalterio Roma. mirabilia pro studiis inuenimus, sic enim habet, Annunciate inter gentes studia eius. Græce autem est ἐπινοήματα, quod non mirabilia significat proprie, sed excogitationes, vel adinventiones, id est, exquisita consilia, quę solemus adinventiones nuncupare. Neq; omnino male hic dicuntur studia. Studiū enim animi in tanta vehemēsiq; applicatio est, qualem solent adhibere homines cum insolita & magna consilia excogitant, aut perficere querunt. Beatus Hieronymus vertit cogitationes pro studiis: quod nostrę lectioni satis accedit. Quidam vertunt opera, nonnulli dispensationes. Harum autem lectionum vix vlla est in sensu diuersitas. Hoc enim sunt Dei adinventiones, quod studia atq; dispensationes: & hoc studia siue adinventiones, quod mirabilia opera. ¶ Versu duodecimo, Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est. Pronomen eorum, in medio positum, nō facile apparet, an à nomine sanguinē regi debeat, an à verbo recordatus est, an videlicet sententiā sit, Deus requirens sanguinē, recordatus est, requirens sanguinē eorum. Mihi videtur congruentius, vt, quanquā semel tantum positū, ad vtrunq; tamen referatur, & tanquam bis positum repetatur secundum sententiā, sitque sensus, Deus recordatus est eorum (scilicet pauperum) requirendo sanguinē eorum, id est, vindictam exposcendo de illis, qui innocentē sanguinem eorum crudeliter effuderunt: sub quo etiam alia quęlibet tribulationes intelliguntur, quę bonis à malis infliguntur. Neque enim pro illis solis faciet iudicium, qui sanguinē suum pro eo effuderunt, sed quicumque vllā pro eius nomine, vel pro innocentia persequutionē aut tribulationem sustinerunt. Obliuisceretur autem Deus sanguinē pauperum, si non aliquando vindictam exposceret, & vltionem faceret de illorum oppressoribus. ¶ Versu 13, Vide humilitatē meam de inimicis meis. Clarior & aptior videretur esse oratio, si loco prepositionis d, poneretur ex, vel ab, hoc modo, Vide humilitatē meā ab, vel ex, inimicis meis, id est, afflictionem, quam ex illis, vel ab illis sustineo. Et ad hanc sententiā accipere oportet vulgatam lectionem nostram. Græce enim habetur, ἐν τῶν ἐχθρῶν, id est, ex inimicis: quomodo etiā ex

A Hebræo venit Hieronymus. ¶ Versu 14, Qui exaltas me de portis mortis. Nota modum scripturarum, quo dicitur esse in portis mortis, qui est in maximis periculis, & quasi morti proximus. Quem admodum is qui grauissimis tentationibus sollicitatur ad malū, ita vt penē cōsentiāt, & se in peccatum mittat, dicitur vsq; ad portas mortis atq; etiam inferni deuenisse. Cuiusmodi erat ille, qui dicebat, Et vita mea inferno appropinquauit. Et iterū, Nisi quia dominus adiuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Similiter & qui in periculis agit mortis corporalis, quę vix sperat posse euadere, si saluetur, de portis vel faucibus mortis dicitur erutus: quoniam quasi mortuus deputatus fuit, & liberatus quasi rediit ad vitā. Vtrunq; enim est principiu & ingressus, nempe & porta & fauces. Et nota pulchrā partium positarum respondētiam, cum dicitur, Qui exaltas me de portis mortis, vt annuncie omnes laudationes tuas in portis filie Sion. De illis me liberasti, vt in his me cōstitueres ad laudes tibi decantandas. Posset & simpliciter intelligi exaltatio ista a portis mortis, salutatio & liberatio ab ingressu mortis & inferni: vt sit sensus, Liberasti me, ne ingrederer in mortem, eo q̄ per portas sit ingressus: quemadmodū e contrario, ad portas vitę exaltantur fideles, quoniam ingressus eis conceditur & aperitur ad vitam. ¶ Versu eodē, Vt annuncie omnes laudationes tuas in portis filie Sion. Quę in porta fiunt, in publico fiunt, quemadmodū antiquitū iudicia in portis fieri solebant. Et secundum hoc dicitur, Vt annuncie omnes laudationes tuas in portis filie Sion. Filiam autem Sion vocat Ecclesiam. Nam per Sion Ecclesiam significari suprascriptum est in annotationibus psalmi secundi. Filia autē dicitur indubie altissimi patris celestis: quē admodum & in alio psalmo dicitur Audi filia, & vide. Item apud Prophetam alium, Dicitur filia Sion. Atque ita plerumque solet filia Sion significare Ecclesiam & populum vere credentium, cū in bonam partem accipitur. Cum verō in numero plurali ponitur, vel ipsas particulares Ecclesias significat, vel singula Ecclesie membra. Vt cum dicitur, Viderunt eam filie Sion, & beatissimam predicauerunt eam. Item, Filie Sion exultent in rege suo, id est, particulares Ecclesie vniuersę matris Sion filie, vel anime fideles & deuote, quę omnes sunt Sion filie. Confirmat autē expositionē suprascriptam Chal. Para. habens in hunc modū, Narrabo omnibus miracula tua in ingressibus portarum Ecclesie Sion. ¶ Versu 15, Infixę sunt gentes in interitu quem fecerunt: Impii infiguntur in interitu quem fecerunt, quoniam mortem quam aliis parauerant, ipsi perferunt: & pro malis quę contra proximos meditati sunt, recipiunt damnationem, quasi in malo infixi quod aliis parauerunt. Atq; hunc sensum explanat Elucidatio. Posset tamen intelligi, secundū hoc quod per sapientē dicitur, Deus mortem non fecit, nec letatur in perditione viuorum. Impii autem manibus & verbis accersierunt illam. Mortis enim qua damnatur, ipsi sibi sunt authores. Priori tamen sententię magis fauet, quod Hebræice fouea pro interitu habetur, quemadmodū vertit Felix. Propter quod videtur eadem esse sententiā, quę suprascripta est Psalmo septimo, Incidit in foueam quā fecit. Cui etiam consentit, quod in presentis loco statim subditur, In laqueo isto quem absconderunt, cōprehensus est pes eorum. Idem enim videtur demergi in foueam quam fecit impius, & in rete comprehendit quod absconderat. ¶ Versu vigesimo primo, Constitue domine legislatorē super eos. Legislatorem istum aliqui intelligunt Antichristum: quem secundum iustitiā diuinę ordinationē, vel optat vel prædict mittendū in incredulis, & peruersis gentibus, vt per eum seducti, & in damnationem cum illo inducti, experiantur in die vltionis se infirmos & mortales homines fuisse, ac proinde vane Deo sese ex aduerso apposuisse. Erit autē hic pessima legis contra Deum lator, præcipiēs se adorari & coli tanquam verum Deum, legislator malus contra legiferū nostrum bonum, & Propheta mendaciū aduersus nostrum iustitię doctorem: nimirum aduersus Christum, Antichristus. Nos hanc expositionē sicut omnino nō refellimus, ita tenuiter valde approbamus: q̄ legislator proprie hoc in loco significare videatur doctorem & præceptorem, quę sanē Antichristo puto nō nisi admodum improprie posse attribui. Christo verō domino à Prophetis apertissime ascribuntur, quemadmodum Eliaę 33, Dominus legifer noster, &c. Et Iacobi 4, Vnus est legislator & iudex, qui potest perdere & liberare. De doctore autem iustitię, dicitur Ioelis 2, Latamini gentes in domino iudicem tuum. ¶ Versu eodem, Sciant gentes quoniam homines sunt. Sciendum est Hebræice haberi vocabulum enos, quod hominē quidem significat, sed (vt Felix ait) vilem & miserum, laboribūq; & miseris subiectū: propter quod cōmodior videtur intelligentia, quę in Elucidatione posita est, vilitatem hominis exprimens & humilitatē. Alioqui potuisset æque ad dignitatem cōditionis humane accomodari intelligentia, hoc modo, Sciant & cognoscant rationes creaturas esse se, non equos & mulos, nō irracionales beluas: vt vel hac consideratione naturę dignitatis sue, erubescant cœdissimę idololatricę, atq; vitiiis aliis sese indigne subdere. ¶ Versu 23, Dum superbit impius, incenditur pauper. Incendi siue ardere (vt vertit Hieronymus) accipit pro affligi, cruciari, siue persequutionem pati. Atq; ita habet Felicis versio, In superbia impii, persequutionē patietur pauper. Neq; verō omnino nouum aut inauditum videbitur, si incēdi aut vri ponatur pro persequutionē pati. Siquidē inuenitur nonnunquā in scripturis per ignem tribulatio significari. Veluti Psal. 16, Ignem me examina sti, & nō est inuenta in me iniquitas. Sapiens quoq; igni comparat tribulationē, Sapiens. 3 dicens: Tanquā aurum in fornace probauit electos suos Deus. Neq; semel de fornace ferrea Aegypti, liberati dicunt in scripturis filii Israël: pro eo quod est, de grauissima & crudelissima illa persequutione atq; afflictione, quam sustinerunt in Aegypto. Nouissime occurrit & illud Apostoli, Quis scandalizatur, & ego non vror: Quo in loco (iuxta consonam doctorum interpretationem) vri positum est pro affligi, & cordis dolore sustinere. Ceterum, in secunda parte cōprehendun-

Psa 1. 87  
Psal. 93.

Psal. 44.

Zach. 9.

Canti. 6.

Psal. 49.

Sapient. 1.

Eliaę. 33.

Ioel. 2.

Eliaę. 30.

Psal. 16.

Sapient. 3.

Deut. 4.

2. Cor. 11.



tur, dictum est pro comprehendatur vel comprehendatur. In consiliis autem quibus cogitant, clarior esset, si diceretur, in consiliis quae cogitant, quae admodum habet Psalterium Romanum, in cogitationibus, quas cogitant. In his tamen usum Graeci sermonis seruarunt interpretes. ¶ Versu 27, Omnium inimicorum suorum dominabitur. Omnium inimicorum suorum dicuntur dominari impii, iuxta modum in Elucidatione expositum: quoniam omnibus se superiores potiores ac fortiores putant, neque metuunt quenquam. Sic enim vulgo dicere solemus, eos qui superiores euaserunt, & extra metum sunt, iam dominari illorum quibus facti sunt (vel causa, vel potentia, vel sapientia) superiores. Atque hunc sensum manifeste indicat versio beati Hieronymi, quae habet, Omnes inimicos suos despiciat. Felix in eandem sententiam legit, Omnes inimicos suos statu prosterneat, aut velut flatum venti iudicabit: id est, pro nihilo pendet, tanquam nemo illi quicquam valeat nocere eorum quos ipse affligit. Venti etiam potest, in omnes hostes suos sufflabit, quod eandem sonat intelligentiam. In signum enim vilipensionis flare solemus in illos quos indicamus nos contemnere. ¶ Versu 28, Non mouebo a generatione in generationem, sine malo. In fine versus cum legis, sine malo, memento, ut diuisim id legas a praecedentibus: verbis quoque substantiuo intellectu, perficias sententiam, hoc modo, Non mouebo a generatione in generationem, ab hac videlicet potestate mea: absque malo ero, vel sine malo peristam: hoc est, non veniet mihi malum aut nocumentum. Putant enim impii, perpetuam sibi fore suam felicitatem, cum brevis nimium sit, & vix amplius quam momentanea. Atque ad hunc modum legit beatus Hieronymus, Ero sine malo. In Hebraeo autem est, aser lobe ras: quod ad verbum sonat, qui non in malo suppleto ero, id est (iuxta Hieronymi versionem) qui sine malo ero: vel qui non in malum, suppleto veniam: hoc est, cui malum non contingit. Nonnulli autem hanc particulam tentant coniungere cum praecedentibus, & sensum nihilominus congruum innere: quod nobis sane nec facile nec conueniens videtur. ¶ Versu 29, Sub lingua eius labor & dolor. Sicut homines ex corde pleno immunditia semper faciles atque assuetos ad sermones impudicos proferendos, dicimus in ore semper habere eiusmodi, vel sub lingua, iuxta communem loquendi consuetudinem: ita hoc in loco dicitur, sub lingua impii esse laborem & dolorem, & os eius amaritudine & maledictione plenum: quoniam illa semper meditantur, quomodo scilicet laborem pauperibus inferat, atque aduersus ipsos perficiant iniquitatem, quomodo scilicet illos persequantur, crucient, & opprimant. De abundantia enim cordis loquuntur per os suum. ¶ Versu 30, Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis. Vulgo iungere solent particulam, in occultis, cum praecedentibus, hoc modo distinguentes: Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis, ac deinde, ut interficiat innocentem: quomodo & B. Augustinus distinguit, & beatus Hieronymus ex Hebraeo vertit, eandemque distinctionem habent exemplaria Graeca. ¶ Versu 32, Rapere pauperem dum attrahit eum. attractio ista de qua hic dicitur, accipi potest per blandimenta: maxime si ad spirituales occisionem & seductionem referat intelligentia. Attrahunt enim tam demones quam alii peruersi, & alliciuunt quibusdam blandimentis, & ostentatione boni secundum speciem, animos simplicium: ac deinde in mortem rapiunt allectas & insecatas animas. Sic Antichristus alliciet attrahetque: ad sese plurimos: partim quidem rerum temporalium abundantia, partim apparenti sapientia, partim signorum falsorum euidencia. Attractos vero rapiet & morte aeterna interficiet. Sic & nunc haeretici, demonum ministri, & praecursores Antichristi faciunt iis quos decipiunt. Atque ita consequenter in sequenti versu, per laqueum intelligitur ista illaqueatio in errorem & perditionem. ¶ Versu 36, Propter quid irruit impius deum? Huius versus cum praecedentibus talis est combinatio, Exurge domine, & vindictam faciens contra peruersos, magnifica dexteram tuam in pauperum defensione: Quis enim ausi sunt impii te irritare, dicentes in cordibus suis, quasi tu non esses poenas sumpturus de oppressione pauperum. Quasi dicat, Iuste quidem exurges contra illos, & elenabis manum tuam: quoniam te irritauerunt, dicentes: quod non esset tibi cura tuorum pauperum: videlicet ut aperte cognoscat, quantum aberrauerint hoc existimantes. Quasi autem provocatur, irritatur, & excitatur ad vindictam Deus, cum dicitur non requisiturus sanguinem pauperum. In hoc enim eius suavissima bonitati nimium derogatur. ¶ Versu 37, Vides quoniam tu labor & dolorem consideras. Secundum intelligentiam in Elucidatione expositam, post vides subsequi debet distinctio, & legendum est cum firma assertione, quasi in contrarium eius quod existimant impii. Illi enim dicunt, Non videt dominus, non requirit malefacta nostra. Hic vero contra loquitur, Imo vides tu domine, & attendis omnem eorum malitiam: quoniam tu consideras laborem & afflictionem quam inferunt pauperibus tuis: unde fiet, ut perueniant aliquando in vltimas manus vindictae tuae, in quas (ut Paulus ait) horrendum est incidere. Potest & altera dari huius versus intelligentia talis, Tu nunc vides & attendis, ut tradas illos in manus tuas: id est, quomodo illos in iudicium adducas, & vltionem in eos perficias, ubi te pus vltionis aduenerit: quoniam tu consideras nunc laborem & dolorem, quem pauperibus inferunt. Iuxta utranque autem sententiam videtur illud, quoniam tu labor & dolorem consideras, quasi per modum parenthesis esse interiectum. Deum autem tradere impios in manus suas, non aliud est, quam illos in iudicium adducere, & suo tribunali exhibere iudicandos. ¶ Versu 38, Tibi derelictus est pauper. Nota in Elucidatione duplicem indicatam intelligentiam: priorem de toto humano genere, siue specialiter de populo fidelium: qui, quoniam (iuxta domini in Psalmo praecipuum) oblitus est populum suum & domum patris sui, & (iuxta Abrahamae patris sui exemplum) vocante domino, exiit de terra sua, & cognatione sua, recte iam quasi orphanus dicitur, id est, alium non habens patrem praeter Deum. Altera vero nota, de iis qui secundum saeculum in hoc mundo temporaliter sunt pau-

Hebr. 10

Psal. 44

Gene. 22.

Psal. 26.

A peres, orphani, & pupilli. Solent enim isti ab hominibus derelinqui, ac pinde a Deo assumi. Quae admodum dicebat derelictus a cognatione sua David, Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Psal. 26. Dominus autem assumpsit me. Hinc nonnulli tradunt in alio Psalmo dictum specialiter de pullis coruorum Deum inuocantibus, quos ipse pascit, Qui dat iumentis (inquit de Deo Psalmista) escam ipsum forum, & coruorum inuocantibus eum. Aiunt enim, quibus hac in re fides debetur, naturalium rerum descriptores, pullos coruorum plumis primum esse a parentibus dissimiles, id est, non nigros: propter quod a parentibus relinquuntur, desunturque: cura passus, quasi degeneres, donec plumis nigrescentibus illos agnoscant vt germanam sobolem. Interea vero donec sic relinquuntur, rore caeli pascit illos Deus. Atque ita sanè, quibus paratum deest auxiliu, copiosius adest diuinu. Quod si requiras, quae pauperes & orphani dicantur derelicti Deo? Respondemus, ita hoc esse accipiendum, quomodo de B. Martino scribit Sulpitius, quod pauperem illum, quem omnes a uerbis oculis despexerant, sibi intellexit seruatum & sibi derelictum: vt videlicet ipse quod omnes neglexerant, adimpleret. Non aliter pauperes & orphani derelinquuntur Deo, vt ipse eis sit adiutor. Quoniam enim ab omnibus praeteruntur & negliguntur pauperes, vixque inueniatur inter homines qui pauperum pupillorum, viduarum, atque huiusmodi velit causam tueri, aut pro illis vel loqui vel agere, eo quod non habent quid retribuatur, aut quae donent avaris munera: fit, vt horum iudicium cura atque defensio Deo (qui personarum acceptor non est, neque munera spectat, aut vllam retributionem, quandoquidem bonorum nostrorum non indiget) relinquatur, & velut deuoluto (quod dicere solent) iure ad ipsum recidat, qui illic maxime suum solet praestare auxilium, ubi deest humanu, quique ea quae apud homines sunt abominatio solet magnificare: quemadmodum e contrario abominatio sunt apud illum, quae alta sunt hominibus. Illud tamen videndum, vt vere pupilli sint & vere orphani, qui diuina exposcunt protectionem & curam. Sunt enim nonnulli orphani temporaliter & rebus pauperes, qui tamen spiritu minime orphani sunt & pauperes: qui patres sibi alios quaerunt super terram, in quibus confidunt, & spem constituunt, filios scilicet hominum, in quibus non est salus. Hi nimirum orphani & pauperes illi non sunt, de quibus Psalmista nunc loquitur. Vnde & Paulus loquens de viduis ab Ecclesia sustentandis, ait, Vidua autem quae vere vidua est & desolata, speret in Deum, & in se obsecrationibus die ac nocte. Dum, inquit, quae vere vidua est & desolata, indicat, quid sit esse vere vidua: nimirum ab omni humana spe derelictam, & non nisi in domino spem habentem. Et qui sic vere pauperes sunt & vere orphani, diuinu sentient adiutoriu, iudicabitque pro illis dominus. Vnde & alio in loco pater orphanorum, & iudex viduarum, dicitur. Quamquam autem nunc in hoc tempore frequenter Deus dissimulat, sinitque pupillos viduas & pauperes a potentioribus opprimi: veniet tamen retributionis tempus, quando aperte patebit, magnam curam fuisse Deo pro suis pauperibus: quando pro illis bonu faciet ac manifestum iudicium, quod nonnunquam ad declarationem providentiae & bonitatis suae etiam facit in hoc tempore: quemadmodum exemplum manifestum & clarissimum habemus in paupere David, quantum ad potentem Saulem: nec desunt ad idem quotidiana exempla, quae cernimus ante oculos. ¶ Versu 39, Contere brachiu peccatoris & maligni. Non potest impiorum brachiu, nisi quantum permittit Deus. Ceterum, ubi voluerit eorum brachiu confringere, eorum potentia obistere, & eorum malignos cogitatus atque consilia dissipare, non inuenietur peccatum quod proposuerant, quod animo conceperant, non inuenietur impletum. Quemadmodum (exempli gratia) infideles imperatores cogitauerunt Christianos delere penitus, & Christi nomen auferre. Hanc vero iniquitatem si quis requirat, nequaquam perfectam inueniet: quoniam diuina potentia malignorum brachia contrita fuerunt, atque a proposita malitia sic prohibita. Sic Aman illius concepta contra innocentes Iudaeos malitia, nequaquam perfecta inuenitur, sed contritione brachii eius a domino impedita. Similiter & de prauitate Saul erga innocentem David est manifestum. Sic & in persecutione Antichristi, donec permittet dominus, forte erit brachium eius & validum nimis: non solum in potentia armorum, verum etiam in potestate signorum atque prodigiorum. At vero, ubi domino placebit propter electos brachiu illius conterere, & dies potentiae siue tyrannidis eius abbreviare, irritus inuenietur omnis conatus illius. Neque inuenietur perfecta iniquitas, quam meditatus fuerat, de nominis scilicet Christiani deletionem, & sui nominis super omnia glorificationem. ¶ Versu penultimo, Desyderium pauperum exaudiuit dominus. Obiciat forsitan aliquis: Si tanta est Dei ad exaudiendum suos promptitudo, ut etiam preparationem cordis eorum statim exaudiat: quid ergo in Euangelio monemur semper orare, & non deficere: quid sibi vult, quod de importunitate postulantis dicitur, tam in parabola de indice iniquitatis, quam in altera illa de amico petente sibi commo dari tres panes in nocte? Rursum si tanta est promptitudo & facilitas diuinae exauditionis, quid ergo plerumque in longum differt Deus impletionem eius quod postulat? Verum est aduertendum quod dominus, tamen ab initio ex quo se praeparant pauperes vt clamant, attentas habeat aures, & auditum accommodat ad preces eorum: non tamen statim semper primo momento prebet quod postulant, sed differt nonnunquam in longum tempus, quoniam ita expedire nouit illorum exercitationi atque profectui, vel vt ex clamore continuato ac perseveranti augmentet in illis & crescere faciat munera sua gratia: Nihil enim pauperi salubrius, quam vt clamet ad dominum: multoque hoc illi vtilius est sic clamare, quam statim quod postulat accipere. Denique, statim etiam adest oranti pauperi & iam cor praeparanti: quoniam in praeparatione sua illum adiuvat, & vt perseveranter dignaque vt oportet postulare faciat, efficit. Possit tamen praesens locus & aliter intelligi, hoc modo, Eos qui corde praeparato ad dominum orauerint, qui praeparant corda sua (iuxta sapientis verbum) vt diligere & munde orent dominum, hos exaudiet auris Dei. Atque ita praeparationem cordis pau-

Rom. 2.

Psal. 15

Luca. 16.

Psal. 145

1. Tim. 5.

Psal. 67.

Matt. 24

Luca. 18.

Ibidem.

Luca. 11.

Eccl. 2.




rum dicitur Deus audire, quoniam eos qui cor suum præparant vt digni orent, exaudiuit. Qui autē E  
impreparato corde solis labiis clamat, exauditionē non promeretur. Vnde apud Sapientē dicitur,  
Eccle. 18. Ante orationē præpara animam tuam: & noli esse quasi homo qui tentat Deum. Et iterum, Qui ti-  
Eccle. 1. ment dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. ¶ Versu  
ultimo, Vt non apponat vltra magnificare se homo super terram. In Hebræo idem hic vocabulū  
ponitur enos, quod supra versu 21, Sciunt gentes quoniā homines sunt. Significat autē (vt dixi-  
mus) hominē vilem & abiectum: quod recte quadrat proposito: quoniā de superbia repressio fit  
mentio, quæ certe nō melius, q̄ consideratione propriæ vilitatis acquiritur. Atq; ad eandē senten-  
tiam accipi etiam posset quod additur super terram: quod B. Hieronymus vertit, ex terra, ad hunc  
sensum, Vt nō apponat homo vilis & contemptus ex terra, scilicet factus, vel qui de terra est, vel qui  
super terrā & terrenus est, vltra se magnificare. Quam sententiā clarius exprimit versio Hieron. in  
hunc habens modum: Vt nequaquā vltra superbiat homo de terra. Quod enim in Hebræo habet,  
min haaretz, significat ex vel de terra. Hic autē conformius est, vt dicitio super terrā in nostra vul-  
gata lectioe iungatur cum homine, dicendo: Vt homo super terrā non apponat vltra se magnifi-  
care, q̄ cum verbo magnificare, dicendo: Vt homo nō apponat se vltra super terram magnificare.

DECIMI PSALMI ARGVMENTVM. F

**P**salms hic viro iusto competit, a se malignorum dæmonum atq; peruerforum noxias suggestiones (qui-  
bus ipsum a Deo, in quo spem fixit, querunt abstrahere) reiciendi, & nequaquam consensum præbere  
volenti: tentatorum insidias per similitudinem sagittantium demonstrans, eorumque peruersum studiū,  
quo ad demolienda & infringenda quæ a Deo in fidelibus bona stabilita sunt, sedulo conantur: proponens dein-  
de prouidam curam Dei erga res humanas, qui licet in cælo inhabitet, quæcumque tamen in terris agimus, opti-  
me nouit, iustum facillime ab iniusto discernens: quæ est iustorum in hoc mundo præcipua consolatio. Postremo  
verò loco, punitionem impiorum demonstrat in igne, sulphure, & horrore æternæ tempestatis, quam is qui iu-  
stitias diligit, illis in nouissimo est inflicurus, qui odio habentes animas suas, dilexerunt iniquitatem.

DECIMI PSALMI ELVCIDATIO.

1 In domino confido:



**E**cce spem meam totam omnemq; fiduciam conieci in dominum Deum creatorem & saluatorem meum, in illo spe fixus hareo, cui me semel addixi, atq; totum deuoui, abnegato diabolo ac mundo vna cum omnibus suggestionibus atq; pompis eorum: \* Et vos nunc o tentatores mei, siue blandientes amici, siue lænientes inimici, quomodo adhuc mihi mala suggeritis quæ semel abdicauit, dicentes animæ meæ per iniquas suasiones vestras, vt relicta Dei feruitute (quæ arcta videtur) transuolet, seque conferat ad eam quam reliquit gloriam sæculi, quæ est veluti mons altus, latus, amœnus & spatiosus, vtq; ad mundi celsitudinem, pompam, delicias & voluptates denuo reuertatur: \* ad eum modum quo auis instabilis, & passer libidinosis, per instabilitatem concupiscentiæ suam locum facile deserit, & in alium transuolat, vbi id quod sensui gratum est forte cõpexerit. Frustra enim omnino ista suggeritis animæ meæ, quæ vt casta turtur in domino sibi nidum fixit, mansionem stabilem elegit, nō emigratura imperpetuum. 2 Neq; verò me latent peruerforum insidia: neq; me clam est, quemadmodum maligni dæmones, eorumque ministri homines peruersi, parati existant ad perimendas simpliciū animas, ad modū eius qui arcū tensum manu tenet, ad aues H sagittis perfodiendas: \* occultauerūt sub boni qualibet specie pesti-feras & noxias suasiones suas, vt sic in occulto ac velut latenter per insidias interficiant animas innocentū, eorum qui bona & recta sunt voluntate: quæadmodum qui ad aues perimendas exeunt, sagittas in pharetris abicōditas gestant, vt in promptu habeant cū opportunitatem viderint nocendi. 3 Et quidē illa quæ tu veluti ad perfectum adduxisti, per benignum fauorem tuum & salutarem tuam gratiam (quibus adiumentum præbes seruis tuis) ipsis suis prauis machinationibus per inuidiam ad nihilum deducere conantur, semper laborantes quæ per gratiā tuam in hominibus plantantur atq; edificantur, suis prauis suggestionib; inficere, aut eradicare, aut destruere, pròq; bono seminato tritico, mala superfeminare zizania: \* seruus autem tuus qui ex bona voluntate & desiderio cupit in iustitia persistere, quid egit, quid cõmeruit aduersum illos, vt tanto desiderio ei nocere cupiant: Vel apud te nunquid aliquid fecit aut promeruit, vt propter impias quas illi obtrudunt suggestiones, tu offensum te exhibeas ei?"

\* quomodo dicitis anima mea, transmigra in montem,

\* sicut passer.

2 Quoniā ecce peccatores intenderunt arcum:

\* parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittet in obscuro rectos corde.

3 Quoniā quæ perfecisti, destruxerunt:

Matt. 13. \* iustus autem quid fecit?

A 4 Dominus in templo sancto suo:

\* dominus in celo sedes eius.

5 Oculi eius in pauperem respiciunt:

\* palpebra eius interrogant filios hominum.

B 6 Dominus interrogat iustum & impium:

\* q̄ aut diligit iniquitatem, odit animā suā.

7 Pluet super peccatores laqueos.

\* ignis & sulphur & spiritus procellarum, pars calicis eorum.

8 Quoniā iustus dominus, & iustitias dilexit: \* aequitatem vidit vultus eius.

4 Et quoniam machinantur illis iustis malum, spero tamen nō assequunturos quod intenderunt: quoniā est in superna Hierusalem quam ipse in templū sibi sanctificauit, & vbi tanquam in templo inhabitat & adoratur Deus omnipotens: \* & in celo in medio angelorū sanctorum sedem maiestatis, atq; mansionē stabilem habitationis suæ cõstituit omnipotens omnium dominator. 5 Hic licet in alto habitet, benigno tamen aspectu suo ad eos qui in hoc sæculo humiles sunt & spiritu pauperes attendit, eorū afflictionem quā ab iniquis sustinent diligenter considerans, vt eos in præsentia à periculis eripiat, in futuro autē, condemnatis eorum persecutorib; coronet pro sua patiētia: \* tam verò res oēs humanas exacte nouit ac respicit, vt, nō dico oculis, sed (modo quodā humano per excessum loquēdo) ipsis etiā palpebris p̄picere valeat, quæ sunt in filiis hoīm, eorūq; secundū iustitiā & iniustitiā discernere, ita vt hoc ei pro minimo sit & oīno facillimū: tamen incredulis videatur ita non habere, aut esse prorsus impossibile, vt in corporeus & in calis habitans Deus res humanas quæ geruntur super terrā pernoscere valeat. 6 Dominus Deus examinat ac probat (hoc est, quasi interrogatos, probatos & examinatos optime nouit) oēs filios hominum, iustine sint an iniusti, discernens inter bonos ac malos: \* illud autē certissimum est, quoniā iuxta veritatē osor est animæ suæ, eorūq; perditor & homicida, quicumque adharet iniquitati, eamq; ex cordis affectu sectatur. 7 Quemadmodum solet desuper cadere pluuia subito super homines: ita in tempore venturi iudicii, super peccatores istos qui iniquitatē diligunt, subito & cum impetu ac terrore magno desuper, à sententiā diuinæ iustitiæ, quasi pluuia copiosa super eos cadent laquei mortis & damnationis æternæ, quibus obruentur, obuoluentur, atq; irretientur penitus, ita vt in perpetuū sese non valeant extricare: quæ quidē damnatio, eorum penetrabit intima, quæadmodum pluuia copiosa per vestimenta solet ad carnē transire: \* ignis æterni & inextinguibilis cruciatus, factor & ardor sulphuris intolerabilis, & flatus turbinis horridissimorū illorū (inter quos eis erit societas spirituum, & sempiterna ac nunquā cessatura tēpestas, eorū plena merces erunt & tota retributio, totaq; eorū portio, quam (velint nolint) gestabunt, epotabunt, & absq; redemptione perferent, ac ferent in æternū. 8 Deus enim tamen misericors est, per suā misericordiā vindictam differens, est tamē simul etiā iustus, neque minus iustus, q̄ misericors: & quoniā ipse iustus est, iustitiā etiam in seruis suis diligit atq; requirit, diligitq; iustitiā operantes: \* aequitatē siue rectitudinē approbat benignus, placidusque aspectus eius: & eos qui in aequitate viuunt, seruos acceptos habet.

ANNOTATIONES IN PSALMVM DECIMVM.

**V**ersu primo, In domino confido. Cōfidentis hominis & optime stabiliti in Dei fiducia, est hæc oratio secundum modum aliquē similis illi, qua alio loco dicit, Dominus illuminatio mea, & salus mea, quæ timebo: Sicut enim hic intelligitur, nullū timebo, quia dominus salus mea est: ita in præsentī sermone indicatur, q̄ nequaquā sit euolutura anima aut emigratura à domino, in quo semel per plenā confidentiam veluti nidū constituit. Respōdet etiā huic sententiæ illud, quod Psalmo 61, similiter affectus erga dominū idem Psalmista ait, Veruntamen Deo subiecta esto anima mea, quoniā ab ipso patientia mea. Quia ipse Deus meus, & saluator meus, adiutor meus, nō emigrabo. Et paulo ante, Ipse Deus meus, & salutaris meus, susceptor meus, nō movebor amplius. Multū autem vehemētia addit orationi, quod nō simpliciter dicit. Quomodo transmigrabit anima mea in montē, sicut passer? sed ad maiorem rei detestationē, ait: Quomodo dicitis animā meā, transmigra in montē, & c. significans rem detestabilissimā esse quam proponunt, adeo vt vel pponere tantū, sit prorsus absurdum. Tanq̄ si dicat, Vana & prorsus absurdissima sunt, quæ pponitis: quæ suggeretis, indignissima sunt. Nolite vltra mihi huiusmodi suggerere. Habeo enim obfirmatū aduersus huiusmodi animū, neq; proficietis, quicquid tandē egeritis. Mons autē iste est, in quē cōscendit lucifer, mōs a quilonis, mons ille pestifer, cui apud Prophetā cōminat dominus, dicens: Ecce ego ad te, mons pestifer, qui corrupis vniuersam terrā. Superbia scilicet vitæ est, & altitudo fastusq; sæculi, in quā etiam saluatorē nostrum transmigrare cupiebat simul atq; monebat diabolus, cum ostensa illi gloria omnium mundi regnorum, diceret: Hæc omnia tibi dabo, si procidēs ad raueris me. Verū ille, iuxta formā huius Psalmi, In domino (inquit) confido: quomodo dicitis Sata na anima meā, vt transmigret in montē: Hoc est, Vade Satana. Scriptū est, Dominū Deum tuū adorabis, & illi soli seruiēs. ¶ Nōnulli verò hunc Psalmū in persona Christi intelligunt, iuxta historiam illam quæ describitur Luc. 13, cap. cum illi quidā dicerent, Abi hinc, quia Herodes vult te occidere: videlicet vt responsio sit Christi domini fugā recusantis, propter spem quā in patre habe-

Psal. 26.

Psal. 61.

Esaie. 14

Hier. 17.

Matt. 4.

Ibidem.

Deute. 6

Lucæ. 13.

bat:quemadmodum & in illo loco respōdens fugā suadentibus, subiungit, Itē, dicite vulpi illi, Ecce eiicio dāmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertio die cōsummor. Veritamen oportet me hodie & cras & sequēti die ambulare, quia nō capit Prophetā perire extra Hierusalē. Alii peculiariter cōtra hāreticos præsētē Psālmum dirigunt. Nos tamē generali expositione dirigere eum maluimus contra vniuersos qui iustis in via Dei quærunt nocere, & ad mala quomodocunq; suis fraudulentis cōsiliis eos adducere: potissimum, cōtra dāmones malignos, qui nobis suum montē, in quē ipsi male conscēderunt, & vnde infelicius descenderunt, imō miserimē deicēti siue deturbati sunt, semper cōmōstrant: nimirum, vt in simile nos adducant prācipitiū. Casum enim nostrū quærunt, dum altitudinē commōstrant. ¶ Versu 2, Quoniā ecce peccatores intenderunt arcum. Coniunctio quoniā, non videtur hoc loco vllam causalitatem indicare, sed esse tantum particula cōtinationis. Enarrat autē hoc versu suorum aduersariorū & malorum tētatorum insidias, quibus insidiantur bonis: idq; sub similitudine tenentis arcū, & sagittas habētis in pharetra. Vbi notandum diligenter, quomodo per eandē similitudinem diuersa nonnunquā figurari atq; significari cōtingit in scripturis. Nam suprā Psāmo 7, de Deo legimus, q̄ habet etiā ipse paratum arcum suum & tentum, inq; eo aptata mortis iacula, & sagittas ignitas. Verum id longe alia ratione accipiendum est, q̄ hic de peccatoribus sit dictum. Hi enim arcū suum tendunt cupiditate nocendi, & desiderio mortificandi. Ille verō nō vult mortē peccatoris, neq; in perditione delectatur hominū. Tamē aequitas & rigor iustitiā arcum illi tendit, vt eos qui sua voluntate mortē quæserunt, dum viuērent, eamq; verbis & manibus sibi accerserunt, mortis aeternā sagittis cōfodiāt. Illud quoq; diligēter notandum est, q̄ cum Deus arcum tenens describitur, sagittæ minime occultantur. Non enim dicitur, q̄ in pharetra sagittas habeat, sed in arcu dicitur Propheta esse parata vasa mortis, & sagittas ignitas aptatas in eo. Impii autē cum arcum tēsum gestent, tamē sagittas in pharetra absconditas, & nihilominus ad sagittādum paratas, habēt. Scilicet dominus (cuius nō est voluntas vt moriatur impius, sed magis vt cōuertatur & viuat) multo anteq̄ feriat, suum arcum paratum ostentat, vt vel terrore impios desinere ab impietate cōpellat, sicq; sagittis parcat, ne in illos iaculetur. Ob hoc arcū suum quasi in propatulo gerit, sagittas ostētat, earumq; terrore denunciāt, dum per scripturas sacras, per prādicatores veritatis, suā vltionis terribilē sententiā prānunciat peccatoribus, ad cautelā. De qua re in alio Psāmo dicitur, Dedisti metuētibus te significationē, vt fugiāt a facie arcus, vt liberent dilecti tui. Impii verō, qui nō nisi morte quærunt afficere, quorum omne studium est interficere innoxias animas: hi nimirū arcum tēsum habent, ad nocēdum vt cupidī, ita parati: sagittas autē non ostētant in arcu, sed in pharetra gestant: ita tamē gestant in pharetra vt paratas habeāt ad emittēdum, vbicunq; viderint occasionē. Ita enim frequēter ad nos diabolus accedit, quasi inermis, quasi sagittas nō habēs. Sic & ministri eius, in vestimētis ouium, quasi absq; sagittis, accedunt aliquādo dominicas oues. Verum in pharetris iacula mortis gestant abscondita: & vbi vel minima sese occasio obtulerit, educta quantocunq; iacula pferent ad interficiendū animas. ¶ Versu eodē, Vt sagittent in obscuro rectos corde. Quēadmodum passer, donec in nido manet, periculum nō patitur a sagittante: sed vbi in sublime auolauerit, patet illius sagittis: Ita fidelis anima donec in eo in quo nidum suum fixit permāserit, donec dicit, In Deo speravi, nō emigrat. Psa. 83. inuenit nō deserit, donec columba in foraminibus petrae, in cauerna maceriae, vbi nidificauit, perseuerauerit, nō patebit sagittis inimicorū. Non enim potest illuc malum accedere, neq; flagellum aut nocumētum vllum huic nido valet appropinquare. Atq; hoc sciētēs dāmones, primum suggerunt, & operose suadēt, vt emigremus in montem, & nido domōq; derelictis, in alta auolemus: ita demum sperātes suis sagittis efficere, quod cōcupiscunt, id est, morte vulnere animas nostras. Similis fere & piscatorū ars inuenitur, quā quī piscibus insidiant, illis maxime qui ad ripas in cauernis aut in profundiori ceno inhabitāt, primum baculo eos perturbāt, vt ē suis locis egrediantur: egressi verō mox in expanla incidant retia, sicq; venundētur morti. Nos proinde huiusmodi artium cōscii, si sagittatorū istorum pessimorū mortiferas sagittas volumus euadere, caueamus (quantūnis inuitemur) ab emigratione, vt nidum quē elegimus diligēter custodiamus, id est, humilitatem crucis Christi: vt simus passeres (de quibus alio in loco in bonā partem dicitur) solitarii in tecto, nō vagi in montibus. A mōte verō modis omnibus caueamus: quoniā nequit in mōte hoc salus inueniri, quēadmodum & dilectus domini discipulus, sagittas huiusmodi spiritu illuminato cōspiciens, sollicitē suos pramonebat, dicēs: Nolite diligere mūdum, neq; ea quæ in mundo sunt. Omne enim quod est in mundo, aut est cōcupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Quod est tanquā si iuxta præsētē loquutionem dicat, Nolite transmigrare in montē: quoniam omne quod in monte est, noxium est. Ad quē sensum, secundum mysticā intelligentiā, possimus non inconuenienter accipere, quod dicebat qui iam incendia Sodoma & Gomorra euaserat, Gene. 19. Quæso, inquit, Domine mi, nō possum in monte saluari, ne forte apprehēdat me malum, & moriar. In ciuitate tamē quæ adiacebat (licet parua) sperabat salutem. Atq; hic rursus, quum relicta iam ciuitatula, in qua salus ei fuerat a Domino cōstituta, in montē emigrasset, timore perterritus in turpem scēditatē cecidit. Illic enim & inebriatum legimus duabus vicibus, & secundo cum propriis filiabus cōcubuisse. Quamobrē cauendum est, ne in montē emigremus: sed in ciuitatula potius permanendum, iis qui salutē desiderant. ¶ Super hęc & illud cōsiderandum est, non omnem emigrationē in scriptura vituperari. Legimus enim Prophetā alio quodam loco, in deuotione spiritus dicentē, Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Item, Quis dabit mihi pennas sicut co

A Iumba, & volabo, & requiescam? Verum hęc emigratio nō ad montem erat qui supra positus est, sed in deserto, in mentis & cordis vnitatē, in desiderium ciuitatis supernæ. Neq; est hęc emigratio a Domino, in quo erat habitatio iusti. Nequaquam enim qui sic migrat, qui sic se elongat fugiens, a Domino emigrat aut fugit: imō in ipsum migrat profundius, intimiusq; intra illum penetrat, & securius collocat in eo nidum suum. A monte autē isto fugit, elongatur, & emigrat longius. Neq; hic nunc dicunt inimici, Elonga fugiens, & mane in solitudine, vt sicut colūba requiescat: sed transmigra in montē sicut passer, vt nostris pateas sagittis, vt nobis venias in prædā. Fac pie Iesu, in te semper hæreat nostra fiducia, sicq; nos intra te cōclude, vt in montē istum nunquā finas quātumuis sollicitas transmigrare. ¶ Versu 3, Quoniā quæ perfecisti destruxerunt. Intelligunt nonnulli hoc loco Dei leges & præcepta, quæ perfecit Deus, cōstituit, fundauit siue stabiluit: quæ sanē impij destruxerunt, dum vel ipsi cōtra faciunt, vel alios ad præuaricandum, suis consiliis & suasionibus inducunt. Qui verō cōtra hāreticos Psālmū dirigunt, scripturam sacram intelligunt, quæ condidit per spiritū suum Deus: illi autē destruxerunt, dum eam prauis suis & commentis interpretationibus dilacerant, atq; prauo ab vsu per malignū spiritum ad errores trahunt. Nos tamen in elucidatione aliā sequuti sumus intelligentiā. ¶ Versu 4, Dominus in celo sedes. Videtur eloquentio esse non satis cōmoda. Sufficeret enim dicere, Domini in celo est sedes: aut, In celo est sedes eius, quoniā præcessit antecedens Dominus in parte altera. Sequitur tamē hac in parte Latina interpretatio Hebræam atq; Græcam consuetudinē, quæ pronomina huiusmodi frequēter absque necessitate adiungit. Quoties autē huiusmodi modus loquendi occurrit, videtur nominatiuus relictus velut absolute & absq; rectore positus. Neq; enim vllum verbum potest inueniri, cui legitime supponatur: quemadmodū in proposito, sedes, est verbi substantiuū subintellecti suppositū: nihil autē reperiri potest, cui legitime supponatur nominatiuus iste dominus. Ita fit etiā nonnunquā in eodem casu, propter relatiui replicationē. Veluti cum dicitur, Scitote, quoniā dominus ipse est Deus. Pronomē enim ipse adueniens, seq; supponens verbo, cogit nominatiuū carere verbo regēte. ¶ Versu 5, & 6, Palpebra eius interrogant filios hominum. Videtur secundum vulgatā loquenti consuetudinem hoc accipiendum, quia dicere solemus vel medio oculo nos videre, interdum etiam oculis clausis, quod ad cognoscendū nō est difficile. Cum autē hoc quinto versu, atq; etiā sequenti, Deus interrogare dicitur iustum & impium, de Deo fit sermo iuxta humanam consuetudinem. Homines enim (qui non nisi ea vident quæ foris patent, & qui per se occulta cordiū videre nō possunt) necesse habent ea quæ in homine sunt per interrogationē & examinationem cognoscere: quēadmodum & seculi indices quæstionibus atq; tormentis, a reis in dicandis solent exquirere veritatem. Vnde etiā dictum est quæstionem facere, tormentis veritatē perquirere, eo q̄ vicissim tormentis interrogationes subiungant, quo facilius peccatorum acerbitate veritatem exculpent. Deus autem, quia per se omnia nouit a que atq; homo per interrogationē, imō multo etiam atq; infinito perfectius, iccirco secundum humanā appellationibus quæ cōmuniter Deo & hominibus attribuuntur, imperfectum omne secludi debet, cū eas Deo attribuimus, sic & in hoc vocabulo dicendū est. ¶ Versu 6, Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Circa secundam partem huius verbi aduertē, odiū animæ dupliciter accipi. Primum quidem, in bonū: vt cum saluator ait in Evangelio, Qui odit animā suam in hoc mundo, in vitam aeternā custodit eam. Ac rursus, Siquis non odit patrem & matrē & filios, &c. adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Similiter & perdere animā, in bonam partem accipitur, cum dicitur, Qui perdidit animā suam propter me, inueniet eam. Secundū hanc autē acceptionem, nequaquam hoc in loco intelligendū est, quod dicitur, Qui diligit iniquitatē, odit animam suā. Quin potius animā suam hoc modo diligit, qui sequitur iniquitatē. Dicitur enim hoc modo animā suā diligere, qui affectu animalis siue cōcupiscentiæ carnis suæ obsequitur, & indulgenter fatiscit, qui illi habenas laxat, & in omne ad quod sollicitat affectus carnalis siue animalis consentit: quēadmodū male diligere proles suas dicitur parētēs nimis indulgētēs, qui pueris permittūt quicquid fuerit collibitū, qui dulces suos natos nesciūt aut nolūt vnquā constriktari, neque puniunt delinquētēs, neque coercēt mala faciētes. Odiunt verō secundū hunc modū suas animas, qui affectu suo animalis nequaquam indulgent, neq; permittūt in sese quicquam quod rectum non sit: sed ad regulā rectæ rationis cuncta examinant, ipsūmq; velut frēno & salutari retinaculo coercēt, & prohibēt ab omni eo quod iudicāt secundū rationem esse fugiendū: impellunt verō & veluti cogunt ad omne illud quod secundū eam indicant esse faciendum. Secundo accipitur odiū propriæ animæ in malum, quēadmodum in loco proposito, Qui diligit iniquitatē, odit animam suam. Sic autem odire dicitur animā suam quisquis nocet, malefacit, & dānum infert animæ suæ: quod facit indubie, quisquis sese peccato subdit. Animā enim suā aeternā dāna tionis vinculis implicat, perpetuisq; cruciatibus inuoluit, quo maius nocumētū aliud cogitari nō potest. Hoc autē, reuera odire est: illud verō alterū, potius secundū apparentiam, q̄ secundum veritatē. Hoc, pestiferū est & crudele odium: illud, bonum, vtile & saluberrimū. Huic autem malo animæ odio, cōtraria est bona dilectio, qua videlicet animabus nostris miseremur, eaq; Deo cōmendamus in benefactis, vt salua fiant in vitam aeternā. Atq; hęc, vera & salutaris animarum dilectio est: illa autē superior mala, priori odio bono opposita, falsa est & abominabilis. De hac posteriori vera dilectione Sapiens loquitur, dicens: Qui diligit filium, affligat il li flagella. Et in Apocalypsi dominus ait, Ego quos amo, arguo & castigo. De malo autē odio, hinc Apoca. 3 bonæ dilectioni cōtrario, alio in loco dicitur, Qui parcat virgē, odit filium. Licebit autē nobis, se-

Prou. 23 cundum hunc Sapientis modū, de anima propria dicere, Qui vere diligit animā suam, assiduatur illi E flagella, id est, iugi obseruatione à malis refranabit eā. Qui autē parcat virgā, id est, indulgētia ma la laxat habenas, vere odit animā suam. Ex pradiictis itaq; facile dissoluitur paralogismus, qui ad uersus presentē Psalmi propositionē contēxi posset, hoc modo, Qui odit animā suam (iuxta Sal uatoris uerbum) in vitam aeternā custodit eam, qui autē diligit iniquitatē (iuxta presentē sermo nem) odit animā suam: igitur, qui diligit iniquitatē, in vitam aeternā custodit animam suā. Aequi uocatio nanq; paralogismus facit: quoniam odire animam, nō similiter in prima atq; in secunda ppositione accipitur, & ob hoc ratiocinatio sic cōtexta planē sophistica est. ¶ Versu penultimo, Ignis, sulphur, spiritus procellarū, pars calicis eorum. Ignē, sulphur, & spiritum procellarum esse partē calicis impiorum quidā sic intelligunt, quoniam hęc sunt tantum particula quādā retribu tionis eorum. Videtur tamē ex vsu scripturæ alia esse sentētia huius loci. Modus enim est scriptu rarū, parte calicis, siue portione calicis, aut calice significare nonnunquā totā hereditatē, siue he reditariā ipsam portionē. Vnde in Psal. 15 dicitur, Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei, id est, tota mea portio, & pars mea hereditaria, quā quero, quā exspecto. Nō ergo accipit hęc pars ca licis, quasi quēdā particula hereditatis vel mercedis. Est enī sentētia, hęc tormēta (in quibus cate ra oia intelliguntur) totā fore impiorū mercedē, nec alia eos stipēdia debere exspectare: iuxta illud Roma. 6. Apostoli, Stipēdia peccati, mors. Iuxta quē modum iterū in alio Psalmo dicit, Dixi domino, tu es P sal. 141. spes mea, portio mea in terra uiuentiū. Neq; enim in his significat, dominū se habere quasi suā he reditatis aut mercedis particulā, sed totam fortē, totam hereditatē, totāmq; mercedem dicit esse dominū. Sic ecōtrario in cātico Moyfi dicit, pars domini esse populū eius, id est, hereditas domini.

VNDECIMI PSALMI ARGUMENTVM.

Considerans spiritalis homo, ac tacitus secum reputans bonorum paucitatem, & nimiam peruerforū mul titudinem, in exclamationem prorumpit, & eluti sibi de tanta iniquitatis abundantia metuens, ne & ipse absorbeat atque inuoluatur in ea, Deūque ab ea poscens saluatorem: quam simul cum poena auditio, & debita, & usque ad uersum quintū describit, Versu autem quinto & sexto diuina erga fidelium clamorem ex pollicitatio saluatoris Christi atq; auxilii sempiterni interponitur, tanquam ex ore domini. Ac deinde commen datis diuinis eloquiis, tanquam mundissimis, uerissimis, & ab omni mendacio alienis, securus redditur qui prius clamauerat timidus: & spem ponit in diuina custodia, cuius firmitate etiam in medio impiorum circumuentium sperat posse in ueritate consistere: quemadmodum secundum altitudinem diuini consilii semper perstabunt ele cti, quos ab impietate peruerforum Deus seruabit immunes.

VNDECIMI PSALMI ELUCIDATIO.

Matt. 7. 1 Saluum me fac do mine,

\* quoniā defecit san ctus:

\* quoniam diminuta sunt ueritates à filiis hominum.

Eccle. 1. 2 Vana loquuti sunt unusquisque ad proximum suum: \* labia do losa in corde & corde loquuti sunt.

3 Disperdat dominus uniuersa labia dolosa: \* & linguam magni loquam.

4 Qui dixerunt, lin guam nostram magni ficabimus: \* labia no stra à nobis sunt.



Um ipse mecum reputo, quā arcta sit uia quę ducit ad vitam, & quā pauci ingrediantur per illā: ex aduerso uerō, quā spatioſa uia quę ducit ad mortem, & quā multi ingrediantur per illā, timens ne & ego in numero illorū inueniar qui uiam latam ambulant, ad te clamare cogor Deus Saluator meus, ut tu me à uia mortis atq; dānationis tua gratia saluare digneris. \* Penē enim defecit sanctitas de terra: & uix inueniunt (nisi forte electi quidam, sed cōparatione ad maximum impiorum numerum, paucissimi) qui uirtutibus studeant, & sanctitati ac puritati uitę: \* modica ualde est in filiis hominum ueritas siue fidelitas: & qui ueritati tam uitę, quā doctrinę studeant, perpauci admodum sunt: & ii ipsi siqui forte reperiantur, nimium tenuiter id faciunt, sed sunt uanitate omnia plena, & est stultorum infinitus numerus. 2 Loquuntur ad inuicem filii hominum quę uanitatis sunt, non quę ueritatis: mendacia uidelicet, fraudes, seductiones, & persuasiones malas, siue ad seinuicē fraudendum atque decipiendum, siue ad male suadendum, & in pec cata pertrahendum: \* per dolosa labia sua, siue labiis dolosis inuicem loquuti sunt corde & corde, id est, corde duplici, non recto, non sincero, non simplici: dum aliud loquuntur uoce oris, aliud gestant in animi intentione. 3 Tu autem domine (qui amator es ueritatis & simplicitatis) disperdes, & secundum ordinationem districtę iustitię tuę in perditionem mittes omnes eos, qui dolosis labiis utuntur, ad deceptionem & seductionem proximorum suorum: \* & omnes item qui per linguas suas magna & superba iactitāt, blasphemias atq; conuitia, aut alia quęlibet mala, siue in Deum, siue in proximos. 4 Qui seipſos atque seinuicem in malo confortantes, dicere solent, Magnificemus atq; corroboremus linguas nostras, & loquamur audacter atque libere quęcunque nobis uisum fuerit, neque metuamus quicquam efferre per os nostrum, nec reprimamus in ullo sermone: \* labia enim nostra (aiunt ipsi) in nostra sunt potestate, & nostra sunt: atque à nobis, à natiuitate, naturali dono possidemus ea: atque

A \* quis noster dominus est?

5 Propter miseriam inopum & gemitū pau perum nunc exurgā di cit dominus.

6 Ponam in salutari: \* fiducialiter agam in eo.

B

7 Eloquia domini elo quia casta.

C \* argentum igne exa minatum, probatū ter re, purgatum septuplū.

8 Tu domine seruabis nos:

\* & custodies nos à generatione hac in æ ternum.

D 9 In circuitu impij am bulant: \* secundum altitudinem tuam mul tiplicaſti filios homi num.

ob id, quur non liceat nobis pro nostro libito loqui, aut dicere quę cūq; nobis placita fuerint? \* aut quis nobis hac in parte dominus est, cui in hoc debeamus subiici, ut nō libere possim? mēbris quę nostra sunt uti? 5 Audiāt uerō pauperes, quid ad ipsorū cōsolationē, con tra impios istos dicat dominus: attendāt, quid per spiritū suum san ctū loquatur fidelib9. Propter orationes (inquit) & suspiria pauperū atq; humiliū de afflictione ad me clamantiū, exurgam nunc in auxi lium eorum: semel quidē filium missurus in plenitudine tēporis, in tēpore acceptabili, in die salutis, per quē genus humanū uniuersum de tyrānide illa grauissima principis tenebrarū, illo foras eieccto, libe rabo: & itē semper quoties opportunū fuerit, in omnibus necessita tibus inuocatus mox exurgam, aderōq; in auxiliū seruis meis fide libus. 6 Auxiliū & saluationem meam ponam in Christo filio meo: quem ego salutare & saluatorem preparauī ante faciē omniū popu lorum: \* & in eo, atq; per eum, ut per cōsubstantialē & cōequalem mihi filiū fidenter atq; fortiter agam, facturus in eo potentia magnā ut in brachio uirtutis meę: per quē iudicium illud mundi exercebo, & principis tenebrarum condemnationem, & omnia quęcunq; cir ca humani generis redemptionem uolero operari. \* Dabō in super quotiescūq; inuocatus fuero, in opportunitatibus, in tribulatione p salutarem spiritū meū, auxiliū inuocantibus, per quem propē exiſto omnibus inuocantibus me in ueritate: & per eum fortiter agam pro illis, ita ut nihil debeāt uel à prauitate uel à multitudine iniquorum metuere: quoniā quidē nihil condēnationis est his qui sunt in Chri ſto, qui secundū spiritum ambulant, non secundū carnem. 7 Audiāt hęc pauperes & lætetur, quoniā ipse qui loquitur hęc, & pollice tur fidelibus, dominus est. Dei autem sermones (promissiones uideli cet, atq; etiā præcepta & doctrina omnis, & quęcunq; per filium no bis loquutus est, uel per spiritum adhuc loquitur in cordibus electo rum) mundissimi sunt atq; purissimi, nihil continentes mēdaciū, uan itatis, iniquitatis, aut cuiuslibet impuritatis, quę solent esse in uer bis humanis: \* similes sunt sermones Dei argēto quod igne est dili gēter examinatum, atq; per ignis probationem à terra (id est, ab om ni terrestreitate, & alia qualibet commixtionis impuritate) separa tum atq; depuratum: quod probatum est usq; ad septem uices, quā m fieri potuit diligentissime, ita ut nihil amplius contineat alienę spe ciei cōmixtum, sed argentum sit tot probationibus purissimū. Sic e nim sermones Dei omnes quos loquitur, purissimi sunt, pbatissimę que & indubitatę ueritatis: in quibus nihil est aut uanitatis, aut in iustitię, aut mendaciū commixtum: 8 Propter hoc, in te domine spe ramus & cōfidimus, quod dō nunquam sis relicurus electos tuos: sed per gratiam tuam benigne seruabis nos, & modo ab iniquitate præser uando, qua plenus est mundus, & in futuro, ad uitę præmia perducē do: \* proteges quoque nos à generatione hac praua & peruersa im piorū hominum, quam supra timebam, & ab ea nos facias esse secu ros, neq; quicquam ueri nocenti ab ea perpeti in sempiternum: 9 Quāquam enim palsim ubiq; occurrit magnus stultorū atq; impio rum numerus, ut quasi per circuitum, quaquauerſum respexerit quis omnia plena uideantur impiis: \* & hi ipsi quauis per circuitū bo nos obambulent, eōsq; circumeāt ex omni parte, & suasionibus malis, & prauis exemplis eos ad suam societatem pertrahere conantes: \* tu tamen secundum altitudinem incōprehensibilis sapiētię tuę, atq; profunditatem occulti cōsilii tui, ex filiis hominum fideles tibi ali quot semper pro tuo beneplacito elegiſti, & electos ex impi orū nu mero segregasti, quos in singulis generationibus tibi & merito & nu mero multiplicas: eōsq; quanquam non in tanto numero, in quāto sunt impij, tibi pro tua bona uoluntate semper custodisti: atq; ita quoq; amodo futurū cōfidimus, tēq; in electis tuis & cum eis permā surum omnibus diebus usque in consummationem seculi, quātum uis etiam abundauerit iniquitas impiorum.

ANNOTATIONES IN PSALMVM VNDECIMVM

Versu primo, Diminuta sunt ueritates à filiis hominū. Veritates accipi possunt pro ueritate uitę atq; doctrinę (ut in Elucidatione exponitur) quam propheta conqueritur imminu tam, & magna ex parte collapsam in filiis hominum. Aut ueritates intellige, fidelitates, tam quo ad Deum, quam quo ad proximos homines. Est enim hoc magna gemitus materia, quod d iiii

Galat. 4. 2. Cor. 6.

Ioan. 12.

Luc. 2.

Ibidem.

Ioan. 12.

Psal. 144

Rom. 8.

1. Ioan. 5

Eccle. 1.

Matt 28



fidelitas de terra defecerit, quod vix inueniatur qui vel domino sint fideles, vt illi iustā & dignam præstent seruitutem, vel etiam suis proximis, quibus cū quotidie conuersantur, vt erga illos illam seruet charitatem atq; iustitiam. Huic autem sententię Hebræa magis consentiit. Ex Hebræo enim concorditer interpretes omnes pro veritatibus vertūt, fideles. Sic enim legūt, Diminuti sunt fideles à filiis hominū. Felix tamē adicit verti posse numero plurali, siue fidelitates vel veritates. ¶ Versu secūdo, Labia dolosa in corde & corde loquuti sunt. Particula illa, labia dolosa, hoc in loco facit difficultatē: quod difficile videatur explicare vn de regi debeat, aut secūdū cōstructionē cui coniungi. Potest autē illi particula triplex modus constructionis assignari. Primū quidē, vt subintelligatur præpositio per, quę regat accusatiuum labia dolosa, verbo loquuti sunt, subiecto supposito impii, quod secundū sententiā ex priore parte accipitur, cū dicitur, Vana loquuti sunt, vnusquisq; ad proximum suum: sicq; sensus erit, Per labia dolosa ipsi loquuti sunt in corde & corde. Idem quoq; sensus haberetur, si labia dolosa pro labiis dolosis positum intelligatur, casus scilicet pro casu, accusatiuus pro ablatiuo, maxime cum Græci ablatiuo careant. Atq; hæc sententiā in Elucidatione secundum duplicem istā cōstructionem explanata est. Secundo, labia dolosa accipi possunt pro ipsis impiis, quorū sunt labia dolosa. Non enim est hoc inusitātū, vt homines ab illis nominemus, quā in eis inueniuntur: quemadmodū cum mulierē loquaculam, garrulum rostrū, vulgari sermone vulgus hominū appellat: & hominē facile iracundū, citoq; (vt dici solet) capite latium, vulgo appellat infirmū capitulum. Sic & hominem multi cibi voratorem, ventrem appellat: atq; ita in reliquis. Secundum hunc ergo modum dicemus impios illos qui dolos loquuntur, dolosa labia nuncupari: eritq; iuxta hanc constructionem talis sententiā, Impii ipsi existentes dolosa labia, loquuti sunt corde & corde. Verū iuxta hanc constructionē, in lectiōne Latina incōmodū videtur esse sermonis: eo quod masculino genere dicatur, loquuti sunt, cum potius dicēdū esset, loquuta sunt. Hoc autem incommodū nec in Hebræo occurrit, vbi verbum communis generis est: neq; in Græco, vbi absque participio simplex verbum habetur ἐλάλησαν, quod nullius generis habet discretionem. In Latina autem lectiōne dici poterat loquuta sunt, pro loquuti sunt: vel intelligatur modo supra indicato pronomen masculini generis, cū quo iungatur loquuti sunt, hoc modo & corde, ipsi existentes dolosa labia, loquuti sunt corde. Tertio potest propositi versus talis accipi distinctio, vt labia dolosa quasi per se positū, nec cū præcedētib; nec cū sequētib; co-puletur. sed per se efficiat sententiā, hoc modo, Vana loquuti sunt, vnusquisq; ad proximum suum ac deinde labia dolosa, supple sunt labia eorū, iungatūq; deinceps (sed diuisim) loquuti sunt corde & corde. Sic itaq; huius particula difficultas triplici via poterit expediri. ¶ Nūc verō & illud dicēdū est, quidnā sibi velit geminatio cordis, dicēdo, in corde & corde. Significat autē hæc replicatio duplicitem, quomodo si dicamus, virū & virū, pro viris: hoc est, pro vno ac altero. Sed rursum questio cōfurgit, quonā pacto dicatur impii corde vno & altero loqui, vel corde duplici, siue (vt ita dicā) duobus cordibus, cum nō habeāt nisi cor vnū, id est, peruersum, & mala meditans cōtra proximos? Quomodo ergo corde & corde loquitur, qui nō nisi de corde peruerso loquitur, nec habet aliud? Intelligendū ergo est, horū cordium alterū secundum veritatem accipiendū, illud scilicet quod interius latet peruersum, quod tamen verbis non aperit: alterum autē tantū secūdū apparentiam & exteriorem ostentationem, illud videlicet quod foris apparet & ostentatur in verbis. Dum enim peccator, ad decipiendū proximū, aliud ostendit ore, quā gerit corde, vt cum verbo simulat se velle alteri cōmodum vel quodlibet bonum, corde autē intēdit magis nocumētum, quasi duplex cor illic assignare possumus. Nam verba blāda & dulces sermones, cor bonum ostentant. Hæc enim, amici cordis iudicia sunt. Interius autē latet cor malum & nocendū cupidū quod verbis non panditur, Hoc ergo modo, Corde & corde loquuntur impii. Nōnulli autem præsentem locum etiam distinguūt, Labia dolosa in corde: ac deinde, Et corde loquuti sunt, Atque ita de duplicitate hac, nulla foret questio. Sensus autē erit, Labia dolosa sunt in corde eorū: quoniam in corde suo loquuntur, & tractāt apud semetipsos, quomodo decipiant & fraudent proximos. In corde locuti sunt (supple) dolos, quemadmodū in corde dolosa habēt labia. Hanc autē distinctionem habet. Felix in sua versione ex Hebræo, item & Chal. paraphra. quę habet in hūc modū, Mēdacia loquuntur homines cum proximo suo, labia blādentia in corde eorū: cogitant malum, & corde mendaci loquuntur. Nōstra tamē lectiō, similiter & interpretationes assignatæ, recte & Græco & Hebræo consentiūt. ¶ Versu quarto, Labia nostra à nobis sunt, quis noster dominus est? Quod hic ex impiorum persona de lingua peculiariter dicitur, idem applicari possit generaliter & ad omnia quæ impiorū sunt. Sic enim peccatores se in malo cōfortare solēt, non modo quantum ad mēbrum lingue, verū etiā quantum ad cætera omnia & corporis & fortuna bona, dicētes, Natura hæc mihi cōtulit, fortuna donauit, mea sunt: quæ mihi pro mea voluntate meis vt in nō liceat? quis me prohibeat? quis mihi hac in parte dominari aut imperare valebit, vt meis nō vtar pro meo libito? Non enim attendunt ad deum creatorē suū, à quo possidēt omnia: sed quasi à scipis habeāt vniuersa, sic cogitant, sic loquūtur, sic agūt omnia pro libito. ¶ Versu quinto, Propter miseriam inopiam, & gemitū pauperum nunc exurgam, dicit Dominus. Vox ista est patris, generis humani liberationem per filiū promittentis. Illud autē nunc, cum dicitur, Nunc exurgam, aduerte ex Elucidatione referri ad tēpus gratię, de quo dicit Apostolus, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. In hoc autem tēpore gratię exurrexit primū, mittēs suum filium saluatorem mundi atq; exurgit etiā nunc quotidiē in auxiliū, per adiutorem spiritus sui, quem per filium dedit fidelibus, de quorū vtroque simul loquitur Elucidatio. Possit etiā nunc istud sic accipi, vt significet ac

A celerationem implendi promisi. Sic enim vulgo loqui solemus, cū significare volumus nos quāto cocius rem quālibet impleturos: vt cū dico, Ecce nunc veniam, nunc faciam, nunc ibo: videlicet significare volēs, nullam me moram facturum, sed moxmo aduerturum, facturum, iturum. Quod autem hic promittit Deus, exauditio est eius quod supra Psalmo. 7. postulari dixim⁹, Exurge Domine in præcepto quod mādasti. Nam illic rogabatur Deus in iudicium exurgere pro pauperibus, hic autem promittit nūc se facturum. Nā exurgere hic significat in bonam partem, ad liberationē ad auxiliū, ad iudiciū consergere. Vnde Chal. paraphra. habet, Exurgā in iudicium, dicit Deus: ¶ Versu septimo, Argentum igne examinatum, probatum terrę, purgatum septuplum. Cum dicitur, Probatum terra, videtur terrā esse casus datiuū. Nam Græce per datiuum legitur ἀργύριον τῆς γῆς quod (mutata forma Græci sermonis) clarius verti poterat, secundū Latini idiomatis proprietatē, Probatum à terra: id est, per probationem separatum atq; expurgatum à terra. Cui cōsonat quod ex Hebræo vertit Hieronymus, Separatum à terra: & Chal. trāslatio, Argentum in fusoria repurgatum à terra. Capitur autē in fusoria vel in fusoriū, pro vase alchimico, in quo fit argenti purgatio, vel in quo argentū aurūve infunditur vt liquefiat, & liquefactum purgetur. Est ergo sensus huius lectiōnis, Argentū repurgatum in vase alchimico, in in fusoria, à terra: quomodo etiam ex Hebræo vertunt nōnulli interpretes. Quod autem dicitur, purgatum septuplum, ad perfectionem pertinet: ad significandum scilicet plenissimam purificationē, & quod nihil remanserit aliena commixtionis. Nā septenario numero, vniuersitas & perfectio solent designari: quanquam posset secundum mysticā intelligētiam ista septuplex probatio referri ad septiformem spiritum sanctum. Ab hoc enim habēt eloquia Domini & scripturæ sanctæ, quod castissima sint atq; probatissima: quoniam videlicet (iuxta Petri Apostoli sententiā) non voluntate humana allata est aliquādo prophetia, sed spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines. Neq; enim habēt suā munditiam probatissimā sancta Dei eloquia, ex humana sapientia aut eloquentia eorū per quos tradita sunt, sed ex virtute Dei, & septiformis spiritus sancti: qui, vt scriba calamo, linguis, digitisq; vtitur eorū qui Diuina eloquuti sunt, vel descripserūt ea. Quæ autē humana sunt, etiā si nonnulla cōtineāt quæ sunt veritates atq; virtutis, multis tamē sunt vanitatibus polluta & cōtaminata: quoniam non sunt igne examinata, id est, spiritu sancto decocta: neq; sunt septēpliciter probata, quoniam non sunt septiformis spiritus gratia descripta: sed vel spiritu humano, qui per se vānus est & mendax, aut etiā (quod ad nōnulla attinet gentiliū poetarū lubrica scripta) spiritu diabolico, qui est pater vanitatis atq; mendacii. Recte proinde alio in loco, idem hic Psalmista cōsiderans supereminentem Diuinorum eloquiorum castitatem atque perfectam munditiam, dicebat, Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Profecto enim fabulationes sunt quæcūq; non secundum hūc septiformem spiritum probata sunt, etiam si nonnum in annum causa fuerint. Quæadmodum Virgilianā illam Aeneidem serunt annos multos sub incude spiritus vani iacuisse, multorūmq; dierum & noctiū innumeros absumpsisse labores, vt munda, nitida, atq; probata tandem prodiret in manus mortalium. Quod Flaccus præcepit, Nonnum condatur in annum, plene in hoc opere, imò amplius quā præscriptum est, tradunt fuisse obseruatum. Et tamen posteaquā prodit, fabulationes in ea inuenta sunt: & gilsime abest ab ea Diuinorū eloquiorum mundities: nimirum quæ nobis adhuc crepat nescio quos deos atq; deas, deorūmq; ac dearum filios, lunonem aduersantem profugo populo, Venerem fauentem, A Eolum ventorum deūm ventos concitantem, Neptunū deum maris suo tridente eosdem sedantem, Cupidinem miserā Didonis affectum suis sagittis trāsfingentem, aliāque sua familia permulta: quæ mira illic verborum pompa, magnificōque sermonis apparatu, quasi maxima & summa quædam Diuinarū rerum mysteria proponuntur hominibus: cū sint vanissimæ fabulationes, in quibus nihil est adificationis bonæ, sed tantū falsa sunt oblectatio sensuum, ad decipiendū atq; illaqueandum simplices animos, & à puritate eloquiorum Dei (quæ sola casta & probatissima sunt) remorandos, imò arcendos & prohibendos. Neq; enim qui huiusmodi assueuerūt, ad puritatē eloquiorū Dei transferre se facile possunt: sed contēnescunt plerūq; imò euanescent & pereūt in vanitatib⁹, quas præelegerunt veritati, homines iudicio corruptissimi. D sua autē propria voluntate miserimi. Et tamē illa, quam modo in exēplum proposuimus, Aeneis Virgiliana, præ omnibus fere gentiliū Poetarum scriptis castior haberi solet atq; probatior. Nam alii pleriq; huius generis scriptorum, multo his crepāt absurdiora, quę nec aures terant humanę. Hęc ergo humani ingenii eloquia, quanquā elaboratissima, tamē casta non sunt, multa mēdaciōrum figmenta cōtinentia, vanitates plurimas proponentia lectoribus, elaborata etiam pleraq; ad humanā gloriam, siue ad vulgi plausum, siue ad captandum principum fauorem. Eloquia autem Domini, etiam ex tempore (subito impellēte spiritu) à viris Deo plenis vel dicta vel scripta, purissima, castissima, atq; mūdissima sunt, nulla figmenta, nulla mendacia, nullas vanitates: sed verbū vitæ continentia: non ad humanam gloriam, siue cuiuscūq; mortalium captandos fauores dicta aut scripta, sed in simplici veritate, ad multiplicē fidelium vtilitatē: hoc est (vt Appstolus ait) ad docendum, ad arguendum, ad corripiendū, ad erudiendum in iustitia. Atq; hæc consideratione, casta dicitur Dei eloquia, non solum ob hoc, quoniam in sese munda sunt, & ab omni cōmixtione mendacii aut vanitatis aliena. Verum etiā propter effectum quem habent: quoniam videlicet castificāt, id est, mundos & puros faciunt homines sibi intētos. Vnde in alio psalmo, postquam dixisset, Lex Domini immaculata, statim euestigio subiūgit, cōuertens animas, ab omni videlicet vanitate & errore ad Deum, & lumen veritatis. ¶ Cæterū, quod ad vocabulum casta pertinet, arbitramur vniciq; vel citra admonitionē facile aduerti posse, quod hoc loco non castitatem signi-

Psal. 7.

2. Petri. 1.

Psal. 4. 4.

Ioan. 8.

Psal. 118.

2. Timi. 3.

Psal. 118.

ficet, specialiter illā quā luxuria aut corporali immūditia opposita: sed in generali tantum mū-  
 dita & puritate, quomodo beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Eloquia Domini, eloquia mū-  
 da: vt sit idem cum eo quod paulo antē citatū est, Lex Domini immaculata. Solet enim ita nōnun-  
 quam castum generaliter significare mundū, quomodo & Petus Apostolus ait, Animas vestras ca-  
 stificātes in obediētia charitatis. ¶ Versu p̄nultimo, Custodies nos à generatione hac in eternū.  
 Matt. 12. Generationem istā, de qua in hoc versu fit mentio, interpretatur Elucidatio nationem prauorū &  
 16. & 17. peruersorum hominū, secundū quem modū in Euangelio Dominus aliquoties legitur dixisse, Ge-  
 Philip. 2. neratio mala & adultera, aut generatio praua & peruersa. Sic & Paulus apostolus in medio (inquit)  
 Deut. 32. nationis prauę & peruersę. Et Moyses in cātico: Generatio praua atq; peruersa, hæc cecine reddis Do-  
 mino, popule stulte & insipiens: Et iterū: Generatio peruersa est, & infideles filii. Similiter & in a-  
 liis plarisque scripturarum locis. Huic autem sententię consonat Paraph. Chal. quę legit: A ge-  
 neratione hac praua, in eternum. Posset tamē & alia assignari intelligētia talis, Tu Domine serua-  
 bis nos, & custodies nos in omni tēpore: videlicet à præsenti generatione, ab ea quę modo est, vsq;  
 in sempiternū: id est, in omnibus generationibus, vsq; ad finem seculi. Atq; ita conuētum legi de-  
 beret totū hoc, A generatione hac in eternum: quod dici solet, ex nunc, vel a modo vsque in æternū.  
 ¶ Versu vltimo, in circuitu impij ambulāt. Quomodo impij ambulāt in circuitu, variis mo-  
 dis intelligi potest. In elucidatione enim duplex modus inuenitur: quorum alter est de abūdantia  
 & nimia multitudine impiorū, alter verō de circuitu ad nocendū. Super hac autem alii intel-  
 ligunt exclusionē impiorum à regno caelsti, quomodo dicere solemus, eos qui foris manēt exclusi  
 ab habitatione, ambulare per circuitum domus. Sic enim cum electi (quos secundū altitudinem &  
 Matt. 25. magnificentia suam nunc Deus multiplicat) ingressi fuerint ad nuptias, claua ianua, impij exclu-  
 dentur à regno, & foras manere compellētur extra ciuitatem beatorū. Atq; ob hoc dicimus, quod  
 ambulabunt in circuitu. Rursum alii, propositi sermonis intelligētiā iam reterunt ad iterationē vi-  
 tiorū, secundū quam de vitio ad vitium, de concupiscentia in concupiscentiā pergunt impij, de ma-  
 Iaco. 6. lo in malum. Quomodo enim heri omnibus deliciis, concupiscentiis & impietatibus perfrui sunt:  
 Iudas. ita & hodie agūt, similiter acturi, vbi dies crastin⁹ aduenerit. Et quomodo praterito āno vixerūt  
 enutrientes in deliciis atq; luxuriis corpora sua, & satisfaciētes desideris animæ suę: sic & in præsenti  
 agunt, facturi similiter & in die qui subsequetur est. Iterū, ambulare istud in circuitu cōue-  
 niēter referri potest ad laborem, errorē, & inutilem fatigationē impiorū. Qui enim extra viam rectā  
 positi per circuitum ambulāt, quo diutius ambulāt, eo amplius deuiant, & implicantur errori-  
 bus, & continuo elōgantur magis à via recta, à termino. Et cū laborant, ac fatigantur plurimum,  
 nihil tamen proficiunt, sed cōtinuo magis elōgantur à requie. Qui autem viam rectam ambulāt,  
 continuo appropinquant ciuitati ad quā pergunt, & breui illuc perueniunt quo tendunt. Ita autem  
 faciunt iusti, quorū via recta est: quonia de bono semper in melius proficiētes, ascensiones dispo-  
 nentes in cordibus suis, ambulāt de virtute in virtutem, donec perueniant vsq; ad Deum deorum  
 in Syon. Semper enim (iuxta Apostoli verbū) ad interiora extendūt semetipsos, ad supernā voca-  
 tionis brauium. Illi ergo quia per circuitum ambulāt, non appropinquant ciuitati: & si in circui-  
 tu hoc permanerint vsque in finem, nunquā eis dabitur in ciuitatem ingressus, quantumuis etiā  
 sic per circuitum ambulantes vias ambulauerint difficiles, aut lassati fuerint in circuitu sua.  
 Vnde in libro Sapiētia, ex persona reprobiorum dicitur: Lassati sumus in via iniquitatis, ambula-  
 uimus vias difficiles, nimirum curua impietatis itinera, quibus nō appropinquatur ad requiē, vt  
 Sapiē. 5. pote quę de labore temporali ad laborem perducunt eternum. Iustum autem deducit Dominus  
 per vias rectas, ostenditque illi regnum Dei, vt sic iter alleuiet ambulanti & proficiēti. Omni-  
 Sapiē. 10. um autem horum sensuum quis præferendus sit, non vsque adeo facile est iudicare. Pene enim sin-  
 guli bonam habent probabilitatem.

DVODECIMI PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste aptissimam dat formam clamandi ad Dominum iis qui graui qualibet & diuturna tentatione  
 premuntur: vt pote vel graui longoque libidinis aestu, vel ponderosa nimis pusillanimitate, vel tristitia  
 demergēte, vel acedia omne opus bonū fastidiēte, aut infidelitū cogitationū angētibus dubietatibus, aut aliis  
 cuius generis malis. In quo, sic tētatus, veluti conquirens de tentationis grauitate & prolixitate, de que  
 absentia, siue protractione Diuini auxilii, postulat celerem à Deo misericordiam, & ante omnia mētis illumina-  
 tionē, ne forte pereat in morte, sicque in potestate veniat hostiū suorum, & illi exultēt de casu eius. Cōtra quos  
 vltimis duobus versibus, cōcepta in Deo saluatore suo facta fiducia, gloriatur fidēter, sperās per Dei misericor-  
 diā peruersa illorū de se nunquam implenda desideria: cui etiam, pro sua liberatione, laudis promittit cantica.

DVODECIMI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Vsquequo domine obliuisceris me in finem*  
 \* *vsquequo auertis faciem tuam à me*



**V**andiu tandē piissime Deus, oblit⁹ videberis mei, quē  
 grauisimis premi vides malis, & durissimis, ac longis  
 subiacere tētationibus, quasi prorsus sim derelictus in  
 eternū? \* nūqd multo adhuc tēpore permanebis auer-  
 so à me aspectu vult⁹ tui, me videlicet in his tētationi-  
 bus relinquēdo, aut cōsolationē tuę visitationis atq; liberationis diu-  
 tius subtrahēdo? Satis iā satis distulisse mihi videris præsentiā auxiliū

A 2 *Quādiu ponā consilia in anima mea? \* dolorem in corde meo per diem.*

3 *Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? \* respice, & exaudi me domine Deus meus.*

4 *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: \* nequando dicat inimicus meus, preualui aduersus eum.*

5 *Qui tribulāt me, exultabunt si motus fuerit: \* ego autē in misericordia tua speraui.*

6 *Exultabit cor meum in saluati tuo: cātabo domino, qui bona tribuit mihi: \* & psallā nomini domini altissimi.*

tui: noli vltra negligere, ne auertaris diuti⁹, res meā ad extremū pe-  
 nē deuenisse videtur, aspice, & intēde quāto cyus in auxilium meum.  
 2 *Quādiu permittes me animo angustiatū varias in corde voluerē atq; reuoluerē cogitationes, variāq; consilia, ad eum modū quo solerē ii qui in angustis agūt, & axio sunt animo? \* etenim qui me premit, dolore angustiam, atq; afflictionē, quā me affligit iugiter in l'pitu meo, quādiu tandem patieris obsidere spiritū meum? 3 Nunquid ad multū adhuc tempus potestatem hęc, qua nunc premo, super me tenebit aduersarius meus, vt illic liberū sit tētationibus vehemētissimis affligere animū meū: Sufficiat hæcenus Domine, sitq; iam satis: \* respice nunc Domine Deus in me afflictū seruū tuum, & miserus afflictionis quā patior, exaudi orationē meam, qua postulo à tātis malis liberationē. 4 Mentis meę oculos salutare lumine spiritus tui illustra, & lumen sanctū tuum hominū illustrator benigne funde in cor meū, vt non vnquā per consensum plenum peccati veniā in somnū mortis, in quo sunt omnes quos tui luminis splendore non facit ad vitā (quæ Christus est) iugulare, apertōsq; tenere mentis oculos: \* ne gloriētur vnq; de me & cōtra me aduersarii mei, si mihi forte preualuerint, & voluntatem suam prauā de me impletā cōspexerint: id quod eis factu fuerit facillimū, si defuerint mihi caelstis luminis tui radius atq; ducat⁹. 5 Aduersarii enim & persequutores mei (quibus nihil potius est perditione mea) mirifice gaudebūt, si me cōtigerit à via recta declinare in viam iniquitatis, à virtute in peccatū cōmoueri, aut à stabilitate diuini timoris vacillare atq; deficere: \* Ego autem spem meam omnem, & fiduciā totā posui in misericordia tua Domine Deus meus, quæ est super omnē carnē, & qua plena est omnis terra: sperās & confidēs, quod nunquā patietur tua clementia iniquum illud inimicorum meorum gaudium de me adimpleri, sed per gratiā tuā me præseruabis, vt non mouear, sicq; cau- sam nō habeant praua exultationis suę. 6 Nec dabitur illis gaudere de commotione, aut perditione mea, sed mihi magis gaudiū erit & exultatio in saluatione tua, quā à te accipiam propter salutem quam tu daturus es mihi \* in latitiā quoq; meę testimoniū & gratitudinis indicium laudem cantabo Domino Deo meo, à quo omne bonum mihi liberaliter & benigne procedit: & psalmum laudis canam sancto nomini Domini, qui est altissimus omnium in celo & in terra, ac proinde omni laude superior, & nunquam satis laudabilis.*

ANNOTATIONES IN PSALMVM DVODECIMVM

**V**ersu primo & secundo, vsquequo domine obliuisceris me in finem, &c. Quādiu ponam  
 cōsilia in anima mea? Nota, quod in Psalms atq; etiam in aliis scripturarum, maxime au-  
 tem Propheticarum locis, cum ad Deum iste ponitur loquendi modus veluti per intetroga-  
 tionē. vsquequo, quādiu, quādo, propter quod, vt quid, quare, aut simili aliqua particula, non sic  
 accipi debet sentētia, quasi sit mera interrogatio responsonē expectans, quemadmodum cum ho-  
 mines quippiā interrogant proximos sibi, responsonem expectantes: sed tantum vt sit mirantis &  
 admirationem proponētis, vel desiderium magnum & expectationē insinuantis. Quemadmodū  
 supra psalmo. 2. cum dicitur, Quare fremuerūt gentes, non expectatur vlla responso, sed tantum  
 admiratio sic exprimitur: quasi dicat Propheta, Miror rem tā absurdam illos attentasse. Et in loco  
 præsentis, cum dicit, vsquequo Domine, &c. non expectat ipse vt audiat certam sibi horā liberatio-  
 nis designari, sed tantū est expressio vehemētis desiderii & expectationis magnæ, qua suam expe-  
 ctat liberationē. Similiter accipi potest psalmo. 3. & 20. Domine quid multiplicati sunt qui tribu-  
 lāt me? Deus Deus meus, quare me dereliquisti? Et alibi, Quare obliuisceris inopię nostrę & tribu-  
 lationis nostrę? ¶ Versu. 3. & 4. vsquequo exaltabitur inimicus meus super me, &c. Attēde, aliud  
 esse exaltari inimicū, aliud preualere. Nam iustus in iustitia sua permanētibus, nō potest inimicus  
 preualere diabolus: potest autē super eos exaltari, quatenus videlicet à Deo potestātē accipit ad  
 tētandū atq; affligēdū eos: quēadmodū super beatū virū Iob modo quodā exaltatus fuit, cui tamē  
 nō preualuit. ¶ Versu. 4. Nequādo dicat inimicus. Posset nō incōmode istud ad peruersitatē sen-  
 sualitatis peculiariter referri, quę nobis est hostis & maxime domesticus, & maxime noxius, & ma-  
 xime inimicus noster est, quonia intra nos eū habemus. Orabit ergo vir iustus, mētis oculos cali-  
 tus sibi illuminari, vt nō pueritate carnalis affectus alliciatur in peccati cōsensū, atq; ita in mor-  
 tē. Huic sentētię pulchre cōsonat trāslatio siue potius Paraph. Chal. quæ sic habet. De⁹ meus, illu-  
 mina oculos meos in lege tua, ne vnq; peccē, & dormiā cū his q meruerūt mortē: & nō dicat fomes  
 prauus, dominatus sum in eo. ¶ Versu vlti. Exultabit cor meū in saluti tuo. Salutare hic pro salute  
 vel saluatione positū videtur. Vnde trāslatio Chal. Exultabit cor meū in redēptiōe tua: quīs pos-  
 set & p saluatore accipi, à quo venit saluatio, quēadmodū in cātico Simeonis, & alibi frequenter.

Ioan. 14.

Eccle. 18  
Psal. 118.

Iaco. 1.

Iob. 1.  
& 2.



Hic Psalmus satis cum vndecimo supraposito cōsentit, & idem fere habet argumentum. Abūdantiā enim malitiæ, & multitudinem malorum (qui, Dei timore postposito, operantur, quicquid libet) versibus septem primis describit. Deinde sub persona Domini, per amarā interrogatiōē insinuat, peruersos pauperum oppressores cognituros aliquando Deum iudicem, quem modo cognoscere atque inuocare noluerunt, quā de timore horribili conturbabuntur, eo quod fidelium consilio noluerint acquiescere, iustis ab eo timore liberis, propter Domini præsentiā in eis habitantibus: atque vltimo tandem versu, fidelium per Christum liberationem spiritu reuelante, præmonstrat.

DECIMITERTII PSALMI ELVCIDATIO.

1 Dixit inspiēs in corde suo, \* non est Deus.

2 Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis: \* non est qui faciat bonum non est vsque ad vniū.

3 Dominus de celo prospexit super filios hominum: \* vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum.

4 Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: \* non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

5 Sepulchrum patēs est guttur eorū: \* linguis suis dolose agebant \* venenum aspidum sub labiis eorum.

6 Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: \* veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

7 Contritio & infelicitas in viis eorum: \* & viam pacis non cognouerunt \* non est timor Dei ante oculos eorum.

8 Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem: \* qui de-



Dixerunt filii hominū in quibus non est sciētia veritatis, neq; sapientia Dei, in cordibus suis, & hanc habēt in animo suo erroneā existimationem, \* quod non sit secundū veritatem Deus, vt à fidelibus creditur, qui res humanas cōsideret ac iudicet, qui iustis pro iustitia felicitatē, aut malis pro iniquitate reddat damnationem: & hac falsissima persuasione blāditur sibi in iniquitatibus suis, quo peccēt liberius. 2. Hac autē falsa existimatione & p̄suasione iniqua præsupsita, sine timore existētēs, neq; cuiusquā metuentes iudiciū, corruerunt ipsi viam suam, & computruerūt velut iumēta in stercore impietatiū suarum: sūntq; facti propter multitudinē & magnitudinē facinorū suorū, detestabiles & execrabiles ante Deū & omnes homines pios, per impiissima opera sua & actiones corruptissimas quibus intēdūt: \* non est ex infidelibus istis qui timorē Dei abiecerūt (quorum est bona, imō maxima pars in hoc miserabili mūdo, qui totus in maligno positus est cui sit curę facere quod bonū ac rectū est: nō est ne vnus quidē ex eis qui studeat virtuti: sed à maiore vsque ad minimū omnes student iniustitię. 3. Dominus Deus omnipotēs de sublimitate calorū in quibus inhabitat, quasi prouidus & diligens humanarum rerum curator attendit & considerat filios hominū, & actiones eorum vniversas bonas pariter atq; malas, ad reddēdum vnicuique venturo tempore pro operibus cōgruā mercedem: \* prospexit (inquam) cōsiderās ad eos qui per fidē rectam vere agnoscunt, aut ex animo quērūt Deū. 4. Et vidit Deus, quēdā maxima pars hominum, via recta derelicta, ad iniquitatem declinauerunt, sūntq; facti ad omne bonum opus veluti reprobī & inutiles, quasi qui iam didicerūt virtutem, nesciētēs vltra neq; volentes bene agere: \* vix inuenitur qui bene agat, vix inuenitur vel vnus. Tāta est enim malorū copia, vt vix vllus videatur numero iustorū, si cum illorū conferatur immēsa multitudine: & ex iis ipsis qui bonū facere vidētur, vix vnus est qui solum, ac semper faciat quod bonū est, qui nō frequēter admodū declinet ad malū, qui nō subinde agat aliquid quod sit minus rectum: quandoquidē in multis offendimus omnes, & septies in die cadit iustus. 5. Guttur peruersorū quasi sepulchrū est semper apertū, dum intolerabilē scelerē malitię suę interioris sine intermissione exhalāt, & ad vorādū innocios semper parati existūt: \* linguas suas mollificāt, & blādis mollibusq; verbis cōponunt, ad decipiendū proximos suos: \* verba doctrinę siue suasionū, super omne venenū noxia meditantur, & sub linguis ad proferendum opportuno tēpore retinēt: conantes alios & pestifera docere dogmata, & in pessima pertrahere peccata. 6. Os eorū scateat maledictis, amarulentis, blasphemis in Deū, & cōiiciis atq; detractionibus in proximos: \* prōpti semper & parati sunt ad effusionem humani sanguinis, faciles ad consentiendū, imō auidi ad procurandū mortem etiā innocentium. 7. Conteruntur miseri, & infeliciter pereūt, viis istis pessimis sic ambulantes: corpusq; & animam perdunt, dū sibi mortis aternæ reatū per ista cōciliāt: \* viam virtutis & veritatis (quæ vere est via pacis) ipsi noluerūt agnoscere, vt ambularent in ea: \* atq; omnium horum malorū seminariū est, quia nō est in eis timor Dei atq; iudiciorū eius, quæ vel omnino nō credunt vel certe non attendūt. 8. Sed nunquid non tandem cognoscēt Dei iudiciū omnes qui nunc ex prauæ volūtatis studio operantur malū? \* qui populū Domini, hoc est, humiles ac simplices deglutiūt & vorant ad eū modum quo vorari solet panis à comedēte, sine, vlla cibi resistētia, vt sine vlla comedētis misericordia. Certe cognoscēt Do-

A uorant plebem meam sicut escam panis.

9 Dominum non inuocauerunt: \* illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.

10 Quoniā dominus in generatione iusta est.

\* consilium in opis confudistis, quoniā dominus spes eius est.

11 Quis dabit ex Sion salutare Israel?

\* cum auerterit dominus captiuitatem plebis sue.

\* exultabit Iacob, & letabitur Israel.

minū iudicia facientē (cuius cognitionem & timorē nūc abiiciūt) cum fuerint cōpreheni in operibus manū suarum. 9. Cum in hoc mundo agerēt peruersi isti, in Dominum non crediderunt, neq; eum vt Deū suū inuocauerunt, neque in eo spem suam posuerunt: sed vel in idolis, vel in aliis rebus perituris, in quibus poluerāt fiduciā \* & iccirco, quia nescierunt Dominum, timore magno nōnunquā trepidāt, & vehemēter cōturbati sunt, quando nulla fuisset eis causa iusta timoris, neque quicquā periculi, si credidissent in dominum Deum, eūmq; fideliter inuocassent: quemadmodum in aduersitatibus tēporalibus, in infirmitatibus corporalibus, atq; similibus vehemēter timere solēt carnales homines, vbi tamē iustis nihil est turbatione aut timore dignum. 10. Neque mirum si trepidāt illi timore, quandoquidem Dominus non nisi in generatione iustorum est, in ea solum ad protectiōē atq; custodiā inhabitans, nō autem in generatione peruersorū, atq; iccirco Diuina præsentiā desituti illi metunt, vbi bonis (quos inhabitat Deus liberator) nihil est periculi: \* insuper & cōsiliū pauperū atque humilium seruorū Dei repulistis, abieciistis, & suscipere nolulistis, o vos increduli atque peruersi: quoniam Dominus Deus spes eorum erat, quem vobis etiā annunciare & suadere ipsi cupiebant: quorū consilio si obtēperassetis, omnem timorem malum iam euasissetis, neq; in sempiternum venisset vobis vlla cōturbatio. 11. Quis verō erit qui tantæ poterit mederi malitię, quę abūdāt in terris: quis de superna illa cælestique ciuitate (posteaquā hīc super terrā declinauerunt omnes, & maculati sunt in seipsis) dabit salutem & salutationem populo Israel, populo fidelium? \* Indubie nemo, præter Dominum Deum saluatorem nostrū: qui cū voluerit & sicuti voluerit, in tēpore gratiæ, per filiū suum auferet captiuitatē illam plebis suæ, sub qua misere detinebātur, saluūmq; faciet populum suum, id est, credituros in se, à peccatis ipsorū, dans eis potestātē ex filiis captiuitatis: & iræ, filios gratiæ fieri, & filios Dei: \* ac tunc quidem exultabit gaudio spiritali omnis fidelis credēs in Dominū, vitia supplā tans atque cōculcans, & Dei placita perficiēs. \* Atque iterum, cum Dominus fideles suos ex huius mundi miserāda captiuitate, & ex huius vitę peregrinatione eduxerit in patriam supernam, tunc profecto gaudio gaudebunt fideles omnes, cunctis iam superatis & præteritis malis, quibus in hoc mundo ingiter ab iniquis affligebantur.

ANNOTATIONES IN PSALMVM DECIMVMTERTIVM.

Versu primo, Dixit inspiēs in corde suo, nō est Deus. Quidā peculiariter huius Psalmi dicta accommodant incredulis Iudæis, qui Christi diuinitatē noluerunt suscipere, neq; agnoscere venientem in carne maiestatem: sicque cum dicitur, Non est Deus, supplendum putant, hic homo, Christum demonstrando: vt sit sensus, Dixit impius & incredulus Iudæus in corde suo, hic homo (qui filiū Dei se asserit) nō est Deus. Atque ex hac radice infidelitatis, in isto Dei iudicio, peruenerūt ad abomināda impietatis facinora, quę in Psalmo describuntur. Et sane qui ita Iudæorum populo Psalmum applicāt, non omnino præter autoritatē loquūtur: quandoquidē & Paulus Apostolus cap. 3. Epistolę ad Romanos, ad idē rēre propositū aliquot eius versus adducit, iuxta trāslationē 70. interpretū, ad declarandum, quod Iudæos Christi aduētus non inuenerit innocentes: Scim⁹ (inquit) quoniā quęcūque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur: vt omne os obstruatur & subditus fiat omnis mundus Deo. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. In Elucidatione tamē generaliorē amplectimur sententiā, in vniuersum omnibus impiis (in quib⁹ nō est timor Dei) Psalmi processū aptātes: quod dū facimus, priorē sententiā nequaquā excludimus, neque Pauli citationem repellimus, sed vt particulare in vniuersali potius includimus. Et cōueniētius putamus quod dicitur, Nō est Deus, intelligi absolute, absque subauditione suppositi. Hoc enim dicūt in cordibus suis impii, quoniam hoc sibi persuadent, & hoc sentiūt, sic viuentes, sic agentes atque loquētēs tanquā si id credāt habeāntq; persuasum, videlicet nō esse Deū qui res curet humanas, aut actiones hominū sit iudicaturus: ex quorū persona in Iob dicitur, Circa cardines cęli perambulat, nec nostra cōsiderat. Huic autē sententię aperte satis cōsonat Chal. Paraph. habēs in hūc Iob. 22. modū, Nō est potestas Dei in terra. ¶ Versu 2. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis, &c. Nota pulchrū ordinē versus huius ad præcedentē. Dixerat enim, impios existimare nō esse Deū. Nunc verō euestigio subsequitur, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. Recta enim horū adinuicē cōsequuntur. Est enim fides ac timor Dei, retinaculū quoddā & salutare vinculū, quo arcetur homo ac prohibetur à cōmissione malorū: quęadmodum pulchre Sapiēs attestatur dicens, Per timorē declinat omnis à malo. Et qui sine timore est, nō poterit iustificari. Et Psalmo. 110, Initium sapiētię timor Domini. Cui etiā astipulatur quod in lib. Boetii de cōsolatu Philosophico, sacra Philosophia eruditionē suā claudēs, ait, in hæc verba, Magna vobis est Psal. 110,



(si dissimulare nō vultis) necessitas indicta probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cer-  
 nentis. Juxta hanc itaq; sententiā, qui Deū habet ante oculos, qui credit in corde suo esse deum (vt  
 vere credi debet) qui singula hominum opera, cogitatus quoque, affectiones, & intima omnia cō-  
 spiciat, qui & cuncta suo tempore adducturus est in iudicium: quomodo non magnum habet reti-  
 naculum quo prohibeatur à committenda iniquitate? Ecōtrario autem qui prædictæ veritati cō-  
 trariam sibi induerunt existimationem, erroneāq; persuasione, fiunt quasi equus indomitus, tra-  
 no abiecto insaniens, & in omne peccatum absq; retinaculo ruunt præcipientes. De cuiusmodi Apo-  
 stolus scribit, quod desperātes (id est, fidem & spem Dei non habētes) tradiderunt semetipsos im-  
 pudicitia, in operationem omnis immūditie. Atq; ita ex vna hac falsa persuasione cōsequitur sta-  
 tim perfecta corruptio, & sceditas multiplex omnis generis peccatorum, propter quæ abomina-  
 bilis fit homo Deo. Quemadmodum enim sal in carne à corruptione eam præseruat, atq; scetore;  
 ipso verò pereunte aut deficiente, caro mox corruptionem patitur, atq; consequentem scetore: ita  
 fides ac timor Dei vbi adfuerit, præseruat à corruptione animam, & gratiam facit acceptabilem-  
 que Deo: vbi verò defuerit, mox corruptio & sceditas cōsequitur peccatorum, fitque anima odibi-  
 lis & abominabilis Deo. ¶ Versu tertio. Dominus de cælo prospexit super filios hominum. More  
 humano loquitur propheta de Deo, quasi speculatore in alta specula positum fingēs, qui desu-  
 per prospiciat super actus hominū: quomodo in alio rursum loco dicit, De cælo respexit Dominus  
 vidit omnes filios hominum. De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitāt ter-  
 ram. Et iterum, Prospexit Dominus de excelso sancto suo, Dominus de cælo in terrā aspexit: vt au-  
 diret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum. Proprie enim prospicere, quasi ex  
 eminenti loco, & à lōge aspicere est. Quod autem dicitur hoc in loco, Dominus prospexit, vt videat  
 si est intelligēs, nō aliud est, q̄ prospexit vidēs, aut videndo ad actus hominum, an videlicet ipsum  
 cognoscerēt & requirerēt, an non. Ista enim nunc diligēter considerat, vt suo tēpore fideliter pro-  
 meritis cuique retribuatur. ¶ Versu quarto, Omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt. Qui à deo  
 declinat, inutilis est: quoniam fructum bonum (ad quem referendum cōditus est) facere non po-  
 test. Illud enim dicimus inutile, quod non seruit viui ad quem factum est, Hinc apud Sapientē dī-  
 citur, Homo apostata, vir inutilis. Quicūq; enim à Deo se separat, fit inutilis. Vtilis autem homo  
 est, quisquis in Deo manet: quoniam seruit gloriæ Dei, ad quam conditus est. Juxta quā sententiā  
 apostolus dicit, quosdā esse vasa in honorem sanctificata, & vtilia Domino, ad omne opus bonū  
 parata. Nemo tamen sic est ex sese Deo inutilis, quin Deus illum nouerit sibi facere vtilem: si nō ad  
 glorificandam misericordiam & bonitatē, certe ad demonstrandā potentie atq; iustitiæ magnifi-  
 centiam. docet enim nos sanctus apostolus esse vasa itē apta in interitum, in quibus ostēdere ve-  
 lit Deus iram, & notam facere potentiam suam. Et alio in loco docet, in magna domo etiam ficti-  
 lia vasa & terrea suum locum & vsum habere. Vnde docemur neminem (quantum ad Deum atti-  
 net) posse fieri inutilem, ita vt nulli vsui ipse eum valeat aptare: tamen si ex sese homo peruersus ad  
 omne bonū fit inutilis. Et secundum hanc inutilitatem posteriorem, intelligi debet potissimū quod  
 dicitur: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Huic autē cōsonat quod in Euāgelio Ioā-  
 nis, ex ore saluatoris, discipulis dicitur: Manete in me, & ego in vobis. Sicut palme nō potest face-  
 re fructū, nisi māserit in vite: sic nec vos, nisi in me māseritis. Et si quis in me non māserit, mittetur  
 foras, sicut palme & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Quod enim in propo-  
 sito Psalmsi versu declinare dicitur, hoc in verbo isto saluatoris est, nō in Christo & Deo pmanere  
 inutilem autem fieri, est fructum nō posse ferre, & proinde ignibus tradi: Quēadmodum autē pal-  
 mes qui in vite non māserit, licet ad fructū natiuitatis faciēdum sit inutilis, est tamē aptus, adhuc  
 cōbustioni, & igni nutriendo vtilis: sic & homo postquam declinauit, & à Deo separatus est, licet  
 ad faciēdum fructū vite & operationis bonæ sit factus inutilis. manet tamē aptus siue vtilis (vt ita  
 dicā) Deo, ad escā ignis, quem præparauit diabolo & angelis eius. Vnde in parabola, malos homi-  
 nes Christus zizanī, Ioannes autem paleæ cōparat: quæ licet non sit vtilis, vt congregetur in hor-  
 reum, apta tamē est, vt proiciatur in caminum. ¶ Versu eodem, vsq; ad vnum intelligunt quidā,  
 vsq; ad Christum: quoniam videlicet ipse solus per se bonus est, & quoniā absque eo nemo boni  
 quicquam potest facere. Conueniētior tamē videtur altera expositio, quam in Elucidatione solā  
 explicauimus, vt illud, vsque ad vnum, valeat, ne vnus quidem: sitq; sensus, Non est qui faciat bonū,  
 ne vnus quidem. Sic enim loqui solemus, cum vniuersitatem, vel maximam partē volumus signi-  
 ficare. Atque in hanc sententiam videmus beatum Paulum in Epistola ad Romanos præsentem  
 Psalmsi locum intellexisse, & in testimoniū citasse, cum tertio capite eius Epistolę allegaturus præ-  
 sentem locū ita scribit, Causati sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse; sicut scriptū est,  
 Quia non est iustus quisquam: non est intelligens aut requirens Deum, &c. Vbi Græce habetur,  
 οὐκ ἔστιν ἰσθός τις: hoc est) ad verbum reddendo) Non est iustus, ne vnus quidem. Quod cum in Psalmo  
 expresse non habeatur, satis apparet, illum quod in sequentibus ex Psalmo adducit vsq; id est,  
 vsq; ad vnum, accepisse pro' οὐκ ἔστιν ἰσθός, hoc est, neque vnus, vel ne vnus. Ad idem facit & Hebraica le-  
 ctio, quæ habet, Nō etiam vnus: hoc est (suppleto verbo) Non est etiam vnus: aut, Non est vel vnus,  
 quomodo ex Hebræo interpretes vertunt. Quod si quis roget, quonam pacto hæc lectio habere  
 possit veritatem, cum verisimile videatur in omnibus generationibus Deum semper electos suos  
 habere, & habuisse, quos ipse ab iniquitate saluat, quemadmodum Paulus apostolus ait, Cogno-  
 uit Dominus qui sunt eius. In illis quoq; pessimis maleficę Iezabelis temporibus, cū omnia plena  
 essent pollutionibus, responsum nouimus querulāti Helix, septem milia virorum relicta esse, qui

A nūquam genu curuasset Baal, cum ille se solum existimaret relictum cultorem Dei. Imò & in no-  
 uissima Antichristi persequutione, qualis non fuit, neq; erit, ex Euāgelica narratione didicim⁹, ser-  
 uados adhuc electos, quos diuina bonitas nō patietur leduci à veritate. Quomodo ergo (quaret a-  
 libidem. liquis) Propheta hic pronunciat, non esse ne vnum quidem qui operetur bonū? Aut quod tēpus re-  
 spicit ille, dū hæc pronunciat? Huic quæstioni facile responderetur, primū quidē, si hyperbolico tro-  
 po vsum dicamus Psalmsiam, qui Prophetis admodū frequēs & familiaris esse solet: quo modo &  
 illud Hieremię accipiendum est, A minimo vsq; ad maximum omnes auaritiæ student. Et illud Pau-  
 li, Omnes quę sua sunt quarunt, aliāq; his similia permulta, quæ in scripturis passim sunt obuia. Et Philip. 2.  
 iuxta hanc sententiā procedit Elucidatio. Posset nihilominus hic locus & alter excusari, secundum  
 illud quod in alio Psalmo positus in extasi sua idē hic Propheta exclamat, dicēs, Omnis homo mē-  
 dax. Videtur enim hoc vniuersaliter (vt probatum est) absq; tropo intelligendū. Omnis enim ho-  
 mo, quantum ex sese, vanus est, mēdax, & instabilis, & ad peccati vanitatē pronus, atq; à viciata o-  
 rigine, ex ingenita mala cōcupiscētia, ad malum procliuus. Atq; ita non est ne vnus quidem, qui ex  
 sese quicquā operis vere boni. Deōq; placiti possit peragere, absq; speciali Dei saluatoris auxilio.  
 Ait enim ipse, Sine me nihil potestis facere. Atq; ita corruptio ista partim ad originale peccatum  
 refertur, quo vniuersi eramus inquinati & abominabiles facti, donec veniret salutare Dei nostri,  
 quo de captiuitate sumus redēpti ad gaudiū filiorū Dei. Sed & tertio dicere licebit absq; incōmo-  
 do, quod non de bonorū numero hic loquatur, sed tantū de inspicitibus illis, de quibus primo sta-  
 tim versu sermonem proponit, qui omnes à maximo vsq; ad minimum in studiis suis corrupti ne-  
 sciunt, neq; volunt bene agere. ¶ Versu septimo, Cōtritio & infelicitas in viis eorum. Quod in viis  
 impiorum sit cōtritio & infelicitas, id Elaias secundū eandem sententiam testatur capite sue Pro-  
 phetiæ quinquagesimo nono his verbis, Opera eorū, opera inutilia: & opus iniquitatis, in manibus  
 eorū. Pedes eorū ad malū currūt, & festinant vt effundāt sanguinē innocentē. Cogitationes eorū,  
 cogitationes inutiles. Vastitas & cōtritio in viis eorū. Viam pacis nescierunt, & nō est iudicium in  
 gressibus eorū. Imò & ipsi impij in libro qui Sapientia inscribitur, perhibent de sua cōtritione te-  
 stimoniū dicēs. Errauimus à via veritatis, lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambu-  
 lauimus vias difficiles: viam autē Domini ignorauimus. Ac post pauca, In malignitate nostra cō-  
 sumpti sumus. Cōtritio autē hæc & infelicitas impiorū accipi potest, vel illa æternę mortis dāna-  
 tio quæ in viis impiorum est: quoniam per eas ad illam recta pergunt, quam & inueniēt, postquam  
 cursum sui itineris perambulauerint. Aut illa quam in hoc tempore, ex tormenta malæ cōscientiæ &  
 inquietudine animi, nōnunquā etiam ex multis corporis fortunæq; aduersitatibus perpetiuntur ob-  
 scientia malæ carnificinā perpeti, libidinosi cogitationibus atq; affectionibus ingiter torqueri,  
 curis seculi & solitudinib⁹ vite huius misere distrahi atq; diuexari: nō rarō etiā corpus & animā  
 pro suis cōsequēdis siue adimplendis desideriis, maximis exponere periculis, summōque obiectare  
 discrimini: nōnunquā etiam corporis omne robur & temporalem vitam consumēdo, in adimple-  
 tione carnalium desideriorū: quemadmodum ebriosi homines atque luxuriosi faciūt, qui nimio po-  
 tu, nimiaque venere semetipsos enecāt, viribusque exhauriunt, sicque sibi mortē ante tēpus accer-  
 sunt, sui crudeles interfectores: plerique etiam causa sibi sunt aut occasio, vt vel gladio vel veneno  
 aliiue insidiis ante tēpus pereāt. Itaque etiam de tēporali cōtritione & infelicitate verum est, q̄  
 inueniatur in viis ac studiis impiorum: tamen de æterna illa potissimū sermo videatur haberi. Est  
 enim ista quā nunc præsentium afflicto & infelicitas, prænantia eius quę vëtura est absq; mēsurā  
 & numero infinitæ tribulationis atque miseriæ, de qua apostolus Romanis loquitur, dicēs, Ira &  
 indignatio, tribulatio & angustia in omni animam hominis operātis malum. ¶ Versu eodem, Et  
 viam pacis non cognouerunt. De via pacis nemo ambigit, quin ipsa sit via iustitiæ. Hanc enim qui  
 ambulant, veram pacem habent ac sentiunt: non qualem mūdus dat, sed quam Christus suis reli-  
 quit discipulis, dicēs, Pacē relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et iterum, in me pacem habebi-  
 tis. Ac rursum, Inuenietis requiē animabus vestris. Iugum enim meum suauē est, & onus meū leue.  
 Hæc autem viam iustitiæ non cognouerunt impij, quoniam non intelligunt, quā dulce sit huius-  
 modi viā perambulare. Existimant enim duram eam esse ac nimium difficilem, cum reuera nihil sit  
 iucundius quā ambulare, imò & currere in viis Domini. Non etiā cognouerunt viam pacis, quon-  
 niā illā noluerunt intelligere, noluerunt sectari vt eam acceptarent perambulādā: sed prælege-  
 runt vias impietatis. Forsitā autem nec hoc mysterio vacat, quod via pacis singulariter dicitur, vię  
 autē impiorū numero plurali: Semita enim iustorū vna est & recta, quæ deflexionē nō patitur, ne-  
 que ad dexteram neque ad sinistram, vt quomodocunque deflexerit quis in partē alteram, mox de-  
 sinat ambulare viā rectam. Cæterum, impiorū viæ admodum variæ & intricatæ sunt: quemadmodū  
 in corporalibus viis non nisi vna est via recta, sed multa sunt denia, in verbis autem Sapientiæ su-  
 præpositis, sub vtroq; numero dicitur, primū singulari, deinde plurali: Lassati sumus in via iniqui-  
 tatis, ambulauimus vias difficiles. Quali enim vna est iniquitatis via, propter vnum exitiū quo tē-  
 dunt omnes qui operātur malum. Vnus enim omniū finis, interitus, & perditio est: Viæ autē mul-  
 tæ, propter magnā peccatorū abinuicem differentiam. ¶ Versu octauo, Nōne cognoscent omnes  
 qui operantur iniquitatem? Modus loquendi iste per interrogationem, interdum ad amaram & se-  
 ueram increpationem pertinet. Quēadmodum cum in cantico Moyfi serui Dei, ex persona Domi-  
 ni dicitur, Nōne condita sunt hæc apud me, & signata in thesauris meis? Quasi diceret, Vtique cō-  
 Deut. 32.

Deut. 32. dita sunt & signata. Ita in proposito loco firmissime assertoria responsio subaudienda est, tanquam si dicat, Vtiq; cognoscent suo tempore qui nunc operantur iniquitatem. Quonia autem nihil additur post verbu cognoscent, neq; determinatur quid sint cognoscenti operari iniquitatis: circoco necesse est aliquid supplere, qd sit sententia & loco conueniens. Potest enim intelligi, cognoscenti-ros Deum iudicem aut vindicem malorum nunc perpetratorum, quem nunc abnegant, dicentes (iuxta Psalmi initium) Non est Deus. Cui consonat quod supra Psalmo nunc dictum fuit, Cognos-ctetur Dominus iudicia faciens. Poterit & aliter intelligi, Cognoscent impij quid egerint, aut co-gnoscent vindictam quam nunc promeruerunt suis malis actibus, aut quid expectare debeant, quid-ve eis sit euenturum in nouissimo. Neque enim inconusuetum est, cum poenam predicere volumus, illam silentio premere: Ceterum, illud deuorare pauperē vt cibum panis, quod nos in Elucidatio- ne retulimus ad estimationem potētum, qui pro nihilo reputant pauperes deuorare, neq; amplius commouentur, quam si panem cibarium manducarent, intelligi etiam posset secundum hoc, quod diuites & potentes de rapinis pauperum viuunt & pascuntur, quemadmodum homo pascitur pa- ne. Rapina enim & depraedationes pauperum, victus sunt diuitum, imo triumphus & gloria potē- tum. Alii presentem locum sic intelligunt, quoniam quotidie oppressioni pauperum potentes in- sistunt, quemadmodum quotidie panem manducant. ¶ Versu nono, Dominum non inuocauerūt, illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Nihil mirum, vbi conscientia perturbata est & per- uersum iudicium, si etiā timor suum non habeat ordinem, vt illud metuam quod metuendum non sit, e contrario aut timor desit, vbi timendum foret. Timor enim iudicij sequitur: propter quod etiā aliter sensus timet, aliter intellectualis affectus siue voluntas. Cum igitur in impijs obstinatis po- nentis sit peruersum iudicium, adeo vt (iuxta verbum Propheta) dicant bonum malum, & malū bo- num, tenebras lucem, & lucem tenebras: fit, vt ibi timeant, vbi vere timendum non est, & e contrario. Timent enim ea que secundum veritatem potius speranda sunt & concupiscenda: ea verò que ti- menda sunt, hæc concupiscunt, ad hæc spe & desiderio anhelant, quantum valent. Paupertatem nan- que, egestatem, defectum, humiliationem, infirmitatem, dolorem, afflictionem, aduersitatem qua- libet corporalem, mortem, & huiusmodi, summe horrent & execrantur. Honores autē, pōpas, deli- cias, corpus bene curatū, & bene validum, omnimodā prosperitatem, diuitias, & huiusmodi, velut summa quadā admirantur, & vehementissime ista concupiscunt ac deamāt: & si forte in his pericli- tantur, ibi summe metuunt, quasi summis bonis sint priuadi. Cur ista? Quia peruerse iudicāt. Qua- re peruerse iudicāt? Audi Apostolum: Quoniam inquinatæ sunt illorum mens & conscientia, quo- niam mēte corrupti sunt, & ad omne opus bonū reprobī. E contrario autem, vbi conscientia bona est adest quoq; bonum iudicium. Bonum autem iudicium facit, vt que vere timenda sunt timeamus, & que optanda optemus: & sic timeamus sicut mala sunt, sic optemus sicut bona sunt: vt ea que per se bona sunt, per se optemus, nepe virtutum opera & spiritualia bona: que autē tantum adminicu- latorie, bona sunt (quatenus scilicet bene vti illis plerūq; solēt homines iusti, & per ea proficere) hæc optemus propter virtutem & profectum spiritus: cuiusmodi est medio crīsanctarum scriptu- rarum cognitio, que sunt victui necessaria (vt postulat sapiens) & si que sunt similia ad pietatem conducētia. Sic ea que per se mala sunt, per se timeamus, separationem a Deo, damnationē aternā, & vitia omnia, atq; concupiscētia malas: que autem sic mala sunt, quia plerūq; illis male vti solēt homines, & in eis deficere sepius videntur, quam proficere (cuiusmodi sunt honores, pōpæ, magnæ diuitiæ, atq; delicia: supereminens seculi literatura, & huiusmodi) hæc non immerito pijs mētibus sunt propter periculum mali annexi metuēda. Et profecto non omnino sanum habet iudicium se- que de stultorum numero esse cōprobat (quem ait Ecclesiastes esse infinitū) qui pro huiusmodi nō formidat, in quibus tā plurimos deficere, imo deperire videt. ¶ Versu decimo, Consiliū inopis cō- fudistis. Inopem istum quidā intelligunt singulariter Christum Dominū, cuius cōsiliū confun- dentes siue respicientes Iudæi (contra quos etiam totum Psalmum nonnulli proferunt) seipsos in me- tū malum cōiecerunt. Timuerūt enim locum & gentē perdere, si huius inopis cōsiliū admisissent, Si dimittimus eum sic (inquiunt) omnes credent in eū, & venient Romani, & tollent nostrum locū, & gentem. Nos autem qui Psalmum generali expositione ad impiorum maxime obstinatorū vni- uersitatem referimus, partē istam generaliter idem malum explicare. Consonatq; huic genera- li expositioni Paraph. Chal. habēs numero plurali, cōsiliū pauperum quod cogitāt, in vobis vi- tuperastis, quonia posuerūt in Deo spem suam. ¶ Versu vltimo, Cū auerterit Dominus captiuitatē plebis suæ, Captiuitas duplex potest intelligi. Altera, peccati & mortis æternæ, sub qua detinebatur genus humanū ante Christi aduentū: altera verò exilij & peregrinationis, in vita presentī. A prio- re iam liberatum est humanum genus per Christi primum aduentum in mūdum. A posteriore ve- rō expectamus liberationem, cum ex hoc incolatu ad libertatē illam glorię filiorum Dei pertine- gemus, a qua modo in hac valle lachrymarum exulamus. Secundum duplicem autem hanc captiui- tatem, duplicemq; liberationem, geminam in Elucidatione expressimus intelligentiam. Notandū autem, quod dicit, in auersione captiuitatis a populo Dei, Iacob & Israel habituros letitiam: Esau enim, & iis qui ex parte eius sunt (id est, incredulis & peruersis) nō est pars in Domino, neq; in gau- dio salutis eius. Cum enim (quantum ex se) saluator omnium sit Deus, cupiens omnes saluos fieri, & ad salutem per veritatis agnitionem peruenire: ipsi tamen recusant gratis allatam suscipere, ac per infidelitatem atq; malitiam seipsos faciunt ab ea alienos. Sunt enim proprio suo iudicio (vt de hæreticis inquit Apostolus) condemnati.

XIIII. PSALMI ARGVMENTVM.

Considerat Propheta in hoc Psalmo & tractat, qui modo veri ciues domus Dei, que est in Ecclesia, & qui ingressuri sint in requiem celestem: idque facit per interrogationem ad Deum cui per subsequentes versus omnes a primo adhibetur responso, accipienda vel quasi a Deo, vel quasi a Propheta sibi ipsi ad interrogationem propositam respondente: id quod ad affectus cōmotionem facere nonnunquam homines solent. In responsione autem hac, illud notandum videtur, quod primo ea que generaliora sunt, nempe declinare a ma- lo, & facere bonum, proponuntur. Deinde verò sequentibus versibus, ad particularia descenditur specialius.

DECIMIQUARTI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? \* aut quis requiescet in monte sancto tuo?

2 Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.

3 Qui loquitur veritatem in corde suo.

\* qui non egit dolum in lingua sua.

4 Nec fecit proximo suo malum:

\* & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.

5 Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus:

\* timentes autem dominum glorificat.

6 Qui iurat proximo suo, & non decipit.

\* qui pecuniam suam non dedit ad vsuram:

\* & munera super innocentes non accepit:

7 Qui facit hæc, non mouebitur in aeternum.



Domine Deus mecum ipse pendere cupio, & velut te docete addiscere, quoniam sint illi qui tecum habitabūt, modo in Ecclesia ista (quæ est veluti militantiū tabernaculū, tanquā veri serui tui, & veri incolæ illius: \* & qui deinde requie tua sempiterna tecum perfruentur in Ecclesia illa sublimi triumphante, in qua tu quasi in monte immobili & firmissimo habitaculo inhabitas. 2 Considero autem & comperio, non omnes absq; discretionē ex illorum fore numero, sed eos tantum qui nūc in corpore isto sine peccati macula vitam ducere satagunt, semperq; a malo declinantes, id quod bonū ac iustum est se- dulo perficiunt, & omne virtutis opus sectātur studiose. In his enim duobus, nempe in recedendo a malo & sectando bonū, perfecta iusti- tia est. 3 Qui in corde suo loquuntur veritatem, ea animo volentes, proponentes, atq; desiderantes quæ vera sunt, quæ recta, quæ vtilia, & in vniuersum quecunq; ad veritatem siue virtutem spectant, non au- tē praua aut inutilia aut noxia: \* qui per linguas suas dololū ac frau- dulentum nihil contra proximos loquuntur, quo eos circumuenire aut decipere conētur: sed lingua sunt, quemadmodum & corde, veraces. 4 Qui deniq; opere exteriori malum nullum intulerūt proximis, neq; iniustitiam, neq; fraudem, neque damnum, neq; aliud quodlibet malum: sed omnia agunt in veritate atq; sinceritate, faciētes homi- nibus quicquid sibi vellēt fieri, & quod sibi fieri nollent, in alios nō exercentes. In tribus autem his, nempe in veritate cordis, oris, & ope- ris, tota iustitia est: \* qui deinde opprobrium aut contemptu non af- fecerunt proximos suos, eos despicientes, atq; etiam opprobria ab alijs illata proximis nō acceptauerunt, non æquo tulerunt animo, ne- que eidem præbuere consensum: sed potius quantum in ipsis fuit) auertere & impedire huiusmodi conati fuerunt. 5 Qui insuper ho- mines malignos non magnificauerūt, non laudauerunt, non fouerūt in sua malitia per adulationem, sed magis (quantum in in ipsis fuit) humiliare eos, & ad nihilum deducere studuerunt, eorum conatibus malis constanter & viriliter amore iustitiæ resistēdo: eos a utē qui di- ligunt Dominum, magni aestimauerūt: in precio habuerūt & honore affecterunt debito, eorum pijs studiis amorē, honorē, & auxilium pro sua conditione impēdentes. 6 Qui deniq; si quando (vel necessitate compellente vel utilitate suadente) proximo suo quicquam iuramē- to addixerint, nō decipiunt, neque fraudant eum cui factum est iura- mētum, sed firmissima fide adimplent: similiter & si promisso aut vo- to quicquā fuerint polliciti, non fraudāt eum cui vel votū vel pro- missio facta est: \* qui pecuniā insuper non mutuo dederunt ad acci- piendum inde lucrū viuarium illicitum: \* qui munera nō accepta- uerunt aduersus innocentes, vt pro muneribus peruerterēt iudicium aut contra eos iudicarent quibus causa est per se iusta. 7 Qui hæc & quæ in eis includuntur omnia obserauerit, ex eis nō trāsgrediētes ne- que omittentes, hi demū digni mihi vidētur, quos in aternā requiem tu potentissime Deus dignāter assumas: quo nulla vnquā ventura est cōturbatio, nulla cōmotio, sed sempiterna erit securitas, & trāquilli- tas, ac stabilitas semper duratura. In quam nos quoq; pauperes ser- uos tuos, per prænarratam iustitiā viam, propter nomē sanctum tuū perducere digneris, qui viuus & regnas De⁹ per immēsa secula. Amē.

ANNOTATIONES IN PSALMVM DECIMVMQVARTVM.

Versu primo, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? In priori parte, per tabernaculum Dei, Ecclesiam militantem intelligimus: quoniam tabernaculum ad militantes & peregrinantes pertinet. Vita autem ista, & militia & peregrinatio est. Militia enim (vt ait sanctus



Iob. 7. Iob est vita hominis super terram. De peregrinatione autem alio in loco dicit Psalm. Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. Et ad Hebræos scribit Apostolus, quod aduenas & peregrinos sese confitebantur sancti Patriarchæ super terram. Recte ergo Ecclesia ista, in qua ut milites & peregrinantes demoramur, tabernaculum dici potest, & merito debet. De quo tabernaculo in Apocalypsi dicitur Ioanni, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus. Pro tabernaculo autem ex Hebræo vertit Hieronymus tentorium, similiter & Felix. Domine (inquunt) quis peregrinabitur aut demorabitur in tentorio tuo? quod aperte prædicta astipulatur interpretationi. Peregrinabitur autem, loco habitabit, etiam translatio habet illa qua Augustinus utitur. Mons autem iste intelligitur Ecclesia, in supernis gloriose triumphans: quæ quamobrem mons sanctus dicatur, iam ante Psalmum tertio dictum est. Illa ergo hoc in loco inter tabernaculum, siue tentorium & montem sanctum Dei differentia est, quod illic peregrinamur, in laboribus videlicet & miseriis multis vitam de gentes pauperulam: hic verò requiescimus, ab omnibus laboribus & afflictionibus liberi. Sic enim in Apocalypsi legimus, Amodo iam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis.

¶ Versu tertio, Qui loquitur veritatem in corde suo, &c. Docuit aliquando sanctus homo Dei, ac paupertatis altissima dispensator diuus Franciscus, illum esse fidelem domini seruū, qui cogitat quæ domini sui sunt, qui loquitur quæ domini sui sunt, itemque operatur quæ sunt domini. Hæc tria pulchro satis ordine, in hoc versu simul & initio sequentis, pariter iuncta conspiciuntur. Nam loquitur qui in corde veritatem, perinde est atque loqui quæ Dei sunt: quoniã dominus ipse est Deus veritatis. Non facere autem dolum in lingua, est non loqui quæ cõtra Deum sunt. Ipse enim omnis fraudis est os for. Nam virum sanguinam pariter & dolum abominabitur dominus. Non facere autem proximo malum, spectat ad operationem boni. Neque enim ista sic mere negatiue, ut sonant, accipienda sunt: sed sub negatione, contraria affirmatio intelligenda venit. Ut cum dicitur, Non egit dolum in lingua sua: intelligitur, sed iustitiam & aequitatem loquitur cum proximis suis. Et iteñ, Nec fecit proximo suo malum: intelligitur, sed fecit quod bonum, æquam & iustum est, quod in elucidatione etiam indicauimus. ¶ Versu quarto, Et opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Secunda pars huius versus specialiter posset detractione intelligi, ut ille dicatur accipere opprobrium aduersus proximum suum, qui detractionem audit & sustinet siue acceptat, audiensque arridet & applaudit, cum magis debuerit obfistere. Melius tamen generaliter puto accipiendam, ut intelligatur de quolibet contemptu, & qualibet contumelia: sic tamen, ut etiam detractio includatur. Nam & ipsa opprobrium aliquod semper adfert illi, aduersus quæ profertur. Sicque aduersus alterum accipit opprobrium, qui contemptum aliquem videt irrogari, siue in presentem, siue in absentem, aut qualibet iniuriam, vilipensionem, aut oppressionem, quam acceptat, in qua oblectatur imò quam sustinet, cum posset prohibere vel impedire atque etiam deberet pro sua virili, Habet autem hoc loco aliquanto clarius & plenius versio Hieronymi ex Hebræo, in hunc modum, Non sustinuit opprobrium super vicino suo. Felix, Opprobrium non tulit aduersus proximum suum. Neque, dissonant ista à nostra vel lectione vel interpretatione. ¶ Versu quinto, Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Totum istud, ad nihilum deductus est, Græce vno vocabulo dicitur *ἐκείνω*: quod vno verbo correspondenter dici posset Latine, annihilatus, hoc est, nihili fit, & nihili peditur. Vnde beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Despicitur in oculis eius improbus. Felix autem vertit, Neglectus in oculis suis abominabilis, quod eandem quidem sententiã, sed obfcurius continet. Est enim sententia, hominem impium & detestabilem in oculis iusti esse neglectum, & nullius precii habitum, nihilque reputatum. ¶ Versu sexto, Qui irrat proximo, & non decipit. Nõ ita hoc est intelligendum, quasi ad iustitiam pertineat, aut Deo hominem gratum faciat actus iurandi: sed tantum ad significandum iuramentum (cum ipsum fieri contigerit) debere esse syncerum, firmumque, & minime fallax ac deceptorium. Tãtundemque valet, Qui iurat & nõ decipit: atque illud, Qui iurãt vel cũ iurat, vel si iurat nõ decipit. Est autem hæc loquutio satis vicina illi qua dicitur in Psalm. quarto, Irascimini, & nolite peccare, secundum quorundam expositionem suo loco suprapositam, qui sic intelligunt, Si irascimini, vel irasci contingat, nolite peccare. Vnde quemadmodum ex illo passu, secundum hanc expositionem, non probatur iram spectare ad virtutem, sed tantum irã temperationem & refrenationem: ita neque ex hoc loco probari potest iuramentum ad virtutem spectare, sed tantum fidelitatem in iuramenti obseruatione. ¶ Versu eodem, Qui pecuniam suam nõ dedit ad vsuram. Dare ad vsuram cum in sermone generaliter ponitur, absque particula alteram indicante significationem, indifferenter respicit vel illum qui accipit sub obligatione fœnoris, ut videlicet lucrum debeat polliceri sibi mutuanti: vel illum qui lucrum accipit & spectat, ex mutuo quod præbet alteri. Manifestum autem est, quod hoc loco non nisi secundo modo accipiatur, cum dicitur, Qui pecuniam suam non dedit ad vsurã. Quod primum quidem patet ex accusatiuo, pecuniam, adiecto. Is enim indicat significationem secundam. Non enim solent homines accipientes à creditoribus mutuum, dare pecuniam sub obligatione fœnoris, sed magis accipere. Deinde sententia veritas id ipsum demonstrat. Neque enim hoc aduersatur virtuti, primo modo dare ad vsuram. Potest enim fieri, ut grauegestate quis oppressus merito debeat ad vsuram confugere, quasi remedium opportunum suæ necessitati. Versu ultimo, Non mouebitur in aeternum. Præter expositionem in elucidatione monstratam, posset conuenienter intelligi ad hunc modum, Non cadet in aeternum, neque priuabitur, neque separabitur à cœtũ filiorum Dei. Cui consonat quod ex Hebræo vertit Felix, Non elabetur in seculum: à felicitate scilicet aeterna, à monte sancto, de quo in principio propositum fuit: sed recta illud pertinet, illicque permanebit.

Psalm. 4.

XV. PSALMI ARGUMENTVM.

Ratio Christi est Psalmus iste, pro se ac suis membris ad patrem clamantis, sibi que ac suis ab eodem patre præstita beneficia commemorantis. Initio enim Psalmi, patris implorans custodiam, mox, quemadmodum omne eius desiderium in sanctis pater impleuerit, narrare incipit, & quomodo per ingrauescentiã atque inualefcentiam iniquitatum, multorum ad se filiorum facta sit conuersio: quos se dicit non ad gentiliū aut Iudaicorum rituum obseruantiam conuocasse, utpote quos ad cultum nouæ legiſ Euangelicæ aduocauerit. Deinde à versu quinto, Deum patrem gloriatur filius se suosque habere in hereditatem: in qua ut supra modum præclara, mirifice sibi complacet, etiam ad noctem usque benedicens Deum, quem in conspectu suo prospicit semper, semperque à dextris sibi assistentem, & paratum in auxilium: qui morte solutum filium custodiuit, ut nec anima in infernum descenderet, neque caro experiretur putrefactionem: sed in vitam ipsum resuscitauit immortalem, ac glorificatum sublimauit in dextera sua, ubi omnium est delectationum plenitudo.

DECIMI QVINTI PSALMI ELUCIDATIO.

1 *Conserua me domine, quoniam speravi in te: \* dixi domino, Deus meus est tu:*

\* quoniam bonorum meorum non egēs;

2 *Sanctis qui sunt in terra eius: \* mirificauit omnes voluntates meas in eis.*

3 *Multiplicate sunt infirmitates eorum:*

\* postea accelerauerunt.

4 *Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus:*

\* nec memor ero nominum eorum per labia mea.

5 *Dominus pars hereditatis mea: & calicis mei.*



Vtodi pater me filium tuum, mihi que credentes, & mea membra, à morte & omni malo cõserua, quoniam in te est spes atque fiducia mea, atque item eorum qui in me credunt: \* dixi tibi, ð pater (qui meus es secundum humanitatis infirmitatem dominus) & in oratione confessus sum, quod Deus meus sis, me secundum humanitatem superior & maior: \* te (inquam) domine & pater oro ut me cõserues, quoniã tu nullo bono nostro indiges, aut opus habes, sed ego & mei, tuorum bonorum egemus, & à te accipere omnia vere bona debemus, atque à te omnia expectare: cũ ipse vicissim à me vel ab alio quouã omnino nihil debeas expectare aut etiã suscipere valeas. 2 Itcirco autem fidenter te pater inuoco, quoniã benignum te & facile agnosco erga oēs te inuocãtes. Nã quantum ad sanctos & fideles qui sunt in terra tua, in hoc mũdo, quæ creati, in Ecclesia quã fundasti: \* quantum ad hos, siue erga hos, & in eis, siue de eis, tu mirabiliter fecisti, & mirifice impleuisti oēs voluntates meas, id est, quæcunq; de eis fieri volebã, optabam, desiderabã, omnia mirabili bonitate ac misericordia tua implesti, optime pater de eis. Volebã enim credentes in me à peccatis fieri saluos, à morte & dãnatione liberari, filios Dei fieri, diaboli regno esse subtractos, regni cœlestis fieri heredes, spiritu sancto regenerari, atque alia quæ ad electorum salutem pertinerent: quæ omnia mirabiliter in electis, diuinitatis tuæ potetia, per me filium tuum implesti. 3 Et id quidem magis mirabile, dum attenditur eorum mira ad me facta cõuersio. Nam postquã eorum infirmitates atque miseria (tam idololatriã, quã caterorum errorum atque vitiorum) multiplicatã fuerant, & quasi vique summum excreuerant, quando totus mũdus hisce miseriis porissimum erat implicitus: \* tunc audita veritatis prædicatione, mox ardenti animo veritatẽ suscepserunt, ac reiectis omnibus quibus impliciti fuerat erroribus, ad Deum viuũ sese festinantes alacri corde cõuerterunt: tanto iam ardentius atque libentius veritati adherentes, quanto se turpius antea vanitatibus attendebãt fuisse inuolutos. Cõclusa enim fuerãt omnia sub peccato in incredulitate, ut agnoscerent oēs se peccasse, & egere gloria Dei, sicque omnes cõsequerentur misericordiam. 4 Et ego (qui veni vocare peccatores ad penitentiam) venientes vn decunq; ab infirmitatibus suis, benigne colligã: neque tamen eorum cõuenticula aut synagogas aut collectiones congregabo de sanguinibus, hoc est, ad immolationem sanguinis quorumcunq; animalium, hircorum aut vitulorum, aut etiam hominum (quemadmodum ad huiusmodi, siue propter huiusmodi immolationes faciendas, erant Iudæorum atque gentiliũ conuentiones) sed in Ecclesiam nouã, ubi erit sacrificium omnibus & Iudæorum & gentiliũ sacrificiis excellentius, congregabo eos: \* neque quales ante conuersionem fuerint, in idololatriis atque vitiis suis vltra rememorabor per labia mea, postquã sese ab eiusmodi vanitatibus ad veritatẽ cõuerterint: neque eis vnquã improperebo quid fuerint, sed erunt coram me priora omnia in oblivione, proiciamque quos tergum meum. 5 Dominus Deus pater meus ipse est portio mea hereditaria, & tota hereditas mea: & ipse est portio calicis mei, hoc est, tota pars mea, simul & eorum qui credunt mihi, quæ expecto, quem solũ desidero in mercedem & gaudium omnium electorum meorum. Ipse enim cum sit

Ioan. 17.

Roma. 3.

Roma. 11.

Matt. 9.

Ezec. 18.

Elaie. 37.



omne bonum & perfectissima bonitas, sufficientissima est hereditas, abundeque ditare potens omnes electos, eosque plenissime reddere beatos: \* tu es o pater celestis, qui me meosque; pertingere facies ad hereditatem meam, id est, ad possessionem celestis regni, a quo secundum humanitatis formam ego factus fueram velut extraneus, & a quo mei fideles per peccata fuerant facti alieni. Ad hanc autem hereditatem per resurrectionis gloriam, & me, & fideles omnes mecum reduces. 6 Funiculi diuisionis mihi in prestantissimis & optimis partibus ceciderunt, hoc est, mihi in partem hereditariam obuenerunt, quod est omnium prestantissimum: \* nam hereditatem meam (quae est Deus meus, eiusque regni possessio) ego pretiosam atque preclarissimam reputo, praeter omnibus quaecumque sunt in caelo vel in terra: neque quicquam omnium cum hac sorte mea ego arbitror posse comparari. 7 Gaudeat proinde alii in suis fortibus & hereditatibus quas eligunt: alii quidem in diuitiis, alii in honoribus, alii in voluptatibus, alii in aliis: has sibi in hereditates obtigisse gaudeant. Ego certe, qui noui quod sit praecleara hereditas mea (quae est possessio summi boni) laudans ac gratias agens, benedicam Deum, qui me meosque; instruxit, & intelligere fecit pretium hereditatis huius prestantissima: \* super & usque; ad noctem in oratione, confessione, & gratiarum actione persequerari, ita ut me increparet, & veluti arguerent vigilias protrahentem, exhausti nimis vigiliis renes mei, veluti coequentes subtrahi corpori debitum somnum, sibi; congruū vigorem, qui non somni tempore potissimum comparatur: quemadmodum oculi increpare solent nimium vigilias protrahentes, veluti debita requiem exposcentes. 8 Neque mirum si in oratione & benedictione ita perstabam, quandoquidem Deum patrem meum conspiciebam semper ut praesentem, & quasi ante oculos meos positum, qui nunquam me relinquit solum: \* quonia a dextris mihi semper assistit, veluti paratus in auxilium, ne vnaquam veniam in casu vel conturbatione, siue peccati, siue mortis. Diuinitas enim humanitatem nunquam desinituit, sed adfuit semper eam custodiens, ne in vllum malum vel peccati vel etiam nocenti alterius, extra tempore praedefinitum & praedestinatione aeternam posset ipsa per fragilitate incidere. 9 Propter hanc autem patris mei iugem praesentiam & indeficientem assistentiam, letatus sum in spiritu meo, atque etiam exultavi in laude & gratiarum actione per linguam meam, etiam ore benedicendo tam benignissimum patrem meum: \* ad haec cum venerit tempus dormitionis meae, ut ponam a meipso paululum animam meam, requiescet etiam tum sine vlllo corruptionis periculo corpus meum (ab anima licet speratum) in spe certa paulo post futura resurrectionis suae, atque cum anima iteranda coniunctionis. 10 Certus enim sum, quod praesentia diuinitatis tuae, o pater (quae semper adest mihi a dextris) non derelinquet animam meam in inferno, ad eum modum quo maligni spiritus atque damnati in profundo eius detinentur: neque item in lybo inferni demorari aut detineri permittet, quemadmodum patrum priorum spiritus illic usque; in tempus redemptionis conclusi seruabantur: \* neque iterum ex altera parte (nempe ex parte corporis) patris mei filium tuum, quem sanctificasti tibi in vocatione spiritus tui absque; mensura, vllam experiri corruptionem siue putrefactionem, quemadmodum caterorum mortuorum corpora solent mox post animae a corpore separationem in putredinem resolui. Diuinitas enim in mortis triduo & corpori & animae (quantum ab inuicem separatis) semper manens vnita, vtrunque; inhabitando custodiet, ad faciendam post triduum tempus praeviam adinvicem reunionem, quae sicut animam ab inferno, ita corpus reducet a sepulchro. 11 Demonstrasti mihi primo omnium, quasi primogenito mortuorum, viam vitae, reditum videlicet a morte ad vitam, quando me a morte fecisti ad gloriosam vitam surgere, ut essem primitia dormientium, & caeteris omnibus in me credituris author fierem resurrectionis ipsorum: quam sane viam praeter me alius nemo inuenire potuit vnquam: \* resurrectionem vero & ad vitam reuocatum me Christum hominem, per glorificationem & exaltationem plenissime implebis, atque satiabis immenso gaudio & letitia ineffabili, in aspectu vultus tui: \* eritque; mihi plenissima iucunditas & delectatio sempiterna in exaltatione ad dexteram tuam, in aequalitate gloriae tuae, in communicatione & fruitione bonorum omnium, quae in te existunt.

\* tu es qui restitues hereditatem meam mihi.

6 Funes ceciderunt mihi in praclaris: \* etenim hereditas mea praecleara est mihi.

7 Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum: \* insuper usque ad noctem increperunt me renes mei,

8 Providebam dominum in conspectu meo semper: \* quonia a dextris est mihi, ne commouear.

9 Propter hoc letatum est cor meum, & exultavit lingua mea: \* insuper & caro mea requiescet in spe.

10 Quonia non derelinques animam meam in inferno: \* nec dabis sanctum tuum vide re corruptionem.

11 Notas mihi fecisti vias vitae.

\* adimplebis me letitia cum vultu tuo.

\* delectationes in dextera tua usque in finem.

## ANNOTATIONES IN PSALMUM DECIMUM QVINTUM.

Versu primo, Quonia bonorum meorum non eges. Nouissima illa coniunctio, quonia, potest continuari secundum sententiam cum primo verbo, Considera iuxta quem modum in Elucidatione accipitur, sicque; causalitatis est indicativa, ut quasi causam assignet filius, ob quam a patre peccata considerari. Et quanta causa vera non sit plene expressa, intelligitur tamen ut affirmatio sub negatione, quomodo etiam in annotationibus Psalmi hunc proxime praecedentis ostendimus. Sub eo enim quod expresse dicitur, Bonorum meorum non indiges, tacite intelligitur (secundum affirmationem oppositam) sed ego cum meis, bonorum tuorum indigemus: quod lectio Hebraea aperte exprimit, habens hoc in loco, Bene non est mihi sine te, ut vertit Iacer Hieronymus. Potest & continuari dictio illa, quonia cum verbo proximo, dixi: ut causalitatis nota non sit, sed tantum connexionis siue continuationis, ad hunc sensum, Dixi domino, Deus meus es tu, ita ut bonorum meorum non indigeas. ¶ Versu secundo, Mirificauit omnes voluntates meas in eis. Videtur pronominis repetitio in fine versus aliquantulum incommodatam & obscuritatem adferre sermoni: simul & personae mutatio de secunda ad tertiam, cum tamen tota oratio ad patrem dirigatur. Clarius enim diceretur, In sanctis qui sunt in terra tua mirificasti omnes voluntates meas. Sed neutrum in scripturarum (maxime Prophetarum) vsu, incognitum vel inconfuetum est, ut quanta ista quasi noua aut insolita debeant turbare. Na de pronominis repetitione iam in annotationibus Psalmi decimi meminimus, & forsitan posterius pluribus in locis admonebimus. Personae autem commutatio nusquam non est obuia scripturarum lectoribus. ¶ Versu tertio, Multiplicatae sunt infirmitates eorum. Contulit non nihil gentibus in Christi aduentu, quod earum infirmitates fuerant multiplicatae, quod excreuerant usque; ad summum infidelitatis, idololatriae, & caetera vitia in eis. Tanto enim facilius erat eis conuerti a fœditate paterna vanitatis, & agnitam veritatem suscipere. Iudaeorum autem populus, quonia vsque adeo non erant ipsius infirmitates multae ut gentium, ideo non sic accelerauerunt ad Christum vel illi. Dicebant enim, se esse vnus Dei cultores, legis diuinae obseruatores, patrum traditionum sectatores: nec agnoscebant opus se habere medico, quonia non excreuerant sic infirmitates eorum, ut facile sentirent. Ideo non accelerauerunt ad medicum Christum. Quemadmodum is qui leui tantum infirmitate languet, ita ut morbum non vehementer sentiat, non curat de requirendo medico, quonia se non sentit illo habere opus: cuius autem infirmitates multiplicatae sunt atque inualuerunt, ut facile sentit infirmitatem, ita medicum libenter suscipit, imo requirit. Atque id etiam hodie in plebisque; videmus, qui in se confidunt tanquam iusti, cum reuera infirmi sint & periculose laborantes: ad medicum tamen non accelerant, quonia non vsque adeo multiplicatae sunt eorum infirmitates, neque adeo incruduerunt, ut eas valeant sentire: & ideo non intelligunt opus se habere medico, cuius modo di erant scribae & pharisaei, suntque; etiam hac tempestate plurimi. Sunt vero alii, qui postquam in profundum vitiorum & in extremam insaniam deuenerunt, iam incipiunt suam fœditatem agnoscere, & sibi ipsis displicere propter fœditatem in qua se inueniunt, cum ad sese diuino respectu deficiunt oculos. Itaque; fit, ut huiusmodi non raro ad Deum, cognita suarum infirmitatum magnitudine, accelerent tanto ardentius, quanto turpius, longiusque; a Deo aberrauerant: & (iuxta Prophetam verbum) quantum a domino abscesserant, decies tantum iterum conuertantur ad illum in toto corde suo. Atque hinc est, quod in Apocalypsi dominus frigidus praelegit tepidis, dicens: Utinam calidus esses aut frigidus: quasi hoc optandi modo indicans, non nullam spem esse reliquam frigidis. Tepidos autem postponit, subiungens: Nunc autem, quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Nolunt enim huiusmodi tepidi ad ignem confluentem (qui Deus est) accedere: quonia satis se calere arbitrantur, cum omnino non caleant, sed tepent. Recte itaque; hoc in loco dicitur, quod post multiplicatas infirmitates accelerauerunt electi Dei. Nonnulli autem de corporalibus infirmitatibus, vexationibus, & afflictionibus praesentem versus exponunt: quonia scilicet vexatione dante intellectum, plurimi ad Deum sese conferunt ardentius. Quae sententia neque; mala foret neque; improbanda, si tantum inueniri posset cum reliquo Psalmi contextu bona connexio: quod forsitan fieri posset, si diceretur de persecutionibus & afflictionibus electorum in primitiua Ecclesia fieri sermonem. Nam hos constat tanto magis ad Deum accelerasse, tanto fidelius, plenius, atque; intimius sese ad Deum conuertisse, quanto magis affligebantur exterius. ¶ Versu 4, Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Eandem habet intelligentiam cum illo quod in Psalmo 9, supra positum est, Increpasti gentes, & perii impius: nomen eorum delecti in aeternum & in saeculum saeculi, secundum expositionem quam inibi assignauimus. Notandum autem, quod dicit, Non recordabor nominum eorum per labia mea: non autem dicit, se non recordaturum illorum: quemadmodum illo etiam in loco non dicit, Delecti eos, sed nomen eorum delecti: nomen scilicet vetus, appellationes antiquas, quas sub diaboli seruitute tenebant. Nam (ut Apostolus ait) si qua in Christo noua creatura, vetera transferunt, facta sunt omnia noua. Et in Apocalypsi, ipse dominus qui sedebat in throno, ait, Ecce noua facio omnia. Quod si omnia innouari debent in fidelibus, nomen etiam conuenit innouari. Nam & principes gentium, eorum quos aliunde in suam seruitutem asciscunt nomina commutant & innouant: quemadmodum legitur de filiis captiuitatis, Daniele, Anania, Azaria, Mizaele, quos ex Iudaea transfulerat rex Nabuchodonosor, quorum nomina commutauit eunehorum praepositus, sub cuius cura fuerant traditi, imponens Danieli nomen Balthasar: Anania, Sidrac: Azaria, Misac: Mizaeli, Abdenago. Quantomagis omnipotens omnium dominus nomine nouo appellabit seruos suos, nec recordari vult, veterum nominum per labia sua? Denique, qui veterem hominem vult exui & exoliari cum actibus suis, quomodo nomen vetus patietur? Conuenit enim nouo homini nomen nouum.

Baruc. 4  
Apoca. 3  
Hebr. 12.

Esaia. 28

Psalm. 9.

2. Cor. 5.  
Apoc. 2f

Danie. 1.

Ephes. 4. Non recordabitur igitur Deus nominū illorum veterum, per labia sua. ¶ Versu quinto, Dominus B  
Coloss. 3. pars hereditatis meae, &c. Nonnulli hereditatem hoc in loco intelligunt sanctam Ecclesiam, hunc  
sensum assignantes. Dominus pars & sors meorum fidelium, quae est hereditas mea. Iuxta illud quod  
Psalm. 2. in secundo Psalmo dicitur, Dabo tibi gentes in hereditatem tuam. Sic item quod sequitur, Pars ca-  
licis mei, secundum hunc sensum exponunt. Dominus pater est merces & praeuiū passionis meae.  
Nam per calicem satis frequens est in scriptura noui testamenti passionem significari. Nos tamen  
(absque horū prauidicio) longe alium sensum assignauimus, qui nobis videtur germanior, & vsu  
Ecclesiastico conformior. Solet enim ex Episcopali iniunctione & Ecclesiastica institutione versu-  
culus iste recitari ab iis qui insigniuntur charactere clericatus, atque in clericos consecrantur, id est,  
in partem vel sortem domini. Hinc enim habent ut clerici vocentur, id est, de sorte domini, vel for-  
tem partemque suam hereditaria habentes dominum. Hanc autem nostram sententiam (quae nobis  
videtur germanior) in elucidatione satis clare lucidēque explanauimus. ¶ Illud tamen aduertendū  
est, secundum hanc nostram expositionē, partem hereditatis dici quasi partem hereditaria. Quae  
acceptio nec à communi loquentiū vsu est aliena. Solent enim vulgo dicere homines, Haec est por-  
tio hereditatis meae, cum demonstrare volunt suam hereditaria portionem. ¶ Verū hoc loco for-  
sitā quarat aliquis, quomodo pacto fieri possit, ut filius aut fidelis quilibet dicat Deum esse partē  
suae hereditatis? Nemo enim potest Deo seruire & mammonae, neque duobus dominis. Neque patitur  
ipse partitionem secum cuiuscunque; sed vult se esse totam insolidum hereditatem eius cui se in  
hereditatem dedit, totum cor expolit, alienum amatorē secum non patitur, ex toto corde vult  
diligere. Quomodo ergo nunc pars dicitur hereditatis, & non potius tota hereditas? Videtur enim  
hac adinuicem repugnare, pars hereditatis, & tota hereditas. Quae questionem istam ex iis quae pra-  
missa sunt aduertenti animum non fuerit difficile dissoluere. Non enim repugnant adinuicem, to-  
ta hereditas mea, & pars hereditatis meae, cum iuxta praedictum modum accipimus partem heredi-  
tatis pro portione hereditaria: imò coincidunt magis, id quod in simili facile fuerit patenti ex-  
emplo declarare. Nam proles quae paternam accipiunt hereditatem, facta diuisione, vbi singulis  
fuerit assignata sua portio, recte possunt singula dicere, Haec est pars hereditatis meae, singulis to-  
tum quicquid in hereditate sibi obuenit demonstrantibus. Vocat enim vnusquisque partē suae he-  
reditatis, totū hoc quod accipit: cum nō amplius aliquid de hereditate habeat, quod totum quod de-  
monstrat, sed quia ex tota paterna hereditate per diuisionē illi hoc obtigit, ceteris cohæredibus  
alia sibi vendicantibus. Atque ita secundum hanc cōparationem, vocant fideles partē hereditatis suae  
dominum: quoniam in hoc mundo, dum alii sibi honores eligunt, alii diuitias, alii mundanā sapien-  
tiam, alii delicias, ipsi sibi dominū Deum in suam portionem accipiunt cum gaudio, libentissime  
illis dimittentes suas quas elegerunt vanitates, modo ipsi suū possint adipisci electum, illūque tene  
Psalm. 72. re imperpetuum. Vnde & alio in loco dicit Psalmista, Quid enim mihi est in caelo, & à te quid vo-  
lui super terrā? Deus cordis mei, & pars mea, Deus in aeternum. Mihi autem adhæret Deo bonum  
Psalm. 141. est, ponere in domino Deo spem meam. Et alibi, Dixi domino, Deus meus es tu, portio mea in terra  
Num. 18. viuentiū. In lege quoque dominus loquitur ad Aaron, dicens: In terra eorum nihil possidebitis, nec ha-  
bebitis partem inter eos. Ego pars & hereditas tua, in medio filiorū Israel. Vbi manifestissimū est,  
partem pro hereditate vel hereditaria portione vsurpari: quod in aliis quoque scripturarum passi-  
mus admodū vsitatum est. Patet itaque nullum in supradicta nostra expositione inesse incommodū,  
eamque conformem esse vsu scripturarum. ¶ Versu eodem, Et calicis mei, Quod autem mox sub-  
iungitur de parte calicis idem valet, quod pars hereditatis. Calix enim in scripturis frequenter pa-  
Psalm. 74. ratam retributionē significat: quemadmodum cum dicitur, Calix in manu domini. Et in Apocaly-  
Apoc. 14. psi, Bibet de calice irae Dei, id est, de retributione indignationis eius, qua impiis retribuet secundū  
opera sua, cōdigna praeuia. Vnde pars calicis recte dicitur sors retributionis diuinae, id est, ipsa mer-  
ces quae ex Dei retributione expectatur. Accipiturque tam in bonam partem, quā in malam, quemad-  
modum merces & retributio ad vtrāque partem spectant. Hoc autem in loco sumitur in bonam  
partem, pro retributione scilicet felicitatis aeternae, quemadmodum & in sequentibus, Psalmo vige-  
Psalm. 21. simo primo, Calix meus inebrians quae praeclarus est. Sed in Psalmo decimo, cum diceretur: Ignis, sul-  
Psalm. 10. phur, spiritus procellarum, pars calicis eorum, in malā partem fiebat acceptio, id est, pro retribu-  
tione damnationis aeternae, quemadmodum illo in loco explanauimus. ¶ Versu eodem, Tu es qui res-  
stitues hereditatē meam mihi. Recte Christus patri dicit de restitutione hereditatis. Per humilita-  
Hier. 14. tem enim carnis, & secundū formam serui de sinu patris descendens, exiit (quasi colonus futurus)  
Matt. 15. in terrā, ut seminaret semen suum: factusque est velut peregrinus & extraneus (secundū eam formā)  
Luc. 8. à praesentia diuinitatis. Cōsidit tamen, à patre sibi restituendam suam hereditatem: quoniam per  
passionem & resurrectionē se nouit, etiam secundū formam serui, assumendum in dexterā patris.  
Valde autē accommode hanc partem dicere possunt fideles Christi membra suo capiti, ut ille eam  
dixit suo patri. Propter Christi enim amorē, huius mundi pompam, gloriam, deliciasque spernunt,  
& abiciunt vniuersā, quo Christū sibi valeant in solidam & certam hereditatē comparare, dicen-  
Matt. 19. tes cum beato Petro, Ecce nos relinquimus omnia, & sequuti sumus te, id est, omnes partes, omnes  
hereditates, omnia quae sunt in mundo abnegauimus, & te pro omnibus elegimus in partē & heredi-  
tatem nostram, te vno contenti, & extra te nihil requirentes. Hi enim cōfidenter subiungere pos-  
sunt, ac dicere domino, Tu es, qui restitues nobis hereditatē nostram quā spreuimus. Pro temporalis  
enim obitu amorē contempta, reddes nobis aeternā: pro corruptibili & mox peritura, immarcescē-  
bilem & nunquā perituram. ¶ Versu sexto, Funes ceciderunt mihi in praclaris. Sumpta est haec me-

A taphorica loquentio à diuisione fortium, quae per funes siue funiculos solet fieri. Vnde Psalmo septuagesimo  
Psalm. 70. gesimo dicitur Dominus filius Israel sorte dimisisse terrā expulsarū gētū in funiculo distributio-  
nis. Et frequenter admodū de hac funiculi mensuratione fit in scripturis mentio. Quomodo igitur  
ille, cui in distributione terrā alicuius obtigerit terra pinguior, longēque praestantior portionibus  
ceterorū qui pariter acceperunt & ipsi funiculo distributionis partes suas, quomodo (inquam) io-  
nans ac gestians iste dicere poterit funiculos sibi cecidisse in praclaris, id est, distributionis funi-  
culo sibi praestantē atque insignem hereditatē obtigisse, sic & in proposito Christus dominus de pa-  
terna hereditate (maxime etiā pro suis membris) gloriatur: debemus quoque & nos singuli gloriari  
in parte ista, ac dicere, quod vere in praclaris, vere feliciter nobis ceciderit funiculus, id est, quod felix  
portio obtigerit nobis, quae praclaram partem nacti sumus, quam nō velimus commutare vlla aliena  
hereditate, id est, nullis diuitiis, nullis honoribus, nullis voluptatibus quantumuis maximis: Sic  
ecōtrario miseri & caeci, voluptatum mundi; amatores, clamant, in praclaris sibi cecidisse funes;  
& habent suam hereditatē praclaram suam portionem stupidissime ac stolidissime iactantes, dum  
abunde se beatos putant suis diuitiis, suis delitiis, suis honoribus. Re ipsa tamen satis ostendunt,  
quod non sit ipsi praclara sua hereditas: quandoquidem illorum affectum minime valent adimplere  
quae possident, reputantque; minimum semper, imo velut nihilum quod habent, cū infinito plura &  
maiora cupiant: quod profecto nō facerent, si id quod assequuti iam sunt, vere praclara esset heredi-  
tatis. Sed ostendit vel luce clarius haec tam grandis in sufficientia, tamque inexplicabilis egestas, quae sit  
pauperula, tenuis, & macra praeter dominum omnis hereditas. Simul & illud euidentissime mon-  
strat, impudenter mentiri omnes, qui praeter dominum vllam iactant hereditatē praclaram. Atque  
haec quidem praesentis loci sententia est. Ceterum, quantum ad sermonis commodum, dubiū videtur,  
quid sibi velit illud, in praclaris. Apparet enim, hanc dictionē per sese non posse efficere cōpletam  
sententiam. Soluitur autē haesitatio, vel substantiue accipiendo praclara, vel intelligēdo substanti-  
uum partibus, aut hereditatibus, aut rebus. Praestat tamen substantiue accipi, ut tantundē valeat  
in praclaris, ac, in iucundis, in amoenis, in elegantibus, quomodo vertit Felix. Beatus autē Hierony-  
mus, in pulcherrimis. Pro secunda autē parte, etenim hereditas mea praclara est mihi, vertit bea-  
tus Hierony. Et hereditas speciosissima mea est: alii, hereditas praclara vel pretiosa est mihi. Chri-  
staica translatio, sed & hereditas mea cōplacuit super me. Quae omnia lectionē nostram atque sen-  
tentiam elucidant. ¶ Versu septimo, Increperunt me renes mei. Sicut oculi, cum nimium vigilias  
protrahimus, quasi per modū aliquem nos increpāt & affligunt, veluti debita somni requiē expo-  
scentes: ita hoc in loco de renibus dicitur, qui vigilis immodicis maxime exhauriuntur, suoque vi-  
gore fraudant. Propter quod à sapiente dicitur, Vigilia honestatis tabefaciet carnes. Et prius illi  
Eccl. 31. patres, qui omne studiū adhibebāt edomandis carnis libidinosis affectibus (quorum sedes in renibus  
sive in lumbis est) vigilis immodicis maxime vacabant, ita sese arbitantes carnem optime in ser-  
uitutē spiritus subigere. Potest verò ista renū increpatio & aliter accipi, ut per renes intelligamus  
affectiones siue desideria, quomodo nonnunquā solent in scripturis accipi: veluti cū dicitur, Deus  
Psalm. 7. renum & cordiū scrutator, id est, affectionum & cogitationū. Secundum autem hunc modum in-  
crepat nos renes nostri vsque ad noctem: quoniam affectiones pia & bona desideria sanctorum, qui-  
bus satagunt gratos sese demonstrare erga Deum, nō cessant extimulare & inuitare ad laudem &  
gratiarum actionem, neque ociosos esse permittunt: & quantumuis oratio aut gratiarū actio fuerit  
protracta, vix tamen patiuntur, ut fiat cessatio, sed ad ampliora semper prouocāt & impellunt. Fa-  
cit enim hoc in fidelibus pia grati animi erga Deum affectio, ut nunquā sibi videantur fecisse satis:  
sed ad maiora semper aspirent, quasi ante nil fecerint. Quae admodum ex aduerso, in quibus nō est  
debita erga Deum cordis affectio, hi vbi vel labia sua in oratione aut gratiarū actione aperuerint,  
vel genua tantū posuerint, iam abunde multa ac magna fecisse sese existimāt. Alii verò, renes Chri-  
sti dicunt esse Iudaeos, ex quibus (ut ait Apostolus) secundū carnem Christus natus est: sicque renes  
Roma. 9. (id est, populum ipsum suum de quo natus est) dicunt eum increpasse vsque ad noctem: quoniam  
vsque ad mortem illum persecuti sunt. Verū haec sententia nec connexioni satis consonat, quā in  
D elucidatione monstrauimus, neque vsquam puto in scripturis posse reperiri, vbi renes alicuius di-  
cantur ipsius cōsanguinei, vel illi de quibus quis progenitus est. ¶ Versu octauo, Quoniam à dextris  
est mihi ne cōmouear: A dextris esse dicimur qui in auxiliū paratus nobis assistit. Vnde in alio  
Psalm. 108 Psalmo, Qui assistit à dextris pauperis, ut saluam faceret à persecutibus animam meam. Et alibi, Psal. 120  
Dominus protectio tua super manum dexterā tuam. Alii verò per dexteram, intelligunt propitiati-  
onem & fauorem, ut esse alicui à dextris, sit illi esse propitium atque benefaentem. Quod non om-  
nino male proposito quadrat, neque ab altera expositione multum dissonat: quoniam Deus, suae pro-  
pitiationsis clementia & benigno respectu, auxiliū nobis & protectionē impendit. ¶ Versu deci-  
mo, Nec dabis sanctum tuum videre corruptionē. Nomen, sanctum, quidam accipiunt genere neu-  
tro, intelligentes corpus sanctum: sed obstat in Graeca lectione articulus masculini generis. Habēt  
enim Graeci ἁγιος, id est, (genere masculino) ipsum sanctum. Sed & ex Hebraeo interpretes, masculi-  
no genere sanctum aut misericordem vertunt, Accipiendum proinde est secundū synecdochen, ut  
de toto pro parte sermo fiat. Quemadmodū enim in priori parte de anima fit mentio, sic in secun-  
da de corpore. ¶ Quantum verò ad tres istos versus nouissimos, notandum est, quantum peculiariter  
in elucidatione aptati sunt personae Christi, posse tamen commodissime ad vniuersos etiam fide-  
les extendi. Neque enim fidelium animae in inferno derelinquentur cruciandae imperpetuum, ut  
anima impiorum: neque corpora animamodam experientur corruptionem absque spe restitutionis



& resurrectionis: quemadmodum corrumpuntur penitus corpora iumentorū: sed nota fiet eis atq; E referabitur via vitæ per resurrectionē à mortuis, postquam adimplebūt lætitia in aspectu Deitatis, in dextera illius, in sorte electorum & beatorum, quos (vt Euangelicus sermo demonstrat) ad dexteram constituet iudex, vbi ad remunerationem aduenerit. Nam in sinistra (quæ hæc dorum erit locus) non delectationes erunt, sed cruciatus & tormenta æterna.

Matt. 25

XVI. PSALMI ARGUMENTVM.

**E**X tituli indicio fit manifestum, hunc Psalmum formam esse orandi. In quo vir fidelis bene sibi conscius, innocentiam atque iustitiam suam multis modis probatam proponens, petit sibi à Deo iustorum saluatore contra iniuste aduersantes fieri iudicium, sicque in iustitia stabiliri, vt nunquam illorum prauitate moueatur à via recta, Deumq; in hoc orat mirificare misericordiam suam, vt se quasi pupillam oculi custodiat, protegatque sub alis misericordie & omnipotentie suæ, vt nocuum nullum sustineat à persequentibus. Quorum crudelitate (quo exaudibilior fiat oratio) verbis tribus, nempe decimo, vndecimo, & duodecimo patenter aperit: ac deinde diuinum postulat auxiliū, nouissime ver su decimoquinto, illorum condemnationem per imprecationis modum, prædicens & ab electis separationem, pro eo quod in hac vita illis quæ Deus nō probat fuerint satiati, & omnium temporalium bonorum abundantia fuerint abusi. se verò hoc in tempore peregrinationis esurientem, cum apparebit gloria domini, sperat beatitudine æterna in aspectu diuinitatis satiamum.

DECIMISEXTI PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 Exaudi domine iustitiam meam: \* intende deprecationem meam.
- 2 Auribus percipe orationem meam: non in labiis dolosis.
- 3 De vultu tuo iudiciū meum prodeat: \* oculi tui videant aquitatē.
- 4 Probasti cor meum, & visitasti nocte:

\* igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.

5 Vt non loquatur os meum opera hominū:

Gene. 8. \* propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.

Matt. 7.

6 Perfice gressus meos in semitis tuis: \* vt nō moueantur vestigia mea.



**A**tende domine ad meā iustitiam, in qua (te teste, simul & attestante mihi cōscientia) sedulo studeo corā te conseruari: meam innocentia considera, q̄ aduersum inimicos nihil peccauerim: \* & considerata innocentia atq; iustitia mea, benignus intende ad exauditionē orationis meæ, quā te deprecor pro mea ab inimicis liberatione. 2 Aurēs tuas, Deus piissime, audiatūq; benignum exauditionis tuæ accomoda orationi meæ, quam corā te fundo corde sincero & integro, minimēque ficto aut simulato, non aliud ore loquens, q̄ corde retinens. 3 A conspectu vultus tui (quo omnia cōspicis, ac peruides humanarum actionum singula) procedat proueniātq; mihi iudiciū contra aduersarios meos, qui mihi iniuste sunt molesti: \* oculi cognitionis tuæ & benignus aspectus tuus aspiciāt veritatē & iustitiā, quā me innocentē ex tua gratia cōfido: vt pro me iustitia cōtra iniuste aduersantes p̄feras (me liberato, illis verò fugatis) iustā sententiā. 4 Neque verò innocentia mea, quam propono ad exauditionē impetrandam, te latet: eamq; nec vanā nec fallam esse tu nosti. Siquidem spiritum meum & cōscientiam cordis mei tu probasti: inq; variis tentationibus p̄batum cōperisti, & visitasti ad probationē maiorem etiā in nocte aduersitatis, in tristibus tenebris aduersitatū, quādo mihi lucis atq; presentię tuę subtracta videbatur cōsolatio: \* tribulationibus quoq; variis & afflictionib⁹, sicuti in fornace ignis probatur aurum, ita me quoq; examinātū & probatum reddidisti, & in omnibus perseverantē me in iustitia conspexisti, atq; ab omni iniquitate peccati sollicitate declinantē: sic vt nullis tentationibus nulliq; tribulationib⁹ à iustitia potuerim dimoueri, cōfortatus grā tua. 5 Vsq; adeo autē ab omni iniquitate caui, vt nō solum opere nō peccarem, verum etiā nec ore loquerer opera hominum, id est, quæ mala sunt & noxia. Hæc enim sunt opera hominū, mendaciū, vanitas & peccatū: \* p̄pter sermōes sanctos tuos, p̄pter præcepta tua æquissima, quę tu quasi per labia tua distinxisti, nobisq; obseruāda districte præcepisti: ne ipsa (inquam) in vlllo transgredere, ego obseruauī diligētē & sollicitate custodiui vias iustitiæ & virtutis: quæ sanæ (p̄pter hominū inditā corruptionē, & sensum hominis ab infantia & origine p̄num ad cōtraria virtuti) arctæ & angustæ sunt, duræq; ac difficiles: ita vt pauci admodū sint qui illas inueniant, aut perambulare velint, pluribus vias latas, molles, ac spatiosas, quę in perditionē ducunt, percurrunt. 6 Veruntamen, quia absq; tuo auxilio non potest homo in sua perseverare iustitia, tuam misericordiā innocare cogor, orās, vt perfectos facias gressus meos in istis iustitiæ semitis, vtq; in finem vsq; perseverare me facias in illis: \* ne forte vlllo vnquam tempore cōtingat vestigia gressuū meorū, actiones vitæ meæ moueri, & exercere ē viis illis duris, illisq; relictis i vias latas, ac seculari animo suaves deuenire: quæ admodū (proh dolor) non paucis euenire cōspicio.

A 7 Ego clamaui, quoniā exaudisti me Deus: \* inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

8 Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.

9 A resistentibus dextera tuæ custodi me: \* vt pupillam oculi.

B 10 Sub vmbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me affli xerunt.

11 Inimici mei animā meam circumdederunt:

\* adipem suum cōcluserunt:

\* os eorum locutum est superbiam.

12 Proiicientes me nūc circumdederunt me:

\* oculos suos statuerūt declinare in terram.

13 Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam: & sicut catulus leonis habitans in abditis.

D 14 Exurge domine, præueni eum:

\* & supplantā eum:

\* Eripe animā meā ab impio, frameam tuā ab inimicis manus tuæ.

15 Domine à paucis de terra diuide eos:

\* in vita eorum, de

7 Fidenter autem clamo ad te, neq; metuo postulare quicquid eorum quæ mihi ad salutē necessaria cognouero, quoniā exauditionis tuæ gratiam frequenter sum expertus: \* & nunc domine solita pietate flete ad orationem meam, & exaudi dignanter verba orationis meæ.

8 Mirabiles ostēde miserationes tuas, & magnos demōstra effectus cōfuetæ misericordiæ tuæ, o Deus saluator omnium in te vero corde cōfidentium. Omnino enim necesse est vt mirabilē exhibeas atq; demōstres misericordiā tuam, in electorum tuorum saluatione: quoniam nisi maxima miseratione salus illis non posset contingere: neq; in finem vsq; nisi tua iugiter miseratione adiuti, posset persistere in viis tuis: maxime tot vndiquaq; inimicis circumdatibus, & à viis tuis abducere eos modis omnibus cupientibus atq; cōnātibus. 9 Serua me Deus & custodi ab aduersariis meis, diabolis & hominibus malis qui resistunt virtuti omnipotētiæ tuæ, querētes impedire quę tu vis fieri bona: quæ verò tu non vis, mala, sollicitate cōnātes promerere: \* ab his (inquam) tu me dextera tua sic custodi, & serua diligentissime, assidua tua protectione, quemadmodū in corpore pupilla oculi prouidētia naturæ sollicitissime custoditur per continuū pelliculæ operculum, quod ipsam pupillam ab omni nocuum iugiter defendit, ne aliquid læsionē valeat recipere aut quodlibet nocuum. 10 Quomodo gallina sub alis suis pullos defendit ab auib⁹ rapacibus, ita me quoq; sub alis tuis, subq; scapulis fortitudinis atq; protectionis tuæ, protege ab impiis aduersariis meis, qui me grauius affligūt suis tentationibus atq; persequutionibus, querentes morti dare animā meā, ne videlicet quod optant possint implere. 11 Vide autē, Deus piissime, feritatē & crudelitatem aduersariorū meorum, Ecce enim animā meam ex omni parte obsederūt, magno impetu, magnāq; astutia vndiquaq; insidias cōstituentes, ad eum modū quo obideri solent ciuitates: vt quocūq; me verterē, nusquā deessēt mortis pericula: \* absq; omni misericordia crudelissime agunt aduersus animā meam, nullā omnino habētes cōpassionē, siue vllius miserationis affectū, quasi adipe (in quo cōpassionis & misericordię sedes est) cōcluso atq; prorsus obdurato, visceribusq; misericordię penitus obfirmatis, vt nullo valeāt cōmiserationis tangi affectu: \* ore quoq; suo superbia loquuti sunt, blasphemā domine in te, atq; i me cōiuitia, exprobrationēq; indignas: quasi nemo omnino, ne tu quidē ipse, me possis de eorū manibus liberare. 12 Ipsi nūc me ē via recta, quantum in se est, conantes impulsib⁹ suarū tentationū eicere, sine in terrā proicere à statu rectitudinis, ex omni parte me obsederūt, vbiq; mihi ponētes insidias, ne quo modo possim euadere manus eorum: \* statuerūt delectēre in terrā oculos suos, diligentissimēq; cōsideratē gressus meos, & vias quas ambulo, vt sic possent mihi cōmodi⁹ locare retia, & laqueos ponere certiores, quos nequirē euadere. 13 Parati stant ad excipiendū me, si cōtingerit in laqueos eorum vel leniter incidere aut iniquolui, ad modū leonis famelici qui ad prædā est paratus, feroci animo, me vorare cupiētes: & quæ admodū catuli leonis qui in occultis latitat, expectantes magno desyderio, donec prædā aptā conspiciāt. 14 Tu verò domine, meā innocentia atq; istorū prauā crudelitatem cōsiderās, exurge mihi in auxiliū, neq; dissimules aut differas: & præueni atq; auerte illos, priusquā mihi præualeāt de eorū insidiis & potestate me liberādo, vt presentior atq; potētior mihi sit tua misericordia ad saluandū, q̄ sit illorū crudelitas ad nocendū: \* deinceps illos, prosterne atque conculca sub pedibus tuis (quemadmodum victis fieri solet, & quæ admodum ipsi facere mihi sperabūt) omni corū virtute & astutia superata, atq; in nihilū per te redacta: \* illisq; calcatis sic animā meā saluā fac de manibus impiorū, gladiū quoque & potestatem quam à te acceperūt erue, eice, & aufer ab iis qui sunt inimici & aduersarii potentia tuæ, sic vt nō patiaris illos nobis per suā potentia aut violentiam vllum inferre nocuum. 15 Domine, tu iudex vterurus secundum vltionē tuæ iustitiæ diuides eos, separabisque quantum ab bonæ remunerationis premiū ab electis tuis (qui pauci admodū sunt numero cōparatione multitudinis peruersorū) de terra viuētium: à qua ipsi excluduntur, illis intromissis: vt sic fiat peruersorum à bonis diuisio, qui nunc in hoc tēpore simul sunt cōmixti: \* causa autē ob quā diuidentur ab electis impii bonorum persequutores, hæc est, quoniā in vi

Matt. 15.



abconditis tuis adimpletus est venter eorum.

Iacobi.6 Iudas. Luca.16.

16 Saturati sunt filii

\* & dimiserunt reliquias suas paruulis suis.

17 Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo:

Matt. 5.

\* satiabor cum apparuerit gloria tua.

ta sua dū super terrā viuerent, adimpleuerunt vētrem suum, saturati sunt & copiose perfruiti ad omnem plenitudinē iis quæ abscondita sunt à cōspectu tuo, quæ tu ignoras, quæ tu minime probas, id est, sicut culi huius delicias, & tēporariis sclicitatibus, inq; vitiis atq; concupiscentiis, lasciuia & luxuriis (quæ tu ignoras ac detestaris) enutrierunt corda sua, & sine frano oblectauerunt semetiplos: vt, quæ admodum in hac vita receperunt bona quæ tu nō probas, ita in futura bonis illis priuentur quæ erunt in conspectu tuo. 16 Filios in hac vita ac filias habent ad abundantiam, eōiq; egregie pulchros, robustos & bene cōpositos, & item omnium temporalium bonorum abundantia sunt perfruiti, & veluti satiati: \* & vique adeo pleni fuerunt bonis omnibus, vt ea nō possent per sese expēdere omnia, sed dimiserunt residua proliis suis: \* Insuper & doctrinas prauas & exempla pessima, moriētes quasi reliquias malitiarū suarum reliquerunt suis posteris, quos in rectitudine iustitiæ debuerant instituire. 17 Ego verò illa omnia quibus illi modo satiantur cōtemnēs, atq; pro nihilo pendēs vniuersā: hoc solum curare volo ac prouidere, vt in iustitia omniq; virtutū perfectione appaream ante conspectum tuum, & modo semper ante te in tuo beneplacito conuersando, & post hanc vitam ad tuam præsentiam pertingendo: \* parum autem est, si modo dum illi saturantur ego esuriā, illis deliciantibus ego lugeam & fleam. Certissima enim fide scio, qd pro hac esurie, quā modo libens ob amorē tuum sustineo, ventura sit mihi perfecta bonorum omnium satietas, tunc, cum post tenebras vitæ huius manifestauerit se mihi gloria tua, cum tu dabis faciem ad faciem cōtueri magnificam illam gloriam tuam, in qua tecum iubilant omnes sancti tui, in sæcula sæculorum, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM DECIMV SEXTVM.

Notandum qd totus iste Psalmus à nōnullis accipitur, vt oratio Christi ad patrē, & pro sua, & pro membrorum suorū liberatione, supplicantis. Idq; potissimū ob hoc, qd versu quarto dicatur, Non est inuēta in me iniquitas: & quoniam de Christo dici videtur, qd propter præceptū patris custodierit vias duras, viam scilicet veritatis, tam vitæ qd doctrinæ. Sed & alia quæ dicuntur de malitia aduersantium, videlicet qd ipsum circumdederint & susceperint quasi leo paratus ad prædam, & cætera huiusmodi, rectissime ad Christū quadrant. Atq; item, quod vltimo loco de satietate dicitur ventura, Christo secundum humanitatem recte cōpetere cognoscitur. Veruntamen & Ecclesiæ, quæ corpus est Christi, & cuiuslibet etiam iusto, qui membrum est eius, recte potest Psalmus totus aptari, quemadmodū monstrat Elucidatio. Quod autem dicitur, Non est inuenta in me iniquitas, si ab homine puro proferatur, cum modificatione debet intelligi: nō vti quæ quasi nulla omnino sit aut fuerit in eo peccati iniquitas, sed quia testimoniū perhibente sibi conscientia, nullū agnoscit in se peccatū mortis (cum Psalmū profert) in se in habitans, propter quod Dei posset inimicus cōstitui. Tale enim peccatū proprie iniquitas reputatur, atq; nominatur. Aut ad aduersarios referatur ista iustitia, quasi dicat, se nihil cōmernisse aduersus illos, neq; vllam in se inuentā cōtra illos admittam iniquitatē, vt sic iuste debeat ab illis sustinere afflictionē. ¶ Versu primo, Exaudi Domine iustitiā meam. Exaudi iustitiam meam, tantundē est ac si dicas, Exaudi me in iustitiā deprecantē, aut propter iustitiam & innocētiam exaudi orantem. ¶ Versu secundo, Nō in labiis dolosis. Particula illa, Nō in labiis dolosis, non est connectenda cum verbo auribus percipi, sed ad orationē referri debet, supplēdo aliquid, quo fiat cōpleta sententia, hoc modo, Auribus percipe orationē meam, quam fundo, aut facio, aut quæ fit à me, nō in labiis dolosis. Oratio autem dolosis fit labiis, cum affectus interior cordis & spiritus desiderium nō respondet voci deprecanti: vt pote cum exterius orant labia, cor autem longe est à Deo, neque rectum est cor à eo quem lingua orat. ¶ Versu 5, Vt non loquatur os meum opera hominum. Initium versus huius secundum sententiam aptius videretur iungi fini versus præcedentis, ad hunc sensum, Nō est inuenta in me vlla iniquitas, ita vt neq; loquatur os meum opera hominū. Multum enim est, nō solum non opere implere, sed neq; nominare, neq; loqui quæ praua sunt, ad cōsensum vllum siue delectationem, aut loquendo de ipsorū perfectione tractare. Vnde & Apostolus suos monet Ephesios, dicens: Fornicatio & omnis immūditia aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos. Et alibi, Corrum pūnt mores bonos colloquia praua. Opera autē hominum recte dicuntur vitia & peccata, quibus vacant carnales. Solet enim nonnunquā in scriptura simpliciter hominis nomine carnalis intelligi: quæ admodum cum Paulus scribit Corinthiis, Cum, inquit, dicat quis, ego sum Pauli, & cætera. Psal. 71. nōnne homines estis, id est, carnales? Qui autem inter homines, carnem superātes, secundum spiritum ambulant, hi nō iam homines, sed Dii merentur appellari: iuxta illud, Ego dixi, Dii estis, & Ioan. 15. filii excelsi omnes. Insuper virtutū opera, & actiones vere bonæ, Dei potius sunt, qd hominum. Deus Psal. 115. enim est qui operatur in nobis & velle & perficere, pro bona voluntate: & sine eo nihil omnino possumus. Vitia autē & peccata, nostra sunt, hominū sunt opera, non Dei. Est enim ex sese omnis homo vanus & mendax, imō vanitas vniuersa: & ex sensus peruersitate ad male agendū potētes facilēq;

A sumus. ¶ Versu nono, A resistentibus dextera tua custodi me. Quod modo dicuntur prauis damones hominēque peruersū resistere dextera Dei, ipsum est quod Psalmo 10, de iisdem dicitur, qd destruant præclara virtutū germina, ad eradicandum malarum cupiditatū zizania, interius sēper atque exterius operatur. Illi verò in contrariū sedulo conantur, mala seminare semina, plantare spinas & tribulos, semē bonū suffocare, plantata quoq; virtutū germina euellere aut arrefacere: sicq; dextera Dei (quantum quidē in se est) resistunt, dum id quod super omnia ipse desiderat, nempe electorum salutē, hi totis conatibus impedire quærunt. ¶ Versu eodē, Vt pupillā oculi. Quod dicitur de pupilla oculi, diligenter est notandū. Ipsa enim cum sit præ omnibus mēbris corporis tenerissima, & facillime vel à leuissimo puluisculo recipiat læsionē, propter tamen custodiā pelliculæ ipsam operientis (quod ciliicū nominant) atq; etiā supercilium (quod veluti tectum est, desuper situm, aduersus illapsum leuissimū puluerū) ita seruatur atq; custoditur natura diligentia, vt rarissime vllam perferat à foris læsionē. Atq; ita sanē & nos, cum ex nobis nimis simus delicati ac molles, facillimēq; à quibuscumque inuolantibus cogitationibus nocenti susceptibiles: obumbrante tamen & operiente nos iugiter ptectione diuinæ custodiæ tuti sumus, neq; vllum nocentū perferimus, donec illa nos nō destituit. ¶ Versu 11, Adipē suum cōcluserunt. Quomodo dicimur continere vel cōcludere super aliquē viscera, quando misericordiā continemus, & nolimus misereri (iuxta illud 1. Ioan. 3, Qui habuerit substantiā huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatē habere, & clauserit viscera sua ab eo, &c.) ita ad eundē sensum dicere possumus cōcludere adipē, in quo sedes esse videtur misericordiæ. Cuius est indicium, qd homines pinguisculos, & obesa carne videamus magis lenes, tractabiles, mites, atq; misericordes: macilentos autē & exesos, experiamur magis crudeles, feros, intractabiles, atq; nonnunq; immanes & prorsus immisericordes. ¶ Versu 12, & 13, Proiciētēs me nunc circūdederunt me, &c. Sic loquitur, ac si iam proiectus, prostratus, atq; pessum datus sit ab inimicis, sitq; iam ab illis in prædā susceptus, cum tamen prius suā allegauerit iustitiā, & iniquitatis nullius sibi fuerit cōsciūs. Proinde duo hi versus sic intelligātur oportet, quomodo in Elucidatione expositi sunt de inimicorū malitioso conatu. Aut secundū eum loquendi modum accipiantur, quo id quod futurū metuimus, quasi præsens reputamus atq; enunciamus. Indubie enim facillimē id nobis cōtingeret, proici, prosterni, & in prædam suscipi, nisi nos seruaret diuina ptectio. Quod etiā dicitur, Oculos suos statuerunt declinare in terrā præter sensum in Elucidatione assignatū, accipi etiā potest, vt sit idem quod prius dictum est, Adipē suum cōcluserunt. Solent enim qui misereri omnino nolunt, in terrā oculos defigere, & nolle ad eū qui patitur miserū, oculos dirigere, ne forte moueat aspecta patētis miseria. Id in parētibus ac magistris, parcere notentibus pœnam cōmeritis, filiis siue discipulis est conspicuū. ¶ Versu 14, Frameam tuā ab inimicis manus tuæ. Per frameā nonnulli intelligendū putant spiritum & animā hominis iusti. Per hanc enim Deus aduersum inimicos pugnare cognoscitur, eosdēq; superare. Verū ea expositio, quam monstrat Elucidatio, magis probanda videtur: videlicet, vt per frameā, rompheam, siue gladiū intelligatur potestas illa quæ à Deo malis subinde cōceditur. Potestatem enim omnem quam habet diabolus, qua ad nocendū vitur, nō nisi à Deo habet: tamen ab eo cōcessa nō fit ad hoc vt noceat. Similiter & hominibus prauis à Deo gladius frequēter cōceditur ad exercitacionē electorum: dum impiis regna, imperia, dignitates, præfecturæ, diuitiæ, potentia, autoritas cōtingunt, quib⁹ rebus nocere valent, suntq; formidabiles. Hanc autē frameam postulat iustus eripi auferriq; ab inimicis manus Dei, id est, sic cohiberi diuina virtute, vt nocere sibi nunq; possint, neq; aliquando, hac sua potestate præualeāt. Quia enim inimici sunt manus Dei, & aduersarii potētiæ eius, optandū est ab iis qui amici sunt manus Dei, vt aduersus gladius ille tollatur de manib⁹ impiorū. ¶ Versu 15, Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorū, &c. Particula ista, in vita eorū, in medio posita à plebisq; ad præcedētia referatur ad verbū diuide, hoc modo, Diuide eos in vita eorū. Quæ cōnexio rectam habet intelligentiā, quoniam impii etiā donec viuunt, secundū iudicium diuinæ discretionis, merito segregantur & diuiduntur ab electorū numero: dum absq; caractere Dei, absq; pignore & signo salutis separatim cōsistunt à parte diaboli, diuisi à filiis Dei, & cauterio diaboli signati, iuxta verbū Apostoli, cauteriatam habētes suā conscientiā. Diuidit quoq; eos Deus ab electis, qui pauci sunt, dum eis nunc cōcedit temporalibus frui prosperitatibus: suos autē electos disciplina paterna corripit, & multis aduersitatibus affligi & exercitari permittit. In Elucidatione tamen cum sequētibus hanc particulā coniungimus, legētes hoc modo, In vita eorū de absconditis tuis adimpletus est venter eorū: propterea qd huius cōnexionis intelligentia nobis facilior & cōmodior videretur. ¶ Versu eodē, De absconditis tuis adimpletus est venter eorū. Abscondita ista Dei intelligi possunt, vel tēporalia & caduca bona quæ Deus nō aspicit, quia neminē propter illa aspicit, aut acceptū habet, sed tantum ob bonā voluntatem, & fideli, quæ sibi exhibetur, seruitutē. Dicuntur autē hæc abscondita Dei, id est, abscondita à Deo: non qd ea ignoret, sed quia nō probat neq; aspicit ad illa. Possunt etiā intelligi vitia & peccata, quæ abscondita sunt à Deo, quoniam ea reprobatur Deus & detestatur. Quæ vtrancq; intelligentiā indicat Elucidatio. Per ventrē autem recte accipimus ipsam carnalē concupiscentiā vel cupiditatē illorum: quæ cum Deus sua permissione illis implet, cōcedendo eis temporalium bonorum abundantia, quasi ventrem eis implet de absconditis. Vitiis quoque & peccatis ventrē illis adimplere Deus intelligitur, quia permittit illos suæ cupiditati & concupiscentiæ obsequi, & abudātē illis præbet vnde suæ concupiscentiæ & cupiditati satisfaciāt, in vitis degētes. ¶ Versu 16, Saturati sunt filii. Hoc loco, pro filiis habet Psalteriū Romanū, porcinā,

Saturati sunt, inquit, porcina, hoc est, immunditia & sordibus peccatorum vel temporalium bonorum. Atq; hoc modo legit & interpretatur beatus Augustinus, agnoscens tamen & nostrā vulgatam lectionem, quam etiam interpretatur, per filios intelligens opera mala, dicens illos filios facturos, quia operibus malis plenos.

XVII. PSALMI ARGUMENTVM.

2. Re. 22. **P**salms iste vna cum titulo, ex libro Regum acceptus inuenitur. Est autem gratiarum actio cum laude, & commemoratio praeceptorum beneficiorum, qua rex ipse & Propheta mirabilia sibi à domino Deo exhibita beneficia commemorat, potissimum in liberatione ab omnibus inimicorū oppugnationibus. Aduersus hos enim totus Psalmi decur sus loqui conspicitur. Et primum quidem, quemadmodum à grauisimis sit pluribusq; periculis Dei beneficio liberatus, generaliter edicit & que ad verum nonum: post hunc specialius modum Diuine liberationis, & terribilem Dei ad pugnandum pro se aduentum describens, versibus decem proxime sequentibus, plurimumque iuuabit in horum verum intelligentia, Dominum quasi virum pugnatorem attendere, & modum obseruare corporaliter pugnantium. Nam introducit hic Psalmista Dominum quasi virum pugnatorem, qui ad hoc de caelis descendit, vt sibi contra hostes ferret auxilium. Deinde à versu 19, ad exaggerandam liberationis sui gloriā, hostium fortitudinem & seuitiam proponit, à qua se gloriatur liberatum. Allegat autem suae liberationis causam versu 22, ex Dei beneplacito & ipsa sua innocentia, quam ad Dei gloriam prolixius protestatur, dicens se custodiuisse vias domini, & alia huiusmodi, quae ad perfectam pertinent iustitiam. Deus vero cum talis sit erga vnumquemque nostrum, quales nos erga ipsum monstramus (cum sanctis sanctus, & cum peruersis ipse quoque crudelis, superbos humilians, humiles exaltans) ob hoc ab eo meruisse se dicit liberationē, inimicos vero confusionem. Atque haec qui demusque ad verum 31. Dehinc vero, in Deum speciali spiritu exultatione & seruore raptus, miris modis praedicat eundem: partim, quantum ad ea quibus in se ipso magnus est laudabilis, potissimum autē in iis quae ipse ab illo accepit beneficiis. Et super omnia fortitudinē illam caelestis auxilii, qua super inimicos obtinuit victoriam perfectam, atque etiā imposteriorum obtinere nō dubitat, multis versibus prolixè ardentē commemorat, Deo non solum in omnibus dans gloriam. Propter quod, commemoratis omnibus, in laudis proposito Psalmū sinit ac terminat. ¶ Aduertendum est autem, hunc Psalmum plerosque fidelium totum Christo applicare gratias agentem patri, pro sua suorumque mirabili liberatione & mirifica exultatione: alios, ad Ecclesiam, pro liberatione à grauisimis periculis & persecutionibus. Quas intelligentias nequaquam reprehendimus, neque abiciendas censemus: imò in annotationibus post hunc Psalmum adiciendis monstrabimus (vel figuratim) vtranque. Quia tamen difficile est, singula omnino ad Christi personam aut Ecclesiae adaptare, facilius autem ipsi per sonae Dauid: iccirco hunc in nostra Elucidatione faciemus loquentem, Deoque suo liberatori (quod & titulus patenter indicat) gratias agentem. Nos vero illum audientes tam feruenti spiritu Dei beneficia praedicantem, Deumq; liberatorem mirifice afferentem discamus ab eo, quē admodum pro acceptis beneficiis nos quoque saluatori nostro grati esse debeamus.

DECIMISEPTIMI PSALMI ELUCIDATIO.

- Ioan. 15  
Philip. 4
- 1 Diligam te Domine fortitudo mea: \* dominus firmamentum meum: \* & refugium meum & liberator meus.
  - 2 Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum.
  - 3 Protector meus & cornu salutis meae: \* & susceptor meus.
  - 4 Laudans inuocabo dominum: \* & ab inimicis meis saluus ero.
  - 5 Circumdederunt me dolores mortis:



**D**iligere te volo ex corde bono, domine Deus meus, & vero charitatis amore tibi semper adherere, dissolubilitateq; copulari in sempiternum: quandoquidem tu mea es omnis fortitudo, sine quo omnino nihil possum facere, & in quo me confortante possum quaecunq; possum: \* tu es Domine stabilimentum meum, super quem firmus ac solidatus consisto, quasi super firmam & immobilem petram: cui donec innitor, impossibile est in lutum peccatorum immergi pedes meos: \* es quoq; mihi in tutissimum refugium, & tanquam arx munitissima, ad quā confugiens, & intra quā me conclusēs seruabar ab omnibus inimicis, & es mihi omnimodis liberator atq; saluator. 2 Tu es dominus Deus auxiliator meus, mihi semper in adiutoriū paratus cōtra inimicos meos: & ob hoc in te securus spem meam omnē totāq; fidutiā cōstitui. 3 Protector quoq; ac defensor es mihi cōtra oppugnationes hostiles, & totū robur ac vis saluationis meae: p quē & inimicos meos debellare queo, & expugnare, sicq; de manib⁹ eorū me ipsum saluare, quemadmodum suis cornibus solent se animalia non solum saluare ab oppugnantibus, sed eadem etiam oppugnare atq; deuincere: \* susceptor meus atque defensor es, qui in defensionem me suscepisti. 4 Cū laude & gratiarū actione pro pceptis praeceptoris beneficiis inuocabo Dominū ex toto cordis affectu, quando eunq; me contigerit ab hostibus oppugnari: \* & ipsius beneficio (nihil dubito) saluabor, liberaborq; quantocyus ab omnibus inimicis meis, ita vt nihil mihi vniuerso suo conatu valeant nocenti inferre. 5 Quae mihi data sunt experiri, recitabo ad gloriam Dei mei, vt pro magnifica sua liberatione, digna laude celebretur liberator. Fuit enim, quando dolores grauisissimi quasi dolores mortis me ita circūdederunt ex omni parte, ita coangustauerunt, quemadmodum coangustari solent & vehementer

- A \* & torrētes iniquitatis conturbauerunt me. 6 Dolores inferi circūdederunt me: praecūpauerūt me laquei mortis.
- 7 In tribulatione mea inuocaui dominum: & ad Deum.
- 8 Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam: \* & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.
- 9 Commota est & contremuit terra, fundamenta montū conturbata sunt & cōmota sunt: \* quoniā iratus est eis.
- 10 Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit: \* carbones succensi sunt ab eo.
- 11 Inclinauit celos & descendit: \* & caligo sub pedibus eius.
- 12 Et ascendit super Cherubin & volauit: \* volauit super pennas ventorum.
- D 13 Et posuit tenebras latibulum suum: \* in circuitu eius tabernaculum eius, tenebrosa aqua in nubibus aeris.
- 14 Prae fulgore in conspectu eius nubes transierunt: \* grando & carbones ignis.
- 15 Et intonuit de caelo dominus, & altissimi-

tissimis cruciari doloribus qui sunt morti pximi: \* tantōsq; dolorū cruciatus mihi intulerunt impiorū demonum & hominum prauorū persecutiones: quib⁹, veluti torrente impetuoso à fonte iniquitatis manāte, obrui, & opprimi, ac pene submergi videbar. 6 Ex omni parte angustia me prelerūt maxima, quales sentiūt qui sunt in inferno: & iam occupasse me ante tēpus videbantur laquei mortis atq; dānationis aeternae, & quasi illaqueatus iam videbar mortis laqueis adhuc in corpore viuens: ita vt super terrā existens corpore, spiritu mihi viderer in angustiis inferni cōstitutus, viuēsq; mortuus. 7 In his autē tantis tribulationum angustiis, in rebus tam iuxta hamānā viam desperatis, memor dei liberatoris mei ad ipsum leuaui oculos, eūq; in auxiliū ex cordis intimo aduocaui, & clamorē orationis meae direxi ad illū, magno affectu ad illum clamans pro salute de tātis periculis. 8 Ipse verò benignissimus Deus non desepit orationem supplicātis (tameñ in sublimibus calorū habitet, & ego iaceam in imis terrae) sed benigne exaudiuit orationē meam de sublimi folio glorię suae, de caelo sancto suo, in quo vt in templo ad suā cum electis inhabitatōnem deputato & specialiter sanctificato, inhabitat: \* & clamor orationis meae intromissus est ante conspectū maiestatis eius, ascenditq; & peruenit vsq; ad aures ipsius, eūq; ad miserendum & implendum postulata inclinavit. 9 Aduenit autē mihi quantocyus in auxiliū contra inimicos, mirabiliter admodū & terribiliter, ita vt quasi moueri & cōtremiscere terra videretur, ad eū vt etiā montes à fundamentis cōmoueri viderentur atq; conturbari: \* hunc autē terrorem exhibuit aduentu praesentiae suae, ad ostensionē irae suae, quoniā ira accensus erat aduersum iniquos me iniuste persequētes. 10 Erātq; hec eius ira & indignatio magna valde, quemadmodū cum de facie hominis ira percitissimus videtur exurgere praeminio seruire iracundiae, & cum videtur ex vehemēti sanguinis cōmoti inflammatione quasi ignis flamma à facie hominis furētis exardescere: \* ita vt ab ira sua veluti carbones succederet, ignē vindicē de caelo super inimicos demittens. 11 Humiliauit semetipsum habitator calorū sublimiū, & modo quodā caelos inclinavit, cū de sublimitate calorū descendit vt mihi in terris ferret auxiliū: \* & caliginosa nubes erant sub pedibus adueniētis, calcabātq; nubes, & quasi pro scabello subiectas habebat, in terrore adueniens. 12 Et quemadmodū ii qui ad pugnā se parant, equos ascendunt, quorū in bellis vtuntur ministerio & fortitudine: ita Deus pro me ad pugnā veniens ascendit, nō super equos, neq; cur rus equorum, sed super cherubicos spiritus, super nobilissimos illos candidissimos, celerrimos, fortissimosq; vectores, super quos ipse residet, quiq; illi sunt pro curru: & his vectoribus non accurrit, vt qui equis vehuntur, sed celerrime aduolauit, nullā omnino moram patientes, sed abiq; mora statim praesens, vbicunq; placuerit: \* aduolauit (inquam) non alis auisū gestatus, quē aerem secando cum difficultate perceptibiliter moueri cōspiciuntur, sed quasi super ventorum pennas, quasi ventum pro alis habens, ad modum venti celerrime absq; vlla resistentia ac mora & imperceptibiliter aduolans: vētūq; tempestuosum simul adduxit secū, ad inimicorum meorum terrore, quo ipse quasi vehi, & veluti alis quibūdā volare videbatur. 13 Aerem quoq; perfudit, impleuitq; tenebris, praenimia densitate nubium: atque ita in tenebris sibi latibulum constituit, seq; occultauit, vt tanto maior esset hostibus terror, cū plagas desuper acciperēt, ferientē autē non viderent: \* erat tabernaculū eius in circuitu, nepe aqua tenebrosa in nubibus aeris, hoc est, per circuitū sibi faciebat quasi tabernaculū & castrū ex aquis nubiu tenebrosis, ex nubib⁹ aquosis, quae erāt in aere inter nubes celi. Ex his enim insolito modo coagmetatis atq; cōdensatis, quasi fortalitiū atque munitionē sibi faciebat, vnde pugnaret aduersus inimicos meos. 14 A fulgore aspectus eius qui pcedebat à praesentia ipsius, nubes inflamatē celerrimo volatu motę sunt, & aduersus inimicos isagittarū modū directę: \* simulq; à praesentia & iussione eius, grādo insolita, & flāme ignis in modū carbonū pariter cōmixta, proiecta sunt in hostes. 15 Vocem quoq; tonitruū terribilē de supernis nubib⁹ illis (ex quibus sibi tabernaculū & celū quoddā constituerat) emisit: & ipse altissimus, qui de excelsis pro me pugnabat, terribiles atq; insolitos edidit sonit⁹, ad inimicorū cōtur-

mus dedit vocē suam: \* grando & carbones ignis.

16 Et misit sagittas suas, & dissipauit eos. \* fulgura multiplicauit, & cōturbauit eos.

17 Et apparuerunt fontes aquarum: \* & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.

18 Ab increpatione tua domine: \* ab inspiratione spiritus irae tuae.

19 Misit de summo, & accepit me: \* assumpsit me de aquis multis.

10b.3. **Psal. 123.** Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderūt me: \* quoniam confortati sunt super me.

20 Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderūt me: \* quoniam confortati sunt super me.

21 Praeueniunt me in die afflictionis meae: \* & factus est dominus protector meus.

22 Et eduxit me in latitudinem: \* saluum me fecit, quoniam voluit me.

Exod. 15. **23** Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam: \* & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.

24 Quia custodiui vias domini: \* nec impie gessi à Deo meo.

25 Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: \* & iustitias eius non repuli à me.

bationem: \* gaando insolita, & ignis flamme in modū carbonum vehementer accensa, pariter ferebantur. 16 Et quemadmodū de castris ac turribus in hostes iacere solēt qui intus pugnāt sagittas & iacula, ad vertendū illos in fugam: sic omnipotens dominus de tabernaculo suo eminus emittebat coruscationū suarum sagittas in hostes meos, quib⁹ perterrefacti mox terga dederūt, suntq; pra timore abinuicē diuisi atq; dissipati, ordine perturbato, singulis quō videbat fugientibus: \* erant autē sagittae eius fulmina terribilia, qua multiplicado copiose iaculabat in illos: & cōturbati sunt terrore vehemētissimo, cum pro me pugnante desuper caeli Dominum sentirēt, animoq; destituti, in fugam acti sunt praecipites. 17 Tantos verō Deus exoriri fecit, tamq; terribiles terremotus, ad illorū cōturbationē, vt confractis canalibus, cōfractisq; absconditis aquarū fontaliū meatibus, paterent occulta fontiu: \* loca quoq; subterranea & profunda, quae videbantur quasi in fundamēto orbis terrarū abscondita, per terrae cōmotionē, vel aperta vel scissa (vt in terramotib⁹ fieri solet) denudata atq; patefacta sunt. 18 Omnia autē hac terribilia & horrenda portenta, quibus cōturbati sunt fugatiq; hostes mei ab increpatione & iracundia tua domine super illos, pcesserunt: \* ex eo quod flauit aduersum eos flatus indignationis tuae, ad immisione vindictae quā in ira tua excitasti, emisisti, ac veluti flare fecisti, ad modum venti tēpestuosi contra illos. 19 Ita misit de summitate caelorum (quos inhabitat) Deus altissimus caeleste mihi auxiliū à terrarū infimo ad se exclamanti, & suā defensionem de manibus persequentiū suscepit me: \* & assumpsit me in protectionē, liberauitq; à multitudine populorū & hostium innumerabiliū, qui me velut inuidates aquae absorbere volebant & perdere: \* aut à multitudine exorientiū tribulationum atque persequentiū, quibus verisimiliter erā obruēdus atq; absorbens, nisi me Diuina protectionis assumpsisset custodia. 20 Ipse me liberauit ad hostibus meis, qui erāt fortes atq; robusti supra modū, potentes valde ad nocendū mihi, & à talibus inimicis qui me obfirmato animo & implacabili odio habebant exosum, quib⁹ mea perditione nihil prius est neq; optabilius: \* iccirco autē ipse suā mihi liberatiōnem dignanter exhibuit, quoniam vidit inimicos meos esse multo me robustiores, & (quantū ad meam attinet virtutē) illos mihi cōspexit facile preualituros, nisi suo mihi succurreret auxilio. 21 Quasi preoccupado, tam numero multitudinis, q̄ magnitudine virtutis fortiores, cōtra me exurgunt imparati, & (quantū ex memetipso) longe inferiorem excitantes mihi afflictionis diē, magnamq; mihi angustia inferentes: \* verū dominus Deus aduersus illorū insultus protectorem se ac defensorē exhibuit mihi. 22 Qui quidē sua validissima potentia, quasi vir pugnatōr, de manibus inimicorū me liberatū cōstituit in latitudine libertatis extra omne periculū, omnem à me angustiam animi & cordis anxietatē repellens: \* ipse me ab omnib⁹ inimicorū insultibus saluū ecit, illisq; abire: nō ppter meā iustitia condignum meritū, sed propter beneplacitū benigna voluntatis suae, quoniam ita placitū fuit ante illū, quia me elegit & saluare me voluit, iccirco & fecit. 23 Respiciet nihilomin⁹ (taet⁹ prima liberatiōnis meae causa sit, bona eius erga me volūtas) ad iustitia atq; innocentiam meā, in qua sedulo cōuerlari studeo ante conspectū ipsius, & secundū eam mihi bona retribuet sibi seruiētī: \* secundū puritatē cōuersationis meae, & bonorū operum rectitudinē, quā adiuuante ipsius gratia sedulo conor operari, benefaciet mihi. Est enim hoc iustū, vt seruus à domino protectionē accipiat atque defensionē opportunā. 24 Sic enim multis testimoniū perhibet cōscientia, q̄ pracepta atq; mādata Dei (p quae ambulare nos voluit) diligēter custodiui, eaque obseruare sollicitus fui: \* neque impietatē feci aduersus dominum Deū meum per quā in finē ab eo diuiderer, aut que inter me atq; illū inimicitias cōstitueret, ob quā protectionis mihi iuste subtraheret patrocinium. 25 Quoniam iugiter ante oculos habeo, & mentis consideratione uersa oīa pracepta eius, quae disposuit nobis in iudicio: \* atque etiā iudicia illa, quibus obseruatores praceptorū suorum discernit praemio à prauaricātibus: \* & pracepta ipsi⁹ iustissima, in quorum obseruatione homo iustificatur, nō contēpsi, nō abieci p transgressionē, sed reuerenter suscepi atque custodiui, per studiosā obser-

Actu. 10.

A **26** Et ero immaculatus cū eo: \* & obseruabo me ab iniquitate mea.

**27** Et retribuet mihi dominus secundū iustitia meā: \* & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.

B **28** Cum sancto sanctus eris:

\* & cum viro innocēte innocens eris.

**29** Et cum electo electus eris.

\* & cū peruerso peruerteris.

C

**30** Quoniam tu populū humilē saluum facies: \* & oculos superborum humiliabis.

**31** Quoniam tu illuminas lucernam meam domine: \* Deus meus illumina tenebras meas.

D

**32** Quoniam in te eripiar à tentatione: \* & in Deo meo transgrediar murum.

**33** Deus meus impolluta via eius: \* eloquia domini igne examinata

uationem, permanēdo in eis \* Opera quoque iustitia vera, quae illi est accepta, non neglexi: sed sollicitè amplexatus sum ea. 26 Et quē admodum hactenus conuersatus sum in beneplacito eius, ita etiā amodo in residuo tēporis mei propono immaculatus permanere cum eo, & sine macula peccati ante cōspectū eius cōuerlari: \* sicq; in eius gratia & dilectione in finē vsq; perseverare, & obseruare me volo, diligētēq; mihi cauere ab omni iniquitate, ne quā aliquādo cōtra deū meum committam, per quam ab eo diuidi merear, eiusq; gratia & defensione priuari. 27 Et cum iuxta bonū istud rectitudinis proposito ambulauero, certus sum, quod bona reddet mihi iustissimus & misericordissimus Dominus, iuxta eā quā in me agnouerit iustitiam atq; innocentia: \* & secundū munditia cōuersationis operūq; bonorū quae operatus fuero in sanctitate & iustitia corā ipso, quasi ad gloria & laudem eius, tanquā ipso inspectore & iudice, certus sum, quod bona retribuet mihi, & in presenti auxiliū opportunum nō denegās, & in futuro seculo salutē largiturus aeternam. 28 Et de his quidem fide certissimus nihil omnino addubito, o iuste & misericors Deus, quin ita sis cum seruis tuis semper acturus. Talis enim tu erga vnum quenque existis, talemq; te vniciq; exhibes, qualis ipse erga te fuerit, & qualē se erga te mōstrauerit. Erga eos enim qui in sanctitate tibi atque iustitia studēt seruire sanctū te exhibes, ac misericordē, eos in te sanctificādo amplius, & teipsum sanctificādo in eis: agisq; cum eis sancte per omnia, & misericorditer: \* & cū homine innocēte, qui te curat non offendere, tu quoq; innocenter ages, non reddis tuis illi malum quod nō cōmeruit, neque illi nocebis in veritate, vt ille à noxa sibi cauit erga tuā maiestātē. 29 Cum amico tu amico ages, & qui te elegit in Dominū, tuq; se seruituti ex bona voluntate addicēs, hūc abiq; dubitatione & tu vicissim eliges in seruum, imō amicum, imō filiū: \* cōtra verō, q̄ corde peruerso per malitia te derelinquentes ad vitia & peccata conuertuntur, his tu peruersus eris, id est, crudelis, atque seuer⁹, & formidabilis vltor, agēsque cū illis nō (vt cum prioribus) benigne & amice, sed peruerse siue prae: hoc est, seuerè admodū atque dīctricē, traditurus nimirū huicemodi tortoribus, atq; ab eis exacturus omnia ad nouissimū vsq; quadrantē, vt tāto te sentiat seueriorē vltorē, quanto prius benignum & misericordem Dominū cōtempserant. 30 Tu enim es, qui homines spiritu pauperes, ac simplices corde, benigne respicis, facisque saluos, & nūc eos à malo custodiēs, & in futura vita ad salutē aeternā exaltās: \* eos autē qui incedunt in superbia, fastū atque extollentiā animi elatis oculis monstrates, hos tu per tuā iustitiam deprimes, & ad terram vsq; summa humiliatione prosternes. Veniet enim, quādo omnis qui se modo exaltauerit, humiliabitur: & cōuerso, qui se humiliauerit, exaltabitur. 31 Et quidem tu ipse es Domine, qui illustratione superna caelestis radii meā mentem illuminās, eamque velut candellā, aut faciem ardentem lucere facis, per tui spiritus irradiationem veluti particulā quādam illius increati luminis infundēdo in animā meam: \* & hanc illuminationē te precor vt perficias, ita vt cor meū tenebricosum (q̄ ex sese nihil est nisi tenebrē, & obscuritate ignorantie plenum) perfecte illumines: & siquid forte adhuc latet tenebrarū, hoc ipsum per lucis tuae irradiationē depellas, vt prorsus nihil in me remaneat tenebrarū, nihil obscuritate sit horridū, sed tua luce clarescant, luceant, niteantque omnia. 32 Per te enim omnem tentationem quaecunq; obuenerit, siue corporalē, siue spiritualem, superare possum, atque liber euadere: \* & in te, o Deus meus, (qui me illuminas, me adiuuas, me deducis, meque cōfortas) omnia possum: neque quicquam omnino est vel tam graue, vel tam humano iudicio impolabile, quod non in te cōfortatus, tuoque amore cōfirmatus possim ac valeā, siue agere, siue sustinere: etiam si (vt ita per excessum quendā rei magnitudinem exprimam) murus validus foret transeundus, quod apud homines tamen iudicaretur difficillimum. Omnia enim possum in eo qui me confortat: & certus sum, quia neque mors, neque vita, neque vlla creatura, vlla tentatio, poterit ab eius charitate me separare. 33 Dei mei via est immaculata: hoc est, pracepta eius (per quae nobis ipse cōstituit ambulandū) nihil immundum, nihil prauum continēt: \* sermōnes Domini, siue praceptorū, siue promissionū, sunt probatissimi.

Luca. 1.

Ioan. 15.

Matt. 5.

Ibidem.

Luc. 14.

Philip. 4.

Ibidem.

Roma. 8.



Psal. 11.  
Psal. 18.  
\* protector est omnium  
sperantium in se.

34 Quonia quis Deus  
præter dominum: aut  
quis deus præter Deum  
nostrum?

35 Deus qui præcinxit  
me virtute: \* & po-  
suit immaculatam viam  
meam.

36 Qui perfecit pedes  
meos tanquam cernuorum  
\* & super excelsa sta-  
tuens me.

37 Qui docet manus  
meas ad prælum:

\* & posuit ut arcum  
æreum brachia mea.

38 Et dedi sibi mihi pro-  
tectionem salutis tue:  
\* & dextera tua sus-  
cepit me.

Esaie. 28.  
39 Et disciplina tua  
correxit me in finem:  
\* disciplina tua ipsa  
me docebit.

40 Dilatasti gressus  
meos subter me: \* &  
non sunt infirmata ve-  
stigia mea.

Heb. 12.  
41 Persequar inimicos  
meos, & comprehendam  
illos: \* & non conuer-  
tar donec deficiant.

42 Confringam illos,  
nec poterunt stare: \* ca-  
dent subter pedes meos

43 Et præcinxisti me  
virtute ad bellum: \*  
& supplantasti insur-  
gentes in me subter me.

mi, purissimi atq; castissimi, admodum auri puri quod igne proba-  
tum est atque purgatum, dispositi in summa veritate atque equitate.  
imò veritas ipsa sunt & æquitas, nihil cōtinētes prauitatis, nihil va-  
nitatis, nihil mendacii: \* securus ac certus protector ipse est omniū  
in se recto corde sperantiū. 34 Ipse enim solus est Deus verus omni-  
potens, qui possit in se sperātes protegere dextera sua, neque alius  
est deus verus, siue in cælo, siue in terra, præter hunc vnum Dominiū  
& Deum verum, quem nos credētes in eum colimus, quē laudamus,  
cui nūc psallimus, cui vni vt soli vero Deo nostra omnia ferimus ac-  
cepta. 35 Ipse est qui me armat, confortat, & quasi ad pugnam ac-  
cinxit fortitudine, per virtutē gratiæ suæ me corroborando: \* & viā  
vitæ, cōuersationis que me gressum ipse custodiuit sine macula pec-  
cati, faciens me vias rectas percurrere. 36 Ipse est, qui pedes meos ita  
veloces reddidit, atq; ad cursum ita perfecte agiles mobilesque; effecit,  
quemadmodum sunt pedes cernuorum, qui in currendo sunt celerissi-  
mi. Sic enim & me fecit per agilitatem internæ gratiæ suæ, celeriter  
alacriterque; absque pigrizia, vias percurrere præceptorū suorum \* &  
ipse est, qui me super excelsa constituit, ita me confortans, vt etiā vi-  
as difficiles abulare, & ea quæ hominib⁹ alta ac nimis sublimia, vix-  
que possibilia videntur, audeam in ipso tentare. 37 Ipse est qui me  
docet manibus præliari aduersus hostes meos, quiq; in præliādo ma-  
nus meas dirigit atq; confortat, vt me pugnāte ipse magis quam ego  
dicendus sit pugnare. Sic enim illi est placitum, ad faciendam cōtra  
inimicos nostros victoriā, nostrarum manuum, nostrarūque viriū  
frequenter vt ministerio, quo confusibilior sit hostiū prostratio ab  
imbecilli hominis manu: \* ipse brachia mea in pugnādo facit qua-  
si arcum arcū, ad feriendum fortia, ad lationem, suscipiendum dura,  
& verberū ictibus non cedentia, nullis potentia laboribus aut frāgi  
aut fatigari. Id enim præstat suis pugnantibus De⁹, vt in pugna strē-  
nue feriāt aduersarios, ab ipsis autē lationem non suscipiant: facitq;  
eos nec aduersariōrū ictibus vulnerari, nec frangi pugnæ molestiis.  
38 Et saluasti me domine protectione tua ab omnibus inimicis meis:  
\* & virtus omnipotentia tua ipsa me defendit ab illorū insultibus  
atque oppugnationibus. 39 Et eruditio interiorque instructio tua,  
ipsa me rectificauit, inq; rectitudine constituit ad perseuerandum in  
ea vsq; in finem: \* interior tua instructio siue eruditio ipsa me doce-  
bit, quomodo in omnibus agere debeam, & conuersari. \* Ipsa etiam  
exterior per afflictionem disciplina atq; eruditio, correxit me, atque  
ad rectā viam reduxit, si quādo à rectitudine cōpsem in prauitates  
declinare, dānsq; intellectum inlicita vexatio à malo quanto cyus re-  
duxit, ita vt experiētia mali edoctus, tanto de cætero firmitus atq; so-  
lidi⁹ in viis tuis cōsisterē. Virga enim discipline est, qua electos tuos  
(si quando aberrare cōperint) ad bona reducis, firmitusque (seuerita-  
te tua vel paululū experta) in te persistere facis, atque perseuerare in  
finem. Vix enim potest in finem persistere in numero filiorū, qui extra  
disciplinam tuam est, quiq; paterna tua visitatione non aliquando  
corripitur. 40 Dilatasti quoque subter me gressus pedum meorum,  
latiq; passibus me fecisti incedere: id est, seruēter me progredi, mul-  
tumq; procedere ac promouere in via virtutū fecisti. \* & nō sunt de-  
bilitati pedes mei in ambulādo vias tuas, neq; sunt infirmati in vesti-  
giis suis, propter tuā cōfortationem, atque confirmationem gratiæ  
tuæ. 41 In tua autē hac confortatione non solum nō timebo inimi-  
cos meos, verūetiam persequi audebo, atque etiam oppugnare & de-  
bellare eos, imò & cōprehendam illos, atque sub mea redigam pote-  
state deuictos: \* & nō cessabo ab eorum impugnatione, donec illo-  
rum sensero defecisse virtutē, & deuictam esse contritamque illorum  
potentiam: donec perfectam obtinuerō victoriā, non remittam pug-  
nam. 42 Cōteram tuo auxilio virtutem illorum, atque in nihilum  
redigam, nec poterunt consistere ante conspectū meum, ad mihi resi-  
stendum, sed victi confusiq; aufugiēt: \* & quæadmodum ii qui gla-  
dio caduntur, vulnerati cadunt sub pedibus cadentiū: ita cæsi atque  
proflus deuicti prosternentur ad pedes meos in testimoniū perfectæ  
victoriæ. 43 Fortitudine presentia tuæ armasti atque animasti me, &  
quasi accinctum paratumque fecisti ad pugnam contra inimicos me-  
os: \* & eos qui in me insurgebāt, qui mihi bella mouebant, qui mihi

A 44 Et inimicos meos  
dedisti mihi dorsum:  
\* & odientes me di-  
spendisti.

45 Clamauerunt, nec  
erat qui saluos faceret:  
\* ad dominū, nec ex-  
audiuit eos.

46 Et comminuam eos  
vt puluerem ante faciē  
ventri: \* vt lutum pla-  
tearum debeo eos.

B 47 Eripies me de cōtra  
dictiōibus populi: \* cō-  
stitues me i caput gētū.

48 Populus quē non co-  
gnoui, seruiuit mihi: in  
auditu auris obediuit  
mihi.

49 Filij alieni mentiti  
sunt mihi: \* filij alieni  
inueterati sunt, & clau-  
dicauerūt à semitis suis  
C 50 Vuit dominus, &  
benedictus Deus meus  
\* & exaltetur Deus  
salutis mea.

51 Deus qui das vin di-  
etas mihi, \* subdis po-  
pulos sub me: \* libera-  
tor meus de inimicis  
meis iracundis.

D 52 Et ab insurgētibus  
in me exaltabis me: \*  
a viro iniquo eripies me

53 Propterea cōstebor  
tibi, in nationibus do-  
mine: \* & nomini tuo  
psalmum dicam.

54 Magnificās salutes  
regis eius: \* & faciens  
misericordiam Christo  
suo Dauid, \* & semi-  
ni eius vsq; in seculum.

bella mouebāt, qui mihi nocere querebāt, tu per auxilium tuum de-  
uictos proiecisti subter pedes meos, dās mihi ita perfectam de eis vi-  
ctoriam, vt iuxta placitum eos calcarem, eosque vt scabellum pedū  
proflus nihili facerem. 44 Et vertisti in fugam inimicos meos, fe-  
cisti que eos præbere mihi dorsum, ad modum fugientium in prælio,  
qui desperata victoria terga vertentes, insequentibus pugnantibus  
dorsum præbent libere cadendum, neque vltra de pugnando cogi-  
tant aut resistendo: \* & eos qui me odiose querebant perdere, tu per  
terrorem potentia tuæ disperdidisti, dissipasti, atque contriuiisti, ita  
vt proflus præualere in nullo potuerint. 45 Cum cæsi præ miseria  
atque confusione clamaret pro auxilio, non erat qui illis posset fer-  
re suppetias. Siquidem manus Domini pugnat aduersum illos, cuius  
potentia nemo potest resistere: \* etiam si ad Dominum cæli, cu-  
ius super se manum sentiebant clamarent, non exaudiebantur: quo-  
niam non ex corde puro inuocabant, sed errore tatum mortis con-  
teriti, potissimum, quod in innocentis persecutione fuissent depre-  
henfi, quod Deo est abominabile. 46 Et datum est mihi ex Diuina  
virtute conterere atque dispergere exercitus hostium meorum, sicut  
pulis à facie vēti impetuose flantis dispergitur: \* quasi lutum quod  
in plateis iacet, quod calcantium pedibus vndique dispergitur  
& conculcatur, sic auferam, dispergam, atque diliciam illos. 47  
Tu me de contradictionibus, de oppugnationibus populorum sal-  
uabis, pacem mihi daturus ab hostibus meis per circuitum: \* in-  
super & constitues me principem, ducem, ac dominum super gētes plu-  
rimas, omnes quas tu subiugabis meo imperio, faciēsque me illis præ-  
minentem in regni gloria, quemadmodum eminent & excellit caput  
super membra cætera. 48 Populi alienigena, quos prius non agno-  
ueram inter subditos meos, subiecti facti sunt mihi: & obedientissi-  
mi in solo auris auditu, mox ad auditū vocis atq; iussionis meæ ser-  
uierunt mihi. 49 Filij tamē alieni, filij iniquitatis, filij Belial, q se meo  
imperio subtrahūt iniuste, quo peccēt liberius, ipsi mēdaciter, nequi-  
terque suo more egerunt mecum pacta, ac fœdera inita minime ser-  
uantes \* filij isti alieni (quos ego non pro meis ouibus agnosco) in-  
ueterati sunt in malitiis suis: propter quod odientes iustitiam, odiūt  
me quoque iustitia administratorem, & claudicauerunt, aberrauerunt  
que à semitis suis, in quibus olim ambulabant, obedientiam de-  
bitam & promissam abiicientes, quos propter impietatem suam & e-  
go nihilifacio, neque perdendo multum me perdidisse existimo. 50.  
Viuus tu Domine, esque vita vera viuificans omnia, à quo supranar-  
rata cuncta mihi præstantur: & benedictus sis tu atque laudatus Do-  
mine Deus, author salutis meæ & vnicus saluator meus: \* & glorifi-  
ceris magnificerisque, o Domine Deus, author salutis meæ. 51 Tu  
(inquam) Deus qui facis mihi viadictam atq; vltionem contra ini-  
micos meos: \* & populos alienigenas non solum me non finis oppri-  
mere, verum etiam subiectos & tributarios mihi facis, ad ampliādam  
gloriam regni mei: \* tu es vnicus saluator me⁹ qui me liberas de ho-  
stibus furore suo in me insurgentibus, & prælia aduersum me exuscit-  
antibus. 52 Et ab aliis qui oppugnando atque inuadendo insurgūt  
in me, tu salutē dabis mihi, & victoria me sublimabis: \* ab omnibus  
iniquis qui mihi iniuste quarunt malum, tu me eripies, faciēsque sal-  
uum. 53 Propter hoc, confessione laudis ego te celebrabo in gen-  
tibus plurimis, quas tu mihi subiectas feceris: \* & psalmos laudis de-  
cantabo glorioso nomini tuo, in conspectu omnium populorum.  
54 Tu enim es magnificans saluationes regis tui, mirabiliter & ma-  
gnifice saluans regem populi tui, quem constituisti super populum  
tuum: \* misericorditer agens cum Dauid Christo tuo, quem tu ele-  
ctum vnixisti oleo super populum tuum ab omnibus hostibus & ma-  
lis vnuerfis cum liberando: \* neque verò cum ipso solo, quantū ad  
eius singularem personam peculiariter attinet, verūetiam cum vni-  
uerfis posteris eius in sempiternum, qui verum fuerint semen eius, &  
paterna iustitia fuerint sectatores. His enim tu domine benefacies  
in misericordia tua, qui personarum acceptionem nesciens omnes  
tibi in iustitia veritate fideliter seruientes gratos habes & acceptos  
vsque in æternum.

**T** Ametſi hunc Pſalmum videamur perſonæ Dauid in Elucidationis proceſſu peculiari-  
 ter applicaſſe, nō excludimus tamen eorū intelligentiā, qui Chriſto aptare illum voluerint: imō  
 etiā includimus, quæadmodum in figura figuratum continetur, & in ſigno ſignatū. Siqui-  
 dem Dauid, Chriſti figuram geſiſſe conſtat. Et quæ de Dauid in Pſalmis dicuntur aduerſum inimi-  
 cos ſuos dimicāte, non eſt difficile ad Chriſtū contra mundi principes, diabolos, ſcribaſq; & Pha-  
 riſæos, pro veritate & humani generis liberatione pugnante, accommodare. Neque rurfum erit diffi-  
 cile, Pſalmum propoſitū ad Eccleſiam referre: quæ prius grauiſſimis perſequutionibus agitata atq;  
 cōcuſſa, ac veluti mortis doloribus circūdata, tādē eſt diuinitus mirabiliter liberata propter in-  
 nocentiā ſuam: quæ à Deo multis eſt donis precioſis tāquam amabilis ſponſa dotata, quæ etiā  
 ſuper alienigenas populos accepit ex Dei beneficio principatū. Iteſt, & iuſtus quilibet à grauiſ-  
 ſimis periculis miro modo liberatus, Deo liberatori ſuo volēs gratias agere, ex hoc Pſalmo formā gra-  
 tiarum actionis optimam poterit accipere. ¶ Verſu quinto, Circūdederunt me dolores mortis. Si  
 Chriſto applicetur Pſalmus, dolores iſtos mortis, & dolores inferni, intellige anguſtias & dolores  
 agonizantis atq; mortis: torrētes autē iniquitatis, perſequutionem grauiſſimā, quā impij dæ-  
 mones, ſcribæ atq; Phariſæi aduerſus eum ſuſcitauerāt. Si verō Eccleſiæ aptetur, intellige afflicti-  
 ones & perſequutiones grauiſſimas, quibus in ſuis primordiis fuit cōquaſata à ſæculi principibus, **F**  
 ac deinde variis hæreticorū adinuentionibus, à quibus etiā poſtremo in nouiſſimo Antichriſti tē-  
 pore grauiſſime affligetur. ¶ Verſu nono, Cōmota eſt, & cōtremuit terra. Ab hoc verſu vſque ad  
 decimum ſequentem (hoc eſt, vſque ad verſum. 19. vidētur hæc omnia ad perſonā Dauid commo-  
 dius referri: certe facilius, nihil eſt dubiū. Chriſto autē & eccleſiæ nō niſi cum magna difficultate  
 & obſcuritate plurima. Pro quorum intelligētia eſt aduertendum, Deum nonnunquam ſeruo ſuo  
 Dauid in auxiliū aduſiſſe inuiſibiliter, quæadmodum cum nullam exterius pugnam exhiberet, ſed  
 inuiſibiliter ipſum Dauid cum ſuo exercitu confortans dabat calitus victoriam. Nonnunquā ve-  
 rō nimia ſua dignatione, ad oſtendēdum alienigenis terrorem ſuum, populūq; ſuum, ac ſeruum  
 Dauid magnificādum coram oculis nationū, etiā viſibiliter ad pugnadū pro Dauid apparuit,  
 euidentibus ſignis ſuam demōſtrans præſentiam, & veluti armis corporalibus pugnando ſe mani-  
 feſtās. quæadmodum & de Iſue legimus, quod ipſo pugnante lapidibus de cælo demiſſis pugnaba-  
 tur cōtra fugiētes: & de Aegypitiis in mari rubro, cum inſequerētur Iſraēl, ingreſſi poſt eos in ſic-  
 Iſue. 10  
 Exod. 14  
 cum alueum. Reſpiciens enim Dominus (vt Exodi. 14. ſcribitur) ſuper caſtra Aegypriorum, per co-  
 lumnam ignis & nubis interfecit exercitum eorum, & ſubuertit rotas currum, ſerebanturque in  
 profundum: quod videntes Aegypitii, dixerunt, Fugiamus Iſraēlem, quia Dominus pugnat pro eis  
 contra nos. Sic & in ſecundo Regum lib. cap. 5. legitur quemadmodum Philiſthæis diſſuſis in valle **G**  
 Raphaim, ad quarendū Dauid vnctum in regem Iſraēl, Dominus ipſe apparuit in cacumine piro-  
 rum. Sic enim reſpoſum fuit Dauid à Domino, Cum audieris ſonitum clamoris gradiētis in cacu-  
 mine pitorum, tunc in ibis prælium, quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, vt percutiat  
 caſtra Philiſthæum. Et de hoc miraculo, cōmode intelligi poteſt Dauid in his decem verſibus pecu-  
 liariter loquutus. Videtur enim in ſignis admodum & manifeſta fuiſſe victoria, quam à Deo cælitus  
 accepit pro ſe pugnate: propter quod dignum duxit, illā ſingulariter in ſua gratiarū actione com-  
 memorare. Percuſit enim tunc tēporis Philiſthæos, à Gabaa vſque Celer, plaga maxima. Quāquā  
 autem non exprimat in loco omnia quæ hic dicuntur de terræ motu, de fulmine & tonitruo  
 & de nubibus cōdenſatis: ſatis tamen eſt veriſimile, omnia illic ſic apparuiſſe, quomodo ipſe qui ad  
 fuit, & pro quo exhibebatur hæc mirabilia, præſens ipſe conſpexit. Poſſunt nihilominus hæc om-  
 na myſticis ſenſibus ad Chriſtū referri, quem potentia Diuinitatis mirabiliter & magnifice fecit  
 Iſue. 12  
 victorem ſuper aduerſarias poteſtates, principem huius mūdi (quem iudicatum eiecit foras in ira  
 ſua) & contra omnes ſæculi ſuperbos, potentes atq; ſapiētes, quos conturbauit & cōmouit per ſim-  
 plicium Apoſtolorum prædicationem: per hos de cælo tonās, mittēſque ſagittas eloquiorum ar-  
 dentium, quibus illi quidē fugati ſunt, ſaluati autem de manibus, ac poteſtate eorum fideles: idque  
 propter iram Dei aduerſum hoſtes generis humani, quam oſtendit in plenitudine tēporis. Quæ o-  
 mnia qui exactius velit cognoscere apud alios dignos fide Cōmentatores requirat, prolixius tracta-  
 ta. Noſtra breuitas non patitur nos exactius ſingula proſequi. ¶ Verſu 29. Cum peruerſo peruerteris.  
 Pro verbo Peruerteris, quidā vetuſti codices inueniūt habere. peruerſus eris. Nihil autem dif-  
 fert ſententia, quæ talis eſt, Peruerſe ages, & peruerſum te mōſtrabis: hoc eſt, ſeuerum vltorē, & du-  
 rum iudicem, iis qui peruerſo & nō recto ſunt corde. Cōſonat illi, quod vulgo dici ſolet, Malo no-  
 do malus quæredus eſt cuneus. Illud autem cōſideratione digniſſimum eſt, quæ hoc ſit conſola-  
 tionis, talem erga nos ſeſe moſtrare Deum Dominum, quales nos ſerui erga ipſum nos exhibem⁹.  
 Proſecto aduerſum longe eſt inter homines, qui cum innocentibus plerumque peruerſe agunt, non  
 metuentes ab illorū innocentia vindictam: cum peruerſis autem (quorum poteſtatem aut vim me-  
 tuunt) quaſi innocentibus, benignius agunt. ¶ Verſu. 31. Quoniam tu illuminas lucernam meā Do-  
 mine. Mēs humana non ex ſe lux eſt vel lumen, ſed lucerna, luminis videlicet capax, vt cādela: quæ  
 ſi igne fuerit cæleſti & lumine deſuper participato accenſa, lucet, & illuminat interiora hominis:  
 Si verō accēſa non fuerit, neq; lumine cælitus participato donata, cādela eſt quidem, ſed extincta  
 non ardēs, neque lucens. Iuſtorum autem mens, vt ſit ardēs, lucensque lucerna, à Domino illumi-  
 nat: quemadmodum de Ioanne dicitur, Ille erat lucerna ardens & lucens. ¶ Verſu. 32. Quoniam  
 Ioan. 5  
 in te eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum. Dei cōfortatio iuſtum ad duo facit

**A** valentem, in quibus eſt perfeſta iuſtitia. Primū enim hoc agit, vt nulla tentatione à rectitudine &  
 Dei charitate ſeparetur. Deinde, vt ad quæcunque pro eius amore peragenda ſit animo promptus,  
 etiā ſi difficillima & humanitas videantur impoſſibilia, cuiusmodi eſt murum tranſgredi. Horum  
 prius innuitur cum dicitur, In te eripiar à tētatione. Poſterius verō, cum dicitur, In Deo meo tranſ-  
 grediar murum. Quid enim tam difficile vel impoſſibile humanitas, quàm murum tranſgredi?  
 ¶ Verſu. 33. Deus meus impolluta via ei⁹. Clarior foret oratio, ſi dixiſſet, Impolluta eſt via Dei mei  
 aut, Deus meus impollutā habet viam. Nunc verō dum primum Deus meus ponitur, ac ſine recto-  
 re hoc relicto adiciitur per relatiuū, impolluta via ei⁹, turbatior ſit & incōſuetā oratio: ſed empha-  
 ſis, maior latet, & exprimitur hac in nouitate multa affectio, quæadmodum & alibi dicitur, Domi-  
 nus ipſe eſt Deus. ¶ Verſu. 47. Eripies me de cōtradictionibus populi. Tres iſti verſus cōmodiſſi-  
 me Chriſto poſſent applicari. Ipſe enim de cōtradictione quam (Paulo teſte) à peccatoribus aduer-  
 ſus ſemetipſum grauiſſimam ſuſtinuit, patris potētia ereptus, conſtitutus eſt in caput gētium, re-  
 gēmq; ac duceſ populi, primogenitus ſactus in multis fratribus, iuxta illud, Dabo tibi gētes hære-  
 ditatē tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Populus quoque gētium qui prius fuerat idolo-  
 latræ deditus, quæ prius Deus non agnouerat (quemadmodum neque cognitus fuerat ab eo) ſubie-  
 cit ſe ſeruituti eius, factusq; eſt obediens ei mox vt prædicationem Apoſtolicam verbum Euan-  
 gelii, doctrinam veritatis auribus audire cœpit Filii autē alieni, Iudæi (qui ex electione paterna filii  
 erāt Dei, ſed ſua propria prauitate atq; infidelitate facti à Deo alieni) ipſi mētiti ſunt Chriſto Do-  
 mino, negaueruntq; eum, dicētes, ſe alium non habere regem, niſi Cæſarem: mentiti ſunt verō Do-  
 mino ſuo, illum abnegātes coram Pontio Pilato, ſuntq; obdurati & obſtinati in ſua malitia, & de-  
 niauerunt à ſemitiſ fidelijū patrum ſuorum, Patriarcharum atque Prophetarū, & cæterorum iuſto-  
 rum, qui aduētum Chriſti toto corde deſiderabāt, quem hi aduenientem mali filii contempſerunt,  
 atq; etiam interemerunt. ¶ Verſu vltimo, Magnificās ſalutes regis eius. Videtur eſſe incōmodum  
 orationis ex ſubita mutatione perſonæ. Priore ſiquidē verſu dixerat ſecunda perſonā, Confitebor  
 tibi, &c. nunc verō ſubito abſq; cōnexionē debita, ſubdit, Magnificās ſalutes regis eius, & faciēs  
 miſericordiā Chriſto ſuo, tertia perſonā: cū dicendum magis videretur ad hunc modū, Confite-  
 bor tibi in nationibus Domine, & nomini tuo Pſalmum dicam. Tu enim es magnificās ſalutes regis  
 tui, & faciēs miſericordiā Chriſto tuo Dauid, & ſemini eius vſque in ſæculum. Verum de huiusmo-  
 di difficultatibus quæ in ſcripturis ex perſonarū mutatione occurrūt, quiſquis cōqueritur, delica-  
 tis auribus eſſe ſe probat, minimēq; in ſcripturis ſanctis verſatum, vt pote quem adhuc offendūt e-  
 iusmodi, quiq; nōdum illis aſſueuit, quæ ſunt ſcripturarū vſui familiariffima, minimēq; extranea.

XVIII. PSALMI ARGUMENTVM.

**E** ruſtat Pſalmiſta in hoc Pſalmo, ex plenitudine cōtemplationis venturorum myſteriorum nouæ legis, ma-  
 gna & mirabilia fidei noſtræ ſacramenta, incipiens à prædicatione Euāgelij, quod per cæleſtes illos A-  
 poſtolos nocte & die pergeſ atq; proſiciens omnibus populis eſt prædicatū, cuius ſcique linguæ vel idio-  
 matibus fuerint in omnibus ſinibus orbis terrarum. Atque hæc quidem primis quatuor verſibus. Dehinc, verſibus  
 tribus ſequētibus, Dei humanationem, atque à patris ſinu ad terras filij Dei deſcenſum, ac poſteriore ad eūdem  
 regreſſum, & ſancti ſpiritus donationem prædicat. Poſt quæ à verſu octauo, de lege Euangelica (quam Chriſtus  
 adueniens tradidit obſeruandam, ad quam Apoſtoli prædicandam per orbem fuerant miſi) prolixius loquitur,  
 multipliciter eam commendans, vſque ad verſum. 13. Vbi deinde, à delictis quotidianis, in quibus multipliciter  
 etiam iuſtos cōtingit offendere, & ab occultis peti mundari, & à peruerſis atque alienis Deū ſibi parere præ-  
 catur: ita vt non dominetur eius, ſicque immaculatus perſtare poſſit ante Deum, illique adiutori & redemptori  
 ſuo grata ſemper laudis deſumere cantica.

DECIMIOCTAVI PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 Celi enarrant glo-  
 riam Dei:
- \* & opera manū e-  
 ius annunciat firma-  
 mentum.
- 2 Dies diei eructat  
 verbum, & nox nocti  
 indicat ſcientiam.
- 3 Nō ſunt loquela ne-  
 que ſermones, quo-



**S** vblimes ac cæleſtes viri, Apoſtoli ſancti, (quos  
 Deus ſicuti cælos inhabitat, ſuaque luce dignan-  
 ter perfundit, qui etiā in cæteros inferiores omnes,  
 ſuper quos à Deo cōſtituti ſunt, mirabiliter & ſa-  
 lubriter inſuūt) hi ſunt, qui Dei magnificā gloriā  
 enarrarunt, prædicarūtque populis per orbem  
 vniuerſum: & opera Dei, quæ ipſe in potētia, ſa-  
 piētia, & bonitate ſua mirabiliter eſt operatus, tā in rerū omniū po-  
 tētiffima creatione, q̄ in humani generis dignantiſſima redēptione,  
 annūciauit venerādus ille ſenatus Apoſtolicus, qui eſt veluti firma-  
 mentū, in quo lucēt ipſi vt fulgidiffimæ quædam ſtelle, totū mūdum  
 illuminātes. 2 Verbum autē prædicationis eorum, breuiſſimo tem-  
 poris ſpatio percurrit & peruenit vbiq; die vno diei alteri veritatis  
 verbū eructante, celeriterque tranſmittente, & nocte vna alteri ſciē-  
 tiam hanc verbi Dei, & Euāgelicæ legis cognitionem indicāte: ita vt  
 quæſi de die in diem pergere videretur, celeriterq; incrementa acci-  
 pere quotidianis profectibus. 3. Vſque adeo autem verbū iſtud prædi-  
 cationis eorū celeriter percolauit omnia. vt non ſint vlla loquela-  
 rū genera, neque idiomata vlla ſermonum in quibus non audita ſint

Heb. 12.  
Roma. 8.  
Pſal. 2.

Ioan. 19.

Marc. 16  
Actu. 13.

*vrum non audiantur voces eorum.*

*4 In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum.*

Marc. 16. *5 In sole posuit tabernaculum suum:*

Ioan. 1. *6 Exultavit vt gigas ad currendam viam:*

Coloss. 2. *\* & ipse tanquam spūs procedens de thalamo suo.*

Ioan. 1. *\* à summo caelo egressio eius.*

Ioan. 16. *7 Et occurfus eius vsque ad summum eius:*

Psal. 67. *\* nec est qui se abscondat à calore eius.*

Ephes. 4. *8 Lex domini immaculata:*

Ioan. 1. *\* conuertens animas:*

Matt. 23. *\* testimonium domini fidele, \* sapientiam praestans paruulis.*

Psal. 110. *9 Iustitiae domini rectae, latificantes corda.*

Prou. 15.

aut fuerint voces praedicationis atq; annunciationis eorum: itēq; E nulli fuerunt homines cuiuscunq; linguae, cuiuscunq; idiomatis, cuiuscunq; loquelae, ad quos non peruenit illorū sublimiū praedicatorū instructio: quemadmodum non est vlla gens neque populus, ad quos nō pertingat caelōrū corporalium illuminatio, influxus, & multiplex operatio. 4 In omnes partes terrae peruenit vox Euangelicae praedicationis ipsorum, & in omnes fines orbis terrarū perueniunt sermones eorū, quib⁹ magnalia Dei annūciauerūt: peruenit (dico) vox praedicationis eorū, in orientem, occidentem, & meridiem, & septentrionem, vbiq; fructificans & crescens, Domino (cuius gloriam praedicabant) iter ipsorum dirigēte, & sermonem sequentibus signis confirmante. 5 Inter omnia autem magnalia Dei, quae caeli illi annūciarunt, hoc veluti caput est atq; praecipuū, quod Deus in sole posuit tabernaculum suū: id est, mansionem atq; habitationem suam posuit in Christo homine, (qui sic in medio totius Ecclesiae constitutus illuminat omnē hominē venientē in hunc mūdum, quomodo sol in medio firmamēti, mūdū totum illuminat) quādo ipsi Diuinitati complacuit humanā sibi in Christo vnire naturā, ita vt in homine Christo tota diuinitatis plenitudo inhabitaret corporaliter. \* & ipse hic sol, Dei filius, de secreto sin⁹ paterni, in quo erat ante saecula, processit in publicū, assumpta carnis nostrae substantia, inter homines visibilis visibiliter apparēs: \* itē & de secreto materni vteri, in quo per spūritus sancti operationē cōceptus latebat. Processit (inquam) ad eum modum, quo ipōsus adornatus nuptialibus vestibus, cū gaudio & festiuitate foras procedit de cubili suo. 6 Adueniens autē in mundum Dei filius, in gaudio magno & alacritate multa, hilariter ad nostram paruitatē descendit, viāq; illā qua à caelōrū sublimibus ad infima nostra venit, alacriter valde cucurrit, ad modum fortis gigantis accurretis ad pugnā & liberationē populi sui. Sic enim Dei filius, gigas fortissimus, debellaturus hostē generis humani, non vtiq; vlla necessitate coactus, neq; inuitus, sed propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, libētissimo animo ad nos accurrit potius quā accessit, imō ad uoluit potius quā accurrit: \* via autē quam percurrit ad nos veniens: maxima omnino & longissima erat. Siquidē egressus eius erat à sublimitate caelōrū, à patris sinu, in quo quiescebat ab initio. Exiit enim à patre, & venit in mūdū. 7 Et post peractā pugnā, obtentūq; de hoste triūphū, peractis omnibus ad quae missus fuerat, iterū occurrit, estq; regressus illuc vnde exierat. Mundum enim relinquēs, rediit ad sinum & dexterā patris, vnde nobis aduenerat. \* ipse verō in altū ascēdēs, dona dedit hominibus sui spūritus, fecitque electos suos vniuersos sui caloris & ardoris (hoc est, spūritus sui) participes: ita vt nemo sit, quem non visitatio donorum eius subinde tangat, qui nō virtutē sentiat illuminationis & spūritus eius, quantumuis etiam se abscondere aut occultare videatur à cōspectu Dei. Quēadmodum enim sol materialis ad summū caeli scandēs, omnia sui caloris virtute cōtingit neq; quicquā est quod nō eius virtutē persentiat, tametsi quādā ampl⁹, alia min⁹: ita & sol iste, sui caloris & luminis virtutē modo quodam diffundit in omnes, illuminās omnem hominē venientē in hunc mūdū. 8 Simul autē cum his Dei magnalibus annūciauerunt caelestes illi viri per orbem terrarū, legē illam preclarā Euangelicā quā suis obseruādā Christus Dominus tradidit, doceri que gētes praecipit. Quae sane lex immaculata est, tā in semetipsa (vt pote nihil habēs maculae, nihil iniquū, neque vanum praecipiens aut prohibēs) quā in suis obseruatoribus, quos sanctos & immaculatos corā Deo constituit: \* estque cōuertēs hominū animas à vanitate errorū & peccatorū ad veritatē vitę ac fidei. Qui enim illi intēderit, facile relictis vitiis, veritati atq; virtuti sese accommodabit: \* lex illa (quae & testimonium Domini dicitur, & in ea testificetur mōstretq; Deus, quid agēdū quid ve omittēdū) fidelis est, disposita ī iudicio & equitate, firma, stabilis, suis obseruatoribus preciosa reddēs premia: \* praestatque verā ac cēlestē sapentiā humilib⁹, diligēter assidueque meditatib⁹ in eorum mentē Deus sua gratia dignanter illuminat, vt ipsius legē valeant secundū veritatem intelligere. 9 Praecepta Dei (quibus iustificātur homines) recta, equa, & iusta sunt, letificātque corda illorū qui obseruant ea. Siquidē mens ex testimonio bonae cōscientiae & obser-

A *\* praeceptum domini lucidum, illuminans oculos.*

10 *Timor domini sanctus permanet in seculum seculi.*

*\* iudicia domini vera, iustificata in semetipsa*

B *11 Desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum: \* & dulciora super mel & fauum.*

12 *Etenim seruus tuus custodit ea:*

C *\* in custodiendis illis retributio multa.*

13 *Delicta quis intelligit:*

*\* ab occultis meis munda me,*

*\* & ab alienis parce seruo tuo.*

14 *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero:*

*\* & emundabor à delicto maximo.*

15 *Et erunt vt complacent eloquia oris mei, \* & meditatio cordis*

natione fidei praceptorū Dei secura, quasi iuge cōiuiuiū est: \* lex Domini nequaquā obscura est, nequaquā intricata aut implicita difficultatibus, cuiusmodi sunt plerq; hominū leges, sed lucida est, clara est imō veluti lux quadā est illuminās oculos, & mētes intēdentiū illi, vt viā vitę videre possint, qua ambulare debeat, quidq; vel agere, vel omittere oporteat. 10 Timor domini ac filialis reuerētia (qua nos docet lex Euangelica erga Deū vera affici charitate) sanctus ac mundus est, per quē sanctificatur homo, & declinat à malo, perduraturus in sempiternū, & neq; in patria felicitatis abiiciēd⁹. Permanebit enim in aternū sanctorum erga Deum filialis reuerētia. \* praecepta domini quae in iudicio disposita sunt nobis, & secundū quae iudicaturus est Deus obseruātes sine transgrediētes ea, sunt in summa veritate & aequitate disposita, iustitiā & aequitatem habētia ex semetipsis, & in semetipsis, à Deo: videlicet quia domini illius sunt, & ab illo data, qui potētatē habet plenā praecipendi nobis quicquid voluerit. Quicquid enim ille praecipit, hoc ipso quod ab illo praecipitur, iustum est vt obseruetur à nobis, quicquid tandē illud fuerit. 11 Sunt autem haec domini praecepta, bonis amabilia valde & concupiscibilia estq; eorum intelligētia & obseruatio summe optāda, concupiscenda, atque desiderāda amplius quā possessio auri vel argēti, vel lapidis quātumlibet pretiosi: \* maiorēque praestāt suauitatem atque internam dulcedinē obseruatoribus suis, quā praestare possint ea quae reputantur corporali gustui suauissima, veluti mel & fauus mellis. Nā haec tantum fortunę aut corporis bona sunt, possuntq; vel oculos vel palatū oblectare paululū, quae oblectatio & modica valde est, & nō diu duratura: lex autē domini, meditantibus in ea dulcedinem maximā in spūritu donat, & obseruātibus ex bonae cōscientiae testimonio integrā suauitatē atq; oblectationem perfectam, quae & his verē maior est illa quā mundus donat, & in aternū non deficiet. 12 Et quidem seruiti fideles, qui tibi placere quārūt, ipsi intēti sunt ad obseruationem illorum praceptorum tuorum, solliciti ea custodire, operēq; adimplere: \* & non est sine fructu labor eorum, sed in illorū obseruatione bonā atq; copiosam percipiunt remunerationem, dum & nunc in hoc tempore per obseruationē gaudium acquirunt in cōscientia, ex bono testimonio, & in futuro beatam suscipient aeternae felicitatis retributionē. 13 Veruntamen quia fragiles admodum sumus ex nobis ipsis, & carnis sensu proni ad illicita, fit, vt frequēter etiam qui tibi bona voluntate seruire cupiunt, in multis offendāt quotidie, & leuibus offensionibus multipliciter delinquāt, ita vt vix quisquam sufficiat ea omnia deprehendere, in quibus offendit: cū occultissime nō nunquam subrepat, etiam cum minime ipse qui operatur animaduertit: \* cōtra quas quotidianas offensiones, tuam Deus piissime clemētiā sedulo deprecor, vt ab occultis istis peccatis meis (quae siue per ignorantiam, siue per surreptionem cōmissi, quae mihi pra multitudine omnia non satis sunt cognita) meam animam emundes, per indulgentiā & benignā illorū remissionem: \* & ab iis qui à te sunt alieni, à malis atq; peruersis (qui tui serui non sunt, sed potius tuae voluntatis contradicētes) parce mihi domine, & esto mihi liberator: vt non illorum prauis aliquando suggestionibus seducar in malum: Ab iis etiam quae impii daemones, vel carnis corruptio, aut mūdi peruersitas (quae tria semper hostes tui sunt, & à te alieni) mihi ingerūt, parce mihi: & hos motus prauos peccatorū, quos obtrudūt mihi etiā nolenti, & secundum spūritum reluctanti, ne imputaueris mihi, nec cōsentire me patiaris violentiae illorum. 14 Quantumuis enim fuerint mihi molesti, quātumuis me grauitē vrgēāt & angant suis tentationibus: cōfido tamen, donec illi mihi non dominantur, donec eis secundum spūritum non cōsentiam in malitiis, me fore immaculatum ante cōspectum tuum, sanctūmq; ac mūdum reputādum ante oculos maiestatis tuae: \* & mundus seruabor à peccato pleno atq; profecto, quod non fit mihi per cōsensum voluntatis in oblatā propositamque iniquitatem. 15 Neque vlla ex parte illorum malitia (quandiu voluntate nō cōsensero) me tibi reddere poterit odiosum aut male gratum sed erunt (nihil illis obstantibus) verba laudis & gratiarum actionis, quibus te laudauero per os meum, accepta tibi & beneplacita, cū nemo tibi fiat acceptus aliter quā propriae voluntatis cōsensu: \* & me-



mei in conspectu tuo  
semper.  
16 Domine adiutor  
meus & redemptor  
meus.

ditatio cordis mei in lege tua & beneficiis erit grata semper & placita ante conspectu presentie tue. 16 Tu enim es o domine, auxiliator meus atque redemptor, cuius auxilio confido in preceptis legis tue perseveraturum me semper, neque ullis unquam alienorum suasionibus aut impulsibus cessurum, ac tandem ab omnibus periculis liberatum saluum futurum in vitam aeternam, quam promissione veridica pollicitus es uniuersis tibi seruitute fideli famulantibus, in praemium retributionis aeternae. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM DECIMVMOCTAVVM.

**V**ersu primo, Caeli enarrant gloria Dei. Per caelos, intelliguntur sancti Apostoli. Habent enim magnam cum caelis similitudinem. Caeli enim a Deo lumen suscipiunt, & miramur in se agere; virtutem, vt ea in subiecta corpora effundat, terram uniuersam circumambulatur, Deique iussu circumuehit ad viuificandum eam. Neque est vlla terra plaga, quam caeli non perlustrat ac visitent. Continent item quicquid in rerum natura existit, & extra ipsos est nihil. Quae omnia sanctis Apostolis applicare, attendenti Elucidationis verba est facillimum. Eadem quoque ratione firmamento assimilantur: quoniam ad hoc posuit etiam alia adiici ratio, quoniam videlicet sicut firmamentum diuidit aquas ab aquis, aquas caelestes ab aquis quae super terram sunt: ita venerandus ille Apostolorum senatus, aquas ab aquis, populos infideles diuidit atque distinguit a fidelibus, aquas caelestes ab aquis terrae. Aque enim multae, populi multi. Posset nihilominus per firmamentum commode admodum intelligi uniuersa fidelium Ecclesia, accipiendo firmamentum corporale ad quod fit comparatio non tantum pro sphaera vnica, quam ponunt octauam in ordine caelorum: sed pro tota illa machina caelorum, in quibus sunt stellae siue errantiae siue fixae, id est, pro omnibus simul orbibus, & a planetarum quam ceterarum stellarum fixarum. Tota enim Ecclesia in laude & gratiarum actione opera Dei annuntiat, & cum fauore praedicat. ¶ Versu secundo, Dies diei eructat verbum. Praeter interpretationem in Elucidatione positam, posset versus hic aliter intelligi, per diem, accipiendo fidelem legis Euangelicę: per noctem vero, Iudaeum aut etiam philosophum, ad hunc sensum, Dies diebus verbum Euangelicę predicationis eructant, fideles a Deo quasi dies illuminati, de plenitudine interioris vnctionis doctrinaeque sanctae fidei, qua pleni sunt, copiose effundunt in alios fideles, sicut fideles alii alios trahunt, quae admodum dies diem quasi post se trahit, & dies diei lumen velut transmittit: quae admodum & nox nocti, id est, Iudaeus (cuius cognitio legalis veluti noctis est lumen, comparatione ad cognitionem legis Euangelicę, quae est quasi lux diei) Iudaeus legis indicat scientiam: quae admodum item & philosophus philosophum docet rerum humanarum cognitionem, quae veluti noctis tenebrae sunt comparatione ad lumen doctrinae Euangelicę, imo etiam comparatione ad scientiam legis. ¶ Versu tertio, Non sunt loquelae neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. Sermo iste multam habet difficultatem, eo quod in eodem casu duplex ponitur relatio, dicendo quorum & eorum: deinde etiam, quod primi relatiui fiat enunciatio per genitiuum, quae videretur rectius per casum datiuum fieri debere, pro quorum, dicendo quibus. Non est tamen minor in Graeco sermone incommoditas aut difficultas, quam sit in Latino: vt ne quis Latino interpreti id putet imputandum. Sciendum autem est huius versiculi duplicem dari posse intelligentiam. Prior haec est, Non sunt vlla lingua, neque vlla sermonum genera, quibus non sunt audite voces Apostolorum praedicantium, hoc est, praedicae illos in omnibus generibus linguarum, ita vt nulla sit lingua, nullum idioma, quo non ipsi praedicaerint, & in quo non fuerit audita vox praedicationis eorum, Quae intelligentia de dono linguarum loquitur: quod certissimum est Apostolos ita accepisse, vt quocumque perueneret praedicandi Euangelii gratia, eiusmodi illic sermonis idiomate vteretur, quo ab illius loci incolis potuissent intelligi. Consonatque haec intelligentia illi quod in primo capitulo Actuum Apostolicorum diuersarum linguarum homines dicebant, Audiuimus illos nostris linguis loquentes magnalia Dei: audiuimus vnusquisque linguam in qua nati sumus. Posterior intelligentia est, secundum quam per loquelae & sermones accipiuntur homines ipsi cuiuscumque loquelae siue idiomatis, quae admodum & in aliis scripturae locis non semel lingua vel loquelae solent accipi. Veluti cum dicitur, Ex omnibus gentibus, tribubus, & linguis. Et alibi, Tribus & linguae seruiet ei. ¶ Versu quinto, In sole posuit tabernaculum suum. Quae admodum per caelos Apostoli, ita per solem signatur Christus dominus. Sol enim in medio caelorum quasi rex & princeps locum habet illuminans mirabiliter omnia, & suum lumen per firmamentum laetateque diffundens, suo respectu omnia viuificans, absentia autem cuncta mortificans. Fulgetque gloria & splendore praeter omnibus astris, & immensum superat claritatem caelorum. Oriens mane in magnifica gloria & fulgore permaximo ad vespere occidit, cum in meridie in summo caeli est, hoc est, in elevatione maxima, descendit quatenus appropinquante vespere, & se penitus per noctis tempus abscondit: rursumque mane in gloria magna, cum gaudio eorum qui in terra sunt, reuertitur. Insuper in medio firmamenti positus, ab illo vehitur, & veluti circumfertur per orbem uniuersum. Haec autem omnia non ita difficile fuerit Christo Dei patris filio applicare. Ipse enim in medio Apostolorum, atque adeo in medio totius suae Ecclesiae, erat quasi praceptor & doctor, suae doctrinae claritate eos illuminans, vt ipsi deinde mundo uniuerso sufficienter illuminando. Ipse in medio est totius Ecclesiae, omnem hominem venientem in hunc mundum illuminans, lucens in cordibus fidelium, ad illuminationem scientiae claritatis Dei, vt ait Apostolus. Ipse est veritas & vita,

Apoc. 17

Apoc. 7.  
Dan. 6.

**A** in quo omnia erant vita ab initio, & in quo viuimus, mouemur, & sumus. Adueniēte quoque mundi vespere, temporis plenitudine appropinquante, descendit Dei filius de summo caelorum, de sinu patris in vterum matris, illicque sese (sub humana natura diuinam occultado) abscondit. Post passionem vero, veluti noctis peracto tempore a mortuis resurgens, reuersus est in magnificentia glorificationis suae ad summum caelorum vnde fuerat egressus. Insuper ab Apostolis circuectus est per orbem terrarum, & veluti per eius circuitum illorum praedicatione deportatus, dum eius gloria vbique terrarum longe lateque praedicaerunt. Aduertendum praeterea, quod dicitur ipsa Diuinitas in hoc sole posuisse tabernaculum suum. Est autem tabernaculum peregrinatum aut ad pugnam pergitum. Venturus ergo ad pugnam Deus contra inimicum generis humani, & quasi colonus atque peregrinus futurus in terra, tabernaculum assumpsit carnis nostrae, in quo peregrinus & pugnator inhabitauit: quod tamen (pugna peracta) non est designatus, neque se abiecit, sed dignate glorificatus euegit secum in patriam suam. Posset etiam per solem virgo Maria intelligi, quae propter praclarum fidei lumen, propter eximium charitatis feruorem, propter praclaram omnimodam sanctitatem, recte solis nomine potest designari. In hoc autem sole posuit Deus tabernaculum, quando in ea humana assumpsit naturam. ¶ Versu eodem, Processio ista qua tanquam sponsus processit Christus de thalamo, duplex inuenitur. Prior quidem, a patris sinu in vterum matris, ac deinde a matris vtero in mundum. Et paternus ergo sinus, & virginis vterus, Christi thalamus fuerunt Clarius tamen processio sua intelligitur, qua de patris sinu per vterum virginem processit in publicum mundi, inter homines homo apparuit. Recte autem hoc loco sponsi & nuptiarum adhibetur comparatio. Siquidem in Christi incarnatione desponsatio duplex, & duplices erant nuptiae. Primum enim, admirabiles nuptiae celebratae sunt in virgine vtero inter naturam diuinam & humanam: quando in vnum suppositum, spiritu sancto operante, Diuinitas atque humanitas pariter sunt vnita. Deinde cum his nuptiis & altere fiebat, Christi videlicet hominis cum Ecclesia sancta. Haec enim in vtero virginis homo factus, primum veluti duxit in sponsam, eamque sibi cohabitare fecit: quod matrimonium tunc consummatum fuit, quando cum illa sua desolata vxore in crucis lecto dormiuit: hoc est, quando in illa eadem quam in natiuitate assumpsit natura, in cruce pro humano genere mori est dignatus. Sponsus quoque, mos est vestibus nouis & decentibus indui, sic & Christus habitum nouitatis assumpsit, habitum factus vt homo, in quo sibi Ecclesiam copulauit. ¶ Versu septimo, Nec est qui se abscondat a calore eius. Per hunc calorem posset, praeter spiritum sanctum (de quo in Elucidatione dictum est) etiam aliud accipi, satis proposito conueniens: nepe potestas Christi iudiciaria, quam a patre morte deuicta accepit, constitutus iudex viuorum atque mortuorum, quae admodum omnis clamat scriptura. Assumptus siquidem in caelum ad patris dexteram, de caetero expectat, vt veniat iudicare viuos & mortuos: contra impios vero & infideles specialiter, in furore & feruore iracundiae suae, quam nemo poterit effugere, a qua ira nemo se poterit occultare. ¶ Quamuis autem praesentem Psalmum hucusque in Elucidatione atque annotationibus exposuerimus secundum mysticam intelligentiam, per caelos intelligentes Apostolos, per firmamentum Apostolicum senatum, per quos in uniuersum orbem diffusa est praedicationis veritatis Euangelicę, atque ita in sequentibus (secundum quem sensum manifeste docet Apostolus Paulus debere nos hunc praesentem Psalmum intelligere, cum in Epistola ad Romanos, ad asserenda Apostolicę praedicationis generalitatem, quartum ipsius versum allegat) posset tamen non inconueniente haec omnia de caelo, firmamento, sole & processione atque cursu ipsius ad litteram intelligi & exponi: idque pulchre admodum, & iucunda sententia, Caeli enim in amplitudine sua, verbo solo creati, in omni suo ornatu manifeste proclamant, & palam annuntiant gloriam potentissimi dei: qui (vt in alio Psalmo scribitur) verbo suo illos firmavit, & spiritu oris sui perfecit omnem virtutem illorum. Firmamentum quoque praedicat mirabilia opera Dei, quod tanta magnitudine & inestimabili stellarum multitudine mirifice est decoratum. Die ac nocte non cessant haec creaturae laudare dominum, & velut de die in diem laudem effundunt: neque finis est laudationis & annuntiationis huius, ita vt quo diutius quis in illis contempletur, eo amplius gloriae Dei perspiciat. Inuicibilia enim Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Non sunt vlla linguae, neque populi, quibus non praedicet calorum magnificentia Dei omnipotentiam: & quasi voce sua & praedicatione effundit super omnes gentes, sicut modo quodam in omnem terram, & in fines orbis terrae exiit sonus iste annuntiationis & praedicationis eorum. Sol quoque, iste corporalis in medio caelorum, quasi in tabernaculo suo inhabitat: & ipse tanquam sponsus procedit formosus in stola sua, quando de occasu reuertitur, mundo oriens, & illucescens in magnifico splendore. Currit quoque fortissime vt gigas, & motu velocissimo intra naturalis diei spatium rapitur per medium caeli, vt completum efficiat cursum suum, totum caeli ambitum intra breuissimum hoc temporis spatium perambulans siue potius percurrans. Dum in summo caeli est, descendit in occasum: & iterum ab occasu reuertitur secundum vicissitudinem ad caeli medium atque supremum, & pertingit calor eius super uniuersam creaturam. Quae omnia sic breuiter indicata, si quis latius explicet, aut profundius contempletur, videbit quae non male possint haec omnia etiam secundum litteram intelligi & exponi de caelis & sole corporalibus: id quod & in annotationibus ex Hebraeo aliquando fiet clarius, quantum ad versus aliquot magis principales. In his tamen annotationibus non volumus, propter vitandam confusionem, nisi mysticam interpretationem prosequi, quae ex intentione Apostoli est, & orthodoxorum patrum expositionibus magis conformis. ¶ Versu octauo, Lex domini immaculata. Nota, quae admodum precepta domini multiplici hic appellatione nominantur: videlicet lex testimonium iustitiae, praepcepta atque iudicia. Quorum nominum omnium atque etiam plurium rationes latius explicatae inueniri possunt Psal. 118. vbi harum appellationum est frequentissimus vsus. ¶ Versu decimotertio. Ab alienis parce seruo tuo. Incertum est, an alienis masculini generis

Hier. 14.

Philip. 2.

Acto. 10.

Rom. 10.

Psal. 32.

Rom. 1.

fit, vt intelligatur ab iis qui a te alieni sunt: an generis neutri, vt accipiatur pro malis vel peccatis alienis, hoc est, pro iis quae aliunde obueniunt, quae admodum sunt cogitationes & affectiones male atq; inordinatae, quae vel ex diaboli fraudulentia, vel ex carnis malitia sese ingerunt homini preter voluntatis consensum. Motus enim inordinati (sive ira, sive gula, sive alterius peccati) quauis ex suo genere mali sunt, non sunt tamen nostra mala, vel nostra vitia, nisi ex voluntate nostra procedant, vel per voluntatem propriam ea acceptemus, oblati consentiendo, aut in ipsis delectatione consistuendo. Alioqui, si non consentimus, si mox, vt senserimus, ad petram allidimus, reclamamus, repugnamus, contraluclumur, non consensum prebemus, non delectatione immoramur: aliena sunt, non nostra, damonis enim sunt, mala carnis: nostra vero non sunt, quae quantum possumus, tota virtute abiicimus. Nullum enim vitium meum est, nisi quod voluntas mea facit esse meum. His autem alienis delictis frequenter virum etiam iustum contingit obrui, a quibus sibi postulat Deum parcere, vt scilicet non impentur sibi ad punitionem, quibus pro sua fragilitate obluclatur: aut vt non sinantur aliquando ita excrescere, vt dominationem acquirant, & in consensum nimia pugna deuictum tandem pertrahant. Neutrum autem genus valet vel ex Graeco vel ex Hebraeo discerni. Vtrobique enim similis quae in Latino est ambiguitas. Vnde ex Hebraeo quidam vertunt, A superbis libera me, quod pro genere masculino videtur facere, alii, a superbiis vel temeritatibus, quod pro genere neutro. ¶ Versu decimo quarto, Si mei non fuerint dominati. Idem in hoc versu vsuuenit, quod in praecedenti ostendimus: videlicet quod incertum est, an genere masculino debeat legi, dominati sunt, vt referatur ad ipsos alienos: an genere neutro, dominata sunt, vt referatur ad ipsa aliena vitia & peccata. In Graeco enim, verbum est: vnde fit, vt hinc decerni non possit de genere. Vtraque autem lectio bonum sensum habet. Secundum genus masculinum sensus est, manere hominem immaculatum & mundum a delicto magno & mortali, quo inter Deum & animam fiat diuisio donec impij mala suggerentes non dominantur illi cui mala suggerunt. Non enim coinquinatur homo per tentantium malas suggestiones, nisi per consensum tentantibus se subiiciat, aut ab eis deum ci se patiat, illisq; dominari ac praualere sibi. Si vero genere neutro legamus, & sic clara est sententia. Non enim maculat hominem, quod malis motibus & vitiosis cogitationibus atque affectionibus obruitur, modo non patiatur suo consensu illis venire intra se dominum. Quamquam autem vulgatiore codices Latini pene omnes habeant genere masculino, si mei non fuerint dominati: apud beatum tamen Augustinum inuenimus genere neutro, si mei non fuerint dominata: qui etiam exponit vitia & peccata.

Psal. 136

XIX. PSALMI ARGUMENTVM.

Psalmum istum plerique fidelium doctorum ad Christum referunt, vt sit oratio populi fidelis, Christo domino prospera omnia precantis. Quorum pietati nullo modo obstitimus. Nobis tamen in elucidatione placet magis ad regem temporalem, aut praesidentem temporaliter accommodari. Videtur enim oratio esse a Dauid composita, & sacerdotibus tradita, tanquam forma orationis simulatque benedictionis pro salute, & prosperitate victoriae contra inimicos ipsius: qua uterentur ad cantandum & supplicandum Deo pro regis salute, potissimum eo tempore quo contra hostes esset profecturus. Et quoniam beatus Paulus docet, Timotheo scribens, primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, peculiariter autem pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt constituti, vt quietam & tranquillam vitam agant subditi, si illi accipiant misericordiam: cumque vix alius in vniuerso Psalmarum libro occurrat, qui tam commode & aperte pro omnia ad hoc propositum quadret, visum fuit nobis expedire, hunc Psalmum ita elucidando aptare, vt apta forma esse possit orandi pro rege, aut etiam alio quolibet, sive in temporalibus, sive in spiritualibus praesidente, vt ipsum proferant sive sacerdotes, sive alii ei subiecti, pro salute regis: potissimum, cum huius Psalmi nullus penes sit vsus, si Christo applicetur. Nihil enim opus est nunc postulare patrem, vt filium suum exaudiat, vt illius holocaustum acceptet, vt illum saluet ab inimicis. Iam enim ista peracta sunt. Secundum nostram autem quam proposuimus intelligentiam, totus Psalmus recte cobaret, neque opus vlllo argumeti contextu, cum se ipsam monstret connectio. Veruntamen & spiritualiter accommodari poterit hic Psalmus cuilibet fideli, pro quo volumus deprecationem facere, vt de hostibus spiritualibus obtineat pugnando victoriam. Et poterit Psalmus iste pro quolibet proferri, cupiente regnum Dei (quod intra se est) custodire ab inimicis, populumque subiectum (id est, vires omnes, actiones, cogitationes atque affectiones) sub imperio iusto tanquam rex bonus, continere. Hoc enim pacto, vnusquisque fidelis qui cum vitis & concupiscentiis pugnat, cumque daemonibus & mundo, rex nominatur. Et quatenus rex est, vel esse cupit, eatenus pro eo Psalmus iste contra inimicos dirigi potest. Neque difficile est habenti vel paululum spiritualis luminis, ea quae de temporali rege dicuntur, ad huiusmodi spiritualiter regem transferre. Nunc tamen attendamus, quemadmodum pro regibus ac praesidentibus orare debeamus: attendentes quoque, affectum cordis & desiderium orationi conformemus.

1. Tim. 2.

Luc. 17.

DECIMINONI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Exaudiat te dominus in die tribulationis: \* protegat te nomen



Exaudiat te dominus in tempore tribulationis, cum insurrexerint aduersum te inimici tui, ad persequendum animam tuam, cum clamaueris ad ipsum de tribulatione tua: \* protegat te atque defendat dominus Deus patrum nostrorum, Abraham, Isaac, & Iacob, ad inuocationem

- A Dei Iacob. 2 Mittat tibi auxilium de sancto: \* & de Sion tueatur te. 3 Memor sit omnis sacrificij tui: \* & holocaustum tuum pinguescat. 4 Tribuat tibi secundum cor tuum: \* & omne consilium tuum confirmet. 5 Latabimur in salutarium tuum: \* in nomine Dei nostri magnificabimur. 6 Impleat dominus omnes petitiones tuas: \* nunc cognoui, quoniam saluum fecit dominus Christum suum. 7 Exaudiet illum de caelo sancto suo: \* in potentatibus salus dexterae eius. 8 Hi in curribus, & hi in equis: \* nos autem in nomine domini Dei nostri inuocabimus. 9 Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: \* nos autem surreximus, & erecti sumus. 10 Domine saluum fac regem: \* & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

nomini sui sancti. 2 Mittat tibi desuper de caelo sancto suo adiutorium, praebetq; tibi auxilium supernum de sublimi sanctuario suo: \* & de superna illa caelesti arce Sion, tibi adueniens in auxilium, tueatur te ab omni nocimento hostium tuorum. 3 Aspiciat Dominus ad omne sacrificium tuum, quod ei animo liberali & corde deuoto frequentissime obtulisti, aut etiam offers, aut in futuro proponis offerre: \* & holocaustum tuum in conspectu eius pinguescat, & quasi pinguisimum fiat acceptum in oculis eius, in modum adipis pinguisissimi, tam illud quod obtulisti, quam quod offers etiam nunc, aut in posterum offerre decreueris. 4 Tribuat tibi dominus omnia iuxta desiderium & votum cordis tui, quaecumque salutaria postulas sive desideras: \* & omne tuum consilium, omne propositum cordis tui, quodcumque cogitaueris in corde tuo, ad gloriam Dei atq; propriae tuae subiectorumq; tuorum salutem, dominus ipse confirmet, & in effectum perducatur. 5 Latabimur nos (qui ex Dei ordinatione sub alis tuis protegemur) in salute & saluatione tibi a Deo concessa contra inimicos tuos, ac deinde etiam in saluatione quam nos per te & ex te consequemur: quemadmodum latari solent subditi in saluatione & victoria regis, & ipsi nimirum hac via protecti ab inimicis suis: \* & in nomine Dei nostri, quem speramus tibi protectorem atque defensorem fore, nos magnificabimur atque exaltabimur super inimicos nostros, liberati de manibus eorum, imo de eis obtenta victoria, & reportato triumpho. 6 Adimpleat dominus, & ad effectum plenum perducatur omnes petitiones & omnia desideria cordis tui, quaecumque secundum Deum salutaria concupiscis tibi donando: \* nunc filii in Dei misericordia, & spei certitudine confirmati, quasi rem indubitata firmiter tenemus, ac si res iam perfecta foret: plenemq; confidimus, quod saluum faciet dominus te regem nostrum Christum suum, quem super nos vnxit, praeposuitq; regem populo suo. 7 Exaudiet te dominus de caelo quod sanctificauit sibi in aulam & sedem regni tui, vbi nihil omnino pollutum est, nihil coinquinatum, sed sunt omnia diuina consona voluntati: \* salus autem dextera eius, victoria atque saluatio, quam faciet per dexteram suam, ipsa erit in fortitudinibus supernis Diuinae potentiae, inq; virtute superna, qua Deus tibi velut in multis potentibus exercitibus assistet. 8 Sperent alii & confidant in apparatu bellico, in fortitudine prudentiaque humana in curruum multitudine, & equorum fortitudine ac numero: \* nos autem spem habebimus non in huiusmodi, neque in equis nostris, neque in curribus nostris, aut in vlla nostra fortitudine sive prudentia, aut cuiuscumque; etiam auxilio: sed in Deo omnipotente, cuius nomen inuocabimus, quotiescumque; graue aliquid nobis imminet: \* & cuius nomen etiam inter praesentium conclamabimus, ab illo postulaturi salutem atq; victoriam, qui eam habet in manu sua. 9 Ipsi quidem fidentes in humanis viribus, atque in semetipsis spem habentes, comprehendentur, cōstringentur, cōcludentur, & quasi obuincientur, & cadent prostrati in praesidio, non potentes suo tanto apparatu obtinere quam sperabant victoriam: \* nos autem in domino spem habentes, fortissimo propugnatore nostro, non prosternemur, neque succubemus, sed per victricem Dei nostri manum exaltabimur, & resurgemus ab humilitate nostra, sub qua pressi aliquando iacebamus sub inimicis nostris, & etiam ab illa, ad quam nos prosternere sperabant aduersarii nostri impetu virtutis suae. 10 o Domine, te precatur supplex populus tuus, vt regem quem vnixisti super nos, quem propugnatorem & saluatorem dedisti nobis, saluum semper ab omni aduersitate custodias, & item omnes qui in sublimitate super populum tuum sunt constituti, vt tranquillam & quietam vitam agat populus tuus in omni pietate: \* & exaudi nos domine, salutaria ista bona a te humiliter deprecantes in quocumque die te ad protectionem ex corde inuocauerimus: vt ita tuae exauditionis benignitate, & qui praesident, & qui subiiciuntur omnes serui tui, pariter in salutem tuam perducamur aeternam, sine fine tecum illic pariter regnaturi ante conspectum tuum in secula seculorum. Amen.

1. Tim. 2.

VIGESIMI PSALMI ARGUMENTVM.

Psalmus iste conuenienter accipi possit vt forma gratiarum actionis pro regis victoria, quemadmodum mox praecedentem diximus esse formam orandi pro regis salute. Et ad eum sensum facile est totum Psalmum exponere, si tantum ea quae Christo absque mensura tribuimus, & secundum aeternitatem, regi tem-



poralem gloria iuxta congruitatem adaptemus. Possunt item que in hoc Psalmo dicuntur pro sanctorum gloria...

VIGESIMI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Domine in virtute tua letabitur rex: \* & super salutare tuum exultabit vehementer. 2 Desiderium cordis eius instruisti ei: \* & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

Domine Deus omnipotens pater, in virtute potentia tua letabitur Christus rex noster, cum per eam hostes suos deuicerit, optatumq; de hoste...

3 Quonia prauenisti eum in benedictionibus dulces dimisisti ei: \* posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. 4 Vitam petiit a te, & tribuisti ei: \* legitudine dierum in seculo & in seculum seculi.

9 Pones eos vt ciba-

A num ignis, in tempore vultus tui: \* dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. 10 Fructum eorum de terra perdes: \* & semen eorum a filiis hominum. 11 Quoniam declinauerunt in te mala: \* cogitauerunt consilia quae non potuerunt stabilire. 12 Quoniam ponas eos dorsum: \* in reliquiis tuis preparabis vultum eorum. 13 Exaltare domine in virtute tua: \* cantabimus, & psallemus virtutes tuas.

\* tu domine in furore isto iracundia, in illo tempore ultionis conturbabis, disperdes, & confundes eos conturbatione maxima: & mox ad prolationem sententiae tuae accipiet eos ignis gehennae...

ANNOTATIONES IN PSALMVM VIGESIMVM.

Versu tertio, Quonia prauenisti cum in benedictionibus dulcedinis. Si pro sanctorum gloria hunc Psalmum proferimus, manifestum satis est, quomodo ipsi praueniantur a Deo benedictionibus dulcedinis, visitatione, liberalitate, & multiformi gratia Dei...





potu hauriuntur, sic omnes huius mundi delicia quibus peccatores fruuntur, faeces quasdam habent gustus pessimi & intolerabilis: quae modo quidem ab illis non gustantur, quae sunt amara, verum iustus iudex reliquias has & faeces illis referuabit in tempus ultionis, atque in diem iudicii adducet eas, ac tunc quidem illos gustare, imo velint nolint epotare compellet, cum iuxta illud Apocalypsis tantum illis dabitur de tormentis, quantum prius in deliciis fuerant glorificati. Neminem vero turbet, quod deo loquens Psalmista dicat, reliquiae tuae, quasi Dei sint istae reliquiae, & non peccatorum. Reliquiae enim Dei dicuntur, quatenus ipse eas seruabit peccatoribus, non autem quasi ipse eas sit gustaturus. Quemadmodum vindicta Dei dicitur, quae in impios proferet, non quam sentiet ipse. Peccatorum autem longe aliter esse dicitur, quatenus scilicet in eas exercebitur, & quatenus ipsi eam ferent in sese. Sic difformiter reliquiae istae & Dei dicuntur, quae eas seruat impiis, & impiorum, qui gustabunt epotabuntque eas. Potest autem commode admodum praesenti loco accommodari etiam illud, quod in Psalmo alio scribitur de calice Domini, cuius fex non est exinanita, de qua bibent omnes peccatores terra.

XXI. PSALMI ARGUMENTVM.

Hunc Psalmum, manifestissimum est ad Christi personam spectare ex Euangelii sacris: in quibus, ipsius versus plures ad Christum pertinere afferuntur, & in Christi passione impleti. Nam principium Psalmi, ad Christum in cruce prolatum, scribit Matthaeus cap. 27, sui Euangelii: ubi etiam illud, Respice in me non adicitur, quemadmodum neque hoc loco in Hebraeis habetur codicibus. Illud quoque, Diuiserunt sibi vestimenta mea, Ioannes cap. 19, testatur, in Christi passione impletum. Rursum illud, Narrabo nomen tuum fratribus meis, Paulus Apostolus in epistola ad Hebraeos ad Christum accommodat, docens quomodo nos Christus dignatus sit vocare suos fratres. Et (ut summam dicam) quisquis ea quae sancti Euangelistae scripserunt de passione Domini (Matthaeus quidem cap. 26, & 27, Marcus cap. 15, & 16, Lucas 22, & 23, Ioannes vero 18, & 19,) contulerit cum iis quae in hoc loco dicuntur, apertissime cognoscet, omnia haec ad Christum optime quadrare: & videbit, quemadmodum clarissimo illuminationis radio prauidens ante multa tempora Dauid quae futura erant, sic quasi praeterita descripsit, atque ea quidem ita perfecte atque distincte, ac si praesens ipse omnia transacta oculis conspexisset. Est ergo Psalmus iste oratio Christi in afflictione passionis positi, quam ad patrem effudit: in quo primum suam derelictionem proponit, quasi cum querimonia, secundum eam infirmitatem, secundum quam etiam calicem sibi auferri in Euangelio legitur postulasse. Ad eandem enim partem (nempe infirmam & humanam, secundum sensualem affectum) videtur illa petitio & ista querimonia pertinere: & indicat utraque, carnis infirmam fragilitatem, quae se habere veram ac passibilem, atque passiones etiam exhorrescentem, Christus dominus & illa petitione & hac querimonia nobis demonstrare volebat. Exaggerat autem querimonia ex eo, quod patres antiqui (qui non nisi serui erant) clamantes ad patrem, frequenter exauditi fuerint, deque manibus inimicorum liberati: cum ipse, filius exi-stens dilectus, in tanta derelictionem, patris permissione deuenerit. Moxque incipit suae passionis miseriam & magnitudinem enarrare per omnia iuxta Euangelicam narrationis historiam: atque id quidem & versus septimo usque ad vigesimum. A quo deinde, post enarratam passionis miseriam, patrem orat pro liberatione & resurrectione sua, ne in morte vel in inferno permaneat, sed a mortuis redeat victor: idque facit tribus versibus. Quae verò debinc sequuntur, & versus 23, ad Christi resurrectionem, & ad nouae Ecclesiae per Christi resurrectionem gentium aedificationem pertinent, & quae ad finem Psalmi. Et primum quidem patrem promittit filius clarificationem & praedicationem ipsius in medio Ecclesiae. Debinc versus 24, subito commutata persona, Christus qui haecenus ad patrem direxerat sermonem, nunc ad fideles Ecclesiae filios exhortationem conuertit, monens eos pro suae resurrectionis gloria gratias agere patri liberatori, ac deinde conuersionem gentium ad Deum, & Ecclesiae aedificationem, ac beneficia quae in Ecclesia conferentur (tam de patre, quam de se ad patris dexteram exaltato, quasi de tertia persona loquens) praedicat: atque ita qui in querimonia inceperat, propter solitudinis (ut videbatur) derelictionem, in gaudio terminat, propter fidelium ex sua resurrectione conuersionem & multiplicationem.

VIGESIMIPRIMI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Deus Deus meus respice in me:

\* quare me dereliquisti:
\* longe à salute mea verba delictorum meorum.

Dominator omnium Deus, qui meus etiam peculiariter H es pater, & Deus secundum assumptionem carnis fragilitatem, aspice quæso nunc ad me, in quanta sum positus desolatione, in quanta pendeam miseria, omni destitutus solatio, omni prorsus auxilio humano priuatus, posteaquam omnes noti atque discipuli fugientes me reliquerunt: \* atque adeo etiam tu pater meus benignissime, quomodo sic me reliquisti, tuæ mihi diuinæ liberationis subtrahens consolationem, perinde ac si purus essem homo, & non etiam filius tuus, vnus tecum Deus & dominus? \* ecce verba delictorum meorum, id est, opera peccatorum generis humani, populi mei, quæ tu pater in me posuisti, & ego in meipso libens suscepi, atque portauit, quæ ego non secus atque mea reputo, volens pro eis tanquam pro peccatis propriis ex tua voluntate satisfacere: hæc (inquam) peccatorum opera sunt, quæ longe me faciunt à salute mea, quæ nunc à me tuam saluationem elongant, propter quæ nunc tua mei Deitas non liberat. Nam sic decretum est à te, & sic ego acceptaui, ut hanc desolationem ad mortem

2 Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies:

\* & nocte,

\* & non ad insipientiam mihi.

3 Tu autem in sancto habitas laus Israel.

4 In te sperauerunt patres nostri: \* sperauerunt, & liberaisti eos.

5 Ad te clamaucrunt, & salui facti sunt:

\* in te sperauerunt, & non sunt confusi.

6 Ego autem sum vermis, & non homo:

\* opprobrium hominum, & abiectio plebis.

7 Omnes videntes me, deriserunt me: \* loquuti sunt labiis, & mouerunt caput.

8 Sperauit in domino, eripiat eum:

\* saluum faciat eum, quoniam vult eum.

9 Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: \* spes mea ab vberibus matris meae:

\* in te proiectus sum ex utero.

10 De ventre matris

vsque, pro generis humani peccatis expiandis, debeam sustinere. 2 Quamquam autem id sciam, & secundum spiritum ad id sum promptissimus: tamē, quantum ex parte carnis, quæ infirma est, & aspera horret, præ nimio pauore & horrore, radio, atque miseria clamaui ad te, secundum inferiorem hanc partem, postulans, si possibile esset, auferri à me calicem quæ praeuidebat spiritus: clamaui (inquam) per diem, cum horror ille futurae passionis partem inferiorem turbaret: verum tu non exaudisti me in hac petitione, secundum inferiorem partem appetitum postulans: \* atque etiam cum nocte clamarem in horto positus, flexis genibus in terram prostratus, atque etiam in agonia grauissima constitutus: tu tamen non exaudisti, sic ut auferres à me calicem, quæ ex tuo decreto, & ex mea etiam voluntate secundum spiritum acceptione eram bibiturus: \* nequaquam tamen hoc ad insipientiam mihi debet imputari, nemo hoc debet in me arguere, quod secundum partem inferioris appetitum postulauerim id, in quo non est mihi facta exauditiō: quoniam licet secundum inferioris partem infirmitatem (ad testimonium veræ humanitatis meæ) exhorruerim calicem, atque pro eius amotione fuerim deprecatus, tamen secundum spiritum in omnibus submissi atque comendauit me ipsum voluntati tuæ, dicens tibi, Non mea, sed tua voluntas fiat. 3 Dum verò ego in his pædeo angustiis, dum in hac desolatione ago in terris, tu in excelso caelo sancto tuo habitas, o mi suauissime pater, qui es laus populi tui fidelis, quæ laudant ac prædicant serui tui, & in quo laudatur & gloriatur omnis populus tuus. Siquidem laudabilis est populus, cuius tu es dominus Deus eius: & in te semper est ipsorum laudatio. 4 Patres nostri, fideles serui tui Patriarchæ atque Prophetae, & ceteri iusti horum imitatores, ex quibus secundum carnem ego factus sum: ipsi spem suam omnem in te positam habuerunt: \* & tu non dereliquisti sperantes in te, sed liberaisti eos de manibus omnium inimicorum, & saluos fecisti eos ab omni malo. 5 Clamantes ad te de necessitatibus & angustiis suis pro auxilio, tua diuina virtute ipsos protegente, & pro eis pugnante, salui facti sunt: \* spem suam in te posuerunt, & non sunt frustrati spe sua, nec sunt confusi ab expectatione sua. 6 Cum verò istis, qui tantum serui erant, semper misericordiam tuam exhibueris, mihi tamē nunc in tanta hac derelictione posito non præstatur à te liberatio. Ego enim non quasi homo, sed potius ut vermis pauperimus & miserimus appareo, cuius nemo miseretur, quantumuis indignissimis modis sum tractatus: quemadmodum super vermem nulla est misericordia: \* sum factus hominum opprobrium & illusio atque etiam infamæ vilissimæque plebis despectio, vir dolorum & sciens infirmitates, quasi leprosus & despectus, de nouissimis virorum, cui non est species neque decor. 7 Omnes qui me viderunt in hac pendente miseria, transeuntes per viam, derisionis & illusionis signa exhibuerunt contra me: \* loquuti sunt ore suo aduersum me contumelia, probra, blasphemias iacientes in me, absque vlla reuerentia: & in derisionis signum mouerunt aduersum me capita sua, quasi congaudentes meæ miseria, & protestantes dignam factis me accepisse vindictam. 8 Loquuti sunt aduersum me in tantis angustiis pendente, in hunc modum, Ecce ubi nunc est Deus, quæ se patrem habere gloriabatur, in quo sperare se dicebat, quæ se glorificare, & à quo se missum prædicabat: veniat nunc illi in auxilium, & eripiat illum de manibus nostris: \* si hic filius Dei est, descendat nunc de cruce: & si pater hunc filium suum agnoscit, descendere illum faciat de cruce, sicque faciat saluum de manibus nostris, quando quidem ipse asseruit, se à patre suo diligere & amari, & esse Deo in ipso, ut patri in filio beneplacitum. Atque ita, dum tu pater & ego me nunc derelinquis, isti crucifixores mei arbitrantur falsa esse quæcunq; de te prædicauit. 9 Ecce domine pater tu es qui me sine humana virtutis operatione, tua diuina operatione, nasci fecisti secundum carnem, atque modum, in verum hominem prodire, de utero virginis matris meæ: \* & quemadmodum generationis, patrem alium præter te, non habui authoritatem: sic tu etiam spes mea tota semper fuisti, in te semper confusus sum, etiam tunc cum iugerē vbera matris meæ, id est, à prima etiam infantia semper spem in te habui, tanquam in Deum & patrem meum: \* in te omnem spem meam conieci, & veluti meipsum totum plenissimam confidentiam in te proieci, à prima infantia, à tempore egressus ex utero. 10 A tempore quo egressus sum de utero matris meæ, à prima ætate

Matt. 26. Ibidem.

Luca. 22.

Luca. 22.

Psal. 143.

Roma. 1. & 9.

Esaia. 53.

Matt. 27.

Ibidem.

Ioan. 8.

Matt. 27.

Ioan. 3.

& 5.

*mea Deus meus es tu.  
\* ne discefferis à me.*  
Pfal. 15.

*11 Quoniã tribulatio  
proxima est:  
\* & non est qui adiu  
uet.*  
Matt. 26.

*12 Circudederunt me  
vituli multi:  
\* tauri pingues obse  
derunt me.*

*13 Aperuerunt super  
me os suum, sicut leo  
rapiens & rugiens,*  
Luca. 23.

*14 Sicut aqua effusus  
sum: \* & dispersa  
sunt omnia ossa mea.*

*15 Factum est cor meũ  
tanquã cera liquecens,  
in medio ventris mei.*

*16 Aruit tanquam te  
sta virtus mea: \* &  
lingua mea adhaesit  
faucibus meis: \* & in  
puluerem mortis dedu  
xisti me.*

*17 Quoniam circum  
dederunt me canes mul  
ti:  
\* concilium malignan  
tium obsedit me.*  
Matt. 27.

*18 Foderunt manus  
meas & pedes meos:  
\* dinumerauerunt o  
mnia ossa mea.*

semper ego te agnouì & habui Deum meũ & patrem meum, semper te colui, semper in te speraui: \* ne ergo nunc derelinquas me pater vsquequaq; quemadmodũ isti existimant: propterea q̃ temporalis liberationis auxilium nõ præstas, arbitrans me proliis à te derelicti: sed adesto mihi in auxiliũ sic, vt in morte non permaneam, & tempore definito per te à mortuis resusciter ad vitã, vtq; interim in his passionibus fortis perseuerem pro generis humani salute. 11. Circũco autem tuã præsentia supplex deosco auxilium, quoniã tribulatio maxima ex omni parte mihi adiacet, & vndiquaq; me premit, ex omni parte circũdatibus me angustiis & malis, dum cõtinuo inimicorum læuete inuidia, malitia, accumulãtur mihi cruciatus: \* & in his omnibus doloribus nemo est hominũ qui mihi impendat quicquã auxiliũ, dum omnes à me discipuli atq; noti fugerunt: & siquĩ etiã sint qui velint adiuuare, propter fortitudinẽ & rabiẽ inimicorũ non valẽt. 12. Circũdederunt me ad cõprehendẽdũ, illudẽdũ, & affligẽdũ milites delicati atque laiciui, ad modum vitulorum lasciuientium & saltantium præpetulantia, gaudentes in captione, illusione & afflictione mea: \* scribẽ, pharisei, & seniores populi (qui veluti tauri erãt implicabili odio & crudelitate erga me obdurati, pingues vtq; & potentes deliciis & diuitiis) obsederunt me, & ita diligenter custodiri fecerunt, atq; ipsi etiã obseruauerunt, vt nullo modo secũdũ humanam viã viderer posse eripi de manibus eorum, donec me morti traderent. 13. Ad deuorandũ me aperuerunt os suum aduersũ me, ad modum leonis rapere quãrentes prædam, & rugitum emittentis ad perdẽdũ suo terrore innoxia animalcula. Sic enim & ipsi ferocissimi aduersarii mei contra me delatauerunt os suũ, & rugitum sæuã accusationis contra me emisẽrunt, ante Pontium Pilatum præfidentẽ terribiliter me accusantes in multis, dicẽtes, me subuersorẽ gentis, turbatorẽ populi, potestatis rebellantẽ, & Dei blasphematorẽ iuxta legem mortis reũ: quẽ sanẽ rugitum iniqui clamoris contra me emisẽrunt, vt me morti adiudicatum crudeliter interficerent. 14. Et ego præ passionis enormitate, acerbitate penarũ, & vexatione immensa, quibus me affecerant, dilapsus sum, quasi viribus omnibus destitutus in modum aquã effusa, quã consentiã non habens, mox diffluit & dilabitur: \* & omnia ossa mea dissipata sunt, dilapsa sunt, infirmata sunt, suãque fortitudine & robore pristino destituta, ita vt nihil vltra supereset in me viriũ. 15. Cor meũ nimia passionũ angustia oppressum factũ est intra me, in medio corporis mei, in superiorib; corporis, ad modũ cere quã per ignis calorẽ dissoluitur, sicq; suam perdens quam prius habebat duritiẽ & continuitatẽ, diffluit resoluta. Sic enim & cor meum intra me cõtinuo defectu resoluẽbãt, & defluebat tendens ad defectiõẽ, præ passionis ardore atque vehementia, nimia afflictione penẽ exesum atq; consumptum. 16. Fortitudo mea omnis, omnisq; vigor qui intra me fuerat, exhauritur, penitũsq; absumitur & excoquitur passionis magnitudine: ad eũ modum quo ex vase fictili (quod humido prius fictũ fuerat) per ignis actionẽ, omnis humor excoquitur & elicitur, donec pfecta sit solãq; siccitas: \* adeo autẽ omnis humor & vigor defecit in me, vt lingua adhæreat faucib; meis, veluti cõuiscata nimia siccitate: quod solet fieri iis qui grauissima siti premuntur: \* & vsq; ad puluerem mortis (in quem reuertuntur mortui) penẽ redire permisisti me, mox in mortẽ venturũ, dum mihi robur ab illis sic exhaustum nõ reparas. 17. Neq; verò mirum, si tam granem sustinuerim in mea passione miserã. Circũdederunt enim me inimici mei malitiosa inuidia ac implacabili iracundia, velut canes rabidi latratus suos læuissimos cõtra me emittẽtes, & dentibus suis me crudelissime laniantes, iidẽmq; numero nõ pauci: nimirum scribã omnes, pharisei, seniores populi, & omne conciliũ, atq; etiã vniuersus populus, quẽ illi contra me concitauerunt, vt vnã cum eis contra me clamarent, mortẽmq; meã deposcerent: \* congregatio peruersorũ istorum qui maligne & inuidiose egerunt cõtra me, obsedit me, quasi per circuitũ, & ita diligenter, vt euadere nõ valerem. 18. Accepta tandẽ improbis suis rugitibus, latratibus, atq; clamoribus importunis, sentetia, vt ego crucifigerer, perfoderũt clauis manus meas & pedes meos, cruci me sic affigentes crudeliter: \* & in cruce me extendentes, extensione terribili ita distenderunt tenerũ

*19 Ipsi vero considera  
uerunt & inspexerunt  
me: \* diuiserunt sibi  
vestimenta mea: \* &  
super vestem meam mi  
serunt sortem.*

*20 Tu autem domine,  
ne elongaueris auxiliũ  
tuum à me: \* ad de  
fensionem meam con  
spice.*

*21 Erue à frama De  
us animã meam: \* &  
de manu canis vnicam  
meam.*

*22 Salua me ex ore  
leonis: \* & à cornibus  
unicornium humilita  
tem meam.*

*23 Narrabo nomen  
tuum fratribus meis:  
\* in medio ecclesie lau  
dabo te.*

*24 Qui timeris domi  
num, laudate eum:  
\* vniuersum semen Ia  
cob, glorificate eum.*

*25 Timeat eum omne  
semen Israel: \* quoniã  
non spreuit neque de  
spexit deprecationem  
D pauperis.*

*26 Nec auerit faciem  
suam à me:  
\* & cum clamarem  
ad eum, exaudiuit me.*

*27 Apud te laus mea  
in Ecclesia magna:  
\* vota mea reddam  
in conspectu timentĩũ  
eum.*

corp; meũ, vt dinumerari facile possent ab astãtib; omnia ossa mea, ossibus ipsi; præ nimia illa distensione ita pminentibus, vt distincte videri facile valerent. 19. Cum verò hæc egissent, nihil permoti mi fericordia, imo magis gaudentes & gloriãtes de perpetrata impietate, stabant ex aduerso, & cõtuebantur exaltatum in ligno, pendentẽmq; in altitudine patibuli, ac diligenter inspexerunt me, ad satiadũ derium suum, & sibi inuicẽ me demonstrabant illudentes: \* illi quoque qui huius sceleris (meq; dico crucifixionis) extiterũt ministri, accipientes vestimẽta mea partiti sunt ea, faciẽtes quatuor partes, vnicuiq; militi partẽ: \* & super vestem meã, super tunicam incõsutilẽ, quã desuper erat cõtexta per totum, miserũt sortem, cuius esset, quis eam totã sibi acciperet, nolentes eam (eo q̃ incõsutilis erat) scindere. 20. Et illi quidem rabidissimi canes, & rugientes leones, hanc in me crudelitatẽ exercuerunt. Tu verò Deus pater meus, qui non relinquis me solũ, qui semper mecũ es: ne mihi nunc in tanta desolatione positõ deneges auxiliũ tuum, postquam ab omni humano & temporali destitutor: \* sed aspice ad defensionẽ & liberationem meã, vt me in morte nõ derelinquas, neq; in inferno, neq; in sepulchro, quemadmodum isti opinantur: sed vt ad vitam post tridũm quãtocys me resuscites. 21. Erue animã meã à gladio diaboli, à potestate mortis vt non tenear à morte neq; ab inferno: \* & de potestate canum istorum rabidorum, quã me morsib; suis insanis interficere existimabãt, erue animã meã: quã mihi, vt vnica, est merito charissima. Nã carnem quidem in passionẽ & mortem dare non formidauì, & in manus inimicorum corpus tua voluntate venire libenter permisĩ: animã tamen oro modis omnibus à morte saluari, neq; in potestãtẽ inimicorum meorũ venire. 22. Salua me per resuscitationem potestati; tuã, ex ore leonum istorum pessimorũ, ne quod ipsi petebant obtineant, cum me à morte saluaueris: \* & à potestãte maligna istorũ (qui sunt veluti vnicornes, ad nocẽdũ concessa sibi potestãte atq; authoritate terribiles) salua me humilẽ, pauperulum, & afflictũ puerum tuũ. 23. Ego verò à morte, quã illi mihi putabant inferre, resuscitatus, tui nominis gloriã annuntiabo & manifestabo fratribus meis, a postolis, atque discipulis meis, quibus post passionem meã prabebo me ipsum viuũ in multis argumẽtis, per quadraginta dies apparens eis, & loquens de regno Dei: \* atq; per hos ego te faciã in medio totius Ecclesie fideiũ laudari & glorificari, missurus eos in mundum vniuersum vsq; ad vltimum terrã, vt omnes credẽtes, baptizatos in nomine trinitatis, doceant seruare præcepta tua, & veritatem tuã, ad quam prædicandã tu me misisti in mundum: atque ita tu pater Domine, in medio totius Ecclesie per hos fratres meos cõgregandã, fies laudabilis, & glorificaberis ab omnibus fidelibus. 24. Vertitur sermo ad fideles Ecclesie, Vos fideles quicumque creditis in dominum Deum vestrum, illũmq; vt dignum est reueremini, vos (inquam) iustum est, dignum & congruũ laudare eum pro mirabili vestra redẽptione, quam per me filium suũ ipse dignatus est operari: \* quicumque verum estis semen Iacob, nõ carne tantum, sed fide & veritate: quicumq; fidei Patriarcharum imitatores estis, vos glorificare cõuenit Deum patrem meum, qui liberationẽ patribus vestris repromissã fideliter per me filium suum adimpleuit. 25. Honorate, colite, ac digne reueremini illũ quicumq; reputari vultis in verũ & spirituale semel Israel: \* vti que enim laude est dignissimus, quoniam nõ abiecit, neque exaudire renuit deprecationẽ: quã ego in passionis humilitate infirmus, despectus, pauper, & cõtemptibilis, ipsum sui deprecatus. 26. Neque auertit à me vultum suũ, cum deprecarer eum pro me atque mēbris meis, quasi exaudire nollet postulãntem, aut quasi male gratã haberet postulationem meã: \* imo clamantẽ me vultu placido respexit, benignis auribus audiuit & exaudiuit, de morte meã ad vitã immortalẽ faciẽs resurgere: vnde & vobis quicumq; creditis, quicumq; meã membra estis, vita pcessit aeterna, & simul omne bonũ: propter quã, à laudibus illius (qui vobis tanta tam dignanter præstitit) cessare nunquã debebitis. 27. Ad te, o pater meus, tendit, & apud te est, atq; etiam de te, laus mea, in Ecclesie meã nouã copiosa multitudine, in qua te vno aĩo concordẽs laudãt fideles mei & mēbra mea: \* laudes meas & pia cordis mei desideria, quib; te semper desiderauĩ & optauĩ lauda-

**V**ersu tertio, Tu aut in sancto habitas laus Israel. Nota q̄ laus Israel dicitur Deus dupliciter vel que laudat Israel, id est, omnis populus fidelis, omnis plebs Dei: vel in quo laudat & glorificatur populus fidelis. Siquidem magna est fidelis populi gloria & laus magna, q̄ dominum habeat Deum suū in se habitantē, ad custodiā atq; protectionē: quemadmodū & summa erat idololatri ignominia, q̄ simulachra muta haberent pro diis suis. Vnde erat illud Moyſi, Nō enim est Deut. 4. Ver su sexto, Ego aut sum vermis, & non homo. Aduerte differentiā inter occasionē vermis & alterius animalis perfectioris. Si enim animal perfectius, vt puta bos, vel ouis, vel equus, vel aliud quodlibet interficiatur aut moriatur, sunt qui cōpassione mouentur & doleāt. Et si ob vsum humanū cogantur homines illa interficere, quemadmodū ea quæ in cibum veniunt, faciunt hoc tamen absq; vlla ostensione crudelitatis, siue iſtu vno graui, siue perfoſsione gutturis, iuxta quod conuenit, morte breuiori & faciliori ipsā interimentes. Erga autē vermes nequaquā vulgo hac vtuntur cōpassionis misericordia homines, quātumvis illis magna videatur inferri iniſticia aut vexatio: sed absq; vlla cōmiseratione frequenter in varias partes lecantur, neq; etiā naturaliter viscera sic commouētur intra homines, quomodo si eadē aliis perfectioribus animātib; contingerent. Nisi forte quis Diuina pietate plenus, etiam in infimis & nouissimis gradus viuētibus nosset primam illam vitam, & omnis vita primariū fontem agnosceret & venerari. Causa autē quare magis super animalib; perfectioribus sit humanis visceribus naturalis cōmiseratio, q̄ super vermibus imperfectioribus, videtur hinc esse, q̄ illa sint humana speciei aliqua ex parte (ratione perfectionis sensuū & membrorū) magis similia atq; vicina, q̄ sint hæc infima & imperfectissima animalia. Cum verō omne simile diligit sibi simile secundū naturalem affectionē, amor autem cōmiserationem progignit, fit, vt vbi maior est similitudo, maior quoq; sit amor & commiseratio. Ob hæc nimirum, Christus dominus vermem se nominat: quem Prophetæ agnum nominarunt, ouem & vitulū: nimirum ipse se amplius humilians, q̄ illi ausi fuerant. Propter enim nimiam crudelitatem, quā in eum exercuerant impij Iudei, vix homini similis videbatur. Propter quod ab Eliaia predictum fuit, Vidimus eum quasi lepro Eliaia. 53. sum, despectum, & quasi nouissimū virorum, virum dolorum, & virum scientem infirmitates. Non erat species ei, neq; decor. Et in humilitate iudicium eius sublatum est, atq; alia plura: quæ omnia, palam vermis nostrī miseriam attestantur. Et quoniā præ hac summa despectione, hominis similis nō videbatur, vix quisquā fuit qui super eo moueretur misericordia. Imo cū iam à Pilato, portans Ioan. 19. spineam coronā, & flagellis per totum corpus crudelissime vulneratus, exhiberetur, demonstrareturq; turbis, ad misericordiā excitandam, adeo moti nō sunt persequutores, vt etiam amplius iam mortē stirent, inualeſcentib; vocibus absq; omni misericordia clamarent, Tolle, tolle, crucifige eum. Nonnulli verō sanctorum patrum aliud in super mysterium intelligunt, in eo q̄ Christus se vermem & non hominem dixit: quoniam videlicet non vt ceteri homines est humano more conceptus, ex concubitu maris & foeminae, sed nouo miraculo, ex superna operatione spiritus sancti. Quemadmodū enim vermis patrem non habet, cuius cum matre cōcubitu generetur, sed in ligno vel in terra, ex putrefactione vel occulta virtute interna (quæ ex influxu venit corporis cœlestis) concipitur & generatur: ita Christus dominus nō ex virili semine, neq; ex cōmixtione, sed ex influxu superno & obumbratione spiritus sancti conceptus fuit in vtero virginis superbenedictæ Mariæ, quasi in medio ligni castissimi, & ab omni sordē purissimi: aut quasi in medio terræ pinguisſimæ, & per gratiam spiritus sancti fecundissimæ. Intra pinguem enim terrā solent libenter vermes progigni. Atq; huic recte quadrabit, q̄ David (qui personam Christi præfigurare solet) legimus. 2. Regum 23, capite, tenerimum ligni vermiculum nuncupatum. Fuit insuper Christus dominus secundum humanitatem tenerimus, complexionis dispositionem nobilissimā habens: quemadmodum in vermibus summa est teneritudo. Quæ de re latius egimus in libris quos de consideratione rerum naturalium cōscripsimus, libri. 9. cap. 28. His ergo rationibus, vel diuisim, vel potius in vnū simul coassumptis, Christus dominus vermem sese nuncupasse intelligatur. Primū tamen Elucidationi respondet, & proposito rectius quadrat, intelligentiam quoq; pleniorē facit. ¶ Versu 15, Factum est cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei. Participium liqueſcens, potest indifferenter coniungi vel cum corde ad hunc sensum, Cor meum factum est liqueſcens in medio ventris mei, tanquam cera. Quod autem ad sententiā pertinet, nihil refert, sic an sic iungamus. Vulgatiō est modus prior, quem in Elucidatione quoq; lequuti sumus. Per ventrem autem hoc loco intelligi oportet non solū partem illam quæ solet eo nomine appellari, in quo cibi sunt & stercore. (In hoc siquidem ventre nō est cor, neq; in medio eius locum habet inter intestina plena stercoreibus) sed pro parte corporis superiori vīq; ad collum accipi oportet ventrem: atq; in huius ventris medio situm est cor hominis. ¶ Versu 24, Qui timetis dominum, laudate eum. Posset ab hoc loco residuū Psalms accipi, quasi ipsius Prophetæ David sermo, loquētis in spiritu de gloria resurrectionis Christi, dēq; patris ex hoc clarificatione, de populorū conuersione, Ecclesiæ adificatione, de Apostolica prædicatione, sacramentorum viuificorum institutione, & aliis quæ in tempore gratiæ futura erant. Nos tamen in Elucidatione malimus totum Psalmum à Christo pronunciarī, ea quæ de Deo dicit ad patrem referentes, atq; etiam ad ipsummet Christum, quatenus patri suo est cōequalis: sicq; cum ait, Conuertentur ad dominum, Laudabunt dominum, Domini est regnum, &c. simul

re, ego persoluā per membra mea in Ecclesia, quā tibi congregabo, in B conspectu omnīū fidelīū timentīū & colentiū sanctum nomen tuū. Tu enim qui nūc in paruulo Iudææ loco paucos habes tui nois cultores, post meam resurrectionē, laudaberis & honoraberis cultu præstantissimo in multitudine gentium, vbiq; per Ecclesiam sanctam. 28 Pauperes spiritu, humiles, & mites, quos ego congregaui in Ecclesia mea, ipsi gustabunt & comedent cibum, non panis neq; carnis, sed verbi Dei, cibū quoq; corporis mei, quod eis in sacramēto dabo absconditū, quo cibo vtroq; copiose reficientur (quantū opus erit) fideles & humiles serui mei: \* & ipsi nō ingrati de percepto pabulo, cū laude gratias agent nutritori suo Deo, ex toto corde illi placeat atq; seruire desiderantes: \* & quæadmodū cibo corporali suffētantur & cōfirmantur homines in vita corporis, ita cōfirmabūtur corda & spiritus eorū in vita atq; augmētō spirituali, vitamq; accipiēt, & in ea cōfirmabūtur in sempiternū: nūc quidē in vita gratiæ, & in futura patria, in vita gloriæ sēpiterna. Viuit enim homo in omni verbo qd̄ pcedit de ore Dei: suntq; verba Dei, spiritus & vita: Et itē panem illum Eucharistię, panē vitæ qui de cælo descendit: quisquis māducauerit, nō morietur, sed viuet in æternū. 29 In illo tempore, post meam resurrectionē prædicantibus Apostolis in vniuersis mundi partibus, quotquot fuerint ad vitā prædestinati, recordabunt dominī Dei sui, credētes in nomine eius, quæ abiecerant, neglexerāt, contēpserant, & prorsus ignorauerāt patres eorū idololatræ, & cū affectu ex toto corde ad ipsum cōuertētur, vt auersi ab omni vanitate cōuertātur ad seruiendū Deo viuo & vero, in iustitia & omnimoda sanctitate. 30 Et ex omnib; tribus omnib; nationib; gentiū alienigenarū, cōuerſi ad fidē ab infidelitate sua, in vera humilitate & corde fidelī procedēt ante conspectum tuū, adorabuntq; te dominū Deum suū. 31 Et vere ita dignū & iustum est, eritq; hoc mihi summū gaudium, cū ista post meā resurrectionem impleri per Apostolicā prædicationē in Ecclesia mea cōspexero, vt abnegata vanitate ad cultū Dei, fideles cōuertant. Tibi enim, o mi pater, qui es verus omnīū dominus, cōpetit regnū, tuū est regnū, tibi cōpetit regnare ī populo, nō autē idolis aut dēmonib;: \* & tu es qui regnare debes atq; dominari in vniuersis gētib; per totā Ecclesiā, nō autē diabolus princeps tenebrarū, cui tantū cōpetit tyrannis inferni. 32 Plurimi quoq; ex iis qui potētiores, nobiliores, sapientiores, ditiores ac præstantiores videntur super terrā, gustabūt & comedent etiā ipsi de pabulo prædicto, panē salutis Evangelicæ doctrinæ, & sanctū panē corporis mei: & adorabunt dominū Deum suū cū laude & gratiarū actione: \* corā te incuruabūt se, & adorādī gratia pcedent ante conspectum tuū, oēs quicunq; sese curuatis genibus posuerint super terrā, hoc est, quicunq; se in terrā ad adorandū pferrent, quicunq; in terrā puluere siue in paupietatē se demittēt ad adorādū, hoc faciēt nō iam ante idola, sed in cōspectu tuo, hoc est, pene omnes & plurimi valde tibi pcedent, 33 Et ego resuscitatus per te, morte deuicta, vita spiritali in gloria immortalitatis viuā corā te, ante conspectum tuū, atq; ad gloriā tuam, mortē non visurus vltra in æternū: \* & vniuersi filii mei, vniuersi fideles qui crediderunt in nomē tuū, doctrināq; meā susceperint, te colēt fideliter, tibiq; serui & obediētēs erunt. 34 Generatio vëtura, populus nouus fidelis Ecclesię qui surget post meā resurrectionē euāgelizabitur tibi domino Deo suo, prædicationem & annunciationē salutis accipiet per Apostolos, vt credat in dominū Deum suū: \* sicq; per veritatis prædicationem quā tunc accipiet, populus ille fidelis factus ex infideli, annumerabit tibi tanquā vero domino suo, ascribeturq; & recensabitur inter seruos tuos, quasi recenter subiectus dominationi tuæ: \* annuabunt sancti Apostoli mei, viri plane cælestes, populo illi nouo (qui adhuc est nasciturus, qui est per Apostolicā prædicationem in baptisate & fide generādus) iustitiā Dei, iustitiā veram quæ corā Deo iustificat, quæ est ex fide in patrē & filium eius: illi, inquam, populo, quem tu pater ab æterno prædestinasti & præordinasti facere in tempore suo, & quæ item perficies aptabilq; tibi in tēpore definito, regeneraturus illum tibi ex aqua & spiritu sancto, vt fiat tibi in populū electū & peculiarē, in Ecclesiā sanctā, in qua inhabitēs, & modo per dulcedinē tuæ gratiæ, & in futuro secundū plenitudinē gloriæ tuę sempiternę, Amē.

28 Edent pauperes, & saturabuntur: \* & laudabunt dominū qui requirunt eum: \* viuent corda eorum in seculum seculi.

Deute. 8. Matt. 4. Ioan. 6. Ibidem. 29 Reminiscantur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ.

30 Et adorabunt in conspectu eius, vniuersa familia gentium.

Ioel. 2. Lucę. 1. 31 Quoniā domini est regnum: \* & ipse dominabitur gentium.

Apoc. 16. 1. Par. 29 32 Manducauerūt & adorauerūt omnes pingues terræ: \* in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.

33 Et anima mea illi viuet: \* & semen meum seruiet ipsi.

Roma. 6. 34 Annunciabitur domino generatio ventura: \* & annuabunt celi iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit dominus.

Ioan. 1.

Deut. 4.

Elaia. 53.

Ioan. 19.

2. Re. 23.



& de patre loquitur, & etiam de seipso sub tertia persona, quasi de alio. ¶ Versu 32, In cōspectu eius cadent omnes qui descendunt in terrā. Huius versus posterior pars videtur habere difficultatē. Fit tamen facilis eius intelligentia, si ita legatur: Omnes qui descendunt in terrā, id est, omnes qui se demittunt in terram, & prosternunt ad adorandū, cadent ante conspectum eius, id est, proident ante ipsum. Dicitur autē, omnes, hyperbolice: quia plurimi in primitiua Ecclesia cōuertebantur, vel omnes praeordinati & electi in Ecclesia, quē admodum apud Ioannem, Et erunt omnes docibiles Dei. ¶ Versu vltimo, Annunciabitur domino generatio ventura. Quod dicitur annuncianda domino generatio ventura, in Elucidatione indicauimus, duplicē recipere intelligentiā. Iuxta primam improprie accipitur vox annunciabitur, vt idem valeat quod pradicabitur improprie item sumpta, vt tantundē valeat, atq; pradicationem & annunciationē suscipiet de Deo. Et huic sententia illud quod mox sequitur, cōcordat: Annunciabunt cali iustitiā eius populo qui nascetur. Estq; hęc particula secunda, expositio prioris: vt ista posterior pars, quā per actiuum verbū enunciat prioris per passiuum obscurius enunciat: tollat obscuritatē: id quod scripturis nō est infrequēs. Populus enim fidelis (qui erat generatio ventura) annunciatus, euāgelizatus, siue pradicatus est (vt ita loquamur) domino, id est, pradicatōe & annunciationem suscepit de domino, & ad credendū in dominum: quia cali, id est, Apostoli annunciauerunt eidem populo iustitiā Dei. Non autem mirum videatur, si verbū illud annunciabitur, dicamus improprie hęc accipi. Nā & in Euangelio verbum euāgelizari (quod secundū virtutem idem valet pene quod annunciari) similiter improprie sumitur, cum dicit ad discipulos Ioannis Saluator, Pauperes euāgelizantur, id est, pauperes bona & lata nuncia accipiunt, vel pauperibus bona Euangelica nunciatur. Pradicatō expositio fauet Chald. Para quā hoc loco sic habet, Semen Abrahā seruiet corā eo, annunciabit virtutem fortitudinis Dei generationi ventura: vbi secundū actiuam significationē idem exprimitur, quod in iam dicta intelligentia dicitur per passiuū. Altera autē intelligentia, quā innuit Elucidatio, erat accipiendo verbū annunciari, quasi pro annumerari vel recenseri: vt sit sensus, Annumerabitur domino generatio ventura, quemadmodū populus de nouo acquisitus annunciatur, ascribitur, annumeratur regi, qui illum acquisiuit, recenseturq; & velut refertur ad eum. Veluti cum rex quispiā copiosum mittit exercitū, vt alienigenas sibi gentes subdat: is qui exercitui praest, quoscunq; expugnat, domino suo cuius negotiū agit, annumerat, ascribit, atq; annunciat. Ad eundē enim modum sancti Apostoli, qui à Christo ad ordinē subiugandū missi fuerunt, ex omnibus finibus orbis terrę quoscunq; ad fidē Christi cōuertendo salubriter expugnabant, eos Christo annumerabat, adiungebant in populum, & veluti in numerū retulerunt ditionis ipsius: cuius nō suum agebant negotiū, quemadmodū insignis quidam ex illis aiebat, Nō enim nos ipsos pradicamus, sed dominū nostrum Iesum Christum. Cali ergo annunciantibus iustitiā Dei, annunciata est domino generatio noua, populus nouus adnumeratus est ei, & in numerū subditorum ipsi relatus, simulq; recensitus. Et secundū hanc sententiam verti potest ex Hebræo, Numerabitur domino generatio quā veniet.

Ioan. 6.

Matt. 11. Lucæ. 7.

2. Cor. 4.

XXII. PSALMI ARGUMENTVM.

**D**ilectissimus est hic Psalmus fideli cuilibet electo atq; spiritali homini, ad meditandū Dei & Christi praecipua beneficia, & pro eis gratias agendum valde accommodus. In ipso namq; multiplicia Dei beneficia cōmemorantur: quemadmodū uidelicet Deus quasi pastor bonus, nihil eorum nobis deesse patitur: quae sunt ad salutē nostram utilia, cōstituent nos in uberrimis Ecclesiae pascuis, potans nos aquis sapientiae salutaris, quae à spiritu sancto sicut in Ecclesia, & cuius participes sunt fideles omnes in sancta Ecclesia: in super corda nostra ad se benigne cōuertens, & per viam iustitiae nos benigne deducens propter misericordiā suam. Deinde, etiā in summis periculis protectionis suae beneficium nunquā nobis subtrahens, disciplinam in super paternam ut filii virga & baculo impendens, ad corroborandū nos contra hostium oppugnationes mensam parans, id est, sanctissimum suum corpus & sanguinem nobis donans in Ecclesia: neque sic solum exterius pascens, uerum etiam interius oleo spiritalis gratiae spiritum laticans & foecundans: mercedem quoque & retributionem gloriosam preciosūque calicem fortiter agentibus proponens. Cuius denique indeficiens misericordia nunquam nos deserit omnibus diebus ut a nostrae, donec nos adducat in mansionem quietis aeternae.

VIGESIMISECVNDI PSALMI ELUCIDATIO.

1. Dominus regit me  
Ioan. 10. & nihil mihi deerit:

\* in loco pascuae ibi me collocauit.

2. Super aquam refectio- nis educauit me:



**D**ominus Deus, qui diues est in misericordia, ipse quasi pater & pastor bonus me pascit ac dirigit, quemadmodum pastor suā ouiculam, ita mei sollicitā ac prouidam curā gerens: & ob hoc confido, q̄ non deficiā omni bono, neq; quicquā vnquā mihi deerit in vlla gratia, quod mihi sit ad salutē atq; ad spiritualem vitā necessarium: \* Et primum quidē (vt ipse saltē aliqua enumerē beneficia) cōstituit me, firmavit atq; habitare me fecit in optimis pascuis, in vnitae & corpore Ecclesie suę sanctę: in qua veluti in pascuis pinguis atq; vberrimis pascuntur atq; enutriuntur omnes fideles. 2 Enutriuit me secus decursus aquarū viuentiū, iuxta fontē aquę viue, quę est aqua sapiētie salutaris fluens in pascuis Ecclesie, qua potantur oēs fideles in ea: atq; in hac celesti sapiētia crescere me fecit, & augmentū sumere in spiritu:

A \* animam meam conuertit.

3 Deduxit me super semitas iustitiae.

\* propter nomen suū.

4 Nam etsi ambulauero in medio vmbrae mortis, non timebo mala: \* quoniam tu mecum es.

5 Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.

6 Paraasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me.

7 Impinguasti in oleo caput meum:

\* & calix meus inebrians, quā praeclarus est.

8 Et misericordia tua subsequetur me.

\* omnibus diebus vitae meae.

\* cuius aqua tanta est dulcedo, tāta est refectio atq; refocillatio quā praestat animā bibenti ea ea, vt per suum gustū animā meā ac spiritū ab omni vanitate auersam cōuerterit in purū ac solū verū ipsius Dei mei amorē. Gustato etenim spiritu, despit omnis caro: & celestis illa sapiētia, omnia facit quae in mundo sunt insipida. 3 Perduxit quoq; me pastor meus in viā iustitiae, ponens me in viā & obseruatione preceptorū suorū, atq; etiā ducem & custodē mihi in hac via se praebes, à lapsu & transgressione me praeseruado, vtq; ad implenda ipsius mandata essem validus me interius corroborando: \* fecit autē hęc omnia mihi, nō propter mea merita, nō q̄ ego dignus essem ex me tātis beneficii ab eo affici, sed ppter sui nominis gloriā, quoniam sic illi fuit placitum, voluitq; his modis suū nomen, suā gloriā, suā bonitatē in me demonstrare. 4 Insuper etī cōtigerit me peruenire vīq; ad maxima pericula, ita vt quasi p̄ximis videar mortū, iamq; me mors ipsa videatur operuisse, & velut obūbrasse, atq; expādisse se supra me, nō tamen conturbabor, neq; desperatione aut diffidētia deiiciar à timore imminentiū ante prementū malorū: \* quoniam te semper mecū habeo adiutorē, & defensorē meū, qui etiā de periculis maximis, imo & de morte potens es (si tibi placitū fuerit) me liberare, qui de me es amplius, q̄ egomet de meipso sollicitus, quique in tribulationib⁹ & periculis maxime & praesentissime adesse soles. 5 Quod si quando aduersitas quaelibet tua permissione, aut dispositione aduererit in eruditionē & correptionē (siue virga ea fuerit, siue bacul⁹, siue modica, siue magna siue ad tolerandū lenior siue grauior) vīque adeo nō conturbabor siue per paterna disciplina tua, vt etiā magnā cōsolationē sim ex ea accepturus. Erit enim hoc mihi iudiciū, q̄ nondū à cura tua me abieceris, q̄ nondū adulterinum me habes & nothū, sed vt legitimum filiū: potissimum, cum sciam, nullū esse filium quem non corripit pater & eos qui extra disciplinā sunt, adulteros esse, non filios legitimos. 6 Et Hebr. 12. quoniam tribulantium atque persequentū magna est copia & multa crudelitas, partim carne interius laeuante, partim mundo exterius, diabolis vtrinq; vt aduersus omnes istos, infractus & imperterritus stare queam, & nō aliquando succumbere, mensam paraasti in conspectu meo, cibum proponis salutarē in Ecclesia tua sancta fideliter pugnantibus, panem vitę qui de celo descendit, pretiosissimum corpus tuum & sanguinē: de qua mensa fumentes dignēque cōmunicantes, accipimus fortitudinē, & cōfirmamur in spiritu, vt aduersus omnes nos tribulantes, fortes & inuicti perstare valeamus. 7 Ad hęc interna vnctione spiritus tui sancti vnxiisti spiritū meum, oleo suauissimo spiritalis gratiae tuae mentem meā atque affectum (laticando pariter atque foecundando) copiose perfudisti, quē admodum oleū corporale faciem exhilarat & impingat. Id enim facis, dū charitatem tuā per spiritū sanctum diffundis in cordibus nostris, quantum ad effectū: quod ad mentē verō attinet, vnctione tua doces nos de omnibus, & omnem doces de credendis atq; agendis veritatē: \* Super omnia vero pars calicis mei quā expecto, portio mea haereditaria, & beatissima illa haereditas atq; retributio felicitatis aeternae, quā me satiabit ac prorsus inebriat, quā totū meum desiderium & appetitū sufficienter implebit, o quē est preclara, & quē pretiosa & inestimabilis, super omnia quae in mudo sunt aut valent cogitari: quā neque oculus videre potuit, neq; auris audire: imo nec in cor hominis alcēdit, quę preparauit Deus se diligētibus. Atq; in hūc calicē preclarissimū, iam preparatū mihi & seruatum in caelestibus aspiciens, mentisq; oculos ac cordis affectū spe certissima intētos tenens, omnes pro nihilo superabo aduerfantū tribulationes atq; tentationes. 8 Semper autē misericordia tua preesto mihi aderit, ac veluti subsequetur, ita vt mecū sit, & mecū laboret in omnibus, quocunq; me verterō, custodiēs introitum & exitū meū, custodiens animā meā ab omni malo, parata auxiliū prebere in omni opere bono, ad quodcūq; voluero extēdere manum meā: quē admodum pastor diligēs ouiculas suas subsequitur, ne que vnquā solas eas relinquit, donec in caulas induxerit, ne vīquam forte vel aberrēt, vel in foueas cadāt, vel luporū esca fiāt: \* atq; hoc tuę sollicitissime curę atq; custodię beneficium, nō vno tantum vel die vel anno impendes mihi, verum omnib⁹ diebus, quibus hęc vixero super terrā, donec vixero in hac militate Ecclesia, in hoc deserto,

Hebr. 12.

Ioan. 6.

Psal. 103. Roma. 5. 1. Ioan. 1. Ioan. 14. & 16.

Esaie. 64. 1. Cor. 2.

Sapient. 7.

Psal. 120.

9 Et vt inhabitem in domo domini in longitudo dierum.

vbi omnia sunt periculis, foueis, laqueis, ac lupis plena. 9 Et ita quide semper tua misericordia me subsequetur, vt in aeternitate in domo tua tecum valeam in habitare, vt nemo me in hac via a preparata illic mansione valeat impedire, aut a te vlla ratione separare, sed in aeternum permanere & habitare valeam in conspectu tuo atque in domo tua: nunc quidem in Ecclesia hac militante, per gratia tuam in triumphante vero aduentura, secundum perfectam gloriam tuam, que sine fine perdurabit omnibus electis in sacula saculorum, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMV M XXII.

Versu primo, Dominus regit me. Regere in bona partem accipitur. Est enim Grece πειραίνω, qd significat regere ad modum pastoris, siue pascere: quod verbum etiam supra Psalmo: 2, haberi diximus in Græco, Reges eos in virga ferrea. Loquitur enim hic Psalmus de Deo quasi pastore, & plura ex iis qua hoc loco dicuntur de Christo erga Christianos, dicta videntur secundum similitudine pastoris corporalis & ouium. Est enim pastoris officiu, curare vt nihil desit ouibus quod sit ad earu bonam validudinem necessariu: vt in loca pascuoru educat eas, vt in vias bonas & rectas deducat, a deuus & suspectis locis custodiat, vt si in pericula incidat presentia, auxilii sui eas liberet, vt pedo suo (si quando a via recta aberrare incipiat, aut a grege se segregent) eas redire cogat: denique, vt pro ouibus sollicita curam gerat, & nunquam eas deserat, donec in quietis locum, in caulas inducat. Hæc autem omnia in isto Psalmo facile est considerare, quomodo Christo domino (qui sese testatus est pastore bonum) applicentur, interiectis nihilominus & aliis quibusdam, qua corporalibus ouibus non conueniunt: quemadmodum de aquis refectiois, quibus oues non egent corporales: de conseruacione animæ, de parata mensa, de imaginatione capitis in oleo, & calice praclaro. Nobis enim rationalibus ouibus, ampliori atque etiam alia cura est opus, quam oues corporales accipiant a suis pastoribus. ¶ Versu 5, Virga tua & baculus tuus, Nonnulli per baculu intelligunt sustentationem Dei, qua iustos sustentat. Cui enim dominus electas oues suas virga percussit (hoc est, disciplina qualibet seu aduersitate corripit) baculo nihilominus eos sustentat, dædo in aduersitate patientia: ne vel in murmuracione, vel in desperationem, vel in alia mala per impatientia cadant. Cui ergo simul sunt virga & baculus, in hoc consolari debet electus. Virga autem si sola fuerit, defueritque; baculus, timendum est, ne reprobis fiat ille qui sine baculo virgam sentit. Alii, per baculum pastoralis siue pedum, intelligunt Dei internam directionem. Consolatio enim est electoru, cum exterius flagellante virga, interius directio Diuina in via rectam reducit. Parum enim profuerit virga, si defuerit hic baculus. Hæc autem vbi simul adsunt, magna est eius qui ea experitur consolatio. Sensit virga Pharaon, sensit & Sennacherib: veru quia baculus defuit, non eis sola virga attulit consolationem. Sensit & Dauid virgam, post dinumeracionem populi: sensit: item Nabuchodonosor, postquam eleuatu fuisset cor eius. Et his, quia simul adfuit baculus, interior Dei directio ad penitentia: iccirco acceperunt consolationem, & per virgam pariter atque baculu senserunt emendationem. Nos autem in Elucidatione, tam per virgam, quam per baculum indicauimus accipi correptionem disciplina: per virgam quidem mitiorem, per baculum vero durior. Quosdam enim virga tantu, alios etiam baculo corripit pastor bonus: & quosdam quidem leniori ac mitiori disciplina, alios vero duriori corripit, iuxta quod ipse nouit vnicuique; ad salutem & meriti promotionem conuenire. Iusto autem quicquid tandem ex domini manu euenerit, siue virga corripatur siue baculo, consolatio esse debet, dum attendit dominum esse & patrem qui corripit: idque totum quod agitur ad suam sibi salutem proficere. Quasi vix impetrare non potuit. Lewis enim satis & mitis videbatur ista correptio, pro peccati magnitudine. ¶ 2. Re. 12. ga percutebatur Dauid, cui pro adulterii & homicidii peccato pueruli ex adulterio concepti vita impetrare non potuit. ¶ 1. Par. 21. Baculo vero cadebatur, cui post populi dinumeracionem, septuaginta milia hominu ex populo sibi charissimo, pro suo peccato percuti vidit pestilentia: item, cum grauissimam sibi persequutionem a filio suo Absalon suscitari conspexit. In utroque autem, suscipiens patienter Diuinam correptionem, emendatus & consolatus est. Quod autem per virgam dicamus intelligi correptionem mitiorem, per baculum vero durior, ex communi consuetudine accipimus parentu, qui filios donec, in ætate sunt minori, virga corripunt: quos iam gradiores factos, omissa virga, baculo corrigunt, si comuerint. Est autem præter virgam & baculu, etiam gladius domini, quo corripit reprobos, qui de numero filiorum non sunt. Atque hic potius ad ultionem, quam ad disciplinam spectat. Non enim ad patrem sed ad iudicem spectat gladius. Gladius ergo domini metuendus est, & semper præcauendum ne veniat nobis. Caterum virga & baculus cum aduenerint, etiam in consolatione sunt habenda, atque inter præcipua Dei beneficia hominibus spiritualibus sunt æstimanda.


XXIII. PSALMI ARGUMENTVM.

Psalmus iste in initio & in fine Christu dominum respicit: in medio autem, eos qui dignos se Christo per iustitiam & vitam bonam exhibuerint. In principio itaque, Christi domini vniuersale super omnem terram dominu proponitur, propterea quod ipse orbem terrarum fecerit & creauerit. Est enim iustus, rationabile, atque necessarium, eundem esse orbem domini qui creauit illum, atque omnes habitantes in eo. Versu autem 3, incipit describere, qui digni habendi sunt vt admittatur in orbem illum venturu, in ciuitate superna: postea aqua constat, non omnes illic admittendos absque discrimine, quemadmodum in hoc orbe sine distinctione habitant boni & mali, & oim secundum natu-

A ralem subiectione (ratione creationis) æqualiter Deus est dominus. Describit autem quales isti esse debeant, qui in illum venturu orbem, in montem sanctum sint admittendi: versibus quatuor, nimiru a tertio vsque ad septimum. A quo rursum, vsque ad finem, Christi gloriosum dominu proponit, non iam quod ratione creationis rerum habet, sed quod ratione peractæ victoria a patre accepit, iuxta illud, Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Matt. 26. r. Considerans itaque, prophetam extasi spiritus, Christu accepto hoc dominio cum gloria magna ascendente, vna cum multitudine illius beate captiuitatis, qua ascendens secum ducebat in altu (de quibus in precedentibus statim prædixerat) tanquam præcurrens nuncius, angelos alloquitur, vt aperiant venienti domino portas ciuitatis, secundu omnem altitudinem & latitudinem: cau sam simul adiungens, magnitudinem glorie & maiestatis eius, que con psal. 67. teplabatur aduenientem: scilicet, dulcissimo exitu, in suauissima contemplatione ingressus Christi, Psalmu huc terminat.

VIGESIMITERTII PSALMI ELUCIDATIO.

1 Domini est terra & plenitudo eius: \* orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo.



Erra vniuersa cum omni sua plenitudine, cum omnibus que in ea sunt, & in ea sustentantur, creaturis, domini Dei est, qui creauit eam: \* vniuersus, inquam, orbis terrarum, totus terra: globus, cum omnibus qui in eo vbiuncunq; gentiu, vbiuncunq; locoru inhabitant. 2 Ipse enim est, qui orbem terre creans stabiliiuit, firmauit, Gene. 1.

2 Quia ipse super maria fundauit eum: \* & super flumina præparauit eum.

costituit, solide posuit super elementu aqua, super congregaciones aquaru, que sunt maria: \* & super vniuersitatē aquaru, super elementum totu aqua, artificio magno & sapientia præparauit, stabiliiuit, firmatque; collocauit eum, quasi globu in medio aqua. 3 An vero omnes qui nunc in hac terra inhabitant, absque discrimine boni atque mali, sic etiam in supernam mansionem sunt absque discretionem admittendi? Quod si non omnes: qui ergo digni erunt assumi in montem illum excelsum, atque ad sublimitatem peruenire maiestatis Dei, ante conspectu Diuinitatis? \* aut qui digni reputabuntur, vt stent, permaneant, atque vt ciues inhabitent in ciuitate illa superna, in mansione illa beata, qua ipse dominus sanctificauit sibi in aulam regia, & gloriosum palatium tuum? 4 illi nimiru, qui manibus fuerat mundi, puri, & innocui, qui nihil operati sunt iniquu, neque contra Deu, neque contra proximos, sed econtrario opere iustitia & virtutis sedulo sunt operati: qui, inquam, non solum opere exteriori innocetes se exhibuerunt, verum etiam cor mundum & affectum sinceru gestauerunt, adeo vt non solum opere nihil noxium perpetrarint, veru neque desyderio quicquam tale concupierint: \* qui animas suas non in vanu, siue frustra a Deo acceperunt, sed ipsis bene vsi sunt, ad bonu cultum Dei, ipsarum vires omnes diuinis obsequiis dedicando, ad que finem indubitatu est hominibus animam rationalem datam esse: \* qui etiam non iurant in dolo, non perierant, & omnino non mendaciter neque dolose agunt cum proximis suis: sed qui se promiserunt aut iurauerunt, implent iuste atque fideliter: & quacumque; agunt cum proximis, sincriter absque fraude & dolo peragunt in iustitia. 5 Hi sunt qui in caelestibus benedictionem accipient immortalitatis, & donu beatitudinis aeternae a domino, cuius in hac vita voluntate peregrunt: \* & hi perfectam illam aeternam salutis misericordiam consequentur a deo omnipotente saluatore suo: rigorem autem ultionis, quam illi sentient qui contraria fuerint operati, non experientur. 6 Hac atque huiusmodi, qualē supra descripsimus, est generatio eorum qui timet dominu: tales esse debent, qui de populo & numero timentiu esse cupiunt, atque cum eis premii æqualitate participes fieri: \* hic est, inquam, populus & generatio eorum, qui ex puro corde requirunt conspectum Dei veri, qui ambulant tanquam in conspectu domini Dei sui, semper illi cupientes placere: & tales fieri oportet, qui de horum numero haberi velint. Atque huiusmodi sunt, qui dominum sunt in caelestia scandentem comitaturi, in laudibus, vt hic ante conspectu eius semper ambulauerunt in virtutibus. 7 Vox Propheta in spiritu exhortatis angelos, vt Christum dominu cum victoria redeuntē suscipiant: Vos vero o principes, o sublimes angelici spiritus, attollite, eleuate, & in altu atque latum aperite portas vestras, redeunti cum victoria magna domino: \* vos quoque; portæ aeternitatis stabiles, ciuitatis supernae, eleuamini alte, lateque; aperiamini: \* ecce enim aduenit rex gloriosus Christus dominus, peracta malitia, regnu in ciuitate superna accepturus, omnibusque; angelicis exercitibus preferendus. Cui sane, cum innumera multitudine iustorum omnium qui se in vita Deo dignos exhibuerunt aduenienti, conuenit portas ciuitatis vestrae (in qua ingredietur, accepturus regnum) alte lateque aperiri. 8 Quob si cognoscere velitis,

3 Quis ascendet in montem domini: \* aut quis stabit in loco sancto eius?

4 Innocens manibus & mundo corde: \* qui non accepit in vano animam suam.

\* nec iurauit in dolo proximo suo

5 Hic accipiet benedictionem a domino: \* & misericordiam a Deo saluari suo.

6 Hac est generatio quarentium eum: \* quarentium faciem Dei Iacob.

7 Attollite portas principes vestras.

\* & eleuamini portæ aeternales: \* & introibit rex gloria.

8 Quis est iste rex gloria?

ria: dominus fortis, & potens, dominus potens in praelio.

9 Attollite portas principes vestras: \* & eleuamini portae aeternales:

Apoc. 19

\* & introibit rex gloria.

10 Quis est iste rex gloria:

Ioan. 4.5

\* dominus virtutum, ipse est rex gloria.

quisnam iste sit rex gloriosus, cuius praedico aduentu, & cui portas in beo attolli atq; eleuari, scitote, quoniam ipse est Christus dominus, rex fortissimus & potentissimus, eandem cum patre fortitudinem & coaequalem habens virtutem ipse, inquam, qui potens & robustus est pugnator, qui potentia sua debellato inimico generis humani gloriose triumphauit deuicta morte, infernoq; & inferni principe diabolo superatis. 9 Iteru vos exhortor, o principes excelsi, angelicae potestates, vt portas ciuitatis vestrae late aperiat venienti a victoria, inque propria redeunti domo, cum innumero iustoru comitatu, quos secum a captiuitate inferni potesteter liberatos adducit, vestris ordinibus inferendos: \* vos iteru moneo, o portae aeternae, nunquam confringendae, ciuitates superne, qua nemo vnquam poterit expugnare, vos, inquam, iterum iubeo alte lateq; quantum fieri potest aperiri, in tanta gloria & comitatu venienti domino: \* Introibit enim per vos rex regum & dominus dominantiu, rex gloriosus super omnes reges. No debet autem qui in tanta maiestate & tanto cum comitatu aduenit, per angustum ostium introritti, sed portas necesse est illi in altum & latum profus aperiri. 10 Neq; vero est qd miremini, quia iste tantus sit, F qui sic ascendit in gloria, qui venit tanto comitatu ingressurus in ciuitate vestram vt regnu accipiat: \* ecce enim ipse est dominus angelicarum virtutu omniumq; vestrorum exercituu, & omnino omnium vestrum ipse est dominus, filius Dei patri aequalis, qui olim exiens ad patris implenda voluntate in terras, nunc reuertitur, peractis omnibus, cum gloria: propter quod cu omni reuerentia & obsequio quo potestis, illi debetis obuii procedere, aduenientemq; cum omni laetitia & iubilo suscipere generis humani redemptore, & angelicoru ordinu reparatorem, dominum Iesum Christum, qui patri erat, eritque coequalis, vna cum spiritu sancto, in omnia saecula saeculorum, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM VIGESIMVM TERTIVM.

Versu primo, Domini est terra & plenitudo eius. Nota duplex esse Christi dominiu: priu quidem, ratione creationis. Est enim ipse creator omnium, & iccirco omnium etia dominus. Qui enim de nihilo fecit omnia, caelum, terra, & qua in eis sunt, quidni etia dominus sit horum omnium? Hoc modo, vt irrationabilium omnium, ita etia omnium hominum Christus est dominus, siue bonorum siue malorum. Ac de hoc dominio, in duobus primis versibus agitur. Alterum est dominium quod sibi Christus veluti coparauit, atq; per passionem promeruerit, qd post laboriosam militiam ac pugnam cum diabolo (victoria tandem per propria mortem obtenta) veluti lucrificit, iuxta quod ad Philippenfes Apostolus scribit, Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur. Quo dominio licet etia omnium dominetur, nempe caelestium terrestriu & infernorum, tamen peculiari modo super sanctos & electos suos habebit dominiu in regno caelesti: intra quod regnum no includentur, & sub quo dominio no erunt nisi illi, qui nunc per innocentiam & iustitiam dignos se Deo seruos exhibuerint: quos etia secum vehet in gloria suam, regnaturus cu eis in perpetuu. De hoc autem secundo dominio sit sermo in reliqua parte Psalms: maxime aut circa finem describit illius dominiu a imperii & Christo susceptio. Huius autem duplcis dominiu consideratio, manifestabit Psalmsi connexionem, qua aliqui difficile capitur. ¶ Versu 6, Haec est generatio quarentiu eum. Generatio collectiuu nomen est hoc loco, idem fere valens, quod populus, vel natio, vel etia progenies. Et frequenter tum in Psalms, tum in Euageliis, in hanc significationem accipitur, veluti cu ludais exprobrat Dominus, Generatio praua, incredula atq; peruersa. Et apud Paulu, In medio nationis prauae atq; peruersae. Atq; in alio Psalms, Quadraginta annis offensus fui generationi illi. Atq; etia in fine precedentis. 21, Annuncia bitur domi no generatio vctura. ¶ Versu 7, Attollite portas principes vestras. Hic in spiritu Propheta monet angelicos ciues, aperire portas venienti Domino: eosq; velut interrogantes de domino, quia fit, introducit: ac responsione subdit, Loquitur autem hic, cum portas iubet attolli & eleuari (qua idem sonant, id est, in altu & latum aperiri) secundu consuetudinem & vsu hominu. Cum enim ingressurus est in ciuitate nobilis quispiam aut rex, magnu comitatum & apparatus secum habens, praecurrunt nuntii, qui portas aperiri iubent, no tantum iuxta consuetudinem vsq; ad dimidiu, sed ad integrum, ita vt desuper omnibus repagulis & obicibus amotis, quantum possibile est in omni sua latitudine pateant ad ingressum magnifici regis. Atq; hoc etia vulgo in magnificis domibus conspicimus, quae cu consuetudinarie no nisi angustu habeant introitum, ingressuro tamen ipso domus domino, aut alio quopiam magna aetimationis viro, tota patefit porta secundum latitudinem, vt couenientior illi & honorificetior sit introitus. Iuxta hunc sane modu David in spiritu veluti praecurrens ante ascendentem & in propria redeunte dominu, ad eos qui intus sunt principes caelestes clamat, vt tollat portas: illisq; abintus (vt ipse eos introducit) more humano interrogantibus, quia nra ille sit cui sic portas iubeat patefieri, respondet, adesse fortissimum victore & gloriae regem, Christum dominum.

XXIII. PSALMI ARGUMENTVM.

A

Salmus iste, vt satis est intellectu facilis, ita est & vtilissimus. Est enim forma comodi ad eleuandum spiritum in Deum. In qua primum ob fiduciam quam in Deum habet homo fidelis, ab inimicis & confusione quam illi conantur adducere, petit diuinitus liberari: atque id vt fiat, petit vias Dei sibi monstrari, inque eis diuino & superno dirigi ducatu. Et quo moueat efficacius, antiquas miserationes Dei commemorat, sibiq; delicta iuuentutis & ignorantias dimitti, & misericorditer secum agi postulat: ne forte ob peccata pristina, si in districtione iustitiae cum ipso agatur, in illo detrimentum sustineat. Post haec, a versu nono, per sonam mutata, qui hactenus sub secunda ad ipsum Deum direxerat sermonem, nunc ad tertiam se conuertit: declarans Dei erga seruos suos bonitatem & fidelitatem, & multam ipsi seruientium vtilitatem, vsque ad versu 17. vbi iterum ad secundam per sonam, quam aliquantulu intermiserat reuertitur, suas tribulationes multas & crescentes Deo proponens, protectionemque & liberationem postulans: non peculiariter tantum suam, sed in conclusione Psalmsi, generaliter totius populi fidelis, qui est Israel Dei.

VIGESIMI QVARTI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Ad te domine leuauim animam meam: \* Deus meus in te confido, non erubescam.

2 Neque irrideant me inimici mei: \* etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur.

3 Confundentur omnes iniqua agentes superuacuae.

4 Vias tuas domine demonstra mihi: \* & semitas tuas edoce me.

5 Dirige me in veritate tua, & doce me: \* quia tu es Deus saluator meus: & te sustinui tota die.

6 Reminiscere miserationu tuaru domine: \* & misericordiaru tuarum quae a seculo sunt.

7 Delicta iuuentutis meae & ignorantias meas ne memineris.

8 Secundum misericordiam tuam memento mei tu: \* propter bonitatem tuam domine.

9 Dulcis & rectus dominus: \* propter hoc legem dabit delinquenti.



Deo Domine spiritum meum leuati, mentem atq; voluntate totam in te: fide recta, spe firma, & charitate pura direxi: \* tu es Deus meus in quo omnis mihi spes posita est, & in quo omnem meam constitui fiduciam: propter quod & postulo, vt non me permittas confundi ab expectatione mea, sed voti atque desiderii mei fac me competentem, dando mihi quae te expectaui spiritualia omnia bona. 2 Neque permitas super meo lapsu gaudere aduersarios meos, qui quarunt mihi dominari, qui me conantur in peccati lapsum adducere, & in mortis foueam pertrahere: \* quicunq; enim cum patientia te expectat, & sustinens permanet in obseruatione praecceptoru tuoru, non experietur confusionem, neq; frustrabitur desiderio suo. 3 Qui vero te no expectant, qui non permanent in obseruatione praecceptorum tuorum, sed inique agunt superuacuae, absque vlla vtilitate & ratione, imo contra rationem omnem, & ad maximum suum malum transgredientes praeccepta tua, hi confusionem aeternam inueniunt in nouissimo, cum tuo iusto iudicio fugae iniquitatis poenas luunt. 4 Mihi vero Domine, qui in te confido, te expecto, tibiq; placere cupio, demonstra vias tuas, per quas ambulem coram te, vt placeat tibi: \* & doce me ambulare per semitas tuas, quas constituisti nobis, vt per eas recta ingrediar, non declinans ad dexteram vel ad sinistram: hoc est, mandata atq; praeccepta tua, fac me intelligere, & secundum ea diligenter operari. 5 Fac me Domine ambulare in veritate iustitiae tuae, & esto mihi director atque doctor in via veritatis & iustitiae tuae: \* quonia tu es Deus author salutis meae, teq; vt solu saluare me poterem in patientia sustinui iugiter, nulla fractura expectatione, nullo dissolutus tardio. 6 Recordare o Domine miserationum tuaru antiquaru, quibus ab initio misereri semper solitus es petentibus misericordiam: \* miserationes tuas multas ac magnas, quas te fecisse audiui cum patribus nostris, ex quo stetit praesens seculum, haru (inquam) miserationum tuaru antiquaru tu Domine reminiscere, vt sicut semper misereri es solitus, ita etia nunc mihi pauperculo tibi humiliter supplicanti misericordiam benignam impendas. 7 Peccata adolescentiae meae, quibus te multipliciter offendi in temporibus praeteritis, du in me ferueret iuuentutis ardor, & vigeret vis concupiscentiae: item & ea quae quomodocunq; per ignorantiam, aut surreptionem commisi, quoru mihi numerus determinatus est incognitus, & quae omnia sigillatim no valeo recogitare in amaritudine, tu Domine dimitte mihi misericorditer: proice omnia post tergum tuu, & noli ultra memor esse eoru, sic vt ea mihi imputes ad vltionem. 8 Secundum multam & magnam misericordiam tuam memeto mei in bonum Domine, vt mecu agas secundum dulcedinem misericordiae tuae, in peccatorum dimissione & collatione gratiae tuae: \* idque peto non secundum rigorem seuerae iustitiae tuae, sed propter suauissimam & dulcissimam tuam misericordiam, qua promptus es & expositus omnibus, qui te humili corde requirunt. 9 Tu enim Domine dulcis es in misericordia, & rectus in iustitia: sic dulcis, vt etia rectus: sic misericors, vt nihilominus iustus: tamen praecedit quodammodo & praecellit erga electos dulcedo misericordiae, rectitudinem iustitiae: atq; ob hoc (quod dulcis simul sis ac rectus, iustus pariter atq; misericors) legem ponis peccatoribus in via vitae huius, in via conuersationis fugae, per quam nimiru auersis a pec-

Psal. 118.



*tibus in via:*  
1. Petri. 7. 10 *Diriget mansuetos in iudicio: \* docebit mites vias suas.*

11 *Vniuersa via domini misericordia & veritas \* requiretibz testamentum eius, & testimonia eius.*

12 *Propter nomē tuum domine propitiaberis peccato meo: \* multū est enim.*

13 *Quis est homo qui timet dominū: legē statuit ei in via quā elegit.*

14 *Anima eius in bonis demorabitur: \* & semen eius hereditabit terram.*

15 *Firmamentum est dominus timentibus eū \* & testamentū ipsius, vt manifestetur illis.*

1. Cor. 8. Ioan. 14. 16 *Oculi mei semper ad dominum \* quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.*

17 *Respice in me, & miserere mei: \* quia vnicus & pauper sum ego.*

18 *Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt: \* de necessitatibus meis erue me.*

19 *Vide humilitatem meā, & laborem meū: \* & dimitte vniuersa delicta mea.*

catis a viis suis malis, cognoscāt viā rectam, quam ambulare debeant. Et quid agere, quidve omittere, quid facere, quid declinare: 10 Homines humiles & mansuetos, qui se humiliāt sub potenti manu tua, tu dirigis in iustitia, ambulare eos facies p̄ rectitudinē iustitiā tuā: \* mites ac humiles tu doces ambulare vias tuas, obseruare p̄cepta tua. 11 In omnibus viis tuis, Domine, simul cōiuncta sunt misericordia & veritas siue iustitia, ita vt omnibus actionibus, atque dispositionibus quibus agis nobiscum, simul hęc duo reluceāt: sic in omnibus miseriam, cordem te exhibēs, vt nihilominus inueniaris iustus: sic quoq; ex altera parte iustus & verax in omnibus existēs, vt nihilominus & misericors: \* peculiariter verō ambo hęc manifestatur erga electos tuos, qui exquirūt & desiderāt testamentum tuum, quod disposuisti nobis obseruandum, & qui requirunt p̄cepta tua ad opere implendū ea. 12 Obsecro ergo te Domine, propter gloriā nominis tui, quoniā bonus es Dominus, quoniā es saluator misericors, vt p̄pitius fias, & clemēter indulgeas peccatis meis: \* quā cum multa sint & magna, opus habēt magna propitiacione & infinita misericordia tua: & id etiā vt postulo, te facturum confido 13 Quisquis ex hominibus timet, reueretur, ac digne colet Dominū, huic lex a Deo statuta ac posita est in viis iustitiā: q̄ elegit ad ambulandū in ea, vt secundū legem illam viuat in via recta, in iustitia quā sectari & operari cōcupiuit. Qui enim timent Dominum, legem Euangelicam habent a Deo constitutā, secundū quā ambulare debēt, & sele dirigere in omni via sua. 14 Anima siue spiritus eorū in bonis domini cōmorabitur, dū mēte atq; voluntate celestibus ac supernis bonis inhārebūt, & deliciabūt in eis, testimoniū habētes bonae conscientiae: \* & nō solum ipsi ingredientur in hereditatē aeternā, verum etiā imitatores eorum & filii secundum spiritum, quos siue verbo doctrina, siue exemplo bonae conuersationis genuerunt Deo: etiā ipsi hereditate possidebūt terrā viuentium. 15 Dominus firmamentum est atq; stabilitatē omnibus seruis suis timētibus eum, super quo firmati sunt, edificati, fundati, atq; stabiliti, quasi super firmā petra: cui innitētes, decipi aut frustrari nō possunt: \* & testamentum est ipsius Domini, promissioq; firmissima quā disposuit seruis suis, vt sele manifestet illis. Qui enim diligit Dominū, cognoscitur & diligitur ab eo, & (iuxta promissum) familiaris dignatione manifestabit illi seipsum. 16 Oculi mei interiores ad Dominū sunt, & aspiciūt omni tēpore, quasi ad eum in quo spes mea omnis recūbit: \* ipse enim est solus me saluare potēs, qui me de laqueo peccati & obligatione mortis liberabit, vel p̄seruādo ne incidā, aut certe (si per quancunq; fragilitatē incidero) ex laquei nexu me extrahēdo. \* Euellet quoq; pedes affectuum meorum a laqueo, vt non irretiantur laqueis terrenarum cōcupiscentiarum, & nexibus peccatorum, sed liberi in ipso semper rectis gressibus pergant. 17 Aspice ad me benignis oculis tuā misericordiae, & misericorditer age mecum: \* quoniā tanquā orphanus & solitarius ego sum, quasi ab omnibus derelictus, neminē habens adiutorē prater te Domine, in quo spes mea omnis sita est: & pauper sum, multorum indigus spiritualium donorum, quorū nihil ex nemetipso habeo: atq; ob hoc opus est mihi modis omnibz, vt tu 9 me benignus aspectū diligēter custodiat, & diues tua misericordia meā suppleat paupertatis inopiā. 18 En cordis mei angustia, afflictiones, atq; tribulationes (quibus me grauiter affligūt aduersari mei, diabolus, mūdus, & caro propria) vehemēter multiplicatae sunt, & vebemēter insurgunt: dū illi tāto me fortius oppugnāt, quāto ego tibi diligēter seruire laboro: \* tu verō Domine (qui solus potes, & in quo omnem habeo fiduciā) de angustis istis, quā me vrgēt, libera me: vt non mihi impedimentū vllum praestent in seruitute tua, in obseruatione p̄ceptorū tuorū. 19 Aspice Domine benigno misericordiae tuā intuitu ad omnē afflictionem meā qua humilior & premor, & ad omnem laborē atq; molestiam qua grauior, dū tuis mādatis seruire cōtendo: \* aspiciēsq; humilitatem meam & laborē, tāto facilius benigniūsq; dimitte mihi omnia peccata mea siue grandia, siue minora, quibuscunq; vllō vnquam tēpore te offendi: vt sit mihi humilitas hęc omnis & labor quē nunc pro tuo amore sustineo, veluti ad purgationē vitā peioris antea: atq; etiā in purgationem quotidianorū delictorū: quibus per singulos dies multi-

A 20 *Respice inimicos meos. quoniā multiplicati sunt: \* & odio iniquo oderunt me.*

21 *Custodi animā meā & erue me: \* nō erubescam quoniam speraui in te.*

22 *Innocentes & reeti adhaeserunt mihi: \* quia sustinui te.*

B 23 *Libera Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis.*

pliciter etiā nūc te offendere contingit. 20 Vide Domine ad inimicos meos, quē admodum multiplicati sunt, factique numero plurimi: \* & ii ipsi odio crudeli atq; implacabili prater omnem causam & rationem oderunt me. Neque enim vnicus est inimicus volētibus in lege tua ambulare, sed multi admodum, qui molestiis affligūt, tibi serui re cupiētes: neq; parum inimici sunt quicūque aduersantur, sed inimici lunt irrecōciliabiles & implacabiles, qui nō prius cessant ab impugnatione & persequutione, quā nos in suum cōsensum, id est, in mortem pertraxerint. 21 Aduersus, ergo tam multorum tamque crudelium inimicorum seuitiā, tu mihi esto custos atque defensor: & libera me de manibus illorū, vt non mihi praeualeant: \* nō me patiaris cōfundi vt illis subiiciar, quoniā in te domine, non in propriis viribus, spem meam omnem cōstitui. Nequaquā autem tuū est derelinquere in te sperantes. 22 Et quanquā peruersi se mihi hostes & inimicos exhibuerint, iusti tamē & boni adiū xerūt se mihi, & sancto fōdere lociati sunt mihi: adhaesiq; ego per amicitiam & charitatē innocentibus, declinato prauorum cōsortio: \* propterea quod te sustinui domine, quod te expectaui, quod in te speraui, quod tibi volui placere. 23 Libera o Deus & salua fidelem populum tuum, qui te agnoscit & debito colit famulatu ex omnibus afflictionibus & angustis, quibus in hoc mundo, in hac lachrymarum valle premimur, confortata, vt nō succumbamus: patientiam dona & perseverantiā, ne deficiamus, donec saluos nos facias in regnū tuū caeleste. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM VIGESIMVM QVINTVM.

Versu sexto, Reminiscere miserationum tuarum domine. Qui vere magnanimus es atq; misericors ex commemoratione priorum beneficiorum, adeo non cōmouetur ad cōtinendum vltiora, vt etiam extimuletur magis & inuitetur ad plura exhibēda, prioribus vel similia vel potiora. Atq; hoc modo sancti patres, Deum magnificentissimum, itēmq; munificentissimum considerantes, hunc seruam morē vt volētes Deum ad cōferenda beneficia excitare, atque efficaciter vt obtinere commouere, priora exhibita patribz proponant. Hoc ipsum nunc diligens orator hoc in loco obseruasse cōspicitur, cū antiquas miserationes replicat, vt nouas impetret. Inter misericordias autē & miserationes, nulla videtur esse secundū rem aut sensum diuersitas, videntur enim quotiescunq; misericordiae inueniūtur plurali numero, accipi debere pro miserationibus: quē admodū cum dicitur in alio Psalmo, Vbi sunt misericordiae tuae antiquae domine? Et apud Paulum, Pater misericordiarū, & Deus totius consolacionis. Alioqui non misericordiae multae sunt domini, sed vna est perfecta misericordia. Miserationes autē, nō vna tantū, sed plurimae, nouae & antiquae. Miserationes enim eius, super omnia opera eius, vt habet alius Psalms. ¶ Versu nono, Dulcis & rectus dominus. Dulcedo diuināe misericordiae & iustitię rectitudo, causa sunt, quorū legem ponat Deus peccatoribus in via huius vitā, per quam a peccato volentes se auertere, & penitentiā agere, cognoscere valeāt quomodo ad Deū debeāt cōuerti, & quid agere debeāt ad placēdū illi. Magnē enim indubie est misericordiae, & nobis p̄ legis Euāgelicā & illius quidē dulcissimā & facillimā traditionem, dignatus sit suam indiāre voluntatē, quid a nobis exigat, quid velit fieri, quid postulet a nobis. Rectitudo quoq; iustitiā eius, seruos rectitudine & iustitia sibi similes postulat: atq; ob hoc legē nobis iustitiā cōstituit, secundum quam & ipsi iustificemur, sicut ipse iustus est. Et exegit hoc iustitiā rectitudo, vt tales sint eius serui, qualis est ipse dominus: iuxta illud Euāgelicū, Estote vos perfecti, sicut pater vester caelestis perfectus est. Nō ergo solū quia rectus, neq; solum quia dulcis est dominus, sed quia dulcis pariter & rectus, ob hoc legē dat iis qui in via sunt, cecis peccatoribus, vt habeāt quomodo penitentiam agāt, & ad Deum se cōuertant. Si enim dulcis tantū esset dominus, non etiam rectus, videretur nō esse illi curę vt iustitię vacarēt serui eius, sicq; lege opus non esset. Et si tantū rectus ac iustus esset, nō etiā dulcis ac misericors, nō illi curę esset, iuste an iniuste nos ageremus. Habet enim ipse iustitia modū, quo etiā in impiis nouit glorificare potētiam suā. Quoniam verō & dulcis est & rectus, ob hoc legem ponit: quam custodiētes, secundum quam ambulātes, & iustitia ipsi asimilemur, & dulcedinē eius aeterna remuneratione percipiamus. ¶ Versu vndecimo, Vniuersa vię domini misericordia & veritas. videntur via domini in hoc versu alia accipi significatione, quā in versu mox p̄cedētī, cū dicitur, Deus docere mites vias suas. Via enim domini in scripturis dupliciter intelligitur. Primū quidem p̄cepta & cōsilia Dei, quae frequentissime via nuncupantur, cum aliis in locis, tum p̄cipue Psalmo. 118. Propterea quod per ea nos ambulare, & secundū ea viuere nō declinādo, Deus cōstituit & p̄cepit. Altera acceptione vię domini intelliguntur opera, dispositiones, aut cōsilia Dei, quibus agit omnia. Iuxta quam acceptionem apud Esaiam ait dominus, Nō enim via mea, via vestra. Et quantum distant caeli a terra, sic distat via mea a viis vestris. Hoc est, Non sunt actiones meae & cogitationes, quibus ago & dispono omnia, similes actionibus & cogitationibus vestris. Et alibi, Non esse aquam viam domini blasphemant impii, id est, actiones Dei & cōsilia, cogitationes & dispositiones quibus agit, non esse aqua ac iusta, neq; eum iuste agere in operibus suis, videtur autem in versu priori rectius cōpetere pri-

Psal. 9.

Psal. 88.

2. Cor. 1.

Psal. 144.

Matt. 5.

Esai. 55.

Ezec. 18.

Iob. 19.

ma acceptio. Docet enim Deus māfuetos & humiles praecepta sua & testimonia, eos illuminādo, & ad implendum gratiā dando: iuxta illud, Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectu dat paruulis. In hoc autē. 9. versu cōuenientior videtur altera posterior significatio, iuxta quod in Elucidatione expressimus. Possent nihilominus etiā hīc viā domini intelligi praecepta eius. Sūt enim praecepta eius, per quae nos ambulare praecipit, misericordia & veritas, id est, in misericordia & veritate siue aequitate disposita: quemadmodū alibi opera manuū eius dicuntur esse veritas & iudiciū, id est, in veritate & iudicio facta, vera & iusta. Itē & in priori versu nō esset incommodius sensus, si iuxta secundā acceptionē daretur intelligentia. Docet enim Deus mites & humiles vias suas, consilia sua & opera facit eos intelligere, quē superbi (propter tumorē cordis) capere nō valēt. Superbis enim resistit, humilibus autē dat gratiā. ¶ Notandum autem, cum subditur in hoc versu vnde cimo, Requiritibus testamentū eius & testimonia eius, non ita hoc accipiēdum, quasi iuxta veritatem viā domini iis qui nō requirūt, non sint misericordia & veritas. Vere enim, etiam erga pessimum quemq; & alienissimum a testamento Dei & praeceptis eius, viā domini misericordia & veritas erunt. De veritate quidē nihil dubium erit, quādo promissa prauaricātibz poena illa persoluetur, & iuxta vindictā reuelabitur. Misericordia autē apparet, primum quidem prauia, dum illum priusquā ad vltionem adducit, tam multiplici miseratione pręuenit. Imō & in ipsa cōdemnationis sententia, non deicit prorsus misericordia, cum longe infra cōdignitatem accipiet poenam. Veruntamē quia omnis misericordia prauis malis exhibita, in illa vltima districtione & cōdemnationis sententiā per iustitiam cōtra eos proferēda, videtur absorberi (dum nullā ex prioribus illis miserationibus vtilitatē tenebunt, imō etiā grauius ob eas accipiet iudiciū) & quia pōdus illud intolerabile iustę sententiā tātum erit, vt quod simul aderit misericordia, nō sentiat: hinc quodāmodo erga illos videbūt viā domini carere misericordia, & videbitur hāc abesse, dum illa nimium aperte atq; clarissime superlucebit: quēadmodum iacobus dicit, iudiciū sine misericordia futurū illi qui non fecit misericordiam: cum tamen secundum veritatem nullus omnino hominum sit, qui iudiciū prorsus absque misericordia sit suscepturus.

XXV. PSALMI ARGVMENTVM.

**H**ominis iusti & ad perfectionem innocentiae sedulo conātis, hic Psalmus est: qui in testimonio bonae conscientiae sibi bene cōsciis contra inimicos petit a Deo fieri iudiciū pro sua innocentia, quā etiam a Deo probari & tentari (ne forte vlla subfit fictio, & vt gratia prioris mereatur augmentū) postulat. Enarrat autem particulatim suam iustitiam, quomodo veritatem dilexerit, iniquitatem autem detestatus fuerit, odio habēs iniquorum cōtus & conciliabula, innocentium societatem diligēs, quōd intēplo Deo sacro sit assiduus ad audiendum laudes domini, in quibus oblectatur. Atque haec quidem vsque ad versum nonum: vbi deinde, enarrat suam iustitiam, postulat a Deo non simili cū impiis perditione puniri, posteaquam ab illis vita sese & actibus differentem ante conspectū eius exhibuit. Constat autem hunc Psalmum non satis cōpetere iis, qui adhuc in imperfectiori sunt gradu, qui nondum totis viribus ad innocentiae perfectionem contendunt: neque adhuc validi satis videntur huiusmodi ad huius Psalmi pronuciationem. Nondum enim illi dicere valent, in innocentia mea ingressus sum, in domino sperans non infirmabor, Proba me, &c. Et quod in fine subiungitur, Ego in innocentia mea ingressus sum: & Pes meus stetit in directo. Quae tamen in medio Psalmi sunt, fere omnes qui nō prorsus impii sunt, vt eunque possunt fidenter de se dicere. Imō & priora & nouissima (quae secundum constantem pronuciationem non nisi perfectis cōpetunt) possunt nihilominus ab iis, qui imperfectiores sunt, sed bonae voluntatis, dici cum formidine, & diminutione, & quodam pudore, quasi agnoscentibus suum imperfectum: hoc ipsum autem quod in se aduertunt boni, Deo ferentibus acceptum. Sunt enim vt non dubium est innocentiae atque iustitiae gradus.

VIGESIMI QVINTI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Iudica me domine*

\* *quonia ego in innocentia mea ingressus sum.*

\* *in domino speras non infirmabor.*

2 *Proba me domine, & tenta me:*

\* *vire renes meos & cor meum.*



**D**omine Deus, qui indicas iuste, & facis vindictam innocentum, te oro fieri mihi iudicem: tibi meam causam cōtra aduersarios committo, vt pro me contra illos facias iudicium, qui sine causa me persequuntur: \* ego enim (te teste, simul & testimoniū perhibente mihi conscientia mea) sedulo conatus sum in iustitia ita conuertari, vt nemini quantum ex me nocuum in inferrem, neminēque offenderem eorum qui nunc me persequuntur: \* & in te domine sperans, ab innocentia mea non deficiam, non frāgar, non dissoluam, non infirmabor a virtutis & innocentiae proposito, sed ita bilis & fortis persiste in te cōfido, quātumuis me vrgeat aduersarii. 2 Et ne forte mihi ipsi falso adblandiar, placet mihi domine, vt secundum voluntatem tuam probes me ac tentes, quātum & sicut tibi expedire videbitur, ad eum modum, quo in igne probantur & purgātur metalla, ne forte aliud mihi de me videatur, quā sit in veritate: quēadmodū metalla priusquam probētur, saepe id esse existimāt, quod post cōspiciuntur non fuisse, dum probātur, vtq; per hāc probationem purior fiam, quēadmodum aurum vtrum igne probatum: \* vire tu domine, & igne pbationis tuę examina cūcta mea itima, affectio-

A

3 *Quoniam misericordia tua aere oculos meos est \* & complacui in veritate tua.*

4 *Non sedi cum concilio vanitatis: \* & cū iniqua gerentibus non introibo.*

B 5 *Odiui ecclesiam malignantium: \* & cum impiis non sedebo.*

6 *Lauabo inter innocentes manus meas: \* & circumdabo altare tuū domine.*

7 *Vt audiam vocem laudis:*

\* *& enarrem vniuersa mirabilia tua.*

8 *Domine dilexi decorem domus tuae:*

\* *& locum habitationis gloriae tuae.*

9 *Ne perdas cum impiis Deus animā meā:*

\* *& cū viris sanguinum vitam meam.*

10 *In quorum manibus iniquitates sunt: \* dextera eorum repleta est muneribus.*

11 *Ego autē in innocentia mea ingressus sum: \* & redime me, & miserere mei.*

12 *Pes enim meus stetit in directo: \* in ecclesius benedicam te domine.*

nes meas & intentionē cordis mei: ita vt ad purum excoquas omnem scoriam, & omnem vitiosam cōmixtionem absumas: quemadmodum per ignis examinationē & vstionem, probatum & purificatū efficitur aurum. 3 Est enim misericordia tua mihi semper ante oculos, in eam iugiter intēdo, ad illam aspicio, propter quam etiam non dubito spem meā omnem in te conicere, & propter quam probari a te nō formido, sperans & sciens quoniam fidelis tu es qui non patieris me tentari supra id quod possum: \* & veritas atque iustitia tua complacuit mihi, in ea mihi bene placuit, dilexi eam, & elegi ad custodiendū eam, inque ea ad finem vsque perseuerandum. 4 Ad hāc autem custodiendā veritatem, declinaui malorum cōfortia, reculans sedere in conciliis iniquitatis, conciliabulis hominum peruerforum (qui vanitatem tractabāt) nolens praebere consensum: \* & cum hominibus peruerfis, cum operariis iniquitatis nolui habere cōmercium, nolui illi commorari, neque cum eis, tanquā consentiēs eorum malitię, ingredi & egredi, aut cum eis non introibo in cōcilium, neque consentiam malis eorum actibus. 5 Congregationes & cōtus eorū qui mala cogitant, & iniquitatē tractant, ego odiui & detestatus fui, ex affectu cordis mei: & cum hominibus, in quibus nō est timor Dei, in quibus nō est pietas, nolo cōsistere, nolo villo pacto vel consentire, vel subscribere illis in malitia: sed quantum potero, elongabo me & separabo ab illis, ne quo modo cōtingat me coinquinari ab illis. 6 Cū hominibus autē Deum timētibus, qui in iustitia sese innocentes custodire studēt, cum his ego cōmunicabo, illis adhærebo, cum his familiariter agā: inter quos nō solum nō coinquinari, sed melior etiam possim fieri: \* & in locis, in quibus tuum nomē colitur, in quibus tu laudaris circum altaria, in quibus tuo nomini offertur sacrificiū laudis, ero assiduus, & tāquam circumdās illis adhærebo. 7 Ad hoc (inquam) circum altaria tua ero assiduus, in tabernaculo, & templo tuo nomini sanctificato, vt illic voces laudātium atq; psallētium tibi audiam, ministrorum tuorū: quę mihi omnibus cantilenis & omnibus musicis sonis longe sunt gratiores: \* vtq; cū psallentibus tibi etiam ipse pariter enarrē & eloquar p mea virili omnia mirabilia tua, quantum potero ea pronuntiādo ad gloriā tuā: idq; vel corde interius, vel etiam exterius oris sono, me pariter laudantibus ministris adiungēdo, & quasi vnum ex psallētibus constituendo. 8 Dilexi domine affectu magno decorum & splēdidissimum templum tuū, quod est tuo nomini dedicatum, in quo tu inhabitas vt in ornatissima domo tua: & huius sancti tēpli tui (in quo tu habitas & coleris) decorum multo amplius quā propria domus ornatum dilexi: \* & locum, in quo tu dignāter inter homines Deus inhabitas, secundum magnificentiam gloriae tuae, valde dilexi, adque eius decorem & ornatum (quantum in me fuit) promouendum, diligenter semper laboraui & laborabo. 9 Ne itaque domine Deus animam meam in perditionem venire sinas, in qua impii sunt peruenturi, qui innocentiam contēpserunt, tēque & cultū tuum ignorauerunt: \* & cū hominibus peccatoribus multis cōmaculatis foedissimis peccatis, in tēpore tuis & oppressoribus innocentum, ne perire sinas vitam meam. 10 Quorum manus plene sunt iniquitatibus & operibus pessimis, quae patrarunt, & donec viuant patrare sunt parati: \* qui in dextris suis accipiunt munera indifferenter ab omnibus, ad subuersionem iustitiae: ita vt quasi plene sint muneribus manus eorum, pro quibus vident & subuertunt iustitiam. 11 Ego verō huiusmodi nequaquam in prauitatibus suis cōsenti, neq; alsimilatus fui, neq; operatus similia, sed in iustitia innocenter cōuersari sedulo conatus fui: \* ac proinde, ne simili cum illis poena me inuoluas vt perdas, sed ecōtrario libera me a perditione, & misericordiam tuam perfectam ostende mihi in vita aeterna. 12 Ex munere enim gratiā tuā pedes mei steterūt in iustitia & in rectitudine, ambulaueruntq; in ea, & perseuerant vsque modo, perseueraturi quoq; (vt confido) in finem: \* & ego pro gratiarum actione laudem tibi & benedictionem reddam, in omnibus cōgregationibus sanctorum, in conspectu omnium timentium te, donec me perducas ante cōspectum vultus tui, vbi te sine fine collaudabo cum omnibus sanctis tuis in saecula saeculorum. Amen.

**V**erſu ſecūdo, Proba me domine, & tēta me. Nota homines iuſtitia tenētes in triplici eſſe diſtinctione. Inſimus enim gradus eſt eorum qui aduerſa toleratu leuia patienter ferunt, vbi aduenerint: nondū tamen eō peruenerūt, vt grauiora ferre ſint parati pro iuſtitia. Qui enim prorſus nulla ferre cum patientia ſuſtinēt, clarum eſt eos (vt prorſus mundanos & carnales) extra iuſtitia eſſe. Secundus eſt gradus eorum qui non leuia tantum, verum etiā quātūmuis grauiā, vbi aduenerint, ſuſtinēt patienter, potius quā iuſtitiam & veritatem deſerant: verum tamen paſſiones & toleratu difficilia horrēt, neq; appetunt, mallētq; abſque tribulatione prorſus vitam agere. Et ferunt quidem, faciētes (quod dici ſolet) ex neceſſitate virtutē: nondum tamen eō peruenerunt, vt afflictionem vel ipſi vltroneam aſſumere, vel à Deo poſtulare velint. Tertius verō gradus eſt eorū qui non ſolum ea quæ accidunt, quadā neceſſitate cogente, voluntarie tolerant, verum etiā in tribulationibus gaudere, eaſq; ſecundum dei voluntatem exoptare & cōcupiſcere didicerūt. Tales legimus beatiffimos Apoſtolos, qui ibant gaudētes à cōſpectu conſilii, quod digni eſſent pro Chriſti nomine pati, qui docuerunt in tribulationibus gloriandum: & omne gaudium exiſtimādum, cū in tētatione varias inciderimus. Talem in Actibus Lucas deſcribit Paulū, qui rogatus obnixē à fra- tribus ne Hieroſolymā aſcenderet, vbi tribulationes & vincula p omnes Eccleſias illi ſpiritus præ- Iacob. 1. dicebat, nequaquā conſenſit. Talis erat Ignatius, qui Romanos obteſtabatur, ne ſuam paſſionē im- A. 21. A. 21. pedirēt, cupiēs Chriſti frumētum dentibus moli beſtiarum, & cum eis felicem depugnare pugnā. Ignatius Talis quoq; erat Pſalmiſta, qui dicebat, Proba me domine, & tenta me, vre renes meos & cor meū. in Epist. Et tales nos eſſe cōuenit, cum iſta proferimus: cupiētes videlicet, quantum ex Dei voluntate fuerit, ad Rom. & quantum ipſe nobis expedire viderit, modis illi placitis prabari & vri: vt cum Auguſtino dica- mus, Hic vre domine, hic ſeca, vt illic parcas. ¶ Verſu ſeptimo, Lauabo inter innocentes manus meas. Lotio iſta manuum poteſt intelligi ad literam, corporalis, & ita cum ait, ſe lauare inter inno- centes manus ſuas, ſignificat ſuā ſe conuerſationem cum innocētibus habere, illiſq; familiarē ſe fieri, cum illis ad menſam accedere, illiſq; conuiuere, aſſidere, & adhærere: quemadmodum ecō- trario per uerſi cum peruerſis lauāt manus, id eſt, cum peruerſis cōuiuunt, habitant, & conuerſan- tur. Solēt enim pares ſociari paribus. Aut lotio iſta intelligi poteſt emūdatio à peccato & macula, Qui enim manus lauāt corporaliter, ſordes abluit, & ſit cādidiō. Ita quoq; iſ, qui inter innocentes & bonos habet conuerſationē ſuam, illiſq; aſſidue conuiuuit, illorum bona cōuerſatione, ſi in eius vita eſt vlla macula, emundatur, & ſit cōtinuo profectu (conuictorum exemplis allectus) mundior atque cādidiō. Impii ergo inter impios polluat manus ſuas, eaſq; ſordidiores indes reddant, pro- ficientes in peius. Iuſtus autē in medio innocentium lauabit manus ſuas. ¶ Verſu ſeptimo, octauo & nono, Circundabo altare tuum domine. Quæ hic dicuntur de altari domini, & de vocibus laudis, & de decore domus Dei, ad literā intelligi poſſunt cōmodiſſime de altari atq; domo materialibus, & laudibus cantorum voce factis, quomodo exponit Elucidatio. Vir enim iuſtus, & vere in innocē- tia ſua timēs Deum, nō ſolum in ſpiritu ipſum veneratur, verum etiā vniuerſa quæ ad Deū propin- quius ſpectāt, & velut è vicino ad ipſum attinent (quemadmodum ſunt loca Deo dicata, & laudes ſacrę quę Deo exhibētur in templis, ornātūſque templorum honeſtus & decēs) tametſi corporalia & externa, peculiari tamen reuerētia veneratur: quemadmodum ecōtrario illi in quibus vera non eſt pietas, nullā prædictis impendunt reuerentiā, ſed aut negligunt, aut contemnunt planē & irri- dēt. Poſſet nihilominus miſtice intelligi altare & domus Dei & voces laudis, in ſpiritu. Siquidem altare noſtrū, Chriſtus eſt: quem amoris affectu circūdamus, dum inter innocētes manus lauamus. Illud altare circūdantes, in cæleſtibus pſallentium angelorum voces ſpiritu audimus, ipſiq; iam in cælis poſiti noſtras laudes adiungimus: decorē quoque illius domus diligimus, cum mente ad cæ- lorum gaudia aſpiramus. Aut ad Eccleſiam militantem hæc omnia referantur. Hoc enim modo de corem domus Dei diligunt omnes perfecti & iuſti, dum pro Eccleſiæ bono ſtatu zelant, & quātum in ſe eſt, omnem deformitatem errorum, hæreſum, atque vitiorum auferre laborant.

XXXVI. PSALMI ARGVMENTVM.

**H**oc Pſalmo Dauid protectionis & auxilii diuini virtutem primum deſcribit ſex verſibus, dicens, neque caſtra hoſtium fortiſſima ſe timere, vbi Deum habuerit adiutorem. Deinde vſque ad verſum duodecimū quomodo vnam petitionem poſtulans, diuinam protectionem & ſuper inimicos victoriam ſit cōſequutus enarrat: & pro percepto beneficio, laudem & gratiarum actionem proponit. Poſt hæc verō vſque ad verſum penultimū, vt nondum ſecurus, domini miſericordiam deprecatur, vt ab ea nunquam deſeratur: ſed cōtra inimi- corum malitiā, diuina miſericordia, in omnibus reſta via dirigatur. At demum verſibus duobus nouiſſimis, in do- mini fiducia ſeipſum ſtabilit atque cōfirmat, credēs videre bona domini, & paratus expectare aduentum ipſius.

VIGESIMISEXTI PSALMI ELVCIDATIO.

**I** Dominus illuminatio mea & ſalus mea: \* quem timebo.



**D**ominus eſt illuminator atq; ſaluator meus, qui me in om- nibus agēdis illuminat, vt ſciā quid & quomodo age- re oporteat, & ſaluādo protegit, vt ſim in omnibus per- eum ſecurus: \* & quis eſt, propter quem ego conturbabor, talem habens ſaluatorē? cum nemo prorſus neque hominum neq; dæmonū inueniatur tam ad nocendum, potens, quā

**A** 2 Dominus protector vita mea: \* a quo trepidabo?

**3** Dum appropiant ſuper me nocentes, & cedant carnes meas.

**4** Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmi ſunt & ceciderunt.

**5** Si conſiſtant aduerſum me caſtra: \* non timebit cor meum.

**6** Si exurgat aduerſum me prælium: in hoc ego ſperabo.

**7** Vnam peti à domi- no hanc requiram: \* vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vita mea.

**8** Vt videam voluptatem domini: \* & viſitem templum eius.

**9** Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: \* in die malorum protexit me, in abſcondito tabernaculi ſui.

**10** In petra exaltauit me \* & nunc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos.

**11** Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis.

ſit hic meus dominus ad ſaluandū. 2 Dominus (cui nomen eſt omni- potēs) ipſe protector eſt vita mea, & deſenſor animæ meæ, aduerſum eos qui eam quarūt interficere. \* & quis ſiue hominū, ſiue dæmonū tam potēs aut validus, à cuius timore ego cōturbari debeam: aut qui mihi tam potenti deſenſore cōfirmato poſſit præualere? 3 Cum appropinquaerint cōtra me nocere quarētes inimici mei, dum aduer- ſus me inſurrexerint ad oppugnandū animo crudeli, ad interficiendū, tanquā cōmedere querētes carnes meas, vt me interficiāt ac deu- uorent. 4 Qui tribulant me, & affligunt iſti inimici mei, ipſi Deo me protegēte deſecerūt virib⁹, & fruſtrati ſunt à propoſito ac deſiderio ſuo, non potētes implere malitiā quæ cōtra me cōceperant: & quātum- uis conati fuerint, non potuerūt malitiæ ſuæ adhuc cōplere propoſi- tū. 5 Etiā cōtra me cōgregētur inimici in multitudine maxima, ca- ſtramētates in circuiui meo, & me obſideāt validiſſime ex omni parte, circumcingantq; in modum corona: \* non timebit tamē neq; cō- turbabitur pro hoc ſpiritus meus, in cæleſti ſperās auxilio. 6 Etiā aduerſus me omnes hi in præliū cōlurgant, incipiantq; aperta oppu- gnatione me inuadere, nō cōturbabor, nō deiciar animo, ſperās ſem- per, nec ſperare deſinens in deo illuminatore, ſaluatore & deſenſore meo q ſemper adeſt in opportunitatib⁹, & propē eſt iis qui tribulato ſunt corde, inuocātes eū in veritate. 7 Vnā rem, vnam petitionē præ omnibus & ante omnia poſtulauī à domino Deo meo, quæ eandē etiā perſeuerāter exquirā, & inſtanter poſtulabo, ad hāc contendā donec perfecte obtineam, quam mihi denegari nullatenus patiar: & quam vnam ſi obtinero, facile paruipendā alia omnia quæ deſiderari poſ- ſunt: \* hæc autē vna petitiō eſt, vt inhabitare poſſim in ſempiternū in domo domini, ſempēq; Dei domeſticus permanere: ita, vt & nunc in gratia cōfirmatus, donec viuā in Eccleſia militāte: quæ eſt domus Dei, tam numero quæ merito permanē, & poſt vitā corporis, in ciuitate ac maſione ſuperna, in æternitate inter domeſticos tuos merear inueniri: ſicq; columna ſiam in domo tua immobilis & firma, vt for- ras nunquam proiciat à cōſpectu tuo. 8 Vt experiri perciperēq; me- rear iucundiffimā voluptatē, & ſuauiſſimas domini delicias: & nunc quidē ſecundum præuiā deguſtationem ſupernæ dulcedinis, ex parte aliqua, & plenus in futuro, ſecundū perfectam ſatiētatē: \* & vt peruenire merear ad tēplum ſanctum ipſius in cæleſtes maſiones, in quibus Deus inhabitat glorioſus, tanquā in tēplo ſancto ſuo, vbi de- liciiis æternis perſuar cū electis. Hæc enim vnicam petitionem ſi merear obtinere, pro nihilo reputo omnes aduerſantium turmas, quæ ab illa petitione me, quātūmuis conentur, non poterūt facere alienum. 9 Idcirco autē huic vni rei inhærens, in nullo timeo neq; cōturbor, neq; illi mihi poſſunt præualere, quoniā abſcondit me dominus à facie inimicorū meorū, & quaſi in tabernaculo occultauit me ipſe præſentiā auxiliū ſui, ita vt ſub eius protectione quaſi in tabernacu- lo & domo ſecurus agam: \* in die belli, in tempore quo me oppugna- re vellent, in tēpore periculorum cum ipſi mihi mala meditentur, protexit me ab inimicis meis veluti in abſcōdito tabernaculi ſui: ita me diligētiffime cuſtodit, & cōſeruās, vt ex nulla parte ad me patere poſſit aditus aduerſariis meis: quomodo ea quæ habent homines chatiſſima, & quæ nulla ratione auferri ſibi patiūtur, ſolēt in abſcōditis & occultiffimis locis domus ſuę abſcondere, ne furibus vllus ad ea pateat acceſſus. Sic enim domin⁹ cū precioſam & chariſ- ſimā habeat animā meā, quaſi in abſcōdito ſui tabernaculi diligētiffi- ſime ſollicitiſſimēq; eā cuſtodit. 10 In firmamento ſuo atque forti- tudine qua me ſtabilit & ſuſtētauit, tanquam in fortitudine petre, ipſe dedit mihi victoriā, & glorificauit ſuper inimicos meos: \* & nūc ex Dei beneficio exaltatū eſt caput meū ſuper inimicos meos: nōdum ſuccubui, nōdum deiectus ſum à ſtatu aut propoſito virtutis, in quo me Deus in celſitudine cōſtituit, ſed perſto adhuc victor & ſuperior omnibus inimicis meis. 11 Propter hoc in gratiarū actionem circui- ui per omnia mihi facta à deo beneficia, mēte ea reuoluēdo, & per ſin- gula diligētē recogitando: & quaſi ſacrificium gratiſſimū obtuli in tēplo eius, ante cōſpectum eius hoſtiam laudis & gratiarum actionis ex animo deprōpta, cum magno clamore & vociferatione, præ affe- ctu gratitudinis: quæadmodum clamare ſolēt & vociferari homines,

Exod. 15. Pſal. 9. Pſal. 33. 1. Tim. 3. Pſal. 3. Pſal. 10.



\* cantabo, & psalmū dicam domino.

12 Exaudi domine vocē meā, quā clamauī ad te: \* miserere mei, & exaudi me.

13 Tibi dixit cor meū, exquisiuit te facies mea \* faciem tuam domine requiram.

1. Cor. 13. 14 Ne auertas faciem tuam à me: \* ne declines in ira à seruo tuo.

15 Adiutor meus esto, \* ne derelinquas me, neq; despicias me Deus salutaris meus.

16 Quoniā pater meus & mater mea dereliquerunt me: \* dominus autem assumpsit me.

Psal. 9. & 67.

17 Legem pone mihi domine in via tua. \* & dirige me in semita recta: \* propter inimicos meos.

18 Ne tradideris in animas tribulantium me: quoniā insurrexerunt in me testes iniqui \* & mentita est iniquitas sibi.

19 Credo videre bona domini: \* in terra uiuentium.

20 Expecta dominum

præ nimia letitia: \* neq; cessabo imposterū à laude ipsius, sed cantare eius nomini propono, & psalmos dicere (vt est equissimū) pro plurimis iisdemq; maximis quæ ab eo percepi beneficiis. 12 Tu verò domine me cum gratiarū actione & laude te deprecātem benignus aspice, vocēq; orationis meæ qua ad te clamare nō desino clemēter exaudi, vt tibi sit accepta laus mea, & exaudita fiat deprecatio: \* miserere mei, miserere domine, & exaudi deprecantē, vt vnam illam quam petiū mihi non deneges. 13 Tibi testificatur domine & loquitur cor meum, qui vides cordis mei intima, quōd te desiderem: facies quoque mea item te exquisiuit, semper ad te intenta, ad te directa & eleuata, tanquā ad id quod omnium maxime desidero: \* tuam faciem o domine Deus meus, ego toto corde & omnibus viribus requirā, tuā præsentiam, tuum benignum & gratiosum aspectū, quo aspicias electos filios tuos, ego semper tota affectione exquiram, & præ omnibus desiderabilibus concupiscā & petam, donec mihi demōstretur eam, donec perueniat facies mea ad cōtūdā faciem tuam, donec eo perueniam vt facie ad faciem te merear cōtueri. 14 Noli domine, noli auertere à me benignum aspectū tuū, quem exquiro, sed e contrario magis illum ad me misericorditer cōuerte: \* ne iratus aliquādo discedas vel paululū à me pauperulo seruo tuo, qui sine te neque sum aliquid, neq; possum aliquid: sed in benignitate tua mihi placabilis semper existas, & semper mecum permane in defensionem, atq; auxiliū meum. 15 Esto mihi auxiliator in omnibus necessitatibus meis aduersum omnes oppugnātes me: neq; aliquādo destituas me auxilio præsentia tua, \* neque despicias, derelinquas, aut abiicias me imperpetuū, o Deo, in quo tota mihi spes est posita salutis. Si enī tu me reliqueris vel ad momentū per subtractionē gratiæ aut protectionis tue, mox præualerit mihi in impetu aduersarii mei, & tam facile me sine te prosternerent, quā donec tu me es, præualere omnino non poterāt. 16 Tu (inquam) domine, ne me deseras. Ecce enim parētes mei carnales, omnēq; cognati & noti dereliquerunt me, non potētes mihi ferre auxilium aut salutem dare, cōtra tam potentes inimicos, qui me impugnant: neque omnino quicquā est in nominibus, à quo expectē cōtra eos auxiliū: \* G tu ergo domine qui solus me adiuuare potes, ad quem solū sunt oculi mei, assume me pauperē & orphanum, derelictū ab omnibus in protectionem & curam tuam. Tu enim pater es pauperum orphanorum atq; derelictorū, & index ac defensor eorū qui humano sunt destituti auxilio. Assume (inquā) me in filium pater, in discipulū præceptor, in ouiculā pastor, in seruum dominus, in clientē patronus, vt sis mihi vnus tu in omnib; sufficiens, quæ sunt meæ salutis necessaria. 17 Pone Dñe mihi legem in via tua, firma eam in corde meo, dans mihi intelligentiā præceptorum tuorum, secundum quam ambulam coram te, vt placeam tibi, & ad te merear exoptatissimū terminum peruenire: \* & dirige me per ducātū sancti spiritus tui in via recta, in obseruatione perfecta præceptorū tuorū, vt ea non trāsgrediar, declinans ad dexterā vel ad sinistram: \* idq; ego peto abs te, & tu mihi domine impēdas propter inimicos meos, qui maximo studio me conantur à via recta abducere, & morti tradere: vt quātū illi solliciti sunt in malū meū, tanto tu in bono me cōfirmes amplius: vt sic ipsi confundantur, & ego ab illorū malitia nullum accipiā nocumentum. 18 Ne permittas domine me venire in potestātē aduersariorū meorū, qui tērationibus & persequutionibus suis affligūt spiritū meū, neq; permittas illos præualere animæ meæ, aut super eā cōsequi dominū: \* Ecce enim insurrexerūt aduersum me testes iniquitatis & iniustitiæ, q̄ male de me loquūtur, & falsa aduersum me pronūciāt atq; testātur, vt ad mortē me valeāt perducere: \* & iniquitas eorū cōfinxit sibi mendaciā, ipsi sibi per iniquitatē cōfinxerūt falsa ac vana, quibus me innocentē ad mortis mala perducerēt. 19 Quantumcunque autem illi mentiantur, & fingāt falsa ac vana, eaq; aduersum me proponāt: ego tamen spero & cōfido visurū me bona sempiterna, quæ seruis suis dabit Dominus Deus meus: \* nō vtiq; in hac terra, quam mortales homines inhabitāt, sed in terra illa celestis patriæ, in terra absque mortis sensu æternaliter viuentiū. Illic me spero bonis sempiternis perfruiturum, in perfecto gaudio. 20 In hac autem spe confortatus te moneo ac hortor, anima mea, vt cū aduersorum toleratiā & æterno-

A

\* viriliter age:

\* & confortetur cor tuum, & sustine dominum.

rum desiderio, expectes dominum Deū tuum, quasi parata semper occurrere illi: \* expectas autē non otio torpeas, neque cesses ab operando bonū: sed fortiter operare opera Dei, prælia domini aduersum hostes præliando, & in operatione omni boni, dum tempus est, non deficiendo: \* confortetur in confidentia diuini auxilii & spe bonorum celestium, cor tuum: confortare in spiritu, & roborare, sicq; secure sustine dominum, & corde eum diligens, & expectans aduentum ipsius: donec adueniens, de tabernaculo militiæ huius te educat in habitationem gloriæ suæ: in qua triumphabunt vniuersi, qui prælia domini in finem vsque fortiter fuerint præliati, in gloria & deliciis sempiternis. Amen.

Galat. 6.

ANNOTATIONES IN PSALMVM VIGESIMVMSEXTVM.

**V**ersu sexto, In hoc ego sperabo. Facili⁹ est iuxta sententiā in Elucidatione expressam, vt nomen hoc siue referat, siue demōstret id quod processit initio Psalmi, protectorē videlicet illuminatorem & saluatorem: quasi dicat, In eodem hoc quem ab initio dixi illuminationem & salutem meam, & protectorem meum, semper ego sperabo, quantumuis illi insiliant, & ferociant contra me. Posset tamen etiam hanc habere intelligentiam, si exurgat aduersum me prælium, adeo nō turbabor, adeo non deiciar animo, vt etiā ex hoc sperem diuinā gratiā maiora mihi aduētura munera. Qui enim fortiter in præliis domini rem gesserit, restiteritq; viriliter, impugnantibus aduersis potestatis, meretur ampliora à domino accipere dona gratiarum. Et quæ admodum milites bellicosi non solum non detrectant pugnam, sed etiam gestiunt quodammodo, & velut anhelant ad pugnam, tum propter lucra & spolia, tum quōd suas vires gaudeant exercere, & duçi suo suam fidelitatem cōmendare: ita spiritualis domini bellator in domini virtute confidens non tantum non debet fugere aut timere prælium, & tentationes diaboli omnino exhorrescere, verum etiam quodammodo cum letitia suscipere, & aggredi animo prompto, cōfidens ex hoc suo domino probatior & acceptior fieri. Atque iuxta hanc sententiā legimus perfectiores quosdā ex patribus, vt pote magnum Antonium, & simplicem Frācisum, demonum exercitus etiam inuitasse, & velut prouocasse atq; extimulasse ad pugnam. ¶ Versu septimo, Vnam petiū à domino. Vna est petitiō, vna res est, quæ quilibet iustus & petere debet & requirere: id est, sedulo postulare, & velut pro ea cōtendere, ita vt omnino nolit illa priuari. Hęc est æterna & perpetua nostri spiritus humani cū Deo cōiunctio, & vnio beatitudinis æternæ. Multa quidē postulamus & varia, sed in hoc vno summam includuntur omnia, quæcunq; ad salutē nostrā postulare possumus. Cetera autē quæ ad hanc vnam non spectāt, vt tēporaria siue corporalia bona, possunt quidem vt cunq; ab hominibus peti & postulari, quatenus videntur fore commoda & conducibilia spiritui (vt pote necessaria corpori, & ad virtutis exercitiā opportuna adiumenta) verū requiri ista non debēt, id est, non omnino quis pro illis debet cōtendere vt à Deo accipiat, sed submittere magis huiusmodi petitiones diuinæ voluntati, vt si expedire non iudicet quod postuletur, nō præstet. Versu octauo, Vt videam voluntatē domini. Videtur hoc in loco facta deprauatio vulgarē lectiōnis, ex mutatione vnus literæ, nēpe p, in, n: videturque pro voluntatem, legendum voluptatem. Primum enim, sensus magis quadrat proposito. Deinde, vtraq; lectiō & Græca & Hebræa voluptatem habet, & nequaquam voluntatē. Nam ex Hebræo vertit beatus Hieronymus pulchritudinem domini. Alii amicitiam vel iucunditatem vel dulcedinem interpretātur, quæ omnia voluptatem sonāt. Habet similiter & Chaldaea Paraphrasis. Quin & beatus Augustin⁹ in suo Psalterio manifeste legit, & clarissime exponit delectationē domini. Græca verò litera (ex qua immediate nostri Psalterii versio facta est) habet τὴν ἐπιθυμίαν quod manifeste sonat voluptatem. Cum itaque in vna litera apud Latinos stet mutatio (quæ facile admodū fieri potest) & vtraq; consentiat originalis lectiō, atq; ipsa etiam faueat sententiā, satis probabile est factam esse mutationem. Nos tamen, licet in Elucidatione ita expressimus, ob hoc nolimus ex nostra autoritate publicam mutare lectiōnem, sciētes non hoc esse nostri officii: satis esse putamus, si id admonuerimus quod videtur probabilius. Potest nihilominus, si voluntatē legamus, cōueniēs dari intelligentiā, imò eadem penē cum altera lectiōne quæ habet voluptatem. Cum enim datū nobis fuerit videre voluntatē domini, id est, frui voluptatē & gaudio beatitudinis æternæ, tunc pariter & videbimus voluntatem domini, illā videlicet qua nos summe vult, & cupidissimè optat fieri saluos: hanc tunc videbimus plenissime impletam in nobis. Hęc est (inquit Christus dominus) voluntas eius qui misit me, vt omnis qui credit in me, non pereat, sed habeat vitam æternam. Proinde, eadem ex vtraq; lectiōne sententia potest accipi. ¶ Versu vltimo, Expecta dominum viriliter age. In Elucidatione ita exposuimus hūc versum, vt sit exhortatio hominis, siue ad animā suam, iuxta quod in alio Psalmo dicit, Cōuerte anima mea in requiem tuam, siue ad semetipsum se cōuertentis, atq; seipsum ad patientiam & perseverantiā exhortātis. Posset nihilominus accipi vt exhortatio generalis, quam Propheta postquam suam proposuit fiduciā, dicit, Credo videre bona domini, etiā ceteros ad idem inuitādo, generaliter facit: tanquam si dicat. Ego confido visurum me bona domini in terra viuentium. Et tu quisquis es, qui eadem cupis assequi, & à Deo similiter auxilium & salutem obtinere, expecta dominum, & viriliter age: spiritu cōfortare, & esto robustus, & ita securus expecta dominum.

Ioan. 6.

Psal. 114

XXVII. PSALMI ARGVMENTVM.

P salmus iste aptam præbet fidelibus orandi formam. In quo considerans fidelis pessimam quæ manet impios retributionem, ad Deum clamorem orationis dirigit, vehementer & multis verbis postulans, vt cum illis in retributionem non veniat, neque similem cum illis mereatur accipere sententiam qui dolo se agunt cum proximis suis, atque ob hoc iustam accipient secundum opera sua cõdemnationem. Atque hæc primis septem versibus. Hinc vero concepta in Deo fiducia, & interno testimonio confortatus, surgit ad gratiarũ actionem, dominum suum protectorem & adiutorem, carne reslorescente & animo hilari collaudare paratus: cui omnem victoriam & omnem salutem tam suam quam populi totius ascribit: nouissimo versu, pro vniuerso populo Dei futdens orationem, vt illum saluum facere & benedicere dignetur, atque in æternum exaltare.

VIGESIMISEPTIMI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Ad te domine clamabo: \* Deus meus ne sileas à me, nequãdo taceas à me, \* & as similabor descendenti- bus in lacum.



D te domine leuabo vocem orationis meæ, & ex affectu magno te inuocabo, qui solus mihi potes es prestare qui postulo: \* tu vicissim domine me clamate ne taceas, ne despicias te deprecantẽ, ne tanquã surdus, tanquam qui non audieris, a responsione sileas: sed ex aduerso loquere mihi verbũ miserationis, & responde verbũ exauditionis: \* alioqui enim (si tu silete & tacere volueris, neq; responderis mihi) similis siã iis qui degunt in inferno, & quasi vnus ero de numero illorum qui iam descãderunt in illũ. Quos enim tu nõ exaudieris, quos tu respõsione nõ fueris dignatus, hi iam inter mortuos deputati sunt, & quasi desperati atq; reprobi a conspectu tuo: quẽadmodum qui iam in infernum descãderunt, quãtuncũq; clamẽt, respõsionem abs te nõ merẽtur, sed quasi surdus nõ attẽdis clamorẽ illorũ. 2 Ne ergo domine mihi sic obsurdescas, sed exaudi benignus vocẽ deprecationis meę, qua oro ante conspectum tuũ: \* cum ex affectu pię deuotionis atque ex desiderio impetrationis in oratione positus, eleuo manus meas, siue spirituales mentẽ atq; affectum: siue etiam corporales, versus caeleste tabernaculum tuũ, in quo vt in tẽplo sancto tuo inhabitas. 3 Ne me simul in eandẽ portionem tradas cum iis qui sese peccatis maculat, tuãmq; sanctissimam voluntatẽ multipliciter transgrediuntur absq; pœnitẽtia: ne eadem me cum illis retributione pœmies, neq; cum illis in eandẽ punitionem venire patiaris: \* & ne me in eandẽ perditionem venire sinas, ad quã vëturi sunt operarii iniquitatis, quos a te iudicis maledictos in ignẽ æternum abire. 4 Qui duplici corde existẽtes, ore quidem & verbo simulant pacem & dilectionem cum proximis suis: \* cum sint mala in cordibus eorũ, & mala meditẽtur aduersus proximos in cordib9 suis, sicq; longe diuersum est cordis desiderium atq; propositũ a sermone oris, & loquuntur in dolo proximis suis quod tibi est abominabile. 5 Atq; iis quidem qui huiusmodi sunt, tu Deus, secundum ordinẽ iustitię tuę, reddes pœmia operibus talibus condigna: \* & mercedẽ persolues cõuenientem nequitia; atq; prauitatis astutarũ cogitationũ suarum, quas adinuenerunt & effinxerunt ad deceptionẽ proximorum, nimirum æternam mortem, quę est peccatis debitum stipendium. 6 Mercedẽ congruam dabis illis iuxta ordinẽ iustitię tuę, secundũ opera sua, quã in vita egerunt: \* retributionẽ cõgruã & pœmium cõdignum, quod suis malis actibus iuste cõmeruerunt, persolues eis. Vnusquisq; enim secundũ suum laborẽ atq; accipiet mercedẽ: & tu reddes vniciq; secundũ opera sua: iis qui bona egerunt, vitã æternã: illis verò qui mala, ignem æternum. 7 Idcirco autẽ pœmio pessimo, morte æterna punies illos, quoniam noluerunt intelligere vt bene agerẽt, noluerunt intelligere opera Altissimi, nõ cognouerunt opera tibi grata & placita, nec intẽderunt cuiusmodi operibus, quib9 tibi placere possent: \* neq; intelligere studuerunt opera manũ tuarũ, quę tu fecisti, facis, & facturus es in nouissimo: sed adeo fuerunt immeriti terrenis rebus, & adinuentionibus suis malis adeo intẽti, vt non cõuerterẽt se ad cognoscendũ te in mirabilibus operibus tuis, neq; ad intelligẽdum quibus operibus tibi placere deberẽt: \* atq; ob hoc, quia te noluerunt dum tẽpus fuit cognoscere, te nõ studuerunt bene operando sibi placere, ob hoc in nouissimo die perdes eos sententia dãnationis æternę, & non saluabis eos: non videbunt salutem iustorũ, nec cõdificabuntur cũ illis a te in adificio ciuitatis tuę. Sũt enim lapides inutiles, & igni æterno sua prauitate preparati.

Matt. 7. Lucã. 13. cũ operantibus iniquitatem ne perdas me.

4 Qui loquuntur pacem cum proximo suo: \* mala autem in cordibus eorum.

Roma. 6. cũdum nequitiam adinventionum ipsorum.

1. Cor. 3. Matt. 16. Matt. 25. 6 Secundum opera mercedem eorum tribue illis: \* redde retributionem eorum ipsis.

Psal. 35. 7 Quoniam non intellexerunt opera domini: \* & in opera manuum eius: \* destrues illos, & non adificabis eos.

A 8 Benedictus dominus \* quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ.

9 Dominus adiutor meus & protector meus: \* & in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum.

10 Et resloruit caro mea:

B

\* & ex voluntate mea confitebor ei.

11 Dominus fortitudo plebis suę:

\* & protector saluationum Christi sui est.

12 Saluum fac populum tuum domine:

\* & benedic hereditati tuę:

\* & rege eos, & extolle illos vsque in æternum.

8 Ego verò testimonio tuo interno beneficientis, & bene confidens, in horum numerum non venturam animam meã, benedico te domine Deus meus, laudo & glorifico: \* propterea quòd exaudieris vocem orationis meę, qua deprecatus sum, & iugiter deprecor faciem tuam, ne similem me fieri illis permittas, aut in eandẽ venire perditionẽ. 9 Tu domine adiutor meus es & eris, atq; item protector, & a te erit semper adiutorium meũ, atq; mea protectio: \* & in te domine spẽ omnem constitui ex corde meo, ex pleno affectu bonę voluntatis meę, & ita accepi abs te auxilium. Qui enim tibi fidunt, sentiunt tuũ adiutorium. 10 Adueniente autem adiutorio gratiã tuę in animam meam, non solum spiritus ipse interius inhabitãs cõfortatus est, sed & caro exterior quasi particeps facta internę visitationis & lætitię, nouum accepit vigorẽ, & quasi resloruit atq; reuiguit: depositõq; senectutis velut torpore, iterũ cœpit reuirere & reiuuescere, quasi noua accepta fortitudine, parata in omne opus bonũ: quẽadmodum is qui lassatus ex itinere, famẽq; & siti exhaustus flaccidus in ambulatione, cũ panis & vini vel paululum degustauerit, noua assumpta fortitudine veluti reslorescit atq; reuirescit exterius, paratus iam ad pergẽdum viã quę cœperat alacritate pristina: \* & sic tuę gratiã adiutorio cõfirmat9, paratus sum ex bonã & prompta voluntate, ex corde lato & alacri, spiritu p̃opto & hilari, tibi cõfessionẽ laudis persoluerẽ omnibus diebus vitę meę. 11 Tu domine es fortitudo populi tui, in quo populus tuus valet quicquid valet, & sine quo nihil omnino potest: \* & Ioan. 15. specialiter tu es protector atq; author p̃cipuus omnium saluationũ quas fecit Christus tuus rex populi tui, quem super populũ vnixisti, & cõstituisti loco tui. Omnem enim salutẽ quę facio ego, David seruus tuus pro populo tuo, omnem victoriã quę consequor, non ascribo fortitudini populi mei, neq; mihi ipsi quem super populum tuũ constituisti: neq; nobis ipsis damus gloriã, sed tibi soli Domine Deus nofer: quo protegẽte, defendente, & dante fortitudinem, hostes sunt in manibus nostris, & nos saluamur de manibus eorũ. 12 Tibi ergo domine vt in omnibus damus gloriã, ita quãso, vt populũ tuum (qui tui nominis vnus est cultor) semper tua celesti propugnatione saluũ facias ab omnibus tã visibilibus quã inuisibilibus inimicis: \* & populo huic quem tibi in hereditatẽ specialem & in peculiũ ex omnibus gẽtibus elegisti, vt habitares in medio eius, caelestis tuę benedictionis gratiã largiter infunde, vt ab inimicis sint te protegẽte securi, & tuo nomini (benedictione superna interi9 viuificati) semper sint permancant; deuoti: \* rege quoq; illos, & pasce vt pastor bonus, & dirige eos in omnibus agẽdis, vt semper ambulẽt, corã te in corde perfecti: & extolle atq; exalta illos super inimicos suos vt nunquam veniant in subiectionem malorum. \* Exalta quoq; illos, & magnifica in sublimitate glorię tuę æternę, in qua glorificas omnes electos tuos: vt sicut nunc tibi corde fideli famulãtur, ita tecũ post laborẽ operationis sublimentur in requiẽ glorię tuę sempiternę, quam tu possides vnus & trinus ante omnia sæculorum sæcula. Amen.

Ioan. 15.

Esaia. 19.

ANNOTATIONES IN PSALMV M VIGESIMVM SEPTIMVM.

D Versu primo, In vltima particula versus, Et asmilabor descãdẽtib9 in lacũ. Nota diligẽter nouã acceptionẽ & significatiõẽ cõiunctionis, & nõ enim hoc loco simpliciter (vt solet) accipitur, sed posita est quasi pro alioqui, quẽadmodum & in Psalmo. 143 cum dicitur, Non auertas faciẽ tuam à me, & similis ero descãdẽtib9 in lacum. Est autẽ sentẽtia & hic & illic similis, tanquã si diceret orans, Nõ auertas faciẽ tuam à me: Alioqui, si tu auertas: vel, nam si auertas, mox asmilabor descãdẽtib9 in lacum. Ita & hic, Ne taceas à me: alioqui enim, id est, si tu taceas à me, asmilabor descãdẽtib9 in lacum. Quãuis autẽ hæc acceptio coniunctionis, & raro admodũ occurrat: cogit tamẽ his in locis intelligẽtia, vt ad eum modum accipiatur coniunctionalis illa enunciatio: alioqui nulla haberetur recta sententia. ¶ Versu decimo, Et ex voluntate mea confitebor illi. Ex voluntate confiteri, est corde alacri & hilari laudare. Et iuxta eundẽ modum dicitur in Psalmo. 53. Voluntarie sacrificabo tibi, & cõfitebor nomini tuo domine, quoniam bonum est. Idẽ enim illic est voluntarie, quod hic ex voluntate. Quia enim id quod inuitus fit, vel ex coactione, vel tantum ex consuetudine, solet cum torpore & pigritie fieri: contra verò, ardẽter & hilariter, quod ex propria siue bona voluntate: inde hæc videtur locutio proficisci, vt ex voluntate vel voluntarie dicamur facere, quod hilariter & hacriter ex bono ac prompto corde volumus perficere. ¶ Versu penultimo, Protector saluationum Christi sui est intelligitur David loqui de seipso, quasi sub alterius persona. Christus enim domini erat ipse, postquam in regem populi domini secũdũ

Psal. 143.

Psal. 53.


electionem fuerat inductus. Hoc enim nomine frequenter inuenimus Saulem ab ipso honorifice nominatum. Non mittam inquit manum meam in Christum domini, & alias frequenter. Significat ergo hoc verbo, omnem victoriam & salutem, quam ipse ut rex populi Israelitici faceret, non ex se esse, neque ex populi cui praeerat fortitudine, sed ex domini magis auxilio & protectione. Sed & si ad David mysticum, ad Christum dominum patris filium, spiritualiter referamus intelligentiam, etiam sic verum est, Deum esse protectorem saluationum Christi sui. Salus enim & victoria quam operatus est Christus dominus in generis humani redemptione, Deo auctore facta est: id est, ex virtute diuinitatis est profecta. Verum prior intelligentia minus torta videtur, & quadrare aptius. Versu ultimo. Posset in verbis huius versiculi assignari iucunda petitionum diuersarum distinctio. Primum enim petitur saluatio populi, cum dicitur, Saluum fac populum tuum domine. Deinde, ipsius populi saluati benedictio: Tertium, ut a Deo regatur. Quartum, ut extollatur exaltatione aeterna. Primum enim est, ut a peccatis & mortis obligatione saluemur: deinde, ut a peccatis liberati benedictione caelestium gratiarum consequamur: post hoc, ut Dei semper cura regamur & dirigamur, ne in dimissa peccata iterum recidamus aut collata bona perdamus: ac tandem post haec omnia, ut ad exaltationem gloriae aeternae subleuemur.

XXVIII. PSALMI ARGUMENTVM.

Videtur David cum hunc Psalmum caneret, fuisse singulari & peculiariissima quadam illuminatione edoctus, de cunctis edificandae nouae Ecclesiae mysteriis: quae hic ita luculenter aperit, ac si completa iam euideret, mira verborum magnificentia. Estque Psalmus iste exhortatio fidelium ad laudem Christi domini, propter multiplicata & maxima beneficia, quae ipse in mundum adueniens, per veritatis doctrinam & Apostolicam praedicationem, electis exhibuit. Monetur itaque afferre oblationem domino, & sacrificare filios arietum, gloriam & honorem, & adorare in caelis regnantem, cuius vox (nempe praedictio Evangelicae veritatis, quam primum per seipsum, deinde & per Apostolos praedicauit) effusa est super omnes populos, quasi vox tonitruum super aquas multas, cum magna virtute & magnificentia, in ostensione signorum & prodigiorum mirabilium, ita ut etiam electissimi plurimi, tanquam cedri Libani, fuerint hac praedicationis voce conuersi & humiliati atque contracti: per quam praedicationem, credentibus diuisa sunt spiritus sancti dona, concussus est desertum gentium, atque etiam populus Iudaeorum, dum ex utroque populo plurimi sunt conuersi: per quam insuper fideles quasi cerui sunt parati, & ad omnia alacres facti, condensa siue occulta sunt patefacta: per quam multitudo populorum, quasi aquae inundantes in modum diluuii confluerunt in alueum Ecclesiae, in cuius medio residet ipse Christus dominus idem qui ad patris dexteram, populo suo dans fortitudinem & benedictionem, ad pacem aeternam.

VIGESIMO OCTAVI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Afferte domino filij Dei:



Os o fideles omnes, qui per Christum ex filiis ire facti estis filii Dei, plurimo & multo maximo vobis impenso beneficio, in gratiarum actionem, afferre hostias, ad immolationem & sacrificium: \* afferre (inquam) praestantissima & optima quaeque quae habetis cuiusmodi sunt in sacrificiis corporalibus filii arietum: id est, oves & agni, quae sunt in oblationibus & sacrificiis legalibus praeter ceteris animalibus acceptiora. \* Afferre iterum vos ipsos atque vos mutuo, qui estis filii arietum Patriarcharum & Apostolorum, qui vos in Christo, ut arietes oves genuerunt, suntque vobis duces & antecessores in fide Christi, & primi in gregibus Ecclesiae: vos ipsos quidem afferre, ut hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, in omnibus exhibentes vos sicut Dei ministros: vos inuicem quoque afferre, curantes proximos ad cultum & seruitutem Dei adducere, ut qui audit, dicat, veni. 2 Afferre ad immolationem & sacrificium Christo domino facienda, gloria & honorem, quae sunt illi gratissima sacrificia praeter omnibus quae postulat a nobis. Nihil enim tam nos illi debemus pro maximis suis erga nos beneficiis, nihilque vicissim adeo a nobis ipse postulat, quam ut illi gloria & honorem exhibeamus, & laudis hostias semper offeramus, vitulos laborum nostrorum contentium nomini eius: \* & si requiritis, quo pacto gloria illi & honorem afferre debeatis, hic modus est praecipuus, ut puro corde ipsi in spiritu & veritate adoretis, residentem gloriosum in aula sancta sua: patriam illi & cultum summum, soli summo & primo enti omnium dominatori debitum, exhibere, residet in amplissimo & augustissimo caelorum habitaculo, vno eodemque & penitus aequali honore cum patre Christum filium venerates. 3 Si requiritis, beneficia quae sint & mirabilia ista, pro quibus adorare & gloria dare exhortor, praecipua quadam breuibus commemorabo. Ecce enim vox domini effusa est super aquas multas, super omnes populos: quando per semetipsum primum, ac deinde per suos Apostolos praedicauit dominus Evangelicae veritatis doctrinam, per vniuersum orbem, in omnibus gentibus & populis: \* Christus Dominus (qui erat in

\* afferre domino filios arietum.

1. Cor. 4. 2 Afferre domino gloriam & honorem: afferre domino gloriam nomini eius: \* adorare dominum in atrio sancto eius.

3 Vox domini super aquas.

\* Deus maiestatis in-tonuit.

A

\* dominus super aquas multas.

4 Vox domini in virtute: \* vox domini in magnificentia.

B 5 Vox domini confringentis cedros: \* & confringet dominus cedros Libani.

6 Et conminuet eas tanquam vitulum Libani:

\* & dilectus quem admodum filius vnicornium.

7 Vox domini intercedentis flammam ignis:

\* vox domini concutientis desertum:

\* & commouebit dominus desertum cades.

8 Vox domini praeparantis ceruos:

maiestate & aequalitate patris ipse quasi tonitruum vocem edidit in mundo: quae apud omnes nationes, in omnibus finibus orbis terrarum, brevissimo temporis spatio audita est, quemadmodum tonitruum sonus longe ac late diffunditur per vniuersam regionem. \* Tonitruum etiam vocem emisit, quia terribiliter insonuit, ita ut commouerentur corda infidelium ad poenitentiam: & ab infidelitate ad fidem potenter conuerteret plurimos in omnibus finibus terrae: \* Dominus (inquam) hoc pacto super populos multos (Aqua enim multae, populi multi) fortiter in-tonuit, & vocem fortissimam emisit. Atque hoc maximum est beneficium, quo Ecclesia ex gentibus congregari ad fidem, & in ea edificari coepta fuit. 4 Vox autem ista domini non fuit infirma & impotens, sed magnae admodum virtutis, potens valde & efficax, ad operandam conuersionem multorum populorum, ad penetrandum intima cordium: \* vox ista domini in magnificentia apparuit, virtute signorum atque prodigiorum sequenti confirmata, & mirum in modum glorificata, factaque hac confirmatione nimium credibilis. 5 Vox illa domini tanta fuit virtutis, & tam magnifica, ut etiam cedros electas arbores sufficeret confringere, id est, sublimes & potentes saeculi a sua superbia conuertere, atque sub fidei iugo humiliare: \* & confregit dominus per virtutem huius praedicationis suae, etiam electissimas cedros, quales sunt quae in Libano crescunt, id est, magnos etiam & gloriosos tam potentia quam sapientia, aut nobilitate humana (qui sunt tanquam cedri Libani) ab infidelitate & superba vanitate sua auertit, atque ad humilitatem fidei inflexit. 6 Neque verò magna difficultate confrigit & humiliavit sublimes illas cedros, sed mira facilitate, quemadmodum pinguem, delicatum, & tenerimum vitulum (cuiusmodi sunt qui in Libano pascuntur) facile est conminuere, & agere quocumque quis voluerit. Fecit enim vox Evangelicae praedicationis quasi agnos mansuetissimos, & quasi vitulos teneros, atque ad omnia facile agitabiles, eos qui prius tanquam cedri per altitudinem superbiae, & duritiam feritatis, insuperabiles & intradabiles videbantur: \* & ipse per quem haec omnia sunt, Christus dominus est, patri suo singulariter dilectus, quemadmodum filii vnicornium qui erga suos fortis probantur dilectionem habere specialem. Ita hic, speciali dilectione admodum fuit suo patri dilectus, & ipsi in suo filio fuit beneplacitum. 7 Ad vocem insuper Evangelicae praedicationis, dispartitus est fidelibus spiritus sanctus, qui est veluti flamma ignis, corda illuminans, purgans, & inflammans: cuiusque dona velut diuisa sunt, ac tanquam inter cetera distribuendo: dum alii quidem per spiritum dabatur sermo sapientiae, alii sermo scientiae, &c. In quorundam multiplicitate, quasi inter cetera videtur flamma ignis, & diuisio vnius spiritus, cum haec omnia operetur vnus atque idem spiritus, diuisus singulis prout vult: \* per vocem hanc concussus est populus gentium, qui erat omnino desertum, prorsus alienus a Deo: & percussus est Apostolica praedicatione, quasi malleo, ut salubriter conuerteretur ad poenitentiam. Est enim verbum domini, quasi malleus conterens petram: \* commouit quoque vox ista Apostolica praedicationis non solum populum gentium (qui erat velut prorsus desertum, ac perfecta solitudo, omnino a Deo derelicta) verum etiam populum Iudaicum qui erat quidem desertum, quatenus perfecto, vero ac spirituali cultu destituebatur: sed desertum cades erat, desertum sanctificationis, habens legem sanctam, & sancta qualiacumque sacramenta: propter quae non simpliciter, neque omnino (ut gentium populus) erat desertum. Atque etiam hos commouit dominus sua voce, multos ex eis ad veritatem Evangelicam inducendo, quotquot ad vitam praeparatam fuerant ex eis: & item commouebit plures ex eis in fine temporum, post Antichristi persecutionem. Ceteri verò qui conuerti noluerunt, ipsi commoti sunt in facili cetero odio & inuidia, contra praedicatorum Evangelicos, & aduersum illos insurrexerunt, prohibentes illos (quantum in se fuerat) loqui in deserto gentium, verbum veritatis. 8 Vox domini ipsa sibi parauit fideles suos, quasi ceruos, alacres & promptos animo, ad currendum velocissime per vniuersum orbem, ad ascendendum summa montium, fastigia virtutum, & culmen perfectionis Evangelicae, atque ad pugnam cum serpente diabolo, eumque de cauernis in quibus latitat (de cordibus infidelium) extrahendo: quae omnia sicut ceruis cooperit corporaliter, ita fidelibus quos Dei vox sibi praeparat, & suo ministerio aptos



\* & reuelabit con-  
densa:

\* & in templo eius o-  
mnes dicent gloriam.

9 Dominus diluuium  
Ephc. 3. inhabitare facit:

\* & sedebit dominus  
Ephc. 2. rex in aeternum.

10 Dominus virtutem  
Apoc. 19. populo suo dabit:  
\* dominus benedicet  
populo suo in pace.

facit, spiritualiter recte conueniunt: \* & reuelauit dominus per vocē E  
Apostolicae praedicationis occulta & abscondita fidei Christianae & ve-  
ritatis Evangelicae mysteria, quae ante multiplicata figurarū & inuo-  
lucris ceremoniarum erant velut testa & occulta, quemadmodum ea  
quae foliorum densitate sunt operata: \* atq; hoc peractis, patefactis fi-  
dei Christianae mysteriis, quae ante fuerat occulta, fideles omnes in Ec-  
clesia (qui huius veritatis reuelatae facti fuerint participes) dabūt glo-  
riam omnipotenti domino, qui ista in plenitudine tēporis dignatus  
fuerit manifestare, quae saeculis praeteritis nō erant agnita. 9 Domi-  
nus per vocē Evangelicae praedicationis multitudinem copiosissimā  
populorum ex gentibus conuerforū, tāquam aquam copiosam & in-  
modum diluuii inundantē, fecit inhabitare in hoc tēplo suo, in vni-  
tate sanctae Ecclesiae ciues sanctorū eos faciens, & domesticos Dei, ex  
hospitibus, & aduenis, quales prius fuerant: \* & ipse vt omnū domi-  
nator, & super omnia tenens imperium, vt rex regum & dominus do-  
minantium, sedebit, & regnabit sine fine in saecula saeculorū in vtraq;  
Ecclesia, tam militante, quā triumphāte: qui immobilis manens in F  
sua quiete, hęc omnia in tēporis plenitudine operatus est pro nobis.  
10 Ipse quoq; sedens in maiestate sua, curā gerit populi sui, dabitq;  
in fortitudinem: qua & inimicis resistere valeat, & ea quae recta ac bo-  
na sunt operari: \* Dominus benedictionē multiplicem spiritualium  
omnium gratiarū dabit populo suo, dans illi pacem, temporalē quidē  
idem, quantum ipsi expedire videbitur: spirituales verō atq; inter-  
nam, nūc in gratia, pōst in gloria sempiterna: cuius pacis & nos quo-  
que participes facere digneris, domine Deus noster, qui trinus & vn⁹  
vni⁹ per aeterna saecula, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XXVIII.

**I**llud aduertendum est, per totum hunc Psalmū, frequenter eadē replicari: veluti cum in ipsius  
principio, verbum afferte tertio ponitur: & cum toties vox domini, vox domini, pene ad finem  
vsq; replicatur. Itē versu tertio particulatim, & quasi concise, singulae particulae eferuntur, Vox  
domini super aquas: & Deus maiestatis intonuit: & iterum, Dominus super aquas multas, vbi par-  
tes incompletę sunt. Iterumq; versu quinto, Confringentis cedros, vbi mox lubditur, Et confringet  
dominus cedros libani. Hęc (inquam) omnia, sic vel replicata vel concise atq; imperfecte prolata,  
ad magnificentia faciunt sermonis, & vehementia exhortationis, quę in hoc Psalmo ad vniuersos  
dirigitur qui sunt in Ecclesia fideles. ¶ Versu 3, Vox domini super aquas. Vox illa domini super a-  
quas accipi posset vox paterna, quę cū in Iordane baptizaretur à Ioanne Christus dominus, audita  
est, de eo testificans, ac dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Nos tamen in  
Elucidatione in totius Psalmi processu, per vocē domini intelligimus praedicationē veritatis E-  
uangelicae: cui omnia quę sequuntur aptissime consonant: & magis hęc intelligentia videtur ppo-  
sito conuenire, q̄ illa altera de voce paterna. ¶ Versu 5, 7, & 8, Cum per genitiuū dicitur, Vox do-  
mini confringentis cedros, intercidentis flammā ignis, concutientis desertū, preparantis ceruos, vi-  
derentur orationes clariores, si genitiui illi mutarentur in nominatiuos, hoc modo, Vox domini  
confringens cedros, intercidens flammā ignis, &c. Atq; ad hunc modū vertit omnia casu nominati-  
uo diuus Hieronymus ex Hebręo Gręca tamen lectio (quę nostrę Latinae vulgatae respondet, & ex  
quā ista translata est) habet calum genitiuū, quomodo & nos habemus. Et habet etiā ipsa conueni-  
entem, licet difficiliorē, intelligentiam. Dicitur enim vox domini confringentis cedros, &c. vox  
domini qui per ipsam confringit cedros, per ipsam concussit desertū, per eā intercidit flammā ignis, H  
per eam preparauit ceruos. Diuinitas enim, per vocē praedicationis operata est hęc omnia: & fuit  
vox ipsa exterior praedicationis, nō nisi ministerialis causa: ipse autē dominus, secundum diuinita-  
tis internam virtutē, causa erat principalis, quę intime operabatur hęc omnia. Neq; tam dici po-  
test vox hęc operata, quā per vocem dominus, qui emittebat eam.

XXIX. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salmus iste spirituali viro rectissime conuenit, & ea quae intra se spiritualis percipit, optime explicat:  
neque facile poterit intelligi, nisi ab eo qui modum illum quo Deus agit cum seruis suis (nunc prae-  
sentem se exhibendo, nunc absentem se ab illis elongando) intelligit. Videtur autem Dauid, cum istum  
Psalmum componeret, ex magna & grauissima admodum tribulatione emeruisse, quae illius spiritum vehemen-  
ter affligerat, siue corporalis illa siue spiritualis fuerit. Vnde à magna letitia incipit, laudem Dei commemo-  
rans, pro praestita liberatione & ab inimicis saluatione, pro exauditione & quasi ab inferis reductione: con-  
sideransque miram & non satis sibi laudabilem Dei misericordiam, eandemque omnibus aequę expositam ge-  
nerali exhortatione, fideles omnes ad laudem Dei inuitat: propterea quod ipse, tametsi nonnunquam ad tem-  
pus modicum videatur irasci, nostris culpis id exigentibus, semper tamen vitam nostram & bonum magis vult,  
& magis de eo gaudet ex sua voluntate, qui etiā facile lugētes in poenitentia consolatur per misericordiā suam.

**A** Atque hęc vsque ad versum septimum. A quo deinceps, id quod in se expertus didicit, constitetur, quomodo vi-  
delicet ipse in abundantia Diuinae consolationis constitutus proposuisset quidem nunquam à Deo dimoueri, sed  
auertente illo paululum conspectum praesentiae suae, senserit in firmatam fragilitatem propriae: ita vt prae-  
mia conturbatione cogeret exclamare ad Dominum, & lachrymabilibus vocibus Dei misericordiam inuo-  
care & donec tandem oratione exaudita rediens, & priorem illam abundantiam reducens, redderet ipsi letitiam  
salutaris sui: ita vt per aduentum praesentiae suae, omni luctu & sacco depositis, pristinum illi redderet spiritus  
gaudium: propter quod pollicetur se domino in omni gloria laudem aeternam persolaturum.

VIGESIMINONI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Exaltabo te domine  
quoniam suscepisti me:  
\* nec delectasti inimi-  
cos meos super me.

2 Domine Deus meus  
clamaui ad te: \* & sa-  
nasti me.

3 Domine eduxisti ab  
inferno animam meā:  
\* saluasti me à descen-  
dentibus in lacum.

4 Psallite domino san-  
cti eius: \* & cōfitemi-  
ni memoriae sanctitatis  
eius.

5 Quoniam ira in in-  
dignatione eius.  
\* & vita in voluntate  
eius.

6 Ad vesperum demo-  
rabitur fletus, & ad  
matutinum letitia.

7 Ego autem dixi in  
D abundantia mea: \* nō  
mouebor in aeternum.

8 Domine in volunta-  
te tua praestitisti decori  
meo virtutem.

9 Auertisti faciem  
tuam à me, & factus  
sum conturbatus.



**M**agnificabo te domine, & pradicabo celsitudinē gloriae  
tuae donec viuā, propterea q̄ in defensionē & protectio-  
nem suscepisti me, perire nō sinens animam meā: \* neq;  
passus es supergaudere mihi inimicos meos, & de meo la-  
psu, aut mea perditione illos letari noluisti. 2 Domine  
Deus meus, in tribulatione & periculis posit⁹ ex affectu cordis te de-  
precat⁹ sum, auxilium à te petens, & defensionem postulans: \* & tu  
me postulante benignus exaudisti, & saluasti me, atque liberaasti ab  
omnibus doloribus & periculis meis. 3 Erat iam in infernum descen-  
sura anima mea, & in proximo erat vt in peccatum consentiens ream  
damnationis & inferni se faceret: aut certe iam in peccatū confeser-  
at, iā inferno se addixerat per peccatū mortis: sed tu domine ab in-  
ferno eā eduxisti, atq; saluā te cisti, vel eā praeseruādo à peccato ne in-  
ferni rea fieret, vel iam ream factā ex inferno extrahēdo, per peccati  
missionē: \* ita saluasti me à damnatis qui in lacū descenderunt infer-  
ni, priusquam illuc descenderē, vbi nulla est redēptio benigne me li-  
berando. 4 Propter hanc quā ego in memetipso expertus sum Dei  
misericordiā, hortor vos omnes quicumq; in sanctitate & iustitia am-  
bulatis coram domino Deo vestro, vt mecū illum ad gratias actio-  
nem collaudetis \* confessionē date sanctitati ac bonitati eius, com-  
memorando, & magnificando illam: scientes, eandem hanc misericor-  
diam quā mihi exhibuit aequę omnibus etiā vobis esse expositam, &  
aequę paratam (absq; personarum delectu) vniuersis. 5 Quauis enim  
irascatur aliquādo ad tempus, & iram suā erga nos nonnunquā offen-  
dat, nimirū in indignatione sua: cum videlicet nostris culpis vel pec-  
catis id exigentibus, aduersus nos iustā habet indignationē zelus iu-  
stitiae eius: \* vita tamē nostra & omne bonū nostrum est in volūate  
& beneplacito eius. Nequaquā enim vult mortē etiam peccatorum, Ezec. 18.  
neq; oblectatur in perditione aut punitiōe nostra, sed vult magis vt & 33.  
conuertatur peccator & viuat: & in vita nostra, atq; bono nostro est  
ipsi beneplacitū. 6 Imo tam facilis est Dei ira in misericordiā com-  
mutatio, vt nonnunquam qui ad vesperā in fletu demorati fuerint, &  
poenitentia egerint, mox summo mane percipiant redditam sibi lati-  
tiam salutaris sui: ita statim adest poenitentibus ipse misericordia,  
ita euectigio lugētes sublequitur cōsolatio, modo ex vero corde do-  
leant atque lugeant cōmissa sua, quibus cōtra se eius indignationem  
prouocauerunt. 7 Et ego cū essem aliquando in abundantia cōsola-  
tionis internae constitutus, cū essem in latitudine deuotionis spirita-  
lis positus, corde interius per Diuine visitationis praesentia dilarato,  
dicebam intra memetipsum, & ita proposui: \* iam amodo nō moue-  
bor à domino Deo meo vsq; in aeternū, amodo illi adhaerere volo in  
culo indissolubili: ex nunc me nemo poterit separare vel paululum à  
domino Deo meo, nulla res me poterit pōst hac ab illo diuellere.  
8 Ego quidem ita dicebam: & vere, donec in illa abundantia positus  
essem, ita quoq; existimabam. Verum subsequens experientia hoc me  
docuit, non esse in hominis potestate absq; te propositum cordis sui  
perficere, neq; sine te illud posse hominē pro voto in effectum dedu-  
cere: & hoc cognoui, q̄ tu domine solus es, qui decori spirituali &  
ornatui gratię tuae, qui intra me est, praestas virtutem in bona & be-  
nigna volūate tua: qui ornatum omnem & pulchritudinem quā est  
in anima mea, ex tua gratia corroboras, & tua virtute, donec placi-  
tum est tibi, custodis, vt in me permaneat, & ego in illo persistam.  
9 Vbi vero auerteris faciem tuā à me, & vel paululū abscesseris, quasi  
me relinquens: si quando tuae praesentiae cōsolatione destitutor, statim  
cōturbatur intra me anima mea, quasi quę periclitetur de omni or

natu quem intra se abs te continet, & vehementi angitur sollicitudine: sciens, tum me in magno periculo positum, & facillime à te posse decidere. 10 Sed quid faciam, cum me ita derelictum sensero, cum te percepero auertisse faciem tuam? Non cessabo domine lachrymis, fletibus, & precibus ad te clamare, tēq; totis affectibus intentissime deprecari cum amaris singultibus, donec exorem, & obtineam ad me reditum præsentia tua, donec reddatur mihi lætitia salutaris tui.

11 Flens quoque & plorans clamabo, in hunc modum, Quæ tibi erit vtilitas, piissime Deus, ex vita mea? quis tibi honor, quæ tibi gloria, ex eo quod viuere me fecisti super terrā? quid etiā mihi profuerit vita mea, si in corruptionē mortis æternæ descendero? si à te derelictus, descendā in sepulchrum inferni, cum damnatis in corruptione sempiterna? Nunquid ad hoc me creasti, Deus optime, vt in corruptionē mortis venirē, & non magis ad hoc vt vita fruerer coram te, & laude sempiterna glorificarem faciē tuam? Ad hoc quomodo faciā, quomodo exequar, ad quod creasti me, si me permittas derelictū in putrefactionem peccatorū deuenire? 12 Nunquid impij (qui sunt tanquam puluis, quē proicit ventus à facie terræ) aut nunquid ii qui in pulvere dormiunt, qui sine spe gloriosæ resurrectionis ad vitam, in terræ puluerem resoluuntur, semp̄q; vt puluis aridi & vigore Diuine gratiæ destituti permanebunt: nunquid hi (in quā ego) dabunt tibi cōfessionem laudis, gratā & placitam? \* aut nunquid ipsi annuntiabūt & prædicabunt cum laudē & gratiarū actione, veritatē & iustitiam tuā? Imo per hos blasphemabitur potius, quā laudabitur veritas tua. Noli ergo permittere domine, vt in numerū horum aliquando deueniam, neq; illis assimiler (quod certe facile fiet, si diutius à me auertas faciē tuam) sed quanto cypus ad me conuerte benignū aspectum tuū, vt non illi assimiler arido pulueri: redeatq; mihi decor illē & ornatus quem tu præstitisti mihi, in beneplacito tuo. 13 Cum verò ita orarē, audiuit dominus orationē meā, & misericordia motus est ad exaudiendū deprecationē meam: \* factusq; est mihi ipse dominus, respectu misericordiæ suæ & auxilio gratiæ, adiutor, defensor & liberator. 14 Cōmutasti tu domine luctū meum in gaudiū: & mororē pœnitentię quæ affligebat pro peccatis meis, atq; etiam propter periculū, in quibus me constitutū videbam per tuam absentiam, conuertisti in lætitiā spiritualem, quæ mihi reddita est te redeunte, iterūq; me dulci tua cōsolatione visitante: \* abiicere me iussisti habitū lugubrem, ad me legitimandum rediens: & saccū pœnitentiæ quo operiebar, velut concidisti atq; rupisti, nolens me vltra lugere, iubēnsq; me à luctu cessare in aduentu tuo: sed magis gaudere, epulari & iucundari in spiritu me voluisti, cum iam mecū es: tu spūs anima meæ: & mira noua, atq; insolita lætitia me abunde lætificasti in aduentu tuo. 15 Idq; fecisti, dulcissime domine Deus meus, vt ego tibi iam laudē canam in omni gloria mea, in omni ornatu meo, & in omni virtute mea, omni deposita tristitia: & nequaquā vltra dolorib⁹ stimuler, aut in tristitia agam: \* & ita sane domine deus me⁹, omni nūc abiecta tristitia, omni timore foras per charitatē misso, cōcepta spe salutis meæ & dānationis timore pulso, ex toto cordis affectu volo æterna tibi cōfessione laudē persolvere, & nunc quidē in vita corporis quantum patietur humana fragilitas, & perfectius in futura vita in æternitate seculorū, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XXIX.

**N**on ignoramus hunc Psalmū quosdam fidelium doctorū Christo domino totū accommodare, qui à patre susceptus fuit atq; custoditus, ne vel à morte vel ab inferno teneret, qui à plaga mortis tēporalis in sua resurrectione à patre fuit sanatus, & ab inferis rediit, cui pater velut ad momentū, ad tempus modicū, ob culpā generis humani (quā in se suscepit) visus fuit irasci: voluit tamen ad vitā eum resurgere, & ab horrore mortis & resurrectionis lætitiā redire. Sed & cetera quæ sequunt, non ita difficile fuerit ad Christū applicare, in passione humiliatū, atq; in resurrectione glorificatū, Quam intelligentiā, in aliorum Commentariis promptū est requirere inuenire. Neque nos illam damnamus aut abiicimus, tamen in hoc Psalmo quædam sint quæ intelligentiam huiusmodi nō nisi coactius ferre posse videantur. Ea autem quam in Elucidatione latius expressimus, nobis visa est cōsiderantibus singulas huius Psalmi partes, aptius quadrate. ¶ Versu quinto, Quoniam ira in indignatione eius. Notandum pro huius intelligentia, quod cum Deus erga suos nonnunquam ostendit iram, hoc profecto non in voluntate neque ex be-

10 Ad te domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor.

11 Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?

12 Nunquid constebitur tibi puluis:

\* aut annuntiabit veritatem tuam?

13 Audiuit dominus, & misertus est mei:

\* dominus factus est adiutor meus.

14 Conuertisti planctum meum in gaudiū mihi: \* concidisti saccum meum, & circumdediti me lætitia.

15 Vt cantet tibi gloria mea, & non cōpungar: \* domine Deus meus, in æternum confitebor tibi.

**A** neplacito ipsius est, qui omnes cupit viuere, & saluos fieri: sed ex indignatione est, quam cōtra nos 1. Tim. 2. nolipsi peccatis nostris prouocamus: atq; ob hoc, quantumuis irascatur ad indignationem à nobis prouocatus, mox tamen vbi nos per pœnitentiā placauerimus indignationē eius, cessabit ira quæ nō est in voluntate eius, redibitq; nobis vita & salus, quæ in eius beneplacito est: quæ res indubie maxima est materia magnifice laudandi tam piissimum dominum. ¶ Versu 11, Quæ vtilitas in sanguine meo. In sanguine dicitur vita animalium conseruari: & sanguine deficiente, deficit animalium vita. Atq; ob hoc, cum dicitur, Quæ vtilitas in sanguine meo, idem est, ac si dicatur, Quæ vtilitas in vita mea? hoc est, quorsum profuerit me vixisse, si in corruptionem mortis, in damnationē inferni descendam? Ad hoc enim creati sumus, vt bene viuendo in hoc sæculo, ad vitam æternam (quæ Deus est) peruenire mereamur, ibiq; illius perpetuo frui conspectibus ad quem finem, qui sua culpa non peruenierit, certe nulla erit in sanguine eorum vtilitas, nihil illis proderit vixisse, dum in corruptionem proici meruerunt. Vnde de suo traditore loquens Saluator, dicebat, Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Applicando autem hunc versum Christo, erit ista sententia. Quæ erit vtilitas, o pater celestis, in effusione sanguinis mei? quid proderit fufum esse meum sanguinē, si ego in corruptionem permittor venire, vt anima apud inferos permaneat captiua, corpus putrefiat in sepulchro? Nihil videtur profutura mei sanguinis effusio, nisi à mortuis ego resurgens, omnibus meis fidelibus (quos per sanguinem meū redemero) vias vitæ demonstrem, & ianuas aperiam regni tui. ¶ Versu 14, Conuertisti planctum meum in gaudium mihi. Versus iste, qui de planctu in gaudiū conuerso loquitur, respondet illi promisso Euangelico, quo lugētibus Diuina promittitur cōsolatio, tamen in futuro sæculo, nōnulla tamen etiam in præsentī tempore. Atq; hoc idem est, quod in posteriori parte versiculi dicitur, de cōcisione sacci & circumdatione lætitiæ. Saccus enim lugentibus cōuenit. Vnde Mardocheum in libro Hester legimus, sacco indutum plorasse ante portam regiam, & Ninuitas in sacco & cinere legimus egisse pœnitentiā. Per hoc ergo quod dicitur saccus concilius, significatur, tristitiam & luctum pœnitentiæ ex Diuina præsentia ablatū, lætitiæ verò indumentum esse redditū. Ad Christum autem accommodando intelligentiam, concilius est in resurrectione saccus mortalitatis, quando à corpore ablata est mortalitas; corruptibilitas, grossities, obscuritas, & multiplex infirmitas: circumdatus autē est & indutus vestimento lætitiæ, recipiens corpus glorificatum, agilitum, splendidissimū, immortale, & prorsus impassibile.

XXX. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste, hominis est plenam in Deo spem habētis: qui, sua spe firmissima initio Psalmi decem versibus proposita, deinde suam miseriam magnam & multiplicem quam ab aduersariorū prauitate sustinet, sequentibus octo versibus, lamentabiliter describit, vsque ad versum 18, vbi rursum in Deum sese conuertens, suam liberationem & aduersariorū confusionem postulat, versu 20, ad æternæ felicitatis contemplandam dulcedinē (quasi extra se raptus) transcendens, Dominūq; collaudans pro mirifica misericordia. Et Eccle. 11. quia donec in hoc mundo sumus, semper gaudia sunt miscenda tristibus, & in die bonorū (iuxta sapientis verbum) immemores nō oportet esse malorum. iccirco versu 28, animi sui desolatorium quendam excessum (in quo fuisse se aliquando recordatur) commemorat, à quo tamen diuina miseratione statim se fatetur liberatū. Nouissimis autem duobus versibus ad fidelem Dei seruitutem & dilectionem, vniuersalem ponit exhortationem, cupiens, eius quam ipse expertum se nouit Dei benignitatis & misericordiæ fideles omnes fieri participes.

TRIGESIMI PSALMI ELUCIDATIO.

1 In te domine speraui, non confundar in æternum: \* in iustitia tua libera me.

2 Inclina ad me aurem tuam: \* accelera vt eruas me.

3 Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij: vt saluum me facias.

4 Quoniam fortitudo mea & refugij meum es tu: \* & propter nomen tuum deduces



**N**te domine Deus meus spem meā omnem constitui, non me patiaris ab expectatione mea vnquam confundi, neq; in æternum sinas frustrari desiderium meum: \* sed propter iustitiam, veritatem, & fidelitatem tuam libera me ab omni periculo & confusione, quemadmodum in te speraui. Exposcit enim hoc tua iustitia (quæ verax es, & fidelis in promissionibus) vt sicuti pollicitus es, tuo auxilio nō destituas in te sperantes. 2 Inclina Deus auditum tuum ad precem meam, & dignanter attende orationi meæ: \* festina, ne tardaueris, vt eruas ac libera animam meam de periculis, angustiis & necessitatibus, siue spiritualibus siue corporalibus, in quibus versor. 3 Talem te mihi exhibe domine Deus, vt sis mihi defensor atq; propugnator, pariter & asylum siue tutus refugij locus, vt ita me facias saluū ab inimicis meis: quatenus protector pro me tua potentia contra aduersarios meos dimicans ac pugnās: quasi asylū verò atq; tutus locus refugij, me ad te confugientē veluti abscondens, concludens atque diligenter custodiens, vt accessum ad me habere non valeant nocere parati. 4 Tu enim domine es mea omnis fortitudo, & in te est robur meum omne, per cuius propugnationē spero ab inimicis fieri saluus: & tu es meū tutissimum refugij, ad quem semper in omnib⁹ periculis cōfugiens, spero inimicorum rabiem effugere: \* & hoc de te optime confido, quod propter tui nominis gloriam eris mihi ductor & nutritor, qui me per

me, & enutries me.

1. Cor. 11.

5 *Educes me de laqueo  
quē absconderūt mihi:  
\* quoniam tu es prote-  
ctor meus.*

6 *In manus tuas com-  
mendo spiritum meum:*

\* *redemisti me domi-  
ne Deus veritatis.*

7 *Odisti observantes  
vanitates superuacue.*

Ecclesi. 1.

8 *Ego autem in domi-  
no speravi:  
\* exultabo & letabor  
in misericordia tua.*

9 *Quoniam respexisti  
humilitatem meam:  
\* saluasti de necessita-  
tibus animam meam.*

10 *Nec conclusisti me  
in manibus inimici:*

1. Cor. 10.

Psal. 17.

\* *statuisti in loco spa-  
tioso pedes meos.*

Psal. 18.

11 *Miserere mei domi-  
ne, quoniam tribulor:  
\* conturbatus est in ira  
oculus meus, anima  
mea & venter meus.*

periculosissima huius mundi itinera deduces, vt absq; nocumēto in-  
fidiantium in via pertranseam, atque ad optatum aeterna vita termi-  
num pertingam: quiq; me in hoc deserto vasta solitudinis, vbi multi  
fame pereunt, educabis & enutries, ita vt nihil mihi desit in vlla gra-  
tia spiritali: pascēs q; & enutris me pane verbi tui, & in pabulo inter-  
nae gratiae tuae: in quo etiā pane duplici educabis me, donec euadā in  
virum perfectum. 5 Educes quoq; me, & liberabis ab insidiis omni-  
bus istis quas ponunt mihi callidissime, & occultant inimici mei, mi-  
hi eas notas faciēdo, & ne in eas incidā, aut eis illaqueer diligēter p̄-  
seruando: \* tu enim domine fieri voluisti protector meus, propter  
quod me nō patieris in laqueos inimicorum incidere: praecipue cum  
tu omnes illorum quantumuis callidissimas fraudes, quas contra me  
moliuntur, plenissime habeas cognitās, & facillimū sit tibi illas mihi  
patefacere, aut certe etiā nescientem saluare, vt illorum machinatio-  
nes tua potentia atque sapientia pro me dissoluas. 6 Ego domine  
optime, tibi fidens, & corde integro omnem sollicitudinē in te proii-  
ciens, quem scio mei sollicitissimā gerere curam, commendo, & com-  
mitto tibi id etiā quod pretiosissimum habeo, nempe spiritū meum:  
illūmq; tibi protegendum, custodiendum & saluandum cōmitto, vt  
tu de illo & cum illo agas per omnia, iuxta beneplacitū sanctissima  
volūtatē tuę: multo verō magis corpus hoc, & corporis omnia (quę  
aestimatiōis minoris sunt) tibi etiā committo: \* tu enim domine  
qui es Deus verax, Deus fidelis, fallere neminem potens, primāque &  
summa veritas, redemisti me hactenus de morte & miseriis plurimis,  
neq; hactenus tibi fidens sum cōfusus, etiā in grauissimis periculis:  
atq; ita eadem fiducia volo & pro futuro tempore omnia mea tibi in  
manus dare, atq; in tuę dispositionis arbitrio spiritum meum & mea  
omnia audacter constituere, vt in omnibus non mea, sed sanctissima  
tua voluntas fiat. 7 Habes tu quidem domine odio, & displiceat tibi  
omnes qui inharent vanitatibus, qui vanissima idololatrię, aut  
ambitioni, aut voluptatibus carnis, aut ceteris peccatorum vanita-  
tibus sese dedunt, & illis inhiant atq; inferiunt: qui has (inquam) va-  
nitates superuacue, absq; vtilitate & fructu, absque omni vero com-  
modo, cōtra omnem rationem turpiter obseruāt ac diligunt, tu me-  
rito odisti & despicias: neq; saluos facies eos qui perseverāt in huius-  
modi. \* Odisti quoq; eos qui ad vana hominū auxilia attendunt, qui  
in rebus caducis spem cōstitunt (quę omnia vanitas sunt) qui hac  
obseruant frustra, cum vere non possint ista salutē dare, nisi tu solus  
domine Deus. 8 Ego verō nequaquam obseruavi vanitates, non in-  
hasti iniquitatibus, neq; attendi vanis illorum auxiliis qui saluare nō  
possunt, sed spem meā omnem in te collocaui, qui es dominus Deus  
meus, & tibi tota fiducia inhasti, qui solus potēs es ex tua volūtatē sal-  
uum me facere ab omnibus inimicis meis: \* magnifice gaudebo, &  
quasi exultabo praelatitia in dulcissima misericordia tua, quā me ne-  
que raro neq; tenuiter expertū recorder atq; p̄fiteor in gaudio, spe-  
rans item & in posterum quę occurrerint, per eandē mala superare.  
9 Quoniam tu domine benigne aspexisti humilitatem & afflictionē,  
qua me premebant aduersarii mei: \* saluam fecisti misericordia mo-  
tus animam meam de angustiis & necessitatibus quibus vrgebāt me  
aduersarii. Est enim hoc tibi proprium, miserorū aspiciere & subleua-  
re misērias. 10 Neq; concludi me aut constringi passus es in mani-  
bus inimicorum, nō me passus es victum & captiuum venire in pote-  
statem hostibus meis, neq; permisisti tentari me supra id quod pos-  
sem, sicq; adeo coangulari, vt nō possem effugere manus tentatorū:  
sed fecisti cum tentatione prouentum, vt possem sustinere, vt possem  
exitum habere, & effugere potestātē persequētium: \* statuisti pedes  
meos in loco admodū lato & amplo, deduxisti me in latitudinē, extra  
omnem anxietatē animi & periculorum angustiam: deduxisti me in li-  
bertatem animi & cordis latitudinē, vt secure possem currere dilata-  
to corde latam viam mandatorū tuorum. 11 Miserere semper mei  
domine, vt hactenus nō defuisti mihi misericordia tua, quoniam ve-  
hementer affligunt & persequuntur me inimici mei: \* & tam graui-  
tāmq; diuturna ac longa persequutione adeo me nonnunquam sati-  
gant, vt praē indignatione conturbentur quęcunq; intra me sunt, sen-  
sus mei exterius, interius anima, atque etiā interiora corporis mei

A 12 *Quoniā defecit in  
dolore vita mea: \* &  
anni mei in gemitibus.*

13 *Infirmata est in pau-  
pertate virtus mea:  
\* ossa mea conturbata  
sunt.*

14 *Super omnes inimi-  
cos meos, factus sum op-  
probrium vicinis meis  
valde: \* & timor no-  
tis meis.*

15 *Qui videbant me,  
foras fugerunt à me:  
\* obliuioni datus sum  
tanquam mortuus à  
corde.*

16 *Factus sum tanquā  
vas perditū: \* quoniā  
C audiui vituperationem  
multorum commoran-  
tium in circuitu.*

17 *In eo dum conueni-  
rent simul aduersum  
me, accipere animam  
meam conciliati sunt.*

18 *Ego autem in te spe-  
raui domine: dixi Deus  
meus es tu:*

D \* *in manibus tuis sor-  
tes mea.*

19 *Eripe me de manu  
inimicorum meorum,  
& à persequentibus  
me.*

20 *Illustra faciem tuā  
super seruum tuum:  
\* saluum me fac in  
misericordia tua:  
\* domine non confun-  
dar, quoniā inuocaui te.*

precordia & cor, quę sunt in medio ventris mei, in parte corporis su-  
periori. 12 Neq; mirum, si ita conturbor. Ecce enim cōtinuo decur-  
su deficit, & ad finem tendit vita ista quā uiuo, in dolore nimio, spiri-  
tu tristi mihi cōtinuo exiccante officium vigorem: \* & anni vitę meę  
istius corporalis transeūt & abscedunt in gemitibus, fletibus, & suspi-  
riis, quę mihi extorquent molestissimi atq; implacabiles hostes mei,  
nō dantes dolori requiem. 13 Robur corporis mei imminutū est,  
& decreuit paulatim in humilitate ista nimia afflictionis meę, & ve-  
luti emarcescit omnis vigor qui intra me est: \* & ossa meā (quę latent  
interius) destituta sunt virib9, quasi medullis intrinsicis cōsumptis,  
vt solet grauius & diu afflictis accidere. 14 Propter omnes aduer-  
sarios meos, qui & numero tanto & tanta ferocitate aduersus me in-  
surgunt, & tā grauius me persequuntur, factus sum vicinis meis in op-  
probrium & confusionē, ita vt ex me confusionē sustineant, qui mihi  
propinquos aut vicinos fuisse se dixerint: \* & terror factus sum co-  
gnatis & notis meis, quibuscum aliquādo vixi familiariter: dum me-  
tuunt ipsi ne propter me aliquā ab inimicis meis sustinere contingat  
molestiam: atq; ob hoc nō audent mihi vllum obsequiū impendere,  
aut vllam mōstrare humanitatē. 15 Etiam ex vicinis & notis meis,  
qui me fortē cōspiciebant, qui me alicubi reperiebant, foras aufuge-  
runt, & abscesserunt à me, vel nō volentes, vel nō audentes verbo aut  
facto cōmunicare mihi, ne fortē ex me vllum periculum incurrerent,  
aut vlla infamia ex meo consortio notarentur: \* sicque factum est  
(dum nemo mihi audeat prestare humanitatē) vt obliuioni datus sim  
à corde, etiā iis qui vicini prius & familiares fuerant, tanquam si pla-  
ne essem mortuus, vt nemo de me ac mea consolatione quicquā vl-  
tra cogitaret, sed prorsus à corde deductus sim in perfectam obliuio-  
nem, quemadmodum à corde penitus obliuioni dari solent mortui:  
sicq; viuens etiamnum, eram mortuus omnibus amicis & notis meis.  
16 Aestimatus sum tanquam vas inutile, quod non nisi oneri est, dum  
nulli vltra deseruit vsui, & locum tantum occupat. sic & ego videbar  
iam prorsus inutilis & abiectus, & quocunq; veniebam, quasi oneri  
eram omnibus, omnes me pellebāt, nemo meum volebat cōsortium:  
\* audiui etiam (praeter omnem afflictionem corporalem & angustia  
persequutionis) vituperia multorum circūquaq; contra me loquen-  
tium, & exprobrationes: quibus de me diuersi diuersa, quisq; pro suo  
erga me affectu, loquebantur, vt fieri solet de iis quos publica aut  
principis potestas persequitur, & ad mortem quaerit. 17 In conue-  
niendo ipsos aduersum me, hoc est, tunc cum conuenirent in conci-  
lium, vel in exercitiū pariter cōtra me vno animo, vno desiderio, vnā  
que voluntate nocendi, tractauerunt pariter & concilium fecerunt,  
quomodo raperent animam meam, quomodo vitā à me auferrent,  
quomodo me morti traderent. 18 Ego autē in tantis persequutioni-  
bus, in tam multiplici miseria positus, quid agerē? Hoc habui consi-  
lium, vt mihi ipsi diffidēs (qui me imparē sciebam tantę aduersariorū  
potentię & ferocitati) in te omnem fiduciam conicerem: ac proinde  
ad te direxi clamorē orationis meę, supplici voce clamans, & dicēs,  
Ecce domine tu es Deus meus, cui seruo, cui ex toto corde etiam in  
desperatissimis rebus confido: \* sortes meę ecce in tuis manibus po-  
sitę sunt, omnis fortuna mea (ita vt humano more loquar) omnis  
mea spes in te vno sita est, in manibus tuis, in dispositione sanctissime  
tuę voluntatis: tibi omnē meam fortunam & salutē committo, tu fac  
quod bonum ac rectum videtur in oculis tuis. 19 Eripe me domine  
de potestate aduersariorum meorum, & ab illis qui me ad mortem  
persequuntur, tu me tua protectione facias saluum, vt mihi nō prę-  
ualeant, vt quod moliuntur non perficiant, vt frustrentur contra me  
omnes machinationes eorum. 20 Lucere fac super me seruum tuum  
irraditionē vultus tui. cōuerte ad me benignum aspectum faciei tuę,  
& quasi te adueniēte splēdeat super me fulgor presentię tuę: quomo-  
do sol adueniens super terram, presentia aspectus sui resulget super  
eam: \* saluum me fac ab omnibus inimicis propter misericordiam  
tuā, quę semper patet miseriis, estque poscentibus semper opem ferre  
parata: \* neq; permittas piissime domine, confundi me seruū tuum,  
vt in subiectionem non veniam hostibus meis: quoniā te ego aduoca-  
ui in auxilium meum, qui nō soles te inuocantes relinquere cōfusos.



21 Erubescant impij,  
& deducantur in infer-  
num: \* muta fiant la-  
bia dolosa.

22 Quae loquuntur ad-  
uersus iustum iniquita-  
tem: \* in superbia:

\* & abusione.

23 Quam magna mul-  
titudine dulcedinis tuae  
domine: \* qua abscon-  
disti timentibus te.

24 Perfecisti eis qui spe-  
rant in te: \* in conspe-  
ctu filiorum hominum.

25 Abscondes eos in  
abscondito faciei tuae:  
Psal. 90. \* a conturbatione ho-  
minum.

26 Proteges eos in ta-  
bernaculo tuo a contra-  
dictione linguarum.

27 Benedictus domi-  
nus quoniam mirifica-  
uit misericordiam suam  
mihi: \* in ciuitate mu-  
nita.  
Psa. 64.  
1. Cor. 2.

28 Ego autem dixi in  
excessu mentis meae, pro-  
iectus sum a facie ocu-  
lorum tuorum.

29 Ideo exaudisti vocem  
orationis meae, dum cla-  
marem ad te.

30 Diligite dominum  
omnes sancti eius.

21 Impii illi & iniqui persecutores, qui sine causa mihi machinati sunt mortem, hi ex ultione iustitiae tuae accipiant confusionem, & temporalem modo, ut irrita fiant eorum contra me consilia, & in futuro ultionis die aeternam, ex terribili sententia tua: & proficiantur a facie tua in damnationem inferni: \* obstruantur ita per sententiam tuam labia eorum qui dolose & inique loquuti sunt, & egerunt contra proximos: sicque muti fiant in damnationem protrusi, & aeterna confusione perfrusti, ut non ultra valeant suam iniquam innocentem exercere malitiam.

22 Illi (inquam) confundantur qui labiis suis loquuntur iniqua, falsa, calumnias & deceptiones contra proximos suos, contra iustos & innocuos, ut eos morti tradant: \* idque in superbia & inanitate, quasi semper ipsi victuri sint, quasi supra se superiorum alium non habeant iudicem, quasi non sit qui de operibus eorum rationem possit exigere, aut cui sint rationem reddituri: \* & in magna item abusione atque contempu, proximos suos ad eandem Dei imaginem creatos (ipsis quantum ex natura conditione nihilo inferiores, imò secundum iustitiam multo meliores) contemnentes, & quasi pro nihilo aestimantes. \* Potestate etiam & diuitiis, quae abs te illis concessae sunt, pessime abutentes, ad innocentium oppressionem, quibus ad illorum defensionem uti debuissent.

23 Veruntamen, ut his omnibus quae animi aggrauant, respiciam aliquantulum in spe bonorum caelestium (quae aduersus omnia occurrentia mala sufficiens est consolatio) in primis consideranda occurrunt illa immensa & infinita iucunditas caelestis dulcedinis tuae: \* quam praeparasti ab aeterno, & dare disposuisti diligentibus te, electis tuis, tamen nunc in hoc tempore abscondita sit, neque nunc ea detur hominibus in hoc mortali corpore constitutis plene experiri: seruas autem eam, & differs in tempore suo manifestandam, quando a spe electi tui ad fruitionem & possessionem transibunt. 24 Operatus es eam, & velut perfecisti, iamque perfecta habes apud te, pro illis qui in te sperauerunt electis tuis: \* perfecisti (inquam) reddendam & manifestandam, palam omnibus angelis & electis tuis, in conspectu filiorum hominum, sanctorum tuorum. 25 Illic eos absorptos in te, & iam totos in te transformatos, abscondes & occultabis quasi in tutissima custodia reclusos, & in conspectu vultus tui, in praesentia diuinitatis tuae, dum te illis facie ad faciem praebis cõtuendum: \* ita (inquam) abscondes eos, ut nulla hominum conturbatio ad illos possit accedere, nulli ad illos malum possit introire, nullum flagellum ad tabernaculum illud appropinquare sed erunt eis absque ulla conturbatione omnia salua, laeta, & prospera.

26 Illic quoque protectione tua, in tabernaculo (in quo tecum inhabitabunt) securos facies eos, & tutos reddes a contradictione linguarum: quibus donec in hoc mundo viuimus, vexamur & tribulamur, ita ut illic nullam ultra contradictionem, siue calumniae, siue deceptionis, siue male suasionis, sint audituri, quae in hoc mundo passim (velimus, nolimus) ferre oportet, 27 Benedictus per omnia & laudat⁹ sit dominus Deus meus, qui erga me mirabilem ostendit misericordiam suam, mire misericorditer agens mecum: \* in Ecclesia sua sancta, siue militante, siue triumphante: quarum utraque est quasi ciuitas fortissima atque optime munita, ciuitas inexpugnabilis, cum habeat utraque in medio sui fortissimum custodem omnipotentem dominum. In Ecclesia

28 quae quidem militante mirificauit mihi misericordiam suam, in qua tanta mihi cõfert beneficia gratiarum suarum. In triumphante vero, dum in ea mihi praeparauit, & iam veluti custodit praeparata, quae nec oculus vidit, nec auris audiuit, & quae nunquam in cor hominis ascenderunt. 28 Et quamquam nunc ita exultem & laetor in spiritu, in consideratione venturorum bonorum: memini tamen in tali aliquando me statu fuisse adductum in talem ecstasim, in talē stuporis excessum, ut mihi viderer proiectus ac reprobatus a conspectu praesentiae tuae, quasi de numero electorum non essem: ad quē excessum stuporis me perducebat, quod considerarem me tam graui⁹ affligi malis, & interius ita aridum cordis deuotione, ut prorsus videreris iam me abiicisse, atque omnino mei existimarem oblitus. 29 Tu vero cum me videres ita animo deiectum, ita humiliatum corde, & contribulatum spiritu, ne forte diutius abs te derelictus corruerem in desperationem, statim ubi ad te clamauit, suppliciter precem misericordiam postulans, exaudita oratione mea, quātocyus adfuisisti, praesubventionem & consolationem misericordiae tuae. 30 Concludēs tan-

A \* quoniam veritatem  
requirit dominus: \* re-  
tribuet abundanter fa-  
cientibus superbiam.

31 Viriliter age, & con-  
fortetur cor vestrum, o-  
mnes qui speratis in do-  
mino.

dem, hortor vos omnes, quicumque fideles estis serui domini, & illi in sanctitate placere vultis, ut toto corde diligatis dominum Deum vestrum: \* Dominus enim veritatem & iustitiam requirit in seruis suis, Lucae. 7. volens eos in veritate, id est, in sanctitate & iustitia, ante conspectum suum fideliter conuersari, sicuti ipse est fidelis & verax: \* iis autem qui superbe egerint, contemnentes aut transgredientes sanctissima & aequissima praecipua sua, ipse copiosa reddet pro sua iniquitate condigna praemia, 31 Propter haec, vel qui diligitis dominum, electi eius, qui in ipso speratis, confortamini, & estote robusti, ad fortiter operandum opera domini, ut veritas quam requirit dominus, inueniatur in vobis, atque ita serui digni inueniamini in aduentu ipsius, cui est honor & gloria in saecula saeculorum, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XXX.

B Versu tertio, Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii. Duo simul postulat vir fidelis a Deo: primum quidem, ut Deum habeat protectorem. Deinde, ut eundem habeat in domum siue locum refugii. In his enim duobus summa custodia est: cum quis & locum habeat bene munitum, in quo se valeat concludere, & protectorem habeat atque propugnatorem, qui ab impugnantium insultibus ipsum valeat defendere. His vero duobus partibus satis accommodat respondet particula duae versiculi sequentis. Nam quod dicitur, fortitudo mea, ad protectionem infertur: quod vero refugium dicitur, ad domum spectat refugii, pro quo alia translatio habet locum munitum.

¶ Versu sexto, In manus tuas commendo spiritum meum. Ex Evangeliiis didicimus Christum in cruce pendente, versiculum hunc protulisse, cum emitteret spiritum. Propter quod non incongrue totus hic Psalmus Christo domino a plerisque sanctorum doctorum solet applicari: potissimum cum caetera omnia, quaecumque in hoc Psalmo dicuntur, conuenienter admodum ad idem propositum valeant accommodari, id quod attendenti cui libet facile potest fieri manifestum. Nos tamen ita temperauimus elucidationem, ut Psalmus totus & persona David, & Christo domino, & fidelibus cui libet in simili necessitate atque derelictione posito, libere valeat applicari. Quantum vero ad huius versiculi intelligentiam attinet, notandum, quod (secundum communem loquendi consuetudinem) in manus commendare dicimus, duplici ratione. Primum quidem, committere in potestate, & in arbitrio constituitur, ut is, cui res commendatur, agat in ea & de ea, prout ei visum fuerit: quemadmodum in manibus habere, vulgato more dicimus, illud quod habemus in potestate. Idque ob hoc, quoniam quod in manibus tenemus, cum illo agimus pro libito. Dicimus etiam illud commendare in manus, quod alicui in custodiam & protectionem committimus: quemadmodum fideles homines commendare debent suas animas in manus Dei: & subditus omnis, in manus regis sui sese commendat. Iuxta hanc vero duplicem considerationem, versiculus hic & plenissima resignationis indicium exprimit, & superni auxilii expectationem. Cum enim in manus potentioris rem aliquam commendamus siue committimus, partim quidem in illius potestate, plena resignatione eam constituitur, partim vero illius auxilium expectamus & imploramus, velut agnoscetes propria virtute non sufficere nos ipsos ad tantam rei custodiam. Quamquam autem expresse in hoc verbo solus fiat de spiritu mentis, oportet tamen sub eo quod praestantissimum est, alia quoque inferiora comprehendere, corpus videlicet & omnia quae ad corpus attinent. Quemadmodum enim spiritum patri commendauit Christus moriens, ita commendauit & corpus: ut quemadmodum ille non teneretur in inferno, sic neque hoc in sepulchro: sed patris operatione, die tertia simul redirent in corporis nouam compositionem. Idem dicendum, si ad personam David, aut alium quemlibet fidelem Psalmi intelligentia accommodetur. Ad perfectam enim iustitiam pertinet, corpus, animam, spiritum, & omnino omnia quaecumque habuerit homo, in manus Dei commendare, inque illius potestate plena resignatione constituitur, & eius fidei seruanda committere. Si enim, quod omnium maximum, eum (nempe spiritum nostrum) Deo commendamus, multo magis ea quae sunt inferiora. Sed & illud aduertendum est, quod secundum vsitatam consuetudinem libenter solent homines, si pretiosum aliquid habeant cui metuunt, talibus commendare custodibus quos potentes satis & sapientes norunt, ut possint & sciant depositum custodire: & simul etiam bonos, sibique benignos & amicos, ut commissum diligenter seruare velint, sollicitaque curare. Nemo enim sanae mentis, rem pretiosam quam diligit, tali committat homini, qui vel non est potens seruare, vel non satis sapiens est, aut prudens ut sciat, aut denique etiam si prudens sit & potens, non est tamen bono erga committentem animo, neque bene amicus, ut velit adhibere curam & operam pro rei custodia. Cum enim tali homini res committitur, stultus est qui sic male commendat, quod seruatum cupit. Atque ita Psal. 145.

C manibus habere, vulgato more dicimus, illud quod habemus in potestate. Idque ob hoc, quoniam quod in manibus tenemus, cum illo agimus pro libito. Dicimus etiam illud commendare in manus, quod alicui in custodiam & protectionem committimus: quemadmodum fideles homines commendare debent suas animas in manus Dei: & subditus omnis, in manus regis sui sese commendat. Iuxta hanc vero duplicem considerationem, versiculus hic & plenissima resignationis indicium exprimit, & superni auxilii expectationem. Cum enim in manus potentioris rem aliquam commendamus siue committimus, partim quidem in illius potestate, plena resignatione eam constituitur, partim vero illius auxilium expectamus & imploramus, velut agnoscetes propria virtute non sufficere nos ipsos ad tantam rei custodiam. Quamquam autem expresse in hoc verbo solus fiat de spiritu mentis, oportet tamen sub eo quod praestantissimum est, alia quoque inferiora comprehendere, corpus videlicet & omnia quae ad corpus attinent. Quemadmodum enim spiritum patri commendauit Christus moriens, ita commendauit & corpus: ut quemadmodum ille non teneretur in inferno, sic neque hoc in sepulchro: sed patris operatione, die tertia simul redirent in corporis nouam compositionem. Idem dicendum, si ad personam David, aut alium quemlibet fidelem Psalmi intelligentia accommodetur. Ad perfectam enim iustitiam pertinet, corpus, animam, spiritum, & omnino omnia quaecumque habuerit homo, in manus Dei commendare, inque illius potestate plena resignatione constituitur, & eius fidei seruanda committere. Si enim, quod omnium maximum, eum (nempe spiritum nostrum) Deo commendamus, multo magis ea quae sunt inferiora. Sed & illud aduertendum est, quod secundum vsitatam consuetudinem libenter solent homines, si pretiosum aliquid habeant cui metuunt, talibus commendare custodibus quos potentes satis & sapientes norunt, ut possint & sciant depositum custodire: & simul etiam bonos, sibique benignos & amicos, ut commissum diligenter seruare velint, sollicitaque curare. Nemo enim sanae mentis, rem pretiosam quam diligit, tali committat homini, qui vel non est potens seruare, vel non satis sapiens est, aut prudens ut sciat, aut denique etiam si prudens sit & potens, non est tamen bono erga committentem animo, neque bene amicus, ut velit adhibere curam & operam pro rei custodia. Cum enim tali homini res committitur, stultus est qui sic male commendat, quod seruatum cupit. Atque ita Psal. 145.

D facie omnium hominum stultissimi sunt, qui suas animas commendant in manus hominum, legemque & sua omnia filiis hominum (in quibus non est salus) committunt. Neque enim potentes sunt, neque sapientes, ut vel corporis, aut etiam fortunae bona cuiquam custodiant: quanto minus ut ea quae spiritus? Deinde, etiam si potentes essent, aut vsque adeo prudentes, ut hoc possent ac scirent quod certum est, eos nec posse nec scire: constat tamen, aut paucissimos, aut omnino nullos inueniri, tam benigno affectu, tam amico animo, tam stabili cordis bonitate, quibus tuto possimus nostra pretiosissima quae habemus committere. Cum videamus eos etiam, quos natura artissimo vinculo colligauit, inuicem sibi fraudem facere, nec satis tuto fidere: fratres videlicet fratribus, parentes filiis, quodque amplius est, etiam con-

**Niere. 17** iugibus cōiuges. Recte proinde maledictum pronunciauit Propheta, hominē illum, qui carnem po-  
nit brachium suū, hoc est, qui in manus hominis sua cōmendat. At verò per contrarium, Quisquis  
in manus Dei se suāq; cōmendat, is demum sibi optime consulit. Neq; enim frustrari poterit eius-  
modi: cum sit Deus sua omnipotentij potentissimus seruare quacūq; illi commiserimus, etiam si  
**2. Tim. 1.** pretiosissima & maxima omnino fuerint: quemadmodū de illo Paulus testatur, dicens: Scio cui cre-  
didi, & certus sum, quia potens est depositū, meum seruare. Est item sapientissimus, vt periculū no-  
bis esse nō debeat, ne per vllā fraudis circūuentionē perdere nos cōtingat quae illi cōmiserimus.  
Et denique perfecte & stabilissime bonus, affectu in nos optimo, benignissimo, suauissimo, amicis-  
simo, & vere paterno: vt metuendū nobis non sit, quin quicquid illi cōmendauerimus, sit ex animo  
& ex bona voluntate diligētissime seruaturus, & nostra omnia, quacūq; in eius manus obtuleri-  
mus, sit pro sui nominis gloria & nostro sempiterno salutis cōmodo dispositurus. Recte ergo Chri-  
sti exemplū imitantes, tam in vita, q̄ in morte dicamus Deo salutari nostro, In manus tuas cōmen-  
do spiritū meum. ¶ Residū autem huius versiculi dimidiū, quod subsequitur, Redemisti me domi-  
ne Deus veritatis, potest ad liberationē à periculis praeiteritis referri. Facit enim experientia fideli-  
tatis in praeiteritis tēporib⁹, vt secure, & in posterū fidamus. Atq; ita ex beneficio liberationis prae-  
teritae, quam aliquando, imō frequenter admodū experti sumus, recte fiduciā concipimus, vt securi  
cōmittamus Deo etiā in venturis omnia nostra. Si verò redemptionē illam peculiariiter intelliga-  
mus, qua totū genus humanū redemptum fuit à morte & faucib⁹ diaboli, dulcissima est & omnino  
suauissima huius sermonis connexio. Tanquā si dicat fidelis domino, Quidni ego commendem in  
manus tuas spiritū meum? Quir tibi illud etiā, quod pretiosissimū habeo, dubitem aut verear com-  
mittere, qui genus humanū vniuersum, atq; in eo me ipsum misere perditum, tam mirabili consilio  
& tam magnifico pretio redemisti? Quomodo enim non cōmendatos illos benignissime suscipies,  
fidelissimēq; defendes, quos adhuc inimicos tantis laboribus placuit redimere? Verū hac latius di-  
ximus, latiusq; adhuc meditanda deuotis mentibus relinquimus. A byssum enim inexhausta dul-  
cedinis continet iam tractatus versiculus, quam nullis sermonibus explicare sufficimus. ¶ Versu  
14, 15, & 16, Super omnes inimicos meos, &c. Legimus hac in persona Dauid omnia bene impleta:  
**1. Reg. 20** aduersus quem tanta persequutione Saul egit, vt nemo quicquam auderet cum eo habere commer-  
**1. Reg. 22** cii. Nam & Ionatham filium proprium carnis suae, suauissima obiurgatione pro amore & studio erga  
Dauid cōfudit, voluitque percutere lancea: & Achimelech pontificem, qui illi panes dederat &  
**1. Reg. 23** gladium; totius negotij ignarus, cum omnibus sacerdotibus causa illius interfecit: simulq; & par-  
uulos, & mulieres, & omnem ciuitatem eorum percussit in ore gladii. Ceilam quoque cum omni  
virtute Israēl voluit oppugnare, propterea quod in eam ingressus fuisset Dauid. Non iniuria igitur  
refugiebant omnes cōfortium eius, suae salutis metuentes. Consequenter quoque de obliuione  
illud clarum est, quod si qui amico animo fuerant erga Dauid (quales non dubium est plures exti-  
tisse) qui eius vicem dolerent: tamen ob longam ac diutinam absentiam, quasi mortuum ac despe-  
ratae salutis (videbant enim Saulis iram implacabilem, & spem nullam de reditu Dauid) ab illorum  
memoria excidisse: quemadmodum facile obliuisci solemus eorum quae diutius absunt ab oculis,  
**1. Reg. 25** etiam si fuerint aliquando charissima. Porro de vituperatione multorum in circuitu, docet Nabal  
illius, iuxta nomen suū stulti, stulti & blasphema responsio. Et verisimile est, non hunc solū fuisse,  
Ioan. 9. se, qui ita indigne contra Dauid fuerit loquutus. Rursus in Christum dominum hac apte conue-  
Ioan. 12. niunt, aduersus quē à principibus populi & sacerdotibus legimus sepius data edicta publica, vt si-  
libidem. quis eum cōfiteretur, extra synagoga fieret. Et si quis nosset vbinā esset, indicaret, vt apprehende-  
ret eum. De Lazaro quoque legimus, quod eum cogitabant interficere, propterea quod à Christo resuscitatus,  
Ioan. 9. Christi gloriam magnificabat. Cæcus natus extra synagoga cum probro eiectus fuit, non  
nisi quia expertum sanationis beneficium confitebatur, suūq; curatorem nolebat blasphemare.  
Ioan. 7. Nicodemus quoq; sob hoc tantum quod legis processum pro Christo requirebat, dicens, non esse  
& ironia valde amara, in concilio publico fuit redargutus. Obliuioni quoque datus fuit, quando  
Ibidē. 11. propter edictum principum nemo de illo palam quicquā in bonum loqui audebat, quando ad de-  
clinandam persequutionis rabiem in desertis agebat, quando à mane ad vespērā usque predicatio-  
nis laboribus fatigato, nemo cibum vel hospitium præbere ob principum metum audebat. Cate-  
Ioan. 7. rum, vituperationē multorum per circuitum, satis indicant illae tumultuantis vulgi voces, Malus  
Ioan. 9. est, & seducit turbas. Nos scimus, quia homo peccator est, homo vini potator, amicus publicano-  
rum, &c. ¶ Versu decimo septimo, In eo dum conuenirent simul, &c. Clarior esset oratio, si ita ver-  
Luca. 7. sum haberetur, In conueniēdo, illos simul aduersum me: quemadmodum alibi dicitur, In conue-  
tendo dominus captiuitatem Sion. Vel simpliciter, Cum conuenirent simul aduersum me. Atque  
ad hunc sensum accipi oportet propositum sermonem. ¶ Versu decimo octauo, In manibus tuis  
fortes meae. Ex communi loquendi consuetudine sumptus hic sermo indicat, nos nostraque omnia,  
omnēque de nobis & nostris dispositionem in Dei voluntate pendere. Omnia enim siue aduer-  
sa, siue prospera, siue lata, siue tristia, in illius prouidissima dispositione & benignissima volunta-  
te posita sunt. Potestq; sub intelligi indifferenter verbum vel indicatiui modi, vel imperatiui. Atq;  
hoc posteriori modo erit verbum resignationis: tanquam si dicat anima fidelis, In manibus tuis  
sunt fortes meae, tibi me meaque omnia commendo, vt sic mihi cedat in omnibus, sicq; agatur me-  
cum, quomodo tu mihi cuncta euenire, & quomodo tu de me fieri volueris: quemadmodum inter  
hominem qui fortes tenet in manibus iaciendas, in eius iactu est vel lucrum vel damnum, vel pro-

**A** speritas vel aduersitas eius, ad quem fortes attinent. Si enim iactus illius cadat feliciter, habebit lu-  
crum & gaudiū: sin aliter, damnum atq; dolorem. ¶ Versu vigesimotertio, Quam magna multitu-  
do dulcedinis. Quod dicitur, magna multitudo dulcedinis, magnā habet emphasim, ad exprimēdū  
vt cūq; immensam & ineffabilem aeternae felicitatis dulcedinē. Alioqui sufficiebat alterū, dicen-  
do, magna dulcedo, vel multa dulcedo. In altera autē parte, cum dicitur, quā abscondisti timentis-  
bus te, abscondisti illa sic accipitur, quomodo in Epistola Petri priore dicitur de hereditate aeterna, **1. Pet. 1.**  
quod conseruatur in caelis. Et in Canonica Ioannis, Filioli, nondū apparuit quid erimus. Et iuxta Pro- **1. Ioan. 3.**  
phetā, Oculis non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae preparauit Deus dili- **1. Cor. 2.**  
gentibus se. Quod enim preparatū est, nondum tamen manifestatū, proculdubio recte absconditū  
videtur esse abscondere. Longe autē alio modo accipitur absconditio, quā Dei gloriam dicimus abscon-  
ditam impiis. Sic enim illis est abscondita, non quod seruetur aliquādo manifestanda, sed quia prorsus  
nunquā sit illis manifestanda. ¶ Versu 28, Ego autem dixi in excessu mentis meae. Excessus aliquis **Psal. 115.**  
in bonum legitur, qualis est ille de quo alio in loco dicitur, Ego dixi in excessu meo, omnis homo **Psal. 67.**  
mendax. Et rursus, Ibi Benjamin adolescentulus, in mentis excessu. Hoc autē in loco videtur ex-  
cessus iste referri, nō quidem planē ad vitiū, sed potius ad stuporē qui ex admiratione nimia solet  
**B** accidere, iuxta quod in Elucidatione monstrat intelligētia. Vnde in translatione beati Hieronymi  
ex Hebræo habetur, In stupore meo. Palterii verò Romanū habet, In pauore. Alii (de quorū nume-  
ro sunt Ioānes Reuchlinus & Felix) putant rectius vertendū, in praecipitatione vel festinatione, id  
est, dum subito cōturbatus stuporem, videlicet nō bene cōsiderata ex altera parte tua misericordia

XXXI. PSALMI ARGUMENTVM.

**I**n numero penitentialium Psalmorum, secundum hic locum ex antiqua consuetudine obtinere digno scitur:  
estq; penitentiū, & ad Deum sese conuertentiū, valde accommodus. Videtur autē illi maxime competere,  
qui postquam in peccato aliquo diutius perstitit, ipsumq; vel excusando, vel (quod frequentius est) dissimu-  
lando, tacuit, agnoscerēq; emendare neglexit, tandē conscientiae stimulo compunctus, & diuina qualibet vl-  
tione tanquā compulsus (vexatione dante intellectu) agnoscit iam & cōfiteatur aperte, quod prius dissimula-  
rat peccatū, ac veniam & remissionem quantum accipit. Ac de his quidē, vsq; ad versum septimum, satis ma-  
nifestum est fieri sermonem. Dehinc verò dicitur, quemadmodum omnes sanctitatē sectari & tenere cupientes,  
pro peccatorū remissione iugiter debeant in hoc tempore orare: ne forte si illa negligantur, excrecant in modū  
aquarū diluuii, sicq; ab eis obruti & oppressi, in profundum damnationis mergantur, quomodo impiis solet con-  
**C**tingere. A quo periculo sanē maximo, quoniā solus potens est saluare Deus, in illum transilit versu nono, vt in  
suum refugiu, & ab omnibus circūstantibus malis securū munimentum. In versibus autē duobus sequentibus, id  
est, decimo & vndecimo, Deus ipse veluti acceptans penitentiam & confessionē penitentis, responsonem bo-  
nam reddit, promittens quarentibus viā iustitiae prestare intellectu & instructionem, suamq; superintentionē  
prouidam & sollicitā curam: simul, generali exhortatione, homines à vitæ carnali & sensualis illecebris auo-  
cans atq; debortans. Versu autē duodecimo, Propheta in spiritu quasi diuinā exhortationem adimpleri exoptans  
dominū orat, vt ad peccatorum conuersionē eorum qui penitere & simulant, neq; fr̄no neq; chamo parcat, hoc  
est, vt per aduersa eius modi cogat & compellat. Postremo, describens diuersam sortem iustorum atq; peccato-  
rum, exultans in eleuatione spiritus, iustos omnes generali exhortatione ad letandum & gloriantum in domino  
exhortatur, sicq; (vt penitentialibus Psalmis mox est) qui à tristibus cœpit, terminatur in letitia.

TRIGESIMIPRIMI PSALMI ELUCIDATIO.

**1** Beati, quorum remis-  
sa sunt iniquitates:  
**D** \* & quorum tecta  
sunt peccata.  
**2** Beatus vir, cui non  
imputauit dominus pec-  
catum: \* nec est in spi-  
ritu eius dolus.

**U**lli verè beati sunt (nūc quidē certa spe, post futuri in p-  
fecta fruitione) quibus Deus per suā misericordiā omnia  
peccata dimisit, indulgentiāq; & veniā concessit omnium  
peccatorū, quibus illum offendērāt, & quib⁹ rei teneban-  
tur ad perditionem mortis aeternae: \* illi (inquam) quorum peccata  
per remissionem plenariam ita sunt tecta & operata, vt ea Deus vltra  
non aspiciat, nō recordetur amplius, suntq; veluti post tergum pro-  
iecta, & per obliuionē deleta. **2** Beati sunt homines illi, quibus Deus  
ita perfectam cōcessit peccatorum omnium remissionem, vt nullum  
omnino peccatum in eis ipse agnoscat: \* illi (inquam) qui non solū  
externis nullum habent apparens crimen, sed neq; latentis prauitatis  
quicquam habent in corde absconditum. Nam qui exteriorē tantū  
iustitiā apparentiam custodiunt, ita vt illis homines (ea quae foris pa-  
tent solum videntes) nullum queant imputare peccatū, hi verè beati **1. Reg. 16**  
non sunt (tametsi falso sibi id persuadeant) eo quod in corde interius la-  
teant in spiritu, quae illis Deus cordiū inspector imputat in peccatū.  
**3** Ego verò quoniā tacui, dissimulans agnoscere & confiteri peccatū  
meū, quo onusta erat conscientia, cōsenuerunt & aruerunt ossa mea,  
omnes vires defecerunt, robur omne abcessit, & omnis vigor spiritus  
qui in me erat assumptus est, quemadmodū cum homo ad ossa vsque

\* dum clamarem tota die.

4 Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: \* conuersus sum in arumna mea, dum configitur spina.

5 Delictum meum congnitum tibi feci:

\* & iustitiam meam non abscondi.

6 Dixi confitebor aduersum me iustitiam meam domino, & tu remisisti impietate peccati mei.

7 Pro hac orabit ad te omnis sanctus:

\* in tempore opportuno.

1. Ion. 1.

8 Veruntamen in diluuiio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.

9 Tu es refugium meum in tribulatione, quae circumdedit me: \* exultatio mea, erue me a circumdantibus me.

10 Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris:

consumitur: \* tamen iugiter per omnem diem absque cessatione ad dominum clamarem, postcens auxilium. Donec enim tacemus, donec dissimulamus, donec excusare volumus, donec aperte nolimus confiteri domino quae latent intrinsecus in abscondito cordis nostri, non est Deo exaudibilis nostra oratio, quantum clamemus voce, quantum ore & exteriori gestu Deum postulauerimus. 4 Veruntamen tu domine, qui de salute mea semper es sollicitus, ut me ad poenitentiam peccatiq; agnitione & confessionem perduceres, aggrauasti super me manum tua, graues mihi afflictiones ex tua ordinatione siue internas siue externas impittedo: \* & ego in afflictione huiusmodi positus, agnoscens vltimic manum tua, conuersus sum, de peccato poenitentia agens, ad te dominum Deum meum, a quo per peccatum fueram aduersus, dum remorsus ille mala conscientia ad modum spinae continuo pungit mentem, ac veluti infigitur ad pungendum: quomodo infigitur carni spina rubi, ut eam diuexet ac laceret. 5 Itaq; velut compulsus hac tortura atq; carnicina mala conscientia, & tali compunctus stimulo, agnoui, quia tu domine esses qui me requirebas ad poenitentiam: sicq; meum peccatum, quod vsq; tunc vel excusando vel dissimulando tacueram, per agnitione & confessione ipsum tibi manifestaui: \* & iniustitia, quam aduersum te commiseram, non vltra celauit, neq; reticui, sed palam eam ante conspectum tuum proposui, & accusaui. 6 Mox vero vbi peccatum agnoui, tanta fuit erga me tua pietissima misericordia, ut statim ad propositum cordis mei, cum iam proposuissem in corde meo peccatum confiteri, ac memetipsum accusare, tu statim adesses, dimittens mihi impietate peccati mei, tanquam si stes expectans ad miserendum mei. 7 Pro hac autem impietate peccati, quemadmodum mihi fuit necessarium poenitere, & remissionem postulare: ita necesse est omnem eum, qui se sanctificare voluerit in hoc mundo, frequenter oratione facere ad te domine, cui soli peccant homines: \* donec ad exorandum est tempus opportunum, donec in hoc tempore acceptabili, in hoc die salutis exaudibilis est oratio. Quisquis enim in hoc mundo viuit, non sine quotidianis degit offensis, pro quibus per singulos dies (donec tempus est miserendi) in recollectione mentis positus, lachrymas & oratione fundere debet, remissionemq; petere, qui in sanctitate & iustitia tibi domine cupit placere. Siquis enim dixerit quia peccatum non habet, pro quo orat, seipsum seducit, & veritas in eo non est. Atq; etiam si propria quis impietatem non habeat, pro cuius remissione debeat orare, habet nihilominus peccata proximum, quae tanquam propria quilibet vere sanctus debet in oratione desistere, proq; eis remissionem abs te postulare. 8 Qui tamen sanctus est, dum ita per quotidianam orationem sese continuo purgare studet, & sanctificari adhuc, per hanc continuam bonam exercitationem seruabitur, ut nunquam pondere peccatorum prorsus valeat obrui atq; demergi in profundum: ita ut etiam si inundantes tentationes in modum copiosarum aquarum magni diluuii excreuerint, non sint ad illum appropinquatura, sic ut illi obruere valeant, aut prorsus in perditione demergere. Qui enim a quotidianis delictis sese continuo emendare fatigunt, hi non facile vel grauissimis tentationibus prorsus succumbunt: quemadmodum e contrario, qui minima negligunt agnoscere & confiteri, ac quotidiana delicta tacent, & ante conspectum tuum domine Deus confiteri dissimulant, parumpendunt, & emendare non laborant, propter peccandi consuetudinem & pravam habitudinem, cum graues tentationes illis aduenerint, facile etiam peccatis mortis obruuntur, imo etiam leuibus tentationibus facile succumbunt. 9 Tu es, o domine, ad quem confugio in omni tribulatione, quaecumq; me circumdederit & apprehenderit: tu es meum tutissimum refugium, ad quem semper in aduersis omnibus habeo recursum, nihil dubitans de tuae misericordiae fidelitate, modo ego fideliter tibi confitear iniquitatem meam: \* tu domine, qui es meum gaudium, in quo exulto & glorior in spiritu meo, libera me ab inimicis meis, qui me ab omni parte & plurimi & ad decipiendum sollicitissimi circumcingunt. 10 Responso diuina. Non quidem hoc tibi ego polliceor, ab omni tribulatione & malo sic te liberare postulatam, ut nihil omnino mali sentias: sed hoc dabo, quod tibi ad salutem fatis erit. Dabo tibi ego ipse intelligentiam praceptorum meorum, atq; eorum quae tibi erunt ad placendum mihi necessaria, & docebo te (siue

A

\* firmabo super te oculos meos.

11 Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intellectus.

B

12 In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.

13 Multa flagella peccatoris:

C

\* sperantem autem in domino misericordia eius circumdabit.

14 Letamini in domino, & exultate iusti:

\* & gloriamini omnes recti corde.

unctione mea interna, siue etiam doctrina exteriori) in via ista iustitiae quam tu ambulare proponis: & in lege mea, secundum quam tibi viuendum erit, si mihi placere velis: \* ponam etiam super te, & firmiter ponam benignum aspectum meum, neq; illum a te amouebo, donec peritae volueris in hoc proposito iustitiae tuae: habebog, semper ad te pius aspectum, ut sim tibi quasi custos, protector, & promisor in omnibus ne quicquam tibi possit aduersum contingere: quemadmodum solet bonus pastor super gregem firmatos habere oculos, & pater super filium dilectum. 11 Propterea, o filii hominum, cum ego tam parato sim erga vos animo ad benefaciendum, ne vestro vicio, via veritatis relicta, similes efficiamini irrationalibus animantibus, ne vestro honore contempto, in quo creati estis, vos ipsos coparetis iumentis insipientibus, equis atq; mulis, in quibus nullus est intellectus quo ducatur, nulla rationis regula qua dirigatur: quae solo agitato affectu sensuali, quocumque ille pertraxerit, pergunt: sed intelligite magis dignitate conditionis vestrae & tanquam rationales creaturae, ratione ac spiritu non carne vivere curate, secundum ducatum rationis, illuminationisq; & eruditionis meae. 12 Vox prophetae. Quia vero multi iam suae dignitatis obliti, iumentis assimilati, ad vocem exhortationis tuae obliuiscunt, nec audiunt te domine dulciter monente, suauiterq; vocante, obsecro te domine, ut eiusmodi qui ad te conuerti dissimulant, neq; dulcibus tuis exhortationibus & pollicitationibus ad poenitentiam commouentur, ut eiusmodi (inquam) vel aduersitatum pressuris ad te cogas, ac veluti per vim copellas reuertit, ad eum modum quo equi & muli solent franis & chammis constringi, & cogi ad faciendum opera hominum, quaecumque ipsi voluerint, ad quae alioqui induci non possunt. 13 O si cognoscerent qui Deo approximare nolunt, quanto iuxta veritatem sit melius homini iusto, quam peccatoribus. Nam homines quidem peccatores, tamen etsi florere videantur in hoc saeculo, multa tamen expectant flagella & tormenta varia, caeq; aeterna, quibus cruciabantur in saeculo futuro: atq; etiam modo ex mala conscientia, veluti perpetuum sustinent flagellum, pugionem ac stimulum: & in omnibus obuenientibus necessitatibus atq; aduersis multum torqueri illos videmus, dum consolatione interiorum diuinam nesciunt, propter quod etiam minima recula facile commouentur, & vehementer affliguntur: \* qui autem domino seruiunt, & norunt sperare in eo, atq; in eo consolationem accipere, hos misericordia ex omni parte circumcinget, & in futuro quidem saeculo perfecta atque plenissima, & in praesenti nihilominus sufficienter admodum, quantum praesentis vitae conditio patitur. 14 Proinde vos o serui Dei excelsi, quicunq; in sanctitate & iustitia Deo vestro seruire laboratis, letari merito debetis in eo, & perfecta letitia exultare: \* & vos quicunq; estis recti corde, mundi spiritu, in rectitudine iustitiae & mandatorum Dei ambulantes, omnia denia, omnia tortuosa malorum fugietes, vos (inquam) decet iure in domino magnifice gaudere, in misericordia eius qua circumdabimini, & a peccatorum flagellis saluabimini in vitam sempiternam. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM TRIGESIMVM PRIMVM.

D

Versu primo, Quorum testata sunt peccata. Nota quod peccata dupliciter dici possunt testata siue abscondita. Quorundam enim peccata, bene & feliciter testata sunt & operata: quemadmodum de charitate dicit sanctus Petrus, quod multitudinem peccatorum ipsa operat. Et ista quidem vere testata sunt atque operata, eo quod a facie Dei sunt abscondita, qui ea non videt, vltra ad imputationem & punitionem, sed (ob veniam & indulgentiam) est eorum oblitus: quomodo per Prophetam pollicetur iis qui se a via mala auerterint, quod omnium iniquitatum praeteritarum non recordabitur amplius. Et in caetero, Ezechias confitetur, Deum post tergum proiecisse omnia peccata sua. Iuxta autem hunc modum peccata dimissa dicuntur testata, quia ea quae testata sunt & operata, non videtur. Quorundam vero peccata testata quidem sunt & occulta hominibus, quorum oculos per exterioris sanctitatis simulationem fascinant & decipiunt: Deum autem (qui scrutatur renes & corda) non latet interior turpitudine: atq; ideo vere testata non sunt. Et hi sane qui sic testata habent sua peccata, ab hominibus quidem beati dicuntur, sed apud Deum maledicti potius inueniuntur: in quorum hypocrisis, sacra Euangelia ex ore domini multiplex admodum va detonant & desulminat. Sunt etiam nonnulli, qui propter cordis cecitatem sic testata habent peccata, ut etiam ipsos lateant factores. Nec hi quidem sub beatitudine inueniuntur, cuius hic Psalmus meminit: quoniam non bene testata habeant peccata sua. Rursum & alii sunt, qui non ignorant quidem peccatum suum, tamen ob complacentiam vel dissimulat quasi ignoraret, vel etiam exulare conantur excusationes in peccatis. Hi tamen quantum



tū in ipsis est, conentur ea tegeſe & operire excuſationis velamine, aut operculo diſſimulationis: non poſſunt tamē efficere, vt ante Deū vere teſta habeant, qui nullis excuſationibus vanis poteſt decipi: atq; ob hoc, ne ipſi quidē huius beatitudinis valēt eſſe participes. ¶ Verſu tertio, Quoniam tacui, in ueterauerunt oſſa mea. Quæ hīc atque in ſequentibus dicuntur, non ſunt de ſolis peccatis mortalibus intelligenda, quibus omnimoda inimicitia inter Deum & animam hominis conſtituitur, verū etiam ex aliqua parte de leuioribus, quæ venialia vocamus. Oportet enim eos, q̄ ſanctē viuere volunt, & fideliter Deo in finem vſq; ſeruire, nihil diſſimulare, neque grande, neque paruum, quicquid in ſe vitioſum deprehenderit: ſed pro ſua virili conari debēt, vt etiam ea quæ parua admodum reputantur obſeruent, ne cōmittant: commiſſa, deplorent vt dimittantur: dimiſſa autem, emēdare ſatagant, ne recidāt in eadem. Nā qui minima negligit, facile ſibi continuo malitia profectu (vt eſt malū omni bitumine viſcoſius) & plura & maiora agglomerabit. Et id quidē ſatis aperte docet experiētia, eos qui diuinā ſeruituti ſerio atq; fideliter intēdunt. Nam ſi quādo vllū peccatum, tametſi leuius, in eis cōperit reſidere, & māſionem facere, cōperintq; ad illud aſſueſcere, negligētque ipſum, & velut diſſimulare, aut etiam excuſare, ſibi perſuadentes parum eſſe ſi in vno illo (maxime cū mortiferum non ſit) oſſendant paululum, modo alia præcipua & maiora cuſtodiat: ſi quādo (inquā) iſta ſeruis Dei incipiāt inſidere animo, ſtatim ſentiant ſe veluti flaccere in ſolitū Dei obſequiis, & à priore ardore atque ſpiritus robore deficere: efficiētūque velut languidi ſpiritu, & incipiēt clamare ad dominū pro recuperanda fortitudine ſolita, & deuotionis gratia: verū non ſentiet pro voto reſpondentē, donec in propoſito perſtiterint ſui peccati. Et vix in principio morbi agnoscere valēt, aut magis volunt cauſam morbi ſui, donec tandē aggravata ſuper ipſos manu domini, & cōſcientiæ ſtimulo compulſi, agnoſcant, cōſiteantur, & emendare cupiant peccatum ſuum: quod vbi primū animo conceperint, mox a deſt Dei conſolatio. Si verò pergant in cōcepto errore, & pugnam cōſcientiam, monentēq; Deum omnino reuſent audire, periculum eſt, ne cōtinuo fluxu ad alia diſfluēt, proſuſ dilabantur, cadantq; reſoluti in nihilum: ac tepeſcente in eis continuo ardore, tādē euomantur ab ore domini. Quapropter ſeruis Dei valde abhorrenda eſt, etiam in iis quæ parua æſtimantur, diſſimulatio & excuſatio. Et diligēt inſequendum eſt hoc in loco pœnitentis noſtri propoſitū exemplum, vt minima quoq; non taceamus, neque diſſimulemus quicquam eorū in quibus offendimus, quin potius ſi peccaauerimus (vt non poteſt abſque offeſſis tranſigi hæc vita miſerabilis) ad eum ſtatim pœnitētēs & conſitentes cōfugiāmus, quem apud patrem habemus aduocatū ſelum iuſtum: qui fidelis eſt, vt dimittat nobis peccata noſtra, ſi cōſiteamur (inquā) non ore tantum, ſed ex animo, cum deſiderio & propoſito ſtabili vitæ melioris. Prolixè nos, quidē iſta deduximus: prolixius tamē & exactius te quiſquis eſt, Chriſtiane lector, hæc ipſa meditari ac ruminare optamus, & in domino pro tua ipſius ſalute exoramus. ¶ Verſu ſeptimo, Pro hac orabit ad te omnis ſanctus. Pronomen, hac, relatiue accipitur: referētūq; non ad vocem, ſed ad rem intellectam, de qua facta eſt mētio in verſu mox præcedēti. Pro hac, id eſt, pro dimiſſione peccati. Quauis poſſet etiā accipi vt referat iniquitatē, ſicque relatio erit ad nomen: eritque ſententia, Pro hac, id eſt, iniquitate, orabit omnis ſanctus: videlicet vt dimittatur. Et eſt in vtroq; proſuſ eadem ſententia. Quod autē dicitur, In tempore opportuno: intelligendū eſt de opportunitate ad exauditiōē & impetrationem poſtulationis, quod eſt tēpus vitæ præſentis. Nam poſt hoc tempus, fruſtra erit omnis oratio, cum nulla erit exauditiō. Atque hanc intelligentiam aperte indicat Felice & Hebræo tranſlatio, quæ habet, In tempore inueniendi, hoc eſt: donec tēpus eſt inueniendi & impetrandi remiſſionem peccati. Neque diſſonat, quod vertit beatus Hieronymus, tēpus inueniēs. Iuxta hanc autē expoſitiōē, apertum eſt, idē hīc dici tēpus opportunū, quod Apoſtolus ex Eſaiæ teſtimonio vocat tēpus acceptabile, diēq; ſalutis. Poſſet nihilominus & aliter iſta tēporis oportunitas intelligi, ad tēpus diſcuſionis & recolleſtionis, cum ad cor ingrediētēs qui ſe ſanctificare ſtudēt ſerui Dei, ad examē omnia cogitata, dicta & facta reuocantes, ſi quid inuenierint, quod Deo exiſtimēt diſplicere, mox per pœnitentiā deſſent: ne ſi peccatum quod agnoſcitur, per pœnitentiā non deleatur, luo pondere (iuxta Gregorii ſententiā) mox ad aliud pertrahat. Ad quem ſenſum non incongrue accipi poteſt quod vertit Hieronymus, tempus inueniens: quaſi dicat, Omnis ſanctus tempus inueniens: id eſt, cum tempus commodū inuenierit, orabit pro peccati remiſſione. Eādēque habet intelligentiam, ſi verteretur ex Hebræo, In tempore inueniendū eſt, quod inuentū fuerit commodum ad orationem. ¶ Verſu decimo. Particula illa, In via hac qua gradieris, in medio duorum poſita, poteſt vel cum præcedēti, vel cum ſequenti coniungi. Rectius tamen cum præcedēti, ad illum ſenſum quē in Elucidatione expoſuiſimus. Cui aperte etiam conſonat verſio beati Hieronymi ex Hebræo, quæ ſic habet, Docebo te, & mōſtrabo tibi viam per quā ambules. Cæterū quod in altera parte dicitur, Firmabo ſuper te oculos meos, iuxta cōmunem loquēdi conſuetudinem dicitur: quomodo ponere dicimur oculos ſuper eos, quos benigno fauore amplectimur, & pro quibus ſollicitudinē bonā gerere volumus. Et eſt hīc loquēdi modus ſcripturis ſanctis nō infrequēs: quē admodū in alio Pſalmo dicitur, Oculi domini in pauperem reſpiciūt. Et alibi, Oculi domini ſuper metuetes eum: & aliis pleriq; in locis. Plus autem eſt, ſuper aliquē firmare oculos, quam ſimpliciter ponere. Contingit enim eos qui ſuper quēpiam oculos ponūt, rurſū oculos auertere, & id quidē frequenter abſque omni ratione in iſta: quod vt Deus excludat, ait ſe nō ſimpliciter poſiturū oculos ſuper ſeruos ſuos, ſed etiā firmaturum, id eſt, ſtabiliter firmiterque poſiturum, ita vt nunquam abſque illorū culpa ſit eos aduerſurus, ab illis ſuper quos ſemel poſuerit. Sine pœnitentiā enim (vt Malac. 3. ait Apoſtolus) ſunt dona dei: neque temere mutari nouit, vt homo.

Apoc. 3.

1. Ioan. 1. & 2.

2. Cor. 6.

Pſal. 10. Pſal. 32.

Rom. 11. Num. 23. Malac. 3.

XXXII. PSALMI ARGUMENTVM.

A

**P**ſalmus iſte exhortatorius eſt ad laudem Dei, ex cōſideratione multiplici ipſius perfectionis. Et principio quidem verſibus tribus primis, iuſti ad laudem Dei inuitantur: mox verò deinde laudis materia proponitur ex rectitudine in verbis, fide in operibus, ex iuſtitia & miſericordia qua plena eſt vniuerſa terra, ex potentibus operibus creationis rerum omnium, quas ſolo verbo creauit, ex præpotenti cōſilio ſapientiæ eius, cui nulla poteſtas poteſt obſiſtere, quiſque etiā principum & populorum conſilia facit irrita, ex omni ſcientia deinde, & omnium humanarum rerum inſpectione & cognitione. Atq; hæc quidem, vſq; ad verſum. 16. Hic verò iterū replicans de potentia fortitudinis Dei, proponit, quæ admodū non ſit in vlla alia re ſalus cōſtituenda, niſi in ſola Dei miſericordia, quæ quos voluerit, potens eſt à morte & omni malo ſeruare in æterna ſatietate. Ob q̄ in perſona iuſtorū omnium loquēs Propheta, dicit ſe dominū ſuſtinere adiutorē & protectorē ſuū, atq; in ipſo lætari velle & ſperare: poſtulan in cōcluſione, ſperata miſericordia non fruſtrari, eamq; iuxta expectationem ſuam experiri.

TRIGESIMISECVNDI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Exultate iuſti in domino: \* rectos decet collaudario.



Audete & exultate in domino deo veſtro omnes qui ſe & amini iuſtitia, & diligitis æquitatē, ſyncera ſanctaque & immaculata lætitia: \* eos enim qui recto ſunt corde, bene vti oportet cū deo cōpoſiti, huiusmodi (inquā) decet laudare dominū. Nā & iure poſſunt, & meritō debēt. Poſſunt quidē, eo quod in ore ipſorū ſit laus Dei ſpecioſa, quæ admodum e contrario nō eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Debēt verò, quia quāto amplius Dei bonitatē cognouerūt, eiuſq; beneficia ſunt experti, eo magis debēt prædicare laudabilē dominū. 2 Date illi cōfeſſionē & laudē ex corde hilari, in lætitiæ euidēs testimoniū etiam instrumenta adhibentes muſica, citharas & ſalteria decem tenſa chordis: atq; huiusmodi pſalmos illi canite, in iubilo cordis pariter & vocis. 3 Cātate ei canctū nouitatis in nouo & inſolito gaudio, quæ admodum noua cātica ſolēt peculiari iucunditate decantari, & gaudio maiori q̄ vetera & trita carmina: \* pſallite & canite illi ſollicite, diligēt, ac ſapiēt in iubilo & exaltatione vocis, in protectionē magni gaudiū, ita vt vox animo per omnia reſpōdeat. 4 Laudis autem ratio & canticorū materia ſit vobis iſta, quoniam rectum eſt omne verbum quod eunq; egreſſus fuerit ex ore domini, plenū veritate & fidelitate, iuſtitia & æquitate: eſtq; fidelis ipſe & verax in omnibus verbis ſuis, ſicut in præceptis æquiſimus, ita in promiſſis fidelisſimus: \* & omnia opera eius quæ ipſe facit fidelia ſunt, in veritate & æquitate diſpoſita, nihil omnino vel in fraude vel in dolo vel in inſtabilitate agēs. \* Et ſic agit ipſe nobiſcū in omnibus operibus ſuis, vt de eius fide nemo debeat, aut poſit meritū dubitare, ſed quilibet illi ſecure poſſit abſq; metu fidere. 5 Diligit ipſe miſericordiā & iuſtitiam, duo hæc pariter cōiuncta: & in ſeipſo, & in ſeruis ſuis. In ſeipſo quidē, dū in omnibus operibus ſuis ſemper duo hæc pariter iuncta vult ad eſſe: ita in omnibus ſeruans iuſtitiam, vt nuſquā proſuſ abſit miſericordia, atq; iterū e cōuerſo ſic in omnibus tenēs miſericordiā, vt nuſquā abſit iuſtitia. In ſeruis autem ſuis hæc diligit, dū in eis iſta pariter requirit, & in quibus hæc inuenit, eos habet acceptos: \* quāquam autem & iuſtitia & miſericordiā Pſal. 118. ſimul diligit: peculiarius tamē relucet in operibus ipſius miſericordia, qua plena eſt vniuerſa terra, quæ in omnibus creaturis orbis terrarū clariſſe eſſulget, & erga omnes homines (vbi eunq; tandē lozorū habitates) ſeſe mōſtrat apertius. 6 Per verbū domini calorū orbis conditi ſunt in principio, quando dixit Deus, & facti ſunt ab initio. 1. Cor. 1. Pater enim per ſuum filium coæternū (qui eſt verbum, virtus, & ſapientia ipſius) creauit omnes calorū orbis: \* & omnis eorum, virtus atque perfectio, in ſpiritu ſancto illis donata eſt atq; inſuſa, qui eſt ſpiritus à patre ſpiratē procedēs, atque item à filio, quem admodum ſpiritus & ſtatus corporalis ab ore ſpiratē procedere cōſpiciunt. Hic ſiquidē ſpiritus, amor eſt, bonitas, atq; ſuauiſ, in quo omnia virtutē atque perfectionē ſuam accipiūt, ſicut per filium creata ſunt omnia. 7 Qui aquas maris quæ ſub calo ſunt cōgregauit in vnum locum, vt appareret arida: ſuiſque terminis & limitibus cōcluſit, & cōcluſas tenēt quæ admodum aqua in vtre aut vaſe concluditur & conſinetur: \* qui profunditates immēſas in locis occultis cōſtituit, vbi tāquam in theſauris habet cōcluſas aquas, vêtos, & alia in maxima abundantia, quæ educit quoties voluerit: quem admodum in tempore genera-

2 Conſitemini domino in cithara: in pſalterio decem chordarum pſallite illi.

3 Cantate ei canticum nouum: \* bene pſallite ei in vociferatione.

4 Quia rectum eſt verbum domini: \* & omnia opera eius in fide. 5 Diligit miſericordiā & iudicium:

\* miſericordia domini plena eſt terra.

6 Verbo domini cali firmati ſunt: \* & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.

7 Congregans ſicut in vtre aquas maris: \* ponens in theſauris abyſſos.

Eccle. 15.

Pſal. 110.

Pſal. 118.

1. Cor. 1. & 16.

Gene. 1.

Gene. 7.  
Ione. 2.

8 Timeat dominus omnis terra: \* ab eo autem commouentur omnes inhabitantes orbem.

Psa. 1. 71.

9 Quonia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

10 Dominus dissipat consilia gentium:

\* reprobatur autem cogitationes populorum: \* & reprobatur consilia principum.

11 Consilium autem domini in aeternum manet:

Hest. 13.  
Esa. 47.

Prou. 21.

Apoc. 21

\* cogitationes cordis eius in generatione & generationem.

Deut. 14.  
Psa. 134.

12 Beata gens, cuius est dominus Deus eius: \* populus quem elegit in hereditatem sibi.

13 De caelo respexit dominus:

Iob. 22.

\* vidit omnes filios hominum.

14 De preparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram.

15 Qui finxit sigillatum corda eorum.

Iob. 21.

lis diluuii rupti fuerunt omnes fontes abyssi magna ex mandato Dei: & ad Ionae susceptionem, de abyssi maris catus prodiit: & alias frequenter, de profunditatibus aquarum cetera gradia apparere facit, & de abyssi terrae dracones terribiles, nonnunquam quoque; & ventorum magnam vim educit ad ostensionem terroris sui. 8 Timeat proinde magnificum in operibus suis dominum omnes inhabitatores terrae, eumque; digno reuerentur honore: \* & commouentur a facie eius omnes qui habitant super terram: atque; ex consideratione magnorum mirabilium eius quae ipse facit solus, pauent omnes, & sancto timore commouentur ad reuerentiam illius. 9 Ipse namque est, qui solo verbo creauit omnia, sola iussione voluntatis suae ex nihilo produxit vniuersa. Nullum enim laborem in rerum creatione exhibuit, neque; exterius operari aliquid debuit, neque temporis mora indiguit ut creationem faceret, quomodo necesse est homines artifices suis operibus (quae secundum artem operantur) plurimum & laboris & sollicitudinis & temporis infumere, nonnunquam & aliorum complurium ut ministerio siue auxilio. Ipse enim absque labore & sollicitudine, absque temporis mora, absque omni adiutorio, absque praeparata materia, solo verbo suo potentissimo, & iussione efficacissima, de nihilo creauit omnia. 10 Ipse est in cuius dispositione & voluntate cuncta sunt posita, in cuius manu est dissipare consilia hominum, eaque; ad nihilum redigere, & a suo effectu impedire, quoties ipsi fuerit placitum: \* cogitationes populorum quas proposuerint, animo quae conceperint, ipse tanquam inutiles reiecit, prohibetque; impleri, cum voluerit: nec potest populorum multitudinem, vnius Dei potentiae contrahere, ut aduersus ipsius voluntatem, vllam suarum cogitationum in effectum perducant: \* sic neque; principum vniuersa potestas praualere potest virtuti Dei, ut contra ipsius voluntatem sui cordis possint proposita atque; decreta perficere: sed dissipat ea, infringit, & euacuat regum dominus, quotiescunque & quomodocunque voluerit. Neque quicquam ipsorum valet potentia, nisi quantum magnus dominus sua voluntate permiserit. 11 Consilium autem atque; propositum Dei, & definita voluntas eius, nulla aliena potentia, nullo consilio impediri potest: sed impletur absque vlllo impedimento, & permanet in aeternum: \* voluntates, consilia atque decreta eius quae cogitauit, & definita voluntate voluit operari, in omnibus generationibus impleta sunt ab initio, & perficiuntur usque in saeculum. Neque enim vnquam aut fuit, aut erit, aut esse potest vlla potestas, quae possit resistere voluntati Dei, aut eam a suo effectu prohibere. Siquidem non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. 12 Proinde, populus ille vere beatus est, qui hunc potentissimum dominum habet Deum suum: ut ipse Deus, sit eorum Deus, & ipsi sint populus eius: \* vere beatus populus ille, quem dominus tantus & tam omnipotens, per electionem suam bonae voluntatis elegerit sibi in hereditatem, quam sibi adoptauerit in peculium & in possessionem aeternam, ut habitet in medio eorum, eosque; possideat & custodiat in sempiternum. 13 Neque tamen populi illius tantum ipse est Deus & dominus, sed etiam vniuersorum. De caelorum enim altitudine eminens prospicit, attendens & considerans, quid agatur in terris. Neque; enim circa cardines caeli tatum perambulatur, neque; solum quae aguntur in caelestibus, sed etiam quae in terris geruntur, considerat: nimirum ut caeli, ita & terrae dominus: \* prospiciens autem de caelo, specialiter considerat & attendit filios hominum. Nam cum omnes creaturas quae in terra sunt noscat & consideret, specialiter tamen modo filios hominum contempletur, quibus aeterna praemia (ceteris in corruptione abituris) proposuit. 14 De habitaculo caelesti, quod sibi ipse praeparauit in mansionem & aulam regiam, attendit ad omnes qui habitant in terra, siue bonos siue malos. Ad illos quidem, ut eorum bonos conatus ac pia studia adiuuet, & in quibus imperfecta fuerint, sua gratia perficiat, ac post beatae felicitate remuneret. Ad hos vero, ut eos a vitis suis malis auocet ad poenitentiam: etsi quidem conuerterint, auxilietur poenitentibus: sin autem in obstinatione sua obdurati permanserint, digna eos ultione in mortem aeternam proiciat. 15 Ipse est pater spirituum vniuersae carnis, qui miro artificio secundum infinitam sapientiam suam creauit singulorum hominum singulas animas ac spiritus: singulisque; vitam omnem & motum, & quicquid est in

A \* qui intelligit omnia opera eorum.

16 Non saluatur rex per multam virtutem.

B \* & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suae.

17 Fallax equus ad salutem: \* in abundantia autem virtutis suae non saluabitur.

18 Ecce oculi domini super metuentes eum: \* & in eis qui sperant super misericordia eius

C 19 Ut eruat a morte animas eorum: \* & alat eos in fame.

20 Anima nostra sustinet dominum: \* quoniam adiutor & protector noster est.

21 Quia in eo latabitur cor nostrum: \* & in nomine eius sancto sperauimus.

22 Fiat misericordia tua domine super nos: \* quemadmodum sperauimus in te.

ipsis vitale, miro artificio indidit, estque; vita auctor & dominus: \* & quonia sic & intime omnia fecit, & occultissimas quoque; potestas ac viros tam corporis quam animae in homine constituit, nihil mirum si ipse singula cognoscat hominum opera: neque; solum exteriora, verum etiam cogitationes & affectiones, & quaecumque; sunt homini intima. Imò hoc ipsum ratio monstrat, ut multo melius, multoque; exactius & intimius ipse cognita habeat nostra omnia, quam habeamus nos ipsi: quadoquidem ipse fecit nos & intima nostra, non autem ipsi nos. Quis autem melius & intimius cognitum habere possit opus quodlibet artificis qui fecit illud? 16 Dum vero respicit dominus super filios hominum, non attendit ad temporalem potestatem vel potentiam, siue ad corporis robur. Non enim reges salutem consequi poterunt coram Deo per multitudinem exercitus & roboris sui. Primum quidem, non spiritualem: quia ad hanc salutem, eiusmodi corporalia per se nihil adiuuant. Deinde, neque corporale in bellis & praeliis, ubi dominus per suam potentiam voluerit obfistere: quonia iu manu domini est victoria, & cui vult donat eam. Neque; est illi differentia, in multis vel paucis salutem dare: \* ne gigantes quidem, in omni robore suo & magna corporis fortitudine saluari poterunt ante faciem domini: cui non est differentia inter immanem gigantem & pusillum nanum. Haec enim (nempe potestas magna & corporis robur) nos Deo non commendant. 17 Illi quoque; qui in equis confidunt, decipiunt se ipsos in ista vana fiducia equorum, qui saluare non possunt de manu Dei: quonia non minus facile est Deo, cum voluerit, siue equitè siue pedite prosternere, \* in omni abundantia suae fortitudinis non saluabitur de manu domini, neque; equus ipse, neque; seffor illius. Nam vno ictu utrosque; prosternit, quemadmodum olim equum & ascensorem proiecit in mare. 18 Vis autem audire, vnde vera salus tibi proueniat? Ecce oculi domini (id est, benigni) atque; misericors eius respicitus) aspiciunt ad seruos eius, qui timet eum, atque; obediunt ei: \* & in bonum aperti sunt, & attenti erga eos qui spem habent in misericordia Dei, eamque; inuocant, & in ea saluari confidunt. 19 Ad hoc autem oculi domini aspiciunt super metuentes eum, ut ipse eos qui eiusmodi sunt, per potentiam virtutis suae, & propter misericordiam suam, saluet a morte aeterna in regnum suum caeleste: & ut in tempore famis, in tempore egestatis, eos pascat suo caelesti pabulo: hic quidem in praesenti tempore (dum nihil deesse es patitur, quod ad veram vitam spiritus sit necessarium) pascens eos copiose atque; reficiens, cum impii fame siue defectu verbi Dei, & spiritualium bonorum egestate consumantur & pereant. In futuro quoque; saeculo, cum fame aeterna affligentur impii, epulabuntur iusti: & satiabuntur pane vitae aeternae in aspectu vultus Dei, inebriabunturque; ab ubertate domus eius. Nam impii esurientibus serui Dei comedent: & illis siti cruciatis, hi in ebrietate sua gaudebunt. 20 Quoniam itaque; solus est dominus, a quo vera salus sit speranda, volumus in spiritu sustinere & praestolari dominum, atque ab eo solo salutem expectare: \* ipse enim est auxiliator atque defensor noster, ipse est saluator animarum nostrarum: quo nos adiuuante sua gratia, & ab hostibus protegente, salui erimus ab omni malo, & consequemur vniuersa bona. 21 Et quidem in hac spe & expectatione latabitur in ipso spiritus noster, nihil metuens, nihil de promisso sollicitus: \* & in nomine eius, quod est sanctum & admirabile, spem nostram omnem collocauimus: ad eius inuocationem sperantes omnia semper bona consequi, & ab omnibus malis liberari. 22 Nunc itaque; piissime domine, qui tam magnificus comprobaris in omnibus operibus tuis, tam misericors erga omnes seruos tuos, fac experiamur in nobis sanctam hanc quam praedicamus, quam psalmo laudamus, misericordiam tuam: \* sicuti semper in te sperauimus, ut non confundamur ab expectatione nostra: sed per beneficium misericordiae tuae ab omnibus malis liberemur, & in bona introducamur sempiterna. Amen.

Psa. 93.  
& 99.

2. Mac. 5  
2. Re. 14

Exod. 15.

Psa. 16.  
Psa. 35.  
Esaie. 65.

ANNOTATIONES IN PSALMVM TRIGESIMVM SECVNDVM.

Versu primo, Rectos decet laudatio Dei. Impios autem non decet laudare Deum, donec in sua impietate secundum voluntatem persistunt. Omnis enim qui laudat Deum, quasi praesens assistere debet Deo quem laudat, & cum eo velut colloqui. Non est autem decens, ut is qui lordibus peccatorum est inquinatus, Deo assistat, illiusque; maiestati se obiciat ante oculos. Vnde & in alio loco scriptum est: Peccatori dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per Psal. 49.

os tuum : Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum, &c. Quapropter, si is qui peccator est, cupiat vna cum iustis laudare dominum, curet primum illis se similem reddere, p poenitentia ablens immunditiam peccatorum: atque ita demum, speciosam laudem Deo proferet in ore suo. ¶ Versu vndecimo, Consilium autem domini in aeternum manet. Consilium & cogitatio si secundum proprietatem significationis accipiantur, non competunt Deo. Non enim est in Deo consilium neque cogitatio: quae sunt ex imperfectione, & includunt ratiocinationis quandam discursum. Tunc enim consulit homo, quando varia perpendit, & simul confert: sicque deliberat, ut eligat quod visum fuerit melius. Et tunc cogitat, cum multa mente voluit, & varia coagitat, vnde etiam nomen accipit cogitatio. Pro cuius intellectu sciendum est, cogitationem & consilium dupliciter accipi. Primo, ut cogitatio sit ille discursus, quo per diuersa discurretes multa coagitamus: & consilium, sit ipsa deliberatio qua plura eligibilia simul offerimus. Secundo, accipimus minus proprie cogitationem pro conclusione qua per ratiocinationis discursum tandem acquiritur, & post illam cogitationem in mente relinquatur. Consilium vero, pro electione illa qua terminat deliberationis collationem, & est velut conclusio prioris consilii. Cum ergo in Deum ista non competant, neque discurrete ratiocinando, neque consilium deliberando, quae omnia simplicissima intelligentia contuetur, & simplici volitione elegit, patet, neque cogitationem neque consilium in Deo inueniri, secundum eum modum quo in hominibus ponuntur. Cum autem Deo in scripturis attribuitur, fere secundo modo accipiuntur, imperfecto tamen secluso. Accipiturque cogitatio per definitionem & iudicio mentis eius, quomodo sine discursu habet ratiocinationis. Consilium autem, pro definita voluntate & proposito voluntatis eius quod in eo est absque omni deliberatione, & collatione vnus ad aliud. Atque haec sunt consilia, & haec sunt cogitationes domini, quae manent in aeternum. ¶ Versu duodecimo, Beata gens cuius dominus Deus eius. Non talis est in hoc versu constructio dictionum, qualis esse videtur prima facie secundum positionis ordinem: sed intelligere oportet nominatiuum, dominus, ut suppositum verbi est: alterum autem nominatiuum, Deus, ut a posteriori parte rectum, a verbo substantiuo, ad hunc modum, Beata gens, cuius dominus est Deus eius. Quae admodum enim maledicti sunt, quorum idola & daemonia sunt dii eorum: ita beati asseruntur a Propheta, quorum dominus est Deus eorum. Sed & pronomini illius posterioris additio diligenter notanda est: quod non sit quantum ad emphasim & plenitudinem sententiae superfluum, tametsi Latinitatis & graecitatis ratio non vique adeo consistat. Si enim ommitteretur illud pronomen nouissimum, dicereturque: tatum, Beata gens, cuius dominus est Deus, sententia haberet, beatam esse gentem illam quae dominum habet Deum. Cum vero additur, eius, sententia est, beatam esse gentem illam quae dominum habet Deum suum, Quaequam autem in utroque horum secundum rem eadem sententia indicetur: maiorem tamen emphasim habet illa posterior eloquentio, cum sua sententia: atque ob hoc magis oblectat pios animos tametsi forsitan minus sit grata linguis disertis, & delicatis auribus. Sancta enim scriptura, mentium non aurium delicias spectat.

XXXIII. PSALMI ARGUMENTVM.

Propheta in hoc Psalmo, corde & ore Deum laudare proponens, inuitat ad idem vniuersitatem iustorum, eam in spiritu alloquens, tam quo ad absentes, quam praesentes: quibus domini proponit benignitatem, in exaudiendo orationes sanctorum suorum, pro laudis materia & incitamento gratiarum actionis: peculiariter vero suae exauditionis exemplum proponens, atque ex illo ceteros exhortando inuitans: ut gustent, & videant quod suavis sit dominus, & tunc illum timeant, qui suos seruos (saeculi diuitibus penuriam patientibus) omnibus vere bonis abundare facit. Atque haec quidem decem primis versibus. Post hoc vero, ad instructionem sese conuertens, in quo iustitia & timor Dei consistant, edocet: & de domini erga iustos benigno respectu, specialique custodia, protectione, & prouisione, impiorumque ex aduerso punitione, pluribus versibus late disserit, eademque subinde replicans propter spiritus plenitudinem. Atque haec ad finem usque Psalmi perdurant.

TRIGESIMITERTII PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 Benedicam dominum in omni tempore: \* semper laus eius in ore meo.
2 In domino laudabitur anima mea: \* audiant mansueti, & laetentur.
3 Magnificate dominum mecum:
\* & exaltemus nomen eius in idipsum.
4 Exquisiui dominum



Benedicere ego volo, & ex bona voluntate laudare dominum Deum, omnibus diebus quibus viuam, pro tam immensis suis, quae in me collocauit, beneficiis: \* nunquam deficiet laus eius ab ore meo, sed erit ipsa mihi ut in corde, ita & in ore, perpetua. 2 In domino magnificentia letabitur, atque gloriabitur cum laude anima mea, & spiritus meus: \* qui mites sunt & humiles corde, in mansuetudine domini non seruietes, cupio ut mea haec audiat cognoscantque: letitia, ut pariter & ipsi mecum letentur. 3 Magnificate, praedicare, & laudibus ac psalmis vna mecum celebrate omni laude dignissimum omnipotentem dominum, quicumque: fidelis estis & mansueti corde: \* & exaltemus atque glorificemus eum pariter, vos mecum, & ego vobiscum, vno studio, eodem animo, eodemque conatu & seruore: ut quia ex memetipso nequaquam iustitiam dignam vllam magnificentiae & beneficentiae illius gratiarum actionem persoluere, saltem vestro auxilio, & communi charitatis studio, fiat illi laus nostra acceptior. 4 Ecce ego primum quid ipse sim expertus, proponam, quo vos ad collaudandum reddam alacriores. Cum magno cordis affectu ego requisii-

- A \* & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
5 Accedite ad eum, & illuminamini:
\* & facies vestrae non confundentur.
6 Iste pauper clamauit, & dominus exaudivit eum: & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.
7 Immittit angelus domini in circuitu timentium eum.
\* & eripiet eos.
8 Gustate & videte, quoniam suavis est dominus.
\* beatus vir qui sperat in eo.
9 Time re dominum omnes sancti eius:
\* quoniam non est inopia timentibus eum.
10 Diuites egerunt & esurierunt:
\* inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.
D
11 Venite filij, audite me.
\* timorem domini docebo vos.
12 Quis est bono, qui vult vitam?
\* diligit dies videre bonos?
13 Prohibe linguam tuam a malo.

ui dominum in oratione mea, & ipse me exaudivit orantem: \* & ex omnibus tribulationibus meis vnde cum: mihi obuenientibus, ex omnibus necessitatibus & angustiis ipse me sua consolatione & protectione liberavit. 5 Et quonia ita in memetipso Dei beneficia largiter sum expertus, sciens non esse personarum acceptorem Deum: iccirco etiam vos, quicumque estis fideles & mansueti corde ac bonae voluntatis, vrgente me summa charitate, fidei exhortor, ut accedatis cum fiducia ad thronum gratiae eius. Accedentes enim illuminabimini a respectu vultus eius, quae super vos faciet illucescere quod fidei corde ad eum accesseritis: \* & non eritis confusi, neque repulsam patiemini, sed benigne donabit vobis petitiones cordis vestri, honorabitque faciem vestram in benignitate sua. 6 Quis vero hoc possit iure metuere, ne accedens ad dominum confusus recedat? Ecce enim hunc pauperculum & vilissimum hominum (me ipsum dico, qui pauper sum, egenus, & modicus, & ex memetipso nil nisi nihil) clamantem & orantem nequaquam despexit, neque confundit aut abiecit ad se accedente: sed exaudivit benigne, & ex omnibus angustiis atque necessitatibus liberavit. Quare ergo quisquam metuat accedere, aut confundi timeat? 7 Per circuitum timentium dominum angelus illius ad eorum auxilium & protectionem deputatus atque destinatus sese immittit, seseque diffundit, & velut castrametatur per circuitum eorum, ne possint ad illis non eundem accedere aduersarii: \* Immittit etiam angelus domini terrorem & timorem per circuitum seruatorum Dei, in aduersarios qui vnde quaque illos obfuderint: \* & ipse pro illis pugnas defendet eos ab omni malo, & ex omnibus periculis faciet saluos. Sunt enim angeli Dei ad ministrantem spiritibus, in ministerium missi, propter timentes dominum, qui hereditatem accipiunt salutis aeternae: & hoc habet de iustis a Deo mandatum, ut custodiant eos in omnibus viis ipsorum. 8 Laborate gustare, & intima experientia sentire: disciteque: & cognoscite, quod benignus, dulcis sit & suavis dominus omnibus qui requirunt illum: nequaquam amarus, durus, austerus, morosus, crudelis aut difficilis, cuiusmodi ferre inter homines esse solent quae vlla potentia sine autoritate praeminet: \* vere beatus est vir ille, & securus est de bona salute, quisquis spiritum suum & fiduciam in eo constituit, illique ex toto corde suam animam & seipsum in benefactis commendat. 9 Reuerentiamini, timete, diligite, & honorate dominum Deum omnium serui eius, qui creditis in eum: eiusque mandata obseruate diligenter: \* quonia iis qui sic eum filiali affectu timet ac reuerentur, nullius rei est defectus nulla egestas, nihilque illis deesse patitur Deus, quod ad salutem sit eis necessarium, sed sunt diuites per illum in omni bono, ita ut nihil illis deest in vlla gratia & bono spirituali: In corporalibus vero bonis, tametsi videatur egere, habet tamen omnia, & abundat: cum per interna consolatione haec omnia nihil faciunt, & de defectu magis quam abundantia gloriarum sciunt. 10 Diuites saeculi qui in diuitiis transitorii huius mundi spiritum suum constitunt, & in illis omne adhibent studium, ipsi vere egeni sunt, pauperes & inopes, esurierique: & defectum magnum patentes: qui spirituum bonorum (quae sola vere bona sunt) omnino nihil vel paululum admodum habent, eo quod nimium intemeri caducis, transitorii, & proinde falsis bonis, negligat ea quae sola sunt vere bona: \* qui autem ex bono corde seruiunt domino, & illi desiderant placere, hi non deficient, non patientur egestatem & defectum in villo vere bono, sed abundantiam consequentur omnium per Deum. 11 O fratres mei & filioli (sic enim per amoris teneritudinem mihi nunc placet omnes vos seruos Dei & praesentes & futuros tali nuncupatione compellere), accedite huc ad me, qui vos rem vtilissimam cupio monere: & auribus tantum cordis quam corporis suscipite doctrinam meam: \* docebo enim vos timorem Dei, qui est verae sapientiae initium, & sine quo nemo potest iustificari, ac proinde ante omnia maxime vobis est necessarius. 12 Quisquis igitur hominum es, qui veram cupis possidere vitam, eam quae secundum Deum est, quae nulla mors subsequetur, vitam animae & spiritus, nunc quidem in gratia, post vero in gloria, sempiternam: \* quisquis dies bonos cupis experiri, dies illos aeternitatis beatos in gloria, dies interminabiles, dies sine noctibus, dies qui nunquam occidant, dies gaudii perpetui & felicitatis aeternae: quisquis (inquam) es tu qui ista desideras, erunt tibi quae subsequuntur diligenter attendenda, & obseruanda diligentius. 13 Primum quidem linguam tuam compescere stude, ne egrediat per eam quod malum est, ne vllum vel noxium vel mendax

Heb. 1.

Psal. 90.

1. Petri. 4.

1. Cor. 1.

Philip. 11.

Psal. 110.

Eccl. 1.



Iacobi.1.

Matt.12. \* *Et labi tua ne loquantur dolum.*

Prou.21. 14. *diuerſe a malo, & fac bonum.*

\* *inquire pacem, & perſequere eam.*

Roma.12

Matt.5.

Psal.75.

2. Cor.13. 15. *Oculi domini ſuper iuſtos.*

\* *Et aures eius in preces eorum.*

16. *Vultus autem domini ſuper faciētes mala: \* vt perdat de terra memoriā eorum.*

17. *Clamauerunt iuſti & dominus exaudiuit eos.*

\* *Et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.*

18. *Iuxta eſt dominus his qui tribulato ſunt corde.*

\* *Et humiles ſpiritu ſaluabit.*

19. *Multa tribulationes iuſtorum.*

1. Tim.3.

verbum, vel etiā vanū & otioſum proferas. Nam qui ſe exiſtimat religioſum eſſe, & nō refrēnat linguam ſuam, huius proculdubio vana eſt religio: quādoquidem de omni verbo otioſo quod loquuti fuerint homines, redditori ſunt rationē in iudicio domini: \* potiſſimū autē os tuū cuſtodias, ne quicquā loquatur noxium, aut fraudulentiū, aut doſoſū aduerſus proximos ſuos. Qui enim dolos loquūtur, Deo ſunt abominabiles. Qui autē cuſtodit os ſuū, ſeruat animā ſuam. 14. Hoc autē iacō fundamento à linguā cuſtodia, ſine quo facillime corrūet quicquid ædificatum fuerit, ſollicitū te deinde exhibeas in fugiendum malum, & proſequēdo bonū: ita vt ab omni vitio abhorreas: & quicquid malum eſſe didiceris, ac proīde Deo ingratum, id tanquā venenum peſiferum, præſentiſſimum toxicum fugias: operibus autē virtutis & bonitatis diligēter inſiſtas: & quicquid bonum eſſe, ac proinde Deo gratum didiceris, id fideliter & ſollicite implere ſeſtines: \* ad hæc, diligēter perquire pacē, & ſectare eam ſollicite, quęcunq; ad pacem faciunt libenter amplectens: pacem (inquam) primum quidem cum Deo, vt nihil in te patiaris inhabitare quod inter te & iplum ponat iuſtā diſidii cauſam: deinde, & cum temetipſo, & ſecundum ſpiritum & rationis iudicium turbulētās omnes & ſeditioſas tam cogitationes, quā affectiones ſtudeas in pacē & concordia cōponere: poſtremo & cū proximis, vt quantū fieri poteſt, & quantū in te eſt, cū omnibus hominibus pacē habeas: neq; ſolū habeas ipſe, verumetiam in aliis pacem ſemper ſtudeas cōponere. Beati enim paciſici, quoniā filii Dei vocabuntur. Et in pace eſt locus eius, qui eſt Deus pacis. 15. Nihil verò pigere te debet huius laboris, neq; tibi hoc virtutis ſtudium eſſe debet moleſtum. Oculi nāq; domine, id eſt, benignus & paternus reſpectus illius aſpiciunt ad eos qui ſtudēt iuſtitia, & curam ipſe gerit de illis, vt eos in ſuis conatibus cōſoletur, adiuuet, atq; confirmet: \* & auditū benignum facilēque præbet illorum præcibus, paratus ſemper ad exaudiēdū illos, quicquid in oratione petierit, vt propter hoc nemo debeat à virtutis ſtudio deficere, ſciēs, liberum ſibi in omni difficultate ad dominū patere acceſſum & ſecurum refugium. 16. Ex aduerſo autē, ſuper eos qui ſtudēt impietatibus, eſt vultus iracundia & indignationis Dei, & toruus aſpectus eius etiam illorum opera, ſed non in ipſorum bonū conſiderās: \* nimirū, vt operarios iniquitatis in ſto ſuo iudicio in perditionem mittat pro ſuarū iniquitatū demeritis, ſicq; eos de terra viuentiū diſperdat, & proſus auferat memoriā eorū tam de terra iſta corporaliter viuentiū, vnde per mortem auferētur, quā de terra illa æternaliter viuētū, vbi nulla erit memoria damnatorū qui proiecti ſunt à facie Dei. 17. Et quoniā (vt diximus) oculi domini ſup iuſtos ſunt, & aures ad preces eorū, hinc ſit, vt quotieſcūq; iuſti ad dominū clamauerint, ipſe mox ſit ad exauditionem paratus: vt quocunq; poſtulauerint, ipſe eis (iuxta quod proſicū & ſalutare nouerit) cōcedat: \* & ex omnibus tribulationibus, anguſtiis, & neceſſitatibus, in quibus fuerint, ipſe eos benigne liberabit ſecundū beneplacitum ſuū: nonnunquā quidē etiam tēporali liberatione, ſemper autē ſpirituali & æterna: ita ſanctos interius in præſenti conſolādo, vt in tribulationibus nō deficiant: tandē verò, ex omnibus malis in ſcelicitatē æternā eos dē recipiēdo. 18. Propē eſt dominus, per ſuę misericordię præſentiā, iis qui ſunt propter tribulationū & tētationū magnitudinē animo anxio, ac velut cōſtracto atq; cōtrito: quēadmodū permittit nonnunquā De⁹ etiā iuſtis cōtingere ad ſuū exercitiū & meriti augmētū, vt tētationum vel magnitudinē vel multitudine, vel lōga nimis ac cōtinua duratione, veluti in anxietatē animi ueniat cupiētes omnimodis ſeruare iuſtitia, & tamen ppter tētationū vehementiā metuētes, ne forte eam cōtingat relinquere: atq; his propē a deſt domin⁹, bonā voluntatē aſpiciēs, quo eos ſuſtēter: \* & eos qui ſunt pauperes ſpiritu, & corde humili, humilitē Deo ſuas animas cōmendātes, ipſe humiliū ſaluator faciet ſaluos ab omni malo, in regnum ſuum cæleſte. 19. Multa quidem numero, ac varię admodū vndiquaque obueniunt tribulationes iuſtis: & neceſſe eſt omnes qui pie volunt viuere multiplicem pati perſequutionem: Deo ſic diſponente ad illorum coronā: partim quidem à mundi hominibus, partim à carnis vel prauitatibus vel neceſſitatibus, partim ab ini-

A \* *Et de omnibus his liberabit eos dominus.*

20. *Cuſtodit dominus oſſa eorum: vnum ex his non conteretur.*

21. *Mors peccatorum peſſima.*

\* *Et qui oderunt iuſtū delinquent.*

22. *Redimet dominus animas ſeruorum ſuorum: \* Et non delinquent omnes qui ſperāt in eo.*

micis dæmonibus: \* verumetiā ſi millecuplo plura forē ac grauiora Dominus vnus eſt, qui de omnibus eos liberat, & p varias tribulationes (quaſi aurum in fornace) probatos, ad gloriam regni illos perducit. 20. Et licet videātur iuſti apud homines nonnunquā male tractari ſecundū corpus à malis, & vique ad oſſa in illos nonnunquā contingat deſæuri: illud tamē ſciendum eſt, quōd Dominus omnia oſſa iuſtorum numerata habet, neq; vnū ex illis perire ſinet in nihilū, quod non illis diligēter cuſtodiet, & in ſuo tēpore cum magna gloria reſtituet in reſurrectione: quēadmodū iuſtorū omnes capilli numerati ſunt, & capillus de capite illorū perire nō poteſt. 21. At verò mors peccatorū vere peſſima eſt, & maxime metuēda: tam illa ſecunda qua anima morte æterna perditur, quā etiā prior mors corporis: qua tamen ſi nonnunquam mitior videatur morte violenta iuſtorum, eſt tamen ſecundum verum iudicium terribiliſſima, quoniā per ipſam ad mortem trāſitur æternā, & damnationem cruciatus perpetui: cum ecōtrario iuſti per mortem tēporalem pertingant ad æterna gaudia: \* & omnes qui iuſtos oderūt, atq; in eos machinantur mala: tanquā oſores iuſtitia, peccatores ſeſe cōprobant, & damnationis reos, quā etiam non enadent. 22. Dominus autē ſaluabit animas eorum qui ſibi quærunt in ſanctitate & iuſtitia placere: nec patietur, quantū ad animā, quicquam illis ab hoſtibus accidere aduerſi: \* & qui in eo ſpem ſuā iectatā & bene firmatam habuerint, non cadent in peccatum tale, quo proſus à Deo ſeparētur. ſollicite enim curabunt, nec peccatū vllum tale admittant: & ſi forte cōtingerit incidere, ſollicitus curabūt, ne in peccato permaneat, ſed reſurgēt quātocyus in ſpe miſericordię Dei.

ANNOTATIONES IN PSALMVM TRIGESIMVMTERTIVM.

Verſu ſecundo, In domino laudabitur anima mea. Nota, verbū laudari in ſacris literis ſolitu vſurpari nonnunquā p gloriari. Eſt enim hoc in loco, ac ſi dicas, In domino gloriabitur anima mea: quēadmodū alibi, Latabitur iuſtus in domino, & laudabitur in eo omnes recti corde, id eſt gloriabuntur. Non enim videtur hic Dauid loqui velle de laude vel laudatione ſuę anime paſſiue accipiēdo, qua videlicet anima ipſius laudaretur: cū hoc in loco potiſſimum de laudatione Dei attendat facere ſermonē. Videtur ergo iſtud verbū laudabitur, & in hoc loco, & in aliis ſimilibus, quanq; voce paſſiua habeat terminationē, magis tamē actiua vel neutrā habere ſignificationē, quēadmodū gloriari, aut lator: & ſignificat, cū laude letari, quod pene idem eſt cum gloriari. ¶ Verſu quinto, Facies veſtra nō confundētur. Ex more ſcripturarum dicimus cōfundi faciem eorū quibus denegatur petitio. Vnde, 3. Regum. 2. loquens pro Adonia ad Salomonem mater ipſius Bethſabæa, 3. Reg. 2 dicebat, Petitio nā paruulæ ego deprecor à te, Non confundas faciem meam. ¶ Verſu ſexto, Iſte pauper clamauit. Iſte pauper cum ait, videtur eſſe demōſtratio ſui ipſius, cum alium neminē exprimat, neq; certā aliam perſonam deſignet. Nam ita fere loqui ſolemus, quoties de nobis abiectius loquimur. Veluti ſi dicā, Miſerere Deo huic pauperulo peccatori, demōſtrādo meipſū qui loquor. Sed & alias ſeſe pauperē & inopem atq; contemptum nominat Paſalmiſta, veluti Paſmo 118. Adoleſcētulus ſum ego, & contēptus. Et alibi, Ego verò mendicus ſum & pauper. ¶ Verſu octauo, Guſtate & videte quoniam ſuauiſ eſt dominus. Suauiſ hic non intelligitur, vt ad guſtum referatur, vt ſignificet dulcedinē. Nā Græce eſt χυμωδός, id eſt, bonus ſiue benignus: opponiturq; fero, aut immiti, aut difficili. Et ita etiā vertit beatus Hieronymus ex Hebræo: Quoniam bonus eſt dominus. Ad eundem modum accipi etiā debet hæc eadem vox Paſmo cēteſimo quadrageſimo quarto, cum dicitur, Suauiſ dominus vniuerſis, & cætera. ¶ Verſu nono & decimo, Non eſt inopia timētibus eum. Nō tādum, illud quod hic dicitur de timētibus dominū, nihil eis poſſe deeſſe, principaliter intelligi de bonis ſpiritualibus iis quæ ad ſalutē homini fuerit neceſſaria. Nā horum non ſinit Deus ſeruos ſuos pati defectum, quin (vt ait Paulus) præſtet illis abunde omnia. Habet tamen minus principaliter etiā de bonis tēporalibus veritatē, Sancti enim viri, qui propter internas diuitias tranſitoria iſta pro nihilo pendunt, neq; ea requirunt, niſi quatenus ad vitā corporis tranſigendā & ſatiſficiendā naturali neceſſitati, illis opus habuerint pauciſſimis, & iis quidē viliffimis contenti, facile habent & adipiſcuntur quod cupiunt, id eſt, viſtum & veſtitum: quēadmodum ex illis quidā egregius ait, Habētes alimēta, & quibus tegamur, his cōtenti ſimus. Et alibi, cum pauca quędam in neceſſitates quotidianas ex donatione fidelium recepiſſet, Habeo (inquit) omnia, & abundo. Imò verò aliorum in loco nihil habēs, gloriatur nihilomin⁹ omnia ſe poſſidere. Tā facit opulētos ea quæ ſecundū Deum eſt ſpiritus vera paupertas. Sed & vetus illud miſericordię, & omnis pietatis exēplum ſanctus Tobias, filium ſuum erudiens, dicebat, Noli timere fili mi, pauperem quidem vitā gerimus: ſed habebimus multa bona, ſi timuerimus Deū, & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bene. ſed etſi contingat ſanctos Dei interdum vix etiā neceſſaria inuenire naturali ſuſtentioni, ne hoc quidē admodum grauateferunt, qui in Deo firmati ſunt. Vnde illē ditiffimus omnium poſſeſſor, quē ſuprà cōmemorauimus, dediciſſe ſe cōſtitet, quomodo cōtēntus eſſe etiam in minimis poſſit. Ego (inquit) didici, in quibus ſum ſufficiēs eſſe. Scio & humiliari, ſcio & abundare. Vbiq; , & in omnib⁹

Sapiē. 5.

Psal. 63.

Psal. 118.

Psal. 39.

Psal. 144.

1. Tim. 6.

Ibidem.

Philip. 4.

2. Cor. 6.

Philip. 4.

institutus sum & satiari, & esurire, & abū dare, & penuriā pati. Omnia (inquit) possum in eo quime B  
cōfortat. At verō huius saeculi diuites, qui prater falsas istas tēporarias, alias non nouerūt veras &  
æternas diuitias, ac proinde spem omnem in illis ponunt, & cor totū ad illas adiiciunt, dū sine mo-  
do eas expetunt, nullū suā cupiditati cōstituentes terminum, sit, vt post multum laborem, post plu-  
rima pericula, quātūmuis magnos aceros cōgregauerint, nunquā tamen expleri valeat illorum  
inordinata cupiditas: neq; eo deuenire aliquādo possunt, vt eorum quę desiderant, sat habere se di-  
cāt. Quā interminam & insatiabilem diuitum cupiditatē, seuerinus Boetius eximius ille Christia-  
norū Philolophus, imō philolophice magis Theologus, in libro Philolophico cōsolatu pulcher-  
rime depingit & exprimit metro secundo libri secundi. Quod carmen totū, quoniam lectū & attē-  
tione est dignissimum, paritēq; nostro proposito valde accōmodum, iccirco huic loco duximus  
inferendum. Sic ergo apud illum canit sacra Philolophia.

Si quantas rapidis flatibus incitus  
Pontus versat arenas,  
Aut quot stelliferis ædita noctibus  
Cælo sydera fulgent,  
Tantas fundat opes, nec retrahit manum  
Pleno copia cornu:  
Humanum miseris haud ideo genus  
Cesset flere querelas.  
Quāuis vota libens excipiat Deus,  
Multi prodigus auri,  
Et claris auidos ornet honoribus:  
Nil iam parta videntur,  
Sed quæ sita vorans saua rapacitas  
Alios pandit hiatus.  
Quæ iam præcipitem fræna cupidinem  
Certo sine retinent:  
Largis cum potius muneribus fluens  
Sitis ardescit habendi:  
Nunquam diues agit, qui trepidus gemens,  
Sese credit egentem.

Cum itaq; sancti Dei homines minimis paucissimiq; plenissime contenti, abundant etiam in te-  
nuissima substantia: hi verō etiā in amplissimis possessionibus semper adhuc egeāt, semper eis desit  
aliquid, ad quod aspirēt, imō quo amplius cōquirunt, eo & pluribus & maioribus in dies indigeāt:  
cōstat iuxta veritatē (etiam quo ad res temporarias) his esurientibus & defectum patietibus in suis  
diuitiis illos in sua tennitate, vel etiam penuria abundare. Quis autem dubitet eum qui eget, paupe-  
riorem esse secundum veritatem eo qui abundat? Relinquitur itaque tam de spiritualibus, quā de  
temporalibus bonis verum esse propositum Prophete sermonem.

XXXIII. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms hic viro iusto competit, qui ab aduersariis persequutionem grauem patitur, cum sit ipse innocens;  
& illi nullam habeant causam hunc persequendi. In quo, Deo more humano loquens, quasi viro pugnato-  
ri, ipsum aduocat in suum vltorem, defensorem & saluatorem: confusionem imprecās ex aduer-  
so suis per-  
sequutoribus, quos ait sibi mortis tetendisse laqueos, quos secundum conformitatem ordinationis Diuine iustitiæ  
vel precatur vt veniant, vel prædicat venturos super authores suos. Ipse verō in Deo suo letari promittit, et  
que vt pauperem liberatori confessionis laudum per soluere. Atque hæc quidem, vsque ad versum decimumter-  
tium. Hic verō iterum reuertitur ad commemorandum peruersitatem aduersariorum & suā ex aduerso humili-  
tatem atque charitatem, qua se pro illorum peccatis poenitentiam egisse, atque humiliter suppli casse profitetur:  
qua etiam erga illos vt amicos & fratres sese studuit exhibere, ac pro eorū malis cum luctu dolere: cum illi e-  
contrario non solum non doleant super malis eius, verum etiam studio & consilio mala multa aduersus eum ex-  
cogitent præ nimia indignatione & obdurata inuidia: ita vt cum ille eis quasi amicis placere fraterno affectu stu-  
deat, hi e contrario hostili animo dentibus frendeant in illum. Atque hæc, vsque ad versum vigesimum. Dehinc  
tribus versibus sub sequentibus liberationem postulat à Deo, pro exauditione gratiarum actionem & laudis cō-  
fessionem promittens. Mox verō versu 24. & 25, aduersariorum duplicitatem & malitiam replicat, vt ad ex-  
audiendum facilius fleat at quem orat. Nam versibus sequentibus, magno affectu à Deo postulat sibi quidem li-  
berationem & salutem, illis verō confusionem pro meritis dignam, vt exultent quibus grata est innocentia atq;  
iustitia, & ipse per linguam suam liberatori per sonet confessionem sempiternam. Illud aut. in hoc Psalmo ad-  
uertendum est, quod & in pluribus aliis, posse videlicet eum pene indifferenter referri vel ad personam Chri-  
sti domini, vel ad personam Dauid, vel ad vnum quemlibet ex iustis, qui sunt in tribulatione & persequutione  
ab aduersariis constituti. Nos autem in Elucidatione ita omnia temperabimus, vt cuilibet etiam iusto aptari facile  
possit, ad Dominum secundum hanc formam clamare volenti, aut gratias agere. Siquidem in hoc Psalmo permi-  
xum, nunc diuini auxilii imploratio, nunc pro exauditione gratiarum actio proponitur. In annotationibus autem  
distinctius quædam vel Christo applicabuntur, vel Dauidi.

A

1 Iudica domine nocentes me: \* expugna impugnantes me.

2 Apprehende arma & scutum: \* & exurge adiutorium meum.

3 Effunde frameā, & conclude aduersus eos qui persequuntur me: \* dic arma mea, salus tua ego sum.

4 Cōfundantur & reuerentur querentes animam meam.

5 Auertantur retrorsum, & cōfundantur, cogitantes mihi mala.

6 Fiant tanquam puluis ante faciem venti: \* & angelus domini coartans eos.

7 Fiant via illorum tenebra & lubricū: \* & angelus domini persequens eos.

8 Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui:

\* superuacue exprobrauerūt animā meā.

9 Veniat illi laqueus quem ignorat: \* & caprio quā abscondit apprehendat eum: \* & in laqueum cadat in idipsum.

10 Anima autē mea exultabit in domino: \* & delectabitur super salutari suo.

11 Omnia ossa mea dicent: domine, quis similis tibi?

12 Eripiens inopem de



Ac pro me domine iudicium aduersus eos qui mihi quærūt nocumēta inferre: eosq; propter suā iniquitatē, secundum iustitiam tuam cōdemna, vt quærūt, adimplere non valeāt \* pugna pro me aduersus illos qui me suis persequutionibus & tētationibus impugnat. 2 Quasi vir pugnator exhibe te mihi, & in pugnā mihi te prapara, quomodo facere solēt homines qui ad pugnam sese accingentes arma arripiunt, quibus hostem feriāt, & scutū quo se ab hostiū ictibus defendāt: \* sic (quam) paratus ad prælium, adueni mihi in adiutorium cōtra aduersarios meos: qui vt me sunt lo-  
ge potētiores, ita tua potentia multo sunt inferiores. 3 Insper (vt humano more amplius tibi loquar domine De<sup>9</sup> meus) euagina, & ve-  
lut extra vaginā effunde gladium vltionis tuæ, quem donec dissimulas, donec differs facere iudiciū, quasi cōclusum in tra vaginam serua-  
re videris: & cōclude, atq; obsidionē pone per circuitū cōtra eos qui persequuntur me, vt non valeant tuū iudiciū & tuas manus effugere: \* mihi verō interius in spiritu loquēs, testificare de salute, quod eā tu mihi sis certo præstiturus, quod videlicet non sim hostium impugnationibus deuincēdus, sed tua protectione semper secur<sup>9</sup> ac saluus sim futurus. 4 Illi autē qui animā meam quærebant deripere, qui perdere laborabāt vitam meam, & ad mortem me pertrahere, confusio-  
nem accipiāt, & erubescantia atque pudore impleantur, cum se vide-  
rint suo proposito per tuā protectionem fraudatos. 5 Cogantur tua protectione retrorsum reuerti, id est, à cæpto cordis sui pposito desistere, impediti nimirum obstaculo potētia & voluntatis tuæ: & cō-  
fundantur, perficere non valētes cōceptum desiderii omnes qui cogitabāt contra me mala, qui consilia faciebāt, & in corde versabant, quomodo mihi mala irrogarent. 6 Fiant huiusmodi, te dissipate eorum conatus, quasi puluis terræ aridus ante cōspectum vēti: vt quæ-  
admodum ob vēti impetum nullam habet puluis soliditatem, neque cōtinuitatē, sed rapitur atq; dispergitur à vento quocunq; ille proiecerit: ita tu per vim potētia tuæ dissipēs & dispergas eos, vt non valeāt quod desiderāt: \* & angelus tuus, domine, ad auxiliū mihi destinatus, sit coartans, persequens, impellens, atque ad fugam cōpellens eos, vt cogantur cæpta relinquere, & proposita nequeant perficere. 7 Via illorum fiat obscura & tenebricosa, vt non videāt quo vadāt: fiant etiam lubrica, vt non valeant commode per eas ambulare, vel effugere: \* & sit angelus tuus domine persequēs eos, eosque in fugā compellens, ad faciendum pro me vindictam & iudicium. 8 Sine causa nanque, & prater meum omne meritum, in abscondito posuerunt mihi laqueum perditionis, & insidias mortis, per quas me quærebant in perditionem concludere, & morte illaqueare: \* sine causa & absque meo omni demerito opprobrio affecerunt animam meā, loquutiq; sunt mala contra eam. 9 Veniat illis (quicunq; tandem fuerint qui mihi sine causa mala quærunt) laqueus insperatus, & malū inexpectatum, quod ipsi mihi meditabātur: \* aut laqueus damnationis æternæ (qui est laqueus inextricabilis) quam modo ignorāt, quam nūc non attēdunt, qui mala meditātur contra proximos suos: \* & rete illud siue laqueus ille ad captionē meam ab illis paratus, quem illi in occulto posuerāt ad me illaqueandū, comprehendat eos, ita vt ipsemet qui aliis insidias posuerāt, incidāt in laqueum, in laqueū (inquā) ipsum eundē quem innocētibus aliis parauerant. Ita enim habet vltio Diuinæ iustitiæ, vt eos qui pximis suis machinātur mala, & mortem meditātur dānationis æternæ, indissolubilibus nexibus inuoluat. 10 Anima autē mea Diuino iudicio liberata, vel de liberatione secura, magnifice gaudebit in domino Deo saluatore suo: \* & iucundabitur de salute sua, q̄ illi Diuina præstitit benignitas, aut in saluatore suo qui sibi salutē præstitit, & ab inimicis liberationē. 11 Tāta autē erit exultatio animæ meæ, vt ex omnibus viribus te collaudet, ita vt omnes vires quæ in ea & ab ea sunt (quæ sunt veluti ossa in corpore) tanq̄ gestiētes cōfessionē laudis perloluere, dicāt tibi, & confiteātur q̄ nemo sit alius similis tibi, sic omnimodis magnus, sic potēs, sic sapiēs, sic bon<sup>9</sup> ad saluandū humiles. 12 Tu es enim q̄ liberas eos, quibus

manu fortiorum eius.  
 \* egenū & pauperem  
 à diripientibus eum.  
 13 Surgentes testes ini-  
 qui, quæ ignorabā inter  
 rogabant me.  
 14 Retribuebant mi-  
 hi mala pro bonis: \* ste-  
 rilatatem animæ meæ.  
 15 Ego autem, cū mihi  
 molesti essent, indue-  
 bar cilicio.  
 16 Humiliabā in ieiun-  
 io animam meā \* &  
 oratio mea in sinu meo  
 conuerteretur.  
 17 Quasi proximum  
 & quasi fratrem no-  
 stram sic cōplacebam:  
 \* quasi lugens & cō-  
 tristatus, sic humilia-  
 bar.  
 18 Et aduersum me la-  
 rati sunt, & conuene-  
 runt: \* congregata  
 sunt super me flagella,  
 & ignorauī.  
 19 Dissipati sunt nec  
 compūcti: \* tērauerūt  
 me, subsannauerūt me  
 subsannatione, frendue-  
 runt super me dentibus  
 suis.  
 20 Domine quando  
 respicies: \* restitue a-  
 nimam meam à mali-  
 gnitate eorum: \* à leo-  
 nibus vnicam meam.  
 21 Confitebor tibi in  
 Ecclesia magna: \* in  
 populo graui laudabo  
 te.

deest humanū auxiliū de potētia & violētā manu potentū seculi, qui B  
 ipsi sunt diuitiis, dignitate, & autoritate potētiores: \* qui liberas  
 egenos & pauperes supplices tuos, tibi; denotos, à violētā iniquorū  
 qui eos per vim quærunt opprimere. 13 Volo autē ego ad laudē tuā,  
 meā oppressiōnis & persequutiōnis exponere grauitatē. Ecce cōsur-  
 gētēs aduersum me falsi testes, obiciēbant mihi, & proponebāt quasi  
 reo ea de quibus mihi secūdū veritatē minime erā cōsciūs, & à quib⁹  
 me cōsciētia & veritas nouit alienissimū: de illis me accusabant, quæ  
 ego nunquā me vel dixisse vel fecisse cognouerā. 14 Pro bonis quæ  
 ego illis impenderā, & impendere non desinebā, reddebant mihi ma-  
 la, afflictiones & persequutiōnes grauissimas, quas ab illis sustinui: \*  
 ad sterilitatē animæ meæ, ita vt quasi sterilem sacerēt animā meā, cui  
 præ nimia molestia nihil agere libebat eorum quæ vellet: quēadmodū  
 accidere solet iis qui nimis premuntur molestiis, vt quasi steriles &  
 femimortui videātur, dū eis nihil agere libet, vel licet eorū quæ vel-  
 lēt 15 Ego verò, cū illi sic mihi multis modis essent molesti, non me  
 cōverti ad reddēdum malū pro malo, aut vt pro me ipso vindictā fa-  
 cerē: sed magis ad pœnitentiā lamēta, & ad humilitatis insignia, vt sic  
 humiliatus & pœnitēs tibi cōmendarem causam animæ meæ, simul  
 & pro illis te deprecarer: itaq; ego ad humilitatis & pœnitentiæ pro-  
 tectionē, operiebā me ipsum cilicio vel sacco quæ sunt operimenta  
 apta pœnitētib⁹. 16 Humiliabam quoque & affligēbam coram te  
 animā meā in ieiunio, quod ipsum etiā pœnitentibus & sese humiliā-  
 tibus cōuenit: sicq; in hac humilitate tam pro meis quā pro illorum  
 peccatis orabam \* & oratio mea quam pro illis effudi, licet in illis  
 propter impedimentū obstinati cordis eorū nō proficeret, nō fru-  
 stra tamē effusa fuit: quia ad me reuertebatur, & ad memetipsum ac  
 meos redibat copiose fructus ipsius. 17 Tanquā ad amicos, & amici-  
 tia singulari velut proximos, imò tanquā erga fratres meos, sic placi-  
 de, māiūte, & benigne in omni gratia cōuerlabar ad illos, quātum in  
 me erat cū illis pacem & charitatem quærens & tenens, sicq; meam er-  
 ga illos cōuersationem instituens, vt laborarem eis tanquam amicis  
 & fratrib⁹ meis cōplacere, si quo modo potuissēt emolliri, & ne quo G  
 modo ego illis causam præstare mali odii: \* & pro illorum obstina-  
 tione atq; cōsummata malitia sic humiliabar & affligēbar, quemad-  
 modū solēt qui luctū habēt & degūt in tristitia. Quia enim charitas  
 faciebat aliena mala quasi propria reputari, nō poteram non contri-  
 stari & lugere super iustorū insanabili peruersitate. 18 Ipsi verò ecō-  
 trario in malis meis cōtra me gaudebāt, quū mihi mali aliquid vidif-  
 sent accidere, imò cōuenerunt ipsi pariter aduersum me vt tractarēt  
 quo modo mihi mala inferrent: \* sicq; per illorum conciliabula ini-  
 quo, accumulata sunt super me mala plurima, cum ego ignorarē cau-  
 sam tātorum malorum, & nullius omnino rei mihi cōsciūs essem, ob-  
 quam ita contra me impie & crudeliter agerent. 19 Dissipati sunt,  
 atq; in diuersa suis cogitationibus distracti, quærētes varia cōcilia  
 & modos diuersos, quibus me affligerēt: & his omnibus non sunt cō-  
 puncti corde, neq; vlla miseratione cōmoti super innocētia mea, sed  
 absq; omni misericordia & cōpunctione pergebant nouā contra me  
 excogitare malitiā: \* multis & variis modis vexauerūt me, irrisioni-  
 busq; & illusionibus variis cōtumeliā magnā & multiplicē intulerūt  
 mihi: insuper & fremuerunt contra me, frendueruntq; dentibus suis  
 præ indignatione nimia, veluti dolētes q̄ nō possent omnē suam ma-  
 litiā & crudelitātē sufficiētē effūdere, veluti maiora ac plura adhuc  
 irrogare cupiētēs. 20 Tu verò domine Deus, cui cōmendauī causam  
 meā, in quo tota mihi spes reposita est, respice tandē oculo misericor-  
 diæ tuæ ad me seruū tuum, & meā hac omnia mala, quæ sine causā pa-  
 tior ab iniquis: \* & animā meā, quæ nūc tātis affligitur malis, in liber-  
 tatē cōstitue, & eripe à peruersitate illorū: \* ab illis (inquā) persequu-  
 toribus meis, in modū leonum ferocissimis, animā meā (quæ vt vnica  
 est mihi charissima) restitue in libertatē, & salua, vt ab illis nō rapiat  
 in mortē. 21 Pro gratiarū actione ego tibi cōfessionis laudē persol-  
 uā, in multitudine magna & copiosa fidelīū atq; sanctorū tuorum, in  
 cōspectu oīs Ecclesię lactę tuę: \* in populo multo & magno valde ego  
 laudabo te: & corā omnib⁹ fidelib⁹ tuis, quorū futurus est maximus  
 numer⁹, laudē tibi p gratiarū actione reddā, cū me ex illorū manib⁹

A 22 Non supergaudeāt  
 mihi qui aduersantur  
 mihi inique: \* qui ode-  
 runt me gratis, & an-  
 nuunt oculis.  
 23 Quoniā mihi quidē  
 pacifice loquebantur:  
 \* & in iracūdia terra,  
 loquētes dolos cogitabāt  
 24 Et dilatauerūt super  
 me os suū: \* dixerūt eu-  
 ge euge, viderunt oculi  
 nostri.  
 25 Vidisti domine ne si-  
 leas: \* domine ne disce-  
 das à me.  
 26 Exurge, & intende  
 iudicio meo: \* & Deus  
 meus & dominus meus  
 in causam meam.  
 27 Iudica me secundū  
 iustitiam tuā, domine  
 C Deus meus: \* & non  
 supergaudeant mihi.  
 28 Nō dicant in cordi-  
 bus suis, euge euge, ani-  
 mæ nostræ: \* nec dicāt,  
 deuorabimus eum.  
 29 Erubescāt & reue-  
 reantur simul qui gratu-  
 lantur malis meis.  
 30 Induantur cōfusione  
 & reuerētia, qui mali-  
 D gna loquūtur super me.  
 31 Exultent & leten-  
 tur qui volunt iustitiā  
 meam: \* & dicant  
 semper, magnificentur  
 dominus, qui volunt pa-  
 cem serui eius.  
 32 Et lingua mea medi-  
 tabitur iustitiam tuā:  
 \* tota die laudem tuā.

saluaueris à morte, & in vitam reduxeris. 22 Non patiaris tu Do-  
 mine, neque permittas fieri, vt gaudeant super me, & de casu atq;ue  
 perditione mea exultent impij illi, qui contra omnem iustitiam &  
 æquitatem innocentem me persequuntur & tribulant: \* qui sine  
 causā (cum ego illis nihil nisi bonum ostenderim) me persequun-  
 tur odio, & nihilominus secundum exteriorum signorum iudicium  
 inimicitias dissimulant, & simulant, finguntque amicitiam, oculis  
 mihi & nutibus (vt solent amici amicis) annuentes. 23 Nam mi-  
 hi quidem ore pacem monstrabant, & velut amici loquebantur cum  
 pace & reuerentia, ne prauas eorum machinationes aduerterem:  
 \* verum intrinsecus in iracundia terrena & pessima inuidia (quam  
 ipsi ex terrenis affectionibus contra me conceperant) dum mihi lo-  
 querentur dolos, & malitias pessimas contra me volebant in cor-  
 dibus suis, excogitantes quomodo me in mortem & confusionem  
 pertraherent. 24 Et cum ego in malum aliquod venissem, aut  
 aduersi aliquid mihi contigisset, aperiebāt illi in latitudine os suum  
 contra me, ad exprobandum & illudendum mihi: \* resoluti-  
 que in cachinnum, ad se inuicem contra me dixerunt in magna la-  
 titia, euge euge, iam tandem viderunt oculi nostri quod tamdiu de-  
 siderauimus, iam oculis nostris vidimus impletum vel ex parte a-  
 liqua cordis nostri desiderium: sic inuicem se ad congratulationem  
 de meis malis excitantes, & meā miseriam insultantes. 25 Non te  
 ista latent Domine, qui vides, & nosti omnia: ac proinde oro, vt  
 motus misericordia non dissimules, neque cesses auxiliari mihi:  
 \* Domine Deus ne elonges te ipsum à me per subtractionem au-  
 xilij & defensionis tuæ. Nam si tu vel paululum abscederis, facili-  
 lime illi dominabuntur mihi. 26 Exurge Domine, & quasi de  
 somno excitatus euigila, sisque attentus ad faciendum & exequen-  
 dum pro me iudicium contra illos persequutores meos: \* tu (in-  
 quam) quies Dominus meus & Deus meus, exurge; & intende ad  
 discernendam & indicandam causam meam, quam tibi commen-  
 dauī, neque vltra differas iudicium. Tempus est enim, vt illorum  
 malitia confundatur, & serui tui patientia remunerationem acci-  
 piat. 27 Fac pro me iudicium, & causam meam iudica contra ad-  
 uersarios meos, secundum iustitiam & æquitatem tuam: cuius est  
 innocentes liberare, & condemnare noxios: \* & non permittas,  
 vt illi de me latentur, neque patiaris illos sui voti compotes fieri.  
 28 Non finas eo rem meam deuenire, vt gaudentes de mea perdi-  
 tione, dicant intra se, latitia & exultatio sit animæ nostræ: non si-  
 nas (inquam) ita illos sese latificare de meo interitu: quod certe  
 facerent, si sui propositi effectu potiri possent: \* neque eo rem de-  
 uenire patiaris, vt vere dicere possint, iam prorsus deuorabimus &  
 absorbebimus eum, iam illum in mortem & perditionem præcipi-  
 tabimus. 29 Quin potius confusio & erubescencia illis veniat  
 pariter omnibus, quicunque gratulantur & gaudent de malis meis,  
 aut concupiscunt meam perditionem. 30 Confusione & erube-  
 scencia inuoluantur, & velut operiantur, quicunque contra me in  
 malum magna & superba loquuti sunt, quicunque in superbia ad-  
 uersum me præsumptuose egerunt. Confundantur (inquam) viden-  
 tes tuo auxilio omnia ipsorum contra me consilia esse irrita, & per  
 te malum quod mihi fuerant machinati, esse à me depulsum, & in  
 ipsos potius authores retortum. 31 Illi verò quibus beneplaci-  
 tum est in iustitia mea, & qui amant innocentiam meam, eamque  
 illam cupiunt & saluam ab iniustis persequutoribus, fac tu Domi-  
 ne, vt exultent & latentur, congaudentes salutem meam: \* & illi qui  
 desiderant & optant pacem atque salutem meam, cum te viderint  
 secundum iustitiam tuam liberaſſe meam innocentiam, laudem tibi  
 reddentes, dicant semper, glorificetur Dominus, & benedicant no-  
 mini sancto tuo propter misericordiam mihi exhibitam. 32 Sed &  
 lingua mea de gratiarum actione sollicita, ex corde meditabundo e-  
 loquetur, & laudabit admirabilem iustitiam tuam: \* & laudem tuā  
 iugiter omni tempore performare conabitur, neque deficiet laus tuā  
 de ore meo in æternum, Amen.



**V**ersu primo, secundo, & tertio, Iudica domine nocentes me. Clarum est in his versibus, ex spiritu abundantia, & velut fidenti ac libera familiaritate ad Deū humano more dirigi sermonem: id quod & in aliis pluribus locis, maxime in Psalmis, subinde solet occurrere. Consonat autē hac descriptio bellica satis cum eo quod in Cantico Moysi dicitur: Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius, Viri enim pugnatoris est, cum prælium fuerit in eūdum, ad inuasionem hostium arma apprehendere, ad propriam verō protectionem clypeum assumere, gladiū euaginare, & hostem circuncingere, sicq; eum expugnare atque deuincere. Quod autem in 2. parte tertii versus dicitur, Dic animæ meæ, salus tua ego sum: illi utrunq; consentit, quod in alio Psalmo ait, Audiam quid loquatur in me dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Et Psal. 50. alibi, Auditui meo dabis gaudium & lætitiā. Rursus alio in loco, Auditam fac mihi mane misericordiā tuam. Tunc enim dicit animæ nostræ Deus, Salus tua ego sum: cum eam interiorius cōsolando, & timorem hostium repellendo, de liberatione & salute securā reddit, & de victoria facit bene sperantem. Ac tunc sane loquitur dominus pacē in nobis, tunc datur auditui nostro interiori gaudium, tunc audita sit nobis Dei misericordia. ¶ Versu quinto, Auertantur retrorsum & cōfundantur. Auerti retrorsum dicitur ex communi loquendi cōsuetudine, qui impediuntur quoquo modo ab impletione operis quod proposuerant aut cōperant. Orat ergo vir iustus, vt ii qui aduersus se mala excogitant, auertantur retrorsum, id est, vt progredi nō possint, neq; pericere quod vel cogitarant vel cōperant. Hanc autē auersionem vel prohibitionē in malis (qui Deo cedere nesciunt) cōestigio subsequitur confusio & erubescencia, eo quod in effectū suas cogitationes perducere sint prohibiti. Nam in viris bonis, etiam si in re qualibet prohiberi eos Diuina dispositione contingat (quemadmodū in Apostolicis actibus Paulo factum legimus, cum in Bithyniam proficisci proponens, prohiberetur a spiritu Iesu) nō subsequitur tamen confusio neq; deturbatio. Norunt enim Diuine dispensationi cedere, & subiectam illi semper suam voluntatem tenentes, non confunduntur, cum illa aliud disposuerit: sed gaudent magis, sua voluntate frustrata, superiorē illam, quæ omnibus est preparanda, impleri. ¶ Versu septimo, Fiant vię illorum tenebræ. Tria simul mala coniungit, quæ deuictis & fugiētibus de prælio (sic enim iam initio Psalmi loqui cepit Propheta more pugnantium) valde sunt incommoda. Primum enim incommodum est, si viam habeant tenebrosam, vt nō videant quo fugiant. Facile enim tunc vel in foueas, vel in alia loca periculosa incidunt, aut hostibus etiam nescientes sunt obuii. Quod si etiam lubrica est via, geminum malū est. Si verō & persequutor velox subsequatur, qui vrgeat fugientem, & talis persequutor qui agilitate & fortitudine superat fugientē (cuiusmodi est angelus domini, comparatione ad humanā virtutem) vix effugibile malum est. Videntur autē ista potissimum ad corporale confusionem & fugā referri, tametsi valeant & secundum spiritualem sententiam mystice intelligi. ¶ Versu nono, Veniat illi laqueus quem ignorat. Notandum, qd hæc simul cum precedentibus quæ per modum imprecandi ponuntur, recte in Christi persequutoribus impleta vidētur. Pugnavit enim pro ipso aduocatus omnipotens pater eius, & saluum fecit a morte, die tertia ad vitā eum resuscitando. Illi verō cōfusi sunt & impediti ab impletione cogitationū suarum, quibus Christum, cogitabāt morti tradere, & eius gloriam (etiam post resurrectionē cognitam) obscurare: facti sunt quasi puluis, dispersi in omnes partes mundi ex vltione Dei, quæ per angelos administrat: in tenebris ambulant, & lubrica est via eorum (qua secundum legis literā currunt) nihil habens solidum, in quo pedem valeant figere: & Diuina vltio vsq; ad tempus constitutum cōsummationis sæculi, quasi subsequitur qui acoagustat illos: denique laqueus mortis & damnationis, quem Christo tetenderant, apprehendit eos, dum iam propter incredulitatē captiui tenentur, & temporalis & diabolica captiuitate, post hoc sæculi infelicitius aternæ mortis vinculis illaqueadī. Ipse verō Christus dominus, & in se, & in membris suis delectatur in domino, & plena laudis ei reddit confessionem. Sed & quæ sequuntur de iniquis testibus. Christo apertissime ex Evangelica historia conueniunt, & quod mala ei pro bonis impii retribuebant. Personæ quoq; Dauid hæc omnia non incommode applicari facile videt, quisquis historiam libri Regum memoria retinet. Neq; enim semel pro illo Deus, aut angelus eius pugnaſſe legitur, hostesq; in fugam vertiſſe per vias tenebrosas, & pluuiā ac grandinē lubricas factas, persequente eos ad hæc angelo domini nouis terroribus Et laqueū mortis, quem innocenti Dauidi tanto studio tetenderat Saul iniquus, quomodo idem ipse tandem susceperit, inq; eodem perierit, manifeste docet præfata historia. Quæ verō de iniquis testibus dicuntur, intelligi possunt de his qui apud Saulem falso accusabant Dauid, in iis in quibus reuera erat innoxius. Fuisse enim eiusmodi alii quot, qui apud Saulem falso detrahebāt Dauidi, ipsius verba satis dilucide mōstrant, quæ post Saulem egressum ē spelunca, abscessitā chlamydis ipsius ora, clamauit dicens, Quare audis verba hominum loquentiū, Dauid querit malum, aduersum te? ¶ Versu decimo tertio, Quæ ignorabā, interrogabant me. Attende nouā acceptionē verbi interrogare, quod hic ponitur pro obiicere. Alioqui, testes nō proprie interrogant querendo, sed asserunt potius testificando. Dicuntur autē testes hic interrogare, forsitan propterea qd sicut is qui interrogat, responsionē expectat ab eo quem interrogat: ita testes dum suam accusationem proponunt, velut responsionem expectant eius aduersus quem obiiciunt, vt vel cōsentiat, vel abneget accusatus. Vnde cum de saluatore nostro falsi testes dixissent, Hunc audiuiſſe dicentē, &c. statim adiūxit princeps sacerdotum, Nihil respōdes ad ea Marc. 14 quæ isti testificantur aduersum te? ¶ Versu decimo quarto, Retribuebant mihi mala pro bonis. Cū Matt. 26. Psalmus iste Christo domino accommodabitur, sterilitas hæc animæ referri commode poterit ad

**A** illum statum in quo erat, cum imminente iam passione pauere inciperet & cadere, cōtristari & moereri Lucæ 22. stus esse: cum factus in agonia, sanguinis guttas sudaret. Aut intelligat sterilitas ista animæ, cessatio ipsius ab opere, ad quod missus fuerat. Cōstat enim frequenter Iudæos sua ingratitude (dum mala pro bonis nimis ingrate & improbe redderēt) Christum ab opere predicationis & sanationis cessare fecisse, ita vt aliquādo lateret, cedendū putans malitię, & illorum insaniā locū dare volēs. Ac tunc velut sterilis videbatur anima & vita eius, cum tamē secundum veritatem nullo vnquam momēto apud patrē esset nobis sterilis, tametsi foris videretur sterilis, cum nihil exterioris operis ageret. ¶ Versu decimo quinto, Induebar cilicio. Quæ hic dicuntur de cilicio & de ieiunio, nō certo videntur ad literam in scriptura vsquam vel de Christo, vel de Dauid legi: qd videlicet in persequutione inimicorum ista fecerint. Vnde possumus per ista simpliciter intelligere humiliationem & afflictionem, quæ & Christus dominus, & Dauid ipse pro inimicis sese afflixerunt: id quod de vtroq; est ex scripturis satis manifestum. ¶ Versu 16. Et oratio mea in sinu meo conuertetur. Oratio dicitur in sinu orantis conuerti, quando pro aliis effusa, & velut foras emissa, in propriam vtilitatem redit eius a quo fusa est. Ex communi autē loquendi cōsuetudine hic sermo accipitur. Quod enim in sinu habemus, nondū perisē dinoſcitur. Et quod in sinu nobis reuertitur, nondū perisē fructus eius. In sinu enim seruabitur. Atq; per hunc modum econtrario dicimus, in ventum vel in aërem abire orationem illorum, qui nec sibi, nec aliis fructum orādo faciunt: quemadmodū sunt superborum & impiorum in acceptabiles preces. Quæ enim in ventum effunduntur, pereunt. ¶ Versu 17. Quasi proximum & quasi fratrem nostrum sic complacebam, ac deinceps, manifestum ex Evangelica historia, Christo hæc omnia competere. Mansuetissima enim & amabilissima eius erga omnes conuersatio fuit: & tamen seuisissima fuit rabies persequutorum eius, tam in cruciatibus & flagellis, q̄ in irrationibus & opprobriis. Sed & versus 22, manifeste indicat, hunc Psalmū de Christo potissimum intelligi. Nam apud Ioannem legimus Christum sibi ipsi huius scripturæ partem Ioan. 15. applicasse, cum post enarratam Iudæorum feritatem concludit, dicens, Sed vt ampleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis. Versus quoq; mox sequentes, Christo optime quadrant. Pacificè enim Iudæi loquebantur Christo, vocantes eum magistrum, præceptorem, & a Deo missum, vt ex diuersis Euangelii locis clarescit: & cetera item quæ sequuntur, ex Evangelica lectione aperte Christo videntur conuenire. ¶ Versu vigesimo primo, In populo graui laudabo te. Populus grauis nō significat grauitatem morum, quam maturitatem possumus nuncupare, vt sit sensus, In populo maturo laudabo te. Tametsi enim hæc sententia habeat veritatē (siquidem in maturis & bene compositis laudatur Deus, non in iis qui leues sunt & incompositis moribus) non videtur tamen ista hoc in loco esse scripturæ huius intelligentia. Significat autem grauitatem admodū copiosam volentes significare. Veluti cum dicimus, Rex cum exercitu graui inuasit hostes. Congregat imperator aduersum Turcas grauem exercitum. Sic primi libri Machabeorum primo capite de Antiocho dicitur, qd ingressus est Aegyptū in multitudine graui, id est, in magna exercitus multitudine. Et Esaiæ 21, cap. dicitur, a facie grauis prælii, pro prælio grandi & magno. Vnde ex Hebræo quidā vertunt, In populo multo. Beatus verō Hierony. In populo forti: quod ad eandē potest sententiā reduci. Populus autē iste multus, est fidelium populus, qui ex Dei gratia mirum in modū auctus est, & creuit per vniuersum orbē, in quo sane populo, per vniuersam Ecclēsiā, laudat filius patrē, vt hoc in loco pollicetur. ¶ Versu 23, In iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant. Iracundia terræ dicitur mala iracundia, qualis erat iracundia persequutorū Christi. Exarserunt enim & indignati sunt cōtra eum, non secundū Deum, neq; propter Deum (tametsi falso illud suæ impietati prætexerent) sed secundū carnem & terrenas affectiones: quoniā videlicet veritatem prædicabat, & cælestia annuntiabat, vitia autē illorum arguebat, in quibus perstare eligebant. Sed & in illo solenni suo cōcilio, quod aduersus Christū pontifices collegerant, quid aiunt? quā proponunt indignationis causam? Si dimittimus eū sic (inquiunt) omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. Videlicet manifestum est, iracundiā hanc nō nisi terrenā fuisse, quo loquentes dolos aduersus illū cogitabant. ¶ Versu 24, Dilatauerunt super me os suum. Dilatare os solent, qui irrident & exprobrant aliis, aut qui contra aliquē gloriantur. Vnde Anna Samuelis mater, in Cantico suo dicebat, Dilatātū est os meū super inimicos meos, &c. r. Reg. 2. nimirū significare volens, iam se gloriari posse contra suā amulam, & habere iam quod illi responderet, quæ antē ipsam crebris exprobrationibus solita fuerat affligere. Particula autē, euge euge, partim quidē exprobrantis & insultantis esse videtur, quatenus cōtra ipsum dirigitur, super quo pferatur: partim verō exhortātis ad gaudiū, quatenus sibi inuicē loquuntur, qui pariter gloriantur aduersus aliu. Et similem fere vim habet cū dicitur, vah vah, quod beatus Hierony. ex Hebræo vertit, pro euge euge. In Hebræo habetur heach heach: quod est aduerbium gaudendi atq; etiā illudendi.

XXXV. PSALMI ARGUMENTVM.

**I**n profunda meditatione rerum duarum diuersissimarum, id est, humane prauitatis & Diuine bonitatis, constitutus Propbeta, hunc sequentem Psalmum composuit. In quo primis quatuor versibus, hominum in malitia obſtinatorum depingit peruersitatem, qui Dei timore abiecto, dolose agunt coram Deo, tam verbis quam operibus, ad omnē impietatē faciles semperq; parati. Mox verō in 5, & 6, versibus, quasi ab extremo in extremū aliud subito trāsies, saltu magno, ad diuinæ bonitatis & oimodæ perfectiōis cōsiderationē trāsilit: misericordiæ

eius in caelis altitudinem, veritatis ac fidei plenitudinem, iustitiae firmitatem, & iudiciorum inexhaustam profunditatem considerans. Ac deinde specialius magnificentiam misericordiae eius prosequitur, per quam etiam infimos, viliissimos peccatores a sua salute Deus non repellit: sub cuius alis sperant omnes fideles, de cuius dulcedine reficiuntur atque potantur electi, tanquam de fontali origine vitae & omnis boni. Quam etiam misericordiam simul cum vera Dei iustitia praetendi & exhiberi fidelibus postulat, suam meditationem concludens: ne impedimentum vllum aut obstaculum inueniat operatio Diuinae misericordiae, malum superbiae deprecatur, per quod cecidisse meminit omnes operatores iniquitatis. Facit autem hanc contemplationem admodum iucundam & delectabilem illa rerum diuersissimarum comparatio (opposita enim sibi inuicem iuxta posita magis elucescunt) dum primum profunditatem malitiae hominum obstinatorum considerat, mox vero ex opposito Dei omnimodam & sublimissimam perfectionem contemplatur: a qua deinde, ordinato progressu, descendit ad considerationem beatitudinis & felicitatis bonorum, qui sperant in illa.

TRIGESIMIQUINTI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso:

\* nō est timor Dei ante oculos eius.

2 Quoniam dolose egit in conspectu eius:

\* vt inueniatur iniquitas eius ad odium.

3 Verba oris eius, iniquitas & dolus:

Matt. 12.

Luc. 6.

\* noluit intelligere vt bene ageret.

2. Tim. 4.

Iob. 21.

4 Iniquitatem meditatus est in cubili suo:

\* astitit omni via non bonae: \* malitiam autem non odiuit.

5 Domine in caelo misericordia tua:

\* & veritas tua vsque ad nubes.

Psal. 144

6 Iustitia tua, sicut montes Dei:

\* iudicia tua abyssus multa.

7 Homines & iumentum saluabis domine:

**D**ixerunt homines impii in cordibus suis intra semetipsum, & propositū fecerunt, vt absq; remorsu male agant: sicq; ex electione & proposito mala voluntatis praeligunt iniquitatē virtuti: \* nō habent Deum pra oculis neq; timorē eius: atq; ita sine freno, sine retinaculo sese libere dedunt omnibus iniquitatibus, quas cogitauerunt in cordib⁹ suis. 2 Non habere autē illos timorē Dei ante oculos, hinc euident, quoniā dolose, nequiter, & duplici corde agūt in conspectu Dei, quasi existiment se posse latere Deū, vel quasi non sit ipse iniquitatū index & vltor futurus: \* ita (inquam) dolose & nequiter agunt, vt inueniantur iniquitas eorū odibilis, detestabilis, & abominabilis Deo, sicutq; ipsi propter suam dolosam malitiā Deo prorsus odibiles & abominabiles, & reprobi a conspectu ipsius. Qui enim ex infirmitate qualibet peccant, sic tamen vt nō prorsus timorē Dei abiiciant, neq; dolose agunt in conspectu Dei, in impenitentia absq; remorsu perleuerando, quasi ipsum latere possint, aut eius manus effugere, sed post commissum peccatū ad cor reuertuntur, horū iniquitas nō omnino inuenitur ante Deū ad odium: neq; ipsi Deo per hoc prorsus odibiles fiunt & reprobi, quemadmodū illi priores. 3 Verba oris impiorū illorum que loquuntur, plena sunt malitiā & fraudis. malitiā quidē contra Deū, fraudis contra proximū. Ex abundantia enim cordis (quod in proposito malitiā firmatum est & obduratum) os illorum similia loquitur: \* neglexerunt, imō cōtemperunt & recusauerunt intelligere veritatem, & ea cognoscere quae ad vitā benigne agendā essent necessaria, a veritate auditū & intelligentiam auerentes, dicentes Deo, Recede a nobis, scientiam viarū tuarum nolumus. 4 Iniquitatem meditantur in cubilib⁹ suis, in penetralibus cordis sui: atq; etiā in conclauibus suis, cum fuerint solitarii, nihil aliud reuoluunt, q̄ quomodo suas iniquitates valeant perficere: \* assistunt iuxta omnes vias malas, prompti eas perambulare, ad mala quaelibet operādo faciles atq; parati: \* nullam horrescunt impietate prompti ad exercendā quamlibet malitiā, vbi primū sese obtulerit occasio. 5 Verū his in sua peruerfitate relictis, ad te potentissime domine Deus transeo contemplandū. Ac primum quidē offert sese mihi immensa tua misericordia, quae tanto mihi est admirabilior, quanto illorū est impietas profundior, quā tu ita benignē sustines, ita toleras patiēter. Reluēt autē eadem hęc misericordia tua, potissimum in caelo, & beatis incōlis eius: \* veritas autē & fides tua totam replet terram, estq; altissima & excelsa, quasi vsque ad nubes, quoniā tu veritatem & fidem seruas altissimā atq; certissimam omnibus inhabitantibus terrā, omnibus verax existens, & fidelis in omnibus verbis tuis. 6 Iustitia tua per quam vniciq; reddis secundum opera, & per quā iudicas omnia, ipsa est alta nimis firmāq; stabilissima & immobilis, ad modum montiū Dei, id est, altissimorū & immobilium, quā nemo poterit a rectitudine sua in alteram partē deflectere: \* iudicia autem tua, quibus omnia dispensas, gubernas, & diiudicas, pfunda sunt & imperuestigabilia, que nullus valeat humana intellectus perscrutando inuenire: quemadmodū abyssus immensa, cuius profunditas cognosci non potest. 7 Tu domine secundum occulta tua consilia atq; iudicia saluos facere decreuisti, non solū homines praecipuos, qui secundū legem tuam vel scriptam, vel naturalē rationabiliter vt homines viuunt, te colēt, & tibi operib⁹ bonis se-

cundum rationem & legem praescriptā seruientes, verum etiā infimos Psal. 48. & despectissimos hominum, qui iumenta potius q̄ homines appellari meruerūt, assimilati p vitā irrationabilē iumentis irrationabilib⁹, similesq; facti equis & mulis, in quibus nō est intellectus, cuiusmodi: populus gentiū erat idololatrarū, & peccatorū omnium carnalium, quorū bonam partē a suis vitiis & irrationali vita cōuersam tu saluabis: \* & in hoc mirabili opere misericordiae tuae, o bone Deus, quomodo & quantū magnificasti atq; glorificasti sanctam misericordiam tuam. Nam & etiā nos infimos & sordidissimos peccatores dignatus es vocare & suscipere ad gratiā atq; salutē, est hoc profecto maximā & inestimabilis misericordiae certū indicium. 8 Atq; ob hanc tuam praecelaram misericordiam, filii hominum de sua salute solliciti, & tibi seruire cupientes, spem suā constituent in protectione tua, subq; alas misericordiae tuae velut ad tutissimū refugium cōfugient, vt sub eis foueantur in profectu spiritaliū virtutum, & ptegantur ab aduersitate persequenti. Nusquam enim nisi ab his tuis alis tutū est electis refugium. 9 Sub his autē alis tuae misericordiae habitātes, copiose pacifcentur atq; reficiētur de vbertate, de abundantia, de pinguedine domus tuae: \* & tu domine potabis eos, atq; reficies de limpidiſſimo illo torrēte iucunditatis tuae: in hac quidē praesenti vita, de pinguedine & torrēte gratiae spiritus sancti, qua in Ecclesia sancta reficiuntur, cōsolantur, & abunde implentur animae fidelium tuorum: in futura autem patria, de illa abundantissima plenitudine omnis boni, qua satiam Hier. 16. tur omnes beati, cū apparuerit illis gloria tua. 10 Nam apud te, siue tecum, est fontalis origo omnis vitae: estq; ipse tu fontalis vena, a qua omnis vita effluit, & a qua incessanter & indeficiēter vita pfluit atq; emanat in omnes in quos volueris, atq; ob hoc, potēs es voluptatem vitae aeternae cōmunicare filiis hominū, adhaerētibus tibi, quies vena aquarū viuentium: \* & in lumine tuo quod in nobis tu infundis, da Hier. 17. tur nobis videre & cognoscere te ipsum, qui es lumen increatū, infinitum, & immensum. Nā & nunc in via, quod te vt cunq; cognoscimus per speciem, ex beneficio est tui luminis siue naturalis siue fidei, quod tu vtrunq; infundis in nobis. In patria autē, cum te facie ad faciem con- 1. Cor. 13. tuebimur, erit in nobis refulgētia gloriae & claritatis tuae, quā in nobis recipiemus tanq̄ in speculo, quando ad imaginē tuam transformabimur a claritate vultus tui. 11 Oro autē te domine, cōcludens meditationem hanc meā, vt misericordiam tuam extendas ad illos oēs qui in te credunt, qui te per fidē cognoscunt & sciūt: \* & iustitiam tuam exhibe ac praetēde iis qui sunt syncerē & bonē voluntatis, ē quorū numero me quoq; ex tua gratia vnū esse confido. 12 Ne autē vllum mihi misericordiae atq; iustitiae tuae eueniat impedimentū, obsecro domine, vt nō patiaris in mentis elationem me incidere, & superbiā in me venire, qua per praecipuum ferar in malum, & dimouear a rectitudine status mei: \* neque permittas, vt peccatorū potentia atque potestas (siue diaboli, qui peccat ab initio: siue hominum malorū, qui imitantur Ioan. 8. illū, & sūt ex parte illius) suis tētationib⁹ & persequutionib⁹, extra 1. Ioan. 3. veritatis viam me pertrahant in deuiā iniquitatis, & a soliditate virtutis dimouear in instabilitatē peccati. 13 Neq; verō sine causa est quod mihi metuo. Illic enim (id est, in superbia & per superbiā) ceciderunt omnes operarii iniquitatis: primū quidem spiritus magni, qui per superbiā corruerunt a sublimitate cōditionis suae in infima baratriū deinde & omnes qui peccauerūt in hominibus, quoniā inītiū omnis peccati superbia est, & per illā apostatare siue auerti a Deo: \* per Eccle. 10. illā expulsi sunt, & eieci a suis sedibus (quae illis preparatae fuerant, si in superbiā non fuissent elati) & nō potuerūt perstare in ea gloria, in qua cōditi fuerant ab initio, postquā venisset illis pes iste superbiae: qui si illis nō venisset, nunquā expulsi fuissent, sed perstitissent vsque in hodiernū diem, & in saeculū saeculi. Atq; hanc ob causam, cupiens ego imperpetuū sentire misericordiam tuā, atq; in tua iustitia semper perstare, merito hoc a te omni instātia postulo, vt ab illo pede superbiae pessimo, & peccatorū manib⁹, me custodias in sempiternū, Amē.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XXXV.

**V**ersu primo, Dixit iniustus vt delinquat in semetipso, iuxta sententā in Elucidatiōe explicitā particula, in semetipso, copulari debet cū verbo primo leco posito, ad hunc modū, Di-

\* quemadmodū multiplicasti misericordiam tuam Deus.

8 Filij autem hominū in regmine alarum tuarum sperabunt.

9 Inebriabuntur ab vbertate domus tuae:

\* & torrente voluptatis tuae potabis eos.

10 Quoniam apud te est fons vitae:

\* & in lumine tuo videmus lumen.

11 Præterde misericordiam tuam scientibus te: \* & iustitiam tuā his qui recto sunt corde.

12 Non veniat mihi pes superbiae: \* & manus peccatoris non moueat me.

13 Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem:

\* expulsi sunt, nec potuerunt stare.



xiē iniustus in ſemetipſo, vt delinquat. Videntur autē hoc enunciādi modo ſignificari illi, qui pec-  
cant ex propoſito cordis, ex peruerſa & obſtinata malitia. Nā qui ex infirmitate aut fragilitate pec-  
cant (quod eſt humanum) hi in ſemetipſis in ſpiritu, priuſquā peccent, dicunt vt bene agant, id eſt  
proponunt bene agere: tamenſi obueniēte tentatione, iuxta propoſitum non agant. Atq; hi ſane,  
cum vt homines peccent, nō penitus ſtatim reprobandur à Deo, ſed per pœnitentiā redeuntes poſt  
peccatum, recipiuntur & ſaluantur ab eo. Atq; huiusmodi ex infirmitate, vel etiam ex ignorantia  
peccantes, iumenta illa cōmode intelligi poſſunt, de quibus ſit mentio in verſu ſeptimo. Vt enim  
priorum illorū propter obſtinationem inſanabile peccatū eſt, & iccirco ſub odio Dei ſunt & re-  
probi: ita horum econtrario propter infirmitatē ſanabile malum, neque reprobi ſunt à conſpectu  
Domini, qui non ſolos agnoſcit innocentes, verum etiam ſuſcipit & ſaluat peccatores pœnitentes.  
Pſal. 110. ¶ Verſu tertio, Cū dicitur, Verba oris impii, iniquitas & dolus, ſimilis mod⁹ loquēdi eſt, quo ali-  
Pſal. 118. bi de Deo dicitur, quod opus eius ſit cōfeſſio & magnificentia, id eſt, magnificum & conſeſſione di-  
gnum. Et alio in loco, mandata eius, dicuntur veritas & aequitas, id eſt, vera & æqua. Ita ſane & hoc  
in loco, verba impiorū dicuntur iniquitas & dolus, quoniam iniqua ſunt & dolofa, ſive fraudulen-  
ta, impietate nimirum & fraudulentia plena. In ſecunda autem parte verſus, verbū noluit, accipia-  
tur non vt dicat meram negationem, quaſi non voluit, ſed potius contrarietatem, pro reſuſcitauit &  
voluntatē auertit. Nam obſtinati illi in impietate ſua (de quibus manifeſtum eſt hoc loco fieri ſer-  
monem) non ſolū non volunt intelligere quæ bona ſunt, verum etiā reſuſcitauit intelligere, & plane  
ſua praua volūtate auertunt intellectu. ¶ Verſu quinto, Domine in celo miſericordia tua. Ne di-  
ſcriminatim & diuiſim iſtas huius verſus partes intelligas, quaſi ſolū in celo ſit Dei miſericordia,  
& veritas ſolū vſq; ad nubes. Nam & in celo eſt veritas, & eſt in terris vſq; ad nubes miſericordia.  
Illo tamen diſtincto loquendi modo vt voluit Propheta, propterea q̄ in celo ſpecialius reſuſcitauit  
Dei miſericordia, & vbiq; fidem & veritatem ipſe cuſtodit omnibus, vbiſcunq; locorum fuerint,  
Abſq; perſonarum acceptione: quemadmodū in Apoſtolicis actibus ait Petrus, In veritate (inquit)  
comperi, quia nō eſt perſonarum acceptor Deus: ſed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iu-  
ſtitiam, acceptus eſt illi. Poſſet etiam per hanc diſtinctionem ſermonis accipi tantum ſuper excel-  
lentia Diuinæ miſericordiæ, ſecundum manifeſtationem & apparentiam: eo quod multo maior ap-  
pareat erga nos Dei miſericordia, quā iuſtitia. Vnde in alio Pſalmo dicitur, Miſerationes eius ſu-  
per omnia opera eius. Et Iacobus Apoſtolus in ſua Canonica Epiſtola, ſuper exaltat (inquit) miſer-  
cordia iudicium. Hanc autem præcellentiā miſericordiæ conueniēter accipimus, in eo quod dicitur,  
miſericordiam eſſe etiam in celo, id eſt, pertingere vſque in cælum, iuſtitiam autē vſque ad nu-  
bes. Manifeſtum eſt enim, nubes ſub cælis eſſe inferiores. Secundū veritatem tamen, & vſq; in cælum  
pertingit iuſtitia, & illic eſt: oportetq; eam æqualem eſſe cum miſericordia, cum vtraque infinita  
ſit, & æque immenſurabilis: cum ſint iuſtitia & miſericordia Dei, vnus & idem ipſe infinitus Deus  
& incommenſurabilis. ¶ Verſu ſeptimo, Homines & iumenta ſaluabis domine. In Elucidatione ſpi-  
ritualiter quæ ſunt iumenta expoſuimus. Non enim incongruum eſt, neq; nouum in ſcripturis, vo-  
cari res illorum nominibus quibus aſſimilantur ſecundum aliquam proprietatē: quando & Chri-  
ſtus, propter manſuetudinem & tolerantiam paſſionis, ouis vel agnus: propter fortitudinem atque  
victoriam, leo: propter firmitatē, petra inuenitur appellatus. Ita nihil inconueniens, ſi homines ho-  
Ibidem. norem ſibi à Deo datam nō intelligentes, ac ſeipſos iumentis inſipientibus aſſimilant, iumenta  
1. Cor. 10. etiam appellentur. Quod autē etiam iumenta huiusmodi velit ſaluare Dei miſericordia, apertiffi-  
Eſaiā. 8. me teſtatur ipſa vox filii, dicentis in Euangelio, Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœniten-  
tiam. Quid enim hoc eſt aliud, quā, Non ſolum homines, verum etiā iumenta veni ſaluare? Nam  
Matt. 9. publicani & peccatores (de quibus loquebatur dominus) indubie ex his iumentis erant. Verū hinc  
nemo anſam ſumat erroris, nemo aliter q̄ oportet ea quæ hinc dicuntur de ſaluatione iumentorum  
intelligat: quaſi dicere velit Propheta, æque omnes à Deo ſalutem conſequuturos, ſive bonos ſive  
Matt. 23. malos: & tam eſſe vniuerſalem Dei miſericordiā, vt neminem ſit reſuſcitatur à ſalute æterna in dam-  
Ioan. 5. nationem. Manifeſte enim hoc aduerſatur Euangelicæ doctrinæ, quæ bonos in vitam æternam do-  
cet ituros in die iudicii, malos verò in æternum ignem. Non ergo illa eſt ſententia Propheta, quod  
vniuerſaliter omnes etiam irrationabiliter & malæ viuētes ſit Deus in ſalutem æternam admiſſu-  
rus, eos qui in morte & in die iudicii iumenta inuenti fuerint: ſed hoc tantum vult ſermo prophe-  
ticus, q̄ multos peccatores in ſuis peccatis ſordidos, à peccatis in hac vita ſaluos facit Deus & mū-  
dat: ſicque qui erant iumenta, homines facit, atq; in ſalutem æternam perducit. Poſſent tamen iu-  
menta iſta intelligi corporaliter irrationales beſtiæ: ac tunc verbum, ſaluabis, non debet accipi, vt  
ſolet in ſcripturis, pro ſaluatione iuſtorum, vel à peccatis, vel in vitam æternam, ſed referri ad nu-  
tritionem, & ſuſtentionē in ſua eſſentia. Eſt enim tam magna Dei miſericordia, vt non ſolum ho-  
minibus quæ ad vitam ſunt neceſſaria ſubminiſtret, verum etiā irrationabilibus beſtiis, & inſimis  
Pſal. 144. animalibus, iuxta illud alterius Pſalmi, Omnia à te expectant, vt deſillis eſcā in tempore opportu-  
Pſal. 103. no. Et iterum, Qui dat eſcam omni carni. Verū prior intelligentia magis videtur eſſe ex mente Pſal-  
mographi. ¶ Verſu eodē, Quemadmodum multiplicasti miſericordiam tuam Deus. Iſtud legi po-  
teſt diuiſim, ſecundū ſententiam à priori parte: vt ſit admiratio quædam ex conſideratione magne  
miſericordiæ Dei. Et hanc ſententiā in Elucidatione ſequuti ſumus. Cui etiam cōſentit beati Hie-  
ronymi ex Hebræo tranſlatio, quæ ſic habet, Quam pretioſa eſt miſericordia tua, domine. Ad quæ  
modum cōcorditer vertunt etiā ceteri ex Hebræo interpretes. Poſſet tamen iuxta noſtram lectio-  
nem legi cōiunctim cum priorē parte, ad hunc ſenſum, Homines & iumenta ſaluabis domine, ſecun-

A dum quod, vel iuxta quod multiplicasti ſeu magnificasti miſericordiā tuam: hoc eſt, ſecundū mul-  
titudinē, vel potius ſecundū magnitudinē aut magnificentiam miſericordiæ tuæ. ¶ Verſu nono,  
Inebriantur ab vbertate domus tuæ. Illud mirandū de libertate ſanctarum ſcripturarū, q̄ illis e-  
tiam vocabulis quæ apud homines vitium ſonant & ſœditatē, in rebus ſacratiffimis vtitur. Veluti  
cū hic inebriari dicuntur ſancti ab vbertate domus Dei, & cū alibi ſatiandū ſe dicit Propheta, ap- Pſal. 16.  
parente gloria domini. Manifeſtū autem eſt, in huiusmodi ſermonibus omnē craſſitiam ſemoueri  
debere, nihilq; craſſum, corporale, aut ſœdum oportere intelligere. Inebriatio enim hoc in loco,  
ſicut & illic ſatietas, nō aliud q̄ plenitudinem & perfectam abundantiam ſignificat: quemadmodum  
apud homines pleni ſunt cibo aut potu abſq; defectu, qui ſatiati ſunt aut inebriati. Poſſet verò iſta  
vbertas domus Dei, vel ad Eccleſiā militantē, vel ad triumphantē referri, quemadmodū & ſequens  
particula de torrētē voluptatis: quāuis magis videatur de Eccleſiā triumphantē ſermo haberi. Quod  
autē torrens voluptatis dicitur quo potantur ſancti, ſatis illi cōſonat quod apud Ioannē de aqua  
ſpiritualis gratiæ dicitur, Omnis qui biberit ex aqua hac, fiet in eo ſons aquæ viuæ ſalientis in vitā Ioan. 4.  
æternam. Nō enim eſt aqua hæc ſtagnalis, ſed impetu perpetuo illuc recurrit vnde egreditur: iux-  
ta illud, Ad locū vnde exeunt flumina, reuertuntur. Quemadmodū enim aqua ſpiritualis gratiæ à  
Eccle. 1. throno procedit omnipotentis, ita ad eundem magno impetu redire ſemper feſtinat, ſecū rapiens  
B cor humanum, & cogitationes atq; affectus illius: quemadmodū fluxus aquarum torrentis ſecū ra-  
pit folia, arenā, lapillos, atque alia qualibet, quæ forſitan fuerint immixta. Sed & in Canticis de his  
aquis dicitur, q̄ impetu fluunt de Libano: quod ſanè ad torrentē ſpectat. Et quoniā non dedignan Cant. 4.  
tur ſacræ literæ in rebus tam maximis, tam viliffimis vt vocabulis, illam æternæ beatitudinis ſuffi-  
cientiā ebrietatis & ſatiætas, appellationibus ſignificantes, age & nos aliquantulū illam qualis &  
quanta ſit futura, ex horū conſuetudine cōſideremus. & quāto ſeruis Dei ſua ſit ebrietas & ſatiætas  
futura ſuauior, q̄ huius ſæculi ebriofis aut voratoribus, paululū deguſtemus, ſive potius delibem⁹.  
Primū quidem, illud ſibi in magnā ſœlicitatis partem reputant voratores & ebriofis huius ſæculi, ſi  
plurimū valeant ingurgitare: & cum ingurgitauerint plurima, ſi nō inde grauamen aut nocumen-  
tum perſentiant: oportetq; ſi fieri poſſet, perpetuo ingurgitare, & nunquā cibum ori abeſſe, po-  
tūmq; nunquā deſſe gutturi, ſi capacitas ventris ita permitteret. Hinc & eſuriam vehemēter amant  
& ſitim. Imò ſi forte hæc nō adſint pro voto, mille modis ſibi procurant vorandū aut potandū ap-  
petitum: nō certē vt eſuriant aut ſitiant, ſed vt cibum ori, aut potū gutturi cū delectatione immit-  
tere valeant. Dolent quoq; & cōqueruntur, non maiorem ſibi ad edendū & bibendum eſſe appetitū.  
Deinde & illud eorum ſœlicitatem perficit, ſi tam ſint abundantes, vt quantuncunq; ingurgitent,  
ſciant nunquā ſe deſectum paſſuros. Alioqui nō admodū magnam adferret voluptatē hodie ineb-  
C briari aut ſatiari eras verò penuriā pati. Eſt autem his cōſiderationibus ſanctorum in patria admo-  
dum beata futura ſatiætas atq; ebrietas. Semper enim menſe illi beatiffimæ in æternitate aſſidebūt,  
nunquam imperpetuū recedent à cōiuiui illo delitioſiſſimo, ad quod ſemel ſi fuerint admiſſi, cōi-  
uiui oppulentiſſimo, vbi omnium rerum indeficiens eſt copia, vbi nihil non erit eorū quæ deſiderari  
poſſunt, & tantū erit quantum deſiderari poteſt: vbi perpetuo comedentes mel dulciſſimum, & vi-  
num electiſſimū nullumq; amabiliſſimum perpetuo bibentes, nullum vnquam grauamen ſuſtine-  
bunt, nullam ſentient aut repletionis aut tædii aut nauſeæ moleſtiā. Neq; metus nobis eſſe poterit,  
ne deſiciat aliquando in quo reſiciamur, mel videlicet ab ore, aut vinū à gutture. Erit enim illic om-  
nis boni indeficientia. At verò ſeculū voratores ac ebriofis, nō perpetuo iniicere poſſunt vel cibū  
vel potum: ſed ceſſare aliquādo eos oportet à ſua delectatione, eamq; intermittere. Neq; enim per-  
petuo comedere valent, vel perpetuo potare. Et quidē cum multū biberint, inſirmitantur, & magno  
dolore nonnunquā torquentur: ſubinde etiam cum amaritudine enomere compulſi, quæ cum mo-  
dica delectatione fuerant ingurgitata: & cum in conuiuio aut cōpotatione ad diā ſederint, ſatiga-  
ti cogunt recedere, & ſomno ſeſe dare: rationēq; ita deſtituunt, & eius vſu priuantur, vt neq; pro-  
ximos ſibi, neq; etiam ſeipſos cognoſcant: cū beati illi ſemper comedentes, ſemp̄q; bibentes, abſ-  
que omni intermiſſione, nullo inde vel minimo incōmodo afficiantur: ita vt poſt mille annorū mī-  
D lia, tam recens & tam plena ſit illis futura ſue ebrietatis atq; ſatiætas voluptas, q̄ primo ipſo mo-  
mento, quo ad ea perfruendū fuerat admiſſi. Et licet ſemper ebrii, ſemp̄q; ſaturi ſint futuri, nun-  
quam tamen impediuntur à perfectā cognitione, imò viſione aperta Dei, & rerum omnium in eo  
contemplatione. Denique illud expende, q̄ beatum ſe putaret ebriofus quiſpiā, ſi illi liceret iuxta  
vas maximum & indeficiens optimo liquore plenum perpetua adiacere, abſque nocumento, ſem-  
p̄q; ex vaſis plenitudine in guttur ſuū liquor optimus copioſe influeret, ipſe verò nullū inde gra-  
uamen, nullam moleſtiā, nullam torquentē ſentiret repletionē. Talis profecto erit beatorū ebrie-  
tas, & inſinito q̄ cogitari poſſit admirabilior. Hęc de ſanctorū beata ſœlicitate, ex viliffima ſecu-  
larium ebrietate, nos quidem prolixius forſitan q̄ neceſſe erat deduximus. Te tamen quicunq; huic  
annotationi lector obtigeris, putamus recte facturum, ſi in iſtis ruminandis etiā longius diutiūſq;  
demoneris: vt vel ex parte aliqua, quantum ex humanis rebus poſſunt capi caeleſtia, diſcas, quæ te  
mancant in futuro beata præmia. ¶ Verſu decimo, Quoniam apud te eſt ſons vitæ. Apud Deū eſt  
ſe fontem vitæ, idem eſt ac ſi dicatur, ipſe eſt ſons vitæ, quemadmodū & alibi, Apud dominū eſt miſe- Pſal. 129.  
ricordia, cum ipſe ſit miſericordia. Quod autē de lumine dicitur, In lumine tuo videbimus lumē:  
preter eam quæ in Elucidatione ponitur intelligentiā, poteſt etiā ita accipi, vt ſit ſenſus, Teipſum,  
in te ipſo videbimus te, qui lumē es, videbimus in tuo lumine: in teipſo, qui es lumē, aut in tua il-  
luminatione. Te enim nos illumināte, ad tui cognitionē perfectā, tunc te videbimus. Sed & altiori



adhuc cōtemplatione, ad patriā & filiū distincte ista referre possumus. Est enim filius lumen, est lu-  
men & pater, Et quia de lumine quod est pater, procedit lumē quod est filius (nimirū lumen de lu-  
mine) iocirco hac ratione filius dici potest lumē patris. In tuo ergo cōsubstantiali lumine te videbi-  
mus, & pater ingenite, & lumen beatissimū, in tuo coeterno filio te videbimus, aternū patrem lumi-  
num. Nemo enim nouit te patrē, nisi tuus filius, & cui uoluerit ille reuelare. Insuper & splēdor est  
gloria, imago quoq; figura, & character substatia tua. Manifestū est autē, in imagine illud uideri  
cuius est imago: potissimū in tali imagine, q̄ eandem habeat cum eo, cuius est imago, substantiam.

Matt. 11.  
Luca. 10.  
Hebr. 1.

XXXVI. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste (vt alii nonnulli) secundum alphabeti Hebraici literas contextus est, hac ratione, vt quilibet  
litera geminos complectatur versus: ita vt primus versus, Noli amulari, incipiat à litera Aleph: tertius,  
Spera in domino, à Beth: quintus, Reuera domino à Daleth, atq; ita deinceps. Tractat autē totus fere hic  
Psalmus discretionem malorum (qui plerunq; florent temporaliter, sed condemnabuntur aeternaliter) & bono-  
rum, qui nunc quidem despecti sunt plerunq; & egentes in hoc tempore, sed in uenturo seculo aeternae felici-  
tatis sunt hereditate ditandi. Estq; Psalmus rehementer consolatorius iustis, & impiis terribilis: quē quis-  
quis legit, & sic legit vt intelligat, mirum, si temporalem prosperitatē, non dico, non appetat, nō dico, pro mihi-  
lo ducat, sed etiam si non abhorreat quodammodo & abominetur: huius uero temporis egestatē, paupertatem, & f-  
patientia, mirum, non solum si non ferat, sed etiā si non desideret potius, & gaudenter amplectari querat. Tanta  
ferē per uinuer sum hunc Psalmum dicuntur, & iterū iterumq; replicantur de cōmuntatione admirabili tem-  
poralis felicitatis in aeternam miseriam, & temporalis miseriae in aeternā felicitatem. Suntq; haec eo magis ter-  
ribilia, q̄ per omnia eis subscribat, eaq; confirmet Euangelicus sermo. Quid enim aliud sibi uult, quod saluator no-  
ster tonat in Euangelis, Vae uobis diuitibus, qui habetis consolationē uestram. Vae uobis qui saturati estis, quo-  
Luca. 6. miam esuriētis. Vae uobis qui ridetis nunc, quia lugēbitis & flebitis. Vae cū benedixerint uobis omnes homines,  
Luca. 16. Ibidem. &c. Iterum quid aliud sibi uult Euangelica parabola pauperis Lazari & diuitis epulonis? Quid sibi uult ille  
Abrahae ad diuitem sermo, Fili recordare quia receperisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autē  
Esaia. 65 hic cōsolatur, tu uero cruciaris. Denique & illud quod Esaia multo antē praedixerat, Ecce serui mei comedēt,  
& uos esuriētis. Ecce serui mei bibent, & uos sitiētis. Ecce serui mei lababuntur, & uos confundemini. Ecce  
serui mei laudabunt pra exultatione cordis, & uos clamabitis pra dolore cordis, & pra contritione spiritus  
ululabitis, nunquid aliam spectat sententiā, quam eam quam totus hic Psalmus clamat, & iterum iterumq; inge-  
minat? Proinde attente admodū hic Psalmus legendus est, is potissimum ad consolationem, qui temporali egestate  
affliguntur: sed & illis ad salutarem timorem non minus intime legendus atque intelligendus est, qui sibi uident  
seculi pompas, omnium rerum abundantiam, & temporales omnes prosperitates undiquaq; affluere. Quoniam  
autem totus penē Psalmus continuato nexu super his atque huiusmodi contextus est, speciali alio uel argumento  
uel epitomate mihi uidetur non indigere. Nam attento seipsam clare satis monstrabit consequutio uersuum.  
Proinde, pro argumento haec à nobis dicta sint satis. Tu uero nunc prophetae attende beatis sermonibus, vt con-  
solationem spiritus aut salutarem cordis timorem, uitaq; institutionem inde percipias.

TRIGESIMISEXTI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Noli amulari in ma-  
lignantibus: neque ze-  
lauis facientes iniqui-  
tatem.

2 Quoniam tanquam  
fenum uelociter are-  
scent:

\* & quemadmodum  
olera herbarū cito de-  
cident.

3 Spera in domino: &  
fac bonitatem:

Iacobi. 1.  
I. Petri. 5

**N**Oli, quisquis iustitiam diligis, amulationē tuam apponere  
ad malignantes, neq; zelum tuū apponas ad operarios ini-  
quitate: noli indignari, noli conturbari, si in hoc mundo  
eos uideas temporali prosperitate, & omnium rerum bono  
succesū florentes, noli illis inuidere temporalem suam felicitatem,  
neq; commouearis intra temetipsum, ut illos imitari aliquādo uelis,  
dicens cum impiis in corde tuo: Ex quo carpi seruire domino, appre-  
henderunt me multa mala: uolo proinde similibus fieri peccatoribus, ut  
possim cum illis & ipse tēporalibus frui prosperitatibus. Sed neq; in-  
dignatione mouearis, uel contra ipsos impios florentes, uel cōtra do-  
minum ita res humanas dispensantē. Ne (inquam) hūc modis, amula-  
tione aut zelo in illorum prosperitatibus cōmouearis. 2 Verē e-  
nim non nisi uanitas est illa apparens eorū felicitas, neq; vllā habet  
stabilem durationē: sed quē admodū graminē uirens nō diu suū uirorē  
obtinēt, breui exiccandū: ita & ipsi qui nunc uirere & florere conspi-  
ciuntur, secundū saeculum mundi huius, breui & citius q̄ quis credat,  
suo priuabuntur uirorē: \* & quemadmodū herbe latis foliis pulchrē  
uidentes ad tempus aliquantulū, breui intereunt, dum aut abscindun-  
tur, aut flaccescunt & arefcūt folis defectu, ita illi breui decident ab  
omni ornatu suo, in quo nunc gloriant. Quomodo enim exarefcēte  
sole exarefcit gramē, & decidit flos eius, ita & diues marcescit in itine-  
ribus suis. 3 Tu uero qui iustitiam diligis, noli ad illorū attendere  
temporalē felicitatem, neq; assimilari cupias illis: sed studiosus esto  
vt in domino Deo totā spem tuā constituas, inque enim sollicitudinē  
tuam omnem proicias: sperans autem in domino, studiose operare  
opera illius, & quae bona cognoueris, ea perficere sedulo contendas:

A \* & inhabitata terrā,  
& pasceris in diuitiis  
eius.

4 Delectare in domi-  
no:

\* & dabit tibi peti-  
tiones cordis tui.

5 Reuela domino uiam  
tuam, & spera in eo:

\* & ipse faciet.

6 Et educet quasi lu-  
men iustitiam tuam:

\* & iudicium tuum  
tanquam meridiem.

\* subditus esto domi-  
no, & ora eum.

7 Noli amulari in eo  
qui prosperatur in uia  
sua, in homine facien-  
te iniustitias.

8 Desine ab ira, &  
derelinque furorem:  
\* noli amulari ut ma-  
ligneris.

9 Quoniam qui mali-  
gnatur, exterminabun-  
tur: \* sustinentes au-  
tem dominum, ipsi ha-  
reditabunt terram.

10 Et adhuc pusillum  
& non erit peccator:

\* quares locum eius,  
& non inuenies.

\* sic autem in domino sperans, & bonis operibus intentus, inhabitata Psal. 38.  
cum fiducia (vt peregrinus tamen & aduena) super terrā istam, in qua  
te dominus posuit, uiq; ad tēpus translationis tuae, donec illi erit pla-  
citum peregrinandi tibi tēpus concedere: & copiose sustentaberis ex  
fecunditate eius & abundantia fructuū, quos ad sufficientiā produ-  
cit omnibus mortalib⁹. Qui enim uolucres celi pascit, ipse etiā te in-  
dubie pascat feruentē & fidētē sibi: licet forsitan nō ita delicate, ut  
impii illi florētes in saeculo inebriantur, satiātur, & deliriantur in uo-  
luptatibus suis. 4 Sit tibi studiū delectari in domino Deo tuo, ipse  
fit tuum gaudiū, ipse tuae delitiā: ut nunquā in vlla re, nisi in eo, & fe-  
cūdum eū delecteris, & ipse sit omnis tui gaudiū oblectationisq; prin-  
cipiū, & regula: \* & si autē fideliter hoc obseraueris, quaecūq; pe-  
tueris in nomine ipsius, quae tibi uerē fuerint salutaria atq; utilia, da-  
buntur tibi ab eo, qui omnibus in fide firma nihil hāsitando petenti-  
bus praebet affluenter, & non impropere. 5 Manifestas fac domino  
vias tuas, & corā illo aperi consilia tua omnia, & actiones tuas illi p-  
pone atq; cōmenda, tanq̄ optimo, fidelissimo & securissimo cōsilia-  
rio: & ab eo pete, ut uias tuas dirigat atq; cōsilia tua: nihilq; illum ce-  
les omnium consiliorum tuorum, quin os eius semper interroges, auxi-  
liūq; implores: quod cū feceris, esto securus, & fidētē spera in illū:  
\* ipse enim pro te, rerū sibi commissarū curam sollicitā geret, & ipse  
perficiet atq; adimplebit pro te, quae tu ipse per te nunquā proprio  
cōsilio uel ppriā prudētia innixus potuisses expectare. Est enim ipse  
nobis infinito & potētior, ut ualeat, & sapiētior ut sciat, & melior ut  
uolit perficere quaecūq; nobis sunt ad salutē necessaria: & (quod super  
omnia est) cum tanta potētia & sapiētia, nostri etiā est q̄ sumus nos-  
metipsi multo amātor: & pro iis quae nobis salutaria sunt, ipse nobis  
est multo sollicitior. 6 Si uero te ipsum ita illi toto corde cōmenda-  
ueris, ipse suae gratiae coopatione exurgere & effulgere faciet iustitiā  
tuam, id est, omnis uirtutis in te perfectionē, quasi lumē praclarum:  
\* & iudiciū tuum, id est, reūctudinē & aequitatē tuā faciet exoriri &  
effulgere, quasi lumē meridiei clarissimū: ita ut non solū tu ipse totus  
ab eo illumineris, uerum etiā ut luceat lumē perfectionis tuae corā ho-  
minibus, ut uideat bona opera iustitiae tuae, & glorificēt patrem qui  
in calis est: ualeantq; & ipsi aliqua ex parte ambulare in lumine tuo,  
exemplū imitantes tuae iustitiae, quomodo in lumine meridiano tuto  
solent homines ambulare: \* tu uero subde te ipsum domino, sub po-  
tenti manu eius te humiliās, patietēq; ferēs quicquid ille immiserit,  
& quicquid de te disposuerit, nihil remurmurans: in humilitate hac  
tua, instanter eū orans, ut tecum faciat iuxta sanctissimā uoluntatem  
suā in omnibus, utq; te in bono cōfirmet atq; promoueat. 7 Iterū di-  
co ac moneo, quisquis iustitiā diligis, ne amulationē tuam apponas  
ad homines impios, qui prosperantur in uis suis malis, in uis hui⁹ sa-  
culi, aduersum hoīes, qui per opera iniustitię subleuātur ad florem &  
gloriā huius mundi. 8 Caue indigneris aut cōturberis super felici-  
tate tēporali illorū, & noli cōtra illos sic de causa exacerbari animo  
aut inuidētia stimulari: \* noli ad illos sic tuā amulationē apponere,  
ut respectu & intuitu tēporariae huius & momentanae prosperitatis  
te ipsum illis uelis assimilari ad malefaciendū, quo per fas & nefas (vt  
illi faciunt) tibi cōparare possis similia: \* Neq; ita etiā contra illorū  
felicitatē indigneris, ut propter hoc tu male agas, aut Deū offendas:  
quemadmodū nonnulli faciunt, qui cū bonos uident affligi & penu-  
riam pati, malos autē abundare & florere, Deū quasi rerum humana-  
rum non bonū dispensatorē, blasphemant. 9 Noli (inquam) ita con-  
turbari ad male agendū, quoniam omnes male agentes, in perditionem  
sempiternā condemnabuntur: \* illi autē qui in humilitate & patien-  
tia dominū expectant, illius iudicia nō discernentes, in omnibus be-  
ne cōtenti quaecūq; ille disposuerit, illi toto corde fidentes, ipsi sunt  
qui hereditate possidebunt terrā uiuentium, eamq; inhabitabunt in  
sempiternū, in qua reges etiā sunt futuri. 10 Vis autem cognoscere,  
cuiusmodi sit flos ille prosperitatis impiorū? Ecce paululū sustine, ex-  
pecta tempus modicū, & uidebis ante oculos tuos, quomodo per mor-  
tē deperdet peccator omnia, ita ut qui prius in impietate sua florere  
uidebatur in maxima gloria, per mortē uelociter, & admodū cito ad  
nō esse deueniat: \* adeo ut si quaeris locum eius, uel uinā sit qui autē  
m ii

11 Mansueti aurē hā-  
reditabunt terram.

Matt. 11. \* & delectabuntur in  
multitudine pacis.

Esaię. 57 12 Observabit pecca-  
tor iustum: \* & stri-  
debit super eum denti-  
bus suis.

Psal. 13. 13 Dominus autem ir-  
ridebit eum:

\* quoniam prospicit,  
quod veniet dies eius.

14 Gladium euagina-  
uerunt peccatores, inten-  
derunt arcum suum.

15 Ut decipiant paupe-  
rem & inopem: \* vt  
trucident rectos corde.

16 Gladius eorum in-  
tret in corda ipsorum:

\* & arcus eorum con-  
fringatur.

17 Melius est modi-  
cum iusto, super diui-  
tias peccatorum mul-  
tas.

18 Quoniam brachia  
peccatorum conteren-  
tur: \* confirmat autem  
iustos dominus.

19 Nouit dominus di-  
es immaculorum:

\* & hereditas eorum

paululum tam gloriosus extiterat, non queas vltra illū inuenire, quo E-  
niam morte absumptus est. 11 Qui verō mites sunt, & humiles corde  
in patientia & benefactis Deo cōmendantes animas suas, ipsi sunt qui  
hæreditate possidebunt terrā: & hanc quidem corporalem donec pla-  
citur erit altissimo, in ea habitādo, & ex ea quantū sat erit accipien-  
do: post verō, terram illā æternaliter viuentium, quam expectant om-  
nes animæ iustæ: \* & veram accipient delectationē in abundantia pa-  
cis, in requie & tranquillitate animarū suarum: quam inueniūt, qui-  
cunq; mites sunt, & humiles corde. Iusti enim & in hac vita pacem ha-  
bent cordis, & plus verę delectationis, q̄ habere possunt impii in om-  
ni prosperitate sua: cum nō possit pax esse impii, neq; proinde vera  
villa ac solida delectatio. 12 Laborant quidem impii modis omnibus,  
vt noceant iustis, & attente obseruant illos: vt occasione captan-  
tes, & aniam aliquā inuenire desiderantes, ad inferendū eis nocumen-  
tum: \* & præ nimia ira, indignatione, atq; inuidia, etiā dentibus strī-  
debunt contra eos, vel in signū consummata aduersus illos indigna-  
tionis, vel præ cupiditate nocendi, eo q̄ pro voto & desiderio suo nō  
satis valeant nocere. 13 Dominus verō, qui de celo prospicit super  
filios hominum, ipse miseros illos frustra moliētes in perniciem ani-  
mæ suæ, pro nihilo ducit, & tanquam irridet vanos conatus eorum:  
videns illos tam multum male cupere iustis, & tam minimum posse:  
\* prospicit enim dominus, q̄ ventura sit dies vltionis aduersum il-  
los, qui nunc proximis suis cogitant malum: quādo in eos omnis hæc  
iniqua cogitatio & machinatio retorquetur, illi aut aduersus quos  
frustra machinati fuerant, absque omni nocumento apparebunt.  
14 Parauerunt se quidē impii ad oppressionem iustorum, omni vi &  
virtute qua potuerūt, arma lumentes ad eam rem accommoda, gladios  
videlicet euaginātes, & arcus intendentes, tanquā mox ferire parati:  
& omnē armorum suorum virtutem aduersus iustos apparauerunt.  
15 Ad hoc vt humiles spiritu, & sanctos Dei, mūdo despectos (qui om-  
nis auxilii humano opē destituti in solo Deo habent fiduciam) decē-  
perent, & in mortē caute præcipitarent, prius etiam q̄ ipsi percipiāt.  
Nā qui gladium euaginatū tenet, facile simplicē etiam ignorantem  
& inaduertentē perimet: \* & vt crudeliter per malitiā trucident atq;  
perimant innocentes, quibus nulla est in corde iniquitas. 16 Verum  
ex diuinæ iustitiæ dispositione eneniet in vltionē impietatis eorum,  
vt mors illa quam innocentibus parauerāt, ad ipsosmet voluēt im-  
pios, qui aliis eam fuerant meditati: imō hoc ipso q̄ in alios gladium  
parant, & mortē meditantur, seipsos crudeliter in anima perimunt,  
prius q̄ re ipsa vllum intulerint iustis nocumentum: \* & arcus eorū,  
hoc est, omnis eorū virtus & potestas qua bonis nocere cogitauerāt,  
diuinæ iustitiæ dispositione, nō hebebit fortitudinē: euacuabiturque  
praua eorum machinatio, & Deo impediēte ad effectum nō pertina-  
get. 17 Illud autē certissimū ac verissimū verbū est, ac iustis in me-  
diocritate vel etiā tenuitate rerum temporalium viuentibus admodū  
consolatoriū, longe melius esse, salubriūq; ac beatius homini iusto,  
modicū illud quod ei obtigerit cum iustitia, quantuncunq; tandē te-  
nuissimum vel minimū fuerit, q̄ sint peccatoribus multa ac magna  
ipsorū diuitiæ & amplę possessiones cū iniquitate coacervatę, aut in  
peccato possessę. Lōge nanq; quietius & melius vir iustus sua medio-  
critate cōtētus viuit, q̄ peccatores in abundantia diuitiarū suarū. Et  
multo præstat, pauperē nunc vel mediocrē vitam degere in iustitia,  
cū spe futuri regni, q̄ nūc in iniquitate diuitiē, in expectatione æterni  
supplicii. 18 Tametsi enim nunc videātur ad tēpus terribiles in po-  
tentia diuitiarū suarum impii: futurum est tamen breui, vt fortitudo  
eorū omnis conteratur & consumatur: neq; quod valere modo viden-  
tur, valebunt imperpetuū: \* iustos aut dominus corroborat, cōfortat,  
& cōfirmat in omni bono, vt nunquā à spiritali sua fortitudine  
deficiant. 19 Nouit dominus, & quasi descriptū habet in sciētia præ  
destinationis suę numerū dierū vitę hominū bonorū, qui nunc cōuer-  
santur sine macula: & vniuscuiusq; eorū dies, quibus victurus est su-  
per terrā, omnes apud dominū numerati sunt: neq; constitutū à Deo  
tēpus vitę ipsorū, vlla humana potētia poterit anteuertere: atq; ob  
hoc, qui in domino sperant, metuere nō debent impiorum potētiā:  
\* hereditas quoq; illa vltura vitę æternę in terra viuentiū, perdura-

A in æternum erit.

20 Non confundentur  
in tempore malo:

\* & in diebus famis  
saturabuntur.

\* quia peccatores pe-  
ribunt.

B 21 Inimici verō domini  
mox vt honorificati fue-  
rint & exaltati, defi-  
ciētes quemadmodum  
fumus deficiēt.

22 Mutuabitur pecca-  
tor: & non soluet:

\* iustus autem misere-  
tur, & tribuet.

23 Quia benedicentes  
ei hereditabunt terrā:

\* maledicentes autem  
ei disperibunt.

24 Apud dominum  
gressus hominis dirige-  
tur:

\* viam eius volet.

D 25 Cum ceciderit, non  
collidetur:

\* quia dominus suppo-  
nit manum suam.

26 Iunior fui, etenim  
seni: & non vidi iu-  
stum derelictum:

bit illis in sempiternum, nunq̄ ab eis auferenda, vbi semel ad eā pos-  
sidendam fuerint admissi. Atq; ob hoc cōturbari non debent, si tēpo-  
raria prosperitate permittat Deus florere impios, ipsis nunc in hoc  
tēpore egentibus. Seruātur enim ad meliora gaudia, vt illi ad pessima  
supplicia. 20 In die iræ, calamitatis, & miseriæ, in tempore quando  
male erit omnibus operariis iniquitatis, nō male sentient cū impii,  
neq; participes erunt cōfusionis illorum: \* & in tempore illo quādo  
fame æterna cruciabuntur impii, comedent, & fatiabuntur fatietate  
perpetua sancti. Quapropter æquo animo ferre debent iusti, si in ali-  
quanto honore & qualibuscunq; delitiis nunc florere permittantur  
impii, ipsi verō despectiores nunc sint, esuriēq; & egestatē patiantur.  
Vult enim hoc diuinæ iustitiæ prouida ac iustissima dispēlatio, vt ii  
qui nūc in vita sua bona recipiunt, in vlturo sæculo recipiant mala:  
ecōtrario autē qui nunc mala, illic bona: \* peccatores enim pro mo-  
dico flore & breui gaudio, in perditionem eternā condemnabuntur.  
21 Ita quidē iusti amici & serui Dei honorabuntur & glorificabun-  
tur in diebus æternitatis. At verō ex aduerso impii, inimici domini,  
& serui diaboli, nō perstābunt in gloria sua: sed mox vbi honoribus  
ac diuitiis exaltati fuerint, post paululū subito deficient, quemadmo-  
dum fumus subito euanesceat & auolat: neq; relinquēt vel vllū suę glo-  
riæ vestigium, cum prorsus in cinerē redigentur & puluerem, & om-  
nis ornatus auferetur ab eis. 22 Et vt etiam, quantum ad huius vitę  
tempus aliquā faciamus comparationem, illud ante oculos quotidie  
cernim⁹, homines iustos in sua mediocritate multo magis esse libera-  
les, & sibi atq; etiā aliis sufficientes ad benefaciendū, q̄ sint impii ho-  
mines in omni abundantia sua. Vidimus enim nonnunquā peccatores  
etiam ea quæ mutuo accipiunt ab aliis, nolle reddere aut persoluere,  
propter malitiā & auaritiā, etiam si plurimū abundant, & sine incom-  
modo id possint: sicq; auare nō solum sua non cōmunicant, sed alie-  
na in super per rapinā occupant, frequenter etiā mercedes operario-  
rum suorū, & deposita pupillorum detinentes: \* iustus verō non solū  
alienum non retinet, verum etiam de eo quod habet, misericorditer  
impartitur iis quos viderit pati egestatē, iuxta conditionem facultatis  
sue. Est enim vt poterit, misericors. Et quidē si abundanter illi  
fuerit, tribuit abundanter: si verō exiguū, & hoc ipsum libenter im-  
partiri studet. Sed etiā si quopiā ministeriū, obsequiū, aut cōmodi quic-  
quam acceperit, pro sua facultate retributionē aliquam facere sata-  
git. Vique adeo ditior est iusti mediocritas, q̄ impii abundantia: & suf-  
ficientius est modicum iusto, q̄ impio sua plurima. 23 Et quidē be-  
nedicentes dominum serui ipsius, qui illū cordis affectu & ore simul  
& opere benedicunt atq; glorificant, hereditate possidebunt terram:  
de hac crassa ac temporalī, ad æternā facturi transitū, vnde nunquam  
expellentur: \* impii verō qui affectus sui impietate, oris blasphemia  
& conuersationis scditate maledicunt dominum, ipsi mittentur in  
perditionē & interitum sempiternū. 24 Gressus viri iusti apud do-  
minum diriguntur, & ab eo in via recta bene instituantur, vt nō am-  
bulet per deuia, neq; declinet ad dexteram vel ad sinistram: \* & viam  
eius bonam, per quā ambulat, habebit beneplacitum, complacēbitq;  
sibi in via eius. Nouit enim dominus, & amat viam hominum iusto-  
rum. 25 Si quando contigerit vt ex humana fragilitate ad casum de-  
clinēt, præseruatus erit ne collidatur siue confringatur, vt non om-  
nino cadat ad mortem: atq; etiam si iam cecidisse contigerit, nō erit  
tamen ei ad mortem & læsionem irreuerabilem, sed quantocyus re-  
stituetur in statū pristinum: \* dominus enim illum præseruat ad mo-  
dum eius qui manum supponit: vel ei qui iam casurus erat, vt casum  
impediat: vel ei qui iā ceciderat, vt ipsum à casu eleuet. Sic enim per  
manum suam benignā, per suam potētiā benignissimā, iustos domi-  
nus, cū in discrimen lapsus veniunt, sustentat gratia sua, ne cadant:  
atq; etiā si cecidisse cōtigerit, ex humana fragilitate vel superueniēte  
abundantia malitiæ, rursum gratia sua erigit iacentes per pœnitentiā.  
26 Neq; in spiritualibus solum prouidet suis Deus, verum etiā in cor-  
poreis necessitatibus ad sufficiētiam: id quod ego per experiētiam longā  
manifeste didici. Fui enim ego puer aliquādo, & adolescēs ac iuuenis  
ac nunc in ætate prouecta viuo senex: & nō vidi ego toto hoc tēpore  
vitę meę virū iustū, quē Deus destituisset omnib⁹ vitę necessariis: cui

\* nec semen eius quærens panem.  
 27 Tota die miseretur & commodat.  
 Lucæ. 6. \* & semen illius in benedictione erit.  
 28 Declina à malo, & fac bonum:  
 \* & inhabita in sæculum sæculi.  
 29 Quia dominus amat iudicium:  
 \* & non derelinquet sanctos suos, in æternū conseruabuntur.  
 Apoc. 22. 30 Iniusti punientur:  
 \* & semen impiorum peribit.  
 Coloff. 1. 31 Iusti autem hereditabunt terram: \* & inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.  
 32 Os iusti meditabitur sapientiam:  
 \* & lingua eius loquetur iudicium.  
 33 Lex Dei eius in corde ipsius: \* & nō supplantabuntur gressus eius.  
 34 Consi derat peccator iustum: \* & querit mortificare eum.  
 35 Dominus autem nō derelinquet eum in manibus eius:  
 \* nec damnabit eum, cum iudicabitur illi.  
 1. Petri. 5. 36 Expecta dominum, & custodi viam eius:  
 \* & exaltabit te, ut hereditate capias terram: \* cum perierint peccatores videbis.  
 Lucæ. 14. 37 Vidi impium su-

non tatum ipse subministraret de cibis corporeis, quantum erat ad vitam sustentandam necessarium: \* neq; filios iustorum vidi prorsus deficientes nutrimento, sicq; alimenta requirētes, vt inuenire, nō possent quæ vitæ sustentandæ sufficerent, 27 Imò verò iugiter ad omnē occasionem, vbi poterūt, & quātū poterūt, viri iusti aliorū quoq; miseris & indigentis student succurrere, nunc sua misericorditer egentibus impartiendo, nunc iis qui egestatē patiūtur mutuū dando absq; foenore, nihil inde sperando: \* & semen ipsorū, filii ac filia qui iustitiæ & misericordiæ paternæ fuerint imitatores, benedicentur à domino in benedictionibus gratiæ sanctæ. 28 Tu quisquis diligis iustitiā, nihil metuas, neq; conturberis de vlla re, neq; metuas quicquā: tantum fuge malitiā, & sectare bonitatē: \* atq; securus in habitabis apud dominum in domo eius in æternum: primi hīc quidem super terram, donec illi erit placitū: deinde in sæculo venturo in terra viuentium. 29 Diligit enim dominus per rectitudinē iustitiæ: & omnes qui secundum iustitiā & æquitatem conuersantur, cum iudicio mala declinantes, & faciētes bona, ipse gratos habet & acceptabiles: \* eosq; qui ita sibi seruiert, ipse nō derelinquet in finem, tametsi ad tēpus nonnunquā videatur illos relinquere: imò in sempiternū custodiet, cōseruabit, & saluabit eos ab omni malo, in regno pacis suæ. 30 Homines impii pōnas luent de sua impietate in æternis cruciatib;: \* si filii quoq; & filia eorū, qui imitatores sese præstiterint paternæ iniustitiæ, simili perditione interibunt cū illis. 31 Iusti verò cum femine suo (quemadmodū saepe iam diximus) hereditate possidebunt terrā: \* & inhabitabunt super eam in æternitate. Erūt enim reges in terra viuentiū, & cum suo rege (cui in hac vita seruiert) dominabuntur super eā in sæcula. 32 Vir iustus meditatatur cum sollicitudine, vt loquatur verba sapientiæ per os suum: curabitq; vt sermo quem profert, semper in gratia sit sale conditus, vt proficit audientibus: \* & per linguā suam ipse loquetur quod rectum ac iustū est: cum econtrario impius meditetur insipientiā & iniquitatem, quæ nihil valent proficere audientibus. 33 Neq; verò in ore solum & lingua vir iustus quæ recta sunt & iusta loquitur, sed intus etiā in medio cordis legem Dei sui semper portat absconditā: & ita quicquid foris per linguam loquitur, de bono thesauro qui intus est profert: \* & quoniā sic in corde semper legē Dei gestat, ita fiet, vt non valeat supplantari, proferri, & ad casum inclinari in gressibus suis Qui enim legem Dei in corde iugiter gestant absconditā, illiq; attendunt, & cum illa confabulantur interius, nō facile possunt in lapsum præcipitari: neq; facile vel la inimici vel violētia vel fraudulētia possunt à recto dimoueri: quæ admodū econtrario impii (qui legem Dei in corde non portant, sed impia sua desideria reuolunt) in omnes vias malas & omnia peccata sunt faciles. 34 Cōsiderant & obseruant impii iustos, propter iram & inuidiam occasionē quarentes & opportunitatem, vt eis noceant: \* imò siquādo offeratur opportunitas, conantur etiā morte afficere innoxios. 35 Dominus tamen (cui cura est de iustis in se sperantibus) non permittet illis potestātē contra seruos suos faciendi quæ cogitauerint aut voluerint, sed per auxilium suum saluos faciet eos: \* & cum iudicabitur aduersus illos impios, cū à Deo proferretur contra illos iudicium vltionis, nō eandē condemnationis sententiā accipient iusti, neq; pariter cum illis hos damnabit Deus, sed aliā longē sententiā proferet erga eos, pacis & beatitudinis æternæ. 36 Stitine tu dominum, quisquis iustitiā diligis in humilitate & paciētia, totum te illius voluntati submitte: & committēs, quicquid ex illius voluntate tibi acciderit, patienti ac grato animo suscipiens, nihilq; obmurmurans, & viam mandatorum Dei diligenter obserua: \* si ita nunc te humiliaueris sub potētī manu ei; indubie magnificabit, glorificabit, & exaltabit te in die visitationis & retributionis: ita vt accipias terrā viuentium in possessionē hereditariā & sempiternam in qua victurus sis pariter & regnurus imperpetuum. Omnis enim qui se nunc humiliat, exaltabit: \* & si forte id creditu difficile videatur, propterea qd florere cōspiciantur impii, despectis iustis in humilitate & paciētia sua: expecta paululum, & crede interim, donec post modicum oculis tuis videas, cum in perditionē missi fuerint iniqui. 37 Vidi ego nonnunquam in hoc sæculo, supra modum magnificatos

A per exaltatum:  
 \* & eleuatum sicut cedros libani.  
 38 Et transiit, & ecce non erat:  
 \* quæsi eum, & nō est inuentus locus eius.

39 Custodi innocentiam, & vide æquitatem:  
 \* quoniā sunt reliquie homini pacifico.

40 Iniusti autem disperibunt:  
 \* simul reliquie impiorum interibunt.

41 Salus autem iustorum à domino: \* & protector eorum in tempore tribulationis.

42 Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos, & eruet à peccatoribus: & saluabit eos, quia sperauerunt in eo.

& gloriosos in honorib; diuitiis, fortitudine, & potestate magna, ad quam altitudinē per iniquitatē cōscenderant: \* vidi (inquam) illos non solum re, sed etiam corde vehementer eleuatos, & superbos extento collo in magna pompa gradientes, ad modū cedrorum Libani, quæ & proceræ sunt, & altissime stature, pulchriq; viroris. 38 Trāsiui ego, mecum admirans huiusmodi magnitudinē & celsitudinem: & post paululum vbi trāsiissem, mox disperebat omnis illa pompa & celsitudo, quæ prius visa fuerat: neq; iam apperebant vquam locorū qui antē paululū ita magnificos sese exhibuerāt triūphatores: \* quæsiui eos, & cōsideraui diligētē, quidnam actum esset de eis, aut vbi remāssent illi tam floridi, tam gloriosi: & nemo cōmonstrare potuit, sed prorsus vt fumus euauerāt cum omni gloria sua, quasi non fuissent, iamq; in perditionem fuerant abiecti, vnde nūquam sunt imperpetuum redituri. 39 Tu itaque horum felicitate sic transitoria nihil commotus, cura semper quo ad potes, vt innocēs sis immaculatus ante dominum Deum tuum, & attēde ad iustitiæ rectitudinem, vt in ea permaneas, eā in omnibus cogitationibus, affectionibus, sermonibus, & operibus sollicitē custodiēs, ne vnquā cōtra illam agas: \* hominibus enim pacificis, qui nunc ita per iustitiā pacem sectātur, erūt reliquie pretiosæ: & nouissima eorum erunt optima atque felicissimā, tametsi nunc modica admodum videatur prosperitate gaudere, sed magis aduersis affligi. 40 Impii autem post modicum florem, & momentaneum quod delectat, pariter omnes in perditionem mittentur, proiciēturque in ignis æterni cruciatum, nec apparebunt in numero aut præmio sanctorum: \* neq; illis tales erunt post mortem reliquie quales sunt iustis, neq; erunt nouissima horum illis similia: omnes enim impiorū reliquie simul cum ipsis interibūt: id est, ex omni prosperitate qua in hoc mundo freti sunt, nihil eis erit post hanc vitā reliquum, nisi mors tatum & interitus sempiternus: sicq; eorum reliquie disperibunt, quia nullæ erunt, quæ admodum iustorum seruabūtur reliquie, quoniā preciosæ sunt futuræ. 41 Salus verò iustorum à domino Deo est, qui eos secundum suam voluntatē saluos facit: & tēporaliter, quando & quantum voluerit de manibus impiorū, & vniuersaliter, à damnatione mortis æternæ: \* & ipse est defensor atque propugnator illorum, quoties tribulatio aliqua & persecutio eis obuenerit: quo protegēte, & sua gratia asistēte, seruantur ab omni malo. 42 Ipse eos adiuuabit auxilio suæ protectionis, & per gratiam suam eos pro suo placito liberabit, eripietq; eos de manu peccatorum, & saluos eos faciet: quoniā spem suam omnem in ipso fidētī corde collocauerūt, ac proinde (quoniā fidelis est) cōmissas sibi nequamquam patietur in perditionē abire. Quanquam enim sanctorum suorum corpora & facultates & huiusmodi permittat Deus nonnunquam in potestātē venire impiis, vt ea diripiāt, & interficiāt pro suo placito: animā tamē non illis concedit posse occidere, quæ est hominis pars præcipua: quam ipse suscipit in sinum suum, cum iustorū occiditur corpora: sed neq; corpus illis annihilare datū est, quod suis seruis iterum restituet in die retributionis in gloria cælesti. Amen.

D ANNOTATIONES IN PSALMVM TRIGESIMVMSEXTVM.

Versu primo. Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris, &c. In Græco (vnde psalterium nostri vsus translatus est) in priori parte habetur: μή παραβίβω quod significat, Ne zelū, ad indignationem, ad iracūdiam prouoceris, vel ne irriteris. Nam παραβίβω: significat ad zelū, prouocare, siue irritare, siue excitare, quod vocabulū Paulus Apostolus in Epistola ad Romanos, aliquoties vsurpat, primum quidē cap. 10 allegas illud ex cātico Moyse, Ego ad æmulationē vos adducā in non gentē, &c. Deinde, cap. 11. cum ait, Honorificabo ministerium meum, si quo modo tandem ad æmulandum prouocem carnem meam. In vtroque enim horum locorum, supradictum vocabulum in Græcis habetur. Et quia zelus plura significat, hinc fit, vt vtraque huius versiculi pars multiplicē simul includat intelligentiam. Significat enim zelus feruorem irę vel indignationis vel inuidiæ, vel ardentē affectum ad rem aliquam: quemadmodum cum Apostulus ait, AEmulor enim vos Dei æmulatione: siue ad aliquem diligēdum, siue etiam ad imitandum & asimilandum: quæ omnia proposito huic accommodata, breuiter in Elucidatione attacta per seipsum occasione data sapiens ac prudens lector plenius poterit intelligere. Nos, brānitatis causa, singula persequi omittimus. ¶ Versu tertio, Spera in domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pasceris in diuitiis eius. Frequenter admodum in hoc psalmo mentio fit de terra à sanctis hæreditanda atque inhabitanda, atque etiam in regnum eis subigenda, cum econtrario dicantur impii eam non possessuri hæ-

Lucæ. 12.  
 Matt. 10.

Deut. 32.  
 Rom. 10.  
 Rom. 11.  
 2. Cor. 11.



reditate, ueque inhabitaturi, multo minus super eam regnaturi. Quibus pulchre admodum respō-  
det, quod à domino in promissione beatitudinū dicitur, Beati mites, quoniam ipsi possidebunt ter-  
ram. Nos in Elucidatione vbiq; terram hanc, partim ad istam corpoream retulimus, in qua sancti,  
quandiu placitum est altissimo, in pace cordis viuunt, contenti præsentiibus, hoc est victu & tegu-  
mētis. Quia enim sciunt domini esse terram, & vniuersam eius plenitudinē, eam quasi terrā domini  
& patris sui fidēter inhabitant: & de iis quæ illa protulerit (quæ hic vocātur diuitiæ eius) quasi de  
prōptuario & cellario domini & patris sui viuunt cum fiducia. Præcipue tamen ad illam beatissimam  
terram vinentium refertur intelligentia, de qua alibi dicit Propheta, Credo videre bona domi-  
ni in terra viuētium. Præter hæc tamen, cōmode admodum etiam de terra cordis proprii intel-  
ligi possunt hæc omnia, quæ admodum & venerādis pater Augustinus, supra adductū illud domini  
& insertionē virtutū diligēter & fideliter excolendum: sicq; singulos hominum veluti colonos &  
agricolas in huiusmodi agro constituit. Atq; hanc quidem terram, & hunc agrū cordis, omnes ma-  
li æq; atque boni dono acceperunt à Deo, qui finxit sigillatim corda filiorum hominum. Verū est  
mirabilis quadā hac in re distantia inter bonos & malos. Boni enim cupiētes ex sibi data terra fru-  
ctum bonum accipere, habitationē sibi in ea cōstituant, & ad seipos sele conuertunt, vt in illo a-  
gro laborēt assidue: quæcunq; pullulare conspexerint mala zizania, sollicitè euellendo: quæcunq; F  
verò bona & salutaria nouerint virtutū semina, in eo seminando. Atq; in hoc sane negotio totam  
vitam super terram istam transigunt. Nunquam enim ab hac terra colenda cessare conuenit fideles  
operarios virtutis. Sicq; ad modum coloni, hæreditatem suam corporalē incolentis, inhabitāt bo-  
ni omnes terram cordis sui, donec viuāt super terram. Deus verò qui singulorum attendit opera, &  
vnicuiq; reddit secundū suum laborē, eos quos sic diligenter conspexerit, non desertam reliquisse  
suam terram, sed inhabitasse eam, & fideliter excoluisse: ipse de labore agriculturæ huius trāsferet  
in terrā viuētium, vbi tum illos de pinguedine & fructibus terræ suæ abiq; labore in aternū iube-  
bit refici, satiari, & inebriari: hoc est, de dulcedine aternæ felicitatis, & plenitudine gaudiū sempit-  
terni, quod in corde ipsorum erit pro piorum remuneratione laborum. Contra verò, impij datam  
sibi terrā nolunt inhabitare, nolunt ad cor conuerti, nolunt intra se habitare: sed per diuersa desi-  
deria sæculi huius, per cōcupiscētias & auaritas foras semper euagātur, & se intra se cōtinere recu-  
sant, atque ita desertam relinquunt, & proinde incultam, terram suam, quam ad excolendam à suo  
cōditore acceperāt. Ex quo deinde consequitur, vt fructum nullum dignum inde recipiāt. Cū ergo  
dominus agri illius viderit colonos istos pessimos infideliter excoluisse, imò penitus incultam re-  
liquisse terrā, quā illis tradiderat atq; locauerat, putas quid faciet agricolis istis? Iusto suo iudicio  
pro negligētia & infidelitate eos condemnabit, simūq; cum eis terrā iam spinis & vepribus plenam  
nullisq; bonis onustam segetibus proiciet in perditionem, & combustionem camini ignis: Ita  
fiet, vt hanc terram non sint hæreditate possessuri impij, quæ simul cum illis in perditionem aternam  
mittenda veniet. His verò apte admodum & manifeste nimium cōsentiant, quæ cap. 6. Epistola  
ad Hebræos, de terra fructificante ac benedictionē accipiēte, & de terra sterili maledictioni ob-  
noxia, scribit beatus Apostolus in hæc verba, Terra enim sæpe venientē super se bibēs imbrem, &  
germinās herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionē à Deo: profereus autem  
spinas ac tribulos, reprobata est & maledictio proxima, cuius cōsummatio in combustionē. ¶ Versū  
oçtauo, Desine ab ira, & derelinque furorē: noli æmulari vt maligneris. Secunda pars duplicem (vt  
in Elucidatione monstratur) recipit intelligentiam. Prior est, Noli sic illorum prosperitatem confi-  
derans ad æmulationē pronocari, vt malignari proponas, seu male agere, illisq; assimilari in im-  
pietate, quo similiter vt illi floreas. Et tales sane nonnullos conspiciamus infirmiores, qui cum vidēt  
se, donec in iustitia & innocētia permanēt, pauperes & despectos haberi, & ab aliis calumniā &  
oppressionē perpeti: iniquos autem conspiciunt florere & abundare omnibus, effeq; honorabiles,  
& omnibus acceptos, incipiunt dicere sibi in cogitationibus suis, Vt video, nihil proficiam, donec  
in hac simplicitate perseuerauero: sed, vt sum, ita permanebo pauper & contemptus omnibus. Ibo  
ergo, & faciā iniustitiā, fraudabo proximos, mētiar, furabor, opprimā quotquot potero, vt ipse ha-  
ctenus oppressionē sustinui: peierabo, si lucrum occurrat: fidē violabo, ad laborē magnatibus, in-  
iusta lucra sectabor, & absque discretionē quicquid mihi vel paucillum lucri adferre quiuerit, aut  
vllū adducere fauorē, exercebo libere. Atq; his rationibus experiar, an non etiam ego, vt cæteri, ad  
diuitias & honores valeā pertingere, atq; ex hac paupertate & despectionē emergere. Isti sane sic  
æmulātur in miseris miseri, vt malignētur, atq; à iustitia excidāt. Posterior autem intelligētia est,  
Noli sic ad æmulationē, ad iracundiam, ad indignationem, aut ad stimulantem inuidiam pronocari,  
vt male agas: idq; vel Deum blasphemando, qui ita dispensat humanarum rerum statum, vel etiā  
contra illos nimium & irrationabile atq; iniustum odium gerēdo in pectore, quemadmodū non-  
nulli inueniuntur rebus pauperes, qui propter hanc inæqualitatē vique adeo magnum erga diuites  
odium concipiunt, vt gaudeāt si quid illis mali euenerit, doleant verò illis rem bene cedere, & ob-  
sunt in quibus possunt: & si opere non possunt, certe corde nocere cōcupiscunt. Hi verò non sunt  
ex māsuetis illis, qui terram inhabitabunt. Sūt enim animo diuites & immites, tametsi rebus foris  
appareāt pauperes, & gestibus quandam prædant māsuetudinē. Prior autem intelligētia versui  
mox subsequētī aptius quadrare videtur. ¶ Versū. 13. Dominus autem iridebit eum. Quod dicitur  
dominus iridebit impios proximis mala meditātes, vt more humano distum accipi oportet: quæ  
admodum si rex videat quempiam ex ministris suis infimis, callidas insidias excogitare, & iniquas

Heb. 13.  
1. Tim. 6.  
Psal. 23.

Psal. 26.

Psal. 32.

1. Cor. 3.

Heb. 6.

A machinationes frueri suorum magna tum alicui, quem ipse vnice diligit, & præ cæteris habeat fa-  
miliarem, atq; præcipue charum, ridet ille impias machinationes iniqui infidiatoris, differēs tamē  
& dissimulās, donec dies opportuna adueniat, quo innocentem à malitia liberet, ipsum verò im-  
pium dignas iubeat pœnas luere. Sic enim & nunc dominus cū electis suis agit. Ridet enim peruer-  
sorum malitiā, quæ quantum potest nocet, & multum quidē se nocere putat bonis, cum reuera pa-  
rum admodum sit, quod aduersum hos illi valēt. Sed veniet, quando dominus qui nunc dissimulat,  
pro suis faciet aduersum illorū prouam voluntatem vindictam: pro horum autem innocētia, salu-  
tem. In secunda autem parte, pronomen eius ancipitem habens relationem, duplicē efficit intelli-  
gentiam: ita tamē, vt ambæ in vnam coïncidant. Potest enim relatiuum eius, referri ad dominum: vt  
sit sensus, Prospicit dominus venturum esse diem suum, hoc est, diē iudicii, quo ipse adducet omnia  
in iudicium, & quo de impietatis iniquorum exquiret vindictā. Diem autem iudicii vocari diem  
domini etiā in Apostolo didicimus, qui Thessalonicensibus scribens in prima epistola, Dies domini-  
ni (inquit) sicut fur in nocte, ita veniet. Et apud Prophetā, Donec veniat dies domini magnus & hor-  
ribilis. Aut referri potest relatiuum eius, ad impium, hoc modo, Dominus iridebit impiū, quoniā  
prospicit venturum esse diem ipsius, nēpe impij, id est, diem quo ipsius mala impietates, quas nunc  
meditatur, omnes palām fient, & iustam suo auctori adducet condemnationem. Sic enim & vulgo  
loqui solēt homines, Heri dies nostra erat, cras forsità vestra erit: cū significare voluerint, idipsum  
miseriæ vel infortunii quod ipsi sustinuerunt priores, proximis suis adhuc esse venturum. Atq; hæc  
posteriorem intelligentiam sequuta est Elucidatio. ¶ Versū. 17. Melius est modicum iusto. Tametsi  
quod hic dicitur, modicū iustis melius esse, quàm diuitias peccatorum multas, præcipue intelliga-  
tur de bonitate & vtilitate spiritali: habet tamē etiā veritatem de vtilitate & bonitate tēporali.  
Nā & tēporaliter melius plerunq; est iusto ex sua mediocritate, cū sua forte cōtēntus viuūt, in secu-  
ra mente (quæ, iuxta sapiētis verbum, est quasi iuge conuiuuium, perpetuam habens oblectationem)  
cū impij cupiditate sua insatiabiles, etiā maxima abundātia non valeāt suos animos quietos red-  
dere, sed perpetua torquētur amplius habēdi sollicitudine. De hac autem re plenius diximus in an-  
notationibus Psalms. 33. ¶ Versū 26. Iunior fui, etenim senui, &c. Miretur forsitan quispiā, quonā  
pacto ita fidēter Dauid hoc audeat asserere, quod vsq; ad senectutē iustum nō viderit derelictū, aut  
semen eius quarens panē. Certe nos plurimos iustorū videmus, saltē panē quærentes medicatim, &  
hostiatim pro colligēdo pane circūcēntes: imò & derelinqui vidētur nonnulli, & deficere iis quæ su-  
stētationi sunt necessaria. Neq; enim dubiū est quin multos fames passim extinguat: & si non sem-  
per subito, ita vt ad oculum appareāt exhalare animam, certe paulatim, dum præ defectu cōueniē-  
tis pabuli, desitui incipiunt viribus, sicq; paulatim prorūsus intereūt. Pro hac autē obiectione dis-  
soluēda, primum est attendendum, improprie admodum accipi hoc in loco, quærere panem. Non  
enim panem quærūt, qui medicatim panem sibi colligit: sed panem quærere hoc in loco, potius est  
panem deficere, panem non inuenire, quasi panem requirere siue desiderare secundum eum ferme mo-  
dum quo dici solet, in preliis illos desiderari qui interfecti sunt. Vnde hoc loco Plalteriū Romanū  
habet, Nec semen eius egens pane, pro quarens panem, cui præceptū est, In sudorē vultus tui vesceris pa-  
netuo: Cæterum, quod adducitur de multis fame pereuntibus, hoc aduertendum est diligēter, plures  
esse hominum qui derelinquuntur necessariis: verum à seipsis derelinquuntur,  
nō à Deo. Et multi fame cōsumuntur, quos non dereliquit Deus, sed ipsi sese interimūt. Neq; solum  
se, sed & suos liberos multo miserius. Sunt enim nonnulli (quod dolendū est) crudelēs sui suorumq;  
interfectores: qui cum honesta & satis diuite sint familia prognati, si ad paupertatē, deuenierint, ma-  
lunt extremā pati penuriā, seq; ac suos fame crudeliter & impie perimere, quàm suam paupertatem  
propalare, & eleemosynā gratiam verecunde postulare. Et dum foris nonnunquam vestimento-  
rum decore satis splēdet, interius membra corpōris tabescere sinunt, & esurire familiam: quo (vt  
ipsi aiunt) suam non dehonestent progeniem. Hos sane Deus neq; derelinquit neq; perimit, sed po-  
tius ipsā illorum vana superbia. Atque huius rei vehemēter expedierit eos qui paucendo & erudiē-  
do populo præstant, illos cōmonestare: quoniam satis compertum est, multum hominum nume-  
rum ita sese perdere. Neq; sua tantum & suorum corpora (quod forsitan vtcunq; fuerat toleran-  
dum) verum etiā crudelius proprias suas animas, crudeli homicidio, aternæ dānationi reddere ob-  
noxias. Quomodo enim sui suorumq; nō est crudelis interfecto, qui ob humanā verecūdiam, imò  
verò ob vanam superbiam, seipsum & suos domesticos interficit: imò verò nō vnus est homicidiū  
reus, qui cū medicando possit alere creditam sibi domum, fame perire finit. Quid enim refert, siue  
breui horulæ spatio gladio animā tibi tuisq; eiicias, siue longiore cruciatu necessarij pabuli sub-  
stractione, cogas emigrare? Hi ergo non vt iusti non derelinquātur, cum nec iusti sunt, qui sunt cru-  
deles homicidæ. Deinde, neq; à Deo, sed à semetipsis derelinquuntur. Si enim mediā ad hanc rem ac-  
commoda quærerent, vel laborātes manibus: vel (si id non valeant, aut si id non sufficiat) verecun-  
de suam necessitatem exponētes, & eleemosynā gratiam, quam etiam Dei filius non est dedignatus  
agnoscere, postulātes, nequaquam neq; ipsi, neque domus eorum fame deficerent. Quemadmodū  
enim (iuxta domini vocē) semper pauperes habiturus est mūdus, ita eiuſdem ordinatione & dispo-  
sitione nunquam deficiēt viri misericordia: qui non patiētur fame perire iustos. Et si quando om-  
ne humanum subbidium deficeret viro iusto, nihil dubitāti & fidēter postulanti proculdubio tē-  
pestiue adesset diuinum: id quod de pluribus sanctorum virorum atq; mulierū certissimæ prodide-  
runt historiæ. De Helia quidem in torrente a coruo pasto, liber Regū: per quem Sarēptana quōque 3. Reg. 17

1. Theſ. 5.  
Ioel. 2.

Pro. 15.

Gene. 3.

Matt. 26.

mulier (cuius oleum iam & farina defecerat) plurimo tēpore sustentata est, alioqui iam iam cum filio cocto ac vorato vltimo pane, fame moritura. Item & de huius discipulo Elizeo, per quem reges tres periclitates in solitudine, cū omnibus exercitiis suis refocillati sunt. De Daniele in lacu leonum, liber Danielis refert. De Paulo quoque eremita scribit sacer Hieronymus. Sed & de aliis plurimis in noua lege viris sanctis, dignissima fidei hoc ipsum tradunt historie.

XXXVII. PSALMI ARGUMENTVM.

**H**ic Psalmus (qui in ordine poenitentialium tertius ponitur) formam conuersionis ad Deum præbet, illis qui de graui iniquitate sese toto corde conuertere volunt ad dominum. Videtur que hominis propter commissam iniquitatem supra modum conturbati: qui intra se sentit grauisimam miseriam, diuini scilicet iudicii horrorem, & afflictiuos ad modum malæ conscientie stimulos, mirabilem in corpore indispotionem & conturbationem, ac motuum diuersorum tumultum, quæ sibi ex peccatorum multiplicatione, aggrauatione, & reiteratione fatetur venisse, propter suam insipientiam: quibus omnibus vehementer affligi se dicit & contristari, præcipue verò dum à lumbis oriri intra se sentit fœdos concupiscentie motus, quibus ita premitur, vt totum corpus fiat mirabili confusione prorsus de proportionatum: sicque vehementer afflictus, sentiens manum vlticem domini, gemitus, suspiria, atque etiam clamorem fundit pro miseria ad dominum. Hæc autem omnia, vsque ad versum vndecimum, per ordinem poenitus consistunt. Dehinc exprimit graue certamen, quod sustinet extrinsecus, & ab illis qui noti amici & proximi ei fuerant, donec in peccatis illis extitisset socius. Nam hi cum vident poenitentem velle veteris uite uia relinquere, eligere uerò arctas uias poenitentiae, multis modis aduersantur bona proponenti: partim suasionibus blandis, partim comminationibus asperis infirmum animum, & alioqui mala conscientia satis onustum, uehementius affligentes. Aduersum quos, quo usus fuerit consilio, exponit uersu 14. & deinceps, dicens, aduersus illos suas aures prorsus se obturasse, quasi nihil audiret, nihilque uoluisse illis respondere ad consentiendum, tanquam si mutus fuisset: posuisse uerò in domino spem suam, & illum contra inimicorum seuitiam accepisse defensionem: offerens quidem se ad correctionem & disciplinam domini paratum, propter iniquitatem quam agnoscit: ab inimicis tamen istiusmodi, qui bonitatem sectanti detrabunt & obsistunt, orans liberari: & contra illorum rabiem, diuinum sibi recte poscit auxilium.

TRIGESIMISEPTIMI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Domine ne in furore tuo arguas me: \* neque in ira tua corripas me.

2 Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi:

\* & confirmasti super me manum tuam.

3 Nō est sanitas in carne mea, à facie iræ tuæ:

\* non est pax ossibus meis, à facie peccatorū meorum.

4 Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum:

\* & sicut onus graue grauare sunt super me.

**D**omine in implicabili illo furore, quæ exhibebis atque demonstrabis in omnes impios in die iudicii tui. à quo nemo saluare impiū poterit, ne tū simili cū illis sententia arguas me: \* & in seuera illa ultione tua, in terribili illa vindicta iræ tuæ, ne sententiā correptionis & formidabilem sententiam tuā, quam experiētur omnes qui in impietatibus suis perseuerauerūt. 2 Idcirco autē iram tuā formido & deprecor domine, quoniam puncturæ tumoris tui iā stimulare cœperūt animā meā, dum reuoluo peccatorū meorū magnitudinē: quemadmodum sagittæ cum infiguntur in carnē, stimulant uehementer & affligūt eam: \* & tū excedere iā cœpisti atque aggrauare super me vlticem manū tuā, ex qua etiā nunc istos male conscientie stimulos atque torturas graues me sentire percipio: quæ si modo ita mihi grauis est, vt affligar uehementissime, quāto erit intolerabilior tūc, cū in immensum ultionē faciet grauiorē? Merito ergo domine irā tuam ego formido, & à facie implacabilis tū furoris tui, iure ego (dū tempus est miserēdi) expanesco. 3 Ecce iam nunc in carne mea, non est sanitas, nihil est integrū propter iram tuam & indignationē, quæ per peccata mea scio iuste contra me prouocatam: sed totus quasi lāguis, & mala distemperantia animi agrotans, deficio ita, vt præ dolore & languore, vix mihi libeat vltra viuere: \* nullam pacem habēt ossa mea, vniuersæ vires corporis & animæ cōmotæ sunt & conturbatæ propter peccata mea: per quæ cū me sentiam tuam iram iuste cōmeruisse, nō possum vllā præ timore & horrore habere requiē: & omnia prorsus quæ intra me sunt, per istam pessimam peccati deordinationem, velut in magna cōturbatione & indispotione sunt cōstituta: & tumultu insolito, atque inordinatione mirabili voluūt intra me imaginationes, cogitationes, & affectiones meæ, absque vllō ordine & cōpositione solita, nullam mihi permittētes pacem cordis mei. 4 Ecce enim peccata mea quæ haftenus dissimulaui, quæ haftenus operui aut excusaui, confiteri quoque & emēdare neglexi, iam eo excreuerunt, vt etiam supergrediātur caput meum: ita vt iam spiritū habeant (mentem dico & voluntatem) pessundatum, illūque velut superauerint, & ad sensualis appetitus cōcupiscentiā inflexerint, imò huius seruituti illum velut subiecerint: \* & paulatim crescentia, facta sunt super me grauiora & pōderosa valde, quæ admodū onus magnum dorso alicui-

A 5 Putruerūt & corruptæ sūt cicatrices meæ: \* à facie insipientiæ meæ.

6 Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem: \* tota die contristatus ingrediebar.

7 Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: \* & non est sanitas in carne mea.

8 Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: \* rugiebam à gemitu cordis mei.

C 9 Domine ante te omne desiderium meum: \* & gemitus meus à te non est absconditus.

10 Cor meū conturbatū est in me, dereliquit me virtus mea: \* & lumen oculorum meorū & ipsum non est mecum.

11 Amici mei & proximi mei, aduersū me appropinquauerūt & steterunt.

12 Et qui iuxta me erant, de longe steterunt: \* & vim faciebant, qui quærebant animā meam.

13 Et qui inquirebant mala, mihi loquuti sunt vanitates: \* & dolos rota die meditabantur.

ius aut capiti impostum, ita vt dissimulare vltra non possim, nec ferre vltra valeam. 5 Insuper & cicatrices vulnerum meorum renouatæ sunt, & semel sanatis vulneribus iterum cœperunt periculosus subter carnē exurgere: hoc est, peccata mea aliquando dimissa, & per poenitentiam sanata reiteraui, & recidiuo mihi nō cauens factus sum quāquam antè fueram deterior, & agrotans periculosiori vulnere: \* idque propter insipientiam meam, quoniam videlicet ita insipienter vulnera illa priora feci recrudescere: & quæ semel planxeram, stultus ego iterū resumere non metuebam. 6 His modis vsque ad finem (id est, nimum) & uehementissime, quantum ferre poteram, miseris variis & magnis afflictibus fui, & totus incuruatus sub pōdere miseriarum, vsque in finem, ita vt mihi viderer amplius ferre non posse: \* atque ita horrore conscientie perturbatus, & peccatorum turpitudine cōterritus, iugiter versabar in magna mœstitia & desolatione. 7 Nā lumbi mei (in quibus luxuriosi affectus est sedes) pleni erāt fœdissimis motibus, quibus mirum in modū mihi illudebatur: & qui magna me afficiebant ignominia, dum ex eis fœdas, bestiales, & omnino inordinatas cōmotiones exurgētes, & tyrānizantes perentirent in meo corpore: \* & plane non est sanitas in carne mea, nulla est debita compositio, nulla est reuerentia, nulla reuerentia in seipso: sed distemperata, in composita, confusa & inordinata sunt omnia. Postea enim quā spiritus meus eam, quam tecum habebat, o Domine Deus, rupit confederationem, cœperūt non solū quæ in anima: sed & quæ in corpore omnia cōfundi suam cōpositionem dissoluere, à sua confederatione discedere, tum multibusque miseri: quod malū indies augmentū sumens, uehementer iam aggrauatum sentio. 8 Ita ego malis multis & magnis afflictibus fui, & ultione tua Domine in magna humilitate, despectione atque miseria cōstitutus: \* atque ita vexatione dāte intellectu, recogitans in amaritudine animæ meæ peccata quibus te offendi, in spiritu cōtribulato & corde cōtrito atque humiliato corpi edere gemitus atque suspiria, ita vt præ gemitu clamorem etiā magnum per os in modum rugitus emitterem, affectu maximo te veniā precando peccatorum meorum. 9 Domine qui omnia nosti, qui inspicis & probas corda filiorum hominum, qui desiderii pauperum exaudis: tibi apertum est omne desiderium cordis mei, quo desidero vitam in peccatis male actā tuæ gratiæ auxilio corrigere, tibi que amodo fideliter seruire: \* gemitus meus ac crebra suspiria ex imo cordis educta, pro peccatis, quibus te ita multum & multipliciter offendi, non te latēt, non sunt coram te abscondita: sicut tu ea nosti, ita ea tibi absque dissimulatione cōfiteor, suppliciter postecē veniam. 10 Conturbatus est præ horrore in me spiritus meus, & omne robur meum discessit à me, vixque in me quicquam remansit virium: ablata est à me fortitudo mea ad bene agendum, & ea quam habere solitus fueram, & quam habere debeuerā: \* ipsum quoque lumen mentis meæ, quo videre solebam, & alios etiam illuminare (sive ipsum lumen naturalis iudicii, sive etiam lumen gratiæ tuæ) non vltra in me est sicuti solet: sed magna ex parte per peccatorum fœditatem obscuratum, obnubilatum atque obtenebratum est: ita vt non solum iam quæ bona sunt non valeā agere, sed vix etiam cognoscere & iudicio discernere. 11 Præter hæc verò, quæ intrinsecus patior, grauius nimium tormētā, etiam extrinsecus mihi afflictio accedit, cum me à peccatis voluero ad te cōuertere. Illi enim qui prius me diligebāt, tanquā amici & proximi mei, cum illis essem in peccato socius, vidētes quod me velim à viis ipsorum prauis separare, facti sunt mihi aduersarii, appropinquaueruntque mihi, & statuerunt se ex aduerso contra me, vt obsisterent meo proposito, illūque valenter quantum possent impedirent. 12 Et qui prius mihi proximi erant notī atque amici, elōgauerunt se à me, & elongati ita steterūt cōtra me: \* querētēque animam meam perdere, & in mortem me trahere, vim intulerunt mihi, & grauem sulcitauerunt persequutionem. 13 Et qui mihi male cupiebant, qui me in peccatis fouere laborabant, & à proposito bono ex tuæ manus visitatione cōcepto auertere, ipsi pro posuerunt & suggesterunt vanitates: iterum mihi proponentes peccata pristina, sacculique pompas & delicias, ex aduerso autem, difficultates in Dei seruitute obueturas, aggrauantes: \* & iugiter tota die dolos & fraudes astutias excogitabāt, quibus me possent decipere, & à recto dimouere.

Esaię. 28. Esaię. 38. Psal. 50.

Prou. 17. Esaię. 16. Psal. 9.



14 Ego autē tanquam surdus non audiebam: \* & sicut mutus non aperiens os suum.

15 Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.

16 Quoniā in te domine speravi: \* tu exaudies me domine Deus meus.

17 Quia dixi nequādo supergaudeat mihi inimici mei: \* dū cōmouētur pedes mei, super me magna loquuti sunt.

Lucę.1.

18 Quoniam ego in flagella paratus sum: \* & dolor meus in cōspectu meo semper.

19 Quoniā iniquitatē meam annuntiabo: \* & cogitabo pro peccato meo.

20 Inimici autem mei viuunt, & confirmati sunt super me: \* & multiplicati sunt qui oderunt me inique.

21 Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebāt mihi: \* quoniam sequebar bonitatem.

22 Ne derelinquas me domine Deus meus, ne discefferis à me.

23 Intende in adiutorium meum domine Deus meus salutis mea

14 Ego verò (vt pote qui iam tuæ manus visitatione edoctus essem, & tuo timore medullitus cōfixus) in proposito pœnitentiæ persistēs, immobilis obfurdescebā ad omnia quæ illi proponebāt: & quasi surdus fuissē, ita nihil permotus illorū dictis, siue blandis, siue cōminatoriis, qui illos dicere quæcunq; voluissent: \* & quæadmodum mutus omnino loqui nesciens, ita nihil illis respōsi dabam ad vllum cōsensum, iam enim firmo virtutis & pœnitentiæ proposito, animum meū contra illorū impias obiectiones & propositiones penitus obfirmaverā. 15 Sicq; meipsum feci, propter virtutis propositū, quasi surdū & mutū: perinde ac si nihil audirem eorum quæ ipsi proponebant, nihilq; haberem quod illis respōderem, aut quo illorum vanas propositiones confutarem. 16 Atque hæc quidem idcirco feci Domine, quoniam in te iam cœperam constituere spem meam: propter quod, ab omnibus illorum vanitatibus volebam prorsus auertere animum: \* neq; dubito, quin tu misericordiarū pater, pro tua benignitate sis exauditurus me pauperem & afflictum seruum tuū, spiritu contribulato, ac humili, contritōq; corde tibi supplicantem, & totum se tibi plena fiducia committentem. 17 Dixi enim in corde meo: volo, dum tempus est, in Domino ponere spem meā, vt per eum possem fieri saluus à rabie inimicorum meorum, nequādō ipsi de mea gaudeāt, si mihi prauauerint, suamque de me videāt impleri voluntatem: \* cum enim vel modicum incipiūt moueri à recto pedes mei, statim exultātes magna & superba loquūtur aduersū me, quasi suo voto potiti: sed ante victoriam (vt spero) canentes triumphum. 18 Et quidem, quod ad te attinet Domine, ego cōscius magnitudinis peccatorum meorū paratum me offero ad disciplinā & correptionē suscipiendam prout misericors iustitia tua dictauerit, & expediens cognouerit: non refugio à te, Domine, pro peccatis meis disciplinā suscipere correptionis licēs quod grauius peccauerim in cælum & corā te, vt iam non sim dignus latari tecū adhuc vt filius, sed potiūs flagella sustinere vt seruus malus & fugitiuus: \* imò & ipse volo propter iniquitates meas dolore iusto & pœnitentiā meipsum affigere, & dolorē meum seruare volo semper, donec viuā, nunquam prorsus obliuioni daturus iniquitatem meam: volōq; in hoc dolore & afflictione hac pœnitentiæ persistere, vsquedū tu me tua cōsolatione ab eo releuare dignaberis. 19 Nam iniquitatem meam ego ipse confiteri paratus sum, & celare nō volo, sed meipsum in aperta cōfessione paratus sum accusare: \* & recogitabo in amaritudine turpitudinē peccati mei, & pro eo me affligam. \* Ero quoq; memor, donec viuā, peccati mei: atque etiam postquā tibi placitum fuerit dimittere, mihi tamen iustus erit subinde recordari & recogitare, quāam à te olim fuerim elongatus. 20 Quāquam autē ita per omnia tuæ voluntati me subiiciam, & à te paratus sim quicquid decreueris correctionis, libēter suscipere: inimicorū tamē meorū rabiem metuo, & ab illis per te saluari oro: melius iudicās in manus tuas incidere, tuāq; manu corrigi, quā illorū potēstati tradi, vt per eos morte interficiar. Ipsi autē hi inimici mei adhuc supersunt, neq; desistūt me male persequi, & cōtra me fortitudine & uolētia cōfortati sunt atq; corroborati: \* insuper & numero multiplicati sunt qui me falso & sine causa odiūt & persequūtur, malū querētes pauperule animæ meæ. 21 Ecce homines ingrati qui pro bonis mala retribuūt, ipsi mihi aduersati sunt in pietatis negotio: & cū ego nihil illis nisi bonum exhibuerim, nūc vicissim mala mihi repēdere laborāt, detractionibūsq; & cōtumeliis molesti fuerunt mihi: \* propterea quod ab illorum prauo cōsortio meipsum segregās, viam eligerē virtutis, eamq; deinceps ambulare vellem. 22 Quanto verò illi magis mihi aduersantur, tātō te piissime Domine Deus meus precor mihi fieri propitium, vt in tantis malis (quæ ego partim intrinsecus fero, partim à foris sustineo) miserum me, & tam multimodis afflictū nunquā derelinquas: neq; te ipsum à me sic elōges, vt absque tuo auxilio in tātis me periculis relinquas. 23 Quin potius vt tuam misericordiā decet, intētus esto ad auxiliandū mihi, & cogita de impēdendo mihi adiutorio tuo, Domine deus saluator meus: vt qui mihi metipsum in tātis difficultatibus prorsus diffido, neque posse me inde eluctari scio, tua gratia valeam exitum bonum & finem beatum inuenire. Amen.

A ANNOTATIONES IN PSALMVM TRIGESIMVMSEPTIMVM.

**N**on ignoramus quosdā totum hunc Psalmū Christo applicare, in persona generis humani peccata confitēti, & miserias, quas pro illis perpeffus est (tum ab horrore interius, tum ab inimicorū rabie, extrinsecus) proponēti. Quam interpretationē nos sane non damnamus: tamet si cōsideranti singulas huius Psalmi partes quædā occurrāt, quæ non recte admodum Christo videātur competere, quibus etiā non optime consonat tota Psalmi cōnexio & consequutio. Proinde talē in Elucidatione mōstrauimus intelligētiā, quæ in pœnitentiæ statu cōstitutis cōueniat potissimum cū Ecclesiastica cōsuetudine, & septē pœnitētiālibus vnus iste ponatur. Pœnitētiāles autē hos Psalmos nominari cōstat, eo qd pœnitētiālibus aptam præbeāt formam sese cōuertendi, & illorū statum exprimat. Et quanq; illū Elucidatio accōmodauit iis solū qui post diu tranlactā peccatis vitā ad pœnitentiā sese cōuertunt: posset tamen paucis secundū intelligentiā immutatis etiā iustis accōmodari, qui grauisimis tētationibus ad peccata sollicitantur quæadmodum cum quis iustus pœnitentiā gratia, aut gratia humilitatis cōseruandæ, aut alia quavis de causa) permittitur grauib; astitibus torqueri male concupiscētiæ, & libidinis carnalis ardoribus vehemēter viri: id quod etiā sanctis viris legimus nonnunquā Deo permittēte accidisse. Qui enim in tali statu fuerit, etiā si iustus sit, præ horrore periculi & abominatione mali peccata sua præterita rememorans, apte poterit hunc Psalmū pronunciare, diuinum iudiciū formidās, & liberari exoptās. Ac sic quidē ira ista Dei, à facie cuius dicit non esse sanitatē in carne sua, intelligēda est secundū apparētiā. Videtur enim Deus tunc iratus, & quodāmodo (si ita loqui licet) iratū ipse se simulat, quādo à iustis se elongans, grauib; eos tētari permittit, maxime feclioribus eiusmodi & magis abominabilibus tētationibus. Quoniā verò in hominibus etiā iustis, vbi paululū se subduxerit præsentia Dei, permittit inimicis potestate, graues statim incipiunt insurgere motus, qui totum vidētur corpus inuidere, & etiā ossa corripere, recte tales cōuertuntur non esse sibi sanitatē in carne, neq; pacē in oīsibus. Et quia piarum mentū est, quicquid patitur suis peccatis ascribere, iccirco recte pati se hāc miseriam dicunt à facie peccatorū suorū. i. propter peccata sua, quæ deinde etiā si mundi iam sint à mortalibus, acculant, vel præterita mortalia rememorādo, vel præsentia venialia propter multitudinē & quotidianā reiterationē exaggerando. Atq; ita consequēter non difficile erit lectori cordato, tali modo Psalmū pariter & Elucidationē totā huiusmodi tentatis accōmodare. ¶ Versu. 1. Domine ne in furore tuo arguas me, &c. Corripit siue arguit De; aliquādo correptione misericordiā, aliquādo correptione iustitiā. Correptione misericordiā arguit, siue flagellat nōnunquā etiam innocētes, tantum ob probationē & meriti accumulationē: nonnunquā verò propter vltionē cōmissę iniquitatis, à quo correptionē eiusmodi quarit eū qui peccauit, sed prædestinatus est, à prauitate retrahere. Vtrūque autē hoc flagellū, misericordię est, & paternę disciplinę. Pater enim nōnunquā seuerius agit cū filio, solum vt probet animū eius, & bonū faciat meliorē, vel certe in virtute custodiat: iuxta illud sapiētis. Filii tibi sunt, erudi illos, & curua illos à pueritiā eorū. Filii tibi sunt, serua corpus illarū, & nō ostendas hilarē faciē tuā ad illas. Nonnunquā verò, vt peccatum filii puniat, & castigatum emendet. Correptione autē iustitiā arguet Deus in futuro iudicio, & flagellabit impios vniuersos: nōnullos verò ex eis, etiā in præsentī tēpore: quæadmodum obduratum Pharaonē, impium Antiochū, & superbū Herodē. Atq; hoc est argui in ira & furore. Prius autē est in misericordia & dulcedine paterna. Nō ergo simpliciter orat vir iustus omnino non argui, omnino nō corripit. Quis enim filius, vt ait Apostolus, quē non corripit pater? Esti extra disciplinam estis, ergo adulteri & nō filii estis) sed tantum non argui in ira & furore. Argui autē in misericordia, etiā optare debemus iuxta quod in alio Psalmo dicitur, Corripiet me iustus in misericordia, & saluabit me. ¶ Versu. 4. Quoniā iniquitates meæ supergressę sunt caput meū. Per caput, non insolitum est in scripturis, quod in homine supremū est intelligi, id est, spiritum sine mentē & voluntatem. Tunc ergo iniquitates supergrediūtur, caput, quādo vsque ad deū excrescūt, siue multitudine siue magnitudine, vt spiritū perfundēt, vt mētem obtenebrent, & voluntatem incurrent ad mali consensum. Facit autem hoc nō solū vnus peccati mortalis grauitas, verum etiā nōnunquam nimium excrescentium quotidianorum multitudo: vbi neglecta vel contēpta, non fuerint quotidianis lachrymis expurgata. Secundū hunc autē modū & in alio Psalmo postulat Propheta, caput suum nō impinguari peccatoris oleo, hoc est, adulationis blanditiā non pertrahit aut seduci mētem & voluntatem in peccati cōsensum. ¶ Versu. 5. Putruerunt & corruptę sunt cicatrices meę. Cicatrix, vulneris præcedētis sed curati indicium est. Vbi autem cœperit semel curatum vulnus & iam clausum, intus sub pelle reputescere, plerunq; maius est periculum, quā fuerit in primo vulnere. Ita secundum similitudinē, per cicatrices, putrefactionē & corruptionem, peccati dimissi reiteratione (quam reciduationem nuncupāt) significatur. Recte autē dicit pœnitens, à facie insipientiæ computruisse cicatrices. Vere enim insipientia magna est & aperta stoliditas, quæ semel propria volūtate & affectu plāxisti, ea propria iterū volūtate resumere: quæadmodum cum reuertitur canis ad vomitū. ¶ Versu decimoquarto, Ego autē tanquam surdus non audiebam. Quæadmodum (iuxta Saluatoris verbum) inueniuntur Eunu- 2. Petr. 2. chi, qui seipfos castrauerunt propter regnum Dei: ita sunt & surdi, qui seipfos surdos faciunt propter regnum Dei, similiter & muti: illi videlicet, qui propter regnum Dei interdixerunt sibi, ne cum voluptate & cōsensu audiant vel dicant aliquid eorum quæ contra Dei gloriam faciunt, atq; virtutē. Atque hoc modo & ceci inueniuntur propter regnū Dei, qui pepigerunt scedus cum oculis suis: vt nō videant in quo offendant, siēque oculos sibi erunt, vnde scandalum paterētur. Similiter & 1. 18.

Eccle. 7.

Exod. 14.

2. Mac. 9.

Actu. 12.

Heb. 12.

Psal. 140.

Ibidem.

Prou. 26.

2. Petr. 2.

Matt. 19.

Iob. 31.

Matt. 5.

& 18.



claudi, qui pedem scandalizatem abscindunt & proiciunt propter regnum Dei. Imò & captiui hoc modo inueniuntur, qui seipfos concluserunt in carcere: quæ admodum beatus Hieronymus in Epistola quadam ad Eustochium, se fatetur à semetipso propter gehēnā metū carcere damnatum, cum propter Dei seruitutē in eremi solitudine sese concluserit. ¶ Versu eodem, Et sicut mutus nō aperiens os suum. Quod in. 2. parte dicitur, Factus sum sicut mutus non aperiens os suum: & deinde, sicut homo non habēs in ore suo redargutiones, forsitan mirabitur quispian, quid sibi velit. Videtur enim expediēs interdū, vt redarguatur impij, & aperiatur os nostrū aduersus stultas impiorum propositiones: quæ admodum & Saluatorē legimus vana proponētī diabolo respondisse, & redargutionibus aptis confutasse. Sed sciēdum est, ex serie Psalmi totius, loqui hīc eum qui recēs est in bono proposito, & adhuc in exercitatus atq; infirmus. Huiusmodi autē præstat, vt prorsus in silētio discant vana obiiciētium insipiētiam cōtemnere, q̄ multis verbis cum illis misceri in disputationē. Cum enim illi, in sua prauitate admodum sint exercitati (quæ admodum & dominus testatur, filios huius sæculi prudentiores esse filiis lucis in generatione sua) ipse verò rudis adhuc sit in eo q̄ cœpit negotio Dei, tutius est nouitio militi obmutescēdo, q̄ hīc inde argumētando & respondēdo, aduersus malos suasores agere, si firmus velit in eo q̄ cœpit vel proposuit perstare. Quæ regula, in fidei dogmatibus cōtra impiarū assertionū auctores vel propugnatores, simplicioribus fidelīū diligētissimè etiā conseruāda est. Nihil enim periculosius esse potest, q̄ simplices (qui nondū pro cōsuetudine exercitatos habēt sensus ad discretionē boni & mali) cum illis disputatione contēdere, qui pro sui ingenij prauitate & astutia, simul & exercitatione longa in suis vanitatibus parati sunt ad impugnandā valide admodū veritatē. Neq; nisi in regula orthodoxæ & catholice fidei fundatissimis, & in scriptura sancta exercitatisimis viris, tuta est huiusmodi cōgressio. ¶ Versu. 19. Et cogitabo peccato meo. Cogitare debem⁹ de peccato multipliciter, De eo quidē quod in præsentī nos adhuc grauat, vt de ipso agamus pœnitentiā. De præterito autē quod iam dimissum cōsidimus, cogitandū nobis est nihilominus, vt à recidendo cauentes, non iterū in illud ipsum incidamus, vel in aliud siue simile, siue maius. Nonnunquā etiā de præteritorū peccatorum magnitudine, multitudine, & fœditate non inutiliter cogitamus: vt magnitudinē Diuini beneficii, quo ex illis nos liberati & saluati sumus, melius valeamus per huiusmodi considerationē cognoscere (Non enim plene cognoscitur medici curātis beneficium, nisi morbus ipsi fuerit agrotātī bene cognitus) sicq; ad gratiarū actionē Deo digne persoluendā excitemur. Atq; hac arte Paulus frequēter apud suos discipulos vtitur. Roma. 2. Veluti ad Rom. 1. cap. quanta gentium facinora cōmemorat: & cap. 2. quomodo Iudæorū male gloriantū in lege præuaricationē exaggerat, vt tadē mōstraret, omnes peccasse, & eguisse gloria Dei. 1. Cor. 6. Similiter & in Epistola ad Corinthios priore, cap. 6. post enumerata turpissima facinora, subdit: Et hec quidē fuisit aliquādo: sed abluti estis, sed sanctificati estis. Et cap. 12. Cū gētes essetis, ad simulacra christi muta prout ducebamini, eūtes. Ad Ephesios. Erasmus natura filii iræ. Et aliās plurimis in locis, quales ante conuersionē fuerint, eis post conuersionē proponit idq; facit vt vel gratiarum actionē vel ad cautelā illos inducat. De futuris verò peccatis, aut etiam possibilibus, cogitare oportet nōnunquam metuēdo, & pro nostra ab illis præseruatione deprecando: quæ admodum in oratione dominica quotidie facimus, cum oramus non induci in tentationem, sed à malo liberari.

XXXVIII. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**ostus in tribulatione malorum vir iustus firmat in animo propositum, nolle se contra tribulantes os aperire, neq; contra mutire, sed in silentio patienter ferre quæcunque placuerit Deo, vt patiatu r ab illis: tametsi id graue sit ac permolestum, nec sine vehemēti estu multiplicum cogitationum facile valeat impleri, vt nō saltem bonis ac rationabilibus sermonibus aduersariis obstatu r iniuste tribulātibus. Compefcit tamen se hac in parte, Deum habens ante oculos: ad quem mox conuertit sermonem, à quo etiam numerum dierum vite sue interrogat, velut tædium habens vite præsentis, & desiderium liberationis ab hac miseria. Atq; hæc quidē 6. primis versibus. In sequentibus autem. 4. versibus, hominis vanitatem (partim ex nimia nature mutabilitate & breui vite duratione, partim ex stulta & vitiosa actione) proponens, ad dominum sese totum conuertit, in illo suam omnem spem & omnem substantiam postam consistendo. Atque hæc, usque ad uersum undecimū. Hinc uerò considerans afflictus omnem suam persequutionem, non ut ab hominibus, sed ut à Deo permittēte & disponente propter peccata super se uenientem, eundem orat pro peccatorum remissione: atque ita consequenter recto ordine, & pro flagelli amotione, attenta & humili oratione supplicat, iam defatigatus assiduis malis: allegās etiam, aduenam se esse & peregrinum super terram, ut hac ratione facilius impetret exhiberi sibi miserationem. Aduenis enim & peregrinis debetur uel ex naturali lege commiseratio.

TRIGESIMIOCTAVI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Dixi, custodiam vias meas: vt non delinquā in lingua mea.  
2 Posui ori meo custodiam.



**D**roposui in corde meo, & pactū feci cū spiritu meo, ita sollicitè custodire & obseruare vias meas, sicque diligenter ad actiones meas omnes attendere, vt nec per linguā meam peccatum vllū committerē, quicquam vel malum, vel noxium, vel otiosum loquēdo, quod loqui non conueniret. 2 Atq; vt hoc propositum salutare perficerem, os meum sub diligenti obseruatione constitui, quasi sub clausura quadam: cauens, ne inde sermonem vllū, nisi

**A** \* cum confisteret peccator aduersum me.

3 Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis:

\* & dolor meus renouatus est.

4 Concaluit cor meum intra me:

\* & in meditatione mea exardescet ignis.

5 Loquutus sum in lingua mea:

**C** \* notum fac mihi domine finem meum.

6 Et numerum dierum meorum quis est: vt sciam quid desit mihi.

7 Ecce mensurabiles posuisti dies meos:

\* & substantia mea tāquam nihilum ante te.

**D** 8 Veruntamē vniversa vanitas omnis homo viuens.

9 Veruntamē in imagine pertransit homo:

\* sed & frustra conturbatur.

post diligens examen & discursionem naturam paterer egredi: \* tunc etiam cum contra me starent ex aduerso peccatores, cum illos viderem ante oculos meos iniquitatem aduersum me perficere. Proposui enim permittere illos pro suo placito agere, nec velle contradicere, sed in silētio potius sustinere, dominoq; causam omnē commēdare. 3 Itaq; iuxta hoc cōsiliū atq; propositum cordis mei, cū illi aduersum me starent ad peragendum suam malitiam, & mihi persequutionem inferendā, ego obmutescēbā & humiliabar, in patientia & humilitate sustinēdo quæ illi inferebāt mala & opprobria: & tacui etiā à bonis, ita vt non solum blasphemias, cōuicia & iurgia non repēderē me molestantibus: verū neq; rationabiles sermones vllōs, per quos à proposito malo illos forsità potuissem inflectere: \* me verò ista agēte, atq; in hoc proposito me exercitate, sensi intra me renouari dolorem cordis mei, & velut ingeminari. 4 Cōcalescere enī cœpit intra me cor meum, & velut feruore quodam accēdi: partim quidē ab innata humano affectui superbia & impatientia, ob quam difficillimū est pati iniuriā ab aduersariis, maxime corā stātibus, & eam non saltē verbo retaliare: partim verò, propter zelū & consciētia testimoniu r Prou. 15. quo vrgeri videbar, vt illis saltē rationabilē responsonem redderē, si forte molli respōsione irā frāgere, & à cœpta eos malitia prohibere possem: partim etiam, quod mea ista nimia patiētia illos videbā in sua malitia firmiores fieri, eāmq; exercere licētius: quæ omnia vehementer affigebant cor meum: \* & in hoc sollicita anxiaq; meditatione posit⁹, sensi velut igne quodā anxie sollicitudinis aestuare spiritū meū, multa atq; ea quidem diuersa & contraria meditantē: dum mecum ipse fluctuare, vellemne iuxta propositum prorsus obticere, an fracto proposito aduersum illorū malitiam me ipsum defendere, illōs que de sua prauitate saltē verbis bonis arguere. 5 Post multam verò fluctuationē, loqui tandē cœpi etiam in lingua mea: verum non illis ad satisfaciendū cupiditati vindictæ, sed tibi domine, ad consolandā contra iniurias animam meā, tibiq; dixi, cū ab aduersariis premerer in oratione mea, præ desiderio liberationis à præsentī miseria: \* quādiu adhuc me premet d̄ domine, ista hominū prauorū malitia, fac mihi domine cognitū finē vitæ meæ, qua in medio hui⁹ malitiæ sum victurus super terrā. Iā enim tædet animā meā vitæ hui⁹, & cupio magis Iob. 10. dissolui, & tecū habitare, vbi nulla esse potest malitia persequētis, at- Philip. 1. que hoc sane desiderio requiro in libertate cordis cognitionē exitus mei. 6 Et numerū dierū meorum, quibus viuā in medio huius malitiæ, fac me cognoscere: vt scire valeam, quātum mihi adhuc temporis superfit in vita transegēdum, & quādiu hīc mihi sit in ista peregrinatione & afflictionibus persequutorum perseuerandum. 7 Ecce enim certū ego illud habeo, qd̄ dies omnes vitæ meæ tu cōstitueris ac definitis in certo numero, qui tibi est cognitus: & certā constituisti mihi periodum ac terminū vitæ, ante quā vt liberari ab hac miseria non potero, ita post eā indubie hīc me scio migraturum: \* & subsistētia mea ac vita, qua in hoc corpore in terra subsistū & viuā, modicæ admodū & quasi nullius durationis est in conspectu tuo: cuius duratio est æterna, principiu r nō habēs neq; finē, cū tēporis mei duratio quasi heri incœperit, cras finiēda. 8 Imò certe omnis homo donec in vita hac corporis viuūt, donec in hac tēporis duratione pmanet in hoc mūdo, nihil aliud quā vanitas, imò vniversa & integra vanitas. Est enim omnis homo in hac vita viuēs, præ omnibus creaturis, maxime mutabilitati & instabilitati subiect⁹: tā mire instabilis, tā nimis variabilis, per singulas horas & momēta singula immutationibus subiectus, vt merito dici possit ipsum esse vniversam perfectāmq; vanitatem. 9 Quin & in vmbra quadā, tanq̄ in imagine, siue ad imaginis modū, pertrāsit homo per sæculū vitæ præsentis: ita velociter transiēs, atque ita nihil subsistēs, vt trāsit vmbra: quæ & nullā habet solidā subsistentiā, & facillime citissimēq; diffugit, nullū relinquēs sui vestigiū \* ac proinde vanū est hominē cōturbari aut tumultuari p̄ vllis rebus tēporariis & trāsitoriiis huius mūdi (quib⁹ nulla duratio, nulla stabilitate frui possit) siue quis ea quæ videntur bona auferat, siue que vidētur mala inferat. Omnino enim stultū atq; ridiculū est, multū animo cōmoueri pro rei cuiuslibet ablatione, q̄ post breue momētū velis nolis necessario es perditurus. Et nihilominus vanū est, p̄pter

10 *Theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea:*

\* *& nunc quæ eſt expectatio mea, nonne diminus?*

Job. 17. Psal. 7.

\* *& ſubſtantia mea apud te eſt,*

11 *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: \* opprobrium inſipienti dediſti me.*

12 *Obmutui, & nõ aperui os meum, quoniã tu feciſti:*

\* *amoue à me plagas tuas.*

13 *A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus:*

\* *propter iniquitatem corripuiſti hominem.*

14 *Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animã eius: \* veruntamen vane conturbatur omnis homo.*

15 *Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meam:*

\* *auribus percipe lachrymas meas.*

16 *Ne ſileas: \* quoniam aduena ego ſum apud te, & peregrinus ſicut omnes patres mei*

Heb. 13. 2. Cor. 7.

modicum incõmodum vehementer conturbari, quod mox poſt momentum diffugiet. 10 Inter omnia autẽ quæ vanitatis ſunt hominũ, illa eſt vel precipua, vel apertiſſima, quod magno ſtudio, cura, labore ſollicitudine theſauros magnos homines cupidiffime cõgregat, in acervos congeretes aurum & argẽtum, & cetera huiusmodi (pro quibus & corpora periculis exponunt, & animas ſuas perditioni æternæ mæcipare non formidat) & tamẽ ignorant, quibus iſta ſic cõgregent. iucertum eſt enim, ad quẽ huiusmodi rerũ ſit deũtura poſſeſſio: neque ſciũt homines, ad quẽ ſit poſt mortẽ, ſuarum rerum venturũ dominiũ. Et de hærede quidẽ frequenter omnino ignorat, dum ſic cupidiffime cõgregant, quiſnam ille ſit futurus. Aut ſi perſonam vtcuq; ſciunt, certe qualis ille ſcit futurus, & quomodo partis vſurus, ignorat, aut in quos vſus ipſe cõgregata ſit expẽſurus, aut quo animo (gratõne an ingrato) erga eũ qui theſaurizauit futurus. Sic autẽ in incertũ tantos labores pro nihilo, imò in detrimentum æternũ inſumere, quis non videat eſſe vaniſimũ? \* Quæ verò eſt, õ piiffime Deus, mea expectatio? quod eſt meũ deſideriũ? qd eſt quod ego expeto, quod que ro? Certe nõ aliud, niſi tu ipſe dominus & Deus meus. Tu enim eſt preſtolatio mea & paciẽtia mea, quẽ ſolum expeto cum deſiderio: vt te aliquãdo poſſideã, propter quem alia omnia temporaria pro nihilo contẽno, & omnia aduerſantia paciẽter ferre volo: \* & ſubſtãtia mea omnis apud te eſt: id eſt, meas omnes diuitias in te vno poſitas habeo tẽq; reputo omnes diuitias & totã poſſeſſionẽ meã, in quo vno habere me omnia cõfido. 11 Tu domine, quo te dignus ſiam, ab omnibus peccatis meis me libera: \* tu permiſiſti me fieri opprobrium, & illuſionẽ hominib; inſipientibus, aduerſariis meis, quẽ contẽptũ & afflictionẽ paciẽter fero, modo tu tãtum ſic humiliatũ me à peccatis meis abſoluas. 12 Cum autẽ illi mihi illuderẽt, & irrogarẽt iniurias, obmutuẽbã ego iuxta quod dixerã ac propoſuerã in corde meo, neq; ad reſponſionẽ, deſenſionẽ, aut exprobrationẽ aperui adnerſum illos os meũ, ſinẽ illos agere cõtra me quicquid eſſet collibitũ: quoniã ſic iſta accipiebã tanquã à te illata & facta, id eſt, à tua prouida diſpoſitione & prudẽti permiſſione, propter exercitium paciẽtiẽ & purgationẽ peccati mei: \* & quia hæc omnia quæ patior, nõ vt ab inſipientib; hominib; ſed vt à tua prouida diſpoſitione accipio, iccirco nõ illis reſpõdeo, non cum illis contẽdo vt ceſſent: ſed te domine deprecor, vt tu à me iſta tua verbera, iſta tua flagella amoueas, cũ tibi ita placitũ & vtile viſum fuerit. Te enim volẽte, ceſſabũt plagæ aduerſariorũ meorum, quorum miniſterio ad meam diſciplinã vti te cõſidero. 13 A fortitudine vlticis manus tuæ, quã ſuper me grauiter extẽtã experior, ego quaſi defeci in caſtigacionibus & flagellis tuis: & iam totus videor exhauſtus præ grauitate perſequutionis & afflictionũ, quę ſuper me ex tua diſpoſitione venerit: \* tu enim domine corripere ſolitus es homines, arguere & caſtigare propter iniquitatẽ: quẽ admodũ pius pater filiũ corripit peccatẽ, partim, vt quod per iniquitatẽ iuſtitie ſubtrãctũ eſt, per vindictã pœnalitatẽ reſtituatur: partim verò vt correptus offendiſſe ſe ſciat, & quẽ offenderit agnoſcat, agnoſcẽs verò emẽdare ſtudeat, ne iterũ vel eadem, vel prioribus peiora non caſtigatus cõmittat. 14 Et facis tu domine tabeſcere animã meã, atq; in nihilum vitã deſluere, ad eũ modum quo aranea exhauiſta omni vigore & exiccata tabeſcit: quæ ſane correptio & pœna toti etiã generi hominũ propter originale peccatum inſigitur: \* veruntamẽ vanũ eſt hominẽ p vlla re tẽporaria commoueri animo, & vel nimia delectatione affici, vel immodico dolore torqueri propter quod mihi cõſulti videtur in nullo cõturbari, tibiq; in paciẽtia omnia cõmittere. 15 Tu tantũ domine exaudi orationẽ meam, quam ſundo ante cõſpectũ tuũ, & deprecationẽ qua te deprecor pro remiſſione peccatorũ: \* lachrymoſas orationes meas, & preces quas cũ lachrymis ex dolore poenitẽtiæ effundo, aurib; percipe, & clemẽter exaudi. 16 Ne taceas, neq; obſurdeſcas, ſed magis attẽtus eſto ad orationem meã, & benigna exauditione reſpõde deprecationi meæ: \* quoniã ego ante te ſum quaſi aduena, & quaſi peregrinus in hoc mũdo, ſtabiliẽ hĩc nõ habẽs mãſionẽ: quomodo omnes maiores mei, nõ niſi aduenas & peregrinos eſſe ſe cõfeſi ſunt ſup terrã. Nõ enim habem; hĩc manẽtẽ ciuitatẽ, ſed futurã inquirim;: & donec in corpore viuim;, à domi

A 17 *Remitte mihi vt refrigerer, priuſquam abeam, & amplius non ero.*

no peregrinamur, per fidẽ ambulantes, non per ſpeciẽ. 17 Quoniam ergo aduenis & peregrinis debetur miſericordia & cõſolatio, precor te domine, vt remittas aliquãtulũ ſup me manum tuã: paululũq; ſi ita tuę voluntati placitũ & expediẽs viſum fuerit, eã alleuies, & à me ſubtrahas: vt q pene mihi videor iã exhauſtus, atq; deſtitut; internis viribus, reſpirẽ & refociller aliquãtulũ, accipiãq; vel modicã cõſolationẽ & requiẽ, priuſquã ab hac terra miſeriæ & peregrinatione egrediar, quãdo ampli; nõ ero ſup terrã, neq; vltra redibo, poſtea q ſemel abſceſſero: vt etiã modo in peregrinatione, aliqd illi; ſupplenſimã cõſolatiõis velut pguſtare valeã, qua apud te ſpero i eternũ frui, amẽ.

ANNOTATIONES IN PSALMV M TRIGESIMVMOCTAVVM.

Verſu quinto & ſexto, Notum fac mihi domine finẽ meum. Quod petit Propheta, notum ſibi fieri finẽ ſuum, & numerum dierũ vitæ ſuæ, non aliud quã exprimit tadium præſentis vitæ, & deſiderium futuræ, in qua ſe liberandũ credit ab omnibus malis. Mos enim eſt, cum ad aliquam rem vehementer aſpiramus, ſive vt finiatur, ſive vt inchoetur, vt ſupputatis diebus expendamus, quãdo hæc res deſinet, aut illa incipiet. Et aliã diximus, cum ita loquitur Pſalmiſta: Viqueo domine obliuiſceris me: quouſq; quãdiũ, aliũq; cõſimilibus modis, nõ aliud iudicari niſi magnum deſiderium, nullam autẽ expectari certam reſponſionem. Atque ita & in propoſito, petẽs vir iuſtus à domino vt notũ ſibi faciat finem & numerum dierum, nequaquam reſpõſionem expectat: ſed tantum ſuum deſiderium vehemẽs, ſic loquendo, inſinuat. ¶ Verſu ſexto, Quid deſit mihi, id eſt, quantum deſit mihi temporis vitæ meæ: hoc eſt, quantum adhuc mihi ſuperſit dierum, aut temporis, quo viuendum mihi eſt ſuper terram. Illud enim tẽporis dicitur nobis deſſe, quod nondum viſimus, quod adhuc ſuper eſt in vita tranſigẽdum. Vnde & vulgo loquẽtes dicere ſolẽt homines, tot annos ſe habere, quot annos viuẽdo tranſigerunt. Illos enim qui nondum tranſacti ſunt, habere ſe nõ dicũt. Verbi gratia, qui 30. annos vixit, ex loquẽdi vulgata cõſuetudine dicit ſe. 30. annos habere. Eos autẽ quibus victurus eſt, nondum ſe dicit habere. Et ſecundũ hunc modũ, annos reſiduos qui ſuperſunt tranſigẽdi, ſibi dicit Propheta deſſe: eo quod nondum eos habeat. Quauis forſitan ſecundum aliam conſiderationẽ rectius dicere poſſumus iuxta veritatẽ, illos annos habere nos qui adhuc ſuperſunt: illos verò iam deſſe, iam non haberi, qui præterierunt. Nã ſecundum veritatem nihil minus habemus, q̄ id quod omnino præterit, & ita præterit, vt nullo modo reuocari poſſit: cuiuſmodi eſt tẽpus quod iam præteritum eſt. Illud verò quod adhuc habẽdum eſt, ſaltẽ ſpe habemus: & expectatione poſſidemus. ¶ Verſu. 7. Et ſubſtãtia mea tanquã nihilum ante te. Subſtãtia in hoc Pſalmo bis ponitur, & iuxta Elucidationis declarationẽ, non eodem modo accipitur. Nã prius quidẽ, pro ſubſtãtia ſeu vita ponitur. Vnde & ex Hebræo vertit beatus Hieronymus: Et vita mea quaſi non ſit in cõſpectu tuo: pro quo alius vertit tẽpus, eandẽ prætedẽs intelligentiam: videlicet de tẽpore vitæ, & ſubſiſtẽdi in hoc corpore. In ſecundo autẽ loco, videtur ſubſtãtia aliud eſſe, quã ſubſiſtẽtia, vel tẽpus vitæ: nimirum ipſum in quo omnes ſuas diuitias, poſſeſſionem omnem, atq; omne ſuum bonum poſitum iudicat. Nam quadrat hæc intelligentia recte ad id quod præceſſit de vanitate hominũ auarorũ. Quãſi dicat Propheta, Hi quidẽ theſaurizant, & ignorant cui conſtat illa tẽporaria bona. Mea verò expectatio nõ alia eſt, q̄ dominus: & ſubſtãtia mea omnis, meæ omnes diuitiæ, & omnes mei theſauri apud te ſunt, ita vt cũ te vnum habuerim, omnia ſim habiturus, quę ego expecto & deſidero. Atq; hiſ recte ſatis Hebræum conſentit, quod hoc in loco habet: Præſtolatio mea, vel ſpes mea in te. ¶ Verſu octauo, Veruntamẽ vniuerſa vanitas, omnis homo viuẽs: Hic verſum ita explanat Elucidatio, vt vniuerſa & vanitas regimine adiectiui & ſubſtãtini cõſentit Felicitis trãſlatio ex Hebræo, quæ habet. Certe omnis vanitas, omnis homo permanẽs, in vita ſcilicet iſta corporis. Et videtur hæc eſſe Pſalmiſtæ ſentẽtia, qua omnem hominẽ, donec hic viuat ſuper terrã, facit eſſe vniuerſam vanitatẽ: ſignificã nimirum illã maximã & ſummã mutabilitatẽ atque inſtabilitatẽ, cui præ cæteris omnibus creaturis, donec in corpore degit, amplius ſubditus eſt homo. Nã ſicut (iuxta beati Gregorii demõſtrationẽ) omnis creaturã aliquid homo, nimirũ eſſe cõmune habẽs cũ inanimatis omnibus, viuere & vegetare cũ plantis, ſentire cũ animalibus, intelligere, & velle cũ angelis, ita ſimiliter & omniũ creaturarũ mutabilitati cõmunicat homo: & eſt omnis creaturã mutabilitas in humana ſpecie velut agglomerata. Cũ inanimatis enim cõmunicat homo, quãtũ ad corp; mortale quod modo inhabitat, in mutabilitate ab eſſe, ad nõ eſſe: quoniã correptioni ſubiectus eſt, atq; etiã aliis mutationibus ſecundũ locum, & ſecundũ varia accidentia corporalia. Cũ viuẽtib; ſecundũ mutabilitatẽ augmẽtationis, diminutionis, nutritionis. Cũ ſentiẽtib; ſecundum omnes mutationes ſenſuum & ſenſualium affectionum atq; paſſionum. Cum angelis verò ſecundũ volubilitatẽ cogitationum & volitionũ. Quomodo ergo iuxta magni illius Gregorii ſentẽtiã, recte omnis creaturã nomine intelligitur homo, eo quod omnis creaturã aliquid habet homo: ita & in propoſito dicimus hominẽ recte vniuerſa, ſive omnẽ vanitatem nominari, quoniã omnis vanitatis omniũ creaturarum aliquid habet homo. Et quæ in aliis ſunt diſperſa, in hoc vno ſimul inueniuntur. Nõ fuit autem Propheta ſatis dicere, Vniuerſa vanitas homo viuens: ſed addere voluit etiã ſecundum vniuerſale ſignum, Omnis homo viuẽs. Nam ſi omiſſeſſet ſignũ aliud vniuerſale, forſi

tan existimaretur de tota specie tantū loqui, quasi non in singulis indiuiduis speciei humanae inuenire sit vniuersam vanitatē, sed in tota solū specie, quantū ad diuersa indiuidua: vt pote in vno, hanc vanitatis partē, in altero alteram. Nunc verō in singulis quoque indiuiduis vniuersa vanitas est, & perfecta, plenāq; eiusmodi mutabilitas. Atq; iccirco dixit, vniuersa vanitas, omnis homo viuēs. Vi detur autē prima facie huic nostrae expositioni repugnare lectio Graeca, quae ita habet, *ὅτι ἡ ἀσπίς ἡ ἀσπίς ἡ ἀσπίς*, hoc est, Veruntamen omnia vanitas omnis homo viuens. Atq; huic etiā cōsonat Hieronymi ex Hebraeo trāslatio quae sic habet, Omnia enim vanitas, omnis homo stās. id est, permanēs in vita. Vnde apparet, quōd non recte secundum priorē expositionem iunxerimus vniuersam vanitatē per modum adiectiui & substantiui, & aliam esse à supraposita sentētiam. Verū aduertēdum est, etiam hanc lectiōnē ad supradictum sensum facile posse reduci, tantum prapositione per, aut in Graeco *κατὰ* (id quod apud Graecos non est nouum) subintellecta, ad hunc modū, Per omnia vanitas est, omnis homo viuens, Et quid aliud esse potest per omnia vanitas, q̄ vniuersa aut omnia vanitas: si autē omnino nihil placeat intelligere: quā nos coniunximus, lege diuifim, & talē accipe sentētiam: Veruntamen vniuersa sunt vanitas, omnia sunt vanitas quae in hoc mundo sunt, etiā omnis homo viuēs: vel, praecipue autem omnis homo viuēs. Verū prior sentētia & coniunctio, multo conueniētior est, praecipue cum neq; Graeco aut Hebraeo repugnet. ¶ Versu. 12. & 13. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, &c. Saluberrimū nobis in tribulatione malorum positis hoc in loco proponitur consiliū: videlicet cum affligimur, omnia tanquā de manu domini suscipiam⁹. Quēadmodū eximium illud ac celeberrimum patientiā exemplum sanctus Iob, cum à Satan tātis affligeretur malis, ad domini manū respiciēs, dicebat, si bona de manu domini suscepim⁹: mala quorū non sustineamus? Dominus dedit, Dominus abstulit: sit nomē Domini benedictum. Quod consiliū si sectemur, & non oculos nostros ad hominē persequētem, atque iniuriam inferentem, sed ad Deum (cuius permissione & prouida dispositione pro nostra salute id fieri credendū est) intēderimus, non faciles erimus ad murmuratiōnē aut retaliatiōnē iniuriā: aut exactionē vindictā, neq; peccabimus in blasphemis vel maledictionibus: quēadmodū de illo legimus, quod in omnib⁹ illis (maximis indubie) aduersitatibus non peccauit labiis suis, neq; stultum quicquam contra Deū loquutus est: Cōtra Satan verō ministrum horum malorum, aut contra vllum aliorum hominum, ne verbum quidē murmuratiōnis aut iniuriā emisit de ore suo. Sic & Dauid rex fugiens à facie filii, cum malediceretur ab homine Belial, oblatam de manu Abisai vltionē cōpescuit, dicens, Dimitte eum, vt maledicat. Dominus enim praecipit ei, vt malediceret Dauid. Et quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit? Et rursum, Dimitte eum vt maledicat, in xta praēceptū domini, si forte respiciat dominus afflictionē meam, & reddat mihi dominus bonum pro maledictione hac hodierna. Illud autem nos prudētia cautelā docet, quod oraturus Propheta dominum pro flagellorum amotione, prius orat⁹ versū praecedēte pro omnium peccatorum dimissione. Prius enim dicit, Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: ac deinde subiungit versū sequētī, Amoue à me plagas tuas. Est enim ille ordo rectus, vt prius causa tollatur, ac deinde effectus. Sunt autem plurimi, qui orant quidem Deum labiis pro afflictionū amotione, sed ad radicē non ponunt securim, neq; prudenter petunt, quia non curāt de suorum peccatorū (in quibus stare eligunt) dimissione. Et cum hāc plerūq; causa sint flagellorum Dei, stultum est pro affectus amotione orationē facere, & de causā ablatione nihil curare. ¶ Versu penultimo, Ne files quoniam aduena ego sum apud te & peregrinus. Omnes quidem homines, & quae boni atq; mali, non aliud in hoc mundo sunt, quā aduenā & peregrini. Omnes enim tantum trāsfitum facimus per viam huius vitā: neq; habet hic quisquam hominum manentem ciuitatem, imō neq; passum pedis proprium & vere haereditariū, sic vt perpetuō illum valeat tenere in possessionē suam. Verum est inter bonos & malos differētia, quōd boni affectu hic se peregrinos faciunt & sunt: idq; ore agnoscunt & confitētur, quēadmodum pulcherrime admodum de sanctis Patriarchis scribit beatus Apostolus, quōd à longe tantum aspiciētēs & salutantes factas sibi promissiones, cōfitebantur, quōd peregrini essent & hospites super terram re promissionis, tanquam alienā inhabitantes in casulis, eo quōd patriam meliorem expectarent, nempe caelestem, & ciuitatem fundamēta habentem, cuius artifex & conditor Deus. Quia enim affectu & mente non inhārent rebus huius mundi, sed conuersationē suam in caelis habere student: quia non quā super terram, sed quā sursum sunt, sapiunt & quāerunt: quia in mundo existentes non sunt de mundo: quia non conte m plantur ea quae videntur temporaria, sed quae non videntur aeterna: quia corpore absentes à domino, spiritu & desiderio praesentes se ei exhibere & placere contendunt. Iccirco hic quidē super terram non nisi aduenā sunt, hospitesq; & peregrini, ciues autem sunt sanctorum & domesticī Dei. Vnde & egregius ille Patriarcha Iacob interrogatus à Pharaone, quot essent anni vitā ipfius, Dies (inquit) peregrinationis vitā meae, centum triginta annorum, sunt parui & mali: & non peruenerunt vq; ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt. Impii verō & terreni homines, licet re ipsa velint nolint, aliud quā aduenā esse non possint, neque aliud quā peregrini, affectu tamē nihil sunt minus. Ita enim rebus huius mundi inhārent, ac si perpetuō hic in terra sint permāsuri: & quidē affectu cupiunt, si fieri id posset, perpetuō in terrenis his possessionibus vitam agere: libētissime Deo (vt ipsi stulti stultissime effutire solēt) sua regna superna concessuri, si pro illis terram vellet ipsis dare perpetuam. Et cum hinc adueniētē statuto tempore migrare compelluntur, aegerime reddunt animam, nimirum hoc ipso monstrantes, quōd affectu super terram non aduenā, sed vere ciues vterint, & quōd patriam veterem morientes relinquunt, non nouam requirant. ¶ Versu vltimo, Amplius non ero. Cū dicit Propheta. Amplius non ero: nemo hinc ansam accipiat

Iob. 2.

Iob. 1. & 2

2. Re. 16.

Heb. 13. Actu. 6.

Heb. 11.

Philip. 3.

Coloss. 3.

Ioan. 17.

2. Cor. 4.

2. Cor. 5.

Ephes. 2.

Gen. 47.

A male opinandi, & per mortem profusus homo intereat, tam secundum corpus, q̄ secundum animā, & q̄ non sit post mortem aliquando futura resurrectio. Nequaquam enim hoc volebat Propheta sanctus, sed tantum de incolatu suo & peregrinatione loquitur: quasi dicat, sine me peregrinum & aduenam refocillari atque respirare aliquantulum, priusquam abeam hinc ex isto incolatu atque peregrinatione, & ultra hic non ero in hoc incolatu, in hac vita mortalis corporis, quomodo iam viuō, donec tibi erit placitum finire peregrinationem meam.

XXXIX. PSALMI ARGUMENTVM.

Psalmus istum de Christo intelligendū manifeste docet Paulus Apostolus in Epistola quam scripsit Hebraeis, cap. 9. vbi aliquod versum nonum videlicet, decimū, & vndecimū ex eodē profert, quos Christo applicat de legalium consummatione & nouae hostiae immolatione loquendi. Videntur tamen prima facie primum & finis Psalmi nō vsque adeo conuenire Christo: potissimum vbi versus finem peccata sua confitetur, & iniquitātū suarū multitudinem, qui Psalmum profert: Christus autē agnus existens sine macula, peccatum omnino nō fecit, neque inuentus est vniquam dolus in ore eius. Veruntamen, sic Christum aduertimus pro suis membris confitentē & deprecantē, id est, pro nobis peccatoribus (qui licet eius redempti sanguine, & per eum liberati, tamen multipliciter quotidie offendimus) nihil prorsus videbitur absurdum, si ipsum, qui quantum ad suā personā singularitatem vere est sine peccato, audimus aliena peccata tanquam sua, confitentem, & pro membrorū delictis capitis deuotionē videamus exorantem. Atq; hac de causa in Elucidatione quae subsequetur, explanando principiū atq; finem Psalmi, in quibus loqui videtur in persona membrorū suorum, vsi sumus tertia persona, quo clarior esset intelligentia: ita vt ipse intelligatur de nobis loqui, sub persona tertia, cum in Psalmo videatur de se loqui sub primā personā. In medio autem, vbi ad Christi personam quae dicuntur sunt accommodanda, primam personā (vt in textu) seruauimus: vt sic manifeste lector hac diuersitate diiudicare valeat, quid ipse secundum personā fidelium, atq; membrorum dicat, quidue secundū personam suā propriam. His itaq; praemis, ad commotionē legentium, nunc breuiter solito more, Psalmi totius sententiā complectamur. Commemoratis itaq; in primis illud de suis membris Christus dominus, quomodo post longuam & vehementem patrum expectationē, humanum genus tandē respiciens Deus pater omnipotens, de captiuitate mortis, lacu inferni & foeditate peccatorū, tam originalis quā actualium, saluū fecit, atq; in viam iustitiā reduxit: ubi gaudentes liberatori suo canunt dulcia gratiarū actionis & laeta cantica, ita ut mutuis exemplis multi ad Dei timorem uideantur conuerti: cuiusmodi hominum certe & uera asseritur esse beatitudo. Atq; haec primis sex uersibus. Dehinc uerō, Christi ad patrem de semetipso sermo dirigitur, enarrantis quae per ipsum erga genus humanum ille uoluit secundum consiliū sapientiae suae mirabiliter operari, quomodo uidelicet mirabilia Dei secreta consilia annunciare uenerit hominibus, quomodo in carne humana patri factus est obediens usq; ad mortē, ut hostia placabilis fieret pro peccatis hominū, posteaquam alia nulla ablatione aut hostia corporali potuit patris irā placari: quomodo deinde patris uoluntatē diligentissime impleuerit, neque ipse solum impleuerit, uerum etiam fidelibus uniuersis publice & palam annunciauerit, nihil celans eorum quae à patre sibi tradita fuerant docenda. Atque haec usque ad uersum 15. Ab hoc autem uersu, usque ad finem, transitum facit ad deprecandū patrē pro infirmis membris suis, quorum iniquitates & miseriae ut proprias reputat, pro illis tanquam pro semetipso patrem rogans, ut illos ab omni malo eripiat, & sic adiuuet per confirmationem gratiae suae, ut malis non succumbant: illi uerō qui ad ipsum laborant permitti, ut confusione aeternae damnationis absorbeantur, ut liberati si deles patrem magnificent, in quo sibi repositum habent omne adiutorium.

TRIGESIMONONI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Expectans expectaui dominum:

\* & intendit mihi.



Agno & uehementi desiderio, longuāque expectatione, ante perfectam generis humani redemptionē expectauerant patres ad salutem domini patris mei, vt iuxta consiliū & propositū suum aeternum ipsos aliquando faceret saluos, ab ea in qua iacebant captiuitate: \* & tandem propitiū factus pater meus oculos misericordiae suae posuit super illos, uultūq;

D

2 Et exaudiuit preces meas: \* & eduxit me de lacu miseriae, & de luto facis.

placabili misericordia motus aspexit illos. 2 Et exaudiuit preces eorum, & clamores multos magnos & longos, quibus pro sua liberatione ad ipsum exclamauerant: \* & eduxit eos de profunda fouea inferni, à morte aeterna & damnatione illos liberans, cuius per peccata facti fuerant debitores: atq; item à luto cœni, à sorditie & foeditate peccati, tam eius quod ex origine contraxerant, quā eorum quae per propriam uoluntatem sibi superiecerant: saluos eos faciens à peccatis eorum, & à regno mortis transferens ad uitam. 3 Eductos autem de lacu & cœnoso luto peccatorum, ipse constituit super uiam bonam mundam & firmam, cuiusmodi sunt uiae lapidibus stratae & petrosae, id est, in uia iustitiā & uirtutis gratia sua conformauit eos, vt ultra in lutum & facem peccati non immergerentur: \* ipse director illis ac ductor fuit per uiam iustitiā, operari eos docens iustitiam, & in operando sic dirigens, vt non deflecterent neque ad dexteram neq; ad sinistrā. 4 Eductos uerō è tantis miseriis dehinc lætificauit interius in uisione spiritus sui sancti, atque ita canticū nouum

4 Et immisit in os meum canticum nouum:



\* *carmen Deo nostro.*  
5 *Videbunt multi, & timebunt: \* & sperabunt in domino.*

6 *Beatus vir cuius est nomē domini spes eius: \* & non respexit in vanitates & insanias falsas.*

7 *Multa fecisti tu domine Deus meus mirabilia tua: \* & cogitationibus tuis non est qui*

Ioan. 17. *similis sit tibi.*

8 *Annunciaui, & loquutus sum:*

Hebr. 2. Marc. 10. *\* multiplicati sunt super numerum.*

9 *Sacrificium & oblationem noluisti:*

\* *aures autem perfecisti mihi.*

Philip. 2.

Gene. 3.

10 *Holocaustum & pro peccato non postulas:*

Esai. 1.

Hebr. 10.

\* *tunc dixi, ecce venio.*

1. Cor. 13.

Rom. 8.

11 *In capite libri scriptum est, de me ut facerem voluntatem tuam: \* Deus meus volui & legem tuam in medio cordis mei.*

dedit in ore eorum: \* *carmen* (inquam) *latitij & gratiarum actionis*, E ad laudē Dei saluatoris sui, qđ illos interior exultatio & lætitia spiritus docuit decātare liberatori suo. 5 Videbunt multi aliorū exēpla, & lumen iustitiæ atque virtutis eorū refulgebit multis proximorum in exemplū, qui inducent exēplo bono timorem domini: \* discēntq; ponere in domino spem suam, vt cum proximis suos tanta viderint à Deo misericordia affectos, & tāta cōsolatione repletos animentur & ipsi spe simili, ad istiusmodi bona cōsequētia. 6 Et verē beatus est homo ille, qui spem habet & fiduciam in nomine domini, qui dominum Deum ponit spem suam, & omnē fiduciam habet in eo, toto ei corde & tota mente inhārens: \* ad ea verō quę sunt huius mundi tēporaria & caduca bona, itēmq; ad vitia & peccata, quib⁹ plenus est mundus, nō intendit ocalis mentis suę, vt cor suū poneret super illa, fiduciāque & amore eis inhāreret: quā reuera nihil aliud sunt, q̄ vanitas, & merā insanā atq; dementia, quibus homo velut demētatur, imō efferatur, & profus ab humanā cōditionis nobilitate elōgatur: quā cum multa polliceantur, & eximiam quandā promittere videantur sclicitatē, secundum veritatē tamen nihil præstare possunt suis amatoribus eorum quā pollicebantur: sicq; fallunt plane & decipiunt, apparētia quadā, ostētatione, ac specie boni, amatores suos.

7 Multa admodum sunt opera tua, qua tu fecisti domine Deus pater meus, & magna, & admirabilia: partim in rerum omnium potentia creatione, partim in generis humani magnifica redemptione, & electorū tuorū saluatione: \* & nō est quisquā neq; in celo, neq; in terra, neq; alicubi gentium, qui similis sit tibi, aut æqualis in cogitationibus tuis: qui secundum cogitationes atq; cōsilia sapientię tuę valeat tibi comparari. 8 Ego assumpta carne in mundū adueniens, annunciaui & prædicaui hominibus, ad quos missus fuerā, istas mirabiles cogitationes & magnifica cōsilia tua: omnia quacūq; à te patre meo audiui, nota faciens eis, ea potissimū quę tu de humani generis redemptione, electorūq; glorificatione, & damnatorū reprobatione cogitaueras, atq; decreueras, & annucianda mihi cōmiseras: \* me autē super terrā annunciantē (partim quidē per memetipsum, partim per meos Apostolos, atq; ministros, in orbē vniuersum destinatos) submiserunt se veritati quamplurimū in omnibus gentibus & populis: sicq; multiplicati sunt vehemēter fideles, qui totā, contēptis omnib⁹ vanitatibus, in te solo ponerent fiduciam. 9 Eorum autē quę illis ex tua voluntate annūciaui præcipuum erat, opus miserationis illius, quod eis per meum in mundū aduentum exhibuisti. Tu enim pater, sacrificia corporalia, & corporales oblationes, nō propter seipsa requisisti, neque vnquā vt per se placita, & propter se grata offerri tibi voluisti, neq; hisce corporalib⁹ rebus placari voluisti iram tuā: erga genus humanum: \* sed mihi filio tuo ad operis illius perfectionē, aures perfecisti, & corpus aptasti, hoc est, corpore me induisti, in quo perfecta tibi obediētia, etiam vsq; ad probrosissimā mortē obediens fierem atq; subiectus, vt sic per summā illam meam obedientiam restituerem, quod per inobediētiam fuerat collapsum, genus humanū.

10 Oblationes illa corporales, siue quę pro peccatis offerebant, siue pro holocaustis nō tibi fuerūt per se grata, neq; tu ea propter seipsa requisuisti de manibus seruientiū tibi, nisi quatenus figura & vmbra erant venturorū, quę in carne mea erant adimplenda: \* tunc in tēpore quo illa consummari debebant, & finire vctera, adueniente tempore ad hoc cōstituti plenitudine, dixi ego tibi, Ecce pater, paratus sum iuxta aternā prædestinationem tuā venire in carne humana, in serui forma, vt placitū tibi offeram sacrificium, & hostiā vere placabilem: quo sic adimplēā in memetipso cōsiliū redemptionis humanæ, quod illis corporalibus perfici nō potuit. 11 In libro enim vitæ & aternæ prædestinationis tuę, de me præordinatum est & prædestinatum, tanquā de primogenito in multis fratribus, tanquā de præcipuo ac primo omnium electorum, in salutis gloriā ex hominibus veterorū, sicq; in libri illius capite, id est, in primo atq; dignissimo loco: vt ego voluntatē tuam etiā vsq; ad mortis ignominiam, in perfecta obedientia perficerem & adimplerē. Ita enim pater ab aeterno disposuisti, vt per me tuū filium, in persona serui assumpta voluntatē tuā de generis humani reparatione perficeres: \* & quia ita à te dispositū co-

A 12 *Annūciaui iustitiā tuā in ecclesia magna: \* ecce labia mea nō prohibebo, domine tu scisti.*

13 *Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: \* veritatem tuam, & salutare tuum dixi.*

14 *Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam, à concilio multo.*

15 *Tu autē domine, ne longe facias miseratiōes tuas à me: \* misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.*

16 *Quoniā circumdederunt me mala: quorū non est numerus: \* comprehenderunt me iniquitates meę, & nō potui vt viderem.*

17 *Multiplicatae sūt super capillos capitis mei: \* cor meum dereliquit me.*

18 *Cōplacet tibi domine vt eruas me: \* domine ad adiuvādū me respice.*

19 *Cōfundatur & reuertatur simul qui quērunt aīam meā, vt auferāt eā.*

D 20 *Conuertatur retrorsum, & reuertatur qui volunt mihi mala.*

21 *Ferant cōfessionem confusionem suam, qui dicunt mihi euge euge.*

22 *Exultent & lætētur super te oēs quærētes te: \* & dicāt, semper magnificetur dominus, qui diligit salutare tuum.*

23 *Ego autē mendicus*

gnoui, iccirco & ego mi pater, voluntatem meam sanctissimā tuā voluisti conformem feci, paratus in omnibus, non meam, sed tuam 5. & 6. adimplere voluntatem, & quę tibi sunt placita, facere semper. sicq; Ioan. 8. legem tuam ego accepi, & reposui in intimo cordis mei, mente pariter & affectu eam diligentissime amplexans, vt eam totis viribus perficiam. 12 Iustitiam fidei, iustitiam veram, quę coram te iustitia est: \* atque ipsam etiam tuam iustitiam, qua in teipso iustus es, ego prædicaui: partim per memetipsum, partim per meos discipulos, in cœtu magno fidelium, in multa ac magna congregatione populorum credentium: \* ecce tu nosti domine, quomodo non continuerim os meum, neque tacerim, quin tuam iustitiam vbique prædicarem, & aperte prædicauerim. 13 Non celavi, neque occultatam continui in corde meo iustitiam tuam, quasi erubescens aut formidans eam confiteri propter malorum persequutiones: \* sed absque metu in te habens fiduciam, tuam veritatem & tuam salutem prædicaui in ore meo: \* & præcepta omnia iustitię tuę diligenter eis cū seuera interminatione proponendo: & quam tu eis miseris per me salutem constanter euangelizando. 14 Non occultavi, neq; celavi cōsilia misericordię tuę, & rigorem iustitię tuę, à consilio frequentis: sed etiam in publicis conciliis, in conspectu multorum nihil reueritus, fidenter confessus sum veritatem, ad quam testificandam ego à te missus veni in mundum. 15 Tu verō domine mi pater, postquam ego pro electis, pro fidelibus & membris meis tanta egi diligentia, quæso, vt miserationes tuas ab eis nunquam elonges, sed serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, & quos tanta humilitate tantōque pretio redemi: \* & quemadmodum misericordia tua atque veritas siue fidelitas iustitię tuę semper me susceperunt atque seruauerunt, ita & ipsi per misericordiam & veritatem tuam semper seruentur à malo, vt mihi non pereant electi mei, quos tam charissimo pretio mihi comparauisti. 16 Ecce enim mundus iniquitatibus & in omni malitia plenus est, totus in maligno positus: ita vt pauperulos fideles meos ex omni parte circumdet abundantia malitię, absque numero & mensura: \* plurimi quoque ex illis qui in numero sūt fidelium, partim ob humanam fragilitatem, & ad mala pronitatem, partim ob tentantium violentiam, partim ab abundantia malitię, quę in mundo est, grauantur peccatis & delictis tam multis, vt nec videri singula aut dispici possint. 17 Excreuit numerus eorum valde, ad modum capillorum qui in capite sūt innumerabiles, ita vt vix videatur quomodo possint effugere electi mei: \* pro quibus ego summa teneor anxietate, ne contentiant malo, ne impietate seducantur peruersorum, ne abundante & excrecente nimium iniquitate refrigescat aut pereat eorum charitas. 18 Placeat ergo tibi, pater sancte & domine, vt meos pauperulos fideles quos elegi, eruas à periculis tantę malitię, & tua protectione custodias: \* aspice o mi benignissime pater in auxilium membrorum meorum, quos tibi ego perinde atque memetipsum commendo, cum sint membra corporis mei. 19 Confusio & erubescētia sempiterna apprehendat illos in nouissimo die, qui quærunt animas illorum, vt eas perdant & interficiant, qui laborant vt in mortem pertrahant animas, quas magno pretio & summa mea humilitate mihi comparauisti. 20 Cogantur auerti retrorsum, & non possint in effectum perducere praua sua proposita atque cōsilia: sicque confusione & pudore afficiantur omnes qui nocere cupiunt, & mala inferre fidelibus seruis meis. 21 Accipiant pro præmio & retributione meritis condigna, confusionem damnationis perpetuę, omnes qui insultantes meis fidelibus, aut de eorum malis gaudentes, dicunt cellatando & insultando euge euge. 22 Qui autem te bono & fideli corde requirunt, qui tibi placere cupiunt, ipsi super te exultando gaudeant, & magnifice lætentur, cum se viderint tuo auxilio liberatos: \* & qui tuam salutem diligunt, eamque fide & bona voluntate cum gratitudine acceptant, eiusque fieri participes contendunt, ipsi tuo nomini iugiter dent gloriam, & cum lætitia te semper magnificent. 23 Ipsi autem egeni sūt & pauperes, humiles & despecti, & tanquam mendici ante conspectum tuum, suam infirmitatem & impotentiam agnoscētes & con-

*Sum & pauper:  
\* dominus sollicitus  
est mei.  
24 Adiuutor meus &  
protector meus tu es:  
\* Deus meus ne tar-  
daueris me.*

fitentes, sibipfis nihil fidentes, sed in te spem suā omnem collocantes: Et quomodo & ego, tanquam pauper eram & mendicus ante cōspectum tuum, cum in mundo conuersarer: \* & tu domine de pauperibus & humilibus tuis curam geres, quemadmodū & de me semper fuisisti sollicitus. 24 Adiuutor eorum & liberator eorum tu es, a quo necesse est vt veniat illis adiutorium & saluatio, & a quo omne suum bonū ipsi expectant: \* Deus meus ne elongaueris ab eis auxilium tuum, neque nimium differas: sed tempestiue succurrere iis, qui in tanta iniquitatis abundantia grauius periclitantur, vt sic tuā gratiā auxiliō a peccatis nunc preseruatos, in vitam sempiternam, iuxta consilium tuum aeternum introducas, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XXXIX.

**V**ersu primo, secundo, & tertio, Expectans expectaui dominum, &c. Nota diligenter ordinē sermonis. Expectaui (inquit) & intendit, & exaudiuit preces: Exaudiuit, & eduxit de lacu & de luto, & statuit supra petra pedes: Statuit pedes, & direxit gressus. Parū enim esset de lacu & luto nos fuisse erutos, nisi super viam lapidibus strata ac paratam (id est, super viam bonā & securam) cōstituerentur pedes nostri. Quid enim prodesset de luto semel fuisse erutos, si iterum eodē in luto esset volutandum? Deniq; non vsque adeo multum prodesset super viam firmā consistere, nisi esset director & dux via, qui vacillitatem & viam ignorantē deducet. Tam verō qui in via bono comite securi ambulant, ad itineris leuamen, in exaltatione vocis cantare solent cantica gaudii: ita vt qui obuiā processerint canentibus, pariter & ipsi in hilaritate eorū oblectentur. Ita sanē per omnē modum & nobiscum agit benignus dominus noster. Cum enim attento desyderio & oratione exaudita, nos educit de inferni dānatione & fōditate peccatorū, super viam iustitiā nos cōstituit, vt mundi ambulemus in ea, nec vltra inquinemus vel baptismo vel pēnitentia lota vestimenta nostra. Et ne in via aut deficiamus propter infirmitatē, aut aberremus propter ignorantia cecitatē, donat nobis confirmatorem & directorē spiritum suū sanctum: de quo, quantum ad confirmatōnem, Psal. 50. postulat Propheta, spiritu principali confirma me. Quātum verō ad ducatum via, Psal. 142. spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Sic autē ambulantes per vias iustitiā, ad cōsolationē laboris, docet nos cantare cantica latitiā in iubilo cordis & cōfessione oris, iuxta quod Psalmo 118. dicitur, Cantabiles mihi erant iustificatōnes tuę in loco peregrinationis meę. Videntes autem proximi, qui vel nondum conuersi sunt, vel nondum plene conuersi sunt ad dominum, ita seruos Dei cum iucunditate & alacritate seruire domino, animantur & ipsi ad seruiendū eidem, & sese illis adiungunt atq; associant: pariter & ipsi cantantes in viis domini, eandē a domino misericordiā consequuntur. Iucūditissima omnino & spiritali homini ista hīc pulcherrime descripta partiū cōsequutio. ¶ Versu sexto, Et nō respexit in vanitates & insanas falsas. Adiectiū falsas, referri potest simul ad vtrūq; p̄cedentium, videlicet ad vanitates & insanas: vt dicamus falsas vanitates, & falsas insanas. Dicuntur autem bona temporaria & caduca (cuiusmodi sunt diuitiā, honores, pompā voluptates, & cetera huiusmodi) vanitates & insania falsa, non q̄ non verē sint vanitates (verissimē enim nil nisi vanitas sunt, & vanitas vtiq; vanitatum) sed falsa ab affectu, q̄ fallant omnes suos amatores, minimē p̄stantes quod promittunt. Sunt ergo insania & vanitates falsas, id est, fallaces & deceptorias. Possimus autem etiam vitia & peccata intelligere, quā multo magis sunt vanitates & insania, q̄ temporaria bona. Siquidem hęc talia sunt, vt eis quis bene vti possit, & ad bonum sibi conuertere, qui nouerit quomodo sic illis recte vtatur, vt non spem in eis constituat. Illa autem nihil nisi mala esse possunt, neq; aliud quicquam nisi vanum hominē reddunt, & animum dementant. ¶ Versu septimo, Et cogitationibus tuis nō est qui similis sit tibi. Non esse quenquā similem Deo in cogitationibus, pulchre declarat Esaias, dicens, Non enim cogitationes meas, cogitationes vestras: neq; via meā, via vestra, dicit dominus. Quia sicut exaltantur celi a terra, sic exaltata sunt via meā a viis vestris, & cogitationes meā a cogitationibus vestris. Denique, quis non ex hominibus, si inobedientes fiant serui, & in inobediētia perseuerent, vindictam meditabitur aduersus illos, & tormenta excogitabit quibus rebelles digne puniat? Deus autem noster, de nobis inobedientibus, & multimodis suo mandato repugnantibus, cogitat nihilominus cogitationes pacis, & nō afflictionis, quemadmodū per Hieremiam attestatur: Et cū essemus natura filii iras, cogitauit de nobis in gratiā reuocandis. Et vbi quāso inuenietur in hominibus, vt pro liberandis seruis sua iniquitate carceri adiudicatis, vnicū filium suum mittat paterfamilias: vt hīc quidē morte moriatur, illi autem vitā eius morte accipiant? Attamen ista fuit vna ex cogitationibus Dei, quā opere perfectam denunciat S. Apostolus, dicens: Proprio filio suo nō pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum, in abyssum descendimus, si in hęc altius experimus ingredi. Tantum dixisse sufficiat, ad indicandum verē dixisse sanctum Prophetam, q̄ cogitationibus non sit quisquam similis Deo. Nam & vulgo dici solet, Qualis quisque est, talia & cogitat. Proinde cum Deus reuera summe & immense bonus sit, & item sapientissimus atque potentissimus, ita vt nemo in his illi valeat assimilari: consequens est, vt & in cogitationibus suis talis inueniatur longē omnibus superior. ¶ Versu octauo, Multiplicati sunt super numerum. In parte secundā da versus, quoniam Græcum verbum ἐπιπληθύνω ambiguum est, & ad omne genus indifferens, masculinum, femininum, atque neutrum: putant nonnulli legendum esse potius, Multiplicata

**A** sunt super numerum, genere neutro, vt fiat relatio ad mirabilia. Alii malunt genere scēmineo dici, Multiplicata sunt, videlicet cogitationes Dei mirabiles, super numerum. Vtrāq; harum lectionum bonam quidē habet intelligentiam. Videmus tamen etiam vetustissimos Latīnorum codices concorditer habere genus masculinum: atq; ita potius arbitramur tenendū, posteaquam & Græca lectio non repugnat (quæ omne genus patitur) & cōmoda admodū sententia inueniri possit, quemadmodū monstrat inspecta Elucidatio. Neq; enim temere cuiuslibet iudicio arbitramur esse com mutanda aut innouanda, quæ sunt plurimorū sæculorū vsu confirmata, nisi vbi vel ratio vel auctoritas id fieri debere manifeste edoceat. ¶ Versu 11, In capite libri scriptū est de me, &c. Manifestum est ex vsu scripturarū sanctorum, esse librū quendā vitę apud Deū, dicente Moysē, cū zelaret pro remissione culpæ, q̄ patrauit durę ceruicis populus, Aut dimitte eis hanc noxā, aut dele me Exod. 32. de libro quē scripsisti. Et in Psalmis orat propheta sanctus, Deleantur de libro viuentiū, & cū iū Psal. 68. stis nō scribantur. Imo & ipse dominus in Evangelio, cum ad gaudendū & exultandū suos hortaretur, gaudii causam proponit inscriptionē libri: In hoc (inquit) gaudete, q̄ nomina vestra scripta Luca. 10. sunt in celis. Nā qui in terra scribuntur (iuxta Hieremā) impii sunt, qui recesserūt a domino. Hic Hierē. 17. autē liber vitę, nihil aliud est, q̄ ordo diuinę dispositionis, & scientia p̄dēstinationis beatorum omnium eorū qui sunt ad vitam aeternam p̄ordinati atq; p̄dēstinati. Nunc itaq; quia Christus quatenus homo, & ipse ex illis vnus est, qui sunt ad gloriā assumendi, recte & ipse se fatetur in hoc libro scriptum. Quia verō ipse primogenitus est fratrum suorū, & p̄cipuus eorum omnium qui Rom. 8. in illam sunt gloriā sublimandi, per quem etiam vt filium naturālē & consubstantialem in gratiā Apoca. 1. eiusmodi vocati sumus & suscepti a patre, omnes nos qui secūdū adoptionē sumus in spe filiorū Dei: iccirco recte ipse (iuxta humanum loquendi morem) tanquā dignior & primus omnium, in capite libri, quasi in primo libri folio, scripturis dicitur. Ipsum enim libri caput dignior est loc⁹. Nō dicit autē simpliciter, In capite libri scriptus sum: sed de me scriptū est, vt facerē voluntatem tuā. Nam omnes qui in libro ad gloriā cōscribuntur possidendam, necesse est mediis cōgruis ad eum pertingere, adimpletionē videlicet diuinę voluntatis. Vnde sicut in libro illo scriptū est, q̄ ad gloriā aeternam sint peruenturi, ita similiter & q̄ Dei voluntatem implere debeant (per quam ad illam pertingitur felicitatem) eodem in libro describitur. Vnde ipsemet Saluator dicebat in via ambulantis discipulis, Nōne oportuit Christum pati (quod erat paternę voluntatis) & sic introi- Luca. 24. re in gloriā suam? Tanquam si diceret, De me quidē scriptum erat in libro, vt in gloriā introirem: sed & hoc in eodem scriptum erat, q̄ passionem & mortem antē eram passurus. Sciendum tamen est, plerosq; hunc locum simplicius intelligere de principio libri Psalmorum. In primo enim Psalmo, in descriptione viri beati dicitur, q̄ in lege domini debeat esse voluntas eius: quem Psal- mum nonnulli Christo peculiariter accommodant. Atq; etiam si ipsi non peculiariter soli aptetur, constat tamen ad ipsum vt caput omniū fidelium & primū beatorum p̄cipue pertinere. Itaq; cui illa superior expositio forsitan videbitur altior, poterit hac simpliciore contentus abscedere. ¶ Versu 12, & 13, Annunciaui iustitiā tuam in Ecclesia magna. Ex Paulo manifestum est, iustitiā Dei dici dupliciter. Primum eam qua ipse in se iustus est, quæ est ipsemet Deus iustus, quemadmodum & omnia quæ Deo attribuimus, non aliud sunt q̄ ipse Deus, & secundum rem cum essentia ipsius sunt idem. Alio modo dicitur Dei iustitia, vt distinguatur contra iustitiā quæ ex lege est. Atq; ita accipitur pro iustitia quæ coram Deo est, quam Paulus etiam appellat iustitiā fidei siue ex fide, de qua plurima differit in Epistola ad Romanos. Quod ergo hīc dicit Christus, Iustitiā tuam Rom. 13. annunciaui, iustitiā tuam non abscondi, vel ad priorem, vel ad posteriorem iustitiā referri potest. Nam iustitiā, qua pater iustus est, annunciauit filius, quando finalem nos retributionem in- 1. Ioan. 5. storum atque impiorum, cuique pro meritis venturam edocuit. Iustitiā nihilominus fidei etiam docuit, cum ad credendum sua p̄dicatione omnes inuitabat, dicens, Qui credit in me, flumina de- Ioan. 7. ventre eius fluent aqua viua. Qui credit in me filium Dei, habet vitam aeternam. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verō non crediderit, condemnabitur: & huiusmodi permulta. 1. Ioan. 5. Deinde nec hoc absurdum foret, si iustitiā Dei intelligeremus p̄cepta illius, quæ filius aperte Marc. 16. proposuit mundo, & obseruanda cum districtione, promissionibusq; & interminationibus tradidit. Illud autem aduertendum est diligenter, quod non iustitiā solam, neque misericordiam solam annunciaffe se dicit Christus, sed misericordiam semper coniungit cū iustitiā & veritate: vt quemadmodum terrorem incutiebat, detonando iustitię rigorem: ita & animos demulceret, suauis misericordię Dei & aeternorum bonorum proponendo cōsolationem. Quæ res omnibus veritatis p̄dicatoribus diligenter & sollicitē imitanda est, vt neque semper blandiantur dulcedine misericordię, neque solum fulminent terrore iustitię: sed prudenter ista tanquam boni pharmacopolę, adinuicem commisceant, vt fiat ex hac commixtione audientibus salutare antidotum: vbi si solum praberetur alterutrum, forsitan in nocumentum cederet accipientis.

XL. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms sequens in Christo domino agit, quemadmodum ex Euāgelii Ioannis capite. 13. fit manifestum: ubi partem decimē versus manifeste ipse sibi dominus accommodat, significās Indę proditiōē a Psalmistā prophetice p̄nunciatā. Attamē versus tres Psalmi priores nō videntur a Christo pronūciari, sed potius ab ipso p̄pheta, qui in spiritu Christi contemplans, de Christo loqui incipit, beatos illos p̄nūcians, & beatitudi-

dinem illorum particulatim declarans, qui in Christum egenum & pauperem uenturum essent credituri, ita ut ipse quasi a praefatione incipiat. Mox uero, a uerbo quarto usque in finem, personam introducit Christi loquentis, pro suis membris primum deprecantis, ac deinde aduersantium rabiem, ac maliuolentiam patri aperientis, & peculiariter Iudae peruersissimam prodicionem. Post quae omnia sic enumerata, patris misericordiam implorans, orat non derelinqui, sed a morte rescitari: de quo certificatus, in Deo patre suo glorietur.

QVADRAGESIMI PSALMI ELVCIDATIO.

2. Cor. 8. 1 *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.*  
Ioan. 1. *perem.*  
Philip. 2. *perem.*  
Esaie. 53.  
Sapient. 1.

*\* in die mala liberabit eum dominus.*

*2 Dominus conseruet eum, & uiuificet eum, & beatum faciet eum in terra:*

*\* & non tradat eum in animam inimicorum eius.*

*3 Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: \* & uinuer sum stratum eius uersasti in infirmitate eius.*

*4 Ego dixi, domine miserere mei: \* sana animam meam, quia peccavi tibi.*

*5 Inimici mei dixerunt mala mihi, quando morietur & peribit nomen eius?*

*6 Esti ingrediebatur ut videret, vana loquebatur.*

Luc. 14. *tur.*

Matt. 12.

*\* cor eius congregauit iniquitatem sibi.*

**B** **E**atus atq; foelix est homo ille, qui intelligit & sentit oportet de paupere illo: qui cum esset diues, & nullius re indigus, propter nos egenus factus est, ut nos sua inopia faceret diuites: qui cum esset excelsus in sinu patris, pauper & humilis factus est, exinaniedo semetipsum accepta ferui forma: in qua tanquam pauperrimus, despectissimus, atq; nouissimus hominum uideri uoluit: qui super hunc (inquam) pauperem intelligit, qui de eo sentit in bonitate, creditq; in illu, & toto affectu ei adheret, is uere beatus est futurus: nimirum particeps eius beatitudinis, qua ille humano generi sua miseria uoluntarie assumpta parauit: **F** hunc enim Deus pater omnipotens liberabit, & saluum faciet ad uitam aeternam in die terribili, in die mortis, in die iudicii & ultionis, quando male erit omnibus, qui super illum pauperem noluerunt intelligere: **F** Insuper in tempore quo uenerint super ipsum mala, siue peccatorum tentationes & animae pericula, siue aduersitates, aliq; quolibet etiam corporales, dominus eum faciet sua protectione & consolatione saluum, & de omnibus constituet sua gratia uictorem. **2** Dominus conseruabit eum, & custodiet ab omni malo, & uiuere faciet illum nunc quidem uita gratia in hoc tempore: post uero, uita gloriae in aeternitate: & faciet eum beatu in terra, primum quidem in ista crassa atq; corporea terra secundum spem & securam expectationem, deinde plena atq; perfecta fruitione in terra uiuentium, quae expectatur in possessionem a fidelibus: **\*** & non tradet eum uoluntati inimicorum eius, neq; patietur uenire in manus & potestate inimicorum, ut faciat ei iuxta suu desyderiu, & quicquid uoluerint mali adimpleant. **3** Etiam cum morte appropinquante super stratum doloris sui conscenderit, dominus leniet atq; consolabitur dolore infirmitatis consolationibus suis: aderitque laboranti, & uelut pro ministro atq; consolatore astitit illi: **\*** & quem admodum solet ad infirmorum consolatione lectus illorum diligenter uersari ac reuersari, ut molliter cubet, & aliquod habeat sui doloris lenimentum: ita tu eris huiusmodi homini quasi minister, uersans stratu ipsius, dum illum in bona conscientia & latitia interioris consolatione facies uelut suauiter quiescere. **4** Vox egeni & pauperis: in afflictione & humiliatione mea positus ego fili tuus, o mi pater, pro iniquitatibus populi mei (quas tu super me posuisti, ut pro eis tibi satisfacerem, & quas ego in memetipso libenter accepi ob amore salutis eoru) clamauit ad te in oratione mea, dicens, Domine pater, miserere mei atq; meorum: **\*** sana animas pauperu meorum, sana animas membrorum meorum, quoniam agnosco & confiteor peccasse eos aduersum te: quoru peccata quo tu facilius remittas, ego in memetipso suscipiens, ut propria confiteor. **\*** Animam etiam meam & uitam fac saluam ab omnibus malis, quae propter istorum peccata ex tua uoluntate suscipiam, ut neq; in morte, neq; in inferno permaneam. **5** Ecce aduersarii mei loquuti sunt aduersum me, mala dixerunt adiuicem, & in cordibus suis contra me: Quando ad mortem illu poterimus perducere, & quomodo nomen eius poterimus delere de terra, & de cordibus, atq; memoria hominu? Huiusmodi sermonibus conceptum atq; firmatum contra me mortale odium protestantes. **6** Et quidem si ad me ingrediebantur (ut me uiderent, uel audirent docentem, aut miracula facientem, uel aliud quilibet agentem) considerantes me, & diligenter contemplantes in omni conuersatione & doctrina mea, ut aliquid possent in calumniam & reprehensionem trahere, obseruantes nonnunquam diligentissime & callidissime os meum, ut aliquid ex eo possent rapere in calumniam: sic (inquam) sic ad me ingrediebantur, meam frequentantes praesentiam, uana loquebantur, calumnias uidelicet & opprobria: ut puta cum ante oculos uiderent me potentissima signa edere, dicebant, me ea facere in Beelzebub daemionoru principe: **\*** congregauerunt & accumulauerunt sibi in cordibus suis iniquitates, dum ita per odium quo-

**A** **7** *Egrediebatur foras: \* & loquebatur in idipsum.*

**8** *Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: \* aduersum me cogitabant mala mihi.*

**9** *Verbum iniquum constituerunt aduersum me: \* nunquid qui dormit, non adiciet ut resurgat?*

**B**

**10** *Etenim homo pacis mea, in quo speraui, quid edebat panes meos:*

*\* magnificauit super me supplantationem.*

**C**

**11** *Tu autem domine, miserere mei: \* & resuscita me:*

*\* & retribuam eis.*

**12** *In hoc cognoui, quoniam uoluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.*

**D**

**13** *Me autem propter innocentiam suscepisti:*

*\* & confirmasti me in conspectu tuo in aeternum.*

**14** *Benedictus dominus Deus Israel, a seculo & in saeculum: \* fiat, fiat.*

tidie excreuerent malitiosae cogitationes eorum. **7** Cum uero foras a me egredierentur, familia loquebatur, detractiones & blasphemias impudentissimas: **\*** congregatiq; cum pariter tractare coeperunt, quomodo me perderent, quomodo suas de me pessimas uoluntates adimplere possent. **8** Aduersum me in mea perniciem & in malum meum, in occulto, in conciliabulis suis tractabant pariter, quomodo me dolo tenerent & interficerent: **\*** contra me excogitauerunt mala in cordibus suis. **Matt. 26.** **9** Firmauerunt contra me sermonem impium, crudele decretum, & iniquissimam sententiam: certa definitione statuentes, me sine causa interficere: hoc tanquam irreuocabile, & firmiter, quacumq; tandem uia, quocumq; tandem consilio adimplendum, ita firmauerant. **\*** Sed quid uos, o miseri, frustra molimini? quid tum erit uobis, si hoc uestrum desiderium complere uos permittam, & uestram iniquitatem quam concepistis perficere? Nonne qui sua uoluntate ad quietem se componit similibus mortuo, postquam dormitionis tempus finitum fuerit, iterum a somno resurgit ad opera solita? Quare non intelligitis, sic & mihi esse hanc potestatem, ponendi ad tempus animam meam: & cum uoluero, cum resurrectionis tempus constitutum aduenit, iterum resumendi eam? Ac tum quidem, cum a somno mortis resurrexero, uidebitis omnes machinationes uestras iniquas esse frustratas. **10** Et certe illud, o mi pater, inter caetera graue admodum ad ferendum, & durum toleratu fuit, quod Iudas ille uir pacificus mecum, imo domesticus meus familiaris discipulus & Apostolus, is cui praeter caeteris maiora ostenderam familiaritatis & honoris indicia, in quo etiam praeter omnibus me fiduciam habere demonstraueram, dum illum uelut dispensatorem mei sodalitiu constitui, portatore meum; & custodem eorum, quae mihi dabantur in usus quotidianos assignaueram: qui mecum panes comedeat in mensa mea, qui de elemosinis mihi donatis sustentabatur, mecum semper accumbens, ut caeteri Apostolorum, ubicumq; inuitabar: **\*** quod hic (inquam) contra me fraudem, deceptionem & malitiam suam magnificauit, hic ita aperte, ita ignominiose sine causa in me insurrexit, ut in morte me traderet, venderetq; uili pretio sacerdotibus & principibus populi Iudaici: quod hic, inquam, leuauit contra me calcaneum & plantam pedis sui, ita contra me insurgendo ferociter ad me supplantandum, & morte opprimendum. **11** Tu autem domine uidentis omnes meas, quas pro generis humani salute ex tua uoluntate suscepi miseriae, uidentis quoque consummatam & crudelissimam hanc malitiam aduersariorum meorum, age mecum misericorditer: **\*** & ne permittas me (quod illi sperant) a morte teneri: sed post paululu dormitionis meae, tua potentia ad uitam fac me redire, atq; a mortuis resurgere: **\*** ac tunc accepta abs te iuxta decretum uoluntatis tuae potestate iudiciaria, illis aduersariis meis in obstinatione sua perdurantibus ego retributionem condignam & iusta reddam praemia prauitatis suae. **12** In hoc autem ego cognoui quod diligas me, quod tibi sit in me beneplacitum, quod non permittes inimicos meos plena laetitia gaudere contra me: quod non patieris illos sui uoti omnino fieri composites. Quanquam enim ad tempus modicum habebant laetitia, dum me uiderint morientem: non perdurabit tamen, neq; perficietur haec eoru laetitia, sed confundetur, cum me cognouerint a morte resurgentem. Nam si quidem in manus inimicorum me dedisses, & plenum eis fecisses suum gaudium, indicasses utiq; non fuisse tibi in me beneplacitum. **13** Nunc uero tu me suscepisti in defensionem tuam, non relinquendum in manibus illoru, sed custodiendum ab inferno, & resuscitandum tertia die: idq; propter innocentiam meam, quam tu mi pater optime nosti. Nam pro peccatis generis humani suffeci, quod morti memetipsum ad tempus subdiderim. Innocentia autem mea hoc apud te praemeretur, ut a morte propter alienam tantu offensam suscepta, tua potentia resusciter: **\*** & tu me confirmasti a morte resuscitatu, ante conspectum tuum, in praesentia maiestatis tuae in sempiternum: ita ut ultra non moriar, mihiq; mors non dominetur amplius, sed uiuam in dextera tua in aeternum. **14** Pro tua immensa misericordia, quam per me prestitisti generi humano sis benedictus, sis laudatus & glorificatus in aeternum, o mi pater, quae Deus uerus, Deus totius fidelis populi tui: ita fiat: ita fiat: ita fieri dignu & iustu est, ab omnibus quicumq; sunt de populo sancto tuo, & nunc donec subsistunt in uita praesenti corporis pro modulo eoru: & post huius uita terminum, in uenturo saeculo, laude perfecta in aeternum, Amen.

Matt. 26.

Marc. 14

Ioan. 10.

Ioan. 12.

Roma. 6.



**V**erſu primo, Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperē. Nota in hoc Pſalmo ſimile ali-  
quid eſſe, quale & in ſecundo prius admonuimus. Primū enim Propheta in ſpiritu contem-  
plans ea de quibus in poſterioribus ſermo habēdus eſt, quaſi ſub ſua perſona loquit: ac de-  
inde poſt tres verſus, Chriſtū de quo prius eſſe ſermonē fecerat, loquentē introducit de ſemetipſo  
ad patrē quemadmodū in Pſalmo 2, verſib⁹ aliquot, ipſe Propheta indignabūdus inuehebatur ad-  
uerſus Chriſti occiſores, & gloria eius oſores: poſt verō, Chriſtū facit de ſeipſo loquentē, ſuamque  
gloriā à patrē ſibi datam magnifice proponētē. Et quemadmodū in pſalmo iſto ſecūdo, circa ſi-  
nem, rurſum Propheta finitis Chriſti verbis ad ſuam perſonā repetit ſermonē, dicens: Et nūc reges  
intelligite, &c. ita poſſet & in hoc præſenti Pſalmo verſus vltimus accipi, quaſi à Propheta poſt ſi-  
nitos Chriſti ſermones pronūciatus: videlicet vt ipſe qui initiū Pſalmi propoſuerat, vltimū quoq;  
verſum, velut cōcludendo, dicit Chriſti adiciat: vt cū Chriſtus conſiteatur à patrē ſe ſuſceptū &  
cōfirmatum in æternū, ille quaſi auribus cordis hoc audiens, præ gaudio reſpōdeat verſum benedi-  
ctōnis & gratiarū actōnis, dicens: Benedictus dominus Deus Iſrael, à ſæculo & in ſæculū: fiat, fiat.  
Aduertendū tamen eſt, quantū ad primos verſus (quos in Elucidatione peculiariter ad Chriſtū ac-  
commodauiſus) poſſe illos etiā generaliter ad omnem pauperē & egenum accōmodari. Erſtq; tum  
ſenſus, beatū eſſe omnem illum qui ſuper egenis & pauperibus (quos mundus deſpectos habet) ita  
Matth. 5. intelligit, ita ſentit, quāq; ita eis aſſicitur, vt oportet: vt eorū & miſeriis condoleat, & egeſtatē ſup-  
pleat, in quibus potuerit. Et reuera iis, qui ſic intelligunt ſuper egenū & pauperem, eueniēt omnia  
bona illa quæ in ſequentibus duobus verſibus deſcribuntur. Nā (iuxta domini vocem) beati miſeri  
cordes pronunciantur, eo q̄ & ipſi ſint miſericordiam conſequuturi. In die enim mala liberabūt  
miſericordes per miſericordiam ſuā, & conſeruantur atq; cuſtodiantur à malo, nec in manus ve-  
nient hoſtium ſuorū, & in tempore accipient coſolationē per eam. Quæ omnia præſentem ad hu-  
ius Pſalmi particulas pulchre explicat vir ille miſericordiārū Tobias, filium ſuū inſtruens, in hunc  
Tob. 4. modum: Quomodo (inquit) potueris, ita eſto miſericors. Si multū tibi fuerit, abundanter tribue: ſi  
exiguū tibi fuerit, etiam exiguū libenter impertiri ſtude. Præmiū enim bonum tibi theſaurizans  
in die neceſſitatis: quoniā eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat: & nō patieris animā ire in  
tenebras. Fiducia magna erit corā ſummo Deo eleemoſyna, omnibus faciētibus eam. Veruntamen  
propter totius Pſalmi coherentiā, magis congruū videtur, & de paupere & egeno Chriſto potiſſi-  
mum intelligantur iſta priora. ¶ Verſu 6, Erſi ingrediebar. Anceps in hoc verſu diſtinctio eſt.  
Potest enim particula, cor eius cōiungi vel cum præcedētibus, ad hunc modū, Et ſi ingrediebar  
vt videret, vana loquebatur cor eius: ac deinde ſeparatim cōgregauit iniquitatē ſibi. Aut cū ſequē-  
tibus iuxta quod in Elucidatione diſtinximus, ſecundum communiorē virorum Eccleſiaſticorum  
Pſal. 39. vſum. Verū vtro modo diſtinctio fiat, parum admodū refert: cum ſit vtriuſq; diſtinctio eadē fe-  
rē ſententiā. ¶ Verſu 8, Aduerſum me cogitabant mala mihi. Videtur eſſe hic manifeſta negatio, ac  
ſuperfluitas vnus pronominis. Sufficiebat enim alterū, vel aduerſum me, vel mihi: cum vtrunque  
idem velit. Sed nihil dubium eſt, quin propter emphāſim non inuoliter facta ſit hæc repetitio:  
quemadmodū & aliās ſolet non raro in ſcripturis inueniri. Veluti in Pſalmo mox præcedenti, Bea-  
tus vir, cuius eſt nomen domini ſpes eius. ¶ Verſu decimo, Etenim homo pacis meæ in quo ſperavi.  
Iudam Chriſtus vocat hominē pacis ſuæ, id eſt, hominem paciſice ſecum conuerſantem, tanquam  
vnum eſt familiaribus & diſcipulis ſuis, nihilq; verbo vel ſigno niſi quod pacis erat prætendentē: a-  
deō vt ipſo traditionis momento, oſculum cum ſalutatione offerret, dicens: Aue rabbi. Quod autē  
Matt. 29. dicit Chriſtus, ſe ſperaffe in Iuda, non ſic accipiendū eſt, quaſi ſpem in eo poſuerit. (Maledictus eni-  
Marc. 14. nim homo, qui ſpem ſuā ponit in homine) ſed intelligi debet, in quo fidebam, & cui confidebam.  
Hiere. 17. Planē enim Iudæ confidebat dominus, cui etiā oculos credidit, in quibus ea portaret quæ ex fidelīū  
deuotione Chriſto offerebantur. Neq; tamen hoc ſic intelligendū eſt, quaſi reipſa dominus illum  
Ioan. 12. fidelem habuerit, & vt talē reputauerit. Ipſe enim multo ante (vt dilectus ait diſcipulus) noſcebat  
omnes: & nō opus erat, vt quiſquā ei indicaret de aliquo, p̄pterea q̄ ſciret ea quæ ſunt in homine.  
Ioan. 3. Neq; dubium erat, quin quod poſtea apparuit, antè præcognouit dominus: q̄ fur erat & auarus a-  
Ioan. 12. nimo. Vnde referente Ioanne cognouimus, diu aute paſſionis tempus à Chriſto Iudæ malitiā in ge-  
nere perſtrictam. Cū enim multi verbis domini ſcandalizati abſceſſiſſent retro, loquens diſcipulis  
duodecim, ait ad illos, Nōne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? Quod expo-  
Ioan. 6. nens Euāgelista Ioannes, ſecretorū Chriſti optime cōſcius, ſubiungit, Hoc autē dicebat de Iuda Si-  
monis Iſcariotis. Hic enim erat traditurus eum, cum eſſet vnus ex duodecim. Itaq; non ſic in Iuda  
Ibidem. ſperauit Chriſtus, nō ſic illi fuit conſiſus, vt nō præſciret fraudulentum animū: ſed ſiſum illi ſe di-  
cit, quantum ad exterioris operis exhibitionē. Cui enim præ cæteris credimus rerū noſtrarum cu-  
ſtodiam, apud nos eſſe bonā fidem hoc ipſo monſtramus. Atq; hac parte erat execrabilius Iudæ fa-  
cians, q̄ ſic à domino ſuo honoratus, accepta rerum omnīū cura, talem proditiōnē excogitauerit.  
Gravius enim eſt malū, & toleratu difficilius, cū ii quos beneficio nobis obſtrinximus, pro bonis  
mala referunt. Hinc in lib. Geneſeos, Ioseph ab vxore domini ſui ad concubitū ſollicitatus, cōſtan-  
Gene. 39. ter æque ac fideliter reſpōdit, Ecce dominus meus, omnib⁹ mihi traditis, ignorat quid habeat in do-  
mo ſua: nec quicquid eſt quod nō in mea ſit poteſtate, vel nō tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius  
eſt: quō ergo poſſū hoc malū facere, & peccare in dominū meū? Recte ergo humano more cōquerēs,  
illud exaggerat Chriſtus dominus, qđ ab homine domeſtico, cui ſe bene fidere demōſtrauerat, quē  
corā cæteris Apoſtolis bonæ fidei teſtimonio honorauerat, talē ſit paſſus, p̄ditoriā ſupplātationē.

**F**atigatus qui corpore peregrinatur in terris, ſpiritu autē in cælis habet conuerſationē, multiplicibus quæ  
in hoc mundo occurrunt tētationibus, diſtractionibus, diuiſionibus, atq; moleſtis hoc Pſalmo ad cælos mit-  
tit, ſuſpirio, fonte perenni refocillari (ad modū cerui) deſiderans, ac diuinis aſpectibus quantocyus repræ-  
ſentari exoptans: deſideriū habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto: quod deſiderium donec diſſertur, paſcit interim Philip. 1.  
ſeſe, & cōſolatur lachrymis: ſubinde totus in ſeſe effundens animā, vt in cæleſtia tranſiens etiā nunc in terra po-  
ſitus, aliq̄ perſcipiat guſtum illius perfectæ, quam poſtea conſequuturū ſe ſperat, felicitatis: ſicq; ſemetipſum  
in peregrinatione cōſolatur, animamq; aduerſum inordinatā triftitiam & ſuperſuam conturbationem cōfirmat,  
propter ſpem in ſæculo futuro repositā. Atq; iſta quidē, ſeptem verſibus primis. Dehinc autē, conturbationem  
quā in hoc mundo patitur, intra anguſtos limites cōcluſus, ante dominū (quem ab initio ſe dixerat ſitire) propo-  
nit & tribulationes graues pariter & multas, quibus velut abyſſis & immēſis fluctibus obruuntur nō raro cor-  
da fidelīū: cōtra quos, remediū eſt gaudere in domino, & ſicut in ſperis, ita & in triftibus æque in domino læ-  
tari: ſpecialiter autē orationis ſtudiū, quod admodū ſingulare & promptū valde refugium eſt aduerſus omnia, in  
qui ſibi illū familiarē ſtudent efficere. Quæritur tamē rurſum apud dominū de ſua derelictione, & debilitatione  
vriū, potiſſimū inimicis cū gaudio ſibi exprobrātibus. Verum cōtra hanc querimoniam, in ſpe bona Dei, & ſa-  
lutis expectatione, ſeipſum conſirmat animo, & querulantem triftemque animam conſolatione corroborat.

QVADRAGESIMIPRIMI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Quemadmodum de-  
ſiderat ceruus ad fon-  
tes aquarum:  
\* ita deſiderat anima  
mea ad te Deus.*



Vemadmodū ceruus, cum à venatoribus diu multūmq;  
agitatus, & canibus inſectatus fuerit, vehementi deſidē-  
rio anhelat ad fontes aquarum, vt in eis ſe ſaluet, in eis  
ſeſe refrigeret, quo ad curſum vires nouas recuperet:  
\* ita anima mea in hoc ſæculi deſerto, tētationibus plu-  
ribus ac variis fatigata, inſectationibusque multiplicibus (partim à  
dæmonum atq; hominū peruerſorum malitia, partim à carnis praua  
concupiſcētia) moleſtata, ad te anhelat deſiderio, cupiens inte oble-  
ſcari, conſolari, & refocillari. 2 Sitiuit anima mea, & magno affectu Pſal. 35.  
anhelauit ad te dominū, qui es fons vitæ æternæ, & vena prima omnis  
vitalis gratiæ, de qua hauriunt in gaudio omnes qui pia affectione ad Eſai. 12.  
te acceſſerint: ad te (inquā) ſitiuit anima mea, tuis fontalibus & vitali-  
bus aquis gratiæ ſpiritalis cupiēs refocillari & cōfortari: vt nō in cur-  
ſu atq; inſectatione aduerſariorū deſiciā: \* ō domine, quādiu in hoc  
degā exilio, quādiu hiſce fatigabor laborib⁹, quādo dabitur mihi ad 1. Cor. 13;  
te venire, & exhiberi cōſpectū tuo, vt facie ad faciē te videam, illicq; Pſal. 16.  
fatier in aſpectu gloriæ tuæ. 3 Interim verō donec in peregrinatio-  
ne iſta cōſiſto, cōſolor me lachrymis, quas iugiter die ac nocte præ de-  
ſiderio præſentiæ tuæ, abſens tamē, effundo: atq; his, nempe lachry-  
mis, ſuſpiriis, ſingultibus, quibus ad tuā præſentiā iugiter aſpiro, qui-  
bus veluti panibus me paſco, me cōſolor, & conforto in ſpiritu meo:  
\* dum interim dicitur mihi ab exprobrātibus incredulis & peruerſis,  
Vbi eſt quē expectas Deus tuus? quādo veniet? vbi apparet, ob cuius  
amorē ita te aſſigis, ita lachrymas fundis: ſic mihi exprobrātes, quaſi  
vana ſit expectatio mea, & inane meū deſideriū, quo te expecto & de-  
ſidero dominum Deum meum. 4 Reuolui in memoria, & recogitauī  
in corde meo iſta, quæ ab exprobrantibus per ſingulos dies me mole-  
ſtantibus, atq; à ſpe mea auertere cupientibus, audio: atq; ex aduerſo  
illas vêturas æterni fontis delicias, quas cōcupiſco: \* & iſta ſic recogī-  
tans, effudi in memetipſo affectū animę meę, velut habenas ei liberās  
concedens, vbi quantū poſſet ad te currere, plenōq; deſiderio memet  
ipſum excitaui, vt quantū valerem, memetipſo atq; omnibus quæ in  
hoc mūdo ſunt tēporariis relictis, totus in te tranſirem: \* ſpe enim Hebr. 8.  
iam certus ſum, q̄ tranſibo ex hoc peregrinationis loco, ex hac valle  
laboris, in locum illum quietis ſempiternæ, in manſionē cæleſtem, in  
tabernaculū non manufactū quod fixit Deus, & nō homo, tabernacu-  
lum verē admirabile perfectis delitiis, & omnīū bonorum abundan-  
tia: in domum domini Dei mei. Atq; ob hoc, quoniā illic ſtabilem &  
firmā ciuitatē me habere cognoſco, interim etiā donec in terra pere 2. Cor. 5:  
grinus ago, eam ſi nō corpore, certē ſpiritu & deſiderio frequētare vo-  
lo. 5 Ibi ſonus auditur dulciſſimus & ſuauiſſima melodia, in vocib⁹  
exultantium atq; collaudantium pariter beatorum, qui in ſumma il-  
lic charitate, & vnitate permaxima, in vno ſumme bono (quo omnes  
perfruntur) cōpaginati & coadunati, pariter exultāt in eo, pariter-  
que collaudant, quaſi feſtū celebrantes perpetuū, quaſi iucundū cele-

\* quando veniam, &  
apparebo ante faciem  
Dei.

3 *Fuerunt mihi lachry-  
mæ meæ, panes die ac  
noctē:*

\* dum dicitur mihi  
quotidie, vbi eſt Deus  
tuus?

4 *Hæc recordatus ſum:*

\* Et inſudi in me ani-  
mam meam:  
\* quoniam tranſibo in  
locum tabernaculi ad-  
mirabilis, vſque ad do-  
mum Dei.

5 *In voce exultationis  
& confeſſionis ſonus  
epulantis.*

brantes conuiniū, felices nimirū conuiniū inter quos tanta est in exultatione, confessione, & lætitia vnitas, & quasi vna vox tantū esse videatur vnus cōiuuā, mirifice apud sese lætantis, exultātis, atq; vt in iucundis epulis fieri solet) in hilaritate gaudiose canētis. 6 Et tu o anima mea, o mi spiritus, qui ista nosti, qui eandē hanc (cui etiā modo datur nonnunquā velut à longe à sistere) expectas lætitiā & felicitatem, tu (inquam) mea bona anima: quare nō in his accipis cōsolationem? quare tristitia grauaris & deprimeris? & quare me variis cogitationibus, atq; affectionibus sine ordine diuersis, cōturbas & contristas? An nō tibi merito tantorū bonorum expectatio, & tātē pacis securā spes, atq; etiā ex parte aliqua in hoc tempore nonnunquā delibatio, sufficere debeant ad cōsolationē & fiduciā? 7 Noli igitur cōturbari, o mea anima, si te insectetur venatores: noli canes rabido ore insequētes formidare, vt desperes, sed spem habeto in fonte aquarum viuentiū, in domino Deo tuo: in illo refrigerare, quoties fatigaris: in illū te immerge, quoties astu atq; siti torqueris, insectata à malis venatoribus: \* adhuc enim illi cōfessionē dabo in iucūditate cordis mei, quoniā ipse est salus faciei meę, qui meam faciē honorabit, sublimabit, glorificabit & beatificabit ante faciē suā, cum meā faciē suā faciē opposuerit, vt à facie eius fulgeat in meā aperta claritas splendoris aterni, sicq; trāsformer in imaginē eius, vt similis ei fiam, & appaream in sempiterna gloria, & ipse est Deus saluator mens. 8 Quāquam autē, piissime Deus, hisce modis cōsolari studeā memetipsum, & quietam reddere desiderantē animam: tamen quoties ad memetipsum conuertor, cū ad meipsum redeo ex cōtemplatione horum caelestiuū, quoties ab his auocor (per corporis necessitatē aut fragilitatē, aut aliter quomodocunq;) mox mihi oritur cōturbatio: & quemadmodū, donec sic in desiderio aternorū defixus persisto, vt cūq; cōsolationē & quietē percipio: ita ecōtrario quoties ad me redeo, & ad ea quę circū me sunt corporea ac tēporaria, rursum cōturbatio, tristitiā & afflictionē inuenit anima mea: quoniā nihil aliud sūt omnia quę sub sole sunt, nisi labor & dolor & afflictio spiritus: \* ac p̄pterea iugiter ego studebo memor esse tui de terra ista corporea, quā nunc cōturbatus in habito: quę iuxta Iordanē corporalem fluuiū sita est, & iuxta montē Hermonium, qui iuxta adiacet: à monte (inquā) paruulo & modico qui hic in Iudæa est, in qua ego nunc in dolore peregrinationis vt aduena viuo, donec ad illos fluuios aternos paradisi tui, & mōtes aternitatis immēfos perueniā. Nūc enim inter Iordanē fluuiū paruulū & Hermonium montē paruulū, cōclusa est terra angusta habitationis meę, dū interim suspiro ad caelestē illam tuę domus amplitudinem. 9 Donec autē hic ita in angusto terrę velut cōclusus viuo, multę quotidie tribulationes occurrūt, etiā graues admodū, & (quantum humanitus viderur) impertrāsibiles & insuperabiles: à quib⁹ nisi diuino adiutorio liberati, indubie absorberemur & demergeremur in profundū: quę sanē tētationes grauissimę & pfundissimę, tot sunt, & ita cōtinue fideles obruūt, ita sese euestigio sublequantur, vt videatur alia aliā velut aduocare, adducere, siue attrahere post sese: ita vt vel simul irruāt plures, vel abeūte vna, mox succedat altera, ita vt frequēter ne respirare quidē liceat: \* veniunt autē super nos hi tētationum abyssi, quasi impetu per carāctas tuas, quasi tu super nos eos a fundas per canales tuos, cū impetu: dū ex tua dispositiōe & voluntate, ad nostrā vtilitatem eas in nos sinis irruere. 10 Omnes sublimes tuę inundationes, & feri fluctus grauiū tētationum (quibus ex tua vltiōne pro peccato, & etiam ex tua dispositiōe, pro salutari exercitatiōne atq; probatione solent homines obrui & grauari) etiam me tetigerunt, & trāsferunt velut gurgites aquarum super caput meum: omnium vitiōrū tētationes & impetus pulsarunt animū meum, nonnunquam etiā in altum sese accumulantes in modū diluuii, vt me demergerent in profundū: neq; tamen me demerserunt, sed absq; nocuimento tantum trāsferunt. 11 In tempore prosperitatis, quādo læta, incunda, & serena sunt omnia, cū presente in nobis Dei visitatione nihil sentimus tenebrosū, triste, aut nubilū: sed sunt in corde pacata & trāquilla omnia, tunc mādauit nobis Deus misericordiā suā, præcepitq; memores esse misericordię suę, vt illā tum maxime collaudemus, ac pro spiritali gaudio illi gratias agam⁹, quę nobis ita diem

6 *Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me?*

7 *Spera in Deo:*

\* *quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus.*

2. Cor. 13. 8 *Ad me ipsum anima mea conturbata est.*

Eccle. 1. *propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermonium à monte modico.*

Psal. 68. 9 *Abyssus abyssum inuocat:*

\* *in voce cataractarū tuarum.*

10 *Omnia excelsa tua & fluctus tui, super me trāsferunt.*

11 *In die mandauit dominus misericordiam suam:*

A \* *& nocte canticum eius.*

12 *Apud me oratio Deo vitæ meæ:*

\* *dicam Deo, susceptor meus es.*

B 13 *Quare oblitus es mei?*

\* *& quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?*

14 *Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei.*

15 *Dum dicunt mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus?*

\* *quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?*

16 *Spera in Deo:*

\* *quoniam adhuc confitebor illi:*

\* *salutare vultus mei & Deus meus.*

in corde facit: \* in tempore verò aduersitatis & tristitiæ, cū obruentibus tētationibus ceperit obnubilari atq; obscurari serenitas cordis, tunc mādauit nobis Deus ad cordis nostri cōsolationem, orare Iacobi, æquo animo & psallere, hoc est, canere sibi carmina lætitiæ, & cātica gratiarū actiōis, quibus nos vult ingruentē tristitiā & nubila depellere, ne tristitia aut acedia absorbeamur, aut nimia cordis obnubilatio ne obscuretur lumen spiritus nostri. 12 Atq; ob hac semper ego paratam apud me habere volo orationē ad dominum Deum, qui est vita mea: semper in promptu habere volo orationis refugium, atq; illius studiū mihi conabor facere super omnia familiare, vt in omnib⁹ obueniētibus tristibus æque ac lætis, aduersis atq; prosperis, semper ad illam securū habeam recursum: illā, meā peregrinationis miseriam studebo mitigare, & per illā interim corpore abiens, spiritu me Deo presentē sedulo exhibere conabor: \* dicā in oratione meā, & confitebor domino, q̄ ipse sit defensor meus atq; protector, ad quem statim per orationis deuotionē confugiam, quā mox affectu apprehendam, quoties vlla mihi difficultas aut aduersitas aduenit. 13 Et cū tu sis domine, quē ego elegi, & habeo in meum protectorem: quid est o dulcissime defensor, q̄ ita mei obliuisceris, q̄ ita nonnunquam te mihi subtrahis, & sic abiens (dū nimium iuxta meum desiderium) te abscondis, quasi prorsus vei videaris oblitus? \* quare me pateris ita afflictum & tristē incedere, dum me tribulant grauitē & affligūt inimici? quare ita permittis me tuum pupillum, tuā fidei cōmissum, ab illorū prauitate tribulari? 14 Cum intrinigi ceperint atq; defice re ossa mea, dum paulatim quasi flaccescunt vires animæ meę, spiritui tristi ossa mihi exiccante, statim gaudētes & exultātes insultāt mihi aduersarij, homines carnales & amatores huius sæculi, atq; etiā demones peruersi, exprobrādo loquentes cōtra me superba & inania. 15 Exprobrant (inquam) mihi per dies singulos absq; intermissione, cū me vident in tristitia & afflictione incedentē, quasi desolatū, dicentes in modum exprobrantiū, velut irridentes & insultantes mihi: Vbi nunc est Deus tuus, in quo habes fiduciā, propter cuius spem refugis nostrā cōmercia, propter quē consentire recusas cōsiliis nostris, aut vias nostras sectari? quare nunc ita tristē te videmus incedere & desolatū? Vidēsne, quoniā vana est spes & expectatio tua? Hęc certe & alia his maiora, per singulos dies, propter omnē tētationē, audire me necesse est, o domine defensor meus, ab insultatibus. \* Attamē, o tu mea anima, noli absorberi tristitia, noli cōturbatione deiici, noli illorū terreri vanis exprobrationibus, neq; vel tantillū commouearis ab eis. 16 Quā potius spem tuā figito in domino Deo tuo, sicq; ea tibi velut anchora firma & immobilis, quā nulla tibi neq; serenitas dici, neq; turbulētia aduersa noctis auferat: \* tamē nūc in peregrinatione agamus, elongati ab eo plurimum: veniet tamen, neq; longe abest tempus, in quo laudem plenę confessionis ei persoluam: \* ipse est enim salus mea, qui glorificabit sua bonitate vultū meum: & ipse est Deus meus, cui adhærebo, quē desiderabo donec viuam, vsq; dum me introducat in locum suum sanctum cum gloria caelesti, Amen.

D

ANNOTATIONES IN PSALMVM XLI.

Versu primo, Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarum, &c. Non est vsitatus loquendi modus, vt dicamus desiderare ad fontes, aut sitire ad Deum, cum adiuncta præpositione. Proinde, quod hic dicitur, Ceruus desiderat ad fontes aquarum, & anima mea ad te sitit, atque desiderat: ita accipiendū est, vt sit sensus, Ceruus desiderio fertur, aut trahitur, aut anhelat ad fontes aquarū. Item anima desiderio & siti fertur ad te, siue desiderādo & concupiscēdo tendit atq; anhelat ad te. Notandū verò hoc in loco (quemadmodum & in aliis nonnullis scripturæ locis) per ceruos recte intelligi & figurari homines spirituales, quęadmodū per equū & mulū significari solent homines carnales. Vt enim equos, mulos, & asinos, qui in humana sunt seruitute, & ignobilioris sunt cōditionis, venatores nō persequuntur, sed ceruos maxime, qui extra humanā sunt seruitutē tanquā libertate à natura donati, nimirū in spatio sitate & virore sylvarū geniti, quorū etiam caro ad deuorandum est delicatior aliis domesticis & seruilibus mācipis: ita similiter sunt inter hoies nonnulli, tanquā equi & muli, quos diabolus velut quieta possidet seruitute, hoies terreni, animales, intricati, & desperati in cōcupiscentiis suis. Atq; hos, quoniā pro sua voluntate secure possidet impius venator, nō opus habet venatione persequi. Caterū, qui nobiliori animo ac meliori corde, in libertate sunt progeniti filiorū Dei, qui sui generis & originis nobilitatē attendentes, & liber-



Ioan. 1. tatē (in qua à Deo per spiritualē regenerationē sunt cōstituti, vt filii Dei esse mereant) semp habē E  
 I. Ioan. 3. tes ante oculos, ab impia & vilissima diaboli sēritute quāmaxime abhorrēt, cupiētes in ea ad quā  
 generati sunt libertate persisterē: hi nimirū seruis sese assimulare student. Nā vt illi venatorū cor-  
 nu expauescunt, ita & hi semper sunt bene pauidi, & ad omnē sonitum malū salubriter sibi prospici-  
 unt, & ad montes cōscendunt quātocyus: cursu velocissimo & admirādis saltibus, cuncta obuia-  
 tia mira agilitate transiliūt: quo sane cursu rapidissimo, & admirādis saltibus, sit plerunq; vt venato-  
 rum atq; insequētium canum ora effugiant, nisi longa fatigatione deficiant. Huiusmodi autem  
 ceruos impii venatores nocte ac die persequi nō desinunt, vt interficiant ac deuorent. Et cū fortal-  
 sis aliquem venatione caperint, quasi festum agunt diē: & multo gratior illis est esus carniū isto-  
 rum, quā priorū illorum quibus in pace fruuntur pro suo libito. Nam cum vnū aliquē ex spi-  
 ritualibus hominibus, post multū laborem dentibus apprehendere ac deuorare cōtigerit impios  
 demones, tanquā magnas nocti delicias, gaudent & oblectantur multo amplius, q̄ super perditio-  
 ne hominū carnalium, qui illis sunt velut cibus quotidianus, ac proinde vilior. Illorū verò esus &  
 perditio, tanto impiissimis his venatoribus gratior cibus, quāto minus expectatus, & quanto maio-  
 ribus partus laboribus. Quomodo enim (Saluatore nostro omnium ceruorum progenitore attestan-  
 te) maius est gaudiū angelis Dei super vno peccatore penitētiam agente, quā super nonaginta  
 nouem iustis qui nō indigent penitētia: ita credendum est ex aduerso, maius esse gaudiū angelis  
 diaboli super vno iusto & perfecto in peccatum cadente (id est, super vno ceruo venatione capto)  
 q̄ super nonaginta nouem peccatoribus, qui nunquam fuerunt in iustitia, id est: q̄ super nonaginta  
 nouem porcis, equis, aut mulis, qui semper fuerunt in impoenitētia. Neq; verò hoc tantum in  
 loco, sed & in aliis cōpluribus, inuenimus perfectiores, & sublimiores propōitos homines per cer-  
 uos designari: quemadmodum supra Psalmo 17, Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & su-  
 per excelsa statuens me. Et rursus Psalmo 103, Montes excelsi ceruis, petra refugium erinacis, Et  
 in Cantico canticorum, assimilatur dilectus caprea hinnuloque ceruorum super montes Bethel.  
 Causa autem quare per ceruum signetur vir spiritualis (quemadmodum econtrario per equum &  
 mulum homo carnalis) & per se quisque facile intelligit, & ex precedentibus insuper sufficienter  
 colligi posse existimamus. ¶ Versu 2, Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuū, &c. Apparet in  
 vulgatis codicibus male legi hoc loco, Ad Deum fontem viuū: legendum autem esse, pro fonte,  
 fortem. Nam & in Græco apertum est haberi ἰχθυόσιν: quod vocabulum, notum esse non fontem,  
 sed fortem significare. Et beatus Hieronymus ex Hebræo similiter fortē vertit: Sitiuit anima mea  
 (inquit) Deum fortem viuētem. Atq; ita videtur verisimile, propter similitudinem dictionum fa-  
 ctam esse transmutationē, vnica tantum litera commutata, n, videlicet pro r: quod sane facilissimū  
 est fieri, maxime cum sententia prima facie magis fauere videatur fonti. Quid enim aptius potuit  
 verbo sitiēdi adiungi, q̄ quod aquas continet? Atq; ita duplici hac ratione verisimile est factā esse  
 immutationē. Similem locum indicauimus versu 8. Psal. 26, vbi pro voluptate legitur volūtas.  
 Nos tamen in Elucidatione vulgatam lectionem explanauimus, & in textu (iuxta quod legi cōsue-  
 rum est) reliquimus. Vtraq; enim lectio commodam habet intelligentiam. Ad Deum enim fontem  
 viuū sitiit fatigata anima, vt potu aquarum viuētiū refocilletur, atq; ita innouetur viribus.  
 Sitiit verò ad Deum fortē viuētem anima, petens ab eo fortitudine spirituali corroborari, & à for-  
 ti postulans adiutoriū, contra persequentes rabidos venatores. Atq; ita in idem fere vtraq; lectio  
 coincidit. ¶ Versu 2, Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Particula secunda huius ver-  
 sus, Quando veniam, potest legi vel per se absolute, vt sit sensus: o quando veniam, & apparebo, vt  
 sit quasi cum suspirio emissa vox desiderantis, Dixerat enim, desiderare & sitire animam suam ad  
 Deum: ac mox subdit huius desiderii expressionem, dicens: O quando veniam. Aut legi potest cō-  
 iunctim cum priore parte, ad hunc sensum, Anima mea ad Deum sitiuit, quando veniam & appare-  
 bo ante faciem domini: quasi dicat, Desiderio anhelauī ad Deum, donec veniam & exhibear ante  
 conspectum ipsius. Per quod significat, suum desiderii non penitus complendum, neq; extinguen-  
 dam sitim, donec veniat ante conspectū domini, vt illic de ipsius plenitudine inebrietur. Huic autē H  
 connexioni, licet prima facie vt cunq; officere videatur, quod mutata persona dicitur, quando veni-  
 a, cum processisset sitiuit anima: secundum verā tamen considerationē, cum homo & ipsa eius ani-  
 ma ad idem spectent, nihil impedit quo minus recte ista valeat acceptari sentētia. In Elucidatione  
 verò, nō nisi priorem expressimus. ¶ Versu tertio, Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.  
 Audi spiritualis homo, audi qui ceruus esse cupis: quē tibi panem querere debeas, quo debeas pane  
 in via peregrinationis huius sustentari. ¶ Fuerunt mihi (inquit Propheta sanctus, ceruorū exemplū)  
 lachrymæ meæ panes die ac nocte. Ecce lachrymas in panē habet rex & Psaltes domini, lachrymæ  
 iū viaticū sunt regi peregrino ad patriā tendenti. Et vere dulciores sunt hæ lachrymæ homini to-  
 tis præcordiis Deū sitiēti, quas pro absentia & peregrinationis dilatione effuderit, omnibus im-  
 piorū delitiis & voluptatibus. Neq; potest sæculi cōiuiis tam esse suavis cuiuscunq; liquoris per-  
 os & guttur inurgitatio, q̄ est peregrinus Dei, per natantes oculos, lachrymarum effusio. Neq; vl-  
 lus cibus ingrediens in ventrē tam potest oblectare voratoris gulam, quā refocillat mentem vel  
 Psa. 101. vnum ex imo corde eductum suspiriū. Et forsitan iste panis est, de quo alibi conqueritur penitēs,  
 percussum se esse vt fœnum, & exaruisse corde, eo quod oblitus fuisset, comedere panē suū. Et nos  
 itaq; hunc panē nunquam obliuiscamur, interim dum peregrinamur in corpore lachrymis ac su-  
 spiriis nostram peregrinationē atq; exilium consolantes. ¶ Versu quarto, Et effudi in me animā  
 meam. Hic dicit Propheta, Effudi in me animam meam. Alibi hortatur sperantes in domino effun-

A dere coram illo corda sua. Videtur autē duplicis huius sermonis non eadem omnino esse sententia.  
 Tunc enim effundimus intra nos animā nostram, quando (vt ita loquar) plenam nostro desiderio  
 concedimus libertatē, quādo penitus illi laxamus habenas, ita vt currat, imò volet quātum possit,  
 illuc quo anhelat. Tunc sane corda nostra effundimus, intra nos quidē, non autē ad nos, sed magis  
 ad Deum: quēadmodum ex aduerso effundi dicimus impiorum hominum corda ad secularia desi-  
 deria, ad quæ sine retinaculo ardētissime anhelant & festinant. Cum verò iubemur siue monemur,  
 vt libere ante oculos eius cuncta velut profundamus, nihil omnino illum celantes, sed nos & omnia  
 nostra, omnem miseriam, angustiam, egestatē, & omne nostrum imperfectum, ante conspectum il-  
 lius nude proponētes, & quasi ante pedes illius proiciētes, & pleno cordis affectu illi commēdan-  
 tes: quomodo etiā vulgo dicere solemus, amicum effundere coram amico cor suum, quādo illi om-  
 nia secretissima quocq; & occultissima denudat, auxilium & consilium poscens, suamq; causam a-  
 mica amice cōmendās. Debet ergo vir iustus hoc modo coram Deo cor effundere, debet nihilomi-  
 nus (iuxta præsentis Psalmsi textum) etiam interdum in sese animam suam effundere, atq; liberis dat-  
 tis habenis pati, vt tota in caelestē transmigret felicitatem: vbi tanquā præsentia litera assitēs, au-  
 diat voces collatantium ciuium supernorum, vnde consolationē hauriat anima sua, contra voces  
 exprobrantium, atq; ad sæculi voluptates ipsam sollicitatim. ¶ Versu octauo, Ad me ipsum ani-  
 ma mea cōturbata est. Nota, quod cum ad Deum sitimus, donec ad illum effundimus animam do-  
 nec præ desiderio lachrymas fundimus, donec caelestibus cōiuiis spiritu assitimus, non cōturbatur  
 anima nostra, sed consolatur semetipsam in tantorum contēplatione & expectatione bonorū:  
 quæ tanta vtiq; sunt, vt non tantum in fruitione, verum etiam in expectatione animum fidelē mi-  
 rifice oblectēt. Verum cum ab his anima recedēs ad semetipsam conuertitur, id est, cum se apud se  
 rursus inuenit (Neq; enim diu permittitur corporis fragilitate, & persequētium malitia talibus  
 interessē deliciis) tū verò tāto amplius cōturbatur & anxiatu paupercola anima, quanto iam dul-  
 cescere ei ceperant, quibus ad modicam morulam permisum fuerat oblectari. Et quēadmodū qui  
 à somnio magna felicitatis euigilat, torquetur, nihil inueniēs eorū in quibus paulo antē gaude-  
 re videbatur: ita multo amplius ad solitas miseras relapsa à tam sublimibus anima vehementer cō-  
 turbatur. Non tamē quiescit, sed rursus quo ad potest ascēdere conatur, vnde cecidit. Et si nō sem-  
 per ita in sublimē volare possit, ad illum quem desiderat, vt eius assit at beato conuiuiō: memoriā  
 tamē eius & recordationē nequaquā abiicit. Nouit enim anima, quæ fidelis est Dei amatrix, etiam  
 in sola Dei memoria semetipsam oblectare, iuxta quod alio in loco in desolatione positus ait: Me-  
 mor fui Dei, & delectatus sum. Quid enim? Si ii qui secundū carnem amore cædo se diligūt nō solū  
 Psa. 76. in præsentia mutua delectantur, sed & in recordatione sciunt inuenire qualemcūq; oblectationē, si  
 sic amatibus iucunda est, vel recordatio mutua, vbi non datur frui præsentia, quāto amplius puta-  
 mus purissimum illum Dei amorē (qui nequaquā secundum carnem est, sed secundum spiritū) suf-  
 ficientē ex sui dilecti haurire posse sola recordatione lætitiā, qua se cōsolatur, ne tantatim voci-  
 bus consentiat, aut post alienos amatores proprio relicto discedat: Atq; hanc ob causam ait sitiens  
 ad Deum, postquā cōturbati sentit animam suam, velle se Dei memoriā esse de terra ista miseria,  
 de angustia mūdi huius. ¶ Versu eodē, Memor ero tui de terra Iordanis, &c. Hoc tamen si habeat my-  
 sticas intelligentias, quas apud alios qui ante nos in Psalmis elucidādis laborarunt, promptu fue-  
 rit inuenire: nos tamē malimus secundū literā intelligere, vt per hoc significetur angustia & vti-  
 litas huius mundi, & terrena huius habitationis, quā ille non ignorat cui ad superna nōnunquam  
 conceditur accessus. Est autem (vt crasso exemplo manifestam aperiam intelligentiā) talis fere hæc  
 Psalmista in terra promissionis constitētis, atq; eius etiā regna tenentis sermo, tanquam si ego in  
 hoc Louaniēsi solo positus (in quo nunc mihi peregrinationē constituit omnipotens) dicam iuxta  
 formā huiusce modi, ad me ipsum, Domine, anima mea conturbata est, dum humana audio, huma-  
 na video, humana sustineo, dum corporalia sese & crassa ista vbiq; ingerunt: propterea ad cōsola-  
 men animæ meæ volo tui ingiter esse memor, de terra hac (in qua mihi dedisti peregrinādi locum)  
 fluii Dilia & mōtis Roselano (qui modicus admodum est) cōcluditur. Illud verò mirum, Prophetæ caele-  
 stia desiderati totam tudeæ terram videri angustam & modicam, Iordanis fluiio & monte Her-  
 moniū cōclusam: cum terrenis & terrena amantibus, etiam pedis vnus spaciū tāti æstimeret,  
 vt pro eo nonnunquā acerrime depugnet atq; digladientur, interdum vsque ad vitæ pericula, &  
 maxima discrimina. Ita videlicet, qui non nisi terram norunt, nūquam contēplati superna, mira-  
 putant quæ hic vidēt omnia. Cōtra verò, quibus familiare est, aut certe quibus nonnunquā conce-  
 ditur relictis his infimis ad superna euolare, quorum pedes in amplissimis illis atrijs superna Hie-  
 rusalē aliquando constitentur, quibus videre datū est, quā in iuxta Prophetā magna sit domus Dei,  
 Psa. 121. & quā in gēs locus possessionis & regni eius: hi nimirum, etiā regiones & patrias totas reputare  
 Baruch. 3. norunt angustissimas: imò totam mundi quæ videtur latitudinem, non nisi angusti carceris æstimant  
 locum. ¶ Versu nono, Abyssus abyssum inuocat, &c. Quod abyssus abyssum inuocat, alii ad  
 duorum testamētorum (quorum vtcunq; abyssus est impenetrabilis) consonatiam malunt referre.  
 Alii abyssum vnū dicunt esse, humane miseriæ & multiplicis iniquitatis profunditatem intermai-  
 nam: alteram verò ex aduerso, Dei misericordiam, quæ similiter est abyssus altissima & profus in-  
 exhausta, quā tantorum sæculorum decursus neq; adhuc exhaustit, neque exhaurire poterit vnquā.  
 Huius autem duplicis abyssus, illa quidem hanc inuocat: prior illa, ad hanc posteriorē clamat (quo-  
 niam profunditas iniquitatis humane, profunditatē inexhaustam postulat Diuine misericordiæ)



vt ab hac illa absorbeat. Neq; enim potest aliunde absorberi abyssus & profunditas humana ma-  
 licia, nisi ab abyssu Diuine misericordiae. Nos tamē in Elucidatione, quod ad continuationem lite-  
 ra, & precedentium atq; sequentium consonantiam magis nobis videbatur accommodum expla-  
 nauimus, per abyssos intelligētes tētationes profundas, & quantum ex nobis impertransibiles: de  
 cuiusmodi in alio Psalmo legimus. Cū irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset  
 nos. Torrētem pertransiuit anima nostra, forsitan pertrāsisset anima nostra aquam intolerabilem.  
 Huiusmodi enim intolerabilē, id est, impertransibilē & inuasibilem aquam, nos maluimus in pro-  
 posito abyssum nuncupare. Verum iuxta hāc sententiā, forsitan difficile videbitur intelligere, cur  
 de abyssis istis dicatur, quod adducat siue aduocet alia aliā, in voce cataractarū Dei. Quae enim sunt  
 istae cataractae Dei, & quae est ista vox cataractarū? Sed attendendum est sermonē fieri metaphori-  
 cum, secundum respectum ad defluxum aquarum copiosarum in tēpore pluuiae. Cōgregantur enim  
 pluuiales aquae, & descēdunt per cataractas siue canales, & ita irruunt super trāsēntes, nouo con-  
 tinuo gurgite aquas copiosas cum sono magni impetus effundēte. Per cataractas itaque Dei, fidelis  
 sibi venire asserit inundationes aquarū, quas super se venire sentit: quoniam tribulationes atq; tē-  
 tationes quas experitur plurimas, tanquam a Deo desuper missas accipiat, attendēs ex ipsius iudi-  
 cio & dispositione ita hac sibi euenire, ac velut desuper super se emitti. Quae enim nobis in praesen-  
 ti tēpore perferenda obueniunt, vel a Diuine iustitiae vltione procedunt (veluti cum in vindictam  
 & vltionē peccati. Deus famem, pestilentiam, aut bellum, aut etiam alias interiores animae vltiones  
 immittit) vel a Diuinae misericordiae benignitate, quae electis suis aggregare volēs cumulōs meri-  
 torum, multis illos aduersis & tristibus, tam quo ad corpus, q̄ quo ad animam exercitari permittit:  
 vt (iuxta Petrum Apostolū) probatio fidei & virtutis eorū multo pretiosior inueniatur auro, quod  
 per ignē probatur: quibus modis, sanctos viros Iob atq; Tobiam etiam legimus exercitatos. Non-  
 nunquam verō desuper nos obruunt tētationum atq; tribulationum gurgites, pariter ab vtraq;  
 id est, simul a misericordiae benignitate & vindicta iustitiae. Quae admodum omnia pene corporis in-  
 cōmoda & necessitates plurimae, in poenā & vindictam primae inobedientiae humano generi sunt  
 inflictae: ita tamen, vt ex dispositione supernae clementiae diligētibus Deum cooperentur in bonū,  
 qui ea de manu Domini susceperint, atq; pertulerint cum patientia. Recte ergo vir fidelis, tāquam  
 a Deo cuncta suscipiēs quae patitur, & propter ipsum libenter omnia sustinēs, dicit abyssos vnam  
 post aliam super se venire in voce & impetu cataractarum Dei: eo quod videantur vt a Deo effusa,  
 cū impetu decurrere. Quomodo autem viri iusti in omnibus quae patiuntur malis, semper ad Do-  
 minum respiciunt, & tanquam ab eo venientia acceptant in annotationibus Psalms. 38. Iatis aper-  
 te declarauim⁹ in pertractatione illius sententiā: Quoniam tu fecisti, amoue a me plagas tuas. ¶ Versu  
 decimo, Omnia excelsa tua & fluctus tui, &c. Per excelsa, intelliguntur sublimes & eleuati gurgites, G  
 siue alta aquarum inundationes. Vnde alia translatio habet pro excelsis, suspensiones, id est, aquas  
 altas, & quasi in alto suspēdas. Beatus verō Hieronymus ex Hebræo vertit gurgites: alius autē, inū-  
 dationes: quae omnia consensu in Elucidatione explanato, recte consentiunt. Hoc tamen notandū  
 est, quod gurgites isti inundantium aquarum & fluctuum, id est, magnarum tribulationum atq; tē-  
 tationū, dicuntur fluctus & excelsa Dei. Sic enim ait, Omnia excelsa tua & fluctus tui. Quod eadem  
 ratione accipiendum est, quae iam statim a nobis exposita est: quoniam videlicet ab eo descēdunt, &  
 vt ab eo demissa suscipiuntur. Quemadmodum cum dicimus plagas Dei, non intelligimus eas quas  
 Deus suscipit, sed quas a Deo non suscipimus, & quae ab illo super nos veniunt. Quoniam verō hoc  
 in loco tētationum aduentum per abundantiam aquarum desuper per cataractas aduētantium si-  
 gnificatur, considerandum est, quod sicut irruentibus huiusmodi aquarum fluctibus quidam tan-  
 tum abluuntur corporaliter, ita vt transeuntes aquae nihil afferant corporalis nocumēti, iis super  
 quos transferunt, alii verō in iisdē suffocantur: ita & in spiritalibus videmus quosdam quātumuis  
 magnis tētationum gurgitibus non solum non vitā detrimentum accipere, verum etiam per abla-  
 tionē fieri mundiores, cum alii sub iisdem conspiciantur perire, & si quid habebant vitae spiritali-  
 tis deperdere. Nam vt sub canalibus domorū, cum vehemens pluuia impetus descendēdit, qui ere-  
 ctō cōstitit corpore, caput verō in parte alteram declinās, aut manibus aliōue cōmodo opercu-  
 lo cōmuniens, diligētē custodiat (ita vt omnis aqua cadētis impetus in robustas ad perferendum  
 scapulas feratur) detrimentum vitae non accipiet cuiusmodi, etiam si tempestuosa valde & longa fue-  
 rit pluuia (trāsibit enim aqua, & mox vt illum tetigerit, diffluit ab eo) cōtra verō qui sub canali cō-  
 sistēs adueniēte pluuie impetu, motu in terrā corruit, necessario suffocabitur ab irruēte aquarū a-  
 qua: sic & in tētationum aduentu, qui forti & inuictō animo perstitit, perseverātes in sua recti-  
 tudine, & infracti corde, ex tētationū incurſu non accipiēt vllum detremētum, sed trāsibunt tēta-  
 tiones: ipsi verō, illis diffuētibus, etiam mundiores apparebunt. Qui verō tētationū impetu in ter-  
 ram proſterni se patiuntur, cōtinuo desuper cadētibus aquis necesse erit hos suffocari. Noster au-  
 tē celestia sitiens Propheta, fluctus super se quidem conspiciunt irruisse, sed gaudet trāsisse: quomo-  
 do etiam Abacuc Propheta, sinem considerans persequentiōnū populi Dei, canebat, trāsisse aqua-  
 rum gurgitē. ¶ Versu. 14 Dum confringuntur ossa mea, &c. Quae admodum confractis ossibus, ni-  
 hil est in homine stabilis virtutis, ita vt nec ambulare quicquā valeat (iuxta quod etiam vulgo per  
 ironiam dicere solemus, pigros in operibus, aut in gressu tardos sic operari aut ambulare, quasi ossa  
 habeat omnia cōfracta) ita & spiritaliter dicuntur ossa confringi, cum incipiunt vires ad bene  
 agēdum deficere. Cōtingit autē nonnunquam homines etiam iustos, tētationum vel grauitate, vel  
 nimii morosa prolixitate, adeo vehemēter conturbari & frangi, vt videātur quasi viribus destitu-

Psal. 123.

1. Petri. 1.

Iob. 1. & 12.

Tobia. 3.

Roma. 8.

Abac. 3.

Ati, & collabi in nihilum: cum se videlicet sentiunt & grauisimis vrgeri tētationibus, & nullo diui-  
 narū rerū seruore tangi, ita vt nihil illis ex animo libeat agere, dum nullā percipiunt internā con-  
 solationē. Atq; in hoc statu cum inuenierint impii demones, atq; homines saeculi, eū qui Deo ser-  
 uire cupit tanquā occasionem bonam nacti, incipiunt tum exprobrare illi, ac dicere, Quid ita am-  
 bulas tristis, desolatus atq; deiectus animo? Vidēne iam Deo nullam esse tui curam? Necdum percipis frustra te illū expectare? Nonne es tu ex electis illis, quos ad vitā praedestinauit? Illis enim sunt  
 gaudia, tibi verō perpetuus cruciatus. Iam tātos dies, tantos mēses, ecce tristis & desolatus obam-  
 bulas, & nihil omnino cōsolationis perſentis. Vel hoc ipsum euidēs est testimoniū, quod Deus (in  
 quo speras, propter quē deliciis huius mundi frui reculas) te abiecerit. Veni ergo nobiscū, & frue-  
 re iis quae offeruntur, & latere in diebus vitae tuae, ne vtraq; pariter cōsolatione priueris. Hāc (in-  
 quam) atq; huiusmodi iustis in illa quā dixi ariditate & deiectione positis, solēt inimici proponere  
 partim quidem ad eorum illusionem, partim verō ad ipsorum in malum sollicitationem. Verū at-  
 tendendum est, quid aduersus horum exprobrationes obiecerit consilii Propheta sanctus. Mox e-  
 nim ad animam suam sese conuertens, blanda increpatione eam redarguit contristatam, hilarique  
 exhortatione consolatur eandē, ipem firmam bonorum caelestium proponens. Hoc enim est, quod  
 post inimicorum exprobrationem statim subiungit, Quare tristis es anima mea, & quare cōturbas  
 B me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, &c.

XLII. PSALMI ARGVMENTVM.

Argumentum Psalms sequentis non aliud est, quā quod habuerit praecedens: estque velut continuo ma-  
 teria Psalms praecedentis. Vnde & in Hebræo ἀντιρροπος est, id est, tituli nullius inscriptionem habens.  
 In illo namque circa finem dixerat vir spiritalis Deum sitiens, de aduersariis sibi exprobrantibus, seque  
 affligentibus. Contra hos nunc, non mala tantum exprobrantes, sed dolos etiam meditantes & mala inferentes,  
 Diuinum implorat iudicium, suam derelictionem & desolationem in afflictione ab aduersariis, per querimoniam  
 proponens. Postulat autem aduersus omnia huius vitae discrimina, de caelo sibi demitti lucem & veritatem, qui-  
 bus comitibus per viam secure deduci se posse confidit, & ad optatum pertingere terminū, usque ad altare Dei,  
 usque ad praesentiam Diuinae maiestatis. Nouissimis autem versibus duobus, in spe beatae confessionis & salutis  
 seipsum consolatur atque confirmat.

QVADRAGESIMISECVNDI PSALMI ELVCIDATIO.

- 1 **Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente nō sancta: \* ab homine iniquo & doloso erue me.**
- 2 **Quia tu es deus fortitudo mea: \* quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?**
- 3 **Emitte lucem tuam & veritatem tuam: \* ipsa me deduxerunt & adduxerunt in mortem sanctum tuum, & in tabernacula tua.**
- 4 **Et inroibo ad altare Dei:**
- \* **ad Deū qui leuificat iuuentutem meam.**

**I** Ac pro me Deus iudiciū, & discute, discerne, dilige-  
 tēterq; considera causam innocētia meae, aduersus po-  
 pulum impiū, contra turbam malorum qui me per-  
 lequantur: vt pro me, aduersum illos, facias iudiciū:  
 \* ab hominibus iniquis & fraudulētis qui impieta-  
 tem & dolos meditantur cōtra me in cordibus suis,  
 & exercēt in operibus, tuo iusto iudicio libera me, vt quod desiderat  
 non obtineāt, neq; voto suo valeāt potiri. 2 Tu enim Domine es meū Philip. 4  
 robor omne, & tota fortitudo mea, in quo possum quicquid possum, Ioan. 14.  
 imō in quo omnia possum, & sine quo nihil possum, atq; ideo Domi-  
 ne nō confidēs nisi in te forti auxiliatore meo, ad te cōfugio: \* & cū  
 in te spē meā omnē constituerim, quid est piissime Domine, quod me  
 ita derelinquis, vt quasi repulisse & abieciſſe videaris, quasi nulla sit  
 tibi cura mei: cum ab inimicis iniuste me sustines affligi? & quare sic  
 mœstū atq; desolatum permittis incedere, affligētibus & tribulātib⁹  
 me aduersariis meis, qui mihi sunt suis tētationibus admodū molesti  
 & infestis? 3 Respice tandē ad me multimodis afflictū, & demitte mi-  
 hi de caelis in cor meū lucem spiritalis gratiae tuae, & praclarā veri-  
 tatē tuam: per quam tam credēda quā agenda valeam cognoscere:  
 \* hāc enim sunt, quae me inter tot miserias, angustias atq; tētationes  
 secure deducēt per vias huius vitae, ducaturque certum praestabunt,  
 ne vllum ad patriam tendenti obueniat nocumētum, & adducent ad  
 optatum terminum, nēpe in locum habitationis glorię tuę, qui est vt  
 mons altissimus atq; stabilissimus, ad sanctum & firmissimum habi-  
 taculum tuū, in quo sunt māiones plurimae, in quo cū tuis ministris  
 omib⁹ inhabitas in tua magnifica gloria. 4 Atq; his ducib⁹, p̄erq; Ioan. 13.  
 viam comitibus, introgre diar ante praesentiā Diuinae maiestatis tuae,  
 palāmq; accedam ante conspectum glorię tuae, vt te facie contēpler  
 ad faciem, vt tibi hostias sempiternas plene laudis corā te asistēs in-  
 definētur offerā: \* ad te inquam mi suauissime Deus, qui meam ve-  
 tustatē consumis & conteris, ac iuuentutem restituis: qui renouas vt  
 aquilae iuuentutē meam, qui me quotiescūq; nunc per defectum vi-  
 goris spiritalis veterasco, benigno aspectu tuo & interioris gratiae  
 infusione, in pristinū, imō in meliorē statum restituis: & cū per tri-

Philip. 4

Ioan. 14.

Ioan. 13.

1. Cor. 13.

Psal. 102.

Prou. 17.  
& 25.

Psal. 50. *5 Confitebor tibi in ci-  
thara, Deus Deus  
meus: \* quare tristis es  
anima mea, & quare  
conturbas me?*

*6 Spera in Deo: \* quo-  
niam adhuc confitebor  
illi, salutare vultus mei  
& Deus meus.*

Psal. 149

stitionem ossa consumentem, animiq; deiectionem ad interitum tendo, Et tu mihi letitia reddes salutaris tui, & spiritu principali iterum me confirmas, facis velut reiuuenescere: vt non solum non peream, sed etiam ad virtutum exercitia alacrior fortiorq; reuertar. § Proinde confessione tibi dabo in maxima letitia cordis mei, etiam in citharis aliisq; musicis instrumentis, ad plenioris gratiarum actionis testimonium tibi laudē canturus, tibi (inquam) o mi Deus, o mi suauissime Deus: quod nomē, quo frequētius replico, eo dulcescit amplius \* tu verō o mea bona anima, quor contritatis ista non ignorans, tatarum rerum spē habēs, & quare tua tristitia atq; deiectione me conturbas: quor non in his teiplam potius consolaris? 6 Firma spem tuam in domino, & in illo temetiplam oblecta, dū in aliis omnibus nihil nisi vanitatē inuenis & afflictionē spiritus: \* adhuc enim illi dabo confessionē laudis in gaudio, adhuc illi plenis buccis cōtepabo, adhuc erunt exultationes & cātica eius in gutture meo: ipse enī est salus & gloria vultus mei, & Deus meus verus ac viuus, cuius laudem nunquam ego eripi patiar de ore meo, sed spero mihi fore perpetuā, donec ad locū laudis plenissimā me adducat, ante conspectum suum. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMV QVADRAGESIMVM SECVNDVM.

**H**unc Psalmū habet consuetudo Ecclesiasticorum plurimorum sacerdotum, ante missā initium, quasi in preparationē accessus ad altare sanctum pramittere: nimirum quod eos qui ad sacrosancta illa mysteria dominici corporis & sanguinis celebranda & percipienda sunt accessuri, non cōueniat esse spiritu cōtristatos, aut deiectos animo sed alacres & hilares corde, ob præsentiā Diuinā maiestatis, ad cuius venerandum altare accedit, qui sacrificiū Ecclesiæ est oblaturus. Petit itaq; hoc Psalmo preparatorio, sacerdos, sancta Domini sacramenta celebraturus, auxilium Diuinæ miserationis, & aduersum contristates affligentēsq; spiritum suū, postulat fieri iudicium, lucem quoq; & veritatem desuper mitti, quibus comitatus secure, mīde, & digne possit ad Dei altare accedere, fructūq; sacrificii percipere. Et licet principaliter de altari spirituali intelligatur versus quartus, ad quod videlicet mēte & affectu introgrediemur, siue in hoc mūdo cōstituti, siue in futuro sēculo (vt pōst dicemus) potest nihilominus cōmode ad hanc intētionem sacerdos Psalmm vsurpās, per altare dei, ipsum illud materiale altare intelligere, ad quod sacrificii causa parat accedere. Atq; ita sperat latificari suam iuuentutem, non quidem ab ipso materiali altari, non à lapidibus & cāmēto: sed ab ipso, quem offerre parat, & cui offerre parat, Deo, id est, à patre, verbo, & spiritu sancto. Atq; ideo nō dicit simpliciter, Introibo ad altare Dei, quod latificat iuuentutē meam: sed adiicit dicēs, Ad Deum, qui latificat, Ad Deum autē accedit qui sacrificare parat, siue ad totam beatam Trinitatem, vt illi sanctissimam saluberrimāq; hostiam offerat & consecret, & in eius conspectu oblatamumat: siue etiam ad Christum hominē & Deum, vt illum offerat patri, atq; adeo (quatenus secundum humanitatem hostia est) toti super benedictā Trinitati. Cōstitit autē latificari suam iuuentutem, quoniam ex Ecclesiastico dogmate nouit, quisquis sacrificiū illud non indigne celebrauerit, & sacramētum non indigne māducauerit, accipere eum per virtutem mortis Christi (cuius est memoriale) spiritualis gratiæ confirmationē siue augmentū, & pignus vitæ aternæ, iuxta quod in festo altissimi illius sacramēti, canit sancta Ecclesia, O sacrum conuiuuiū, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mēs impletur gratia, & futura gloria nobis pignus datur. Et quia in accepto pignore aternæ felicitatis non potest non bene sperare & latari fidelis, idcirco hac spē suam animā tētationibus fatigatam cōsolatur. Hæc dixim⁹, propter vsum venerabilium dominorum sacerdotū: vt sciāt quēadmodum hunc Psalmm preparatorium sibi debeāt adaptare. Sicut vniuersi Christi fideles (iuxta Apocalypsis testimonium) spiritualiter sunt Dei sacerdotes, offerētēs per Christū (iuxta quod Hebræis scribēs ait Apostolus) hostias laudis semper Deo patri, ita & vnicuiq; potest Christi fidelium spiritualiter etiam secundum hunc vsum cōpetere, cum suum animū voluerit ad offerenda orationum laudūq; suarū sacrificia preparare. ¶ Versu primo, Iudica me Deus, & discerne causam meā. Discernere pro diiudicare positū est, siue potius attendere. Nam diiudicatio & discretio, comparationem quandam vnus ad alterū, & ex comparatione eiusmodi, cognitionem, secundum propriam acceptionem, videntur significare: quod manifestum est Deo non conuenire, qui non per eiusmodi comparationem causā ad causam, sed absq; omni collatione, sola causæ attentione & inspectione cognoscit, cuius sit innocētia. Quod ergo dicit, Discerne causam meā, more hominum iudicū loquitur: quos necesse est causam causā comparare, atq; ita quis reus, quis innocēs, perdiscere. Est autem sentētia: Attēde ad causam meam, cognosce eam, respice ad eam: videlicet, vt propter innocētiam meam, cum tibi fuerit perspecta & bene cognita, ab aduersariū infestatione me liberer. Quantum verō ad particulam illā, de gēte non sancta, aduertendum est, an cipitem eius esse constructionem. Solemus enim vulgatiōri vlu eam cōiungere præcedētibus, quomodo & in Elucidatione exposuimus, hoc modo: Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: vt petat sibi fieri iudiciū de gente non sancta, & quantum ad illos suā causam discerni. Ac deinde subsequitur: Ab homine iniquo & doloso erue me, quasi prioris partis clarior explanatio. Nihil enim aliud, iudica pro me de gente non sancta, q̄

Apoc. 1  
& 5.  
Heb. 13.

**A** ab hominibus iniquis eripe me. Sunt tamen qui particulam supradictam cum sequentibus connectunt, præcedentia absolute legentes, ad hunc modum, Iudica me Deus, & discerne causam meam. Ac deinde, De gente non sancta, ab homine iniquo, & doloso erue me. Atq; huius quidem sectionis nō est difficilis intelligentia, conueniētior tamen videtur prior distinctio, quæ & vltior est. ¶ Versu tertio, Emitte lucem tuam & veritatem tuam, &c. Per lucem & veritatem intelligimus in Elucidatione dona, quæ desuper mittit Deus in cordibus nostris per spiritum suum sanctum, qui est spiritus lucis & veritatis, interius nos illuminans, & veritatem docens de omnibus tam credendis, quā agēdis, iuxta quod promisit suis discipulis Dominus Iesus, ipse prima veritas. Recte autē dixit Propheta, emitte, quasi desuper de celo sancto tuo mitte: quoniam (secundum Apostoli Iacobi sententiam) Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est descendens à patre luminū. Vnde & Sapiens orans Dominum pro sancta sapientia, Tecum (inquebat) est sapientia tua, quæ nouit opera tua. Mitte illam de calis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ. Et forsitan non aliud est quod hic nunc Propheta postulat, q̄ lux & veritas. Ipsa enim celestis atque diuina sapientia, vera est lux cordis nostri, & ipsa est veritas. Cui etiam illud quod sequitur aptissime consonat: Ipsa me deduxerunt & adduxerunt, id est, deducunt & adducunt (siquidem iuxta non in consuetum scripturarum morem, præteritum propter euentus certitudinem pro futuro ponitur) in montem sanctum tuum, &c. Vnde in oratione Sapientis supraposita consequenter adiungitur, Vt mecum sit, & mecum laboret, & scia quid acceptum sit apud te. Scit enim illa omnia, & intelligit: & deducet me in operibus meis sobrie, & custodiet me in sua potentia, & erunt accepta opera mea. Ac post pauca, Senlum autem tuum quis sciauit, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritū sanctum de altissimis: & si correctæ sint semitæ eorum qui sunt in terris, & quæ tibi placēt didicerint homines? Hæc omnia habet Sapientis oratio: quæ quā clare cum huius Psalms postulatione consentiant, est per se manifestum. Recte ergo lux & veritas desuper nobis missa, nos deducunt & adducunt in montem sanctum Dei, ad ciuitatem supernam: quæ quā ob causam mons dicatur, supradictum est Psalmo tertio. Diligenter autem contuenda est differentia inter duo illa verba, deducunt & adducunt. Magis enim significatione differunt, quā vocis sonus præ se ferat: id quod in Græco est aliquanto euidentius, quā in idiote Latino. Vnde in Græco priore loco habetur *ἀναγωμα*: quod verbum ab *ἀγωμα*: id est, via, deriuatum, significat per viam deducere, siue ducatum præstare: quæ significatio, pulchre admodum expressa est in Sapientis prænarrata oratione, cum diceretur, vt mecum sit, & mecum laboret. Atque hoc ipsum vocabulum etiam Psalmo. 142. inuenitur positum, dicente Propheta, Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Et Psalmo. 118. Deduc me in semitā mādatorum tuorum: atque in aliis plerisque locis, vbique fere tantum valens, quantum, Dux esto mihi per viam, & ducatum præsta. Verbum autem quod secundo loco ponitur, est *ἐπιγωμα*, id est, adduxerunt vel introduxerunt. Vnde beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, introducent. Inter autem deducere per viam, & introducere ad terminum, clarum est nonnullam esse differentiam. ¶ Versu quarto, Et introibo ad altare Dei. Introimus etiam nunc, donec in corpore sumus, ad altare Dei (id est, ad præsentiā diuinā maiestatis) quoties in spiritu & veritate adorantes, coram illo procidimus, aut sacrificium facimus. Verum posteaquam ad montem sanctum Dei illum excelsum & caelestem fuerimus adducti, tunc ad altare Dei, id est, ad præsentiā & ante conspectum Diuinæ maiestatis, introgrediemur perfectius, ita vt nunquam ab eo simus diuellendi neque separandi. Semper enim illi astitabimus sacrificantes, quod iam per corporis fragilitatem perpetuo facere non possumus. Altare autem istud, idem est de quo Psalmo. 50. dicitur, Tunc imponent super altare tuum vitulos. Per altare autē Dei intelligimus præsentiā & conspectum diuinæ maiestatis: eo quod soleamus in materialibus altaribus Diuinam præsentiā specialius honorare, sicuti & vere peculiariter ibi honoranda est. Nihil enim dubium est, specialius illic Deum adesse, & præsentem se facere, vbi colitur, adoratur, inuocatur, & sacrificia accipit. Possemus tamen altare istud intelligere etiam Christū dominum, qui est altare nostrum, sacerdos & hostia. De quo Paulus Hebræis scribēs ait, Habemus altare de quo potestatis non habent edere qui tabernaculo deseruiunt: nimirum Christum Dominū designās, cuius non sint participes veteres Iudæi. Ad hoc enim altare, & modo per fidē accedimus, vt innouetur iuuentus nostra: & introgrediemur (cum terminus aduenerit) per spem, vt perficiatur beatitudo nostra. Versu eodem, Latificat iuuentutem meam, sic mihi videtur accipiendū, quasi latificatio renouat iuuentutem meā: iuxta quod Psalmo. 102. dicitur, Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua, Per iuuentutem autem, quum in bonam partem vsurpatur in scriptura sancta significatur alacritas, robor, agilitas & fortitudo, quæ in iuuenibus maxime inueniuntur: sicut per pueritiā cum in bonā partem vsurpatur, significari solet innocentia & simplicitas, quæ maxime reuertit in pueris: & per senectutem maturitas atq; reuerentia quæ senibus competit, & mortificatio carnaliū concupiscentiarum. Contrarium autem significant, cum in malam significationem vsurpantur: senectus videlicet, desidiam, tarditatem ad bene operādum, defectum quoq; ad declinationem in interitum: iuxta illud, Quod antiquatur & senescit, prope interitum est. Iuuentus, impetum & sequentiam concupiscentiarū malarum. Pueritia, ruditatem & ignorantiam malam simplicitatem. De senectute, in malam partem dicitur, in Psalmo. 31. Inueterauerunt ossa mea. Et Psalmo. 6. Inueteraui inter omnes inimicos meos. De iuuentute monet Apostolus Timotheum, iuuenilia desideria fugere. 2. Tim. 2. De pueritia idem ipse Corinthios monet, ne pueri efficiantur sensibus. 1. Cor. 14.

Ioan. 16.  
Iacobi. 1.

Sapie. 9.

Ibidem.

Sapient. 9.  
Psal. 142.  
Psal. 118.

Ioan. 14.

Psal. 50.

Heb. 13.

Psal. 102.

Heb. 8.  
Psal. 31.

Psal. 6.  
2. Tim. 2.  
1. Cor. 14.



**I**N Psalmo sequenti difficultas occurrit, ex eo quod principium atque finis non satis videatur respondere ver-  
sibus aliquot mediis, id est. 6. 7. 8. 9. & decimo. Hi enim omnino videntur gaudium prosperitatis, & pro vi-  
ctoria gratiarum actiones, prae se ferre: cum residuum totius Psalmi in summa afflictione & humilatione positum  
esse videatur. Cum enim dicitur, Tu es ipse rex meus & Deus meus, qui mandas salutes Iacob. In te inimicos no-  
stros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Saluasti nos de afflictionibus nos, &  
odientes nos confundisti. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in saecula: haec sane populi in  
maxima afflictione positi verba non videntur, sed potius in tali prosperitate, qualis erat sub Davidis & Salomo-  
nis regno, cum de hostibus in nomine Domini triumpharent. At verò versus mox sequentes vsque ad finem ma-  
nifeste summam designant miseriam & oppressionem grauissimam: qualis fuit in captiuitate Babylonica, vel in  
persequutione Antiochi illustris. Haec autem minime videntur in Eodem Psalmo consonare. Ad huius ergo disso-  
nantiae concordiam mihi videtur necessarium, vt sicut de diuersis temporibus duae illae partes loquuntur, altera  
quidem de tempore prosperitatis gratulatoria, altera verò de tempore aduersitatis querulosa: sic & ex popu-  
lo Domini, pro diuersis temporibus loquentes diuersi introducatur, vt videlicet illos versus per se in se mutuo loqui  
intelligatur populus Domini sub Dauide & Salomone, aut sub aliis temporibus prosperis, aut ipse intelligatur Da-  
uid in persona sui populi prosperi & agentis in omnibus loqui. Quae verò à versus. 11. sequuntur, ad finem vsque, &  
populus loquitur sub hostibus in oppre- sione degens, in maxima miseria, qualis multo post tempore Davidis aut  
Salomonis fuisse legitur: qui populus afflictus, à principio quoque Psalmi loqui coepit. Et videtur totus hic Psal-  
mus à Psalmita compositus pro temporibus afflictionis & desolationis, vt tunc esset filius Israel ad Dominum se-  
se conuertentibus, & misericordiam poscere volentibus, debita orationis formula. Satis enim verisimile est, Pro-  
phetam sanctum illas subsequutus as populi desolationes prauidisse, quem admodum & Moyses populo similia pra-  
dixerat, & Iosue famulus Domini. Itaque cum scriberet Psalmita, Nunc autem repulisti & confundisti nos, uen-  
didisti nos, posuisti nos opprobrium, parabolam, &c. non ad suum tempus (in quo ipse cum populo floride regna-  
bat, & tametsi multas pateretur molestias) sed ad illa quae praueidebat, uenturae desolationis tempora respiciebat, futu-  
ra quasi praesentia in Psalmo plangens. Haec praemissa omnino oportuit, priusquam tota Psalmi uis & conuexio  
sufficiens potuisset intelligi. Nunc ad breuiter summam eius perstringendum pergamus. Couenit itaque hic Psal-  
mus populo Domini in maxima desolatione posito, qui uolens ad misericordiam Deum inflectere, primum antiqua  
Dei opera, quae pro patribus suis legerunt, & audierunt ab illo misericorditer exhibita, proponit: illud nomina-  
tim recensentes, de introductione per manum ualidam in terram promissionis, & expulsionem atque deletionem ha-  
bitatorum eius: quae nulla humana uirtute, sed sola Diuina potentia facta fuisse consueuerunt. Atque haec quidem, s-  
primis uersibus. Deinde uersibus quinque sequentibus, David ipse, qui Psalmum conscripsit, pro ueteris tempori-  
bus seipsum cum populo suo introducit loquentem, de prosperitate status sui seculi fidenter admodum in spe Domini, &  
& contemptum ualde contra inimicos populi Dei. Mox uerò post uersum 10. usque; ad finem totius Psalmi, continuat  
populus afflictus coeptum ab initio sermonem, & ex opposito proponit suae desolationis miseriam, eandem multis uer-  
bis & sententiis exaggerans, & Dominum humiliter orans, ut misericordiam ualeat percipere, & de grauissima tri-  
bulatione salutare auxiliu. Illud autem est aduertendum, Psalmum praesentem compositum esse applicari fidelibus  
nouae legis & populo Ecclesiae sanctae, quotiescunq; ab alienigenis (utpote à Turcis, alijs infidelibus) opprimi-  
tur, persequutionem patiuntur: in captiuitate ducuntur, & in seruitute subiiciuntur, aut alias quomodocunq; cru-  
deliter & ignominiose tractantur: quae admodum isto nostro saeculo (haec sane in parte infelicissime) per singulos an-  
nos misere cernimus. Recte enim uetera Dei beneficia proponentes, quae patribus nostris filiis Israel quorum nos  
Christiani uerum semen & veri filii sumus) Deus exhibuit, nostram autem oppressionem quae uulsi affectibus &  
uocibus aperientes, cum lachrymis deposcimus eius misericordiam, in qua sola confidimus liberari.

QUADRAGESIMITERTII PSALMI ELUCIDATIO.

VOX FIDELIUM IN TRIBVLATIONE CLAMANTIUM.

1 Deus auribus nostris  
audiuimus, patres no-  
stri annunciauerunt no-  
bis.

2 Opus quod operatus  
es in diebus eorum, &  
in diebus antiquis.

3 Manus tua a gētes dis-  
perdidit.

**D**Otentissime Deus, nos auditu accepimus, auribusq;  
nostris tanquam certissima & indubitata audiui-  
mus, nimirum edocti à patribus ac maioribus no-  
stris, qui ea nobis partim uerbo, partim scripto, no-  
ta fecerunt per successiōem generationum, prout  
illi quoque à suis maioribus acceperant, vsque ad  
eos qui ipsemet uiderunt ea quae nos audiuius, & in seipsis ea sunt ex-  
perti reali exhibitione, quae nos tātum cognoscimus uerbaliter relatio-  
ne. 2 Audiuius (inquam) & annunciauerunt nobis patres nostri  
opera tua magnifica & mirabilia, quae operatus es in diebus eorum in  
temporibus antiquis, & longe ante multa saecula praeteritis: uidelicet in  
diebus captiuitatis filiorum Israel in Aegypto, quanta feceris prodigia  
terribilia atq; gloriosa pro patribus nostris, aduersus Pharaonem &  
fernos eius: itēq; in deserto, & in introductione in terram promissionis  
ac deinceps, signa multa & magna. 3 Vt caetera traſeamus, illudq; so-  
lū loquamur de introductione in terram promissionis. Nōne tua potē-  
tia, & omnipotēs uirtus tua erat, quae patres nostros filios Israel edu-  
ctos de Aegypto, introduxit in terram promissionis: ipsa enim omnipo-

A

\* plantaſti eos:

\* affixiſti populos, &  
expuliſti eos

4 Nec enim in gladio  
suo poſſederunt terram:

\* & brachium eorum  
non ſaluauit eos.

5 Sed dextera tua, &  
brachium tuum, & il-  
luminatio uultus tui:

\* quoniam cōplacui-  
ſti in eis.

6 Tu es ipse rex meus  
& Deus meus:

\* qui mandas ſalutes  
Iacob.

7 In te inimicos nostros  
ventilabimus cornu:

\* & in nomine tuo  
ſpernemus inſurgentes  
in nobis.

8 Non enim in arcu  
meo ſperabo: & gladius  
meus non ſaluabit me.

9 Saluaſti enim nos de  
affligentibus nos: \* &  
odientes nos confundiſti.

D

10 In Deo laudabimur  
tota die:

\* & in nomine tuo cō-  
fitebimur in ſaecula:

11 Nūc autem repuli-  
ſti & confundiſti nos:

\* te nō egredieris De-  
us in uirtutibus noſtris.

tens & validissima dextera tua est, quae gentes septē peccatrices, quae  
inhabitabāt promissionis terrā, Chananaeū, Euaum, Iebusaeū, Etheū, Iosue. 2. 4  
Amorrhaeum, Gergeaeū, ac Phereaeum, atq; circumiacētia loca & re-  
gna eiecit, expulsi, ac deleuit de terra sua, vt fierent possessionem po-  
pulo tuo: \* his autē expulsis de terra, patres nostros tu loca illorum  
inhabitari fecisti: & quomodo arbor in terra manu agricolae in loco  
alterius infrugifera plantatur & radicitur, ita tu eos illic vt in firma  
& stabili māione tua manu plātaſti, & radicare fecisti, ac germinare,  
filios & filias procreare, iumenta quoq; educare, vt in firmo propriae  
habitationis loco: \* grauitate affixisti vltrix ac pugnatrice manu  
tua populos illos terrae promissionis, vsq; ad extremum & totalē de-  
lectionē de terra sua. 4 Et recte quidē dico, manu tua haec omnia per-  
fecta. Nequaquā enim potētes erant patres nostri, sua uirtute abique  
te, tantā facere uictoria: neq; ipsi per uirtutē aut experientia bellicā,  
quae in ipsis erat, pertigerūt ad possessionē terrae promissionis: \* ne-  
que propria uirtus eorū ad tantā salutis uictoria eos perduxit, vt de  
tātis tamq; fortissimis & ditissimis gētibus possent reportare trium-  
phū: imō nunquā manus illorū euadere potuissent, sua propria tantū  
fortitudine suffulti. 5 Sed tua fortis dextera, & tuū validissimū bra-  
chiū (i. omnipotēs fortitudo tua) & benignus aspectus uultus tui, quo  
lucere fecisti & splēdere sup eas lucē misericordiae tuae, ipsa sunt, quae  
patres nostros introduxerūt in possessionē terrae suae: \* fuit enim tibi  
in illis beneplacitū, & dilexisti eos: quoniam elegeras eos ī tuū populū,  
& in peculiū pra uniuersis populis tuae: atq; iccirco cōplacuit tibi in  
eis glorificare nomē tuum. VOX POPVLI DAVIDIS TEM-  
PORE PROSPERE AGENTIS INTERPONITVR. 6. Tu  
es rex noster, & dominus Deus noster, & nō es alius, neq; in vllō mu-  
tatus: \* qui praecipis etiā nūc de salute populi tui fidelis, q saluatio-  
nes praecipis populi tui: quo iubete atq; mandate, & ex cuius uolūta-  
te salus est populo tuo. 7 In spe auxilii tui animati, & tua fortitudi-  
ne suffulti atq; confortati, deiciemus, humiliabimus, & expugnabi-  
mus inimicos nostros pro libito, eorūq; uentilabimus & proſternemus  
quocunq; uoluerimus ad modū bouis: qui quod cornibus suis rapit, in  
uentū proicit & diſſipat, quocunq; uoluerit: \* & in fiducia atq; in-  
uocatione nominis tui, in confidentia auxilii tui pro nihilo aestima-  
bimus, imō cōculcābimus & expugnābimus eos qui insurgūt contra  
nos, ad nos expugnādos, quantēcunq; tandē fuerint fortitudinis, aut  
quātacunq; fuerit eorū multitudo. 8 Nequaquā enim spē habere nos  
uolumus in arcibus nostris, aut reliquis bellicis armis quibuscunq;  
& gladius noster nō per se potēs est absq; te, ad saluandū nos de tā po-  
tētissimis inimicis, & plurimis p circuitū aduersariis nostris: sed po-  
tētia uirtutis tuae cū uoluerit aduenire in auxilium, ipsa nobis potēs  
erit cōferre salutē, atq; iccirco non timebimus hostiū multitudinem  
uel ferocitatē, sciētes, quoniam nō est apud te differētia saluare de ma-  
nu multorū siue paucorū. 9 Non enim à nobis ipsis salus nobis pro-  
uenit aut uictoria, sed tu es q nos fecisti saluos & uictores de persequē-  
tibus nos aduersariis nostris per circuitū: \* & eos qui nos oderūt at-  
que persequuti sunt, tua potētia cōfudiſti, primum quidē eorū malas  
cogitationes, quibus nos putabāt opprimere ad nihilū deducēs: dein  
de etiā pro nobis aduersus eos pugnas, eorūq; ante nos in fugā cōuer-  
tēs, atq; sub nobis humiliās, nostraq; ditioni subiiciēs. 10 Et pro tā-  
tis operibus omnipotētia tuae, partim quae pro patribus nostris, partim  
etiā quae pro nobis operari dignatus es, iugiter uolumus in te do-  
mino Deo saluatore nostro latari, & cū laude in latitia gloriari: \* &  
in fide atq; cultu nominis tui cōfessionē dabimus tibi laudis sempiternae.  
CONTINVATVR VOX FIDELIUM DE TRI-  
BVLATIONE CLAMANTIUM. 11 Ista quidē quae supra iā  
expressa sunt, audiuius & cognouimus, patres nostros in praeteritis  
saeculis, tāta & tā mirāda abs te accepisse superni tui auxilii beneficia.  
Nūc uerò in nostro hoc tempore miseriae & tribulationis, longe in diuer-  
sum cōmutata sunt omnia. Videris enī nos iam à cura & protectione  
tua abieciſſe, & nō vltrā ad nostras afflictiones attēdere: & in cōfusio-  
nē maximā deuenire permisiſti nos in subiectionē hostiū & afflictio-  
nē magnā, quā sustinem⁹ ab eis: \* & uideris vltrā nō uelle egredi no-  
biscū in exercitiis nostris ad auxiliū. Ipse enim effectus nostra mi-



12 *Auertisti nos re-  
Deut. 28. trorsum post inimicos  
nostros: \* & qui ode-  
runt nos, diripiebant sibi.*

13 *Dedisti nos tanquam  
oues escarum: \* & in  
gēribus disperdisti nos.*  
14 *Vēdidisti populum  
tuum sine precio: \* &  
non fuit multitudo in  
commutationibus eorum.*

15 *Posuisti nos oppro-  
briū vicinis nostris, sub-  
sannationē & derisum  
his qui in circuitu no-  
stro sunt.*

16 *Posuisti nos in simi-  
litudine gēribus: \* cō-  
mationē capitis i populis*  
17 *Tota die verecun-  
dia mea contra me est.  
\* & confusio faciei  
meae cooperuit me.*

18 *A voce exprobran-  
tis & obloquentis:  
\* à facie inimici &  
persequentis.*

19 *Hæc omnia venerunt  
supernos, nec oblitus  
sumus te: \* & inique nō  
egimus i testamēto tuo.*

20 *Et non recessit retro  
cor nostrum:  
\* & declinasti semi-  
tas nostras in via tua.*

21 *Quonia humiliasti  
nos in loco afflictionis:  
\* & cooperuit nos  
umbra mortis.*

feria & expugnationis monstrare videtur, q̄ non sis nobiscū in pugna, quomodo olim soles cū patribus nostris exire ad pugna, & pariter cū eis pugnare desuper, sicq; victoriā illis parere. 12 Inimicos nostros priores fecisti nobis, eis cōcedēs victoriā, & super nos dominationē: nos verò per illos deuinci, atq; in fugā verti, & in subiectionē venire illis permisisti: vt simus iam in caudā, quorum patres olim erāt in caput: posteriores, q̄ olim priores: victi, qui olim victores: subiecti, qui olim dominātes: \* & qui capitali odio semper nos sunt persecuti, semper nobis bella & persecutionē mouere non desinunt, iam tua permissione potestātē acquirūt super nos, & sibi nos atq; liberos nostros & nostra omnia pro libito diripiunt, faciuntq; de nobis quicquid voluerint. 13 Permisisti nos fieri tāquam oues ad occisionē & esum deputatas, quæ gregatim ad vānundandū ducuntur de loco ad locum, vel portātur in humeris: quæ morti sunt proxima, ita vt quacūq; hora liberit dominis vel emptoribus, iugulentur: \* passus es nos populū tuū abduci captiuos ab infidelibus, & idololatriis gētium populis, atq; inter eos per miserandam captiuitatem dispergi. 14 Populum tuum quē olim vt peculium tuum, habuisti tibi charissimū, iam passus es vendari, quasi pro nihilo & absq; vllō precio: imō tu ipse videris populum tuū alienigenis vēdidisse, siue potius pro nihilo dedisse, dum nihil ab eis accipiedo nos illis tradis: \* & non fuit in cōmutationibus emptionibusq; eorum multitudo precii, sed modico admodum precio, velut iumenta vilia, vili emebantur: idque propter nimiam copiam abductorum in captiuitatē, & expositorū ad vānundationē nimiam multitudinem. 15 Fecisti nos in opprobrium & contēptum fieri gentibus alienigenis quæ adiacent nobis, ita vt subsannēt & derideant nos omnes populi impii qui habitant per circuitum nostrū. Huc enim res nostras deuenire tu Deus permisisti, vt qui prius eramus omnibus per circuitū alienigenis gēribus terrori & venerationi, iam nos habeat ludibrio, simūq; facti eis in despectum & publicam illusionē. 16 Permisisti nos fieri alienigenis & incredulis nationibus in parabolā & in prouerbiū: hoc est, in publicum despectum ita vt de nobis nostraq; miseria p̄sim omnes publice & priuatim loquantur, iocantes & illudentes: ac velut similitudo & exēplum simus positi omnis confusionis: \* tanta quoq; est cōfusio & miseria, ad quā tua permissione deuenimus, vt populi alienigenæ insultātes & exprobrantes moueant super nos capita sua. 17 Iugiter nunc cōfusio nostra coram nobis est, & non recedit erubescētia atq; verecūdia à nobis: \* & cōfusio atq; ignominia ista, ad quam deuenimus, operit faciē nostram, ita vt sit plena confusio ignominia nostra: propterea quod in tantā subiectionē & miseriam maximam venimus, illis scēdissimis idololatriis subiecti. 18 Idq; maxime, propter voces oppressorum nostrorum, qui blasphemias atq; conuicia aduersum nos proferunt, exprobrātes nobis derelictionē hanc nostram & humiliationem, sicque etiam in blasphemā tuī nominis impie prorumpētes: \* propter rāsem aduersariorum atq; persecutorum nostrorum, qui dum tāta nos humiliatione prostrauerunt, confusione maxima perfuderūt. 19 Omnia hæc malā quæ cū dolore recogitauimus, & enarrauimus ante conspectū tuum, ecce apprehenderūt nos: iam sub his omnibus tantis malis degimus: nolimus tamē obliuisci tui domine, neque tui memoriam à nobis abiicere, tuiq; nominis cultum & fidem abnegare: \* neq; inique agere voluimus contra testamētum tuum quod dispouisti nobis, vt recederemus à te, tuōq; cultu derelicto idololatriā sequeremur, & alias gentiū coinquinationes. 20. Et non est auersum, neq; recessit retrorsum à te cor nostrū: sed fidēti corde tibi permanemus, etiā in tantis difficultatibus adherētes, parati etiā in fumo discrimine tibi seruire: \* Et cū nos ita tibi permaneamus adherētes, tu tamē contrā videris à nobis auerti, dū gressus nostros quasi declinare videris à via præceptorū tuorū, ac nos quasi extra viā tuam expellere & eiicere. Dū enī tā magnis opprobriis ab idololatriis nos pateris affici, quasi nos à tua seruitute videris velle dimouere. 21 Permisisti enim humiliari valde in loco captiuitatis, vbi multipliciter affligimur, & in magnā abiectionē atq; despectū deuenire: \* imō in tātis terroribus, angustiis, periculis, & persecutionibus egimus, vt nobis videremur sub umbra mortis detineri: mortiq; proximos nos arbitrātes, il-

A 22 *Si oblitus sumus no-  
men Dei nostri: \* &  
si expandimus manus  
nostras ad Deū alienū.*

23 *Nonne Deus re-  
quiret ista?*

\* ipse enim nouit abscondita cordis.

B 24 *Quoniam propter  
te mortificamur tota  
die: \* estimari sumus  
sicut oues occisionis.*

25 *Exurge, quare ob-  
dormis domine?*

\* exurge, & ne repellas in finem.

C 26 *Quare faciē tuam  
aueris? \* obliuisceris  
inopia nostra & tribu-  
lationis nostre?*

27 *Quonia humiliata  
est in puluere anima no-  
stra: \* cōglutinatū est  
in terra venter noster.*

D 28 *Exurge domine,  
adiuua nos: \* & re-  
dime nos, propter nomē  
tuum.*

lā, quasi desuper venientē assidue expectaremus. 22 Nos tamē interim, quanquā tot malis angustiamur, & propter tuum nomen etiā in mortis periculis sic ageremus, nolimus obliuisci, neq; abnegare, aut relinquere nomē tuum, vt à tuo cultu recederemus: \* neq; expandere voluimus manus nostras ad deos alienos, ad deos & idola gētū, vt ea adoremus, aut ea te relicto coleremus: quæ admodum faciūt alienigenā istī, quos tu passus es dominari nostris: & ne tantis quidē malis vexati, adduci potuimus, vt gentiū abominationibus coinquinaremur. 23 Nos enim sciebamus, quod tu inspector es, & item iudex omnīū, quē latere nō posses, si quid tale faceremus, & qui ista ad iudiciū adduceres, & exquirerēs ad vltionē æterni supplicii: propter quod, etiam si videremus nobis tēporaliter posse melius esse in abnegatione tui nominis, & in cultu deorū alienorum: nolimus tamē abs te recedere, ducētes melius esse tēporaliter affligi, q̄ æterna punitione cū infidelibus illis abs te feriri: \* tu enim es quem nullū latet secretū, ne abscondita quidē & occultissima cordis nostri. 24 Ecce enim ob hoc, sustinere malētes quæcūq; obuenerint pro tuo nomine aduersa, quæ te reliquere, multis grauibus malis affligimur iugiter absq; intermissione, persecutoribus nostris nullā dantibus requiē: \* sumus facti quasi oues occisioni deputata, quibus iugiter mors imminet, quæque de tēpore vitæ nullā habēt securitatem: quæ mortē expectant, cū voluerint qui emerunt eas: sic & nos quasi morti addicti, continuo in periculis mortis agimus, continuo expectantes impetū inimicorum, vt in nos irruant, nosq; interficiāt. 25 Ecce mala multa & magna, quibus tuus populus affligitur, tibi domine Deus noster proposuimus: quæsumus ergo, vt cōmoueamur viscera misericordiæ tuæ super populo tuo, & exurge, accelerāsq; festina ad ferendam opem oppressis tuis. Videris enim dormire populo tuo, dū absq; vindicta & vltione, tāta mala euenire pateris populo te colēti: dū dissimulas, dū permittis, qui facillime, si velis intēdere, possis impedire, sicuti & olim corā patribus facere es solitus: \* exurge, inquam, à somno isto, & ne vltra dissimiles, neq; populum tuū derelinquas pœnitens vsque ad cōsumationē: sed vel reliquis saluandis tandē intēde, ne prorsus deficiāt, & deleātur de terra cultores tui. Iam enim abūde multa mala persenserunt serui tui, & iam tēpus videtur, vt eis tuam misericordiā ostendas. 26 Quare enim tu domine vultū tuum non cōuertis ad pauperes seruos tuos: & quare tanquā auerso vultu ab eis, neq; vidēs quæ eis inferantur mala, permittis hostes nimīū crudeliter in eos defæuire? quare negligis, & non attēdis ad inopiā & afflictionē nostram: in qua nos sumus serui tui, omni ope destituti, neq; aliud præter te habētes auxiliū, & grauisime ab hostibus afflictī? 27 Iam enim vsq; ad puluerem humiliati sumus, & ad terrā proiecta est vita nostra, plena laboribus & miseriis, & cōculcatur vita nostra ab impiis oppressoribus: \* & in tātis angustiis cōstituti procidimus super terram ante faciem tuā, humiliantes coram te animas & corpora nostra, ita vt adhereat venter noster terræ, eiq; velut conglutinetur præ lōgitudine morę super eam: vt per hęc humiliationē tuam misericordiā supplices inuocarem. 28 Vigila domine Deus, ne vltra dissimules: sed in adiutoriū populi tui intēde, & ad adiuuandū fideles seruos tuos festina: \* & saluos nos facias de manibus aduersariorū nostrorū, ppter inclytū & gloriosū nomē tuū: ppter temetipsū & immēsam misericordiā tuā: vt quā in omnibus generationibus ita copiose experti sunt patres nostri, nos etiā posteri iuxta pmissa tua aliqua ex parte sentiam, Amē.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XLIII.

Versu 2, Opus quod operatus es in diebus eorum, &c. Potest accipi singulare pro plurali, opus pro operibus. Neq; enim vnicum opus est memoria dignum, quod Deus pro antiquis patribus exhibuit: sed multa sunt, & magna valde. Neque est in consuetum vsu scripturarum, numerum pro numero ponere. Qui tamen singulare singulariter intelligere maluerit, dicet, singulariter hic fieri mentionem de illo opere quod nominatim cōmemorat, introductionis videlicet filiorum Israel in terram promissionis, & expulsionis inhabitatorum ab ea. Forsitan autē requirat aliquis, quur hoc opus præ ceteris, & solū proponat, verbisq; pluribus exaggeret, quur nō potius illas Aegyptiacas plagas, & Pharaonis submersionem in mari, quæ videntur magis nominata prodigia? Qui hæc requirit, sciat cōuenientius aliud non potuisse ad propositā rem adduci opus Dei spectat.

**E**lle, ex omnibus que Deus pro populo illo olim exhibuit, quam sit istud de expulsiōe inhabitatiū terrā promissionis, & introductione patrum. Nam hoc posterorum querimonia valde rationabilē & miserabilē reddit, quod ipsi ab alienigenis Diuina pmissione finatur expelli à locis suis, & in captiuitatē abduci, cum patres eorum sola diuina virtute, nō propria virtute armorum in ea fuerint potēter expulsis alienigenis, introducti. Multa siquidē in his differentia est. Nam pro illis Deus fortissimus plurimas & ditissimas gētes extirpauit suā deitatis virtute, vt locum eis daret habitatiōnis: & gētes quæ illis nihil nocuerant, led nec nocere cupiebant, imō quæ se in seruitutē etiā offerre paratæ erāt, seuerissimo edicto diuinę voluntatis trucidatæ sunt, vt illi loca eorū inhabitaret, & acciperēt tertiam repromissionem: quam hi tamen, atq; horum patres, plurimis sæculis antea factis inhabitauerāt, vt solū natale. Neq; tot regibus, tantisq; populis & regnis paritum est, vt vnus populus filiorum Israel locum amplissimum acciperet. Populus autē iste desolatus & oppressus, cui dixim⁹ hunc Psalmum competere, ab illa terra in quam tam potēter introducti fuerāt patres, expelluntur, Deo permittēte: nōnunquam etiā ad hoc specialiter adiunante atque procurante, idque ab alienigenis & infidelibus. Et quos pro patribus expulit Deus. i. infideles, & idololatri cultores, hi nunc vicissim dominātes filiorū, expellunt eos de terra patribus data, iterum introductis gētib⁹ quæ eam polluat ista enim manifestum est in trāmigratione Babylonica cōtigit, atque etiā sub illustri Antiocho. Et nunc similia quotidie videmus in terris fieri Christianorū, qui de suis locis crudeliter abducuntur, & cōmiseretur impiis Mahometicis, & idololatri gētib⁹. ¶ Versu. 4. Nec enim in gladio suo possederunt terrā. Poterat ad illud, quod de patrum suorum introductione in terrā promissionis versu statim præcedēte adduxerāt afflicti filii, ex aduerso obici: non mirum esse, si illi hoc potuissent propter maximam multitudinē & exercitum earū fortissimum. Nā cum ad ingressum terræ promissionis pararetur filii Israel (sicut 26. cap. libri Numerorum legimus) summa eorum qui à viginti annis & supra recēsi sunt per manum Moyli in cāpētrib⁹ Moab super Iordanē, erat sexcēta milia & mille septingēti triginta: qui omnes erant ad bella apti, exceptis paruulis, q̄ infra viginti annos erāt, neque inter prædictos fuerāt cōnumerati. Itaq; videri possēt, quod per hāc nimiam multitudinē deuicissent gentes, quæ in montanis habitabant. Verum hāc obiectiōne dissoluunt & longe abiiciunt, cum in proposito versu quarto aperte testatur, quod non suo gladio aut arcu patres ingressi sint in terrā promissionis, sed operatione diuinæ virtutis quæ antecedebat eos pugnas pro eis: id quod manifestissimū est ex lacris historiis. Quia ergo hoc certum est, Deū suā virtute patres introduxisse, gētes vero expulsisse: iccirco rationalis videtur eorū querela, cum idē sit nunc domin⁹ qui etiā ipsos similiter (si vellet) possēt de manibus inimicorū liberare: etiā ipsi non in tāto sint numero, aut nō ex se tam valētes. Nō enim est Deo differētia, saluare in multis vel in paucis, si modo voluerit. ¶ Versu. 6. Tu es ipse rex meus & Deus meus, &c. Versus iste cū quatuor sequētib⁹ (vt in argumēto cactum est) difficultatē facit continuationi huius orationis: propterea q̄ hic non videtur iam loqui qui cōperat ab initio, & qui sunt finituri orationē afflictī & desolati posterī: sed ipse Dauid cum suo populo, se se facit sub sua persona, de suorum tēporum prosperitatē bene fidēter loquentē. Et quidē clarus esset huius orationis processus, si isti versus à supplicatibus miseris ita proponerētur. Tu quoq; qui primos patres in terram introduxisti, ipse idem es, qui post in sublequētib⁹ generationibus & sæculis (vt pote tēpore Iudicum & Regū multorum, & maxime Dauidis & Salomonis) tanquā Rex & Deus illorum, præcepisti illis fieri, & dedisti salutē: qui illis dedisti inimicos qui per circuitū relictī fuerant, & non pœnitit à principio introductionis expulsi, affligere, vtilare cornu, cōculcare & subiugare: idq; rursum nō per suum arcum & gladium, sed per tuā misericordiā & potētiam: vnde tibi cōnterī debēt, & laudem dare in secula. Si (inquam) ad hūc modū ipsos qui cōperant loqui ab initio continuato sermone fecisset Psalmista loqui, de præteritorū tēporum felicitate, aptissimo ordine & congruētissima cōnexionē sequeretur querimonia. Nūc autē repulisti: nec vlla esset difficultas cōtinuationis. Nūc autē dum suum sermonē interponit Psalmista, vbi prius loquentes introduxerat suos posteros, quos etiā posterius rursum facit loquētes, ista interpolatione sic cōfundit vnitatē cōtinuationis. Verū hāc res neminē turbare debet, quæ & aliās non raro solet in sacris libris occurrere, videlicet vt cōmmententur persona loquētium, quæ admodum nominatim indicauimus Psalmo secundo & quarto. ¶ Versu decimo, In Deo laudabimur tota die. De verbo laudari, in ea significatione, in qua hic ponitur, require supra, Psalmo trigesimo tertio. ¶ Versu. 11. Nūc autē repulisti & cōfudisti nos. In hoc versu, atque item in cōsequētib⁹, quod dicitur Deus fecisse omnia illa, nēpe repulisse populum, cōfudisse, auertisse retro, dedisse tanquam oues escarum, dispersisse, vendidisse, posuisse in opprobriam & parabolam, & cætera: accipi potest dupliciter. Primo secundum permissionē tantum, eo quod Deo permittēte hæc omnia euenerint illis, cum facillime (si modo vellet, & si sic ei esset placitum) prohibere possēt: quæ admodū à patribus antiquis, hæc mala suā dextera & brachio auertit, eo quod fuisset ei beneplacitū in illis. Et notū est, in scripturis hūc esse sermonis vsū nō infrequētē, vt dicatur fecisse Deus, quod factū est ipso tantum permittēte, non etiam ad rem ipsam cooperante. Quæ admodum est illud apud Paulum, Tradidit illos Deus in passiones ignominie, in desideria cordis, & in sensum reprobū. Item in Exodo, Obdurauit dominus cor Pharaonis. Altero modo possunt prædicta accipi, non secundū permissionē tantum, verum etiā secundum efficientiā. Quia enim quæcūq; hic ponuntur, mala sunt non culpa, sed pœna: eiusmodi autē malorū Deus author, & efficiens causa esse potest, non absurde poterunt etiā secundum efficientiā intelligi, vt Deus ista fecisse dicatur. Et cōsonabit valde hæc intelligētia illi quod in annotationib⁹ Psalms. 38. prolixè deduxim⁹, circa versum

Num. 26.

2. Re. 14.

Roma. 1. Exod. 10. Et. & 14.

**A** duodecimum: quæ admodum videlicet iusti, dum affliguntur tēporaliter, & mala sustinent, omnia illa tanquā à Deo suscipiunt, & ad ipsum vt liberatorē in humilitate cōfugiunt. Et plane huic sententiæ assipulantur plurima Prophetarum testimonia, in quibus admodum frequēter legimus comminationes de adducēdis à domino malis, & afflictionibus variis: quæ admodum videlicet Hieremie quarto, ex ore domini dicitur, Malum ego adduco ab Aquilone, & contritionē magnam. Et cap. 5. Hierie. 4. Ecce ego adducā super vos gentē de longinquo, gentē robustam, & cætera. Et per Moysen in cōtestationibus, palam fatetur, omnia hæc mala se operaturū in eis, si ipsum dereliquerint. ¶ Versu 14. Et non fuit multitudo in commutationibus eorum. Sēsūm quem Elucidatio mōstrauit, exprimit clarius versio beati Hieronymi ex Hebræo, quæ habet, Nec grādis fuit cōmutatio eorum. i. nō magno cōmutasti suæ veditiōni eos, sed quasi pro nihilo. Cui etiam accedit Felicis trāslatio, Et nō multiplicasti in cōmutatione eorum: quod est, non abundasti, non factus es ditior in veditiōne eorū: hoc est, non magno veditiōni. Quæ latis aperte coincidunt in eandem sententiam. Nam ex re quæ non magno vendis, non potes ditari, neq; multum proficere. Potest tamen vulgatæ nostræ lectiōnis accipi etiam alia intelligentia, huiusmodi: Tanta fuit multitudo eorum qui venditi sunt, vt in cōmutationibus eorum suæ veditiōnis non esset certa multitudo, aut certus numerus: quem admodum illa quæ vilissimo precio videntur, & quorum plurima ad vendendū exponuntur, dicere solemus, sine numero vendi. i. sine certo numero. ¶ Versu 19. & 20. Hæc omnia venerunt super nos, & cætera. Quæ hic de sui innocētia loquuntur afflictī, supplicātes pro misericordia, quātū ad bonos intelligi debent, qui ne in tāta quidē desolatione, etiā cum in captiuitatē essent abducti, obliuī sunt domini Dei sui, Sic enim de Daniele cū focis Anania, Azaria, Misacle legimus, quod cōstituta de mēsa regis cibaria optima, & vina, propter cultum Dei respuerint: præligētes legumina ad vescēdum, & aquam ad bibēdum, omnibus cibis regis. De Tobia quoq; legimus, quod in captiuitate positus, veritatis viā non deseruit: ita vt aliis ad vitulos aureos abeuntibus, ipse cōfortia fuget eorum, cultūq; domini requireret: & cum omnes ederēt de cibis gentiliū, ipse custodiuit animam suam, & nunquam contaminatus est in elcis eorum. Neq; est ambigēdum, eiusmodi plures extitisse tum tēporis, qui etiam in dispersione sua impollutos se custodierūt ab omni iniquatione gētium. ¶ Versu 20. Et declinasti semitas nostras à viā tua. Secunda pars huius versus, absque negatione affirmatiue posita videtur: atque ita sensum habes in Elucidatione expressum. Sunt autem qui repetere malunt negationē ex priore parte, ad hunc modum, Et nō recessit retro cor nostrum, & non declinasti semitas nostras à viā tua. Erītq; tum hæc sententiā, Tu non fecisti, neque passus es gressus nostros deniare à viā tua recta. Hoc est, Licet tantis nos tēporalibus malis afflixeris, nō tamē permisisti nos à viā tua discedere, sed hac in parte nos custodisti. Et huic intelligētiæ consonat lectio beati Hieronymi ex Hebræo, Nec declinauerūt gressus nostri à viā tua. Sed Felicis trāslatio aperte pro vulgata lectione facit. Sic enim absq; negatione vertit, Et declinasti gressus nostros à viā tua. Similiter habet & Chald. Paraphr. Et tu declinasti gressus nostros à recta viā tua. ¶ Versu. 24. Quoniam propter te mortificamur tota die. Hunc versum beatus Apostolus in octauo capite epistolæ ad Romanos, applicat etiā nouæ legis sanctis & fidelibus, qui pro Christi nomine patiuntur persequutionē, loquēs de se suisq; similibus, in hūc modum, Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Sicut scriptū est, Quoniam propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis. Sed & in cap. 4. prioris Epistolę ad Corinthios, videtur ad præsentē locum respicere, cum ait, Puto autē, quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos: quia spectaculū facti sumus mūdo, & angelis, & hominibus. Et quæ consequēter enumerat, magna humiliationis opprobria, aperiētissime quadrant ad omnia quæ hic enumerantur, ad declarationem oppressionis & multiplicis miserie. Manifestum itaq; est ex Pauli testimonio, Psalmum istum cōmode posse applicari sanctis nouæ legis, tēporaliter ab impiis pro Christi nomine patiētibus, qui merito conqueri vidētur de sua derelictione, & poscere à Deo auxilium: cum patribus illis antiquis Dei cultoribus tanta cognoscātur exhibita beneficia.

**D** XLIIII. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste qui sequitur, dulce canticum est & suauissimum epithalamium, id est, nuptiale carmen, quod diuinus Psaltes dulcissimarum nuptiarum multo ante rei exhibitionem factus contemplator, de plenitudine cordis, ad spōsi sponseq; gloriam eructauit. Canit autem nuptiarum Christi cum Ecclesia iucundissima gaudia, ad fœlicem illam copulam filii Dei cum humana natura & vniuersa Ecclesia aspirans, simul & exhortans. In primis itaque versibus duobus, quasi præfationem præmittit suo carmini: indicans, quod de inhabitatiōnis sancti spiritus plenitudine & dono, canticum istud bonum esset decantaturus, per quem suam linguam sic afferit agitari, quomodo calamus in manu velocis scribæ agitur, ita vt à laude sese continere non possit, posteaquā ille scribere voluit. Mox verò à versu tertio suum carmen inchoat: primum quidem, sponsi decorem, gratiam, & benedictionem collaudans: eundēque ad prælium cum principe tenebrarum, pro sua sponsa sancta Ecclesia exhortans, prosperum successum & triumphum in virtute omnipotentis dextere promittens: ita vt nationes populorum, sagittis doctrine salutaris salubriter vulnerate, sub eo casuras, inque eius subiectionem & eternas pronunciet: regni quoque eius stabilitatem & æquitatem, ac plenitudinis spiritualis præcellentem vñctionem, atque ob hanc suauissimam laudem super illum à fidelibus Ecclesiis effusionem, ad sponsi laudem, mira verborum fertiuitate, simul & sententiarum atque comparationum dignitate prædicans. Atque hæc quidem, vsq; ad versum vndecimum. A quo deinde, ad sponsum conuertit suæ laudis canticum, quam à dextris sponse aureo vestim

Hiere. 4. Ibidem. 5. Deut. 32.

Dan. 1.

Tobia. 1.

Roma. 8.

1. Cor. 4.

mento indutam vidit astare: quam suauiter in spiritu alloquens, monet propheta, ac velut dulciter instruit, qua ratione suo sponso valeat chara semper permanere, nec repudii debeat metuere periculum: si videlicet audiat, videat, inclinet aurem, & populum diaboli atque opera eius detestetur. Sic enim futurum ait, vt ipsius decorem amplectatur dominus Deus omnibus adorandus, quoniam ornatum interiorum potissimum diligit & requirit, simul cum exterioris bonae operationis exemplo, & virtutum omnium vario ornatu, per quem ornatum futurum dicit, vt multae filiae ad sponsum regem cum laetitia post illam currentes, adducantur in thalamum eius. Huius autem negotii promotores, sanctos dicit Apostolos futuros: qui loco primorum illorum patrum & patriarcharum, Christo nato, principes sunt constituti super omnes populos vniuersae terrae: vt per illos sancta Ecclesia sponsae Christi decor monstratur, & ad sponsi nuptias per illos virgines adducantur: id est, ad fidem & cultum Christi. Tandem duorum versus conclusionem ponens, vt praefationem fecerat similiter duorum, se dicit velle in sempiternum memorari nominis domini, & populos laudem sempiternam reddituros praenunciat, pro reuelatis atque exhibendis immensis beneficiis.

QVADRAGESIMI QVARTI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Eructauit cor meum verbum bonum:



Considerans spiritus meus sponsi caelestis cum sua sponsa sancta Ecclesia mirandam copulam, continere se nequiuit: sed pra plenitudine interna dulcedinis, effundere gestit verbu cantici loge optimu: & ad nuptiaru huiusmodi congratulatione, spon-sique ac sponsae laudem, dictauit bonum nuptiale carmen: \* opera mea, & quacunque siue loquor,

\* dico ego opera mea regi.

siue scribo, siue operor, ecce loquor & profero ante conspectum regis sponsi, cuius gloria specto in omnibus: & cui temper ego dico ac depromo omnia mea opera, ei nuc de cordis plenitudine dulce eructabo canticum. 2 Non erit autem hoc mihi verbum a memetipso, neque per semetipsum hoc eloquetur lingua mea: sed erit ipsa tantu instrumentum diuini spiritus, qui eam suauiter monebit ad decatione nuptialis huius cantic: eritq; lingua mea velut calamus aut stylus in manu scriptoris velocis, qui in scribendo peritus est exercitatus, & expeditus. Quomodo enim non ipse calamus scribit, sed scriba potius per stylu: ita non ipsa erit balbutiens lingua mea, quae hoc suble-

2 Lingua mea calamus scribae velociter scribens.

ques catabit epithalamium, sed ipse spiritus scriba admodum velox, quae eam pro suo placito mouebit, ad caneda tatis nuptiis digna. 3 Tu o Christe, rex & ipse suauissime, speciosus es forma, id est, totus formosus, amabilis, pulcher & decorus, super omnes filios hominu: tantus est decor tuus, & ornatus interna veraque pulchritudinis tuae, vt nullus ex filiis hominu tibi valeat coparari. Es naq; plenus gratiae & veritatis, & no ad mesura accepisti spiritum, q te facit sine mesura speciosum, ita vt omnes de plenitudine pulchritudinis tuae oporteat accipere: \* multa gratia sunt adornata labia tua, suntq; admodu grata, iucunda, & accepta, primu quide tuo patri Deo: cui tam sunt grata ac placita tua labia, vt quicquid per ea tu pronuncies, ipse ratu habeat, & suum ceseat esse sermonem: & quicquid per ea postularis, ipse placitu habeat, & velit implere: cuius etiā iram aduersus tuam spsam humanu genus per tua gratiosa labia placasti, apud illu loques pro nobis bona: sunt etiā labia tua plena gratia in cospectu sponsae tuae Ecclesiae, ex quibus verba vitae aeternae se nouit haurire, ex quibus gratia salutis, & omne bonum sibi a Deo patre prouenire agnoscit: \* & ob hoc, q ita eximie decorus es, & propter gratia istam laboru tuorum, benedixit te Deus pater, simulq; & tua sponsam & omnia mēbra tua benedictione sempiterna, & tibi, & tuis omnibus benedictione cofe-

3 Speciosus forma praefiliis hominum:

Ioan. 1. Ioan. 3. Ioan. 11.

\* diffusa est gratia in labiis tuis.

Ioan. 11.

\* propterea benedixit te Deus in aeternu.

Ioan. 6.

4 Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.

Ephes. 6. Heb. 4.

5 Specie tua & pul-

cris: \* opera mea, & quacunque siue loquor, siue scribo, siue operor, ecce loquor & profero ante conspectum regis sponsi, cuius gloria specto in omnibus: & cui temper ego dico ac depromo omnia mea opera, ei nuc de cordis plenitudine dulce eructabo canticum. 2 Non erit autem hoc mihi verbum a memetipso, neque per semetipsum hoc eloquetur lingua mea: sed erit ipsa tantu instrumentum diuini spiritus, qui eam suauiter monebit ad decatione nuptialis huius cantic: eritq; lingua mea velut calamus aut stylus in manu scriptoris velocis, qui in scribendo peritus est exercitatus, & expeditus. Quomodo enim non ipse calamus scribit, sed scriba potius per stylu: ita non ipsa erit balbutiens lingua mea, quae hoc subleques catabit epithalamium, sed ipse spiritus scriba admodum velox, quae eam pro suo placito mouebit, ad caneda tatis nuptiis digna. 3 Tu o Christe, rex & ipse suauissime, speciosus es forma, id est, totus formosus, amabilis, pulcher & decorus, super omnes filios hominu: tantus est decor tuus, & ornatus interna veraque pulchritudinis tuae, vt nullus ex filiis hominu tibi valeat coparari. Es naq; plenus gratiae & veritatis, & no ad mesura accepisti spiritum, q te facit sine mesura speciosum, ita vt omnes de plenitudine pulchritudinis tuae oporteat accipere: \* multa gratia sunt adornata labia tua, suntq; admodu grata, iucunda, & accepta, primu quide tuo patri Deo: cui tam sunt grata ac placita tua labia, vt quicquid per ea tu pronuncies, ipse ratu habeat, & suum ceseat esse sermonem: & quicquid per ea postularis, ipse placitu habeat, & velit implere: cuius etiā iram aduersus tuam spsam humanu genus per tua gratiosa labia placasti, apud illu loques pro nobis bona: sunt etiā labia tua plena gratia in cospectu sponsae tuae Ecclesiae, ex quibus verba vitae aeternae se nouit haurire, ex quibus gratia salutis, & omne bonum sibi a Deo patre prouenire agnoscit: \* & ob hoc, q ita eximie decorus es, & propter gratia istam laboru tuorum, benedixit te Deus pater, simulq; & tua sponsam & omnia mēbra tua benedictione sempiterna, & tibi, & tuis omnibus benedictione cofe-

6 Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam: \* & deducet te mirabiliter dextera tua.

7 Sagitta tua acuta, populi sub te cadent in corda inimicorum regis.

8 Sedes tua Deus in saeculum saeculi: \* virga directionis, virga regni tui.

9 Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: \* propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae praefortibus tuis.

10 Myrrha, & gutta & casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis: \* ex quibus delectauerunt te filiae regum, in honore tuo.

quod tibi madauit Deus pater tuus de redemptione sponsae tuae: \* & cum aggressus fueris, ne cesses donec perfecteris victoriam, sed perge & progredere prospere: & iudicato, forasq; eiecto huius mundi principe, regnu quod ille tibi iniuste vsurpauerat, tibi vindica: vt pro illo crudeli tyranno, tu regnes, rex verus & mansuetus, in populo tuo. 6 Fac enim autem hac per tua veritatem, mansuetudinem & iustitiam. Tua enim veritate, imo quia tu ipse es veritas, debellare poteris, deuincere atq; fugare illum omnis mendacii & vanitatis parente, mansuetudine tua summa crudelē tyrannum: perfecta autē iustitia furem illu & homicidam, iniustu alieni regni vsurpatorē: \* & deducet te in opere isto redemptionis & saluationis humanae, atq; (vt ita dicam) adiuuabit, siue potius tranſducet ad optatum vsq; terminu, tuae diuinitatis omnipotentia. Hec nanq; sub tua humanitate abscondita magnifice, mirabiliter, & gloriose te faciet de hoste triumphare. Regnabis naq; vt homo, sed vinctes vt Deus. 7 Eloquia illa veritatis, quae tu ad pugnandum veniens tecum adferes, verba Euangelicae praedicationis, quae erunt velut acutissime sagittae, dirigentur, iaculabuntur, & insigetur in corda inimicorum tuorum, o rex potentissime: ita vt sub te vulnere rati salubriter cadat populi, & per penitentiam quasi se tibi subiiciat. Tu enim sicut in gladio pugnabis contra principem tenebrarū, vt illum in manu valida suo regno expellas, ita in sagittis pugnabis contra populos illi prius subiectos, id est, eloquiis Euangelicae praedicationis, quae tu velut sagittas acutas, partim per temetipsum, partim per milites a te pugnatōres Apostolos ac praedicatores tuos iaculaberis, & insigis facies in corda eorū, qui prius donec diabolo seruiebāt, inimici tibi fuerāt: vt ita salubriter vulnerati, quasi sub manu tua cadentes, sub ea se humiliēt, tuaq; fidei, ditioni, & seruituti se libenter subiiciant. 8 O Deus, rex & sponse nimium amabilis, tua regia sedes aeterna est, thronus & solium regni tui in sempiternum perdurabit. Regnu enim tuum, regnu aeternum erit: neq; superueniens vnqua fortior quisquam tibi illud auferre poterit, vt tu superueniens, a diabolo illud es ablatus: \* sceptru quoq; regni tui, sceptru est rectitudinis, aequitatis, & iustitiae: quonia non in iustitia regnabis, vt ille impius homicida mundi rector tenebrarū harum cuius sceptru est sceptru curuitatis & iniustitiae: sed in rectitudine & aequitate, secundu quam vt pater & pastor bonus, diriges & gubernabis in pace subiectos tibi populos. 9 Dilexisti, o sponse merito amabilis, iustitiam, & odio habuisti iniquitatem, atq; ob hoc, cordi tibi fuit diabolū, omnis iniquitatis principē & authorē, omnis autē virtutis & iustitiae osorē, ac pro sua virili oppreforē, & xpugnare: quo sic populos ab iniquitate qua odio habes emundares, & in iustitia qua diligis, erudires: \* propter hoc enim, & ad hoc, nempe vt iustitiam diligeres, & odires iniquitatem: propterea (inquā) o Deus, vnxit te Deus pater tuus oleo laetitia & exultationis, vnctione spiritus sancti, super omnes cofortes & cohæredes tuos, super omnes electos, quos tibi placuit habere cohæredes & coparticipes regni tui. Quemadmodu enim super omnes homines spiritu sancto te pater vnxit non ad mensuram: ita & super omnes te fecit iustitiam diligere, & iniquitate odio habere. Atq; ob hoc, dignu duxisti (propter iniquitatis subuersione & iustitiae promotionem) huiusmodi inire praedium. 10 Myrrha, & gutta & casia, & omnis generis bene odorifera aromata atq; vnguenta, a vestimentis tuis defluent: idq; ab eburneis domibus, a cordibus deuotis fidelium, & conscientis sanctoru tuorum: quae sunt velut domus eburnae bene tersae, politae, candidae, mundae, nitidae, & pretiosae, & sunt velut pyxides pretiosorum aromatum, quae sunt sanctae orationes, laudes, benedictiones, & gratiaru actiones carnis quoq; pro tuo amore mortificationes, & spirituales exercitationes: quas velut super caput tuu effudent, & quib9 tibi caput suauiter deliniet, ita vt videatur quasi per vestimenta tua decurrere: quae admodu cum corporali vnguento quis perfunditur, per vestimenta liquor decurrit: \* ex quibus pretiosis vnguentis te oblectabunt animae deuotae, quibusuis temporalium regnorum filiabus nobiliores: nimiru per principes populoru & reges terre, sanctos Apostolos tuos, regentate. Haec autē talium regu filiae te oblectabunt illis aromatibus, & liquoribus odoriferis, tibiq; magnas exhibebunt delicias ad honorem tuum, ad impendeda tibi honoris obsequia. Valde enim tu oblectabunt

Ioan. 12. Ioan. 16. Zacha. 9

Ioan. 14. Ioan. 8. Ibidem.

Hebr. 2.

Luca. 1. Matt. 3. Luca. 11. Hebr. 1. Ioan. 8. Ephe. 6. Ioan. 10.

Roma. 8.

Ioan. 3.



Psal. 112. 11 *Astitit regina à dextris tuis:*  
\* *in vestitu deaurato, circumdata varietate.*

12 *Audi filia:*

\* *vide, & inclina aurem tuam:*

\* *obliviscere populum tuum, & domum patris tui.*

13 *Et concupiscet rex decorem tuum:*

\* *quoniam ipse est dominus Deus tuus & adorabunt eum.*

14 *Et filia Tyri in muneribus:*

\* *vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.*

15 *Omnis gloria eius, & filia regis abintus:*

\* *in fimbriis aureis,*

Galat. 5. *circumamicta varietatibus.*

ris in eiusmodi liquoribus: neque alius est honor, quo malis honorari. 11 A dextris autem constituit tibi sponsam reginam tuam, Ecclesiam sanctam tuam: quam in opem & pauperem de terra & stercore subleuare, atque ad fastigium regni tibi complacuit exaltare, ita ut tecum esset regni tui aeterni particeps: \* quam tu quidem sordidis exuta vestibus, deaurato siue aureo vestimento induisti, circumdata & circumamicta variis ornatibus, ut tanti regis sponsam merito decet. Vestimentum enim aureum dedisti ei, fulgentem sanctam charitatem tuam, & vario ornatu omnium celestium virtutum eam mirifice adornasti. 12 Liceat mihi, o sponsa nobilis, & filia altissimi regis, te paululum alloqui, & admone re quomodo placere valeas dilecto & nobili sposo tuo. Primum quidem auditum adhibere debes maxime sollicitum, ad ea que tibi loquitur amabilis sponsus tuus, & quid in te loquatur diligenter attendere: \* deinde, tibi sollicito est prouidendum, quod ille dixerit aut iusserit, quomodo que integerrime valeas iuxta eius voluntatem & credere & perficere: & ad obediendum illius voluntati auditum tuum diligenter accom moda, ut non in vanum transeat vox dilecti sponsi tui siue interius siue exterioris loquentis: \* & ne recordatione impediaris vitæ veteris, obliuisci te oportet populum, de quo egredi te iussit, cum te vocaret sponsus tuus: & domum atque cognationem prioris patris tui, id est, mundum vniuersum te oportet contemnere, & omnia que in mundo sunt, qui domus est diaboli patris omnium male agentium: ita ut nihil ultra quicquam desideres aut concupiscas eorum que sunt in mundo, neque ultra manducare desideres filiquas porcorum, quibus te ille pascere solebat, donec in eius familia misere viueres: & ne ultra reuerti velis ad populum tuum, unde diuina vocis obediens exiisti, id est, ad vitam & conuersationem peccatorum. 13 Hæc autem si obseruaueris, non est quod timeas vniquam te repudiandam à nobili sposo tuo: non est quod metuas, ne aliquando tædere eum incipiat tuæ vilitatis & ignobilitatis: imò oblectabitur ipse in pulchritudine tua, quæ ab eo accepisti: eritque ei in te beneplacitum: \* iustum autem omnino est ut ita attentissima sis, quomodo do dixi, ad vocem illius, diligenter audiens & videns, auremque inclinans, & aliorum obliuiscens: quoniam licet te in sponsam sua dignatione elegerit, tamen meminisse te semper oportet, quod sis illi impar, & quanto te sit nobilior, qui te dignanter elegit: videlicet non mortalis, homo purus, similis tibi, sed dominus Deus tuus, qui te creauit & regenerauit: unde & ipsum adorabunt vniuersi fideles & omnes nationes populorum. 14 Adorabunt (inquam) etiam filia huius sæculi ditissima & nobilissima: cuiusmodi sunt filia Tyri, opulentissima & nobilissima vrbis: quæ cum muneribus magnis & preciosis venient ad adorandum dominum Deum tuum, cupientes & ipsæ in sponsas recipi, & cum eo nuptiis copulari. \* Populi quoque gentium (inter quas admodum nominati sunt Tyrii) venient cum muneribus, ad adorandum dominum Deum tuum: \* imò propter tui sponsi magnificentiam & præcellentem gloriam, etiam tuum vultum o sponsa nobilitata, o sancta Ecclesia Deo coniuncta, deprecabuntur omnes diuites populorum & gentium: magni etiam & gloriosi in populis procident ante faciem tuam, & te deprecabuntur, ut eos tibi velis adiungere, & in sponsi tui communionem tibi vnitos perducere. Scient enim, quoniam non poterunt nisi per te & in te tuo sposo copulari: atque iccirco tibi sese adiungere etiam gemebundis precibus supplicabunt. 15 Omnis gloria eius, nempe ipsius huius filia altissimi regis, intrinsecus est: omnis ornatus filia & sponsa magni regis, quem ipse querit, quem ipse amat, quem concupiscit, non exterior est in vestimentis corporalibus multi pretii, sed interior: ille videlicet qui intrinsecus latet in corde fidei, aurea charitate pulchre rutilante, cuius Deus attendit & concupiscit pulchritudinem: neque; tamen in interiore ornatu sic oblectatur, ut exterior omnino vel non curet, vel etiam non exquirat. Vult enim & aureas fimbrias (quæ foris prominent hominum conspectibus) habere sponsam suam, & vult eam circumdari quasi vestimento variegato, & variis coloribus intertexto, hoc est, vult interius latentem spiritus ornatum & charitatis fulgorem, in operibus etiam exterioribus (quæ charitas exigit) apparere. Vult enim sponsus, ut per dilectionem fides sponsæ operetur: & lumen in quo ipse interius oblectatur, foras etiam vult proximis in exemplum bonum radiare ad suam gloriam: \* Circumamicti quoque eam vult varietate co-

16 *Adducentur regi virgines post eam:*

\* *proxime eius afferentur tibi.*

17 *Afferentur in latitia & exultatione:*

\* *adducentur in templum regis.*

18 *Pro paribus tuis nati sunt tibi filii:*

\* *constitues eos principes super omnem terram.*

19 *Memor ero nominis tui in omni generatione & generationem.*

20 *Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in sæculum sæculi.*

lorum multiplicium, quoniam omnium virtutum studio sua sponsam vult honestari: quæ sic sunt charitati interius rutilanti in texta, quomodo in pretiosis operimentis diuersos colores filis aureis videmus in intertexto. 16 Hanc autem sponsam sic caste, munde, & tamen pulcherrime à sposo ornatam videbunt filia Sion, virgines, coplures anime deuote electorum, & capientur desiderio pulchritudinis sponsæ huius, cupientque: & ipsa huius sponsa fieri pedesque: adhærebuntque: & adiungent se illi, illecta pulchritudine eius: sicque per illam ad regem sponsum, quasi post ipsam insequentes, adducentur ad fidem & cultum eius: ut etiam ipsa illi iungantur, & ad nuptias similiter recipiantur: \* proximas multas suo exemplo prouocatas, & sua gratiosa pulchritudine attractas, ipsa adferet o rex, & adducet ad cultum tuum tuamque nuptias. Complures enim fidelium anime, quæ prius diabolum sequebantur patrem & amatorem suum, sancto ornatu proximorum prouocatæ se ipsas detestari discunt, mundumque abnegare, & ad sponsi regis nuptias properare. 17 Adducentur autem huiusmodi in magna læticia & mirifica exultatione, tam ipsius sponsi, qui maxime in earum aduentu gaudet, quam ipsius sponsæ, quæ nescit inuidere quotquot aduenerint: sed eo gaudet amplius, quo magis multæ accesserint: magna in super læticia sanctorum angelorum, quibus gaudium est super vno peccatore penitentiam agere, quique ad has procurandas nuptias perpetua sollicitudine elaborant, & sunt velut paranymphi aut pronubi nuptiarum istarum: \* adducentur (inquam) in aulam sanctam, & in thalamum siue templum summi regis: nunc quidem, per fidem, in Ecclesia sancta unitatem, quæ est templum Dei regis summi: post verò, in caelestem mansionem, ubi cum beatissimis ciuibus suis Deus gloriose inhabitat: ut illic primum imperfectius, deinde & hic plenius suo sposo nuptiis indiuiduis copulentur. 18 Quod si requiras, per quos ita post sponsam adducetur regi virgines, ecce loco patrum illorum primorum atque Patriarcharum, Abraham, Isaac, & Iacob, tibi o sponsa amabilis nacentor filii eorum sancti Apostoli, atque horum etiam loco successores illorum, viri Apostolici: \* hos tu, o sponsa nobilissime, principes constitues populorum per vniuersum orbem terrarum. Mittes enim illos in virtute tua, & in committatu atque operatione spiritus tui sancti, in omnes fines orbis terrarum, ut populos eruant de potestate principis tenebrarum, & ad tuam veritatis regnum adducant: quos tu velut tuo loco constitues, faciesque esse perfectos & principes Ecclesiarum, atque omnium populorum, quos tibi intra eas congregabunt. 19 Memor ero ego, & recordabor nominis tui, o domine o sponsa nimium amabilis: & memorabile faciam in canticis nomen tuum, per omnes generationes sæculorum, ita ut nunquam tui nominis memoria deficiat de corde meo, neque posterorum meorum. 20 Propter hæc omnia tam magnifica & admiranda (quæ tibi cecini in iucunditate spiritus mei) populi ipsi quos eliges tibi intra Ecclesiam sanctam sponsam tuam, quolibet tuis nuptiis dignos habebis, confessione laudis celebrabunt te, laudem sempiternam & perpetuam gratiarum actionem persoluent tibi in sæculum sæculi, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XLIIII.

**V**erbu primo, Eructauit cor meum verbu bonum. Nonnulli ad patrem referunt hoc Psalmi initium, ut ipse pater de aeterna verbi a se & ex se generatione loquatur, dicens: Eructauit cor meum verbu bonum: quem sensum hymnus quidam à nonnullis Ecclesiis in natali domini cantari solitus indicat cuius initium, Corde natus ex parentis, ante mundi exordium. Et id quidem admodum recte. Nam pater aeternus de corde suo, id est, de sua substantia, gignit de se filium, quasi verbu eructans: cui verbo eandem communicat bonitatem, quam & ipse habet, imò quæ est ipsemet Deus. Et hanc quidem sententiam libenter ipsi quoque sequemur, si ea quæ mox subiiciuntur, tam consonarent, apteque responderent eidem intelligentia. Verum hæc magis Prophetæ loquenti videntur competere, quam Deo patri: dicere videlicet opera sua regi, linguam ipsius esse calamus scribae velociter scribentis. Sed & totus Psalmi processus indicat, non loqui Deum patrem, sed Prophetam spirituales nuptias istas contemplantem. Nam de Deo patre sub tertia persona Psalmus loquitur, dicens: Propterea benedixit te Deus in æternum. Et iterum, Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Nos itaque, quanquam nulli præiudicantes, talem elegimus intelligentiam, quæ ab initio ad finem usque Prophetali voci conueniat. Notandum verò, in verbo eructauit, indicari similitudinem hominum corporaliter eructantium: quod maxime fieri solet, vel cum nimium pleni sunt, vel cum pinguis nimium manducauerunt. Atque ita & viri sancti, cum pleni sunt celestium mysteriorum cognitione (quæ pinguis sunt & delicata) eructant de plenitudinis profundo. Sic & alio loco dicitur,

Pfal. 144 Memoriam abundantia suauitatis tuae eructabunt. Et rursus, Eructabo abscondita (dicit filius) a constitutione mundi. ¶ Versu eodem, Dico ego epera mea regi. Cauendū, ne quis putet verbum dico (id quod prima facie aptius ad intelligentiam videri posset) primam esse coniugationis, pro dedito aut nuncupo. Nequaquam enim ita accipiendum est, cum Græce sit λέγω, quod dico tertia coniugatione significat similiter & in Hebræo participium est verbi amat loco verbi presentis positū, quod valet dico vel loquor. Est enim sensus, Opera mea ego propono, ego profero regi, tanquam ad gloriam eius facta. Et loqui intendit potissimum de opere carminis huius, quod nunc canit ad laudem nuptiarū. ¶ Versu secundo, Lingua mea calamus scribæ. Quod hic de seipso cōfiteatur Propheta, idem necesse est fateamur & de omnibus quicunq; nō humana voluntate, sed spiritu sancto inspirati quippiā vel loquuti sunt vel descriperunt. Non enim fuerunt scribentes ipsi aut loquentes, nisi sicut calamus siue stylus in manu scriptoris, id est, nō nisi instrumenta: ipse vero spiritus sanctus, primarius operator, a quo sicut eloquuta aut descripta veritas, sic & auctoritas dīctorum scriptorūq; procedit. Vnde & beatus Petrus Apostolus ait, Nō voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti Dei homines. Et quemadmodū de bona scriptura per calamū facta, laus præcipua, & prima gloria ipsius est scribæ qui calamū sua peritia dirigit, & sua fragilitate atq; habilitate modo congruo per chartam transfuehit: ita si quid recte dicunt scribuntur sancti dei homines, præcipuam laudem & primam gloriam sancto spiritui dīctori concedunt. Nos tamen posteros conuenit, non solum scriptorem habere in veneratione, verum etiam post scriptorē & calamos, quibus spiritu sancto uti ad ministeriū placuit. In factis enim insignibus, non solum ipse qui principalis est author, debitam accipit gloriam, verum etiam instrumenta ipsa suum quendam accipiunt honorem. Vnde cum Dauid, caput Philistæi proprio ipsius abscessum gladio victor ingrediens in eo gestaret, non solū choros ipse audiuit sibi triūphalia cantantes carmina, verum etiam gladius iste, in quo abscessum fuerat caput conuictoris, debito est honore in sacris reconditus. Vnde 1. Reg. 21. legimus a sacerdote Abimelech eundem Dauidi postulantem exhibitu. Huiusmodi ergo calamos & stylus, qualem hic se confitetur Propheta sanctus, digna veneratione iustū est nos honorare: per quos ea nobis sunt descripta, quibus ad perpetuā nostrā salutem proficimus. Præcipua tamen gloria, Deo & spiritui sancto est debita. Quod autē spiritus sanctus scribæ veloci cōparatur, satis apertum est ob hoc dictum esse, q̄ in scribendo temporis mora non indiget: sed mox vbi voluerit, & quantum voluerit, & quomodo voluerit, calamum mouet. Quemadmodum in sermone quodā de Apostolis beatus Papa Gregorius pulchre attestatur, cum in multis cōtemplans spiritus huius merito admirandam potentiā, tandem subiungit, Qualis est autem iste artifex? Nulla ad discendū mora agitur in omne quod voluerit: mox ut tetigerit mentē, docet: solūq; tetigisse, docuisse est. Nam humanū cor subito illustrat, & immutat. Neque verō illud est absq; consideratione prætereundum, q̄ sicut scribæ peritus etiam calamo inepto uti nouit ad recte scribendum, tamen si plerunq; bonis & aptis soleat uti instrumentis: ita spiritus sanctus quanquam fere soleat tales eligere per quos vel scribit vel loquitur, qui per vitam bonam apti sint & digni eius dīrectione atq; impletione: non nunquā tamen etiam per malos & peruersos homines dicit scribituræ quæ voluerit. Vnde & per Caypham, in Iudæorum concilio, apud Ioannē illum legimus loquutum, & per Balaam malum Prophetam magna quædam protulisse. ¶ Versu tertio, Speciosus forma præ filiis hominum. Quod hic de speciositate formæ dicitur, nihil dubiū est, quin ad spiritualem pulchritudinē potissimum debeat referri: secundum quam constat, neminem hominum Christo sponso posse cōparari. Atq; hæc est pulchritudo, de qua toties in Canticis & sponfus de sponia, & vicissim de sponso sponia loqui solent. Dilectus meus (inquit sponia) cādūsus & rubicundus, electus ex milibus. Tota pulchra es (inquit ex aduerso sponfus) & formosa amica mea, & macula nō est in te. Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias: & alia huiusmodi mulca. Verum tamen non male etiā ad corporis pulchritudinem poterit præfens versiculus minus principaliter referri. Verisimile enim est, Christum hominē sicut corpus optime compositum, siue (vt dicere solent) complexionatum & proportionatum assumpserat, ita & colorem & formam & totam corporis habitudinē, electissimā accepisse. Non tamen accipienda foret hæc pulchritudo, secundū vulgi æstimationem, & carnalium hominū iudicium. Solent enim homines, illam formam fere pulchram iudicare, quæ facilius ardentiusq; potens sit commouere libidinē. At verō nequaquam in hoc speciosa forma consistit, nequaquam ista est recta naturæ pulchritudo. Nam & beatam virginem, nostri sponsi huius speciosi matrem, ferunt pulcherrimam secundum corpus & speciosissimam extitisse: sic tamen, vt nemo vnquam hominum per eius pulchritudinem fuerit ad vllum illicitum affectum excitatus siue inflāmat. Accipienda ergo est vera pulchritudo, secundum proportionē naturalem coloris & formæ eius quæ ab interna cōplexione naturali procedit, quæ sese potissimum monstrat in facie: ex qua proinde pulchritudo ipsa attenditur provenire. Admodum autem dulcis sese hic offert contemplatio, dum Abisalonis recordamur corporalem pulchritudinē: quam tantā fuisse legimus, vt etiā capillos castariei capitis sui magno venderet, cum semel in anno tonderetur. Sic enim legimus in historia libri Regum, quod eos ponderabat ducentis siclis auri pondere publico. Iuxta hoc autem exemplum, secundum mysticam intelligentiam, a nostro isto speciosissimo Dauidis filio accipere nos oportet, & emere pulchritudinē, id est, de eius plenitudine accipere, vt nos quoque ad mensuram speciosi simus, quomodo ipse est sine mensura speciosus. Tondet autem noster speciosus non semel in anno tantū, sed quotiescunq; volumus de sua nobis pulchritudine vendit. Vendit autē, non pretio ducentorum auri siclorum, sed prece & postulatione sola. Iuxta illud,

**A** Qui non habetis argentum, venite, & emite absq; vlla commutatione. Omnis enim qui petit, accipit. ¶ Versu eodem, Diffusa est gratia in labiis tuis. De diffusionē gratiæ in labiis sponsi, multiplex & copiosa intelligentia in Elucidatione posita est. Et tamen super ea dignum considerare; quanam ratione hic de specioso nostro sponso dicatur, q̄ diffusa sit gratia in labiis eius, potius quam in genis, in fronte, maxillis, barba, oculis, aut palpebris. Solemus autem vulgo dicere, eos qui splendide nouerunt causas perorare, & efficaciter ipsa vocis aptitudine persuadere, magnā in lingua habere gratiā. Et iuxta hunc modum hic dicitur, q̄ diffusa sit gratia in labiis sponsi. Quomodo enim tantam causam, ad quam expediendā missus fuit a patre, potuisset peragere, & legationem tam arduam adimplere, de largienda videlicet inter Deum & humanum genus concordia, de veteri illa & obfirmata tot sæculis similitate componenda: quomodo (inquam) Deum patrem, qui tam grauitate & toties hominum malitia offensus fuerat, placare potuisset: quomodo itē hominibus tam in idolorum cultibus radicatis, & in omnibus vitiis enutritis, persuadere potuisset recedere ab institutis paternarum traditionū, ad cultum veri Dei patris sui: hæc (inquam) tam difficillima, quomodo iuxta æternam consiliū in temporis plenitudine perfecisset, nisi fuisset diffusa gratia in labiis eius? Aduocatus enim, in cuius labiis & lingua nō est gratia, qui linguæ facundiam nō habet, & labiorū gratiam, nō est aptus sua aduocatione grauibus rebus transigendis: potissimū antiquis odiis & obfirmatis inimicitias terminandis. Oportet enim, vt suæ linguæ facundia valeat vtriq; parti persuadere cōditiones pacis, & animos diuisos ad vnum flectere, & in concordia redigere: quod cū sit admodum difficile, necesse est, vt magnam habeat linguæ gratiam qui hoc fit facturus. Atque ita sanē dominus noster Christus, constitutus mediator Dei & hominū, & apud iratum Deum aduocatus pro peccatis generis humani, necesse habuit primū quidem patris sui aduersum nos iram placare, & illius animū ad se flectere, ita vt cōsensum præberet in compositionē & pactum, quæ ipse cum altera parte cū humano genere erat initurus. Atq; hoc q̄ fuerit difficile, tunc intelligimus, cū Dei irā quā iusta, quā magna, quā generalis, quā diuturna fuerit, attentius cōsideramus. Ex altera autē parte, quā cum irrationabilibus bestiis illi erat negotiū, erātq; ei hoc in efferatis hominibus laborandum, vt eorum animos obstinatos sua persuasione & prædicatione ad penitentiā adduceret, & confessionē peccatorum, ac fructus penitentiæ dignos: vt alienatos a Deo, diabolūq; ac mundo feruentem, ad Deum conuerteret, vt a terrenis rebus & vanitatibus (quibus assueti fuerant) eos auerteret. Et hæc, altera ex parte, quantā difficultatis sint facile cognoscimus, si humanæ naturæ inditam illā originis peruersitatem, & ad omne malum procliuatē, contra verō ad bonum tarditatem, attendimus. Hæc itaq; duo, quanquā maxima & difficillima, ita tamen (gratiæ patri filioq; & sancto spiritui) videmus per Christum adimpleta, vt nullam vltra habeat inimicitia patris maieftas aduersus genus nostrū, sitq; oblitus omnis ira suæ, & veterum inimicitiarum vltra nō recordetur: homines verō non paucos videamus toto conatu fructus agere penitentiæ dignos, seq; ipsos abnegates fortissime, & toto corde quomodo Deo placeant intendentes. Quis nō dicat, hunc aduocatum & mediatorē, maximam linguæ habuisse gratiam? quis non dicat, plena fuisse gratia labia eiusmodi, per quæ restant intra temporis modicum spatium (id est, annorum .33.) composita sunt? Dicamus ergo sponso nostro, q̄ verē magna & multa gratia sit diffusa in labiis eius: diffusa vtique, id est, procedens a patre, a quo habet omnia: dicamus & hoc, q̄ per gratiam istam labiorum suorum a patre benedictionem impetrauerit sempiternam, non sibi tantum (secundum humanitatem) sed etiam vniuerso semini suo, id est, toti Ecclesiæ & omnibus fidelibus. Nam & ipse pro re bene composita a patre accepit glorificationis præmium, a nobis verō laudem & gratiarum actionē: quomodo solent mediatores & pacis compositores vtrinque recipere gratiam & præmium, suo semini autem, quæcunq; voluit, a patre similiter impetrauit. ¶ Versu quarto, Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime. Christum more humano, Propheta vt virum pugnatorem alloquitur, postulans vt exurgat, ac cito veniat ad perficiendā generis humani suæ sponis liberationē: Cum autem in priori versu tantum de gratia labiorum dixerit & super excellenti pulchritudine, q̄ hic etiam gladium iubet assumere super femur suum, dulcissimum in hoc latet sacramentū. Videlicet, quoniam non solum cum Deo patre & humano genere illi erat pro sua sponia negotiū: sed insuper & cum principe tenebrarū illi res erat, non alia via quā ferro (id est, vi gladii, & vertute dextera) peragenda. Neq; enim cum tyranno diabolo suasionibus agendum erat, aut gratia labiorum aduerfus illum uti debuit: sed gladii virtute erat ille regno (quod sibi per fraudē vsurpauerat) pellendus: & in brachio valido erat sponia sub tyranni vinculis alligata, liberanda. Cuius rei gratia cōtequenter subiungitur, Deducet te mirabiliter dextera tua, id est, Diuinitatis tuæ potentia, quæ in te secundum plenitudinē habitabit, in cuius fortitudine opus tuū quantum ad principē mundi mirabiliter & terribiliter perficies, & ad optatū effectum perduces. Hoc enim est, Deducet te mirabiliter dextera tua, Triūphabis in virtute diuinitatis tuæ. ¶ Versu quinto, Intende, prospere procede & regna. Cauendū est, ne (vt ferē fieri solet) aduerbium prospere iungatur cū priori verbo intende, sed cum sequenti procedet: vt sic legatur, Prospere procede, iuxta intelligentiam in Elucidatione positam. Hanc enim distinctionē manifeste demonstrat editio Romana, quæ legit, Intende, & prospere procede, & regna. Clarius etiam in Græco, vbi præter coniunctionem, verbo vnico dictum habetur, quod Latine per aduerbium cum verbo redditur. *προσπερὶ* enim Græce est, quod valet, prospere procede, habet successum bonum & prosperum, siue prosperare: quod vocabulum etiam Paulus aliquoties vsurpat, nominatim primo capite Epistolæ ad Romanos, Si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam veniendi ad vos. Totum enim hoc quod nos per cir-

Esaie. 55. Luca. 11.

1. Tim. 2. 1. Ioan. 2.

Roma. 1.



cum loquutionem dicimus, prosperum iter habere, vnico vocabulo apud Græcos dicitur. ¶ Versu sexto, Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiā. Notandum, q̄ contrariis modis ad diabolum Christus sibi suum regnum vindicauit de manu illius, ad pugnam adueniens. Diabolus enim per mendacium dominatū acquirerat super hominem: Christus autem per veritatem recuperauit. Diabolus per feritatem & crudelitatem, vt tyrannus sub sese captiuum detinebat genus humanū, ad eum modum quo Pharaō filios Israelis in Aegypto: Christus autem mansuetudine, obedientia, & patientia vicit, factus obediens vsq; ad mortem, & similiter in mansuetudine imperat rex mansuetissimus. Postremo, diabolus per iniustitiam, generis humani vsurpauit possessionē. Neq; enim ipse hominem condiderat, neq; comparauerat sibi vllō pretio, neq; vllum habuit ius verum, quo dominaretur illius. An verò hæc iusta erat possessionis causa, q̄ hominem decepsisset? An ob hoc ipse sibi ius comparauit regni super hominem, q̄ cum à Deo auertisset? Non vtique quicquam veri iuris ipse sibi per hoc comparauit, nisi q̄ diuina permissione, ob culpam, Deus hominē reliquerit in manibus eius, cui male in transgressionem consererat. Iuxta illud Petri Apostoli, A quo quis iu peratus est, huius & ferrus efficitur. Et iuxta illud beati Pauli, Cui exhibuistis vos seruos ad obediendū, serui estis eius cui obedistis. Atq; ita sanē, quantū ad nos attinet, iuste nos ille occupabat. Veruntamen, quantū ex parte Dei, nullū diabolo super hominē ius erat, nisi solum q̄ sua volūte permittebat demonē homini dominari. Possidebat ergo hominē secundū iniustitiā. At verò Christus, perfectissima, imò (si dici possit) plusquā perfectissima iustitia, hominē sibi restituit. Nam cum potuisset secundū absolutā suam potentiā, solo verbo diabolum abigere, & sibi restituere genus humanum, quē admodum solo verbo illū condiderat ab initio: voluit tamē ad hæc, pretio iusto quasi alienū populū emere genus humanū, & pretio vtique maximo, & in infinitū mercis emptæ valorē superexcedēte, id est, pretioso sanguine suo. Iuxta illud Apostoli Pauli, Empti estis pretio magno. Et illud Petri Apostoli, Non enim corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra cōuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine agni quasi incōtaminati. ¶ Versu 7, Populi sub te cadent, &c. Quod dicitur, Populi sub te cadent, videtur interiectū per modū parēthesi, vt hæc sit sententiā, Sagitte tuæ acutæ in corda inimicorum regis. supple infigētur vel transibūt: vnde fiet, vt sub te cadent populi. Ista autē sagittas, secundū Elucidationis intelligentiā accipimus pro eloquiis veritatis, iaculis Euangelicæ prædicationis: quas partim per se ipse, partim per alios sagittarios iaculatus est per vniuersū orbē. Misit enim sponsus rex noster in fines orbis terræ viros sagittarios, pharetras plenas habētes sagittis acutis, ad vulnerandū in loco cordis nationes gentiū, id est, sanctos Apostolos emisit, aliōsq; viros Apostolicos plenos eloquiis veritatis ardētibus & acutis, ex virtute Dei: vnde habebāt, vt penetrarēt in tima cordiū. Atq; hæc sunt sagittæ, quas alibi postulat, qui inter odientes pacē, laborat in exilio cōtra linguas dolosas. Hæc sagittas emittebat ille, qui in Apocalypsi super equū album sedens, tenebat in manu arcū, exiitq; vincens vt vinceret. Cuius enim prædicatorū primitiæ Ecclesiæ (qui per equū illum candidū significabatur, Christum sessorē portantē) per sagittas huiusmodi, quasi ex manu & virtute Dei emissas, gentes & regna sessori suo Christo subiecerūt. Beati verò, quibus istiusmodi sagittis acutissimis cōtigerit vulnerari: & fœlices, qui sic eis vulnerantur, vt sub regis manibus occisi cadant. Notandum verò, q̄ sagittæ istæ non in manū ferantur, aut caput, aut pedem, sed in corda inimicorum regis: quoniā videlicet quem dinorum eloquiorū iacula verè contigerint, cui verè infixæ fuerint, hinc mori necesse est vitæ veteri & affectibus pristinis, id est (vt Apostolus ait) peccato: viuere autem Deo, cui prius fuerat moruus. Vnde & quidā ex his vulneratis, sagitta percussus, dicebat: Christo confixus sum cruci. Viuo autē iam non ego, quoniā videlicet in corde mihi infixæ est sagitta: viuere verò in me Christus, sub quo vulneratus cecidi, cui me ipsum totū amodo subieci. Sed & illud clarum per se esse potest attendenti, quod dicitur inimicorū regis, secundum tempus præteritum debere accipi, pro iis qui antequam sagitta ferirentur, inimici fuerant regis. Dum enim sagittantur, desinunt esse inimici. Vulnerantur enim inimici, vt vulnerati cadant sub vulnerante, sicq; amici fiunt ex inimicis. ¶ Versu 8, Virga directionis, virga regni tui. Notanda est secundæ partis constructio: quoniā non secundū localem situm, sed contrario ordine est accipienda, hoc modo: Virga regni tui, est virga directionis: quæ constructio, in Græco clare se manifestat, dum posteriori loco articulus apponitur, non priori, hoc modo: ἡ ῥάβδος ἡ δὲ ῥάβδος, ἡ ῥάβδος ἡ δὲ ῥάβδος σου. Pro virga autem directionis, translatio Romana habet, virga recta: beatus Hieronymus, ex Hebreo, virga æquitatis: quæ omnia eandem volunt sententiam. ¶ Versu nono, Propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ. Propterea non hic accipiendū videtur, vt id quod præcessit, inuauit causam esse, eius quod subsequitur, vt sit sensus, Christum propterea vnctum esse oleo lætitiæ præ participibus, q̄ dilexisset iustitiā, & odisset iniquitatem. Nō enim videtur veritatem habere ista sententia: cum certum sit, Christum primo ipso momento sui cōceptus fuisse plenum gratiæ, & huius vnctionis spiritus sancti absq; mensura. Ac tunc quidem, nondum secundum humanitatem dilexerat iustitiā, neq; iniquitatem oderat, cum antè homo nō fuisset. Sed accipiendum est, propterea (secundum faciliorem intelligentiam) vt significet quasi rationem finis, vt sit sensus: propterea hoc, vt videlicet diligeres iustitiā, & odires iniquitatem, vnxit te Deus oleo præ participibus. Habet enim hoc in se istud oleum, id est, charitas Dei per spiritum sanctum in cordibus diffusa: vt quisquis eo vnctus fuerit, nō possit non diligere iustitiā, neq; non habere odio iniquitatem. Vnde & Psalmista hic noster, hoc oleo indubie vnctus, aliis in Psal. 100. locis clamat, Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. Facientes præuaricationes odiui. Qui odorantur te domine oderā, & huiusmodi alia multa. Et quo quisq; oleo hoc fuerit magis perunctus (si-

A quidem alius alio magis vngitur) eo magis, feruentiusq; diligit iustitiā, & exosam habet iniquitatem. Propter quod, velut à posteriori, cognoscere non ita difficulter possumus, an hoc oleo vnctus simus. Qui enim inuenit nō displicere sibi iniquitatē, sed eam potius diligit, iustitiā autē fugit & horrescit, sciat ille huius vnctionis se esse expertē. Qui verò in se (testimonium perhibente fideli conscientia in spiritu sancto) senserit contrariū, gaudeat ille in vnctione sua. Oleū enim lætitiæ est, nempe Roma. 5. pe charitas Dei in cordibus credentiū diffusa, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Resudat autē nobis hoc oleum, & stillat de plenitudine vasīs huius, quod hic præ omnibus impletū dicitur id est, de plenitudine Christi filii Dei, qui hic dicitur vnctus præ confortibus suis. ¶ Versu eodem, Præ confortibus tuis. Nota præ præpositionē, hic idem valere, quod supra, Præ participibus, id est, supra participes: quemadmodū huius eiusdem Psalmi versu tertio, Speciosus forma præ filiis hominum. Sic per contrarium, præpositio à vel ab, pro infra nonnunquā vsurpatur. Vt Psalmo octauo, Minuisti eum paulominus ab angelis, id est; infra ab angelis. Quemadmodū enim præ vsurpatur pro super, ita ab pro infra accipitur. Participes autē (vt alia habet translatio) hic vocat Propheta, omnes adoptionis filios, quos Christus vt primogenitus sui patris heredes fecit, & sibi cohæredes, iuxta illud Apo. Quod si filii, & heredes: heredes quæ Dei, cohæredes autē Christi. Nō sic autē participes nos dicimur Christi, quasi nos partē simus accepturi regni eius, aut quasi per nos adoptionis filios, ipse primogenitus & naturalis filius aliquid sit minus habiturus in regno, q̄ absq; nobis erat habiturus: aut quasi partē aliquam nobis ipse cessurus sit, quemadmodū fieri solet in terrenis regnis, cū primogenito placuerit etiā alios fratres amplitudinis regni sui facere participes. Illic enim nulla omnino futura est partitio, nulla futura regni scissio: sed vnū erit & indiuisum omnium regnū quod omnibus satis erit. In quo tamen Christus regnabit vt primogenitus, præ omnibus eminētē. Dicimur ergo participes, id est, cōsortes, cohæredes, & cōmunicantes in adoptione regni. ¶ Versu 10, A domibus eburneis. Per domos eburneas, Elucidatio intelligit conscientias sanctorum: qui dum de intimis affectibus Deo laudes & gratiarū actiones, piatq; meditationes qualibet aut affectiones offerunt, quasi pyxides eburneas aperiunt, & super sponsi caput effundunt. Atq; in Psal. 49. huiusmodi obsequio, plurimū constat oblectari dominū: iuxta illud, Sacrificiū laudis honorificabit me. Et iterū, in mola Deo sacrificium laudis. Huiusmodi enim aromatis vult à nobis reungi, pro suo latitiæ oleo, quo nos vngit interius. Possent tamen (sere secundū eandem intelligentiam) per eburneas accipi sanctæ particulae Ecclesiæ, per orbem terrarū Christo adueniente edificatæ. Est enim Ecclesia, Domus Dei: quæ ex candidissimis & solidissimis lapidibus, fidelibus hominibus edificatur. Ab his autē domibus eburneis, sponsus vnus omnium Ecclesiarum suauiter perungitur sui prædictis aromatis atq; liquoribus: dum illi vbiq; terrarū ab omnibus Ecclesiis canuntur laudes, gratiarū actiones, & pia sacrificia offeruntur. In secunda autē parte, tametsi filias regum exposuerimus spiritualiter filias Apostolorū, qui sunt principes terrarū constituti à Deo: possumus tamen etiā ad literam intelligere de filiabus regū, id est, magnatū diuitum atq; nobiliū. Nam & harū non pauca, ad huius sponsi nostri cultum cōueniunt, ac bonis odoramentis Christū perfundunt. Ceterum, quod in fine versus dicitur, in honore tuo, perinde videtur valere, ac si dicatur, in honorando te, vel ad honorē tuum, vel ad honorandū te: ac si dicatur, Ex quibus te lætificauerunt, honorare te cupientes, & debita honoris obsequia tibi præstare volentes. ¶ Versu 11, Astitit regina à dextris tuis. Valde iucundū est, quod hic dicitur, astitare reginā à dextris sponsi. Nimirū hoc illud est, quod Ioan. 12. in carne veniens pollicitus est filius, Vbi sum ego (in quibus) illic & minister meus erit, multo magis ibi erit & sponsa mea. Ipse itaq; quemadmodū à patre locū accepit in ipsius dextera, sic cōsimili honore & suā sponsam à dextris sibi cōstituet: volens nimirū eadem illam gloria sublimari & lætari, quam ipse à suo patre accepit. Hoc enim est, quod suis quoq; discipulis, iam abscedens, ac testamentum constituens dicebat, Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum: vt edatis & bibatis super mensam meā in regno patris mei. Et apud Ioannē in oratione nouissima: Pater, volo, vt vbi ego sum, & illi sint mecum: vt videant claritatē meam. Et claritatē quam tu dedisti mihi, dedi eis: vt sit vnū in me, sicut & ego in te. Non ergo quasi ancillā vilem ad pedes illam constituet sed cōsidere secum faciet in caelestibus, in maiestate eternæ gloriæ. Vnde & in Apocalypsi ex sponsi iussione, spiritus præconizat Ecclesiæ. Qui vicerit, dabo ei sedere meū in throno meo: sicut & ego vici, & sedeo cū patre meo in throno eius. Hanc autem reginē Ecclesię in Christi dextera sublimationem præsignabat olim thronus ille Bethsabæ matris Salomonis, qui illi ad regē filium suū ingressē iussus est collocari, in quo & cōsedit ad dexterā regis. Ceterum, deauratū hic pro auro dicitur videtur. Vnde & B. Hieronymus ex Hebræo vertit, in diademate auro: & alius, in massa auti ophir. Qui tamen male distinctionem inter deauratum & aureum assignare, potest intelligere, secundū hoc quod sponsū ornatus & gloria inferior est gloriæ sponsi: ita vt sponsi aureū, sponsū vero deauratum vestimentum applicetur. ¶ Versu 13. Et concupiscet rex decorem tuum. Non est istud, sic accipiendum, quasi aliquid in nobis sit, quasi ex nobis, in quo oblectari possit spōsus. Quicquid enim in nobis est amabile, siue concupiscibile, ex ipso est: neq; sumus, quantum ex nobis, nisi sordidi, cæci, nudi, & prorsus miserabiles. Proinde quod spōsa dicitur, Concupiscet rex decorem tuū, intelligitur de decore & ornatu quo ipse eā adornat: aut ad hūc sensū, amabit te & diligit, vt te decorare faciat, & suis diuitiis adornet. Qui enim se Christo obediēter submiserint, & eius madata implere sunt solliciti, hos ipse concupiscit suarū gratiarum adornare decore. ¶ Versu decimo quarto, Et filie Tyri in muneribus. Per filias Tyri intelliguntur, vel conuerſi ex gentibus, eo quod Tyrus vna



erat ex nominatioribus & vicinioribus Iudæ, gentiū ciuitatibus: aut diuites & nobiles, cuiusmodi in hac ciuitate cōplures erant. Hi autē vtriq; cum muneribus & spiritualibus & etiā corporalibus veniunt ad adorandū dominum. Putant verō quidam, pro numero plurali hic legendum singulare: pro filia scilicet, filia. Atque ita sane in Græco legimus, *ἡ θυγάτηρ τῆς γου ἑδούρας*, hoc est, Et filia Tyri in muneribus. Similiter & beatus Hieronymus ex Hebræo singularem numerum vertit. Atque hoc modo eadē potest accipi sententia, quæ in Elucidatione ex numero plurali posita est, videlicet ista: Etiam filia Tyri, id est, populus gentium, in muneribus adorabunt dominum Deum tuum. Per filiā enim Tyri (quæ ciuitas est nominata gentium) recte intelligimus populum gentilem: quemadmodū per filiā Sion, populum Judaicum non paucis in locis accipimus. ¶ Versu decimoquinto, Omnis gloria eius filia regis. Difficultatē facit, & multis deceptionē, pronomen eius hoc in loco adiectū præter sententiā (vt videtur) necessitatē, atq; etiā comoditatē. Putant enim huius pronominis occasione pleriq; nomen filia esse nominatiuū pluralis numeri, vt sit hic sensus, Omnis gloria eius, scilicet sponsi, sunt filia regis abintus. Scire autē oportet, hanc nō esse veram sententiā. Nam filia, genitiuus singularis est, id quod tam ex Græco, quā Hebræo est manifestum. Nam Græce habetur absque pronomine, *ἡ θυγάτηρ τῆς γου ἑδούρας*, id est, Omnis gloria filia regis, abintus. Et similiter beatus Hieronymus vertit, Omnis gloria filia regis, intrinsecus. Accipiendum ergo est pronomen eius, secundū hanc sententiā, vt simul cum genitiuo filia iungatur quasi per appositionē: hoc modo, Omnis gloria eius, nempe filia regis, intrinsecus est, siue abintus est. Hæc autē sententia, illud ipsum dicere videtur, quod beatus Petrus in prima sua Canonica Epistola de mulieribus scribit, dicens, Quartū non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorū cultus: sed qui absconditus est cordis homo, aut incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in cōspectu Dei locuples. Ac consequenter exemplū proponens Sarā, maximū ornatum mulierum docet esse spem in Deo, & venerationē, subiectionem atq; obedientiā erga proprios viros. Quod huic loco accommodantes dicimus, summū Ecclesiæ ornatum quem sponsus requirit, esse obedientiā & fidelem subiectionē ad ipsum. Vnde nec dicebat Propheeta sponsa, Vestire auro & indumētis pretiosis, aut stybio depingas faciem tuā, aut similia huiusmodi: sed tantum, audi, vide, inclina aurē, & obliuiscere domum patris tui. Hæc enim sunt, quæ à sponsa sua requirit dominus Deus, scilicet & obedientiā. ¶ Versu eodē, Circumamicta varietatibus. Varietates istæ quibus circumamicta dicitur sponsa, intelligantur vestimēta pretiosa & elegantia, magno artificio & multiplici intertentione, variisq; intertentionibus diuersorū colorum elaborata: quas solent phrygianas vel phrygias vestes nuncupare. Beatus autem Hierony. ex Hebræo vertit scutulata. Translatio Chaldaica habet, indumenta diuersarū figurarum. In Græco autē dicitur numero singulari *περικλυμένη*: quod sonat, ac si Latine dicas, vestem variegatā, vel diuersicolorē: quæ omnia in eandē recidunt sententiā. G. Quid autem secundum mysticam intelligentiā iste varius ornatu sibi velit, satis monstrat Elucidatio. ¶ Versu 16, Adducuntur regi virgines post eam. Quotidie post sponsam sanctam Ecclesiam regi Christo adducuntur virgines, quando posteri priorū fidem & vitam insequentes, ad Christi fidem accedunt, eiq; copulantur nuptiis. Dicuntur quidē post sponsam adduci: & tamen intra sponsam fiunt, & pars sponsi, dum adducuntur. Sponsa enim ista ex vniuersis fidelibus tanquā ex membris cōposita est. Attamen post sponsam adducuntur, quatenus priorū patrum (qui in Ecclesia præcesserunt) fidei & morū regulam insequentes, sponso merentur cōiungi. Videmus enim nos posteri pulchritudinem sponsæ, & complacet nobis puritas fidei, atq; secundū vitam integritas prædecessorum in Ecclesia: atq; ita & nos post eam, ad regem sponsum currimus. Sancti verō Apostoli & prædicatores, dum plurimos ad fidei veritatē & vitæ iustitiam sua prædicatione inducunt, quasi ante regem virgines & proximas adducunt. Atq; hi sane vsq; ad consummationē sæculi non deficient, sed nascuntur semper pro patribus filii. Quod autē non solū puella dicuntur, quæ adferuntur regi, verum etiā virgines, illi respondet quod ait Apostolus, Despōdi vos vni viro virginē castam exhibere Christo. Decet enim sponso virgini, sponsas virgines adduci in coniugium. ¶ Versu 18, Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. Notandum, q̄ sicut in locum Patriarcharū successerunt sancti Apostoli, quos constituit Deus principes super omnem terram: ita & in horum locum succedere faciet Deus, vsq; in sæculi consummationē, viros Apostolicos, per quos Ecclesiæ ornatu promouebitur, & in suo decore conseruabitur, vsq; dum ipsa transferatur in locum quietis sempiternæ. ¶ Versu penultimo, Memor ero nominis tui. Tameñ libri vulgatiōes habeāt, Memores erunt, plurali numero & tertia persona: verior tamē lectio Gallicani Psalterii (quod nos sequimur) habet numero singulari, Memor ero. Nā memores erunt, sumptū videtur ex additione Romana. Quæ propter in textu primā personam & numerū singularem (iuxta probatiorum codicum fidem) posuimus. Cui etiam Græca consentiunt, in quibus habetur *μνησθήσομαι*, id est, recordabor, memorabor, vel memor ero. Similiter & ex Hebræo beatus Hieronymus vertit, Recordabor. Veruntamen propter vsu Romanæ Ecclesiæ, nō est omnino repudianda altera lectio (Habet enim & ipsa facilem & optimā intelligentiam) sed tantū dicimus, ipsam nō esse ex veritate Gallinæ additionis, quā sequimur, & elucidandam suscepimus. ¶ Subiungendum verō in fine huius Psalmi, quod in vsu Ecclesiastici officii multa ex hoc Psalmo vsurpari solent, atq; decantari in laudem virginū. Verū in hoc vsu, necesse est vt multa ex iis secundū longe aliam intelligentiā accipiantur, quā supra in Psalmo Elucidatione expressimus. Vt (verbi gratia) cum illud, Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternū, de virgine qualibet canitur, quod in Psalmo manifestū est de sponso fuisse dictū: clarum est debere aliter in vsu illo accipi, q̄ supra fuerit expositum. Sic item & de illo, Specie tua & pul-

A chritudine tua. Et, Propter veritatem. Item, Dilexisti iustitiā. Similiter & in sequenti Psalmo, Deus in medio eius nō commouebitur, adiuuabit eam Deus mane diluculo, vel secundum aliam lectionem, vultu suo, cani solet de vna qualibet sancta virgine: cum secundum intelligentiam Psalmi, de tota Ecclesia videatur intelligi. Sed facile est piis animi, ista secundum proportionem ad prædicta, congrua aliqua intelligentia aptare vsui Ecclesiastico, & prerogatiuæ virginum: quæ nos tamen, ne vltra modum efficiamur proxi, particulatim declarare omittimus.

XLV. PSALMI ARGUMENTVM.

Psalms iste populus fidelis est in domino Deo spe firmati, inq; eius fiducia nullam per timeſcentis cōturbationem. Poterit autem conuenientissime intelligi de illa immani & generali persequutione, quæ in primordiis Ecclesiæ aduersus ipsam iam nasci incipientem vbiq; terrarum seuebat: in qua persequutione, eminentis quique (vt reges, pontifices, & sapientes) caput erant atque præcipui. Diuina tamen protectione, Ecclesia sancta quæ ciuitas Dei appellatur, sicuti & vere est) inconcussa permansit, neque quantumvis oppugnata haftenus potuit expugnari. Ad eodē verō ipsa non angustiabatur Ecclesia, neque opprimebatur, vt etiam interius profecta virtutum & spiritualium charismatum irrigatione tanto letificaretur à Deo vberius, quanto exterius ab aduersantibus seculi potestatibus persequutiones grauiores sustinebat. Tandem autem, Deo iubente, etiam pax reddita est populo Dei, & omnis aduersariorum illa impugatio, Deo disponente, suppressa est. Sed & Antichristi illam nouissimam persequutionem conuenientissime hic Psalmus aptabitur: quæ tamesi seuisſima erit, ita vt etiam montes deuoret in profundum malitiæ, ita vt vniuersus pene mundus contra Ecclesiam conſurgat: tamen in domino fidentes electi non absorbeantur fluctibus, neque timebunt desperationis terrore, neque sine Deo commoueri electos suos: sed adiuuabit eos in tempore opportuno, ac tandem etiam pacem restituet, quando palam Christi nomen in vniuerso orbe prædicabitur, & gloria eius vbiq; terrarum fiet manifesta. Aduertendum autem est, per vniuersum hunc Psalmum loqui populum fidelem, præterquam in versu penultimo, in quo Deus ipse de sua gloria loquens introducit: sed vno tantum hoc breui versiculo. Nam vltimus subsequens, eiusdem est populi qui loquebatur ab initio.

QVADRAGESIMI QVINTI PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 Deus noster refugium & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inueniunt nos nimis.
- 2 Propterea non timebimus, dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.
- 3 Sonuerunt & turbatae sunt aquæ eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.
- 4 Fluminis impetus letificat ciuitatē Dei: sanctificauit taber-



Omnis Deus noster in quem credimus, qui nobiscum est vsq; ad consummationem sæculi, ipse est tutissimum nostrum refugium & nostra fortitudo per quem ab obuientibus quibuscunq; periculis speramus saluari, ipso tanquam asylo nos intra sese concludente, & tanquā forti pugnatore pro nobis propugnante: \* adiutor est nobis magnus valde, semper paratus & fidelis in omnibus tribulationibus & malis: quæcunq; nobis obuenerint, nunquam derelinquens seruos suos in afflictionibus atque periculis. 2 Propter fiduciam eius non desperabimus, neque deiciemur aut consternabimur animo, neque timebimus quicquam, etiam tunc cum vniuersa terra, & terreni atq; peruersi fuerint commoti atque conturbati aduersum nos: \* neq; cum montes, id est, potentes & eminentes super terrā, absorpti fuerint in profunditate malitiæ sæculi huius: etiam si omnes potentes & eminentes (siue potentia, siue sapientia sæculi) adiungantur infidelium populis ad nos tribulandos, non tamen timebimus aut desperabimus in Deo nostro fidentes. 3 Impetum magnū fecerunt, & conturbatione vehementi cōturbatae sunt contra populum domini multitudines terrenorū hominum, & ad populi Dei oppressionem vndiquaq; confluxerunt in modum aquarum multarū, vt vno impetu vnanimis irruerent in populū domini, sicq; eum possent absorbere penitus: \* tantus quoq; fuit hic impetus & tanta cōturbatio, vt etiā eminentes quique (siue sæculi potentia, siue mundana sapientia) cōturbarentur à fortitudine multitudinis illius, & impetu, ac violētia persequutionis eius grauissima. 4 Ciuitas autē Dei ex tanto aquarū impetu adeo nihil accepit nocementi, adeo opprimi non potuit, vt etiā magis inde profecerit. Nam impetus ille fluminis & maris (id est, persequutionis grauissima in modum maris aut fluminis per circuitum ipsam aggredientis & cōcutientis) etiam letificat Dei ciuitatē: quæ quo magis exterius affligitur & conangustatur, eo magis intra se reficitur in spiritali consolatione, & dilatatur intra semetipsam. Nouit enim in tribulationibus gaudere & gloriari: sciens, quoniam tribulatio patientiam operatur, & spem 2. Cor. 1. inconfusibilem: & quoniam sicut abundant passiones in eo, sic & per eum pro quo tribulatur, id est, ciuitatis ipsius dominum, abundat consolatio. Nam quo magis exterius quatunt ciuitatē fluctus maris & alienorum fluminum, eo qui intra ciuitatem sunt fontes, copiosius aquarum viuentiū dulcissimos riuulos effundūt: \* ipse enim altissi-

*naculum suum altissimi-  
mus.*

*5 Deus in medio eius  
non commouebitur.*

*\* adiuuabit eā Deus  
mane diluculo.*

*6 Conturbata sunt gen-  
tes, & inclinata sunt  
regna.*

*\* dedit vocem suam,  
mota est terra.*

*7 Dominus virtutum  
nobiscum:*

*\* susceptor noster,  
Deus Iacob.*

*Matt. 16. 8 Venite, & videte o-  
pera domini, quæ po-  
sunt prodigia super ter-  
ram:*

*\* auferens bella vsque  
ad finem terræ.*

*6 Arcum conteret, & scu-  
ra comburet igni.*

*10 Vacate: & videte  
quonia ego sum Deus:*

*Psal. 75. \* exaltabor in geni-  
bus, & exaltabor in  
terra.*

*11 Dominus virtutum  
nobiscum: susceptor no-  
ster, Deus Iacob.*

mus & potentissimus rex regum & dominus dominantium, suam Eccle-  
siam (quā in ciuitatis modum edificauit atq; circummuniuit) etiam  
sanctificauit in firmitate fidei, & stabiliiuit eam in habitationem sibi,  
quasi tabernaculū & castrum suum: ita vt ipso protegente, nunquam  
valeat hostili impetu vel quomodocunq; expugnari. 5 Deus fortis-  
simus est in medio ciuitatis & tabernaculi huius, tanq̄ dominus, pro-  
uisor, custos, & protector eam habitans: & iccirco talē habens prote-  
ctorem in medio sui, ipsa nō poterit conturbari: quonia tali p̄fecto-  
re se nouit bene securam: \* & si quādo videatur graue aliquod pericu-  
lum ei imminere per noctē, in tempore aduersitatis & desolatiōis, ap-  
parebit tamē opportune, adertq; tēpestine dominus custos eius pri-  
mo mane anteq̄ quicquam valeant hostes oppugnando efficere: & ab  
omni periculo eā suo opportuno adiutorio saluabit. 6 Vidimus cō-  
turbari: & ira insana nonnunquā cōmoueri cōtra ciuitatē Dei, popu-  
los multos: vidimus etiā regna amplissima & reges fortissimos incli-  
natos & cōmotos cū suis populis, ad oppugnationem ciuitatis Dei:  
\* etiā terra vniuersa, velut cōiuratione facta & cōspiratione, concla-  
mauit contra ciuitatē Dei, & vno impetu cōmoti sunt ad oppugna-  
tionē eius. 7 Quid verō valebūt, etiam si in vno fuerit agglomerata  
vniuersa terra, & omnis infidelium natio? Ecce enim Deus noster, qui  
est celestium exercituum dominus, nobiscum est, ac nostras partes tueri  
nobis pollicitus est, & nostrā nobis ciuitatē custodire securus: \* Deus  
verus fidelium, ipse est defensor atq; protector noster, qui nos suscepit  
in defensionē suā: cuius vnius virtutē omnibus alienis incursum op-  
ponimus, super quē ciuitas nostra fundata est, & ita firmata, vt nec  
porta inferi aduersus eā possint praualeere. 8 Venite o fideles animæ  
& cōsiderate opera domini Dei nostri quę pro suo populo exhibuit  
estq; exhibiturus super terrā, in conspectu omnium populorum, quasi  
prodigia, id est, magna mirabilia, & vsq; ad miraculū stupenda: \* in  
ea potissimum, quę sua voluntate Ecclesiā ciuitatē suam (quę prius tantis  
quaticbatur fluctibus persequutionū, ita vt vno impetu totus terra-  
rum orbis aduersus eam pugnaret) nō solū custodierit, sed etiā in pa-  
ce constituerit, & securā ab omnibus oppugnationibus in medio ter-  
ra, ita vt iam ex eius voluntate habeat etiam protectores, quos prius  
habuerat acerrimos impugnatores, nimirum montes sæculi, id est,  
principes & potentes. 9 Arcus contriuit, & confregit arma, & scuta  
combussit igni, id est, omnia arma, quib⁹ prius oppugnabatur Eccle-  
sia, ipse contriuit sua virtute: & cum esset ipsi placitū, cessare fecit o-  
mnem oppugnationē populi sui, eamq; ab omni fecit persequutione  
quietam. At ita in omni tribulatione, opportuno tempore, post pug-  
nam solet dare requiē. In quo sane mirabile est cōsiliū eius, quod  
& arma permittit moueri contra ciuitatē suam, ad exercitationē ci-  
uium suorū, & eadem suo tempore prohibet, ad custodiā & præserua-  
tionem electorū. 10. VOX DIVINA, VNO HOC VERSU INTER-  
PONITVR. Cessate o populi, desistite ab impiis vestris aduersum me  
ac populū meum machinationibus, omnibusq; vacui prauis affecti-  
bus & cogitatibus, emundatis cordibus, videte, cōsiderate, & di-  
scite, quę ego vere sum Deus & dominus, qui aduersus omnē mundi ma-  
litiam potens sum populū meū seruare: \* ego qui olim in Iudæa tan-  
tum notus eram, cū mihi placitū erit, magnificabor in populis mul-  
tarum gentium, & adorabor atq; glorificabor vt Deus, per vniuersam  
terram. RESVMVNT SERMONEM, QVI LOQVEBANTVR AB  
INITIO. 11 Concludentes in lætitia illud repetimus, in quo summā  
nostri boni constitutā arbitramur, quę nobiscum habemus potentis-  
simum dominum celestium exercituum, quę defensorem habemus Deū  
fortissimum, Deum Iacob, Deum viuū & verum: in cuius fiducia,  
omnem terrenā potentiam, & quantoscunq; insultus, nihil pertime-  
scimus, per ipsum in omnibus saluari confidentes.

ANNOTATIONES IN PSALMV M XLV.

**V**ersu primo, Quæ inuenerunt nos nimis. Aduerbium nimis, quod in fine ponitur, licet securū  
dum situm localem videatur pertinere ad verbum inuenerunt, vt sit sensus, Quæ tribulatio-  
nes inuenerunt nos valde, aut nimis: possit tamen non incommode construi etiā cum no-  
mine adiutor, vt sit sensus, Nimis adiutor, valde adiutor, hoc est, fortis & validus adiutor, in tribu-  
lationibus quæ nos inuenerunt. Iuxta hanc enim sententiam, beatus Hieronymus ex Hebræo ver-

**A**tit auxilium validum. Atq; hanc intelligentiā vtranq; similiter etiam Græca lectio admittit. ¶ Ver Apoc. 17.  
su tertio, sonuerunt & turbata sunt aquæ eorum. Aquas istas intelligimus, secundū quod in Apo-  
calypsi dicitur Aquæ multæ, populi multi. Hæ nanq; aquę sonuerunt propter impetum persequu-  
tionis, & turbata sunt ira & cæco furore contra populū Christianum: quemadmodū & amplius fa-  
cient in nouissima Antichristi persequutione, quando omnes gentes pariter confluent in modum  
aquare, & sua multitudine ciuitatem sanctorū circumfluent, suisq; persequutionibus atq; insulti-  
bus cōcutient eam: & erit tunc quidē tantus sonitus harum aquarū, tanta violentia, tam terribilis  
impetus & cōmotio, vt plurimos etiam potentes sit illa persecutio absorptura, & demersura in ma-  
litia profundū. Attamen quos elegit Deus, hi in ciuitate munita, quanquā angustati valde, tamen  
nō erunt conturbati: quomodo de Ecclesia primitiua legimus, quę quantūlibet grauibus persequu-  
tionum fluctibus quassaretur, cōmoueri tamen non potuit neq; expugnari. ¶ Versu quarto, Flumi-  
nis impetus lætificat ciuitatē Dei. Flumen istud potest vel in bonā partem accipi, vel in malam. Si  
quidem in malam, idem erit flumen, quod priori versu mare dicebatur, id est, abundantia malitiæ  
& persequutionis impiorum, cuius impetus crudelis ad eā ciuitatem Dei non conturbat, vt etiam  
per occasionem lætificet: dum eo amplius ciuitas Dei interius spiritualibus bonis reficitur. Vnde & 2. Cor. 7.  
Paulus in hac ciuitate positus, cum circumquaque fluminis impetus allueret, ita vt intus pugnas, Roma. 8.  
foris sentiret timores, ita vt tanquam ouis mortis destinata videretur, dicebat tamen in tribulatio-  
ne se gaudere etiam gloriari, sciens, quoniam per varias tribulationes oporteret ingredi in Actu. 14.  
regnum Dei. Si verō in bonā partem accipiat, accipiat fluminis istius impetus, ita opponetur maris flucti-  
bus, de quibus in præcedenti versu dictum fuit: vt quemadmodū fluctus aquarum maris conturbat  
& affligit exterius, sic fluminis qui intra ciuitatē est dulcis impetus, e contrario eam lætificet. Erit  
autem flumen istud lætificans, spiritus ille sanctus, de cuius plenitudine reficiuntur corda fidelium.  
Huius fluminis impetus, dulcissimus est ille influxus celestium donorum, & spiritualium charis-  
matum, quæ ex eo quasi ex vitali fonte saturiunt. Et hæ sunt aquę quæ impetu decurrunt de Ly-  
bano: de quibus & Esaias dicit, Haurietis aquas in gaudio, de fontibus Saluatoris. Fontes enim Sal-  
uatoris qui ciuitatem nostrā inhabitat, septiformis est plenitudo spiritus sancti. ¶ Versu quinto,  
Deus in medio eius non cōmouebitur. Duplex huius versus potest esse sententia. Prior erit, vt post  
pronomen eius, fiat per punctulum diuisio, & verbo substantiuo subaudito diuidatur sententia.  
Atq; ita sensus erit, Deus est in medio eius, nempe ciuitatis aut tabernaculi Dei: non commouebi-  
tur ipsa ciuitas aut tabernaculum: quem sensum expressit Elucidatio. Posterior verō sententia erit,  
si tota hæc oratio absq; diuisione coniunctim sic legatur: vt Deus suppositum sit verbi cōmouebi-  
tur, ad hunc sensum, Deus qui in medio ciuitatis inhabitat, ipse non commouebitur. Neque omni-  
no male proposito conuenit, quod dicitur Deus in medio ciuitatis non commouendus. Bonum enim  
ciuitatis quæ vel obsidetur vel oppugnatur ex eo maxime pendet, cui credita est ipsius cura & pro-  
tectio. Vnde donec ille perigil est, & bono animo, atq; ad defensionem sufficiens, non est ciuitati  
periculum. Quod si ille incipiat vel viribus, vel animo deficere, aut consternari animo, sine despe-  
ratione tangi, actum erit de ciuitatis salute. Cum itaq; (iuxta hanc sententiam) in proposito loco  
dicitur, quod Deus in medio ciuitatis vt protector & custos inhabitans, est imperturbabilis, quem  
terrere aut conturbare non possit quantuscunq; hostium vel numerus vel impetus: quis non videt  
recte hoc sermone ipsius ciuitatis firmam custodiam significari? Neq; valde dissimile est huic sen-  
tentia quod Psalmo 120, ad securitatem populi domini idem scribit Psalmista, Ecce non dormita-  
bit, neq; dormiet, qui custodit Israel. Dominus custodit te, dominus protectio tua super manū  
dexteram tuam: ac deinceps, Dominus custodit te ab omni malo. ¶ Versu penultimo, Vacate, & vide-  
te quoniam ego, &c. A pro admodum ordine dicitur prius, vacate: deinde, videte. Prius enim est, vt  
desistamus ab impietatibus, vt per penitentiam abiiciamus propositum malum, & expurgemus  
omne inquinamentū quod possit oculum mentis in sua cōtemplatione impedire. Vnde & Saluator  
dicebat, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et Ioannes in priore Epistola, Qui facit  
iniquitatem, inquit, non cognouit Deum. Donec enim malis actibus pleni sumus, antequam defi-  
stamus peruerse agere, impeditur oculus mentis, vt Deum quomodo oportet nequeat videre. Vaca-  
te (inquit) ergo, & videte, quę ego sum Deus: & quantumuis vos o rebelles contra nitamini, ego tamē  
exaltabor in gentibus, & adorabor in omnibus populis. Valde autem magnam gratiam addit can-  
tico, & multam indicat magnificentiam, quę ita subito breui sermone (id est, vnico versu) dominum  
ipsum introducit gloriam suam prædicantem, moxq; versu vltimo reuertitur persona populi fi-  
delis, qui per vniuersum loquitur Psalmi processum. Hæc autem personæ commutatio, & vocis Di-  
uinæ interpositio, similis est cum ea quæ in Psalmo secundo annotata fuit.

XLVI. PSALMI ARGVMENTVM.

**P**salms iste populi fidelis est, siue totius Ecclesiæ, alloquentis in spiritu, & exhortantis vniuersas gen-  
tes ad lætitiā & laudem in domino. Et plurimum quidem Dei in semetipso sublimitas & magnificen-  
tia proponitur, omni dignissima laude: deinde, ipsa eius erga Ecclesiam dignatio, qua nimirum gentes  
plurimas subiecit, & ipsum in speciosam & amabilem hæreditatem elegit. Iterum versu 6. Christi magnificen-  
tiam in gloriosa ascensione in laudis materiam proponens, monet omnes sapienter psallere tanto regi: quem, re-  
gno accepto, consuetur residere super sedem sanctam suam: ad quem dicit etiam populorum principes congregari  
per efficaciam Apostolicæ prædicationis.



1 Omnes gentes plaudite manibus: \* iubilate Deo in voce exultationis.

2 Quoniam dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram.

3 Subiecit populos nobis & gentes sub pedibus nostris.

4 Elegit nobis hereditatem suam: \* speciem Iacob, quam dilexit.

5 Ascendit Deus in iubilo: \* & dominus in voce tubæ.


6 Psallite Deo nostro, psallite: \* psallite regi nostro, psallite.

7 Quoniam rex omnis terræ Deus: \* psallite sapienter.

Esaię. 29. Matt. 15. Titum. 1.

8 Regnabit Deus super gentes: \* Deus sedet super sedem sanctam suam.

9 Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham: \* quoniam dii fortes terræ vehementer eleuati sunt.



Mnes gentes, tribus, linguę, & populi vniuersi, in maximi gaudii testimoniu etiam manus ad plausum cõcutite: \* in maxima letitia cordis vestri canite Deo, per voces exultationis & gaudiosa cantica. Iustum enim est, vt absq; exceptione illi nunc collaudent in canticis populi vniuersi, postea quã ipse omne absq; personarũ acceptione participes efficit misericordia sua. 2 Iccirco autẽ plaudendum, & merito illi est iubilandũ, quoniã dominus Deus noster sublimis est & excelsus, totus quoq; terribilis & venerãdus, omnibũsq; colẽdus & adorandus: nimirũ rex magnus, & imperator potentissimus, nõ vnus alicuius partis terrę, sed generali imperio super vniuersam terrã, rex regũ & dominus dominantium: cui proinde vniuersa nationes populorũ vt suo regi, laudẽ offerre debent & honorẽ. 3 Ipse nobis sua bona voluntate subiectos fecit populos multos, & gẽtes multas perfecta obediẽtia nobis fecit subditas: dũ ex omnibus gentibus, tribubus & linguis, sub fide nominis sui cõgregauit plurimos, & sancta matri Ecclesiã pleno corde obediẽtes & fideles filios fecit. Vnde factũ est, vt non solũ in Iudæa iam notũ sit magnũ nomen eius, verum & in diuersis mundi partibus, quas sub Ecclesiã suę obediẽtia subiecit. 4 Elegit nos in hereditatẽ suam, in peculiũ ex omnibus infidelibus & omnibus nationibus, in populũ peculiarem quẽ possideat, & in quo inhabitet in æternũ: \* speciem atq; pulchritudinem Iacob, id est, pulchram & speciosam hereditatẽ fidelis populi sui, quam ipse singulari amore vnice dilexit: nimirũ pro qua sibi cõparanda, maxima omnino & admiranda facere atq; pati elegerit. 5 Ascendit ipse rex magnus ex mortalitate hereditatis huius, post exhibitã dilectiõis opera, peractis omnibus quę pro hac hereditate sua venerat operari: ascendit, inquam, relinquens mundũ, & ad patrẽ rediens in magnifica gloria, magna iubilatione angelorũ sanctorũ, qui illũ comitabãtur ascendentẽ in sublimia: \* & dominus noster gloriose ascendit, quasi in voce tubæ, in laude & cõfessione fortissima angelorũ sanctorũ, quorũ laudes & cantica omnẽ tubarũ magnificentia atq; concentũ superabant. 6 Vos proinde oēs qui ex gentibus in illũ creditis, in psalmis & hymnis & cãticis spiritualib9 canite laudes ascendenti Deo nostro: \* regi nostro magno vniuersę terrę psalmos & laudes indifferẽter cãtate, corde, ore, & opere. 7 Neq; mirũ, si tam sollicitè omnes vos ad laudes exhorter, quandoquidẽ Deus ipse rex est & princeps magnus vniuersę terrę, cui pĩde merito oēs habitatores eius laudẽ debent & honorẽ: \* atq; iccirco moneo, vt illi psallatis apte & sapiẽter, quo modo tanto regi indignũ est psallere, id est, nõ imprudẽter & insipienter sola voce, quẽadmodũ irrationabilia pecora clamãt: sed cũ intelliẽtia & cãtatione animi, vt hoc ipsum voluatur in corde, qđ sonat in ore, sitq; etiã operatio & vita cõsona voci. Nã labiis Deũ honorare, corde autẽ ab eo lõge euagari, aut aure quidem Deũ cõfiteri, factis autẽ negare, pfecto insipienter psallere est: neq; huiusmodi laus est, qua psallere debemus Deo nostro. 8 Ecce enim iam regnũ accepit Deus noster super oēs gentes, iam in maiestate sua denicã hũilitate mortis regnat gloriosus: \* iã locũ habet & requiẽ in throno sancto gloriose maiestatis suę, ad dexterã patris, in cœlestibus: tanq̃ index cõstitutus à patre viuorũ atq; mortuorũ, sedet paratus ad iudicandũ populos, omni in cœlo & in terra accepta potestate. 9 Iã etiã populorũ diuerforũ rectores & p̃sides, vnã cũ sibi subiectis populis, congregati sunt cũ Deo vero, quẽ colerunt Abraham Isaac & Iacob Patriarcha, & semen eorũ: & qui olim ab vna gente colebatur, hinc iam se reges & principes orbis terrarũ adiũgũt, per fidei & cultus eius acceptione, huic se coniuũt, cõiungũt, atq; subiiciunt cũ suis populis: \* idq; per hoc quod sancti Apostoli atq; Apostolici viri, p̃dicatores glorię eius (qui velut dii fortes terrę positi sunt à Deo, & principes ac iudices cõstituti sunt super omnẽ terram) magnifice ex ipsius virtute exaltati sunt, & sublimati: mirabili accepta à Deo potestate, in verbo & in opere, in efficacia doctrinã, & virtute signorũ atq; prodigiorũ ex virtute spiritus sancti. Per horũ siquidem magnificam exaltationẽ, etiã principes orbis terrarũ iugo fidei sese submittentẽs, cõuenerunt in vnus Dei cultũ, quem prius cõtempserant, atq; etiam fuerant persecuti.

Versu quarto, Elegit nobis hereditatẽ suam. iuxta sensum in Elucidatione expressum, videtur in hoc versu esse incommodum sermonis. Ad efficiendam nanq; illam sententiam videtur potius debuissẽ poni casus accusatiuus, hoc modo, Elegit nos in hereditatẽ suam, quẽ admodũ habet Romana editio aliquanto etiam clarius, hoc modo, Elegit nos in hereditatẽ sibi. Et ad hanc sententiam videtur nostra lectio Gallicana accipienda. Neq; magni aestimandum est huiusmodi in sermone incommodum, potissimũ cum & in Græco similiter inueniatur. Nam & ipsi datium habent. In secunda autem parte versus, diuersitas lectionis inuenitur. Quidam enim codices masculinũ genere habent, quẽ dilexit: atq; ita relatio fit ad Iacob, quod difficile non est intellectus: quoniam Iacob, id est, populum Israel, populum fidelẽ, Deus habet dilectum. Veruntamẽ fœminino generi correctiores codices fauẽt: similiter & lectio Græca, quã habet Hieronymus, id est, quam dilexit, genere fœminino. Sed & ex Hebræo beatus Hieronymus legit, gloriam Iacob quam dilexit. ¶ Versu quinto, Et Dominus in voce tubæ. Per hanc vocem tubæ, in qua Dominus dicitur ascendisse, præter magnificam laudẽ & iubilationẽ angelorum cantantium atq; deducẽtium (quam in Elucidatione diximus) potest intelligi etiam vox prædicationis Apostolicæ, quã Christum ascendentem est profeguta. Post Christi enim ascensionẽ, Apostoli voces suas (iuxta Esaiã vaticinium) leuauerunt quasi tubas, clamaueruntq; nec cessarunt euãgelizantes Sion Ecclesiã sanctã, donec in omnẽ terram exiisset sonus prædicationis eorum, & in omnes fines orbis terrę peruenissent verba doctrinæ eorũ. Per huius autem tubæ clamorem atq; concẽtum, gloria ascendentis Christi longe latẽque in omnibus gentibus manifestata est: quẽadmodum solent principum aduẽtus, tubarum clangore manifestari. Veritas enim in hoc differẽtia apparet, quã saculi principes, tubæ antecedat: hũc autẽ nostrum principẽ & regẽ ascendentem, tubæ huiusmodi subsequẽbãtur, subsequẽbãtur (inquã) corporaliter in cœlum ascendentẽ, præcedebant tamen spiritaliter ad Ecclesiarum inhabitationem aduenientẽ. Notandum tamen est, quod partes ista duæ huius. 5. versus, quas nos ambas exposuimus de gloria Christi ascendentis, ad diuersã cõmode possunt applicari: vt in priori parte intelligatur (sicut diximus) ascendentis gloria, in posteriore verò redeuntis ad iudicium terror & magnificentia. Atq; ita secundo loco subintelligi debet verbum futuri tẽporis, ad hunc modum: Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus iterum veniet, vel apparebit in voce tubæ: iuxta quod in actis Apostolicis angelos dixisse legitur spectantibus discipulis, Viri Galilæi, quid statis alpiciẽtes in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quẽadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Nã quod in voce tubæ index adueniet, Paulus Apostolus indicat, dicẽs, Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in istu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent in corrupti, & nos immutabimur. Et iterũ alio in loco, Ipse Dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba Dei ascendet de cœlo, & mortui qui cum Christo sunt, resurgẽt primi. Manifeste quoque id ipsum sermo Euangelicus testatur, cũ apud Matthæum ex ore Saluatoris dicitur, Mitte filius hominis angelos suos cum tuba, &c. ¶ Versu septimo, Psallite sapiẽter. Psallere sapiẽter Græce dicitur *σοφιστως* quod sonat intelligibiliter, id est prudẽter, cordate, cum intellectu, siue atretã mente, quod beatus Hieronymus ex Hebræo vertit erudite, quasi cum prudẽtia & bono intellectu. Huic autẽ opponitur, psallere insipienter, vel imprudenter, vel inerudite & inatente, absque intellectu videlicet in attentione eorum quę canuntur: quẽadmodum (proh dolor) passim fieri videmus tam in lectione, quã in cantionibus Diuinorum carminũ: in quibus (quantum ad oris operationẽ & labiorum motionem) tam legendis quã decantandis totos dies infumunt miseri, nihil prorsus eorum quã labiis terunt, & toties per linguã vane effundunt, intellectu considerantes. Vere autẽ non est hæc laus quã Deum nostrum decet: non est hæc decora in eius oculis laudatio, qui tota attẽtione mentis optimo iure laudãdus venit. Est tamẽ hoc in loco attẽdendum, posse fieri, vt quis sapiẽter psallat & intelligibiliter, iuxta Psalmi monitionem, qui tamen eorum quã profert ore, nihil distincte intelligat: modo Deũ ingiter habeat ante oculos, illiq; tota mentis acie intẽdat. Sit enim (verbi gratia) simplex aliquis aut idiota, qui Psalmos quidẽ memoriter edidicerit (quẽadmodũ facere solẽt Aegyptii monachi) vt Diuina carmina, & in quibus maxima cõtineantur summi Dei præconia: non intelligit tamen distincte Psalmorum verba, sed tantũ nouit ex doctrina patrum, huiusmodi cantica, altissimas domini laudes & veneranda continere mysteria. Hanc autẽ ob causam, quoties Deo laudes magnas dicere gestit, cantica ista recitat, sciens quoniam in his laudes magna cõtineantur ab illuminatissimis Prophetis, & viris Deo plenis cõposita cuiusmodi ipse intellectu rudis & hebes nunquã possẽt cõficere aut proferre. Qui autem ista sic recitat, & licet quid dicat distincte non intelligat, tota tamẽ mente Deum spectat, & quasi ante oculos Diuinã maiestatis cõsistens, eũmq; spectatorem, & laudum harum acceptatorem conspiciens, sic illi offert quę ore pronunciat quasi pretiosissima & ipsi acceptissima dona, hunc nihil dubito ego sapiẽter psallere. Quod enim ore sonat, hoc ipsum in corde habet, nimirum Deum & eius præconia: imò nec hoc dubito, huiusmodi Psalmorum & canticorum pronunciatorem subinde Deo sapientius psallere, quẽ plebique faciãt eorum qui singulos pene Psalmorum apices excusserunt & intelligunt. Atque hæc res magnã debet esse consolationi Deo sacratis virginibus, quas ex patrum documentis, & traditione maiorum, videmus in sacris conuentibus decãtare idiome Latino Psalmos, & alia omnia quã ad Ecclesiasticum spectant officium: cum plerãq; ex eis ne verbum quidem intelligant eorum quã legunt ac canunt in tẽplis. Quarum quidẽ virginum deuotum erga Deum obsequium, impudentes nonnulli homines plus sapere volentes, quã sapere oporteat, & in iudicando temerarij, velut stultum

Psalm. 58. Psalm. 118.

Actu. 1.

1. Cor. 15

1. Thef. 4

Matt. 24



& vanum laborem irridere non veretur, neq; quid dicant sciētes, neq; quid damnent intelligentes. Quod si quis obiiciat, quonam pacto fieri possit, vt huiusmodi sapiēter siue intelligibiliter piāllat, cum nihil eorum quę legunt intelligant? Dicimus, vtique intelligere eos quod piāllunt. Deum enim intelligunt, & in mente habēt, cuius laudes se ore proferre cognoscunt, neque aliud mente tenent, quā voce sonant: tamen non distincte intelligant, quid verba illa sonēt quę proferunt laudantes. Alioqui, quotusquisq; est etiam eorum qui optime latinum idioma callent, qui cum sacros Psalmos & Prophetarū oracula, aliāq; quę sunt ex sacris libris Ecclesiastico officio inserta, ex Ecclesię prescripto recitat, distincte omnia intelligat? aut quis illud ad prudenter sapiēterq; psallēdum putet necessariū? Nā si hoc quis dixerit, non video quomodo beatus Antonius, quomodo hoc vetustior senex ille Paulus, quomodo alii sancti eremite & anachorite sapiēter potuerint in Psalmorum decatatione Deo psallere: quos nequaquā putam⁹ singula penetrasse, quę sunt in sacris libris mysteria. Huiusmodi enim viros arbitramur magis in primo illo supraposito sapiēter psallēdi modo fuisse exercitatos: tamen si non sit dubitandum, Diuina dignatione plurimos etiam scripturarum difficiles passus illis fuisse patefactos ad intelligentiā, quantum Domino placuit, & expedire visum fuit. Hęc autē pro simplicium consolatione sint dicta: minime tamen ad illorum excusationem qui sola verba recitare contēti, corde diuagantur per castra, ciuitates, & regna, imō & per vniuersi orbis latissima spatia, a Deo quem ore laudāt, corde & mente plurimum elongati. Quibus recte illud conuenit Propheticū, ex ore Domini: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. ¶ Versu vltimo, Principes populorum congregati sunt cum Deo Abrahā. Huius versus potest, pręter eam quę in Elucidatione posita est, etiam alia dari intelligentia, secundum quam principes populorum intelligantur iidē qui mox per Deos fortes, nempe sancti Apostoli: qui (sicut ex præcedēti Psalmo. 44. constat) principes & reges populorum recte appellantur, eo quod regendis & moderandis populis a Deo sint propofiti. Hi autem principes populorum, iam congregati, iam simul collecti sunt, cum rege Melsia Christo Domino iam associati sunt, iam beatitudinis eius intra cęlestem patriā sunt facti participes, & illic iam vehemēter eleuati sunt, magnifice exaltati cū eo cuius gloriā in hoc mundo prædicauerunt. Aut ad iudiciariam potestatē, sanctis Apostolis vt principibus populorum concessam, sermo referatur. Sūt enim Christo domino ad iudicium exercēdum associati, & quasi assessores illius facti: quoniam sic mirifice eos ad tam sublimem dignitatē eleuare illi cōplacuit, vt sicut ipse super sedē sanctam suam residet, ita & illi sedent super sedes duodecim, indicātes duodecim tribus Israel. Et est hoc sane vtique; magni gaudii materia, & iusta ratio plaudēdi manibus præ lætitiā: siue quod iuxta priorē intelligentiam, iam isti sint introgressi ad Dominum, etque in beatitudinis participatione associati (Spē enim dat nobis, quōd & nos similiter illum simus congregandi, qui obediētes fuerimus doctrinę eorum: quomodo illi obediēter doctrinę Domini, & ad ipsum collecti sunt) siue quod iuxta posteriorem intelligentiam, ipsi Apostoli Domino sint in iudices & assessores sociati. Magnam enim hoc nostrę fragilitati præbet fiduciam, qui in illorum patrociniō confidimus. Ceterū quod sancti apostoli hęc dii appellentur, id non mirum videri debet, cum in lege veteri vel iudices solos inueniamus deos appellatos: & ex ore Domini didicerimus deos appellari, ad quos tantū sermo Dei factus est. Quanto magis ergo hi præcellētes Ecclesiarum principes, ad quos incarnati verbi sermo factus est, quibus in carne, Deus ipse ore ad os loquutus est, deorum merebuntur appellatione honorari?

Psal. 29. Matt. 15.


Matt. 19.

XLVII. PSALMI ARGUMENTVM.

**S**vblimi cōtemplatione raptus propheta, & illuminatę mētis oculo futura de ædificatione Ecclesię sanctę quasi præsentia cōspiciens, in laudē diuinam erumpit, magnum Dominum clamās, & nimirum laudabilem, in ciuitate quam contēplabatur magna totius orbis terrarū exultatione ædificari: in cuius ciuitatis domibus ait Deum cognoscendū, sic vt etiam reges terrę a persecutione cessantes, imō de ea pœnitentiā agentes, sint congregandi pariter in fidem & ciuitatem regis magni, regis regum, & Domini dominantium. Atque hęc quidē sex primis versibus. Hinc verò rursum consurgit in Dei confessionem: & quasi iam omnia impleta cōspiciens quę ab antiquis tēporibus fuerāt patribus repromissa, sic magnifice gratulatur, & confitetur misericordias Domini, laudemq; eius immensam in omnes fines terrę, & iusta iudicia, ob quę letari iubet fideles simul & generalē ponēs exhortationē ad vniuersos, vt cōfluāt ad sanctę Ecclesię amplexus, eiusq; gloriā prædicēt, & posteris enarrent vniuersam quę est de Deo Domino veritatem, & quod ipse director sit populi sui in æternum.

QVADRAGESIMISEPTIMI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Magnus Dominus, & laudabilis nimis



Ere excelsus est Dominus Deus noster, & magnus in omnibus, magnus Dominus, magnus Deus, magnus rex: magnus in potentia, magnus sapiētia, magnus in bonitate, magnus in duratione, magnus in gloria, atque ita in ceteris omnibus quęcunque illi possunt attribui: & quę admodum in omnibus præcellenter magnus est, ita est & in omnibus valde laudabilis: præcipue autem & singulari quodam modo in ciuitate sua, & in monte suo sancto, nempe fidelium Ecclesiā: quę per ipsum vt architectum est constructa & ædificata, in compaginatione spiritus san-

\* in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius.

**A** **2** Fundatur exultatione vniuersę terrę: \* mons Sion latera Aquilonis, ciuitas regis magni.

**3** Deus in domibus eius cognoscetur.

**B** \* cum suscipiet eam:

**4** Quoniam ecce reges terrę cōgregati sunt: cōuenerunt in vnum.

**5** Ipsi vidētes, sic admirati sunt:

**C** \* conturbati sunt, cōmoti sunt, tremor apprehendit eos.

**6** Ibi dolores vt parturientis: \* in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.

**D** **7** Sicut audiuiimus, sic vidimus in ciuitate domini virtutum in ciuitate dei nostri: \* Deus fundauit eam in æternum.

**8** Suscepimus Deus misericordiam tuam: \* in medio templi tui

Et, ex fidelibus hominibus, qui ciues sunt & domestici ciuitatis huius: quę etiam quasi mons per fidem atq; claritatem altus est, firmus & immobilis. **2** Fundatur autem ista ciuitas, & ædificatur velut a fundamētis, cum magno gaudio vniuersi orbis terrarū: omnibus qui in illa erūt cōdificandi gaudētib; quod ciues futuri sint tam gloriose ciuitatis, & si quis requirat, vbi hæc ciuitas fundetur, & vnde ædificetur: \* ecce mons Sion iunctus cum lateribus Aquilonis: efficitur ciuitas istam, quam diximus magni regis, Iudę & gētilitas, in vnā Christi fidē conuenientes, Ecclesiā sanctam componunt. Ex his enim duobus populi, in vno angulari lapide Christo cōiunctis, & super hunc ibidem vt vnicum fundamētum fundatis; ædificatur sancta Ecclesiā, ciuitas Dei viuētis. **3** Et licet olim in mundo existēs non fuisset agnitus a mundo, nunc tamen in temporis plenitudine agnitus est. Dominus Ioan. 1. Deus in domibus ciuitatis huius: in Ecclesiis particularibus (quę per vniuersum orbē terrarū ædificantur, tãquā domus magnę ciuitatis, id est, totius vniuersalis Ecclesię) cognitus est vt verus Deus & Dominus, atq; vt talis cœpit adorari: \* posteaquam venit plenitudo temporis, quo ipsi complacuit per humanationē ad nos venire, ad suscipiēdum hanc ciuitatem suam, quando ei placuit fieri in similitudinē hominum, sicq; Ecclesiā sanctam suscipere in habitandam, possidēdā, regēdā, defendēdā, promouēdā, ad eum modum quōd paterfamilias in domum suam adueniēs, digno a familia honore suscipitur, & rex in suo regno agnoscitur, cū aduenit ad suscipiēdū illud. **4** Ecce enim reges & principes orbis terrarū, vnā cum subiectis sibi populis, iam cōgregati sunt vnanimis, iam pariter conuenerūt, & cōadunati sunt in vnum, vno corde & animo suo colla submittere parati iugo fidei, & in Dei nostri ingredi ciuitatē, Ecclesiā sanctam: vnitatis fieri participes. **5** Modus autē cōuersionis eorū hic fuit: quoniam vidētes signa & prodigia mirabilia, quę Dominus per suos ministros sanctos Apostolos operabatur, cū illi placeret Ecclesiā ædificāre, sic mirum in modum admirati sunt, de rebus tã stupēdis & insolitis; tam in verbo quā in opere, quę per homines infirmos fieri videbant, simul & de mirabilibus illis quę hęc ex ore Dei annunciabant: \* & contēplantes veritatē fidei atq; virtutē Dei, cōturbati sunt intra semetipsos, quod sanctum Dei nomē ante veritatis agnitionē ita impietatis viribus oppugnassent, sintque ad pœnitentiā commoti salubriter: ita vt quasi timor & tremor in eos irruerit præ horrore patratę pristinę impietatis suę. **6** Apprehēdit quoq; eos dolor vehemēs cōtritionis & pœnitentię, quasi ad modū parturienti: qui & maximus est & tamē admodum vtilis, vt pote per quem homo in vitam spirituale regeneretur: \* in spiritu violēto & valido tu Domine contriuiisti diuitias & superbiam gentium atq; populorum: in magna virtute & efficaciam, illos ab infidelitate & vitis suis auersos, ad te fecisti cōverti, eosq; tibi potētē subiugasti. \* Insuper & gētium idola ex auro nobili (cuiusmodi a Tharsis per naues afferebātur) facta, itē & auro multo ac preciosis ornatibus onusta, ad modum nauū ex Tharsis aduehētū multas diuitias tu contriuiisti & confringi fecisti, per virtutem & efficaciam spiritus tui sancti: qui per os sanctorum Apostolorū tuorū magno impetu flans, illa de sua gloria deturbauit, & prostrauit in terrā. **7** Ecce Domine iam vidimus impleta omnia, quęcunq; prædicta audiuiimus in lege & Prophetis de tēpore aduentus tui & ædificationis nouę Ecclesię tuę: & sicut audiuiimus ea ventura, ita iam in temporis hac plenitudine datū est nobis ea impleta cōspicere in Ecclesiā sancta, quę est ciuitas illa quam iam diximus magni regis cęlestiū exercituum, & ciuitas Domini Dei saluatoris nostri: \* quam ædificauit velut a fundamētis, quāmq; stabiliiuit, & in soliditate sua cōstituit super firmisimā petrā, ipse Deus & non homo: ita vt in sempiternū nō possit cadere neq; deficere, aduersus quam nec portę inferi possent prauallere. **8** Misericordiam tuā, o Deus, quam Abrahę & patribus certissima fide promissā, antea actis sæculis maximo desiderio expectauerāt, & pro qua ita vehemēter suspirauerant patres nostri, hanc nos impletā suscepimus, hanc nos reali adimplerone vidimus exhiberi, \* in medio Ecclesię, quę est sanctum tēplum tuum, ita vt iam quasi in medio exposita sit omnibus in tua misericordia, quicunq; per fidē intra hoc tēplum fuerint, sitq; in commune omnibus abique perlo-

Ephes. 2.

Philp. 2.

Matt. 19.

9 Secundum nomē tuū Deus, sic & laus tua in fines terrarū.

Pfal. 112.

\* iustitia plena est dextera tua.

10 Latetur mons Sion, & exultent filie Iudæ: propter iudicia tua domine.

1. Cor. 3.

11 Circundate Sion, & complectimini eam:

\* narrate in turribus eius.

12 Ponite corda vestra in virtute eius: & distribuite domos eius, ut enarratis in progenie altera.

13 Quoniam hic est Deus Deus noster in æternum & in sæculū sæculi: \* ipse reget nos in sæcula.

Pfal. 99.

Pfal. 22.

Ioan. 10.

narum acceptione proposita, quicunq; per fidē eius voluerint participes fieri, neq; quiscūq; excludatur ab ea, nisi qui seipsum excluderit. Et pro tanta tua misericordia sic in medio tēpli tui exhibita, tu es o Domine Deus summa & immēsa laude vere dignissimus. Quē admodū enim nomē tuum magnum est gloriosum, incōprehensibile, & ineffabile: ita & laus tuā o Deus magna est, & gloriosa nimis, incōprehensibilisq; & ineffabilis, per vnuerfos fines terrarū: quoniam a solis ortu vsq; ad occasum, sicut magnū est nomē tuum in omnibus gentib; ita & laus tua maxima est, quā nullus sufficiat explicare: \* specialiter verò laus tibi cōuenit de tua admirabili & æquissima iustitia, quā plena est dextera tua: quoniam videlicet in summa iustitia omnibus facis remunerationē, & in retribuendo æquissimus, vnicuiq; reddēs secundū opera suā. 10 Latetur proinde, & merito gaudeat sancta Ecclesia, & fideles quic; qui per confessionē fidei habitāt in ea, propter æquissima & iustissima iudicia tua, quibus tu agis omnia, & iudicas de omnibus, vnicuiq; reddēs secundū proprium laborē & opera: ita infallibili æquitate, vt neminē sis pro merito bonis actionibus premio fraudaturus, neq; ecōtrario quēquam sis contra merita indignū premiaturus. 11 Circundate, o fideles animæ ciuitatē regis magni istam beatā, de cuius edificio multa diximus, & amorosis amplexibus complectamini eam: nimirum in qua sola salus esse vobis poterit, & a qua omne bonū procedit: ei; sic adhæreatis fidei firmitate & charitatis dulcedine, vt nūquā vos patiamini ab eius auelli amplexibus: \* proclamate quoq; o amatores ciuitatis huius, laudes & bona eius palām in turribus eius: & super tecta, in propatulo, præconizate eius gloriā, vt ad eius amorē & amplexus etiā exteros cōuocetis. 12 Firmate corda vestra in spiritu sancto, qui est virtus ciuitatis huius: & in hac eius fortitudine, securā ponite, & quasi firmā collocare corda vestra, semp in eius fortitudine & auxilio confidētes, in cuius virtute etiā maxima quæq; poteritis: \* & domos eius distribuite, Ecclesias particulares in populis & gētibus cōstituite, ita vt generationibus sequētibus enarratis, atq; ita semper cōsequēti ordine de progenie in progeniem, de generatione in generationē, narrent alii aliis, priores suis posteris. 13 Quod hic ipse quē diximus, dominus & rex magnus, & edificator & susceptor ciuitatis sanctæ, sit vere Deus omnium, & specialiter Deus noster, Deus fidelium suorum: neq; id solum ad rēpus modicum, quemadmodum reges huius mundi reges sunt tēporarii, quorum regnum transit & deficit quā velocissimē, sed Deus æternus in sæcula sæculorum, sine fine regnum tenens: \* & ipse est, qui nos populum suū & oves pascuæ suæ (id est, sibi credentes) reget, pascet, deducet, & diriget, quasi pastor bon; & pater misericors, in sempiternū nūquam abiecturus a se curam fidelium seruorum suorum.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XLVII.

Versu secundo, Latera Aquilonis ciuitas regis magni. Per latera Aquilonis recte intelliguntur populi gētium, qui sunt quasi in circuitu Sion, & velut à lateribus terræ promissionis: quæ in mediterraneo terræ fertur posita, ac proinde quæ circumiacēt necesse est ad latera esse locata. Deinde, quia à Iudæa cœpit Euāgelica prædicatio, per quam Ecclesia sancta fuit edificata, atq; hinc deriuata est in gētes per circuitū, etiā hac cōsideratione non inepte populos gētium latera appellabimus, cōparatione ad Iudæam in qua Sio posita est. Vnde Esaias Propheta alloquēs in spiritu Hierusalē, ait, Filii tui de lōge venient, & filia tuę de latere surgēt: loquēs indubie de cōuersione populi gentium, quemadmodum ea quæ antecedunt atque sequuntur aperte demonstrant. Quod autem latera Aquilonis hic dicātur potius, quā oriētis aut meridiei, propter frigus iniquitatis & idololatriæ (quod in locis gētium abundabat plurimum) dictum videtur. Vnde & diabolus per Aquilonaris regionis principē significatur, de quo apud Esaiam legimus, quod sedem suam in lateribus Aquilonis. Et frequēter de hac Aquilonari parte apud Prophetas mala proferūtur. Cuius modi est illud Hieremię, Ab Aquilone pandetur malum: & alia pleraq; huiusmodi. Alioqui nō minus ad orientem aut meridiem populi gentium idololatriæ deditierant, quā in qui ad Aquilonarē plagam demorabantur, si tantū localem sitū attendimus. Necesse est ergo, vt secundum mysticā intelligētia in ista Aquilonis latera prædicto modo accipiamus. Itaque, non solus mons Sion ciuitas est magni regis illa, de qua hic tam gloriosa loquitur Propheta: sed mōs Sion coniunctus cū lateribus Aquilonis, populus Iudæicus cum in habitatoribus laterū Aquilonis, cū populis, qui prius subditi fuerāt principi Aquilonis, cum populis frigori, idololatrię & omni malitię antē subiectis, pariter ciuitatem magni regis componunt. Et erat quidem ante hęc duorum populorū cōadifica-

tionē cœpta fundari huius ciuitatis pars altera, quę erat Iudæorum Synagoga: verum id exultatione tantum erat partis terræ, nepe solus Iudæa. Neque enim nisi in Iudæa, tum temporis noscebatur Deus. Postea verò quā istam vnā ciuitatem sic ex monte Sion pariter cum lateribus Aquilonis Deo placuit edificare, factum est hoc exultatione maxima vnuerse terræ: quoniam iam ad omnes absq; discretionē participatio salutis deriuabatur, Apostolica prædicatione in omnē terrā exeunte. ¶ Versu tertio, Deus in domibus eius cognoscetur, &c. Quomodo ciuitas quælibet ex pluribus domibus edificatur, ita Ecclesia vnuerſalis ex particularibus Ecclesiis conſurgit atque componitur: tamen recte etiā tota vnuerſalis Ecclesia nonnunquam domus Dei appelletur, quē admodum Paulus ait, domum Dei esse Ecclesiā. Recte enim & domus & ciuitas dicitur. Domus enim, patrifamiliās competit: Ciuitas, potius regi: Dominus autē noster, & paterfamiliās, & rex solet nominari populi sui, Possent autem per domos intelligi etiam ciuitatē suam, ad eam suscipiendam suā possessioni restituendā, iam agnitus est in populis, & debito susceptus honore ab omnibus quotquot ad vitā fuerant præordinati: de quibus subsequēter Ioannes ait, Quotquot autē receperunt eum (nimirum in propria venientem) dedit eis potestātē filios Dei fieri. Nam quod præcelsit, in propria venit, & sui eum nō receperunt, ad eos spectat qui de domo diaboli sunt & Synagoga eius, nō de domibus ciuitatis sanctæ. Propter quod etiam signanter dictum est, Deus in domibus eius cognoscetur, nepe in domibus ciuitatis huius regis magni. Habet enim & diabolus domos siue Synagogas suas, sed in illis nō agnoscitur Deus, donec illius domus per eam sunt, fieri apta comparatio, ad regē istum cælestem & sanctā eius ciuitatē. Nā sicut rex priusquam regnum susceperit iuxta ritum debitum, & iura patria priusquam ciuitates in suam fidem, possessionem, tutelam, defensionē susceperit, non agnoscitur vt rex, neq; penitus honorē illi regium homines impendunt. Cum verò ille aduenerit cui regnum competit, in ciuitates regni sui, eāq; ingressus susceperit (vt prædictum est) in possessionem, fidem atque defensionē suam, tum vt rex cognoscitur, tum in honore debito ab omnibus bonæ obediētia subditis agnoscitur. Sic sane dominus rex noster, antequam venisset in mundum, erat quidē vere mūdi dominus, & omnium mundi partium rex erat verus & imperator, quoniam per ipsum facta fuerant omnia: nō est tamen agnitus vt rex & Deus ab hominibus, qui in mundo inhabitabāt, neq; regium illi honorē voluerunt impendere: sed inuisibilis imperatoris loco, visibilem & corruptibilem creaturā coluerunt, cōmutantes (iuxta apostoli verbum) veritatē Dei in mendacium, & gloriam incorruptibilis Dei in similitudines creaturarum, quibus maluerunt seruire, quā creatori, qui est benedictus in sæcula. Verum vbi in carne adueniēs similis nobis apparuit, seq; ipsum præsentē in carne monstrauit, in similitudinē hominum factus, habitaq; inuentus vt homo, Ecclesiam cōgregans, & adificās ex omnibus populis, tum agnitus est vt rex, Dominus, & Deus verus, ab omnibus quotquot vere sunt de ciuitate & populo eius: etiam si plurimi adhuc filii Belial, & de ciuitate diaboli reculent illum vt verum Regem cognoscere, donec manum eius violentā in sese perferētes, cogātur confiteri nolentes, quod modo cōnterri renuunt. ¶ Versu quarto, Quoniam ecce Reges terræ cōgregati sunt, &c. Neminem turbet confusio temporis, quæ in his versibus cōspicitur, cum versu secundo dicitur tempore præsentis, fundantur: deinde versu tertio, cognoscetur tempore futuro: hoc autē quarto versu ac sequentibus, tempore præterito, congregati sunt, &c. atque iterum post, versu sexto, conteres. Hęc enim tēporum mutatio, ex libertate est in spiritu contēplantis, quæ tēporis differētias solet plerunq; confundere. Quæ verò hęc dicuntur de Regum commotione, conturbatione, dolore atq; tremore, tamen in elucidatione vertantur ad partem meliorem, ad salutarem videlicet commotionē penitentiæ, licebit tamē etiam in malam partem nihilo forte incommodius exponere, de cōmotione scilicet persequutionis maximæ, quā contra Christi nomen præ ira & furore excitauerunt in primordiis nascentis Ecclesiæ, rectores populorum: tamen illorū potestas ac fæua rabies, tandē spiritus violētia deuicta fuerit atque contrita. ¶ Versu sexto, Ibi dolores vt parturientis. Secundum intelligentiā, quæ in elucidatione ponitur, notandum est, dolores penitentium recte cōparari cum dolore parturientis. Est enim dolor parturientium vehemēs quidē vsq; dum fetus egressus fuerit, post verò in gaudium commutatur: & cum sit breuis, multā tamē adfert vtilitatem, vt pote post quem factus viuus egreditur, & per quem inter viuentes proles generatur. Atq; ita & dolor penitentium nunc quidem magnus & vehemens est, & multā afflictionis, propter quod alio Psalmo de huiusmodi dicitur, Euntes ibant & flebant: veruntamen breuis est, & fructum multo maximū parit, vt pote per quē homo regeneratur, & denuo nascitur, ex filio iræ & mortis factus filius gratiæ & vitæ, ex filio diaboli filius Dei. Est quidē penitentiæ tempus, breue admodum: quod verò inde consequitur gaudium, æternū est: iuxta illud Apostoli, Id quod in præsentis est momētaneum, & leue tribulationis nostræ supra modū in sublimitate æternum pondus gloriæ operatur in nobis. Et quomodo (iuxta verbum domini) partus letitia omnem qui in parturiēdo fuerat dolorē facit obliuisci: sic & consolatio quæ subsequitur, partim quidē in præsentis tempore, maxi-

Pfal. 75.

1. Tim. 3.

Ioan. 1.

Ibidem.

Ibidem.

Roma. 1.

Philip. 2.

Pfal. 123.

2. Cor. 4.



Ioan. 16. me tamē in futuro, omnē doloris pristini fugabit memoriam. Mulier (inquit Saluator) cum parit, tristitia habet, quia venit hora eius. Cū autē pepererit puerum, iam non meminit pressurę propter gaudiū, quia natus est homo in mundū. Et vos igitur nūc quidē tristitiā habetis. Iterū autē videbo vos, & gaudebit cor vestrū, & gaudiū vestrū nemo tollet à vobis. ¶ Versu eodē, In spiritu vehemēti cōteres naues Tharsis. Per naues Tharsis, in Elucidatione indicauimus intelligi vel superbiā gētium, vel vanitatē idolorum: quam vtranque, in spiritu vehemēti dominum constat adueniētem contriuisse. Quare autem per naues Tharsis intelligamus gentium vel regum gētium superbiā, causa potest assignari, eo quod penē omnis virtus, & regum & principum terrę in auro & diuitiis sita est. Nō enim in propria sua fortitudine aut corporis robore ipsi possunt quę possunt, sed diuitiis, auro, & pecunia subiectos sibi faciunt homines, & mirāda posse videntur: ita vt ethnicorū poetarū quidā cecinerit, reginam rerum esse pecuniam, illiq; obedire omnia. Ex historia verō libri regum didicimus, ex Tharsis aurum optimum & diuitias maximas adferri solita. Vnde & de Salomone & Hirā rege Tyri legimus, quod classēs suas cōiunxerint ad illinc auhendum aurum copiosum. Atq; hinc sumptum videtur, vt dicantur naues Tharsis pro superbia diuitiarum pro copiosis diuitiis auri, argēti, atq; similibus. Verum spiritus domini sua vehemētia & virtute omnes imperatorū & principum simul atque populorum quantumuis ditissimorum diuitias deuicit, omnibūque se potētiorem monstrauit: dum per homines simplices & pauperes, illorum conatus infregit, atq; etiā iugo fidei illos ipsos tandem subiugauit. Hic autem loquendi modus, quo dicimus conteri naues Tharsis pro diuitiis gentium, fere talis est, quo vulgo dicere solemus, euacuari arcas aut crumenas diuitum, cum significare volumus, exhausti & consumi eorum diuitias. Et si quidem in bonā partem hanc contritionē exponimus, de salutari contractione & prædicta subiugatione intelligimus. Si verō in malam partē quis malit accipere rebellium principū frustrationem, & irritos factos eorum conatus, aut etiam eorum iustam diuino iudicio condemnationē intelligat. Ceterū, idola (iuxta secundā expositionē) naues Tharsis dicimus: primum quidē, ratione materię, quod ex auro & preciosa materia fieri solebat, cuiusmodi per naues Tharsis (vt diximus) aduehebātur. Deinde, per quandā ironiā sic appellari possunt, eo quod ita multo ornata essent circumdata, & variis rerū preciosissimarū ornamentis ita circumposita & onerata, vt naues quę ex Tharsis aduehebātur, preciosis rebus erāt onustę. Qua ratione, etiam reges & principes in nimia pompa & superbia gradientes, non omnino male nuncupare licebit naues Tharsis: eo quod tantū videantur gestare diuitiarum, quantum nauis ex Tharsis adueniēs. Possit etiā ad literam intelligi ista contritio nauium Tharsis, & per spiritū vehemētē ventus validus: vt significetur, Deum sua potentia per ventorum (quos in manu sua habet) validitatē, posse gētium fiduciam & regum diuitias facile cōterere, eorūque diuitias & potestātē in manu sua habere, & ad nihilum posse cum voluerit redigere. ¶ Versu octauo, Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Quoniam Dei misericordia humano generi exhibita, æque vicina est omnibus, quicunq; habitāt in ea, idcirco in medio tēpli suscepta dicitur. Quod enim in medio est, omnibus qui in circuitu sunt, æque est proximum: quemadmodum cētrum in circulo, cōparatione ad omnes partes circūferentię per circuitum. Hinc & in alio loco Psalmista dicit, Dominus operatus est salutem in medio terrę. Cui etiam consonat, quod Simeon iustus in manibus tenēs puerulū illum, in quo omnis misericordia nobis exhibita est, canebat dicēs, Vide-rū oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciē omniū populorum. Ante faciē nanq; omnium populorum, id est, quod in medio omnium. A quo neq; illud abhorret, quod dilectus discipulus in Epistola de Christo domino loquēs, scribit in hunc modum, Qui est (inquit) propiciatio pro peccatis nostris: nō pro nostris autē tantum, sed & pro totius mundi. Quod autem recte sancta Ecclesia tēplum Dei dicitur, nemo dubitare debet: quandoquidē Paulus etiam singulorum fidelium corpore tēpla audet nominare, dicēs, Nescitis quoniam mēbra vestra templum sunt spiritus sancti, qui habitat in vobis? Quanto rectius ergo vniuersam sanctorum congregationē appellabimus tēplum Dei: Non est enim aliud tēplum, q̄ domus Deo sanctificata, ad inhabitationem, & cultum debitum in ea Deo exhibēdum. Possit tamē in hoc versiculo distinctius intelligi per misericordiā ipse Christus dominus: qui sicut (Apostolo teste) datus est nobis à patre iustitia & redēptio: Ita nihil dubiū, quin & misericordia, atq; (vt iam mox ex Ioanne citauimus) propiciatio: eo quod per ipsum sumus adepti diu expectatam & multum expetitam misericordiam. Per medium verō templi accipi potest vel ipsa Iudæa siue populus Iudaicus, qui recte mediū totius Ecclesię dici potest, ea ratione qua diximus versu secundo latera Aquilonis significare populum gētium, eo quod salus (iuxta verbū saluatoris) ex Iudæis orta sit, & ex eis omnes gētes processerint per circuitum. Vel ipsum etiam materiale tēplum intelligi potest, quod in Hierosolymis domino sacrum erat. Atque ad hunc intellectum ex antiqua institutione, in solēnitatē gloriose virginis purificationis versiculum presens solet pro introitu Missę decantari, eo quod tūc memoria agatur illius admirabilis gaudiū, quod ea, quę diximus præsens misericordia (id est, verbum factum caro, datum nobis à patre ad misericordiā) in medio tēpli illius oblata est à parētibus, & suscepta à sancto Simeone, & altera veneranda vidua, nomine Anna: in quibus tota iam Ecclesia post vētura signabatur, & in quibus ipsa Christum iam suscipiebat suam misericordiā. ¶ Versu nono, Secundum nomē tuum Deus, sic & laus tua. Sicut nomē Diuinitatis summum est, atq; etiam nomen Iesu nomen est super omne nomen, ita & laus tam Dei patris, quam Christi filii, summa est, & superat omnē laudem: atq; ideo recte dicitur, quod secundum nomen eius sit & laus eius. Nam & apud homines, secundum nomen vnicuique; laus & honor cōpetit. Qui enim dominus appellatur & pater, huic ratione huiuscemodī duplicis nominis,

A duplex item honor cōpetit. Propter quod apud Prophetā dominus expostulat, dicēs, Si pater sum, vbi est honor meus: Et si dominus, vbi est timor meus: Et verō quod dux est, aut rex, aut imperator, aut aliud huiusmodi, manifestum est, secundum hæc nomina laudem & honorē cōpetere. Cum ergo dominus noster, per quē nos tantam misericordiam suscepimus, sit nobis pater, dominus, dux, pastor, Heb. 7. saluator, defensor, iudex, pontifex in æternū, Rex regum, & dominus dominantū, & (quod omnium Apoc. 19. maximū est) Deus super omnia benedictus, consequitur secundum hæc omnia, ipsum esse in immensum laudabilem, neque laudis aut honoris obsequia nos illi posse vllō pacto condigna reddere. Roma. 9. ¶ Versu eodē, Iustitia plena est dextera tua. Per dexterā Dei plenam iustitiam, intelligit Elucidatio Dei retributionē, tam erga bonos, quàm erga malos, secundum summam iustitiam vnicuique; pro operibus mercedē dispensantem. Idque admodum conuenienter, quoniam per dexteram solet fieri natio & mercedis exhibitio. Quicquid enim damus, aut reddimus, aut perfoluimus, per dexterā manū facimus. Et huic expositioni manifeste satis cōsentit, quod sequitur de iudiciis domini, propter quę latari iubētur fideles. Veruntamē posset dextera domini etiam hoc loco accipi, secundū quod aliās plerunq; solet, pro Dei potentia & virtute: quę dicitur esse plena iustitia, quoniam sic Deus potētissimus est, vt tamen sit pariter & iustissimus: quod sane & magnę laudis materia est, & fidelibus omnibus causa gaudiū. Nam hominum potētiā fere iniustitia solet coinquinare, dū contra iustitiam vel innocētēs puniunt, vel nocentes absoluūt: sicq; illorum dextera vacua sit iustitia, & in tyrannidē conuertitur potentia dexterę eorum. Longissime autē hoc abest à Dei dextera, vt vlla iniustitia possit in ea cōtineri. ¶ Versu decimo, Latetur mōs Sion, & exultēt filia Iudæ. Merito sane latetur fideles, propter iudicia domini. Vere enim maxima est causa gaudiū, omnib⁹, qui pię ac bonę sunt voluntatis, quod iudicem talem habeant, qui in æquitate & iustitia omnes est iudicaturus, ita vt neminē hominum sit absq; demerito per calumniam cōdemnaturus, neq; e cōtrario quęquam sit peruerfium impunitum relinquitur. Neq; enim tam potens quisquā, tam immobilis aut terribilis possit inueniri, cui⁹ gratia ipse aliter sit iudicaturus, quàm expostulet iniustitia. Neq; quisquā tam prudēs, astutus, aut callidus poterit inueniri, qui vllū possit vel fallā persuasionē decipere, vel muneribus aut adulationibus peruertere à recto iudicio: vt vel innocēs quisquā ab eo nō accipiat bona præmia, vel noxius non recipiat iusta tormenta. Et licet hanc iudiciorum Dei summā æquitatē homines impii & peruerfi sibi male conscii, faciāt sibi doloris causam (ingemiscūt enim si quando ista attētius recogitant, mallētq; esse Deum vt hominē quem vel minis suę potētia perterrefacere possent, aut inauiloquētia vel astutia possēt decipere, ne recta iudicaret iudicia. Sic enim ipse haberent euadendi æterna supplīcia, quę iam certo expectant, & consequendi bona cęlestia de quibus desperāt) filia tamē Iudæ, fideles animę summā in hac æquitate accipiūt consolationē: nimirū hac ex re certissimi, quod suorū laborū præmio non poterunt fraudari, neq; pro vlla re quam ipsi non cōmiserint, vltionē pati. Nā si non essent iusta Dei iudicia, si nō esset eius dextera plena iustitia, sed secundum personarum acceptiōnē iudicaret, non secundum opera, sed secundum affectionem, aut quęlibet personę respectum, vt homo, vere misere ageretur nobiscum, & minimū esset periculum nobis fiducia: maxime, cum omnibus peractis fideliter, & post constantē perseuerationem vsq; in finē, necdum certi essemus de beato præmio: ex aduerso verō eos qui in perpetuum vacillat iniustitia, cōtingeret hoc pacto pœnas euadere, & præmia bona consequi. Pro hac re, si dextera haberet Deus cōmixtam cum iniustitia, lataretur quidem Synagoga Satana, & exultaret filii Belial. Mons autem Sion latari debet, & exultare oportet filias Iudę, propter iusta iudicia domini. Vnde & Psalm. 66. in alio Psalmo, in eandē sententiam dicitur, Confiteantur tibi populi Deus, cōfiteatur tibi populi omnes. Latentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gētes in terra dirigis. ¶ Versu vltimo, Quoniam hic est Deus Deus noster, & cætera. Nota quod hic versus secundū sententiam coniungi debet immediate cum præcedētī, ad hūc modum, Vt enarretis in progenie altera, quoniam hic est Deus Deus noster, & cætera. Nā, quoniam, non videtur accipi vt dicat causalitatem, sed tantum continuationem, non valēs nisi quod continuatiue acceptum: vt indicetur id quod sequitur esse ipsum quod annunciari velit.

XLVIII. PSALMI ARGUMENTVM.


T Otus moralis est hic Psalmus, vanitatem & miseriam peccatorū pulcherrime ponēs ante oculos. In quo, præmissa exhortatione, & velut ad concionem conuocatis omnis conditionis hominibus, & beneuolentia ex dicendorum vtilitate captata, versu quarto proponit questionem: quid videlicet sit, propter quod in die mala, in die mortis atque iudicii, debeat homo sibi metuere, quam & statim (licet ænigmaticę & obscure satis) dissoluit: sub iniquitate calcanei indicans, proximi oppressionem & supergressionem (quę diuitibus sæculi & potentibus plurimum solet esse familiaris) ipsum esse propter quod potissimum in die illa timere debeat homo, & merito sane timere, eo quod ab ira dei illius, qui hæc calcanei iniquitate comprehensi fuerint, nullo precio poterunt redemi, neque vllius auxilio liberari: sed mortem sempiternam sustinebunt, absque vlla spe euasione aut liberationis suę. Atque hæc quidem, octo primis versibus. A versu autem nono, vanitatem eiusmodi hominum describit, qui non considerantes ventura æterni interitus super se tormenta, insipientes & stulte sibi ipsi per iniustitiā & oppressionē superinducūt perditionem pro temporarij diuitiis, quas, velint, nolint, per mortē hinc abeuntes relinquere cogitur aliis, ipsi inhabitaturi in sepulchris & inferni foveas: cum eorum domus, quas magno sumptu sibi extruxerāt, de progenie in progeniem transeant ad possessores diuersos. Vbi obiter, versu duodecimo, quasi lamentando deflet, quod dignitatis suę obliuiscuntur homines, ita rebus perituris inhiantes, sese iumentis æ-



quiparant: mox ad illorum infelicitatem & vanitatem rediens describendam, quos per vias suas malas dicit ad infernum deducendos, & a morte deuorandos, iusti que velut scabellum subiiciendos, & omni destruendos auxilio. Versu autem decimo sexto, ab hac miseria se fore liberum confidenter pronunciat, ac de iniquitate calcanei nihil sibi male conscius: sub sua persona indubie & alios sui similes, id est, fideles & iustos animare volens, ne supra explicita debeant metueri supplicia, simulque exhortationem facit iustis omnibus, ne magnifaciant quam vident in impiis temporalem prosperitatem, ex consideratione eius, quae post subsequutura est, aeterna egestatis & miseriae: eo quod neque secum deferet rerum suarum aliquid, neque lumen sit ultra in sempiternum visurus, coniectus in exteriores tenebras. Rursumque illud quod versu duodecimo de humanae naturae indigna a semet ipsa vilificatione & concalcatione dixerat, velut rem abominabilem nunquam satis dolendam, replicans, ita terminat Psalmum optimis considerationibus admodum fecundum, modo spiritalem consequatur lectorem. Nam prudentibus seculi, aut mundi sapientibus, veniae magis videbuntur, quae aduersus illorum pessimas affectiones cum graui terrore proponuntur.

QUADRAGESIMO OCTAVI PSALMI ELVCIDATIO.

- 1 Audite haec omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem.
- 2 Quique terrigena & filij hominum: simul in vnum diues & pauper.
- 3 Os meum loquetur sapientiam: \* & meditatio cordis mei prudentiam.
- 4 Inclinabo in parabolam aurem meam: \* aperiam in psalterio propositionem meam.
- 5 Cur timebo in die mala:
- 1. Thef. 4 \* iniquitas calcanei circumdabit me.
- 6 Qui confidunt in virtute sua: \* & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.
- 7 Frater non redimit: \* redimet homo: \* & non dabit Deo placationem.



A Eae quae ego loquar: audite vniuersi populi: vniuersi habitatores orbis non solum auribus corporis suscipite, sed etiam cordis auditu interius percipite, intra pectoris arcana & secreta cordis ea condituri. Erunt enim quae sum dicturus, vniuersis ad bene beatumque viuendum, & salubriter moriendum vehementer conducentia. 2 Audite (inquam) quicumque ignobiles de terrae nati homines, & omnes filii hominum, siue plebei, siue nobiles, pariter absque discretionem diuites & pauperes, pusilli & magni, & cuiuscunque sitis conditionis. Aequae enim quae sum dicturus conducet omnibus, neque minus sunt vt audiantur, diuiti quam pauperi, nobili quam ignobili necessaria. 3 Ecce loquar ego per os meum verba sapientiae, per quae in rebus quae supra hominem sunt instruat quifquis attenderit: \* & ex multa ac profunda meditatione cordis mei ego loquar doctrinam prudentiae, per quam in agendis instruetur omnes qui attentis auribus perceperint eam. 4 Quae autem loquar, non a me ipso loquar, sed applicabo prius auditu cordis interius docenti per aenigmata quasi in parabolis, quasi per velamen: cuiusmodi est eruditio omnis interior ex Deo, quae in hac vita mortali suscipitur: \* atque vbi ex vnitione interiori accepero, tum demum proponam quod proponendum fuerit problema meum, aut aenigma, aut eruditionem quam voluero, in cantico Psalmi, quod decanto in instrumento Psalterii. Nam est haec voluptas cordis mei, in cantico Psalterii apertius proponere vtilitati hominum, quae ego ex interiori alloquutione quasi parabolam, quasi per speculum in aenigmatem, accipio. 5 Propositio autem quam propono, haec est: quidnam sit ipsum, ob quod merito & iusto timore timere debeat homo in die mala, in die mortis atque iudicii Dei: haec propositio, quasi basim & cardinem totius mei cantici propono, circa cuius dissolutionem totus mei cantici discursus versabitur: \* cui quidem propositio respondere cupiens, illud in primis assero, quod iniquitas qua homo proximum suum circumuenit & supergreditur, quasi calcaneo ipsum supplantans, ipsa est quae hominem circumdabit in die mala, & in nouissimo comprehendet, constringet, & obligabit in damnationem: ac proinde, eadem ipsa est propter quam in die mala merito debeat homo timere. 6 Huiusmodi autem sunt, qui stultam & vanam fiduciam habent in potentia & fortitudine sua, atque eorum quos sibi habent subiectos: per quam nimiam potentiam sit, vt neminem metuentes, audacter conculcet, opprimat, & supplantet proximos suos: \* & qui vana exultatione latatur, & gloriantur in abundantia substantiae & diuitiarum suarum: per quam vanam confidentiam, stulte existimantes neminem sibi posse resistere aut contradicere, audent nequiter pauperes & inferiores suo calcaneo conterere: hos (inquam) iniquitas calcanei circumdabit, & his in die mala est metuendum. 7 Huius autem rei causam (id est, quare huiusmodi in die mala sit timendum) facile aduertimus, si illius diei distractionem diligentius contempleremur. Ecce enim in die illa, ne frater quidem fratrem poterit redimere, & de angustiis atque poenis maximis (quibus tum opprimetur illi, qui nunc alios suo calcaneo concalcant) liberare: \* & quomodo vllus alius hominum huiusmodi poterit redimere? Nam cum frater non possit fratrem redimere, quis alienus id poterit? \* & non poterit huiusmodi proximorum supplantator,

8 Et precium redemptionis animae suae: \* & laborabit in aeternum, & viuet adhuc in sinem.

9 Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes:

\* simul insipiens & stultus peribunt.

10 Et relinquent alienis diuitias suas:

\* & sepulchra eorum domus illorum in aeternum.

11 Tabernacula eorum in progenie & progenie:

\* vocauerunt nomina sua in terris suis.

12 Homo cum in honore esset, non intellexit:

\* comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

quantumuis diues aut potes, quicquam tunc dare Deo, quo ipsius iram placet, aut manus effugiat: imo neque frater quicquam inuenire, pro eo poterit, neque vllus hominum, quo tunc ira Dei placetur, & ipse est manibus iudicis tremendi redimatur, in quas incidit mortuus in iniquitate sua. Horrèdum enim est sic incedere in manus Dei viuētis: & his quibus in eas incidunt, merito est in die mala timendum. 8 Et non poterit offerre aut dare Deo vllam rem, per quam possit redimere animam suam de manibus eius, & de sententia ac poenis grauissimis, in quas incidit per iniquitatem suam: \* imò laborabit ferèque grauius, & cruciabitur in saecula saeculorum absque cessatione aut fine, in tormentis sempiternis: & quanquam in aeternis cruciatibus sic laborabit, non cõsumetur tamen, nec deficiet in sempiternum, neque mortem quarens inueniet eam: sed in sempiternum permanebit in substantia, vt imperpetuum crucietur in poena: neque vnquam per cruciatum deficiet a substantia, vt perpetuo ferre possit tormeta. 9 Miseri autem huiusmodi supplantatores non respiciunt neque attendunt ad interitum istum aeternum, qui eos manet: ista sempiterna mortem quam experiuntur, non habet ante oculos, cum videt etiam sapientes & bonos viros morientes. Putant enim, cum etiam bonos & sapientes conspiciunt morientes, quod omnium sit aequa conditio, & aequalis sit mors omnium: & arbitratur hac ratione, quod nihil amplius sit praemii bonis quam malis, eo quod ad nihil attendat nisi quod vident oculis corporis, neque sciunt ad ventura respicere, sed tantum in praesentia defigunt oculos: \* scire autem hos oportet, quod pariter & insipientes atque increduli (qui credunt non esse vitam post hanc vitam, neque bonis, neque malis indignam remunerationem) atque etiam stulti & vani homines (qui licet credere se dicant, tamè factis negant, & re ipsa ante oculos se non habere monstrant) hi, inquam, pariter in perditionem ibunt per insipientiam & stultitiam suam, cum per mortem a corpore abscesserint. Aequa enim vtriusque horum erit portio. 10 Ipsi autem in perditionem aeternam hinc abeunt, diuitias suas (propter quas concupiscunt & coaceruandas in perditionem & damnationem proiecerunt semetipsos) coguntur aliis relinquere, a quibus iam per mortem sunt prorsus facti alieni: ita vt nullo auxilio, nullo suffragio, ab eis valeat ultra adiuuari: frequenter etiam prorsus alienis secundum linguam & cognationem dum ignoti & extranei eorum substantiam diripiunt, vbi vel heredes defuerint, vel defraudari eos contigerit: certè ipsi nunquam ultra post abscissum, coaceruatis fruuntur diuitiis: \* & non redibunt amplius de sepulchris, in quibus eorum corpora posita fuerint, vt recipiant relictas diuitias: sed in eis permanebunt quasi in domibus suis & mansionibus hereditariis, resoluendi in cinerem atque putredinem, donec veniat cõsummatio saeculi, & tempus generalis resurrectionis omnium: \* loca etiam inferni, in quo sepulta sunt animae eorum, domus illorum erunt in sempiternum, a quibus nunquam emigrabunt. 11 Domus autem & habitacula quae edificauerunt sibi super terram (quae tamè ipsi non nisi vt tabernacula breui transcurso in habitare permisi sunt) permanebunt & persistant in plures generationes, & inhabitabunt in eis posteri, cum ipsi qui ea edificauerunt in sepulchris suis delitescerent: \* nomina sua magna & solennia facere studuerunt in terris, suorum nominum appellationes indètes edificis atque possessionibus suis: a suis nominibus illa appellantes, vt sic nomen suum immortale redderent. 12 Sic misere se ipsos miseri homines per sua vitia perdunt & proiciunt, non attendentes ad dignitatem conditionis suae, sic sibi falsam nobilitatem & dignitatem quaerunt, postquam veram quae in ipsis est proiecerunt. Cum enim a Deo in magno honore & magnifica gloria essent creati (nimirum ad imaginem & similitudinem dei creatoris sui, similes angelis quantum ad rationalis animam, quae in ipsis a Deo infusa est, dignitatem, secundum quam etiam immortales sunt, & deiformitatis atque Dei filiationis capaces) non intellexerunt honorem in quo eos posuit Deus, neque cognouerunt gloriam in qua conditi sunt ab illo: \* sicque obliti suae dignitatis, comparauerunt, equauerunt, & assimilauerunt semetipsos iumentis irrationalibus: facti sunt similes equis & mulis in quibus non est ratio vel intellectus: dum non secundum spiritum ducti, sed secundum carnis concupiscentias bestiarum more, feruntur in sola temporaria & terrena: non attendentes nisi ad ea quae sensibus exposita sunt temporalia, aeternorum (quod sensibus non pateat) prorsus nullam habentes considerationem: quae admodum irrationalia bru-

Heb. 12.

Titum. 1.

Luc. 16.

Psal. 31.

ta, non nisi in presentia respiciunt exposita sensibus: \* Sunt etiam in hoc similes facti inmentis insipientibus, quod sicut cōputrescūt & fœdantur iumēta in stercore suo, sic & hi in fœditate cōcupiscētiarum suarum & sordibus peccatorum semetipsos defœdāt, & cōputrescūt ac misere cōsumūt in eis: & quēadmodū iumēta per omnia ductum sequūtur sensualis appetitus, vtpote superiorē non habētes rationē: sic & homines isti carnis affectū sequuntur, frustra reclamāte ratione, secundum quam, appetitum sensualē frānare debuerunt. 13 Hęc est via, hic est modus operationis & vitę ipsorum, in omni irrationa- litate & sensualitate, pecudū more, quę ipsi erit in scandalū & ruinā sempiternā, nimirū causa iustā condēnationis eorū, per quā precipi- tes dabuntur, & ruēt in profundum inferni: \* & posteaquā ita suam iniquitatis & iniustitiā viā currerint, posteaquā suas prauitates bene perfererint, adhuc in ore suo seipsos iactitant atq; collaudāt, quasi re bene gesta: propter impcēnitētā & obstinationē, in malitiis suis glo- riantes, atq; seinuicē etiam in malefactis cōmendantes. 14 Propter hoc in infernū detrudētur & cōcludētur, vt eſca sint diaboli, & ignis æterni, quomodo oues occisionis in stabulis ponūtur, & cōclusæ ser- uantur, vt macētur atq; edantur: \* illic autē non ipsi pascētur, vt in mundo pasci fuerāt terrenarū rerum abundātia: sed ecōtrario depa- scētur, vorabūtur, & cōsumētur à morte sempiterna, comedētq; e- os damnatio, mors & diabolus: morte æterna mordebuntur, atq; cru- ciabūtur in secula. 15 Iusti autē quos hic suo calcaneo oppresserūt, accipiēt sup eos dominiū & exaltationē, etiā iudices cōstituti impio- rū oppressorū suorū, habētes in manibus suis gladios accipites, vt fa- ciāt vnā cū domino suo iudiciū cōscriptū in eis: ita (inquā) domina- būtur eorū, tunc cū exortus fuerit post tenebras hui⁹ tēporis dies do- mini clarus & lucid⁹, qui illuminabit obscōdita tenebrarū, & occul- ta producet in lucē: quēadmodū fieri solet, cū post tenebras, matuti- no tēpore, solis fulgor aduenerit: \* & auxilium eorum omne quod à gloria sua, potētia atq; diuitiis habuerāt super terrā, auferetur, atque deficiet ab eis in inferno positis: neq; vlla res erit, quę ipsi possit vltra ferre auxiliū, vbi semel in hunc lacū descēderint, in quo nulla est re- dēptio. 16 Quanquā autē ita sciā impios homines in has deuēturos esse miserias spē tamen firmā habeo in Dei misericordia, & bonā cō- sciētia testimonio securus, q̄ meā animā liberabit Deus de manu in- ferni, & saluabit de potestate mortis atq; diaboli: \* tunc cū ei placi- tum erit suscipere me ex hac vita corporis, & accipere à me spiritum meū. Firmissime enim cōfido, q̄ cum illi placitū fuerit me trāsferre de vita hac mortali, non patietur animā serui sui venire in loca tormē- torū deputata impiis: sed in locum gaudiū æterni magis transferet fer- uos suos. 17 Te verō moneo, quisquis iustitiā diligis, & oppressiones forsitā ab impiis sustines, ne timeas, neq; admireris quasi magnū ali- quid, neq; cōturberis pro hoc, si videas quēpiam tēporaliter dititem factū abundare rebus omnibus tēporariis: \* & ne magni aestimes, cū videris gloriā domus eius (id est, diuitias, possessiones, familiā, & ho- mores ipsius) multiplicatam esse, aut creuisse vehemēter: cū multis di- uitiiis videris abundantē, aut multis ornatum honoribus, & aliis hu- ius mūdi prosperitatibus affluentē. 18 Ne magni hęc aestimes (inquā) quoniā omnia hęc quę vides, necesse erit illū velut nolit in hoc mū- do relinquere, cum per mortē emigrabit anima ē corpore: neq; pote- rit quicquā eorum secum deferre, quę hic possidet: sed quēadmodū nudus ex vtero matris egressus est, ita & nud⁹ reuertetur in terrā, de- scendētq; in infernum: \* neq; poterit cum eo descendere, siue secun- dum corpus in sepulchrum, siue secundum animā in infernum gloria huius sæculi, neq; substantia, neque possessiones, neque honores, ne- que fama, neq; potestas, neq; aliud quicquā eorū in quibus fuerat in vita sua vane gloriatus. 19 Quoniā quidē benedicet animę suę in vi- ta sua, blādiatur animā suā, & inuitabit eā, iubebitq; comedere, epu- lari, bibere, atq; deliciari in parta diuitiarū abundātia: \* suscipiet etiā ab aliis sibi similibus benedictiones, id est, adulationes & blādas assentationes, quēadmodum facere solent parasiti diuitibus: & bene- dicēt eis omnes homines: \* confitebitur tibi, & laudabit te quisquis es qui illi benefeceris: tātum laudem & cōmendationem, vel solo ver- bo gratiarum actionē accipies, quisquis es qui illi vel vilius muneris

Ioel. r.

13 *Hęc via illorum scā- dalum ipsis.*

\* *Et postea in ore suo complacēbunt.*

14 *Sicut oues in infer- no positi sunt:*

\* *mors depascet eos.*

Apoc. 20  
1. Cor. 6.  
Psal. 146.

15 *Et dominabuntur eorū iusti in matutino:*

1. Cor. 4.

\* *Et auxilium eorū veterascet in inferno à gloria eorum.*

Job. 17.

16 *Veruntamen Deus redimet animam meā de manu inferni:*

\* *cum acceperit me.*

17 *Ne timueris, cū di- ues factus fuerit homo: \* Et cū multiplicata fuerit gloria domus eius.*

18 *Quoniam cū intē- rierit nō sumet omnia:*

Job. 1.

\* *neq; descendet cum eo gloria eius.*

19 *Quia anima eius in vita ipsius benedicetur*

Luca. 12.

Luca. 6.

\* *confitebitur tibi cū benefeceris ei.*

A

20 *Introibit vsque in progenies patrum suo- rum: \* vsque in æternū non videbit lumen.*

21 *Homo cum in ho- nore esset, nō intellexit: comparatus est iumen- tis insipientibus, & si- milis factus est illis.*

B

donatione, vel obsequii exhibitione, impēderis beneficiū. Putāt enī, ob gloriā diuitiarū suarū, omnia sibi velut debita esse: propter quod magnum putāt, si vel gratias agāt pro accepto beneficio. 20 Licet autem nunc in hac vita sic floreat impius, veniet tamē tēpus mortis eius, quando apponetur ad patres suos, & accedet ad illos in infernū, quorū in vita imitatus est prauitates: \* quādo etiā patri suo diabo- lo & angelis eius in tormētis affociabitur: \* ac tūc quidē in tenebras exteriores cōiicietur, in caminū ignis, vbi in æternum lumen non vi- deat glorię Dei: sed in sempiternis degat tenebris atq; horroribus, in damnatione æterna. 21 Cōcludens hunc meę propositionis tracta- tum & Psalmum, illud gemēs repeto, quod non attendentes homines ad honorem & nobilitatē conditionis suę, seipsos nimium deiciunt, dum se misere æquiparant, & similes faciunt bestiis rationis experti- bus, & illis se per carnis cōcupiscētiā & rerum temporalium auidi- tatem alsimulant, suę dignitatis nullam habētes rationem. Hęc ete- nim res est, propter quā merito in diem mala timere oporteat. In huius rei consideratione, vera est sapiētia & prudentia, quam ab initio pol- licitus sum docere omnes attendentes meo cantico.

Matt. 25.

Job. 10.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XLVIII.

Versu secundo, Quisq; terrigena & filii hominū, Inter duas illas copulatiua coniunctioe iū- ctas particulas, nēpe terrigena & filios hominum, ex Hebræo apparet talem esse differētiā: vt primū plebeios designet & ignobiles, quos etiam ethnicorū litera, terra filios nōnunquā appellare solent, quasi nulla natiuitatis suę origine insignes: secundum verō nobiles & egregios, insignibus ortos natalibus. Aut vt primū ad malos & terrenos homines, secundum verō ad bonos, & secundum rationem bene viuentes referatur. Nam in Hebræo priore loco dicitur, Filii Adam: se- cundo autem filii Iſi. Recte autem ad auditum horum quę in Psalmo isto proferuntur, omnes cō- uocat cōcionaturus Propheta. Nemo enim est siue diues, siue pauper, nobilis siue ignobilis, ad quē non ista attineāt. ¶ Versu quarto, Inclinabo in parabolā aurem meam. Per parabolā in Elucidatio- ne intelleximus doctrinā quam interius magisterio Dei cordis aure accipimus: quę propter obscu- ritatē donec non facie ad faciem contēplamur quod discimus, sed tantum per speculū videmus in 1. Cor. 13. anigmate, non male prouerbū similitudo aut parabola dicitur: quauis aliū ob hoc putēt diuinā sapiētiam dici parabolam siue prouerbium, quod sapiētia Dei & stultitia huius mundi. Quasi enim 1. Cor. 3. in prouerbium & in derisionē sunt carnalibus & mundanis hominibus, quę docet interior spirit⁹ vnctio: iuxta quod Paulus ait, verbum crucis pereuntibus esse stultitiā, Iudæis verō etiā scandalum 1. Cor. 1. quēadmodum ecōtrario, spiritibus hominibus sapiētia mundi, parabola, prouerbū & stultitia est. Videtur tamen prior intelligentia commodior, quam & beatus Augustinus approbat. ¶ Versu eodē, Aperiā in psalterio propositionē meam. In secunda parte versus, quod Latine habemus p- positionē, Græce habetur problema: ex Hebræo autē vertunt beatus Hieronymus, atque etiam pos- teriores interpretes, anigma. Ex quo videtur hic ppositio vel problema significare quæstionē ob- scuram, & multis ad soluēdum difficilē, cuiusmodi est ea quę versu quinto statim subiungitur: Cur timebo in die mala? Omnino enim magna & difficilis hęc quæstio est, bene anigmatica, & obscu- ritatē magnam habēs: quā sapiētum huius sæculi plurimi inuenire nescierunt, dum alii maxime ti- mēdam tradiderunt egestatem ciborum, potuum, honorū, possessionum, diuitiarum, sanitatis, atq; aliarum huiusmodi rerum transeuntium: in quibus cū locarint foelicitatē, recto cōsequio infertur, contrariā foelicitati miseriam sine infelicitatē eos in prædictarū rerū defectu cōstituisse. Quid au- tem vere sit timendum, & quid sit quod ad veram miserā, nēpe æternam, hominem perducatur, mini- me inueniunt: atq; ita, nec quid vere timēdum sit, cognouerunt. ¶ Versu quinto, Cur timebo in die mala? De die mala, etiam Psal. 4. o. dictum fuit, eum qui super egenum & pauperem intelligit, in die mala liberandum. Dicitur autē dies mortis vel potius iudicii, dies mala, non quidem bonis, sed impiis, quibus (iuxta Prophetarū oracula) erit dies vltionis, dies interfectionis, dies tribulationis, dies tenebrarū, dies magnus, terribilis & crudelis, dies furoris, indignationis, & cōsummata iracū- dię Dei. His enim atq; aliis huiusmodi terribilibus nominibus, passim diē istam inuenimus in scri- pturis nominari. Quod autē quæstionē proponit sub prima persona, dicēs, cur timebo in die mala? & deinde etiā solutionem similiter ponit, dicēs, Iniquitas calcanei mei circumdabit me, non ita ac- cipiēdum est, quasi de sua ipsius persona specialiter moueat quæstionē, aut subiungat respōsiuam enunciationē: sed iuxta modū cōsuetum loquēdi, sub suę personę expressione generalē intēdit fer- monē: quēadmodum si dicā ego interrogās, Quid est, quod me potest facere acceptum Deo meo? & Quid est, quod me potest facere Deo detestabilē: ac deinde respōsionem subiungam. Operationis bonę studium me cōmendatum faciet Deo, mala autem opera me faciēt ab illo haberi odio, sic lo- quens nō de mea ipsius tantum persona intēdo, neq; quæstionem neque respōsionem: sed sub ex- pressionē huius meę personę, sermonē intendo generalem de omnibus hominibus. ¶ Versu eodē, Iniquitas calcanei mei, Iniquitatē calcanei, in secūda parte versus exponit Elucidatio iniustitiā ca- lūnię siue oppressiois, aut deceptionis, qua quis (iuxta Apostoli dictū) circumuenit aut su pgregri-



tur fratre: eo quod hoc modo velut opprimatur, cōculcetur, aut supplantetur proximus, & quasi sub B calcaneo teratur atq; prematur. Cui intelligētia apte videntur sequētia omnia consonare, in quibus de diuitibus huius sæculi fit sermo, quibus hoc vicium admodū est frequēs & familiare. Similiter & illud cōsentit, quod apud Ioannē de Iuda supplantatione loquēs dominus ait, Qui māducat meum panē, leuabit super me, vel contra me calcaneum suum: pro quo vulgata Psalms lectio Gallicana habet, Magnificauit super me supplantationē. Vnde patet, per hanc calcanei leuationē, oppressionē, & deceptionē intelligi. Similiter loquitur in Genesi fraudatus per Iacob benedictione paterna Esau, cum se à fratre secundo deceptum atq; circumuentum, significare volēs, eiulando dicebat, Recte vocatū est nomen Iacob. Supplantauit enim me, en altera vice. Primogenita mea autē tulit, & nunc secundo surripuit benedictionem meā. Attamen posset generaliter hęc iniquitas calcanei intelligi de omni peccato omniq; malitia cōuersationis humana: vt sic dicatur iniquitas calcanei, iniquitas quā operatur homo, & velut per quam ambulat. Omnis enim iniquitas quā calcas homo siue perambulat, circumdabit eum, id est, irretiet, & quasi nexibus quibusdā inuoluet ad æternam damnationē. Posset insuper per hanc iniquitatē calcanei intelligi peccatū, in quo quis ad finē vsq; & mortē perseuerat, & in quo quis moritur, eo quod calcaneū sit vltimum hominis, quo terrā contingimus: quē admodū dicere solemus interdū, à capite vsque ad calcē, pro eo quod est, à principio vsque ad finem. Hęc autē iniquitas calcanei, hęc finalis, & ad finem vsque sine poenitentia in homine perseuerans impietas, ipsum in die mala est indubie circumdatura. Primā tamen intelligentiā solam, vt potiorē, sequitur Elucidatio. ¶ Versu sexto. Qui confidunt in virtute sua, & cetera. Dum hic statim ad tertiam personā transit, postquā sub prima dixisset, Iniquitas calcanei circumdabit me, significat (quod paulo ante diximus) etiam prius sub prima persona generalem se voluisse habere sermonē: cuius rei consideratio absurditatem quoq; tollit malā cōnexionis, quæ prima facie videtur inter hunc versum & præcedentē. Nam licet secundum vocem diuersitas videatur esse personæ, cum in quinto versu sit persona prima, in sexto autem tertia, secundū rem tamē patet esse cōuenientiam, quoniā quantum ad sententiam, etiam in quinto versu de omnibus in genere tacite fit sermo sub expressione primæ personæ. Nontandum autē, quod non dicit simpliciter, qui potētes sunt aut diuitias habēt, sed tātum qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarū suarum gloriantur. Non enim omnibus diuitibus aut potentibus iniquitas calcanei cōuenit in cōprehensionē & obligationē, sed illis qui spem suam ponūt in eis, sic vt per suam potentiā atq; diuitias nihil formidēt diuina iudicia, neq; magni astimēt proximis suis iniustitiā & calumniam facere. De huiusmodi enim Psalms potissimum loquitur. ¶ Versu septimo, Frater non redimit, redimet homo? Per fratrem intelligunt aliqui peculiariter Christum dominum, qui frater dignatus est fieri totius generis nostri, quando ipsi placuit similē nobis humanitatis formam assumere, atq; ita in filios Dei nos promouere. Sic enim frater noster factus est, primum quidem, ratione assimilationis sue nobiscū in forma humana. Deinde etiā ratione adoptionis nobis collatæ, & ratione assimilationis nostræ ad ipsum secundū gloriā diuinitatis. Quādo enim nobis potestatē dabat filios Dei fieri, simul & nobis potestatē dabat fieri fratres ipsius. Nam eiusdem patris filii, fratres sunt. Christus ergo nos sibi fratres fecit, cum eiusdē patris, cuius ipse est filius naturalis, nos secundum adoptionē filios cōstituit. Propter quod post resurrectionē dicebat mulieribus, Ite, dicite fratribus meis. Et iterum, Ascendo ad patrē meum & patrē vestrum. Vnde & Paulus Apostolus, Non confunditur (inquit) frater eos vocare, dicēs, Nuntiabo nomen tuū fratribus meis. De hoc ergo fratre sic intelligunt præsentem locum, Christus dominus qui est frater totius humani generis nostri amatissimus, ne ipsi quidem huiusmodi proximorum supplantatores, & charitatis violatores est redempturus à morte aut damnatione. Nō enim illis veniet salus Christi, neq; salutis effectum in illis habebit preciosa mors eius: & quis alius homo poterit illos redimere? Certe nemo, posteaquā frater ille non redimit, qui à morte solus saluare potēs est, & redimere venit vniuersos credentes. ¶ Versu eodem, Non dabit Deo placationē suam, In secūda parte versus huius. 7. placatio neutraliter accipitur, pro re qua placare vel placari quis potest. potestque exponi actiue vel passiue. Actiue sensus erit, Non poterit homo dare Deo quicquā, quo sibi eum placet, aut placatū reddat. Passiue autē sensus erit: Nō dabit Deo quicquā, quo placetur sibi Deus. Similiter & suam relatiuū, facit sensum diuersum. Vel ei refert Deum, vt sit sensus, Nō poterit homo quicquam dare, quo ipse Deus placetur. Ac sic quidē manifestum est quasi passiue accipi debere placationē. Si verō referat impium, de quo fit sermo, sensus est, Nō dabit quicquā Deo placationē ipsius, siue pro ipso: hoc est, nihil dare poterit homo, per quod ipsi impio (in quo iniquitas calcanei inuēta fuerit) Deus valeat placari. Erit enim erga illum ira Dei omnino implacabilis. Quantum autem ad verbum dabit, potest esse sensus, Frater vel homo non dabit Deo placationē suā, pro impio videlicet circumdato iniquitate calcanei: vel ipse impio circumdatus iniquitate calcanei, nō dabit Deo placationē pro semetipso, & cetera. ¶ Versu octauo, Laborabit impius in æternum: quoniā & hic in vita tēporali sollicitudines, labores, molestias, timores, & mille incommoda sustinet pro rebus tēporalibus, siue acquirēdis, siue augmētandis, siue cōseruandis. In futuro autē sæculo, tormenta grauissima perferet, & ea quidem nunquam finiēda. Notandū enim est, quoniā non solum laborare dicitur homo, cum aliquōd difficilis operis fecit, cui sit adiuncta difficultas & molestia siue fatigatio, verum etiā quoties difficilia perpetimur, æque laborare dicimur, etiam si nihil agamus operis. Secundum quem modum Ecclesiastes se asserbat comperisse, omnia quæ sub sole sunt, laborem esse & afflictionem spiritus: laborem indubie pro molestia, vexatione, & afflictione accipiens. Similiter & Paulus Apostolus, molestias, tribulationes atq; persequu-

Psal. 40.  
Gen. 17.

Psal. 21.

Eccle. 7.

A tiones sustinere, frequenter laborare appellat. Itaq; etiā si ab omni opere essent ociosi impii in hoc sæculo, dicuntur tamen laborare. Et in futuro, cū ab omni opere erunt ociosi, quia tamen perferendis malis erunt pleni, & superpleni, recte laborabunt in æternum. Et quantum semper laborabūt; semper mala maxima sustinebunt, viuent tamen in sempiternum: quoniā Dei potētia, semper in vita cōseruabuntur, vt semper laborēt, vt semper crucientur. Erunt enim immortales, & incorruptibiles, mali aque atq; boni: sicut hi viuent adhuc in finem, in æternum perstabunt immortales, vt semper gaudeant, semper cōiuentur in mensa agni: ita illi semper viuent, vt semper crucientur, & laborent in lacu serpentis antiqui. Terribile autē est, quod hic de impiis supplantatoribus coniunctim dicitur, q̄ in æternum viuent, & in æternum laborabunt. Nam si tantum diceretur, laborabunt, & viuent in æternum, spem possent audientes concipere, q̄ solum ad tempus aliquantum essent laboraturi, ac deinde vita sempiterna absq; laboribus victuri: quemadmodum nonnulli errorum magistri, olim cōmenti sunt, quos satis Euangelicus sermo redarguit, dicens impios in supplicium æternum & in caminū ignis inextinguibilis proiciendos. Aut si tantum diceretur, Laborabunt, & viuent, existimare possent, de labore in hac vita fieri sermonem: nullā autem post hanc vitam, aliam expectandā, in qua labor ipsis esset metuendus, quē admodum brutales homines plurimi somniant. Atq; hinc sanē parum terrerētur, cum etiam labores illos, quos supra diximus, impii sibi dulces & suaves reputent. Nunc verō, dum vtrobique æternitas determinatur, diciturq; & laborabunt in æternum, & viuent in æternum, aufertur spes omnis, vel per mortem, vel per temporis longitudinē effugiendi æterni supplicii. Quod si interroget quispiam: si hic impii dicuntur victuri adhuc in finem, id est, in æternum, quare ergo bonis peculiariter in præmium addicunt sacrosancta Euangelia vitam æternam? Quomodo enim bonis in præmium proponitur, quod ipsis cōmune asseritur cum reprobis? Propter huius quæstionis solutionem, præmiserat propheta, laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem. Laborare autē in æternum & viuere, verius in æternum mori est, q̄ in æternum viuere. Nam & ipsa impiorum vita æterna, mors æterna est. Viuent enim in morte: & ad hoc semper viuent corporis & animæ subsistentia, vt semper moriantur damnatione & cruciatu. Nunquā eis vita deficiet, vt nunquam derelinquantur à morte: vt mortē nequeant effugere, nunquam vita discedet ab eis. Iustorum verō æterna vita ad hoc erit, vt nunquā valeant mori, vtq; imperpetuum mors sit elongata ab eis. Neq; quisquam est fide instructus, qui ignoret distinctionem beatæ huius vitæ æternæ bonorum, ab illa infelici malorum. ¶ Versu nono, Simul insipiens & stultus peribunt. Insipiens & stultus in Elucidatione ita distinguntur, vt insipiens eū signet, qui nō sapit, neq; sentit de veritate, de Deo ac diuinis rebus, vt oportet: vt infideles homines, qui nō credunt iustitiam Dei: cuiusmodi sunt pleriq; diuitum, & potentum sæculi, qui sibi persuadēt, nō fore post hanc vitam talem iustitiæ remunerationem, qualem sacræ literæ testantur. Stultus autem dicitur, quantum ad agenda, qui nō agit quæ oportet, etiam si sciāt & sentiat vt debet: cuiusmodi sunt plerique nomine tantum Christiani, qui cum intellectu veritatem agnoscāt, opere tamē vanitatē demonstrant, & vani sunt: cuiusmodi etiā erant illi de quibus dicit Apostolus, q̄ cum cognouissent Deum, nō sicut Deum glorificauerunt, sed enauerūt in cogitationibus suis. Qui tamē distinctionem istam vanam esse contenderet, & idem assereret verbis diuersis ad exaggerationem rei bis positum, hic poterit propositum sermonem ita accipere, ac si dicitur, insipientes & stulti omnes peribunt: hoc est (quemadmodum iuxta vulgatum loquendi modum dici solet) insipiens vnus cum alio, siue stultus cum stulto, pariter omnes peribunt. ¶ Versu decimo, Et relinquent alienis diuitias suas. Quomodo alienis relinquant diuitias suas impii, satis in Elucidatione monstratur. In ea autē quod sequitur, Sepulchra illorū, domus illorum in æternum, notandum est, duplicem latere intelligentiam. Aut enim de sepulchris terrenis dictum accipimus, quantum ad corpus: aut de mansionibus inferni, in quibus sepeliuntur damnati, iuxta quod in Euangelio de epulone diuite legimus, q̄ sepultus fuerit in inferno. Clarum autem est illic sepulchra impiorum esse, vbi fuerint sepulti. Est tamen in duplici ista intelligentia hæc notanda diuersitas, q̄ secundum priorem oporteat accipere particulam in æternum improprie: nō vt significet perfectam æternitatē, sed tempus vniuersum vsque ad consummationē sæculi. Nam si perfectam æternitatē significaret, consequeretur nō esse impios de monumentis prodituros in nouissimo die: quod manifeste aduersatur verbis domini, dicens, Amen dico vobis, quia venit hora, quando omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ: qui verō mala, in resurrectionem iudicii. At verō iuxta alterā intelligentiam, quæ de mansionibus loquitur inferni, particula, in æternū, perfectam signat æternitatē. Mansiones enim infernales, erunt domus & habitacula impiorum in æternum. ¶ Versu vndecimo, Tabernacula eorum in progenie & progenie. Diligenter notandum, q̄ in priore versu dixit impiorum sepulchra esse domos illorum, & domos æternas. Hic verō, habitacula quæ super terram extructa posteris relinquant, non domos appellat, sed tabernacula. Non enim vacat mysterio ista, in loquēdo discretio. Rectē enim habitacula, in quibus super terrā homines inhabitant, tabernacula vocātur: quoniā minimum temporis in eis permittuntur demorari, neq; vlla in eis fixa aut stabilis mansio est. Frequenter enim cōtingit, vt mox postquam adificata fuerint diuitum palatia, morte absorbeantur, imò nōnunquam, & priusquam ad perfectum struatur fuerit perducta: cogunturq; velint nolint, erecta multis laboribus & sumptibus palatia posteris derelinquere: neq; eis inhabitandi illa facultas, aut tempus cōceditur. Et si conceditur, certē breuenimum est quod cōceditur. Plerunq; enim homines ad multam ætatem deuenisse cernimus, priusquam erigant ædificia: atq; ita fit, vt mox post consummationem cogantur loco cedere. Deinde,

Roma. 1.

Luca. 16

Ioan. 5.



Hebr. 11. quoniam impii, velint nolint, aduenas se confiteri debent super terrā & peregrinos, nō habent autem aduenā ciuitatem manentē vbi aduenā sunt, neq; domum fundamenta habentem. Et iterum, quoniā malitia est vita hominis super terram, non habent autē qui in malitia degunt fixas domos, sed in tabernaculis agunt: idcirco rectē impiorum domus, nō domus, sed tabernacula secundum veritatem appellabimus. Sepulchra verō illorum, siue terrena, siue infernalīa, rectē illorū domus dicuntur propter stabilitatem & longissimam in eis mansionem. Nemini enim regum aut potentum concessum est tanto tempore inhabitare suum palatium, quā cogitur inhabitare sepulchrū, vel infernum. Secunda autē pars huius versus, Vocauerunt nomina sua in terris suis, secundum eam sententiam accipienda est, quā exprimit aliquanto clarius beati Hieronymi ex Hebræo versus, habens in hunc modum, Vocauerunt nominibus suis terras suas. Huius autē rei patet exemplum in regibus nonnullis, quorum nominibus etiā ciuitates, & loca insignia legimus appellata: quemadmodū Casarea Philippi (de qua fit in Euangelio sermo) in honorem Casaris, Casarea nominata est: ab ipso autem eius aedificatore, siue renovatore, Philippi dicta est. Similiter Roma, à Romulo. Ita castra & domus quilibet insignes, à suis aedificatoribus plerumque denominantur: quemadmodum apud Ionanienfes arx Iulii in hodiernum vsque diem, ab ipso aedificatore Iulio, antiquam obtinet appellationem. ¶ Versu duodecimo, Et homo cū in honore esset, non intellexit. Solet versus iste plerumq; ad totius generis humani naturam, eiusq; lapsum, & à statu innocentiae defectionem, peculiariter applicari: quoniā videlicet cum in summo honore esset homo, à Deo conditus in originali iustitia, in omnimoda rectitudine, ab omnib; miseris corporeis, quibus illa subiecta subiaceamus, alienus, nō attendit ad dignitatē suam, & ad Dei voluntatē vt permaneret in ea: sed oblitus sui, cōparatus est iumentis, & illis assimilatus est, eisdē subiectus miseris, quibus illa subiecta cōspicimus: factus similiter vt illa, mortalis famelicus, sitibundus, fatigabilis, aestu & gelu passibilis, variisq; morbis, ac corruptionib; obnoxius. Assimilatus etiā est illis, quantum ad sensualitatis peruersum dominū, quā ab ipsa transgressione cepit suā in hominis corpore exercere tyrannidē, brutales motus frequenter cōtra rationis imperium in carne exulcitas, & confundens atq; perturbans omnia: cum ante prauaricationem summa fuisset & incundissima omnium virium inferiorum obedientia, sub rationis & voluntatis imperio. Denique, cæcus factus est homo per transgressionem, & caelestibus rebus capiendis per vitiorum turpitudinē minime idoneus, brutorum more sola spectans presentia, non attendens in futura. Et hæc quidē recta & bona sententia est. Veruntamen ad propositum Psalmi, rectius ad singulos impios, Dei imaginē, quam in se gerunt, misere cedentes, refertur intelligentia, iuxta modum in Elucidatione expressum. ¶ Versu decimotertio, In ore suo cōplacēbunt. Complacēbunt, videtur improprie accipiendū, pro Benedicent, quemadmodum habet editio Romana, id est, blādiētur, & adulationes loquētur: vt cōplacēbunt in ore suo, idem valeat quod placēbunt loquentur, vel ad complacēdū loquentur: quoniam videlicet inuicem adulantur, & ad complacēdū loquuntur inuicem, postquā male egerint. Vel potius ipsimet sibi in malis complacēdo, se iactitant de maleactis: quod cōsummata nequitia efficacius indicium est. De quibus alibi dicit scriptura, Gloriantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Aduerfus quos, alio Psalmo etiā inuehitur amara quæstione Psalmista, Quid gloriaris, inquiens, in malitia, qui potens es in iniquitate: ¶ Versu decimoquinto, Et dominabuntur eorū iusti, &c. Quomodo iusti super impios accepturi sint dominium in die iudicii, manifeste ex pluribus tam veteris quā noui testamenti locis est manifestum. Illud tantum hic singulariter cōmemorabimus, quod de hac re in sacratissima Apoc. 2. Apocalypsi spiritus loquitur Ecclesiis, Qui vicerit, inquit, & custodierit vsq; in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli cōfringentur, sicut & ego accepi à patre meo. & dabo illi stellam matutinam. In sequenti autem parte huius versus, particula illa, à gloria eorum, geminā facit sententiā. Nā si conūngatur cum auxilio, ad hunc modum, Auxiliū eorum à gloria eorum, veterasceret in inferno, erit sensus qui in Elucidatione expressus est. Auxiliū quod à gloria & potentia atq; diuitiis suis habere solebant, deficiet in inferno ab eis. Potest & iuxta ordinē localem connecti cum verbo Veterascet, eritq; sensus, Auxiliū omne in inferno eis deficiet à gloria eorum: quoniā à gloria eorum (id est, diuitiis & potentia) nō ultra eis veniet auxiliū, vt venire solebat cum agerent in terris. Recte enim deficiet, siue cessabit auxiliū à gloria, dum ab ea vltra nō veniet. Prior sensus clarior & conuenientior videtur. Veterascet autē pro Deficiet, & consumetur, siue auferetur dictum est: quoniā quod antiquatur, & senescit (vt ait Paulus) prope interitum est. Et quoniā eius quod in propinquo est, parua distantia est, ad illud cui est propinquū, non omnino absurde Veterascere, pro Deficere dictum est. ¶ Versu decimo octavo, Non sumet omnia, licet secundum elocutionis vim valeret, quādā non sumet, particulariter, & negatiue enunciando: videtur tamē accipiendum, tanquam si vniuersale signum præponatur, negatio autē subsequatur, id est, Omnia non accipiet, hoc est, nulla accipiet. Neq; enim hic loquendi modus scripturis sanctis est infrequens: quemadmodum cum Genesis quarto capitulo de Cain dicitur, Posuit Deus signum in Cain, vt non eum interficeret omnis qui inuenisset eum. Sensus est, vt nullus eum interficeret. Et Genesis decimoquarto, cum Abraham dicit se nō accepturum ex omnibus quæ de præda & victoria secum tulerat, sentit se ex omnibus non (id est, ex nullis) accepturum. Aut legere possumus hanc partem cum amara ironia, quasi minimum quidē dicentes, sed maximum significare volentes: sicq; eadem quæ prius dicta est, habetur sententia. ¶ Versu decimonono, Quia anima eius in vita ipsius benedicetur. Animæ impiorum in vita benedicetur, quoniam & Luca. 12. sibi ipsi benedicunt, blandiuntur, loquuntur dulcia: quemadmodum diues ille in Evangelica parabo

A la, cuius ager fructus vberes attulerat, animæ suæ blandiebatur, dicens: Anima mea, habes multa bona in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Verū quæ post mortem, huiusmodi benedictionē sequatur maledictio, subsequēs Dei ad hunc diuitē responsio declarat, Stulte (inquit Deus) hac nocte repetent à te animā tuam: & quæ parasti, cuius erunt? Benedicuntur etiā, & blandas adulatoriāq; laudes accipiunt ab aliis, qui eos beatos prædicant, sed decipiunt. Air enim sacrum Euangelii, Vā vobis, cum benedixerint vobis omnes homines. Quantum verō ad secundā partem, difficultas esse videtur propter personam mutationē. Clarius enim tuisset, si subsequenter cōtinuando sub persona tertia diceretur: Cōfitebitur beneficiēti sibi, aut cōfitebitur illi qui sibi benefecerit. Nūc verō dum subito secūda persona interponitur, incertū est ad quē sermo dirigatur. Et quidē in Elucidatione in dicauimus, sermonē referri ad eum qui beneficiat impio potenti, qui propter cordis superbiā magnam rem se facere existimat, cum acceptū beneficiū vel verbo agnoscat, & pro eo vel gratias agit. Nō enim curant referre gratiā, qui etiā mercenariis suis & seruis solent iustā detinere mercedē, nec operariorum suorum labores dignantur persoluere: magnū putantes si nō pro beneficio (quod solent nō raro etiam contumeliā reddant. Potest tamen sermo etiā ad Deum diri, vt fit sensus, Impius cōfitebitur tibi, & tunc solū te laudabit, cum ei benefeceris, cū pro voto ei præstiteris omnia. Nam si aliter illi q̄ postulat euenierit, statim paratus erit in blasphemā & conuitia. Verum hæc sententiā non vsque adē forsitan vt prior ardebit profundius cōsideranti: quoniā hi impii, & in peruersitate obstinati, neq; cum bona accipiunt, Deo sciunt gratias agere. Nō enim attendunt ad illū à quo manant quæ habent omnia: sed quasi à seipsis habeāt vniuersa, sic sibi placent, & stulti stulte sibi ipsi benedicūt. ¶ Versu penultimo, Introibit vsq; in progenies patrū suorum. Progenies patrū hic dicit generationes præteritas priorum ac progenitorū suorum, illorū potissimum quorum imitatores in sua prauitate fuerūt. Malos enim patres sequentur ad p̄nā mali filii: & quo illi priores descenderunt, eodē isti aduenient posteriores: vt simul cū malis patribus, mali filii in æternis tenebris crucientur. Possunt etiā diaboli per patres istos accipi, qui patres sunt omnium malorum. Nā peccat ab initio diabolus, & imitantur eum omnes qui sunt ex parte illius. Ad hos autē introibunt impii, vt cum eis in æternū lumen non videant: quoniam Diuina sententia cōpellentur discedere ipsi in exteriores tenebras, & ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.

XLIX. PSALMI ARGUMENTVM.

Initium huius Psalmi de duplici Christi aduentu loquitur: priore videlicet, quo iam venit, & ex omnibus partibus terræ fideles vocauit, incipiens à Hierusalem & Iudæa, vnde pulchritudo Euangelii processit: & posteriori, quo venturus est in manifesta gloria, igne & valida tempestate præcedente conspectum eius vementis ad iudicium, ad quod cælum & terram (id est, caelestes & terrenos) simul est aduocaturus, & sanctos suos est secum congregaturus qui annunciauerunt eius. Atque hæc 7 primis versibus. A versu autem 8, ad finem vsque Psalmi, Deus ipse introducit loquens Iſraelitico populo suo, siue illi ueteri, siue populo nouo, eundem inſtruens primum de sacrificio acceptabili, quo uelit ab ipsis potissimū honorari: uidelicet non corporalibus sacrificiis, hircis, vitulis, bobus, ouibus, aut huiusmodi, quorum usu nec ipse opus habet, neque si opus haberet, nec esse foret eum ista ab hominibus accipere (quandoquidem ipse est dominus omnium, & abundat in omnibus) sed sacrificio laudis & inuocationis in aduersis, maxime se dicit honorari. Deinde à uersu decimo septimo, ad ministerium infidelem sermonem conuertit, qui ipse indisciplinatus existens moribus, & ad omnem impietatem perpetranda effusus, præsumit tamen Dei præcepta ore suo contaminato alios edocere: quem amara & aspera ualde increpatione redarguit, prænumcians illi grauem suæ impietatis ultionem: ultimo tandem uersu, iterum replicans sacrificii acceptabilis propositionem.

QVADRAGESIMONONI PSALMI ELVCIDATIO.

- 1 Deus deorum Dominus loquutus est:
- \* & vocauit terram.
- 2 A solis ortu vsque ad occasum:
- \* ex Sion species decoris eius.

**D**eus altissimus super omnes Deos, ipse omnibus superior qui vel secundum hominū fallā opinionem dii existimantur, vel participatione aliqua dii appellantur, qui etiam est vniuersorum dominus: ipse in diebus nouissimis, quando venit plenitudo temporis, adueniens in terras, audiri fecit in mundo Euangelii sui prædicationē, per orbem vniuersum ipsam diffundens: \* & prædicatione sua vniuersam terrā vocauit ad regni adoptionē quam prædicatione sua vniuersam terrā vocauit ad vniuersam fidei susceptionem, vniūsq; corporis & Ecclesiæ compositionē: quod cepit quidem in semetipso, peregit autem in Apostolis, eorumque successoribus. 2 Vocauit, inquam, terram vniuersam & omnes inhabitatores eius, ex omnibus gentibus & regnis, ab oriente vsque in occidentem, & à septentrione vsque ad meridiem: per quatuor mundi plagas, vocem suā prædicationis emittens: \* pulchritudo tamen gloria eius & decor honoris eius (diuinitatis scilicet manifestatio, & gloriæ eius prædicatio) ex populo Iudaico processit, quoniā salus ex Iudæis orta est, Ioan. 4. exiitq; de Sion lex, & verbum domini de Hierusalem: eo quod in Iudæa primū audita sit vox prædicationis Christi, ac deinde om-

nes gentes fit Apostolico ministerio circumqua; per omnia mundi climata deriuata. 3 Ipse autē idem Deus noster qui in aduentu suo hoc quē modo diximus priore, occulte venit, & quasi sub silētio (nimirū Deus occultus, homo manifestus) idē ipse aliās adueniet manifeste: quādo iudicaturus viuos & mortuos, veniet cū nubib⁹ in gloria & maiestate sua, cū angelis suis, & cū senio ribus populi sui: ita manifeste & gloriose, vt eū videat omnis oculus etiā qui illum pupugerūt: \* adueniet, inquam, ipse dominus & Deus noster, in iudicis forma, manifeste in oculis omniū, & nequaquam in silentio vel occulto: ac tunc etiā futurū est, vt ipse qui olim in aduētū priore occulto tacebat coram præsīde iudicandus, & quasi agnus nō aperiebat os suū, idem ipse tū secundo adueniēs quasi leo rugiat, & quasi iudex verus ploguatur, pronūciētq; cū autoritate sententiā. 4 Cum autē ita secundo aduenierit, præcedet ante conspectum eius ignis ille cōflagratiōis, quo purgabitur mūdus, & quicunq; sunt in eo: qui vehementia viriū suarum fortiter omnia cōflagrabit atq; purgabit, iuxta decretū diuinā voluntatis: \* & erit in circuitu eius cū adueniet valida tēpestat, mira cōturbatio & cōmotio elementorum omniū, & omnium quæ sunt in mundo mirabilis cōmutatio. 5 Sic autē adueniens a duocabit desuper ex cælis, adducētq; secū eos qui in cælestibus secū degunt, nimirū angelos ministros suos, cū quibus vna veniet tanq̄ rex stipatus infinitis militū turmis, atq; etiā Apostolos, aliōsq; beatos spirit⁹, qui iā cum ipso in cælo inhabitabāt. Et hos enim aduocabit & adducet, vel vt simul cum eo tanq̄ assessores indicēt impios, vel vt perfectā in corpore iam accipiāt remunerationē: \* aduocabit item terrā, id est, omnes terrenos & impios, aut hoīes vniuersos in suis corporib⁹ de terra resurgētes: sic, inquam, aduocabit tā desursum cælum q̄ de deorsum terrā, vt ita in maiestate sua diiudicet atq; discernat populū suum: vt videlicet malos separet de medio iustorū, paleās; & zizania igne cōburenda, diuidat & distinguat à tritico cōgregando in horrea: hodos quoq; separet ab ouibus, illis ad sinistra, his ad dexterā iusta discretione locatis. 6 Vt autē hoc perficiat Deus, exite celeres o mini stri angeli, & congregate illi vestro ministerio electos eius à quatuor vētis terra, adducite eos resumptis corporib⁹ ante conspectū iudicis gloriosi, vt illi obuiā procedāt in nubib⁹ in aëra, sicq; semper amodo sint cū domino: \* qui sancti testamētū & pactū eius ordinauerūt ac di spoluērūt super sacrificia, qui dei voluntatē & impletionē testamēti eius pluris fecerūt, & priorē habuerūt q̄ corporalia sacrificia, qui nō satis putarūt corporalia offerre sacrificia, sed super omnia studuerūt testamētū Dei obseruare, eiūsq; voluntatē perfecte adimplere: scientes, obediētia esse meliorē victima & holocaustis arietū. 7 Et annūciauerūt atq; prædicauerūt cæli, id est, sancti Apostoli, aliq; horū successores cælestes viri, iustitiā dei, in retributione bonorū atq; malorū: \* quoniā ipse est iudex cui datū est à patre iudiciū facere, & cui cōpetit omnimoda perfectāq; iustitia, ad reddēdū vnicuiq; secundū opera sua. VOX DOMINI INTRODVCITVR POPVLVM SVVM INSTRVMENTIS DE ACCEPTABILI SACRIFICIO. 8 Priusq̄ autē hæc sese manifestet iustitia, audi nūc popule meus quē elegi mihi in peculiū ex omnibus populis, & loquar tibi, H in struēs te de iis quæ salutī tuæ erunt opportuna: \* audi, inquam, o Israel electa gens mea, & cū testificatione ac asseueratione firmissima p nunciabo tibi voluntatē meam, testamētū & pactum cōstitutā inter me & te, vt scias quomodo mihi debeas gratā impendere seruitutē: \* ecce ego sum Deus omniū, & specialiter per electionē gratuitā sum etiā Deus tuus, & te elegi mihi in peculiārē populum. Sed audi nunc, quid à te requiram ego dominus Deus tuus. 9 Non habeo quor te arguam in sacrificiis corporalibus, hircorum, taurorum, ouium, atq; vitulorum, & ceteris quæ secundū legem instituta sunt oblationib⁹. Nā, quod ad ista exteriora pertinet, hæc sane in parte satis bene obseruantur hæc in vobis, atq; etiā propter se non ea requiro: \* & de holocaustis corporalibus lege institutis, non est quod te arguā, quoniā rite satis ista obseruas, & proponis ea ante cōspectum meū semper, in omni tempore ad hoc à lege determinato. 10 Non accipiam ego vitulum de domo tua, aut ē stabulo tuo, aut de gregibus tuis hircū, aut aliud quodlibet animal immolatum, sic quasi ego eo egeā ad esum,

3 Deus manifeste veniet:

Apoc. 1.  
Matt. 16.  
Elaie. 3.  
Apoc. 1.

\* Deus noster, & non filebit.

Elaie. 53.  
Amos. 3.  
Apoc. 5.

4 Ignis in conspectu eius exardescet:

\* & in circuitu eius tempestas valida.

5 Aduocabit cælum desursum:

\* & terram, discernere populum suum.

Matt. 13.  
Ibidem.  
Matt. 25.

6 Congregate illi sanctos eius:

1. Thef. 4

\* qui ordinant testamentum eius super sacrificia.

7 Et annuntiabunt cæli iustitiam eius:

\* quoniā Deus iudex est.

8 Audi popule meus, & loquar.

\* Israel & testificabor tibi:

\* Deus Deus tuus ego sum.

9 Non in sacrificiis tuis arguam te:

\* holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.

10 Non accipiam de domo tua vitulos:

A \* neque de gregibus tuis hircos.

11 Quoniam mea sunt omnes fera sylvarum:

\* iumenta in montibus & boues.

12 Cognoui omnia volatilia cæli.

B \* & pulchritudo agri mecum est.

13 Si esuriero, non dicam tibi:

\* meus est enim orbis terra, & plenitudo eius.

C

4 Nunquid manducabo carnes taurorum?

\* aut sanguinem hircorum potabo?

15 Immola Deo sacrificium laudis:

\* & redde altissimo vota tua.

16 Et inuoca me in die tribulationis:

\* eruam te:

\* & honorificabis me.

aut aliū quēlibet necessitatis vsum: \* & si tu nō offerres, nō tanti mihi foret eorū omīssio, vt ea raperē ē stabulis tuis: quādoquidē ipsum offerētis cordialē affectū & deuotionē in illis expeto potius, q̄ ipsum quod offeritur corporale sacrificiū: neq; vllam haberem necessitatem à te accipiendi, si cuiusmodi requirerē, cum ipse abundē in his omnibus. 11 Nam omnes fera quæ in syluis vagantur, mea sunt, tā creatione q̄ possessione, & libera de eis dispositione: quæ multo præstantiores æstimantur & nobiliores hircis & vitulis: \* neq; hæc solū animalia syluestria sub mea sunt possessione, verū etiā domestica omnia iumenta, quæ sub hominū custodia pascuntur in montibus, & boues atq; oues, ceteraq; huiusmodi. Quid ergo à vobis debebo requirere, r. Par. 29. posteaquā nihil ipsi habetis, quod non meū sit, prius etiā q̄ vos mihi donetis: neq; potestis priores mihi aliquid dare, neque nisi quæ de manibus meis acceperitis, reddere valetis: 12 Cognoui sigillatim omnia volatilia aëris, & numerum eorum apud te descriptum habeo, tanquam quæ sub sint omnia ditioni meæ, & quæ singula propriis nominibus possim aduocare, & dicent, assumus: \* & tota agrorum pulchritudo, omnes segetes quæ crescūt ac vegetātur in agris, ad me pertinet, & in mea sunt possessione, vt possim de eis quicquid voluero p mea voluntate disponere, circa cuiuscunq; iniuriā & fraudem. Ego enim sum qui terram creauī, & fecundā feci, qui semen omne dedi, & pluuiā desuper effundo, vt crescant segetes: aliisq; vel arantibus tantum, vel seminantibus, ipse do incrementū & vitam, faciens de semine culmos exurgere, & omne frumentū, omnēq; fructū in eis. 13 Et si tandē fieri possēt vt esurirem ego aliquando, appeterēmq; in esum vllū animalīū, vel domesticū, vel syluestre, vel volatilia, vel frumenta agri, nō mihi opus foret à te exposcere quod appeterē, neq; tibi exponere me opereretur desyderiū meū, vt ex te impleterē mea egestas: \* totus enim orbis terrarū meus est, & omnia quæcunq; in eo sunt, à maximo vsq; ad minimum, mea sunt, & plenissima ditioni atque potestati meæ subiecta: & haberem abundē à memetipso vnde meo desiderio satisfacere in omnibus, multo amplius quā quiuis hominum. Nam homines quidē multo pretio vel labore vix sibi sufficientia valent cōparare. Ego vetō solo verbo aduocabo, si vulnero, & syluestria & domestica & volatilia: & quæcūq; edi possunt, vno verbo aduocabo semel omnia. 14 Neq; tamen hæc dixerim, quasi his aliquando indigeam, aut quasi eis vnquam vtar in cibum aut potum. Neq; enim ego esurio aliquādo, aut sitio, vt carnes taurorū, vitulorū aut ouīū, aut aliorū quorumlibet animalium manducem: \* neq; sitio vnquā, vt sanguinē hircorum aut aliorum animalium expetam mihi in potum: multo minus etiā frumentum agri aut vinū in vite mihi vendico in cibum, neq; ego, neq; ministri mei qui sunt in conspectu vultus mei. Proinde, q̄ istorum oblatio grata fuerit mihi suo tempore, non hoc erat ob meam egestatē aut vtilitatem, neq; q̄ per se illa requirerem: sed magis vt cum his cordis vestri deuotionē acciperem, quam præcipue quærebā, & spectabam in illis: simul etiam, vt in eis venturā in temporis plenitudine acceptissima præsignaretur oblatio. 15 Vis autē scire, quam oblationem ego Deus tuus à te potissimum requirā, & quid sit quo oblecter maxime? Cōfessio laudis ex corde grato & fidelī oblata laudatio recti cordis, & gratiarū actio à bona voluntate procedens: gratissimū mihi sacrificiū est, quod immolari à te mihi opto: \* & vt perfoluas mihi altissimo Deo tuo vota tua, id est, piās affectiones, & sancta desideria, atq; etiā pollicitationes Deo sacratas (quæ ex amore Deo obtuleris) diligenter adimpleas. \* Aut pro acceptis à me beneficiis, redde mihi tua vota, ex tuo corde piās erga me animi affectiones, atq; ex eis, & pro eis laudationes & gratiarū actiones, ex amore & animi gratitudine pficiscentes. 16 Ad hæc, in tempore tribulationis, ex corde fidelī inuoca me in auxiliū, & postula in fide nihil hæsitās: certissimo persuasum habens, q̄ ego sum qui tibi possum ferre auxiliū, etiā in desperatissimis rebus, & q̄ bonus sum, qui nō possum, aut nolim derelinquere pie clamātes, aut fideliter postulātes ab it cere: \* & tu si hoc feceris, si me sic inuocaueris, ego te exaudiā, & eruā atq; liberabo de tribulatione de qua elamasti ad me, vel tēporaliter liberando, vel certe consolationē internam & virtutem ad ferendum donādo in cōfortatione spiritus: \* & tu me hæc in re valde glorificā

bis atq; honorabis, magis quam si millia hircorum aut vitulorum mihi obtulisses. Honoré enim per maximum fieri mihi puto, cum in tribulatione ad me fidéter & absq; hæsitacione clamant homines. Nâ hoc ipso, me & summe potenté, & summe bonû protestantur. Non enim inuocarent, nisi summe potenté crederent, qui possem ferre auxiliû: neq; iterum nisi optimum, qui nō possem iusta ac pia vota abiicere. 17 Impio autē suo ministro (cuiusmodi illi sunt qui corporalibus tantum insunt sacrificiis, conculcantes testamentû Dei, & neglectores Diuinæ voluntatis, sacerdotés vita & moribus peruersi) loquitur per seueram increpationē Deus, in spiritu ad hunc modum, Quæ fronte, qua audacia, tu ô præuaricator impie testamenti mei qui ordinas sacrificia su per testamentû meum, præsumis enarrare præcepta ad iustificationes meas? \* & qua audacia tu assumis testamentû meum in os tuû, vt illud tuo cõtaminato ore, & pollutis labiis alios doceas: cū intus tui ple plenus sis omni spurcicia & immunditia. 18 Quomodo (inquam) tu ista audes, cū ipse rectam disciplinã, id est, bonã vitæ ac morum institutionē habeas exosã, neq; te ipsum secundû eam studens cõponere, neq; eam in aliis amans, tamen eam ore ad questû vel ad gloriã prædices? \* & verba atq; præcepta mea proiecisti post tergum tuû: non posuisti ea ante oculos vt obseruares, sed abiecisti ab oculis tuis vt nō videres, neq; ambulares secundû ea: propter quod & ego te proiciam à facie mea, & à cõspectu meo in æternum. 19 Vbi furé videris aut iniustû quemlibet fraudem facientē proximo, curris cum eo, adiungis te ei, & particeps fieri studes furti ac fraudis illius: idq; vel cõsensum præbendo iis, quos oportebat ex officio ac ministro tibi cõmissio arguere & prohibere, vel auaritiã causa dissimulando, aut participando cū illis, eõsq; in hoc propter quãstû inducendo vel cõfortando: \* & adulteris assimilasti te ipsum, factus es in societa te & crimine male particeps: \* fecistiq; vt eadem tibi cū his portio & merces debeatur, iusto meo iudicio. 20 Os tuû plenum fuit malitia, impudenter & absq; frano loquens mala plurima, blasphemias, cõuicia, fraudes, oppressi ones, de corde pleno malitia huiusmodi pessima eructans: \* & lingua tua magno artificio cõponebat atq; coaptabat verba dolosa & fraudulenta, vt per ea deciperes simplices, & tuarû captiõnum inexpertos, per tuam suauiloquentiam, & subtilē, artificiosãq; dictionem. 21 Sedens quasi ociosus ab omni bono opère, contra proximum tuû loquebaris detractionem, falso aduersus illû mala dicēdo. Solet enim detractio, sicut & murmuratio, fere comitari ociosos eiusmodi seffores. \* Aut sedens quasi iudex ex officio cū secundum legē iuste debuisses iudicare, loquebaris cõtra legē aduersus fratrem & proximû falsum iudicium: pro quo, ad impendendã illi iustitiã, loqui ex officio debueras: \* atq; his modis, qui alios edificare debueras, ponebas offendiculû pessima tua illa cõuersatione infirmis fratribus & proximis tuis, filiis eiusdem Synagoge aut Ecclesiæ, cuius te gloriaris membrum & filium esse: \* hæc omnia, atq; his etiam plura (quæ omnia difficile foret explicare, quæ sunt apud me signata in thesauris meis) tu opere nequiter perpetrasti, cū ore enarrares iustitias meas, & alios doceres pcepta mea: & ego dissimulaui, qui te agere pro tuo libito, impunitû hætenus dimisi te in tua malitia, mea benignitate & longanimitate te inuitans ad pœnitentiã. 22 Existimasti impie, & pessime tibi persuasisti, qd forem ego similis tui: sic permãstisti in impcnetitiã & obstinatione tua, nihil horrescēs meã vltionē, quasi persuasum haberes, me oblectari in tua malitia, atq; ita quasi si milem tibi esse iniquitatis amatorē, vt es tu amator iniquitatis, eo qd hætenus tacuerim, qd vltionem mox iam non adduxerim: \* Veniet tamen dies iudicii mei, in qua non amplius tacebo, nō vltra dissimulabo, non feram longius impunitum: quando te aperte increpabo, & exprobrabo tibi palam omnibus vniuersã nequitia tuam, & consti tuam te cõtra faciem tuã: ita te depingã, ita singulis occulta tuã iniquitatis patefaciam, vt quasi è regione & ex opposito tui consistens cuncta pariter videas per te patrata, aperte & nude omnib; ad tuã cõfusiõnem reuelata, ita vt videant vniuersi æque atq; tu, ignominiam & iustam damnationem tuã. Cuncta enim quæ modo peruerse operaris, adducã ego in iudicium, & proponam antè oculos tuos: illuminabõq; abscondita tenebrarum, & manifestabo consilia cordium: &

17 Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas? \* & assumis testamentum meum per os tuum? 18 Tu verò odisti disciplinam:

\* & proiecisti sermones meos retrorsum. 19 Si videbas furem, currebas cum eo: \* & cum adulteris portionem tuam ponebas.

20 Os tuum abundauit malitia: \* & lingua tua concinabat dolos. 21 Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: \* & aduersus filium matris tuæ ponebas scãdalum:

\* hæc fecisti, & tacui.

Deut. 32. 22 Existimasti inique, quod ero tui similis:

\* arguam te, & stantiam contra faciem tuam.

Eccle. 12.

1. Cor. 4.

23 Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum:

\* nequando rapiat, & non sit qui eripiat.

24 Sacrificium laudis honorificabit me:

\* & illiciter, quo ostendam illi salutare Dei.

tunc sicut à me laus erit vnicuiq; iusto, ita ecõtrario omnibus impiis: 1. Cor. 4. exprobratio atq; cõfusio. VOX DAVID PROPHE TAE, PER EXHORTATIONEM INTERPONITVR. 23 Hæc intelligere curate, & in intimis cordis vestri sollicitè reponite: vos qui domini Deum vestrû non habetis ante oculos, qui illû contemnitis, & quasi post tergû proiicitis sermones illius, eius madata prætergredientes: hæc, inquam, quæ vobis per spiritû suum ipse loquitur ad præmonitionem, vos cupiēs reuocare à malitia, modo (dum tempus est bene operandi, & æternã illam confusionem euadendi) cõsiderate & intelligite: \* ne vos dies vltionis eius cõprehendat, neue in die illa in furo Galat. 6. re suo ad vos adueniens, per mortē subito auferat, hincq; abripiat ad districtum tribunal suum, raptõsq; condemnationis sententia proiciat in caminû ignis, quando nemo erit qui vos possit de manu eius Matt. 13. eripere, aut saluare de lacu iræ eius, in quo nulla est redemptio. VOX Job. 10. DIVINA SERMONEM PROSEQVITVR. 24 Quomodo iam antè monstrauit: ita & nunc repetens ad conclusionē eruditionis meæ dico, qd sacrificiû laudis & gratiarû actionis est, quo ego honorari opto, & quod ego postulo à seruis meis: \* & hæc via est, in sic laudando iter est, quo peruenitur ad cõspectû vultus mei, quo pertingitur ad præmia meã scelicitatis, ad salutē beatitudinis sanctorû. Qui 1. Cor. 15. enim nûc iugiter mihi laudes & gratiarû actiones de bono corde obtulerint, perducam illos ad cõspectum apertum diuinitatis meæ: vbi me facie ad faciem videntes collaudabunt & lætabuntur in salutari meo, in sæcula sæculorum, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XLIX.

Versu primo, Deus deorum dominus, &c. Genitiuus deorû in medio positus, regi potest indifferenter vel à priore nomine Deus, vt sit sensus, Dominus Deus deorû, loquutus est: vel à posteriori, vt sit sensus, Deus dominus deorum. Verum prior connexio videtur rectior, quam solã ponit Elucidatio. Deos autē hos intelligere possumus, eosde quibus Apostolus ait: Sunt qui dicuntur Dii, siue in celo, siue in terra. Sunt enim dii multi, & domini multi. Ipse enim Deus, est omnium Deus, id est, Deus verus super omnes qui dii appellatur. Fingit (verbi gratia) Poëtã deos, loquem, Saturnû, Dianam aut Solē, Lunam, aliudue siue animatû corpus, siue inanime simulachrû: dicunt, illi Deus non est, quemadmodû olim vetus ille populus à Deo vero aberrã, de vitulo transgressionis dicebat, isti sunt dii tui Israë, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Nos autē vere dicimus, quoniã omnium horû deorû, dominus non est Deus est: quoniã ipsi sunt creature: & ipse vnus est, qui in immensum superexcedit hæc omnia. Atq; hi quidē dii sunt appellatione sola. Sunt verò & alii dii secundum participationem, quomodo videlicet in lege scribitur, Diis non detrahes. Et in alio Psalmo, Ego dixi, Dii estis, & filii excelsi omnes. Quem locum tractans in Euangelio Saluator, ait, Deos esse dictos ad quos sermo Dei factus est, nimirû per participationē aliquam ad Deû. Atq; hoc pacto, iam ante sanctos Apostolos Deos fortes terræ appellauimus. Sic & sancti Angeli Dei sunt & omnes sæculi potētes ac iudices & præpositi, quatenus accepta à Deo primo potestate, aliis vice ipsius præsent. Et horû autem deorû, vniuersû intelligimus & agnoscimus dominû esse Deû: quoniã (iuxta Apostolû) Ipse est super omnē principatum & potestatē & virtutem, & vniuersaliter super omnia Deus benedictus in sæcula, Amē. ¶ Versu quarto, Ignis in cõspectu eius, &c. iste ignis est, de quo Petrus Apost. in 2 Cano. suo Epist. loquitur, dicens: Adueniet autē dies domini vt fur, in quo calî magno impetu transiet, elementa vero calore soluētur: terra, & omnia quę in ipsa sunt opera, exurentur. Et post pauca iterû loquens de aduentu diei Domini. Per quē, inquit, calî ardentis soluentur, & elemēta ignis ardore tabescent. De quo igne, qualis sit futurus, & quos effectus particula res habiturus, apud Ecclesiasticos doctores solet in 4 Diuinarû sententiarum lib. plenius determinari. ¶ Versu 6, Cõgregate illi sanctos eius, &c. In priore versu dicitur etiam de terra, qd aduocata sit vel aduocanda ad Dei iudicium, vt discernatur videlicet, & diiudicetur inter bonos & malos. Verum nō nisi de sanctis dicitur hæc, qd congregantur domino. Non enim impii cõgregabuntur domino, sed in fasciculos alligabuntur diabolo ad comburendum. Sancti autē domino congregabuntur, vt inferantur quasi triticum in horrea eius. Iustionē autem illam quã signat verbû Congregate, sanctis angelis applicauimus, quoniã ipsorum ministerio perficiēda creditur corporû resuscitatio, quemadmodû in parabola Euãgelica Zizaniorû agri exponitur, ab ore Saluatoris: qui angelos messoribus cõparans, subiungit in hæc verba: Mittet filius hominis angelos suos, & colligēt de re-gno eius omnia scãdala, & eos qui faciunt iniquitatē, & mittent eos in caminû ignis. Et iterû in parabola sãgenæ, Exhibēt angeli, & separabūt malos de medio iustorû, & mittent eos in caminû ignis. Sic & in alio loco apud eundē Matthæû dicitur ex ore domini, Mittet filius hominis angelos suos cum tuba & voce magna, & cõgregabunt electos à quatuor vëtis, à summis calorû vsq; ad terminos eorum. Ex quibus verbis apparet resuscitationē vltimam corporû angelico ministerio futuram, & sanctos resuscitandos per ministeriû angelicû, gaudenter diuinis cõspectibus in sua nouitate repræsentandos. ¶ Versu eodem, Qui ordinant testamentû eius super sacrificia. Ordinare testamentum

1. Cor. 8.

Exod. 32.

Exod. 22.

Psal. 87.

Psal. 46.

Ephe. 1.

Roma. 9.

Matt. 13.

Matt. 13.

Ibidem.

Matt. 25.



domini super sacrificia, sic intelligite, vt in Elucidatione explanatū est: vt idem sit quod cōstitueret  
Dei voluntatē super corporales victimas, videlicet vt magis studeat quis Dei testamētū adimplere  
& eius voluntatē perficere, q̄ corporales tantum hostias immolare. Tametsi enim & hoc facere o-  
portebat pro tempore veteris legis: illud tamen præcipuū semper fuit, nempe Dei testamētū cus-  
todire, & eius voluntatē non transgredi. Qui autem sacrificia ordinant super testamētum Dei, si  
sunt qui pluris faciunt exteriores victimas aut corporalia sacrificia, q̄ adimplerent Diuinā vo-  
luntatis, & obedientiā testamētū Dei. Ex quorum numero Saulem fuisse legimus, cum post longuā  
1. Reg. 13. Samuelis expectatiōē, tandem quod muneris sacerdotalis erat, sibi cōtra Dei prohibitōē assum-  
psit. Ordinauit certe sacrificia super testamētū Dei: quia ne corporales illas victimas amitteret,  
Dei præceptū transgredi maluit: & potius existimauit non obedire testamētū Dei, q̄ holocaustum  
1. Reg. 13. & pacifica nō immolare. Samuel autem Propheta domini, testamētū Dei longe ordinauit super sa-  
crificia: & illum male ordinantē sacrificia super testamētū, seuera increpatione redarguit, dicens:  
Quid fecisti? Stulte egisti, nec custodisti mandata domini Dei tui, quæ præcipi tibi. Nequaquam re-  
gnum tuum ultra conseruet, eo q̄ non seruaueris quæ præcepit dominus. Iterum in deletione A-  
1. Reg. 15. malech, cū accepisset Saul præceptū à Deo per Samuelem, vniuersa illius demoliri, ac prorsus nihil  
referuare ex omnibus bonis illius, ipse quanquā iam antē super hac reprehensus esset, rursum ta-  
men sacrificia super testamētū ordinauit, quādo Agag regi aptimisq; gregibus ouiu & armentō-  
rum pepercit sub prætextu sacrificiorū: quod scilicet (vt ipse dicebat) ea vellet sacrificare domi-  
1. Reg. 15. no in Galgalis. Samuel autē sanctus domini qui testamētū Dei ordinabat super sacrificia, dure admo-  
dum hunc male ordinantē redarguit, dicens: Nunquid vult Deus holocausta & victimas, & nō po-  
tius vt obediatur voci domini? Melior est enim obedientia, q̄ victima: & auscultare, magis quā  
offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatum arietū est repugnare, & quasi scelus idololatriæ  
nolle acquiescere. Ac deinceps: Pro eo ergo q̄ abiecasti sermonē domini, abiecit te dominus ne sis  
rex. Similiter & Esaias, primo suæ Prophetiæ capite, principes simul & populū Israël fauerissime re-  
darguit, q̄ sacrificia male ordinarent super testamētum domini. Audite, inquit, verbum domini  
Esai. 1. principes Sodomorū, auribus percipite legē Dei vestri populus Gomorrhæ. Quo mihi multitudi-  
nem victimarū vestrarum dicit dominus? Plenus sum, holocausta arietū, & adipē pinguium, & san-  
guinem vitulorū, & agnorum, & hircorum nolui. Cum veniretis ante conspectū meum, quis quasi  
uit hæc de manibus vestris, vt ambularetis in atris meis? Ne offeratis vltra sacrificiū frustra. Incen-  
1. Reg. 15. sum abominatio est mihi. Neomanias & festiuitates alias nō feram, iniqui sunt cæcus vestri. Calen-  
das vestras & solēnitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molestia, laboraui sustinēs. Qua-  
re autē hæc omnia? Quoniam (vt subiungit) manus vestre sanguine plenæ sunt, id est, quia sacrificia  
ordinatis super testamētū domini. Mox verò eos instruens, quomodo debeat testamētū domini  
ordinare super sacrificia, subiungit, Lauamini, mundi estote, auferte malū cogitationū vestrarū ab  
oculis meis. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Quarite iudiciū, subuenite oppresso, iudi-  
cate pupillo, defendite viduā: & venite, & arguite me, dicit dominus. Si fuerint peccata vestra quasi  
coccinū, velut nix alba erunt: & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erunt. Apud Eze-  
chielem quoq; similia de hac re legimus, & in aliis plerisq; Prophetarum locis. Sūt autem hæc pro  
præsentis loci clariori explanatione sic latius à nobis explicata, propterea q̄ hunc passum nō vide-  
remus pro sua dignitate à prioribus explicatū. Nonnulli verò sic crude intelligunt disponere testa-  
mentum domini super sacrificia, testamētū nouum præponere sacrificiis veteris legis. Verū prior  
sententia exactius pendenti mox apparebit cōmodior. ¶ Versu octauo, Audi populus meus, &  
Gene. 25. loquar Israel, &c. Solent vulgo hunc versum ita distinguere: Audi populus meus, & loquar Israel,  
Gene. 32. ac deinde, & testificabor tibi. Verum conuenientior apparet altera distinctio, quā in Elucidatione  
expressimus, vt ante Israel fiat distinctio modica, hoc modo, Audi populus meus, & loquar, Israel,  
& testificabor tibi: vt secundū idem sit quod primū, ad efficacius cōmouendum: quoniam videlicet  
secundo loco nomen propriū repetitur. Nomen autem Israelis, nomen electionis est, & magnificen-  
tius, q̄ nomen Iacob. Hoc enim à natiuitatis exordio à parētibus accipit: illud, multo post ab ange-  
lo, postquā fortem sese contra Deum exhibuisset. Sic enim ait ad eum angelus: Nequaquam Iacob  
appellabitur nomen tuū, sed Israel: quoniam si contra Deū fortis fuisti, quanto magis cōtra homi-  
nes præualebis? Hoc ergo nomine dum cōpellat populum Israel, magis honorifice illū alloquitur,  
q̄ si dixisset, Audi Iacob. Erit autē secundum hanc posteriorem distinctionem repetendum verbum  
audi, ad hunc modum: Israel audi, & testificabor tibi. Aduertendum autē est, q̄ ab hoc versu vsque  
ad 17. Propheta Deum ex sua persona introducit loquentē, & suum populum electum instruentem  
de oblatione sacrificiorum corporaliū, quomodo non illa acceptet aut requirat propter sese, quasi  
ipse eis egeat, aut vlla ratione horum vsum habeat necessarium. Et licet vulgo dici solet, Deū hoc  
in loco reprobare veteris legis sacrificia: videtur tamen hoc nō habere plenam veritatē. Non enim  
hic alius dominus indicare videtur, nisi (vt dixi) q̄ non ista sola sufficerent corporalia sacrificia,  
sed oporteret etiam laudē debitam, & adorationis Diuinum honorē illi offerre, ac vota reddere, &  
quod non propter se illa corporalia requirebat, quasi ipse opus haberet, & per se ea habere nō pos-  
set, sed magis vt hæc in laudis protestationē & vtorū animi perfectionē offererentur. Vnde quod  
dicitur versu nono, Nō in sacrificiis tuis arguam te, nō est sic intelligendū, quasi dicat dominus po-  
pulo Israelitico, Etiā si omiseris sacrificia in lege prohibita, nō peccabis corā me. Sed in hanc po-  
tius sententiā venit accipiendum. Quantū ad exteriora & corporalia sacrificia, non habeo q̄ te ar-  
guam: satis illa obseruatis, Cui sententiæ aperte fauet, quod sequit, Holocausta tua in cōspectu meo

A sunt semper. Similiter & illa ex Esaiā supra adducta increpatione, quanquā videretur valde contra sa-  
crificia inuehi: tamen non aliud volebat, q̄ solam illam corporaliū sacrificiorum obseruantiam  
abiq; misericordia & iudicio esse abominationem Deo. ¶ Versu 15, Immola Deo sacrificium laudis,  
&c. Per sacrificium laudis intelligimus in Elucidatione ipsam Dei laudationem, sub qua omnia  
opera huiusmodi spiritalia (nempe meditationem Diuinarum rerum, earum prædicationē & ma-  
gnificationem, gratiarum actionem, adorationē, orationem, atq; huiusmodi) includimus. Quan-  
quam possit generalius per laudis sacrificiū intelligi, omne opus iustitiæ, quo adimplētur madata  
Dei, eo q̄ in illo vere laudetur Deus: sicq; idem hic diceretur sacrificium laudis, quod Psalmo 4 sa-  
crificium iustitiæ. In secunda autē parte versus, cum de votis dicitur, aduerte, q̄ votum non solum  
dicitur illud, quod nos vulgo appellamus obligationē, videlicet qua Deo rem quālibet prorsus cō-  
secrauimus, & omnimoda obligatione nos ad eam persoluendā addiximus, sed etiā pia desideria, &  
salutaria proposita quæ Deo inspirante concipimus. Tametsi enim illa, atque nos ipsos plena resig-  
natione voluntatis astrinximus, maxime & diligentissime adimplere debeamus: iustū tamen est ni-  
hilominus, vt etiā pia desideria & sancta proposita, quæcunq; Deo inspirante concipimus, ad effectū  
perducere & Deo persolvere laboremus. Alioqui, probatur infirmū & horarium fuisse propositum  
atq; desiderium, nisi illud homo reddere, & ad effectum operis adimplerentione perducere studiose la-  
boret. Inter hæc tamen vota, illa que ex voluntaria obligatione facta sunt, quibus nos ipsos Deo se-  
cundum propositū obligationis & necessitatis addiximus, ad cuiuslibet obsequii exhibitionē, sic  
soluenda sunt, vt negligere omnino nō liceat, quin irā Dei promereatur omisso. Illa verò quæ tan-  
tum simplici proposito aut desiderio fiunt, manente libertate faciēdi vel non faciēdi quod propo-  
nitur, nō sic reddenda sunt necessario, vt omisso iram Dei inducat. Attamē quanto illud sic desi-  
derio vel proposito cōceptum, fuit ardentius desideratū, siue firmius propositū, tanta oblata occa-  
sione, si negligatur desiderii vel propositi adimpletio, ex maiori imperfectione est. Est enim quasi  
retrocedere, & quasi aliquo modo additum Deo nō præstare: quod ad mendaciū, secundum partē  
aliquam accedit. Quasi enim secundum aliquem modum Deo quis cōsecrat & addicit, quod firmo  
proposito se facturū decernit, etiam si nō omnino sibi necessitatē imponat. Ac proinde secundum  
modum aliquē & mentitur Deo, qui sic firmo proposito Deo additum, nō præstat. Minus tamē est  
nudum desiderium, q̄ firmum aut forte propositū. ¶ Versu 16, Peccatori autem dixit Deus, &c. Ab  
hoc loco vsq; ad finem Deus introducit iniquo legis, siue veteris, siue nouæ ministro, per incre-  
pationē loquens: nisi q̄ versus penultimus interiicitur atq; interseritur verbis domini, nouo admo-  
dum & iucundo modo: quæ admodum si paterfamilias increpante & erudiente suam familiā, astans  
paterfamilias amicis quispian, ad ipsius verba adiciat, Audite filii hæc verba patris vestri, ne si nō  
C audieritis, iuste ab eo exhaeredemini, & proiciamini de familia & hereditate eius. Quod autē ver-  
sus ille penultimus nō proferatur ab ipso domino, satis indicatur ex hoc quod tertia persona di-  
citur, Nequando rapiat, & nō sit qui eripiat. Nam si vox esset Dei, prima persona potius diceretur,  
Intelligite hæc qui obliuiscimini me, nequando rapiam, & nō sit qui eripiat. ¶ Versu 17, Et inuoca-  
me in die tribulationis: serua te, &c. Valde magnum honorē sibi reputat Deus, cum quis sic in illo  
firmatus est, vt in omni occurrente tribulatione mox ad Diuinum cōfugiat auxiliū: ita sibi de Dei  
sui potētia persuasum habens, q̄ nulla tam magna tribulatio, aut tanta difficultas nulla obuenire  
possit homini, à quo nō sit facillimum Deo liberare in se cōfidentem: iterūmq; tam bene fidens de  
Dei sui bonitate, vt iudicet nullā rem esse tam magnam (modo sit salutaris) quam nō libentissimo,  
promptissimoq; animo ipse sit largiturus suppliciter ex corde poscentibus: imō credens (quod ve-  
rum est) nō posse fieri, vt Deus electorū preces iustas respuat, neq; hoc pati eius misericordiā, neq;  
iustitiam sustinere. Huiusmodi homo, cum ex tanta fide, tantāq; spe fiducia dominū inuocat, vere  
honorē magnum Deo impendit: & omni sacrificio corporali (hoc faciendo) gratiorē Deo offert  
oblationē. Quem admodum e contrario, homines illi qui in omnibus necessitatibus mox ad huma-  
na cōfugiunt auxilia, cōfidentes in diuitiis suis, aut in principibus, in quibus non est salus, aut in  
sua fortitudine corporali, aut eloquētia, os autem domini nunquā interrogant, non illum consu-  
D lunt, nō sunt memores ad inuocandū illum: hos constat Deum vehementer inhonorare, multo ma-  
gis q̄ si sacrificia quæcunq; corporalia Deo subtraherent. Si enim filius in vllam necessitatē, angu-  
stiam, aut egestatē venerit, vt ei sit vel cōsilio, vel auxilio opus: ad quē potius confugiet, q̄ ad patrē?  
præcipue si patrē habeat bonum atq; rationabile virum, simul & potentē, vt filii possit abiq; suo  
incōmodo subuenire necessitatibus. Et si filius talem patrē habens, eo in occurrentibus necessita-  
tibus postposito aut nō requisito, ad alienos (auxilii atq; cōsiliū petendi gratia) recurrat: nōne ma-  
gnam facit inhonoratiōē optimo & potētissimo & generosissimo patri? Iuste enim cum illo ex-  
postulare hic poterit, dicens: Quare me habens potētissimum & optimū patrē (qui tibi semper plu-  
ra q̄ postulare ausus fueris, soleo impēdere, qui nunquā tibi petenti quicquā denegauit, sed affluen-  
ter do & nō impropero) ad aliena cōfugis auxilia? alios quæris tibi adiutores? qui neq; tam poten-  
tes sunt vt possint, neq; tam firmi tibi amici vt velint ferre auxilium: me derelicto, qui & possum,  
volo, semperq; paratus existo, quotienscunq; postulaueris. Nunquid pro tyranno ego tibi sum, vt  
nō audeas cōparare ante faciem meam? Nunquid tibi insipiens videor, vt nō sufficiam rerum tuarū  
cōsilio? Aut nunquid pauperē me, & rebus tenuem putas, metuisq; ne dādo exhaurias meas diui-  
tias, & ad paupertatē me redigas? Aut nunquid morosum me inuenisti in exaudiendo, aut parcum  
siue auarum in largiendo, vt erubescas amodo apparere ante faciem meā: vt hac causa, post aliena,

Matt. 5. me relicto, curtas auxilia? An putas tu teipsum saluare absque me, qui teipsum non potuisti facere  
 Luca. 12. sine me: sed neq; capillum album facere potes aut nigrum, aut ad staturam tuam adicere cubitum  
 Matt. 6. vnum? Ad hunc sane modum, iustissimam querelam proponere potest Deus erga illos qui ad se nō  
 cōfugiunt in tribulationibus, sed vel in seipsis fidunt, vel in filiis hominū, aut in principibus siue  
 mundi huius siue tenebrarum, vt aliunde quā a Deo petant auxilium. Vnde & in scripturis pro  
 hac re grauissimas inuenimus increpationes, per sanctos Prophetas pronunciatas, aduersum illos  
 4. Reg. 1. qui in tempore tribulationis Deum non inuocantes, sic eum inhonorarunt. Nam quarti Regum  
 primo capite, per Heliam Thel bitem dominus Ochozian acriter valde increpat, qui nuncios mi-  
 serat ad consulendum Beelzebub Deū Accaron. Nunquid non est (inquit Propheta) Deus in Israel,  
 vt eatis ad consulendum Beelzebub Deum Accaron? Quamobrem hac dicit dominus, De lectulo  
 Efaig. 30. super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Sed & per Efaia dominus terribiliter vā  
 intonat, dicens: Vā filii desertores, qui ambulatis, vt descendatis in Aegyptum, & os meum non in-  
 terrogastis: sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti:  
 Efa. 31. & erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbrae Aegypti in ignominia. Et ite-  
 rum, Vā, qui descendunt in Aegyptum, ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super  
 quadrigis, quia multae sunt, & super equitibus, quia praualidissimi: & non sunt confisi super san-  
 ctum Israel, & Dominum non requisierunt. Sunt & alia huiusmodi innumera. Ex quibus omnibus  
 manifeste patet, quā exigat dominus, vt in die tribulationis confugiamus ad eius auxilia. ¶ Versu  
 decimonono, Si videbas furem, currebas cum eo. Currere cum fure, est ei consentire, sicq; illi cō-  
 municare in peccato. Vnde B. Hieronymus ex Hebræo vertit, Si videbas furem, consentiebas ei. Fe-  
 lix autem, Si vidisti furem, vel complacuisti, vel voluisti cum eo, vel cucurristi cum eo. ¶ Versu vi-  
 gesimo primo, Sedens aduersus fratrem tuū loquebaris, &c. Prioris partis in Elucidatione duplex sen-  
 tentia posita est. Prior tamen quae detractionis meminit & murmurationis, magis consona tēditioni  
 Romane, quae habet, Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas. Non dicuntur autem detrahere  
 iudices iudicantes iniqua iudicia. Sed in Graeco ponitur verbum καταλέγειν, quod detraho significat.  
 Veruntamen lectio tēditionis nostrae Gallicanae, recte etiam de falso iudicio secundum alteram sen-  
 tentiam exponi poterit, quemadmodum & Hebraea lectio anceps est, & vtraque; praedictarum senten-  
 tiarum recipit. In Hebræo enim simpliciter loqui habetur, non detrahere. Loquitur autem contra  
 fratrem non solum qui detrahit, sed etiam qui salsum aduersus ipsum profert iudicium. In secunda  
 autem parte versus, tamen si exposuerimus filium matris, mysticè, referendo ad eandem synagogam  
 vel Ecclesiam, quae est quasi mater vna singulorū qui de ea sunt: potest tamen intelligi de matre car-  
 nis. Impii enim isti consummati, quales hic describuntur, ne propriis quidem fratribus suis carna-  
 libus ex eadem matre progenitis parcunt a calumnia, scandalis, iniuriis, & fraudibus: id quod ad o-  
 culum etiam hodie facillimum est videre. ¶ Versu vigesimo secundo, Existimasti inique, &c. Dicitur  
 inique, neq; in Hebræo, neq; in Graeco sic inuenitur, neq; est in tēditione Romana. Vnde incertum  
 est, an debeat vocatio casu accipi vt nomen, an vt aduerbium determinans verbum existimasti.  
 Vtraque enim sententia bona est. Siue enim dicamus, Existimasti tu, o impie, qd ero tui similis: siue, Tu  
 peccator existimasti hoc inique, qd ero tui similis, vtraque; bona est sententia. Et licet videatur pri-  
 ma facie magis esse nomen vocatiui casus, in Elucidatione tamen exposuimus potius secundū ad-  
 uerbialem significationem, eo qd videatur illa magis consonare lectioni Romanae, simul atq; Graecae,  
 quae in hunc habet modum, Existimasti iniquitate, qd ero similis tui. Cuius lectionis hic est sensus,  
 Tu persuasisti tibi, & iudicasti de me impietatem hanc: videlicet qd ego tui ero similis. Pene autem  
 idem, sed clarius exprimit nostra lectio, si tantum aduerbialiter accipiatur inique. ¶ Versu eodem,  
 Statuam contra faciem tuam. Quod dicitur, Statuam contra faciem tuam: idem est, ac si dicatur, Fa-  
 ciam te tibi manifestum, & denudabo tibi tuam turpitudinem: & tunc ostendam tibi, quā nō sim  
 tui similis, quā non mihi placeat tua iniquitas. Modo enim homines peccatores seiplos ponunt  
 post tergum suum, quia nolunt intendere in turpitudinem suam, nolunt seiplos quales sint cōtem-  
 plari, nolunt peccatorum suorum scditatem agnoscere. Donec autem sic homines dissimulant, ma-  
 nent peccata eorum ante faciem Dei: & ipse in die, quando manifestabuntur consilia cordium,  
 statuet illos ante oculos suos, ac veluti contra faciem suam. Eos autem qui modo seiplos statuunt  
 contra faciem suam, id est, qui nunc agnoscunt & detestantur peccata sua, dicentes cum Propheta,  
 Psal. 37. Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meū contra me est semper. Tibi soli peccaui, & ma-  
 lum coram te feci. Iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo. Hos non consti-  
 tuet Deus in nouissimo die ante faciem suam, sed proiecta erunt post tergum ipsius omnia peccata  
 Efaia. 38. illorum. Si enim nos ipsos modo iudicauerimus, non iterum a iusto iudice iudicabimur. Qui autem  
 seiplos iudicare renunt, ipsi sentient iudicium domini. ¶ Versu vltimo, Et illic iter quo osten-  
 dam illi salutare Dei. Sententia partis secundae satis clara est, qd videlicet laudatio Dei via sit qua  
 peruenitur ad beatitudinem, in qua ostenditur homini salutare Dei: quoniam qui nunc sedulo pro  
 sua virili, & digne pro sua prauitate laudare studuerint, hos Deus ad laudationem suā aeternā ad-  
 ducet inter choros angelorum. Attamen ipse sermo videtur difficilior, Illic iter quo ostendam illi  
 salutare Dei. Clarius autem lectio habet, quam ponit sanctus pater Augustinus, Et hac via est, qua  
 ostendam illi salutare Dei, id est, hac est via per quam eum deducam, vt videat salutare meum: siue,  
 per quam ipse ad talem finem deueniet, nempe vt ostendatur illi salus mea. Et secundum hanc sen-  
 tentiam, accipere oportet sermonem vulgatā lectionis nostrae.

A

Ex tituli indicio clarum est, hunc Psalmum a Dauide factum post commissum adulteriū cum Bethsabae, &  
 homicidium Vriæ: quando Nathan Propheta ex mandato Domini illū accedente, & increpante, agnouit  
 peccatum suum, & poenitentiam egit, dicens: Peccaui domino. Tunc enim per misericordiam Dei, quasi  
 de pestifero ac mortali somno excitatus, aperit sibi mentis oculos (quos ante poenitentia habuerat clausos, & per  
 mortale peccatum modo quodam excaecatos) cōtemplans sui peccati magnitudinem, sciens se gratia Dei priuatum  
 spirituq; saluari & internis diuitiis destitutum, timens quoque ne abiiceretur imperpetuum a facie Domini, ad  
 Diuinam (quam frequenter cecinerat, & nedum oblitus fuerat) misericordiam confugit: dimitti sibi peccatū sup-  
 pliciter exorans, & sanctum spiritum quem de corde per peccatum effugauerat, sibi reddi, inq; eo constabili-  
 quo resumpto posset (vt ante) Domini laudes decantare. Pro diuina autem iustitiae placatione, suiq; reatus ex-  
 piatione, sacrificium offert Deo spiritus per poenitentia & contritionem humiliati, in quo est Deo, qui bonorum  
 nostrorum non indiget, super omnia beneplacitum. Attendamus itaque peccatorum istum foedissime lapsū, ex Psal. 15.  
 amaritudine animi humiliati & contritione spiritus miserabiliter plorantem, ac Diuinae misericordiae suppli-  
 cantem: vt discamus & nos, quemadmodum pro nostris peccatis Deum debeamus deprecari.

QVINQVAGESIMI PSALMI ELUCIDATIO.

B

1 Misere mei Deus:



I quidem, potentissime Deus, iuxta seueritatem distri-  
 ctionemq; iustitiae tuae nunc mihi velles reddere, qui tam  
 foedissime prolapsus sum, non esset reliqua mihi spes v-  
 la salutis. Atque iccirco, ad benignitatem misericordiae  
 tuae, subq; eius alas potius confugiens, suppliciter te ro-  
 go, vt per misericordiam tuam mei nunc misereri, meq; in gratia re-  
 ceperis: \* neq; verò hoc vel impossibile est, vel incongruum miseri-  
 cordiae tuae, quoniam sicut magna est mea in qua nunc foeteo miseria,  
 ita magna omnino & maxima est misericordia tua: adeo vt nulla sit  
 tam grauis iniquitas & peccati miseria, quā non purgare valeat hu-  
 militer implorata tua suauissima, latissima, & potētissima misericor-  
 dia. 2 Quantas verò a patribus nostris audiimus miserationes tuas  
 & multas & magnas, quibus pepercisti a saeculo humiliter poenitenti-  
 bus, adeo vt sint miserationes tuae super omnia opera tua. Iuxta mul-  
 titudinem itaq; istarū miserationum tuarū nunc hoc vnū abs te hu-  
 militer peto, vt peccata mea non recorderis amplius ad iudiciū vltio-  
 nis, sed penitus deleantur a cōspectu tuo. 3 Vehementer me polluit  
 & cōmaculauit turpitudine peccatorū meorū (primū quidē adulteriū,  
 deinde multo etiā foedius innocenti occisio) & ideo me pluribus rati-  
 onibus foedatum, plurimū ac diligēter laua ab iniquitate mea: \* to-  
 tum me facias mundum in perfecta remissione peccatorum meorum.  
 4 Siquidem nollē agnoscere, aut dissimulare vellē, siue excusare pec-  
 catum meū, iuste nō inuenirē apud te misericordiam. Nunc autē ecce in i-  
 quitate meā nec dissimulo nec excuso, sed agnosco, detego, & accuso  
 ante faciem tuam: \* & peccatū hoc meū (quod mihi modo ad tēpus mi-  
 serabiliter placuit, & ob cuius complacētia tua precepta neglexi) ex  
 nunc odio habere & detestari volo, habebōq; odio, & detestabor om-  
 ni tempore: & quoties recordabor, simul & execrabor illud: \* erōq;  
 memor donec vinā, ad mei humiliationē, & tui nois glorificationem.  
 5 Non est neq; in caelo neq; in terra praeter te, ad quē spectat iudiciū  
 de peccato meo: hoc est, remittere vel retinere, indulgere vel punire:  
 sed tibi soli, vt iudici & cognitori omnium humanarū actionū, peccaui  
 & malū quod feci, corā te teci cognitore & iudice: qui solus, nemine  
 requisito, si velis, potes dimittere: \* itaq; miserere mei, & dele iniquita-  
 tem mihi cōsententi. Si enim feceris quod postulo, consequetur exinde  
 gloria tua, vt inueniaris & cōproberis iustus fidelis ac verax in verbis  
 tuis, quibus pollicituses misericordiam, reuertētibus ab iniustitia sua:  
 \* vincēsq; tu, ac superabis illorū calūnias, qui te calūniātur quasi in-  
 fidelem, iniustū, aut nimium crudelē scelerum vltorem, qui te vt in-  
 iustum, infidelē, & in promissis vanū arguerent, si mihi peccatū nol-  
 les dimittere: vincentur autē & cōfundentur, si postquā mihi iam ita  
 grauitur lapsu praestitisti misericordiam, adhuc pergant te vt iniustū  
 aut nimium crudelē aut non veracem calumniari. 6 Quo verò sit  
 etiā iustitia tua ad miserendū figmenti nostri, & ad peccatorū dimi-  
 sionem faciliior, illud precor cōsidera & attende, quemadmodū in ori-  
 ginali peccato cōcipit homo in vtero matris suae (quae corruptio hu-  
 mano generi cōgenita, iniquitatu omnium fomes est, origo & semina-  
 rium) atq; ita in peccatis modo quodā cōcipitur & nascitur, eo qd ab

\* secundum magnam misericordiam tuam.

2 Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

3 Amplius laua me ab iniquitate mea:

\* & a peccato meo munda me.

4 Quoniam iniquitatem meā ego cognosco:

\* & peccatū meum contra me est semper.

5 Tibi soli peccaui, & malum coram te feci:

\* vt iustificeris in ser-  
 monibus tuis:

\* & vincas cum iudi-  
 caris.

6 Ecce enim in iniquita-  
 tibus conceptus sum, &  
 in peccatis concepit me  
 mater mea.



7 Ecce enim veritatem dilexisti:  
\* incerta & occulta sapientia tua manifestasti mihi.

Eccl. 14

8 Asperges me domine hyssopo, & mundabor: \* lauabis me, & super niuem dealabor.

9 Auditui meo dabis gaudium & letitiam \* & exultabit ossa humiliata

10 Averte faciem tuam a peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

11 Cor mundum crea in me Deus:

\* & spiritum rectum in noua inuisceribus meis.

12 Ne proicias me a facie tua:

\* & spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

13 Redde mihi letitiam salutaris tui:

\* & spiritu principali confirma me.

14 Docebo iniquos vias tuas: \* & impij ad te conuertentur.

15 Libera me de sanguinibus, Deus Deus salutis meae:

\* & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

16 Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

Psal. 144

Psal. 115

ipsa cōceptione indita nobis est hæc prauitas, & ad malū omne pronitas. 7 Rursum verò ex altera parte veritatē tibi obiciō, quā & in te diligis, & in seruis tuis requiris, quæ etiā iustitiam tuā modo quodā compellit, misericordiā non denegare suppliciter poscētibus, quem admodū habent promissiones tuas: \* tu enim mihi nota fecisti incerta, id est, occulta consilia, iudicia atq; decreta sapientiæ tuæ, quæ non sunt passim omnibus certa siue manifesta & cognita. Et ob hoc, licet peccauerim, non tamen despero: quem admodū faciunt, qui ignorant decreta misericordiæ tuæ. Hæc autē quæ olim de misericordiā tua te familiariter reuelate cognoui, nunc tibi fiducialiter propono (nēpe humani generis naturalem infirmitatē, & promissionis tuæ infallibilem veritatem) ex duabus hinc rebus fiduciā concipiens remissionis peccatorum meorū, sicq; tuam potentissimam misericordiam & veritatem meā infirmitati patrocinatorum, remediūque futuram. 8 Quomodo autē iuxta legis ritū qui à corporali lepra mūdatur, hyssopo aspergitur, sic tu me lumme sacerdos (ad quem spectat istius corruptissimæ lepræ, quæ inuasit spiritum meū, emundatio) hyssopo tuo asperge, id est, sanguine tuo de cruce perfunde, ad emundationē animæ meæ: \* tu me laua à fordibus peccatorum meorū, & totus efficiar candidus, sic quasi nulla in me vnquam fuisset macula: quem admodum in nine candidissima, prorsus nulla nigredinis valet macula conspici. 9 Fac me audire, queso te, vocē gaudij & letitiæ, loquere quod oblectet aures animæ meæ: loquere spiritui qui est intra me, & dic illi, Dimittuntur tibi peccata tua, vadē in pacē. Fides tua te saluū fecit à peccatis tuis: \* Atq; hoc si misericorditer mihi præstiteris, reuertetur, vī gorēmq; & virtutē relument (ex consolatione spiritalis gratiæ omnia ossa corporis, & vniuersa vires animæ meæ, exiliētq; prompta & parata ad laudandum & seruendum tibi: & quæ velut mortua torpebant, redeūte spiritus gratiæ, reuiuiscēt in gaudio. 10 Noli vltra aspiciere peccata mea, aut recordari, quasi nō dimissa, sed prorsus obliuiscere, & proice post tergū tuum, penitūsq; dimitte omnes iniquitates meas: quas siue modo recenter cōmisi, siue olim commissas modo per occasionē recordor. 11 Expulsa verò omni peccatorum malitia, cor nouum, animā nouam, & spiritum nouum da mihi Deus, pro immundo mundū, pro iniusto iustum: \* & animam istam mala peccatorum vetustate consumptam, ac velut nihil factam, in nouā & per iustitiā rectam mihi cōmutare digneris in intimis meis: spiritumque meum, qui sub pondere peccatorū, & malæ cōcipientia tractu atque consensu vehementer fuerat incuruatus, ad congruā & tibi placentē restitue rectitudinem. 12 Non me permittas, pater piissime, sic iacere, proiectum à gratiā tua, sicq; à te remanere separatum, vt nunc iaceo retro tergum tuū, in numero impiorum hominum, quos non respicit benignus aspectus tuus: \* & tuū sanctum spiritum (quo tibi iungi & gratus esse solebam) ne vltra mihi deesse patiaris: atq; cū reddideris, amplius auferri mihi nō sinas. 13 Restitue nunc mihi letitiam illam salutarē spiritus mei, quæ mihi olim iugis erat & indeficiens, cum inhabitaret in me latificator spiritus tuus: \* & munifico illo, ac regio, potētq; & super admirabili tuo spiritu, me ita in omnibus vere bonis cōfirma, vt impēpetuū à te non valeā vltra separari: qui sit mihi H dux & princeps, adiutor, liberator, atq; director in omnib; viis meis. 14 Cum verò mihi misericordiā hanc præstiteris, id quod tibi gratissimum esse cognouero, pro gratitudine sedulo persoluā, tam verbo salutaris correptionis, exhortationis & eruditionis, quā exēplo sanctæ conuersationis dicendo eos qui iniqui agunt, viam præceptorum atq; iudiciorum tuorum: \* & qui nunc sunt impii, mea eruditione, per gratiā tuam, ab impietate sua auersi, ad tuā seruitutē, tuorūmq; mandatorum obseruationem sese conuertent. 15 Libera me Deus omnium, Deus qui solus me saluare potens es à corruptionibus peccatorū meorum quæ in carne & sanguine inhabitant: \* & cū fuero liberatus ab eis præ abundantia gaudij spiritus mei, exultādo collaudabit etiā lingua mea iustitiā & veritatem tuā: quoniam iustus, fidelis es & verax in promissionibus tuis. 16 Nunc quidē in oculis peccatorum conclusa fuerunt labia oris mei, vt nō valerent tibi cantare speciosam laudē. Sed vbi tu vinculis disruptis, aperuerisea, statim gaudens os meum pro exhibita misericordiā, canticū siue psalmū laudis

A

17 Quoniā si voluisses sacrificium, dedissem viique: \* holocaustis non delectaberis.

18 Sacrificiū Deo spiritus contribulatus:

\* cor contritū & humiliatum Deus non despicies.

B 19 Benigne fac domine in bona voluntate tua, Sion:

\* vt adificentur muri Hierusalem.

20 Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta:

\* tunc imponent super altare tuum vitulos:

C

decantabit tibi. Os enim quod peccator claudit iniquitatē operado, tu peccatorū remissione aperis, vt digne laudetur misericordia tua. 17 Ecce autem paratus sum pro peccatorum expiatione quodcumq; volueris offerre sacrificiū. Et quidē si corporale sacrificium aliquod præcepisses aut inuinxisses mihi, aut exegisses à me, siue requisisses, libētissimo animo vtique obtulissim: \* sed holocausta corporalia non sunt quæ tu per se requiris, aut in quibus sit tibi per se placitum, quasi per virtutem illorum expiētur peccata penitētium. 18 Verū autem sacrificium, tibiq; per se gratum, quod penitēs peccator pro remissione consequēda offerre possit, & debeat quod semper tibi erit placitum, anima est penitēs pro cōmissis, dolens & afflicta: \* & licet in venturo tēpore gratiæ futurum sit, vt euacuētur legis corporalia sacrificia, nunquā tamen futurum est vt sacrificium spiritus per cōtritionē & agnitionem suæ culpæ humiliati abiiciat: sed permanebit hæc tibi semper acceptissima pro peccatis hostia. Atq; hanc ipsam tibi (quandoquidem aliam non postulas, offero pro peccatis meis. 19 Cōcepta verò tandem fiducia de remissione peccatorum meorū, etiam generalē audeo pro vniuerso populo, electorum tuorū (& qui nunc est, & quem mihi vlturum demonstras) deprecationem facere. Nimirum vt benigne facias ciuitati Sion, id est, secundum benignitatem misericordiæ tuæ, non secundum seueritatem iustitiæ agas cū populo tuo electo & fidei, qui te cognouit aut cogniturus est, tibi que seruaturus in hac militante Ecclesia: \* Sic enim edificabatur muri supernæ Hierusalē, & complebitur cæleste illud edificiū, quod ex vltis cōponitur lapidibus, qui hic in misericordiā Dei aptatur, suo tēpore in muros ciuitatis illius cum ceteris beatis coadificandi. 20 Cū verò hoc edificiū cōsummatum fuerit atq; cōpletum, illic sacrificium acceptissimum iugis gratiarum actionis & laudis indeficientis ab omnibus cæli ciuib; tibi offerretur sacrificiū vtique iustitiæ, quod tibi æquum & iustum est offerri præ omnibus, quod tu acceptabis vt oblationes & holocausta gratissimā: \* tūc veros ibi & delicatissimos illos vitulos labiorum cōstitētium nomini tuo (id est, perpetuā laudem, omnibus vitulis acceptiorem) offerent & præsentabūt super altare ante conspectum tuum sine fine, in sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM QVINQVAGESIMVM.

Versu primo & secundo, Miserere mei Deus, secundum magnā misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Magnam misericordiam postulat, qui magnam iniquitatē suam agnoscit: & multas miserationes Dei proponit, qui multa vulnera curanda habet. Sciendum autem est, vnam quidem esse Dei misericordiam, sed miserationes multas, si proprie de misericordiā & miserationibus loqui velimus. Nam misratio à misericordiā sic differt, quomodo opus iustitiæ ab ipsa iustitia. Est enim misratio, opus misericordiæ: & tot sunt miserationes, quot opera misericordiæ. Vna autē misericordiā est, à qua miserationes omnes quæ fuerunt ab initio, quæq; futurae sunt vsque ad cōsummationem sæculi, pariter effluerūt. Veruntamē contingit nonnunquam, misericordias domini plurali numero in scripturis inueniri: ac tunc quidē necesse est misericordias accipi loco miserationum, quæ admodum & miserationem interdum pro misericordiā accipi contingit. Hoc tamē in loco patenter fit distinctio, dum priori versu singulari numero dicitur, appposito signanter adiectiuo magnitudinis: sequenti autem per numerum pluralem cum nomine multitudinis: illic proponēdo magnam misericordiā, hic autē multitudinē miserationum. Quod autē secundo loco hic dicitur de miserationum multitudine, secundum duplicem considerationem potest accipi: vel vt innuat petēs, propter multitudinem peccatorum se egere miserationum multitudine, quæ admodum pluribus eget curationibus & cataplasmatibus qui plura habet vulnera. Davidis autem peccatum non simplex fuisse cōstat, qui præter adulterium commisit & homicidium. Vel ad miserationes pristinas in tēporibus pristinis exhibitas refertur ista multitudo. Quasi dicat, In multis, o misericordiarū pater, audiui mus, & vidimus opera misericordiæ tuæ: toties experti sunt in præteritis sæculis patres nostri misericordiā tuā, ad dimissionē peccati penitētibus concedēdam semper maxime pronam: ita vt semper propitium te populo tuo ostenderis, posteaquam suarum iniquitatum egissent penitentiam. Nunc itaq; & mihi hac vice liceat experiri semel istam misericordiā tuam, vt miseratione tua mihi totū hoc malū quod iam cōmisi dimittas, sicq; deleas omnem iniquitatē meam. Quare autem delere iniquitatē significet iniquitatē penitus dimittere, non est difficile aduertere: quoniā scilicet id quod delemus, vltra non volumus venire nobis in memoriam. Ita cum Deus iniquitatē dimittit, vt vltra illius recordari non velit, dicitur peccatum delere. Vnde quodam loco apud Prophetam ex ore domini dicitur, Delebo quasi nubem iniquitatem tuā, id est, sic à memoria abiiciam & non recordabor vltra quod-



modo nubes quæ tranſit ab oculis, & non vltra videtur. Notandum tamē eſt magnā eſſe diuerſita-  
tem inter delere peccatum & peccatorem: & illam quidem deletionem (peccati videlicet) optimam  
eſſe, ſummoq; exoptādam. Beati enim, quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Deletio verò peccatoris de  
libro viuētium, maxime horrēda eſt: de qua deletionē alio in loco Pſalmiſta loquitur dicēs, Deleā-  
tur de libro viuētium, & cum iuſtis non ſcribātur. ¶ Verſu. 3. Amplius laua me ab iniquitate mea.  
Amplius, hoc loco non valet inſuper aut præterea, quomodo non nunquā ſolet accipi: ſed aduerbiū  
eſt quantitatis, valens multum, valde, vel plurimū. Id quod manifeſte tam ex Hebræo quàm ex Græ-  
co cognoſcimus. Nam ex Hebræo beatus Hieronymus vertit, Multum laua: alii, plurimū vel admo-  
dum laua, aut etiā atq; etiam laua. Græce autem habetur ἕως ἄνωγ, quod ſonat adhuc multum: quaſi  
dicat, etiam atq; etiam laua, aut (vt ita loquar) plus & plus laua. Cui aperte correſpondet lectio quā  
beatus Auguſtinus ſequitur, habēs, Etiam atq; etiam laua. ¶ Verſu quarto, Peccatum meum cōtra  
me eſt ſemper. Huius verſiculi intelligētia multo clarior fiet, ſi annotationem ſecundam circa ver-  
ſum vigefimum ſecundum, mox præcedentis Pſalmi aut regales, aut iam bene lectam reuoces ad me-  
moriam. Illa enim te docebit, quid ſit peccatum eſſe contra peccatōrē, vel contra faciē peccatoris.  
¶ Verſu quinto, Tibi ſoli peccaui, & malum corā te feci. Quæſtionem mouere ſolent ſimpliciores,  
quomodo dicere potuerit Propheta pœnitens domino, Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.  
An enim non in Vriam grauiter peccauerat, cuius primum ſibi vxorem contra iuſtitiam vſurpauit  
ad actum non licitum, & deinde vitā ſua iniqua traditione perdidit? Peccaui & in Bethſabæ, quam  
ad rem peſſimam induxit: & cuius maritum interſici curauit. Quomodo ergo nunc dicit, Tibi ſoli  
peccaui? Pro huius autem quæſtionis ſolutione, aduertenda eſt differētia ſermonis: quoniā videli-  
cet non idē valent, Tibi peccaui, & in te peccaui. Longe enim aliud ſonat in potius peccare, quàm  
peccare illi. Peccamus enim in illū, quem noſtro peccato offendimus, aut potius cui noſtro pecca-  
to damnū aut iniuriā quamlibet inferimus. Peccamus autē illi, ad quem ſpectat peccati punitio,  
& qui in ſua poteſtate habet vel dimittere peccatum, vel vltionē de eo ſumere. Vnde ſit, vt non illi  
ſemper peccetur in quem peccatur. Non enim eſt cuiuſlibet in quem peccatur, ſumere pœnas, & fa-  
cere vindictā in peccantē. Ait enim dominus, Mea eſt vltio, & ego retribuam. Atq; hac cauſa vindi-  
ctam exercere in peccantes, non niſi illis competit, qui à Deo acceperunt poteſtatem: quē admodū  
ſunt principes & iudices, qui (vt ait Apoſtolus) non ſine cauſa gladiū portant, ſed vt ſint terror ma-  
le agentū, & pro innocētibus aduerſus noxios exercēt vindictā. Ceterū, cum aduerſus illū delin-  
quitur, qui nulla eſt poteſtate præditus, in illum quidē, ſed non illi, peccatur. Recte itaq; David cū  
rex eſſet in Iſrael, omnibus in regno ſuperior, ita vt nullius ſubiaceret iudicio, neq; quenquā agno-  
ſceret inter homines, cuius eſſet ſentētia ſubditus, niſi Deum ſolum (cuius potentiam & domina-  
tionē negare nec poterat, nec volebat) dicere potuit domino, Tibi ſoli peccaui. Quod autē ſequit,  
Malum coram te feci, expositio eſt eius quod antecēſit. Non enim ſic accipiendū eſt coram Deo,  
quaſi ſolo Deo inſpectore & cognitore ſe fateatur feciſſe malum, quaſi præter Deum alius nemo fa-  
ctum conſpexerit aut cognouerit. Neque enim Bethſabæ latebat adulterium, neq; Iſoab principē  
militiæ (qui literas acceperat proditiōnis) latebat Vriæ homicidium. Forſitan & miniſtri qui illā de  
domo ſua regi adduxerant, non ignorabant adulterium, ſimiliter & Nathan, à domino vtrunq; fa-  
cinus extitit reuelatum, &c. Sed intelligi debet, Coram te ſolo, tanquā vindice & iudice, cui compe-  
tat de his meis iniquitatibus facere vindictam, & pœnas ſumere. ¶ Verſu eodē, Vt iuſtificeris in ſer-  
monibus tuis. In ſecunda parte verſus, particula vt, diligētē notanda eſt. Non enim ſine ſignificat,  
vt ſere ſolet, ſed tantum conſequutionē: in qua ſignificatione & aliās in ſcripturis ſolet vſurpari.  
Veluti cum dicitur Matthæi primo capite, Hoc autē totum factū eſt, vt impleteretur quod dictū eſt à  
domino. Et Ioānes decimo nono, Facta ſunt enim hæc, vt ſcriptura impleteretur. Simile eſt & illud Sal-  
uatoris apud Lucam, capitulo decimo quarto, Cum (inquit) inuitatus fueris ad nuptias, vade, recū-  
be in nouiſſimo loco, vt veniens iſ qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, aſcende ſuperius, in his enim  
locis non poteſt particula vt, ſine ſignificare, quē admodum plerunq; ſolet accipi. Non enim ve-  
rum eſt, Chriſtum vel ſic agere, vel ſic pati voluiſſe, ad eum ſine vt ſcripturam impleteret. Non enim  
ideo ſic agere, vel ſic pati voluit, quia ſic ſcriptum fuerat aut prædictum: ſed e contrario magis ideo  
ſic ſcripta fuerant, quoniā ſic futura erant. Iteſū, non ſuadet dominus humilē locū ad eum ſinem  
accipere, vt ſic eleuetur homo ad altiorē, & honorem talem accipiat. Vana enim eſt humilitas, quæ  
ordinatur ad ſuperbiā. Oportet ergo particulam vt, conſequutionē tantum ſignificare: eſtq; præce-  
dētium proſitionum iſta ſentētia: Per hoc quod hæc aut illa facta ſunt, conſequuta eſt ſcripturæ  
huius aut illius impletio. Aut quia iſta ſic facta ſunt, idcirco ſcriptura, quæ hoc prædixerat, imple-  
ta eſt. Sic & in alio loco Euāgelicæ illius exhortationis, ſentētia verborū Domini talis eſt, Recum-  
be in nouiſſimo loco: & ſic fiet, vel ita conſequitur, vt veniēs qui te inuitauit, dicat tibi, Amice aſcē-  
de ſuperius. Ita & in propoſito loco, Dele iniquitatem meā, domine laua me ab iniquitate, & à pec-  
cato mūda me, vt iuſtificeris, ſenſus eſt, Dimitte mihi peccatum domine: ſic fiet, vel ita cōſequetur,  
vt tu iuſtificeris & vincas, iuxta ſententiā in Elucidatione latius explanatā. Hoc tamē aduertēdum  
eſt, quod hæc particula, vt iuſtificeris, & vincas, &c. non cum eo quod immediate ante, ſed cum iis  
quæ paulo ante præcedunt, iungēda videtur, iuxta modum quem iam nunc expreſſimus. Nam id vi-  
detur cōnexio ſententiæ expoſtulare. ¶ Verſu ſexto, Et in peccatis concepit me mater mea. Huius  
verſus partem ſecundam nonnulli ad ipſum conceptus peccatum referunt: id eſt, ad libidinem quæ  
eſt in conceptione prolis, dicētēs, ob hoc in peccatis concepi hominē, quoniā libido adeſt quaſi  
cōmaculans aut vicians conceptum. Verū non ſatis apparet, hanc eſſe ſententiā Pſalmiſtæ: quo-

Pſal. 31.

Pſal. 68.

Deut. 32.

Rom. 12.

Rom. 13.

Matt. 1.

Ioan. 19.

Luc. 14.

A niam vbi nos habemus, concepit me mater mea. editio Romana habet peperit, & ſimiliter vertit ex  
Hebræo ſacer Hieronymus. Translatio autem Auguſtini habet, In vtero me aluit. Hæc autem nul-  
lo modo prædictæ expoſitioni conſonant. Quomodo enim verum eſſe poteſt, quod in peccatis nos  
pariunt matres noſtræ, aut in vtero alunt ac fouent, ſi ad peccatum ipſius matris referatur, id eſt, ad  
libidinem? Non enim in pariendo libido eſt, ſed dolor & cruciatus maximus, forſitan & prioris de-  
lectationis quædam expiatio. Rectius ergo & hæc particula, vt prior, ad peccatum originale ipſius  
concepti vel partus editi referatur, vt eandem habeat cum priorē ſententiā. Quomodo autē di-  
catur numero plurali, in iniquitatibus & in peccatis, cum non niſi vnum ſit originale peccatum in  
quo concipimur, & quàm intelligentiam iſtud requirat, ex Elucidatione lector attentus facile per-  
ſemetipſum aduertet. ¶ Verſu octauo, Aſperges me domino hyſſopo, &c. De hyſſopo legimus in ve-  
teri teſtamento, quod ad emundationem ab immunditiis, à Deo inſtituta erat. Nam capite decimo-  
nono libri Numerorum, de emundatione eius qui tetigiſſet cadauer, præcipitur in hunc modū, Tol-  
lent de cineribus combustionis atque peccati, & mittent in aquas viuas ſuper eos in vas: in quibus  
cum homo mundus tinxerit hyſſopum, aſperget ex eo omne tentorium, & cunctam ſuppelleſtilem, &  
homines huiusmodi contagione pollutos: atq; hoc modo, mundus luſtrabit immundum tertio  
& ſeptimo die. Iteſum, Exodi decimo quarto capitulo de emundatione leproſi dicitur, quod offerre  
debebat hyſſopum cum duobus paſſeribus, ligno cedrino & vermiculo, & quod hyſſopum cum al-  
tero paſſere viuo ac ligno cedrino & cocco deberet intingere in ſanguine alterius paſſeris immola-  
ti, ſicq; aſpergi deberet effuſo ſanguine. Secundum myſticā verò conſiderationē, apta admodū vi-  
detur hyſſopus ad ſignificandā purificationem. Eſt enim humilis ac modica, & tamen admodū pur-  
gatiua atq; mundificatiua peſtoris, præcipue autem pulmonis, & vehementer curatiua: vt per eam  
vel humilitas vel pœnitētia apte ſignificetur, qua ſpiritus & affectus humanus optime curatur, ta-  
metſi hominē faciat ſecundum ſpeciem vilem. Notandum quoq; quod & aſpergi petit & lauari, vt  
fiat perfecte mundus, qui ſeſe vehementer agnoſcit pollutum. In lege enim veteri, hiſce duobus mo-  
dis legimus ſolitos purificari immundos, nēpe aſperſione & ablutione. Et de aſperſione quidem ex  
duobus locis iam iam citatis eſt conſpicuū. De ablutione quoq; ex libris legis eſt manifeſtū, vbi nūc  
veſtimenta, nunc locus, nunc totum corpus aqua lauari ſapientiſſime iubentur. Quod autem dicit, ſu-  
per niuem dealbabor, illi reſpondet quod & apud Eſaiam, Lauamini, mundi eſtote, auferite malum  
cogitationum veſtrarum. Si fuerint peccata veſtra quaſi coccinū, velut lana alba erunt: & ſi fuerint  
ruba vt vermiculus, velut nix alba erunt. Significat autem iſta tanta dealbatio integram & per-  
fectam ab omni peccati inquinamento emundationem. ¶ Verſu nono, Auditui meo da bis gaudium  
& lætitiā, dictum eſt: loco huius, Facies me audire gaudium & lætitiā: quē admodū in alio Pſal-  
mo dicitur, Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: loco eius, Fac me audire, Fac vt audiā. Se-  
cundum quem modum, hoc etiam in loco beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Auditum mihi fa-  
cies gaudium & lætitiā. Nota verò ordinem, qui in hoc verſu ſimul & ſtatim præcedētē indicatur:  
Primum enim eſt vt nos aſpergat Deus ſummus ſacerdos hyſſopo, quaſi ſecundum ritum expiatio-  
nis nos purificans: ſequitur, vt mundemur, & loti dealbemur. Interius auditur gaudium & lætitiā,  
foris exultāt oſſa, prius humiliata. Sic enim ab intimis ad extrema debet procedere perfecta cura-  
tio. Simul & hoc notandum eſt, in duobus iſtis verſibus, quod vel accipi poſſunt ſecundum ſentē-  
tiā fiducialiter deprecantiſ: ſicq; verba futuri temporis modi indicatiui, accipi poſſunt ſecundū  
ſignificationem modi imperatiui, ſive deprecantiui, vt ſit ſenſus, Aſperges me domine, & munda, la-  
ua me, & ſuper niuem dealber. Auditui meo da gaudium, & exultent oſſa humiliata. Neq; enim ra-  
rum eſt, cū fiducialiter poſtulamur, & quaſi familiariter ſupplicamus, vt i futuro indicatiui modo  
pro imperatiuo aut deprecatiuo. Nam hoc modo indicatiuo poſtulantem, indicamus, nos non du-  
bitare quin ita ſit futurum vt petimus. Quasi enim humiliter & implicite petimus, cum id quod vo-  
lumus, confidenter futurum proponimus. Aut accipi poteſt quaſi ſecundum conditionalem enun-  
ciationem, vt ſit iſte ſenſus, Si tu me aſperſeris domine, mundabor: & ſi tu me laueris dealbabor. Si  
tu auditui meo gaudium dederis, exultabunt oſſa. ¶ Verſu decimo tertio, Spiritu principali cōfirma-  
me. Spiritus principalis Græce habetur ἡγεμονικός, id eſt, ducalis, vel regius, ſive principalis. Nā ἡγεμόν  
ducem vel principem ſignificat. Ducalem ergo ſive principalem ſive regalem ſpiritum vocat, quaſi  
magnificum, nobilem, munificum & liberalem: diuitem & potentem, vt valeat bonum, vt veli be-  
nefacere, & in omni bono hominem firmare quem inhabitauerit. Sic & ſecundum vulgatum loquē-  
di vſum, ſolemus eos qui animo regali ſunt (id eſt, munificos, diuites, atque potētes, ſimulque libe-  
rales) nuncupare principes, vel principales ſive regales homines. Beatus Hieronymus ex Hebræo ver-  
tit, Spiritu potenti. Felix autem, ſpiritu munifico vel liberali: quæ omnia in eandem cum noſtra le-  
ctōne recidunt ſententiā. Quomodo autem ſanctus iſte ſpiritus dicatur, ſicque verē principalis,  
regalis, ducalis, nobilis, potens, munificus, & liberalis, pulcherrime exprimit proſa illa quam in e-  
ius ſolemnibus commemorationibus decantare ſolent fideles, cuius initium, Veni ſanctē ſpiritus,  
in qua multis pulcherrimis & iucundis ſimis titulis, honoratur principalis iſte ſpiritus. Veni (in-  
quit) pater pauperum, dator munerum, lumen cordium. Conſolator optime, dulcis hoſpes animæ,  
dulce refrigerium: in labore requies, in æſtu temperies, in ſtetu ſolatiū, Sine tuo numine, nihil  
eſt in lumine. O lux beatiffima, & alia multa nunquam ſatis frequenter iteranda, neque ſatis di-  
ligenter contemplanda. ¶ Verſu decimo quinto, Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis  
meæ: Præter Latini ſermonis conſuetudinem, ſanguinibus hoc loco dictum eſt, numero  
plurali. Quia tamen in Græco pluralis numerus poſitus eſt, maluit interpres (vt inquit

Deo meo...  
peccatum...  
140 & 141

Num. 19

Exod. 14

Eſaiæ. 1.

Pſal. 142

Augustinus) minus Latine dicere, quam minus proprie interpretari. Na & in Græco & in Hebræo ita habetur: neq; quicquam interpretum aliter vertit, quam de sanguinibus. Cur autem sanguines (vt ita dicam) appellet peccata, in Elucidatione indicatum est, quoniam videlicet à corruptione carnis & sanguinis peccata procedunt, maxime carnalia, cuiusmodi erat concupiscētia adulterii, quæ radix fuit omnis peccati Dauid. Præter quam rationē adiiici posset etiā altera: quia scilicet per peccatum meretur homo mortem, quæ est per sanguinis effusionē. Sicq; liberari à sanguinibus est, liberari à peccatis, per quæ commenerat mortē. Sed & ad effusionē sanguinis innocui referri posset. Verum prima expositio & vulgarior, & solidior est, & verior: quæ etiam beatus Augustinus prolixius profequitur, & Elucidatio solam ponit. Quæ autē sequitur replicatio Diuini nominis, cum ait, Deus Deus salutis meæ, ad magni affectus testimoniū sic posita est. Valet autē Deus salutis meæ, ac si dicas, Deus saluator meus. ¶ Versu eodē, Et exultabit lingua mea iustitiam tuā. Exultabit, capiendum est, vt plus aliquid significet, q̄ vulgo solet: neq; mere neutralem habet significationē, quæ habet cum dicimus, Exultate iusti in domino. Nam propter accusatiuum, qui sequitur, nepe iustitiam tuā, necesse est aliquid transitivæ significationis in eo verbo includi, vt cōmode ab eo possit secundum hanc transitionis vim regi accusatiuus. Valet ergo exultabit, tanquā si dicas, Exultando laudabit, vel exultādo cātabit. Sic & verbum iubilare, quod plane neutrum est, & absq; casu accusatiuo ferè semper positū legimus: inuenitur tamen Esaiæ. 49. iunctum habēs post se accusatiuum, cum dicitur, iubilare montes laudē: quo in loco similiter non secundum neutralem significationē accipi poterit verbum iubilandi, sed partim transitivæ, vt significet iubilādo laudate vel canite, vel depromite laudē. Huiusmodi autem verborum solent & Grammatici tractatores facere mentionem ex Poetis & oratoribus assignantes exempla. Cuiusmodi est illud Vergilii, Nec vox hominem sonat. Sonare enim per se neutrale est, sed hoc loco valet sonādo representare. Vanum autē est, quod quidā emendandam putant eam lectionem, quæ habet Exultabit, putantq; legēdum, magis exaltabit viciose factum esse exultabit, propter vicinitatem dictionum. Qui hoc (inquam) sentiunt, vane iudicant: quoniam in Græco aperte & manifeste non exaltabit habetur, sed exultabit. Est enim ἐγχαλιόσται: quod nemo ignorat significare exultabit, ἔψαλλει, quod valet, exaltabit. Inter has enim dictiones, apertissima differentia est. Deinde beatus Hieronymus ex Hebræa vertit, laudabit: quod nostræ lectioni & expositioni est vicinior. Felix etiam vertit iuxta nostram expositionem, Lingua mea exultando cantabit iustitiam tuam. ¶ Versu decimo sexto, Domine labia mea aperies. Peccator sibi quasi os & labia claudit, quando per peccatum facit, vt digne Deum laudare non possit. Si quidem nō est speciosa laus in ore peccatoris: sed recti sunt, quos docet laudatio Dei. Et peccatori dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Neq; dubium quin eadem hac increpatio, etiam Dei laudem indigne per os acceptam simul includat. Sed & si peccator os aperiat, vt Deum laudet, non tamen illam vt suam laudem Deus acceptat: quando cor per iniquitatem elongatum est ab eo. Clausum itaque habet peccator os suum, & conclusa labia, doneq; in peccato permanet. Deo autem misericorditer peccatum dimittente, referantur prius cōclusa labia, & os aperitur, vt laudem dignam & speciosam Deo possit offerre: dum etiam cor interius solita diuina illuminatione & visitatione iterū ad eius laudes excitatur, & feruore bono extimulatur. ¶ Versu decimo septimo, Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utiq;. Huius versus duplex datur cōstructio. Quidam enim ita ordinant, vt accusatiuus sacrificium regatur à verbo voluisses, aduerbium autem utique iungatur cum verbo dedissem, ad hunc sensum, si sacrificium voluisses, utique dedissem: ac deinde diuisim legatur, holocaustis non delectaberis. Atque hanc sententiam manifeste demonstrat Græca lectio, quæ sic habet, Ὅτι ἢ εὐχόμενος θυσίαν ἔδωκα καὶ ἔψαλλο. ἐν ἁγιασμοῖς οὐκ ἐβουλόμην. In qua sententia, quilibet Græce literaturæ vel tenuissime peritus, clare videt particulam ἔψαλλο (quæ valet utiq;) non posse nisi cum præcedente copulari. Absurdissimum enim erit, si quis ita velit iungere ἐν ἁγιασμοῖς οὐκ ἐβουλόμην. Non enim potest hæc particula recte poni in principio totius sententiæ, quam determinabit: neque multo minorem absurditatem faceret apud Græcos, quàm si quis dicat apud Latinos, Petrusque Ioannes: cum postponi debeat, dicendo, Petrus Ioannēque. Itaque, quantum ad Græcam lectionem, apparet omnino necessarium esse, vt particula utique determinet H verbum dedissem. Atque hanc sententiam, vt potiorē, nos in Elucidatione sequuti sumus & expressimus: potissimum cum beatum Augustinum ad eundem modum distinxisse inueniamus. Legūt nihilominus plurimi secundum aliam constructionem, particulam utique ad ea quæ sequuntur referentes, ad hunc modum, Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem: ac deinde, Vtique holocaustis non delectaberis. Quæ distinctionē non pauci Latini codices habent. Atq; hæc lectio, neq; malam, neq; difficilem, imò neq; aliam, quàm prædicta habet sententiam. Prior tamen (vt ministratum est) rectior videtur. Ex Hebraico autem non potest videri vtra sit verior lectio, quoniam in Hebræo particula ista utiq; non habetur. Nam beatus Hieronymus ita vertit, Non enim vis vt victimam feriam, nec holocaustum tibi placet: vbi nusquam particula ista utiq; ponitur, quæ difficultatē facit.

Psalm. 134 Quod autem dicitur in fine, Holocaustis non delectaris, Græce sonat, holocausta nō habebis accepta aut placita, non cōplacebis tibi in eis: quod Latinus interpret recte expressit, Holocaustis non delectaberis. ¶ Versu penultimo, Benigne fac, Græce vno verbo dicitur εὐχόμενος, quod verbū ponitur etiam in Psalmo. 124. vbi habemus, Benefac domine, bonis & rectis corde. Habet autem peculiarem quandam emphasim hoc verbum, quæ nullo Latino vocabulo satis appropriate potest exprimi. Nā benefacere proprie exprimit Græcam vocem εὐδοκίμασαι. Vocabulum autem quod hic ponitur

Esaię. 49

Eccle. 15. Psal. 32. Psal. 49:

Psalm. 134

A & in Psalmo. 124. valet acsi efficit o vocabulo dicas, benignare, vel benignus, aut bonus esto. Est enim sententia, benignare, vel benignus, aut bonus esto ciuitati sanctæ Sion, sanctæ Ecclesiæ: hoc est, benigne age cum ea, bonum & benignum te illi exhibe; sicut exprimit elucidatio. ¶ Versu vltimo, Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ. Pro verbo acceptabis quod hic ponitur, Græce idē est verbum quod paulo ante versu. 17. habebatur pro delectaberis. Vnde acceptabilis, valet accepta habebis, possēturque verti iuxta priorē modū: Tunc delectaberis sacrificiis iustitiæ, oblationibus & holocaustis: quæ admodū & illic verti poterat. Holocausta non acceptabis. Sacrificium autē iustitiæ quod hic dicit Deo futurum acceptum adificatis muris Hierusalem, laudes sine sine offerendas interpretatur Elucidatio: quemadmodum beatus Augustinus quoq; interpretatur. Cum autem laudis Dei in Hierusalem sacrificium iustitiæ appelletur, ratio est, quia non pro iniquitate ibi sacrificabitur, vbi nulla iniquitatis memoria, sed tantum iustitiæ: quoniam dignissimum est & iustissimum illi summo bono (quod videbūt ciues beatæ illius ciuitatis facie ad faciē) laudē & benedictionē offerre in sacula saculorum. Iustum etiam est, vt illi sacrificemus quod habemus in nobis optimum. Sacrificiū autē laudis, adoratiōisq; in spiritu & veritate, in immensum corporalium victimarum oblationē præcellit: & iustum est, spirituum patrem (qui & ipse spiritus est) in spiritu magis honorari, & im-

Ioan. 4. Ibidem. Osee. 13. Heb. 13. Ibidem.

B autē isti, quos dicit super altare imponendos, illi sunt, de quibus Propheta Osee loquitur, dicens, Omnem aufer impietate, & omne accipe bonū: & vitulos labiorum nostrorum sacrificabimus tibi. Quos vitulos labiorum: Paulus Apostolus in ea, quam ad Hebræos scripsit Epistola, fructus labiorum appellat, dicens, Per ipsum ergo (id est, per Christum) offeramus hostiam laudis semper Deo, id fructum labiorum confitentium nomini eius. Hi sunt ergo vituli labiorum, laudes, benedictiones, & gratiarum actiones. Per altare autem Dei, vel simpliciter intellige, ante conspectum Dei: quoniam autē in conspectu Dei sistitur, & dicimur in altare Dei offerre, quoties coram Deo offerimus. Vel ipsum illud altare, de quo Paulus in loco iam citato loquitur, dicens, Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt, Christum dominum significans qui est altare nostrum, sacerdos, & hostia. Super hunc enim vt altare ponemus nostras laudes, in conspectu diuinitatis, cū per illū, vt sacerdotem, & pontificem nostrum æternum, acceptas laudes diuinitatis, offeremus in saculo saculorum, quæ in trinitate & vnitate perfecta viuunt, regnanteque & imperium tenet per omnia sacula saculorum, Amen.

# Argumentum in Psalmum

QVINQVAGESIMVMPRIMVM.

**E**X titulo historico huic Psalmo præmissio, facile cognoscimus, & quæ fuerit componendi occasio, & quisnam sit aduersus quem tanta seueritate per totum decursum Psalmista inuehitur. Titulus talis est, In finem intellectus Dauid quando venit Doeg Idumæus, & annunciauit Sauli, & Dixit, Venit Dauid in domum Achimelech. Historia satis nota est ex libris regnorum: quomodo post consummatam Saulis iram fugiens Dauid, venerit ad Achimelech sacerdotē in nobis, tanquam ex iussione regis aliquo proficiscens: à quo etiam panes propositionis, & gladium Goliæ accepit. Intus verò in tabernaculo erat Doeg Idumæus, vnus inter primos seruos Saulis, qui hæc ipsa quæ conspexerat, nequiter & odiose detulit ad Saulem: propter quod sacerdos ipse Achimelech cū omni domo sua à rege vocatus, post accusationem, excusatione non recepta, crudelissime interficitur per manum eiusdē Doeg Idumæi: simul & tota domus sacerdotalis, octogintaquinq; viri, vestiti ephod lineo: insuper & tota eorū ciuitas percussa est in ore gladii, ita vt neque feminis, neque paruulis, neque lactatibus parceretur, ne bobus quidē & ouibus. Inter hæc verò, vnus tantum ex filiis Achimelech effugiēs manus Saulis, Abiathar nomine, hanc eadē crudelissimā renunciauit Dauidi. Qui tactus dolore cordis intrinsecus, atque indignatione maxima, tam contra illum impiissimū delatorē Doeg Idumæum, quam contra crudelissimum tyrannum & homicidā Saule, in spiritu dolēti cōmotus atque concitatus, Psalmum præsentem videtur cōposuisse, & cantasse corā domino, in sui doloris lenimentum, impietatis illorum descriptionem, & suæ innocentie protestationem. Possimus tamē Psalmum hunc vnuerfis Sauli & Doeg similibus, id est, omnibus pauperum & bonorum oppressoribus, generaliter accommodare. Atque ita secundum generalem applicationem procedit Elucidatio.

QVINQVAGESIMIPRIMI PSALMI ELUCIDIATIO.

**1** Quid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate?



Vid tu, ò impie, in peruersitate tua gandes, ac gloriaris, qui potens es & validus ad operandum iniquitatē: quid tibi complaces, quid te ipsum iactas in impietatibus tuis (vnde potius erubescere debebas, ac merito confundi) qui nunc ad tēpus in sæculo huius sublimitate, ac prosperitate cōstitutus, Deo permittēte potēs es ad perpetrandū iniquitatem tuam? 2 Per omne tēpus ingiter cor tuum cogitationes voluit iniustitia, & de sua plenitudine similia per linguam eloquitur: dū cū tui similibus cōciliabula celebrans, de innocētum oppressione pertractas: \* facis fraudē, dolōsq; & insidias struis innocētibus, vsq; ad nouissimam miseriam, vsq; ad mortem & omnimodam perditionem fraudib; tuis illos cupis adigere: quomodo acuta nouacula nihil relinquit pilorum, sed totū abripit funditus acutie sua. 3 Ex proposito cordis & deliberata voluntate iniustitiā prælegisti bonitati atq; virtuti, iustitiā odio habēs & fugiēs, iniustitiam verò diligens & profectus in operibus tuis: magis gaudēs in proximorum nocumento, quā in eorundē obsequio: \* elegisti quoq; loqui magis falsitatem & iniustitiam q̄ veritatē, atq; iustitiam. Cū enim per veritatem posses tueri bonotum innocētiam, maluisti per iniquitatem oris tui, illos in perditionem & condemnationem iniustam adducere. 4 Cōplacent tibi sermones omnes qui faciunt ad pauperum oppressiōem, simpliciūmq; perditionem, supplantationem, & in mortem præcipationem, quos tu loqueris per linguā tuam dolosam, id est, ad dolos componendos, & cōcionandam fraudem, atq; deceptionem bene appositā & instructam. 5 Nequaquam verò manebit impunita hæc tui cordis & oris adamata impietas. Iustus enim scelerum vindex Deus, in vltionē cōsummatā iniquitatis tuæ, perdet te perditione sempiterna, prorsūsq; te eiciet quasi radicis euulsam à statu gloriæ tuæ, in quo nunc habitas, à domo & substātia tua, à sæculo hoc præsentis, in quo tibi videris pulchre virēs & benefloridus: hincq; te faciet, velis nolis, per mortis sententiā emigrare in regionē ignotā, in locum horrois atq; tenebrarū: \* ita (inquam) te prorsus faciet emigrare, & hinc abscedere, vt nihil omnino tui remaneat, vt etiā radix tua auferatur de terra viuentiū: omnis videlicet substātia, omnis gloria, omnes deliciae, omnis spes, omnis fortitudo, omne auxiliū: quib; reb; sic te stabilitū in hoc sæculo male credis, quæadmodū arbores suis sunt radicibus in terra stabiles. 6 At verò boni & simplices, quorū oppressiōem & malo nūc gandes & oblectaris, quos tu nūc contēptui habes & ostētui, cū ita te viderint diuinā vltione punitū, mirabūtur, & intra sese diuinā reuerbūtur, adorabūturq; & prædicabūtur rectitudinē: \* & sup te diuina vltione sic miserū factū atq; cōdēnatū, risum faciet diuinę iustitię re-

**2** Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: \* sicut nouacula acuta fecisti dolum.

**3** Dilixisti malitiam super benignitatem: \* iniquitatem magis quàm loqui equitatē.

**4** Dilixisti omnia verba præcipationis, lingua dolosa.

**5** Propterea Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo: \* & radicem tuam de terra viuentium.

**6** Videbunt iusti, & timebunt: \* & super eum ridebunt.

QVINQVAGESIMVSPRIMVS.

109

**A** \* & dicet, ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum.

**7** Sed sperauit in multitudine diuitiarū suarum: \* & preualuit in vanitate sua.

**8** Ego autē sicut oliua fructifera in domo dei:

**B** \* speraui in misericordia Dei in aeternum & in sæculum sæculi. **9** Confitebor tibi in sæculum, quia fecisti:

\* & expectabo nomen tuum:

\* quoniam bonum est, & in conspectu sanctorum tuorum.

ctitudini congaudentes atq; applaudentes, ac de sua liberatione magnifice gloriantes: \* & in exprobatōe aduersum te loquētur, ac dicēt, Ecce quomodo deiectus humiliatus atq; protestat⁹ est homo iste qui Deū non habuit præ oculis, qui in illo fidē & spem suā noluit ponere, qui donec vixit, timorē Dei recipere noluit. 7 Sed timore & fiducia Dei postpositis, spē habuit in abundantia potentia atq; substātia suæ, & in multis diuitiis suis: quibus subnixus, putabat omnia se posse superare: \* quin & preualuit, ac potēs fuit, ad oppressiōnem bonorum & perficiēdum impietatē, in superbia & vanitate diuitiarū suarū, donec deo placitum fuisset illū in sua prosperitate permittere. Ecce (inquiet iusti) quo nunc proiectus est, quantum humiliatus & miser factus, qui nos aliquādo in derisum habuit, & in similitudinem Sapien. 5. & improprietatis: ecce quomodo nunc cōputatus est inter filios mortis, & inter malignos dæmones fors illius est. 8 Ego verò testimonio consciētia in spiritu mihi de bono voluntate bene cōscius, nemini molēs, imò nec cupiēs quidē malum aut vllum nocumētum, & in diuitiarū vanitate nequaquā cōfidēs, ero in domo Dei, in Ecclesia sancta, sicut oliua virēs, fecunda atq; fructificās in operibus virtutū per charitatis & spiritus pinguedinē, fructus proferēs operationū Deo placitarum, in Ecclesia quoq; triumphante, perpetua lætitia & satietate aeterna semper virēs, & stabilis in aeternū, in plenitudine felicitatis illius: \* spem habui in misericordia & bonitate Dei mei defixā in aeternum & imperpetuū: plenissime videlicet confidens, diuinæ bonitatis nunquā mihi defuturū auxiliū, quæ spes me in perpetuo virore facit, faciētq; persistere in aeternū. 9 Laudabo te domine Deus meus in sempiternū, eo quod fecisti, eo quod mihi hoc præstitisti per tuā gratiam, vt essem in conspectu tuo quasi oliua fructifera, qui insuper dedisti & fecisti in me quicquid est boni, quicquid laudis, quicquid virtutis: \* & ob hoc cū patiētia iustitiae & expectabo te domine, qui iuxta nomen tuum optimus es: in tua fiducia persistabo atq; perseuerabo vsq; in finē, nunquā in alio, præterquā in te spē meam locaturus, nunquā alienis occupādus amoribus: \* bonum enim est te domine sic expectare, in bona perseueratiā, omnibus seruis & fidelibus tuis. Quicquid enim te in sanctitate & iustitia viuentes fideliter expectauerint, nō frustrabūtur in aeternū, neq; ab expectatione sua poterūt cōfundi.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LI.

**C**irca titulum nota, Dauidem non cōposuisse hunc Psalmum tunc, quando Doeg venit, & annunciauit Sauli de Achimelech, neq; propter hanc annunciationem nudam tāta amaritudine & increpatione in eum fuisse inuectum (quanquā id secundum faciem videatur sonare titulus eo quod dicatur, quando venit Doeg, & annunciauit, & cætera.) sed propter crudelissimā innocētum sacerdoti necem, quando venit ad ipsum Abiathar, qui hanc illi annunciauit. Vnde quod dicitur, Intellectus Dauid, cum venit Doeg Idumæus, & nūciauit Sauli, sic accipi debet, vt cū potius causam vel occasionē quàm tēpus designet, hoc est, pro eo quod venit Doeg, & nūciauit Sauli. Hæc enim annunciatio causam dedit tāta crudelitati, aduersus quam Psalmus canitur. ¶ Versu. 1. Quid gloriaris in malitia? Quæadmodum in argumēto indicauimus, secundum specialem tituli applicationē, potest Psalmus eque proferri contra Saulem, vel cōtra Doeg Idumæum, vel potius cōtra vtruncunq;. Magis tamē videtur contra iniquū delatorē, & crudelissimę sententię exequutorē, Idumæū istum dirigi: aduersus quem merito tam acri obiurgatione Dauid inuehitur, quoniā quum sciret sacerdotē Achimelech innocenter & ignoratē egisse, dando illi panes & gladium Goliæ, ipse tamē absque excusatione crudelem detulit accusationem ad furiosum regem Saulem. Neq; enim ignorabat Doeg iste simpliciter egisse Achimelech, in eo quod panes dedit & gladiū Dauidi, qui se simulabat proficisci ad negotia regis. Non enim sciebat Achimelech quicquā grāde vel paruū, de ira Saulis cōtra Dauidē, vel de fuga Dauidis à facie Saul: neq; illi quicquā indicauit Dauid fugiēs, sed persuadebat se ad negotia regis secreta pergere. Hæc sane Idumæum istū sanguinolentū, & (iuxta nomē suum) sanctorū sanguine rufum, non latebāt: ob quæ merito accusare non debebat innocentē sacerdotē, qui fauentē partibus Dauidis, aut minimum hæc sacerdotis innocentiam & ignorantiam debuisset accusationi cōiungere. Nunc verò accusationē grauissimā proponēs, & factum ipsum vehemētē exaggerans, excusationem silētio premit. Deniq; , etiam si constituisset sacerdoti Achimelech de fuga Dauidis, cum illi humanitatē impenderet: nō debebat tamen hoc iste impius multarū pastor Idumæus ad regem fauentē deferre: quādoquidē sacerdotalis officii non est miseros prodere, vt perdātur, sed misericordiā potius exhibere, & pacem facere, tam erga Deum, quàm erga homines. ¶ Versu secundo, Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua. Secundum hunc loquēdi modum in alio Psalmo dicitur, Os iusti meditabitur sapiētiam. Et alibi, Lingua mea tota me-

Psal. 35.  
Psal. 34.



ditabitur iustitia tuam. Quem autem sensum faciat hic loquedi modus, monstrat Elucidatio. Similem fere significatione intendunt vulgo homines, cum de eo qui semper discursibus gaudet, & oblectatur in euagationibus, dicere solent, Huius hominis pedes nihil cogitant, quam discurrere atque vagari, dum sic pedibus secundum tropum loquedi tribuitur, quod cordi de ministerio pedum secundum rei proprietatem conuenit. ¶ Versu eodem, sicut nouacula acuta fecisti dolum. Nouacula si bene acuta non sit, nequit bene pilorum radices auferre. Quae vero optime acuta fuerit, usque ad fundamentum pilos radit, & prorsus nihil relinquit aut pertrahit, quod non secum abripiat minimo negotio, veluti imperceptibiliter. Ob hoc, Doeg iste Idumaeus, atque etiam auctor malitiae rex ipse Saul, recte uterque acute nouaculae comparatur: quoniam vniuersam sacerdotum familiam penitus perdidērunt, & in nullo prorsus illis pepercerunt, etiam sceminas etiam liberos, etiam iumentum, in ore gladii ferientes, mansionem quoque ciuitatis eorum subuertentes. Quid enim amplius poterat, aut quomodo nocere crudelius acutissima ista nouacula? Na quod vnus ille pilus (id est, Abiathar vnus de sacerdotibus) effugit harum nouacularum acutiem, specialis erat muneris Dei: vt haberet apud se profungus rex Israel Dauid, profugum sacerdotem Abiathar. Generaliter quoque haec comparatio ad omnes spectat pauperum & innocentum oppressores, qui eos & externis bonis omnibus, atque etiam vita corporis absque misericordia spoliant, plus nocituri, si valerent amplius. Potest etiam haec comparatio acuta nouacula aliter intelligi: quoniam sicut ipsa hominem citissime vulnerat, simul & grauisime, eo quod propter acutiem maxime penetrat: sic impij hominum bonorum oppressores, per suas fraudulenter linguas, tanquam per nouaculas acutas, quasi imperceptibiliter ledunt, & grauisime nihilominus nocent. ¶ Versu quarto, Dilexisti omnia verba praecipitationis, lingua dolosa. Oratione illam, lingua dolosa, quida in ablatiuo casu accipiunt, vt coniungatur cum praecedentibus: vel subaudiendo aliquid, iuxta quod monstrat Elucidatio, vel coniungendo simpliciter cum illo, verba praecipitationis, subaudita praepositione in, quemadmodum habet Plalterium Romanum, in lingua dolosa. Alii accipiunt praedictam orationem in casu vocatiuo, hoc modo, Dilexisti omnia verba praecipitationis, o lingua dolosa: vt homo ipse fraudulenter atque dolosus, ita per contumeliam vocetur lingua dolosa: quemadmodum Psalmo. 11. in expositione versus illius, Labia dolosa in corde & corde loquuntur, de labiis dolosis diximus. Alii vero per accusatiuum casum legunt, linguam dolosam: quomodo habet Plalterium, quo vsus est beatus Augustinus, quomodo etiam Hieronymus vertit ex Hebraeo. Atque ita accusatiuus iste ad verbum dilexisti, referri debet. ¶ Versu quinto, Euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo. Aduerte, emigrabit secundum impropiam significationem positum, pro emigrare faciet, absolute scilicet verbum pro transitiuo: quomodo apud Paulum dicitur: Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo, pro triumphare facit. Quod autem sequitur, Et radicem tuam de terra viuentium, subaudiendo auferet, abscindet, siue euellet, pulchre ad Doeg & Saulem potest accommodari, ad exprimendum conditionem punitionis eorum. Quemadmodum enim sacerdotem Achimelech prorsus innocenter, Saul radicatus (quantum quidem in se fuit) euellit, & ipsum & liberos omnes usque ad lactentes, & cetera eius omnia interficiens: ita iuxta modum peccati, aduersus ipsum poena hic pronunciatu condigna, quod sit auellenda radix eius de terra viuentium. Quam quidem radicem in Elucidatione interpretati sumus substantiam, diuitias, & gloriam, ac cetera huiusmodi: quibus veluti radicibus quibusdam sese fixos putant impij, & firmos in terra. Possit tamen & ad liberos referri, vt praedicatur contra impium Saulem & Doeg, quod non ipsi soli, sed etiam eorum semen de terra sint (propter commissam in sacerdotem domini crudelitatem) auferendi: id quod de Saule aperte indicat regnorum historia, & de Doeg verisimili existimatione est credendum. ¶ Versu octauo, Ego autem sicut oliua fructifera. Non haec vt iactanter dicta accipi debent, sed vt ad gloriam Dei, in bona conscientiae testimonio pronuntiata. quae sub persona Dauidis dicta, ad vniuersos generaliter debent accommodari, qui per innocentiam vitam atque iustitiam fructificare student in operibus bonis, quorum spes & fiducia in domino Deo est. Omnes enim huiusmodi, quasi oliuas virentes & semper fructiferas efficit Dei nunquam deficiens misericordia. Attendendum vero, hunc Psalmum (qui secundum quinquagenam iuxta Graecorum atque Latinorum vsitatum distinctionem primus est) ordine, prorsus contrario procedere, ad illum qui situ loci primus est in quinquagena priori. In hoc siquidem, primum prolixius describitur viri iusti beatitudo atque felicitas, ac postea ex aduerso breuiter adiungitur impiorum calamitas. Contrario autem ordine, Psalmus qui iam in manibus est, prius impij prolixius peruersitatem & subsequentem calamitatem depingit, atque ex aduerso, paucis verbis iustorum perpetuum opponit virorem. Quamquam autem ordo commutatus est, res tamen ipsa quae tractatur, & Psalmi materia prorsus eadem est. ¶ Versu nono, Confitebor tibi in saeculum, quia fecisti. Copulanda est ad sensum perfectionem ista oratio, vel ex eo quod proxime antecedit, Fecisti me sicut oliuam fructiferam in domo tua, & fecisti me sperare in misericordia tua: vel ex iis quae paulo longius distat, in hunc modum, Quia fecisti vltionem & vindictam contra impios, parasti que eis damnationem suam superius descriptam: sique praeteritum pro futuro (consuetudo scripturarum more) videretur commodius accipiendum, vt sit sensus, Confitebor tibi, quoniam facies pro iustis vindictam de inimicis & persequentibus eorum iuxta modum supradictum, de terra viuentium eos auferendo, eradicando, & in confusionem aeternam proiciendo. Atque hoc pacto recte consonabit, quod sequitur, Expectabo nomen tuum, id est, te expectabo cum patientia, donec tibi placitum erit iudicare causam meam, meque de manibus iniquorum misericorditer liberare. Atque huius posteriori manifeste consonat quod habet Paraphrasis Chaldaeae, Confitebor tibi, quoniam operatus es punitionem siue vindictam iudicii mei: hoc est, vltionem ad iudicandum pro me contra aduersarios meos. In eo quoque quod sequitur. Quoniam bonum

1. Reg. 22

Psal. 11.

1. Cor. 2.

A est in conspectu sanctorum tuorum: varia partis illius, in conspectu sanctorum tuorum, constructio est: quidam enim referunt ad nomen bonum: vt bonum in conspectu sanctorum tuorum, idem valeat quod, bonum ipsis sanctis tuis. Quae sententia, tametsi prima facie non occurrat, videtur tamen satis comoda, & facilius ceteris. Alii iungunt eam cum verbo confitebor, hoc modo, Confitebor tibi in conspectu sanctorum tuorum, hoc est, coram multitudine fidelium: iuxta quod dicitur in alio Psalmo, Vocata mea domino reddam coram omni populo eius. Iungitur etiam potest cum verbo expectabo, vt sit sensus, Expectabo nomen tuum in conspectu sanctorum tuorum: hoc est, expectabo te coram & simul cum sanctis tuis: vel, ita vt proximis etiam meis luceat exemplum patientiae & perseverantiae meae. Potest postremo etiam ita intelligi: Expectabo nomen tuum, quoniam hoc ipsum (scilicet expectare cum patientia nomen tuum) bonum est coram omnibus sanctis tuis: id est, te agnoscentibus atque ita credentibus omnibus sanctis. Omnes enim pii hoc norunt, hoc credunt, bonum esse, praestolari dominum in silentio, & in patientia.

Psal. 115.

Thren. 3.

LII. PSALMI ARGUMENTVM.

Hic Psalmus abundantiam malitiae & multitudinem malorum (qui timore Dei postposito operantur quicquid libet) versibus quatuor primis describit. Deinde sub persona domini, per amarum interrogationem, insinuat, peruersos pauperum oppressores cognituros aliquando Deum iudicem, quem modo cognoscere atque inuocare noluerunt: quando timore horribili conturbabuntur, iustis ab eo timore liberis, propter dominum praesentiam in eis habitantis. Atque vltimo tandem versus, fidelium per Christum liberationem, spiritu reuelante, praemonstrat.

QVINQVAGESIMISECVNDI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Dixit inspiens in corde suo: \* non est Deus.

\* non est Deus.

2 Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: \* non est qui faciat bonum.

\* non est qui faciat bonum.

3 Deus de caelo prospexit super filios hominum: \* vt videat si est intelligens aut requirens Deum.

4 Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: \* non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

5 Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem? \* qui deuorant plebem meam vt cibum panis?

6 Deum non inuocauerunt:

**D**ixerunt filii hominum in quibus non est scientia veritatis neque sapientia Dei, in cordibus suis, & haec habent in animo suo erroneam existimationem: \* quod non sit secundum veritatem Deus, vt a fidelibus creditur, qui res humanas consideret ac iudicet, qui iustis pro iustitia felicitatem, aut malis pro iniquitate reddat damnationem: & hac falsissima persuasionem blanditur sibi in iniquitatibus suis, quo peccet liberius. 2 Hac autem falsa existimatione & persuasionem iniqua praesupposita, sine timore existentes, neque cuiusquam metuentes iudicium, corruerunt ipsi viam suam, & computruerunt velut iumenta in stercore impietatum suarum, suntque facti, propter multitudinem & magnitudinem facinorum suorum, detestabiles & execrabiles ante Deum & omnes homines pios, per impiissima opera sua & actiones corruptissimas, quibus intendunt: \* non est ex infidelibus istis qui timore Dei abiecerunt (quorum est bona, imo maxima pars, in hoc miserabili mundo, qui totus in maligno positus est) cui sit cura facere quod bonum ac rectum est: non est ne vnus quidem ex eis, qui studeat virtuti, sed a maiori usque ad minimum omnes student iniustitia. 3 Dominus Deus omnipotens, de sublimitate caelorum, in quibus inhabitat, quasi prouidus & diligens humanarum rerum curator, attendit & considerat filios hominum, & actiones eorum vniuersas bonas pariter atque malas, ad reddendam vnicuique venturo tempore pro operibus congruam mercedem: \* prospexit (inquam) considerans ad eos qui per fidem rectam vere agnoscunt, aut ex animo quaerunt Deum. 4 Et vidit Deus, quod maxima pars hominum, via recta derelicta, ad iniquitatem declinauerunt, suntque facti ad omne bonum opus veluti reprobi & inutiles, quasi qui iam didicerint virtutem, nescientes ultra, neque volentes bene agere: \* vix inuenitur qui bene agat, vix inuenitur vel vnus. Tanta est enim malorum copia, vt vix vllus videatur numerus iustorum, si cum illorum conferatur immensa multitudo: & ex iis ipsis qui bonum facere videtur, vix vnus est qui solum ac semper faciat quod bonum est, qui non frequenter admodum declinet ad malum, qui non subinde agat aliquid quod minus rectum est: quando quidem in multis offendimus omnes, & septies in die cadit iustus. 5 Sed nunquid non tandem cognoscet Dei iudicium omnes qui nunc ex pravae voluntatis studio operantur malum? \* qui populum domini, hoc est, humiles ac simplices deglutiunt & vorant ad eum modum quo vorari solet panis a comedete, sine vlla cibi resistetia, & sine vlla comedetis misericordia? Certe cognoscet dominum iudicia facietem (cuius cognitionem & timorem ritum abiiciunt) cum fuerint comprehensi in operibus manuum suarum. 6 Cum in hoc mundo agerent peruersi isti, in dominum non crediderunt, neque eum vt Deum suum inuocauerunt, neque in eo spem suam posuerunt, sed

Ioel. 1.

1. Ioan. 5.

Hierc. 6.

Titum. 1.

Iacobi. 3.

Prou. 14.

Psal. 6.

\* illic trepidauerunt timore, vbi non fuit timor.

7 Quonia Deus difspavit ossa eorum qui hominibus placent:

Matt. 25. \* confusi sunt, quonia Deus spreuit eos.

Pfal. 145. 8 Quis dabit ex Sion salutare Israel?

\* cum conuerterit dominus captiuitate plebis sue.

\* exultabit Iacob, & letabitur Israel.

vel in idolis, vel in aliis rebus perituris, in quibus posuerat fiduciam & iccirco quia nescierunt dominu, timore magno nonnunquam trepidat, & vehemeter conturbati sunt, quando nulla fuisse eis causa iusta timoris, neque quicquam periculi, si credidissent in dominum Deum, eumque fideliter inuocassent: quemadmodum in aduersitatibus temporalibus, in infirmitatibus corporalibus, atque similibus, vehemeter timere solent carnales homines, vbi tamen iustis nihil est turbatione aut timore dignum. 7 Deus enim confringit, & ad nihilum redigit omnes vires, omnemque virtutem eorum, qui se relicto, ac timore sui abiecto, in hominibus spem ponunt, hominum gratiam querunt, & iis placere student quasi auxilium ab illis expectantes, unde habere non possunt, ad Deum autem oculos non leuat: \* confusione aeterna confundetur eius modi, neque raro etiam confusione temporali in hoc saeculo: quoniam Deus omnipotens abiectis eos, & a se impetuum separauit, iubens eos ut iniquitatis operarios abscedere in ignem eternum, cum diabolo & angelis eius, cui in vita seruerunt. Cum enim solus hic sit adiutor in opportunitatibus ac tribulationibus, necesse est confundatur omnis qui huic placere non studet, qui non totis viribus hunc sibi contedit demereri sed ad filios hominum attendit, in quibus non est salus. 8 Quis vero erit qui tantam poterit mederi malitiam, quam abundat in terris? quis de superna illa caelestique ciuitate (posteaquam hic super terram declinauerunt omnes, & maculati sunt in seipsum) dabit salutem & saluationem populo Israel, populo fidelium: \* indubie nemo, praeter dominum Deum saluatorem nostrum: qui cum voluerit, & sicuti voluerit, in tempore gratiae, per filium suum auferet captiuitatem illam plebis suae, sub qua misere detinebatur, saluumque faciet populum suum, id est, credituros in se, a peccatis ipsorum: dans eis potestatem, ex filiis captiuitatis & irae, filios gratiae fieri, & filios Dei: \* ac tunc quidem exultabit gaudio spirituali omnis fidelis, credens in dominum, vitia supplantans atque coculcas, & Dei placita perficiens. \* Atque iterum, Cum dominus fideles suos ex huius mundi misera captiuitate, & ex huius vitae peregrinatione, eduxerit in patriam supernam tunc perfecto gaudio gaudebunt fideles omnes, cunctis iam superatis & preteritis malis, quibus in hoc mundo iugiter ab iniquis affligebantur.

ANNOTATIONES IN HVNC PSALMVM REQVIRE POST Elucidationem Psalmsi decimiptertii. Omnes enim versus Psalmsi praesentis iste comprehendit, septimo tantum excepto, cuius in Elucidatione satis clara ponitur expositio.

LIII. PSALMI ARGVMENTVM.

Lamat hoc Psalmo vir iustus in tribulatione positus, ad dominum liberatorem suum, auxilium postulat & saluationem contra seuisimos hostium insultus, quos sustinet: promittens liberatori cantica gratitudinis. Valet autem hic Psalmsus, tam contra spirituales, quam contra corporales tribulationes.

LIII. PSALMI ELVCIDATIO.

- 1 Deus in nomine tuo saluum me fac: \* & in virtute tua iudica me.
2 Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.
3 Quonia alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quaesierunt animam meam: \* & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.
4 Ecce enim Deus ad

Domine Deus, propter nomen sanctum tuum, & per virtutem potentissimi nominis tui, salua me ab hostibus meis, qui & numero plurimi sunt, & crudelitate, animoque nocendi maxime formidabiles: \* & in potentia Diuinitatis tuae fac pro me iudicium & vltionem aduersum illos. 2 Exaudi deus orationem meam, quam fundo in conspectu tuo, pro liberatione mea: verba deprecationis meae quae loquor ex corde pleno amaritudine & angustia, ingrediatur, domine mihi, in aures dulcissimae misericordiae tuae, & ad exauditionem commoueat viscera misericordiae tuae, ut non frustrer ab expectatione mea. 3 Ecce enim hostes & aduersarii, animo prorsus alienato, crudeli & efferato, consurrexerunt aduersum me, ut me persequatur, atque requirant ad mortem: & ii qui potentes sunt ad nocendum mihi, ad mortem me requirunt, meque: ut perdat, hostili animo persequatur: \* non habent te domine ante oculos suos, timore tuo, & iudiciorum tuorum non auocantur a proposito malitiae suae. Neque etiam considerant potentiam tuam, quae mihi potens est contra omnem illorum virtutem sufficiens praebere auxilium. 4 Et quidem in his angustiis atque periculis, tu es domine, omne auxilium meum, tu me adiuua-

A inuat me: & dominus susceptor est anima mea.

5 Auerre mala inimicis meis: \* & in veritate tua disperde illos

6 Voluntarie sacrificabor tibi: \* & confitebor nomini tuo domine quoniam bonum est.

B 7 Quonia ex omni tribulatione eripuisti me: \* & super inimicos meos despexit oculus meus.

bis contra inimicos meos: te solum habeo susceptorem animae meae, atque defensorum vitae meae. Tu enim solus mihi abunde sufficis contra hostium milia, aduersum omnem persequentium numerum & apparatus. 5 Auerre tu domine: & prohibe ne mala mihi veniant ab inimicis meis tua defensione prohibe, & impedimentum praesta, ne mala quae mihi proposuerunt inimici inferre, super me veniant: auerte, ne impleatur quod concipiunt ac moliuntur contra me: \* & in veritate iustitiae tuae disspavit virtutem illorum, confringe potentiam, & robur exercituum eorum disface: ut non illis concedatur, tua permissione adimplere, quod sua praua voluntate decreuerat. 6 Ego vero pro accepto liberationis beneficio, vbi tua misericordia id fuero consequutus, ex bono corde & bona ac liberali voluntate sacrificium offeram tibi: hilari & gaudenti animo, ad praestandam gratitudinem, sacrificabo quae nouero tibi esse gratissima: \* & confessionem laudis dabo tibi liberatori meo: quonia bonum est confiteri & psallere nomini tuo amplius, quam immolatio sacrificiorum quorumlibet corporalium. Sacrificium enim laudis te honorificat, & ipsum est quod tibi immolari postulas. 7 Ecce enim ex omni tribulatione tu haecenus liberaisti me ex plurimis, iisque difficillimis periculis tua protectione haecenus saluus euasi, neque datus sum in manus hostium meorum: \* & omnes inimicos meos despexit oculus meus, omnes inimicos in te confidens quasi pro nihilo reputo, minimeque: ultra formido: sciens, te vnum plus omnibus valere, teque: multo ad saluandum, quam illos ad perdendum, potentior atque validiorem.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LIII.

Versu primo, Et in virtute tua iudica me. Psalterium Romanum habet, libera me: quod secundum rem idem valet, quod iudica me. Sic enim tribulatus iudicari petit, id est, iudicium pro se fieri, ut liberetur. In Graeco autem habetur κενωθη μου, hoc est, (ut nostra habet Gallicana lectio) iudica me. Beatus Hieronymus vertit, In fortitudine tua vlciscere me. Felix, vindica me. Quae & secundum vocem nostram lectioni quam Romana magis consonant. Versu tertio, Quonia alieni insurrexerunt aduersum me. Alieni intelligi possunt, tam quoad Deum, quam quoad hominem iustum. Qui enim aduersum iustos consurgunt, a Deo alieni sunt atque extranei: nimirum Dei ocores, hostes, contraditores, & (quantum quidem in ipsis est) oppugnatores: & insuper alieni atque extranei a iustis, quos opprimunt, & quibus, quantum praeualeret, animu hostile ostendunt. Versu quinto, Auerre mala inimicis meis. Huius partis multiplex datur potest intelligenda. Primum illa, quam ponit elucidatio prohibe, ut ab hostibus mala mihi non veniant, Altera haec est, Auerre mala a me, in inimicos meos, hoc est, conuertere malitiam eorum, & mala quae mihi machinatur, retorque & refunde super eos. Secundum quem modum alibi dicitur. Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit apprehendat eum, & in laqueum cadat in ipsum. Et iterum, Gladius eorum intret in corda ipsorum. Et in aliis locis compluribus similiter. Atque huic expositioni consonat quod ex Hebraeo vertit Hieronymus, Redde malum insidiatoribus meis. Et Felix in eandem sententiam, Redde malum, vel conuertere malum tribulatis meis. Chaldaica quoque translatio similiter, Fac reuertatur malum ad eos qui me agitant, vel persequuntur. Potest addi tertia expositio: Auerre mala ab inimicis meis: ut sit perfecta innocentiae deprecatio pro aduersariorum salute: quomodo Christus pro inimicis rogauit, dicens, Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Ita auerte mala inimicis meis, ab eis mala amoue, malum cor, malam animam, mala vitia, ut pro malis conferas bona. Verum non satis consentit huic expositioni quod enestigio subsequitur: Et in veritate tua disperde illos: nisi forte & hanc perditionem salutare intel ligamus, in partem aequiore, secundum quem modum alibi dicitur, Increpasti gentes, & perit impius. Versu sexto, Voluntarie sacrificabo tibi. Habet hoc loco, voluntarie sacrificare, peculiarem quamdam emphasim, quam in elucidatione vtcunq; indicauimus, quam etiam Felix exprimit, dicens, Cum munificetia sacrificabo tibi: vel cui quadam animi liberalitate offeram. Significat enim dictio Hebraica (ut ipse ait) oblationem spontaneam mentis. Atque huic simile videtur, quod in alio Psalmo dicitur, Ex voluntate mea confitebor illi. Versu eodem, Confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum est. Particula ista vltima, quoniam bonum est, dupliciter intelligitur. Primo, quoniam bonum est confiteri nomini tuo, iuxta illud quod in alio Psalmo dicitur, Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime: quem sensum in elucidatione expressimus. Vel secundum alterum sensum, Confitebor nomini tuo, propterea quod bonum est nomen tuum. Nomen enim domini laudari debet, quoniam bonum. Non enim propter vtilitatem aliquam vel commodum, sed maxime quia bonum. Atque ita secundum rem idem est, ac si dicas, Confitebor tibi domine, quoniam bonus es.

LIII. PSALMI ARGVMENTVM.

Lamat in hoc Psalmo vir iustus in graui malorum conturbatione positus, ad auxiliatorem dominum: proponens primum, ex inimicorum persecutione nimiam conturbationem atque desolationem animae suae postulat sibi ad fugiendum pennas dari columbae, ut in solitudinem auolans, alicubi requiem queat inuenire.

re. Atq; hæc primis octo versibus. Dehinc orationem fundit contra prauorum malitiosos conatus & cõtra ciuitatem impiorum, cuius prauitatem & que ad ver sum. 12. proponit. Vbi debinc, illud vehementer exaggerat & ponderat, quod etiam ab iis qui proximi & amici videntur, contingat persecutionem & afflictiones pati: quod multo est ad tollerandum difficilius, quam si ab extraneo & aperto inimico procederet afflictio: cuiusmodi hominibus dignam mortem vel precatur vel pronunciat, ipse in domino spem ponens, & dominum iugiter omni tempore inuocans liberatorem, in quo & sperat ab omnibus tribulationibus liberari, inimicis in sua impunitetia, & iniquitate per seuerantibus, a conspectu præsentia Dei per vlticem sententiã proiciendis in puteum mortis: a qua salui erunt, qui curam suam in dominum proiciunt. Possit verò hic Psalmus totus in persona Christi satis apte exponi. In Elucidatione tamen generali expositione viro iusto cui libet afflictione malorum tribulato, illi applicabimus. Post verò in Annotationibus, quomodo nonnulla peculiaris ad Christum valeant aptari, monstrabimus.

QUINQVAGESIMIQUARTI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam. \* intende mihi & exaudi me.

2 Contristatus sum in exercitatione mea: \* conturbatus sum a voce inimici, & a tribulatione peccatoris.


3 Quoniã declinauerunt in me iniquitates: \* & in ira molesti erant mihi.

4 Cor meum cõturbatũ est in me: \* & formido mortis cecidit super me:

5 Timor & tremor uenerunt super me: \* & cõreuerunt me tenebræ.

6 Et dixi: quis dabit mihi pennas sicut colũba, & volabo & requiescam?

7 Ecce elongaui fugiẽs.



Exaudi Deus precem meam, quam in amaritudine animi mei fundo ad te: & ne amoueas, neq; abiicias eam a conspectu tuo, sic vt eam non finas ascendere ad sacrarium exauditionis tuæ: \* conuertere ad me benignum aspectum misericordiã tuã, & dignanter me exaudi, ad te humiliter clamantẽ. 2 Contristatus sum vehementer in meditatione mea, dum meipsum exercito, meditando & considerãdo plurima & maxima pericula, in quibus versor, aut quæ mihi imminet per circuitum: quorum meditatio non modicã mihi incutit tristitiam: in exercitatione quoq; qua exerceor, probor & affligor, a multitudine malorum inter quos versor, cõtristatus sum: \* & cõturbatus sum atq; perterritus a vocibus inimicorũ, quibus cõtra me loquuntur in malũ, & a tribulationibus atq; persecutionibus hominũ impiorum. 3 Ipsi enim falsis accusationibus, criminationibus atq; detractionibus, proiecerunt super me, & imponunt mihi mala, quorũ mihi non sum cõsciũs de multis me falso accusantes, quasi hæc aut illa mala egerim, quo sic me reum mortis ostendere valeat aliis, & iuste persequi me videatur: \* & in iracunda sua inuidia, quam cõtra me gerunt, mirũ in modũ molesti facti sunt mihi vehemẽter & multipliciter me vexat ac persequuntur. 4 Adeò verò aggrauata est in me tristitia ex cõsideratione atq; exercitatione huiusmodi, adeò inualuerunt cõtra me mala, vt cõturbetur intra me cor meũ, præ nimio timore periculorũ & malorũ quę sentio: \* formido quoq; & horror mortis, qualẽ habere solent quibus mors in proximo est, irruit super me. 5 Timor magnus in intimis, atq; hinc tremor in mēbris, cecidit super me, apprehendit atq; inuasit me: \* & operuit caligo tenebrarũ oculos meos, simul & cor meũ: prorsus obtenebrati sunt præ timore oculi mei, simul & cor meũ, ita vt nec oculi lumen suũ teneant, & vix sibi mēs constet amplius: quẽadmodũ hominibus in maximo metu & proxime ad mortẽ positis, euenire solet, vt lumen tã cordis, q̃ oculorũ incipiant deficere, & velut obtenebrari siue operiri tenebris. 6 Et cum in tãta essem positus angustia in medio hominũ iniquorũ affligentiũ animã meam, optaui modũ aliquẽ inuenire, quo effugere possem tantã malitiã me affligentis abũdantiã, dixiq; apud memetipsum, Quis mihi dare possit alas in modũ colũbę, quẽadmodũ habet colũba, vt eis suffultus auolare possem in locum tutum, & quietũ, ab hominũ perturbatione extraneũ, vbi requiẽ possit aliquantulã inuenire nimĩũ fatigata anima mea? Colũba nanque si vllam sentiat perturbationẽ aut strepitũ, mox alis suis suffulta auolat, quo voluerit, in loca solitaria: ibiq; sese abscõdẽs, in petra aut nido, secura quiescit, solis gemitib; extra omnẽ tumultũ intẽta. Atq; vtinã sic præclare mecum agatur, vtinã similes & mihi ala donentur, quibus de medio impiorũ quotidie excruciantiũ & affligentiũ animã meam quietẽmq; perturbatium, valeam auolare, & in locũ solitariũ me abdere: vbi in quiete, absq; tumultibus mundi posita, vni Deo vacare queat anima mea, vniq; ac soli Deo intẽdere. 7 Ecce autẽ, quomodo optaui, ita partim & cõtingit mihi gratia tua, Fugiẽs namq; elongaui memetipsum a cunctis mũdi tumultibus, ab vniuersis sæculi huius cõturbationibus memetipsum subduxi: primum quidẽ, quantum potui: loca quarẽs solitaria amica meditationibus atq; mceroribus, deinde super omnia, cor habere studẽs elõgatũ ab omnibus humanis affectibus & tumultibus, cõsta quæ in mũdo nequam sunt magno animo abiiciẽdo atq; abnegãdo, ac veluti subter me posita despiciẽdo:

A \* & mansi in solitudine.

8 Expectabã eum qui saluum me fecit a pusillanimitate spiritus & tempestate.

9 Precipita domine:

\* diuide linguas eorũ:

B \* quoniã vidi iniquitatem & contradietionem in ciuitate.

10 Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas:

\* & labor in medio eius, & iniustitia.

11 Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.

12 Quoniã si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtrique.

13 Et si is qui oderat me super me magna loquutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.

14 Tu verò homo vnam nimis:

\* dux meus & notus meus.

15 Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu.

16 Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuẽtes.

17 Quoniã nequitia in habitaculis eorum in medio eorum:

\* atque in hac solitudine tam carnis q̃ mentis constanter permanũ, quãtum gratia tua potui: in hac meipsum viriliter cõtinerẽ summo: pere curauĩ, ne mihi quies deperiret anima meã, si ad ea, quæ ante fugeram, atq; fugiendo reliquerã, rediissem denuo. 8 In hac aut quiete & solitudine expectabam cum patientia dominũ, qui me saluũ faceret a pusillanimitate spiritus qua tenebat, hoc est, ab illa maxima cõturbatione animi & grauissima tristitia, qua me affecerãt homines peruerũ, amatores sæculi huius, & a tẽpestate ac tumultu persecutionis atq; molestationis eorũ. In hac, inquam, quiete, & in hoc silentio positus, a te domine expectaui salutẽ, te expectaui, te sustinui, & a te cõsolationẽ qua fuisi, ne me vel spiritus mei timiditas, vel tẽpestuosa & turbulenta hostiũ persecutio absorberet. 9 Orò autẽ te domine, iam hic tecũ in solitudine positus, vt pessimos illos sæculi amatores (quorum est studiũ in hoc mundo iustos affligere) precipites, atq; deiicias de altitudine, in qua tua permissione cõsistunt: \* eorũque linguas quibus semper cõtra iustos mala loquuntur diuidas, & in discordiã mittas, vt ita effectum nõ consequantur praua eorũ consilia: \* vidi enim in ciuitate & cõgregatione impiorum nihil aliud nisi iniquitatẽ & contradictionem, tam contra veritatẽ, quã contra iustitiam. Et ipsi nanq; iniqua agant, & quantum in se est resistunt veritati, atq; iustitiã aduersantur, toto conatu iniquitatẽ promouere & iustitiam atq; veritatem opprimere laborãtes. 10 Iugiter die ac nocte per circuitũ eius, vsq; ad muros graditur iniquitas, excelsa est in medio eorũ impietas, & quasi per circuitum totam ciuitatẽ hanc super muros circumit: \* estq; in medio ciuitatis huius pauperum atq; bonorũ afflictio & iniustitia, hæc in impiorũ congregatione regnat, hæc nusquam non inueniuntur apud impios. 11 Omnis quoq; modus fraudandi decipiendiq; proximũ, siue per vsuram, siue per aliam quamlibet dolosam adinventionem, vbiq; occurrit in societate prauorum, & velut vbiq; in plateis huiusmodi occurrunt, quoniã vulgatissima hæc sunt inter eos. 12 Et quidẽ in his omnibus illud toleratu difficillimũ est, q̃ videamus non raro etiam proximõs, vicinõs, notos, familiares, ac nõnunquam etiam ad tempus singulari iunctos amicitia, sibi inuicẽ fraudem facere, & amicos suos supplantare, quomodo & mihi nunc euenisse experior. Nam si quispiam ex iis qui se apertos inimicos demonstrant, & pro aduersariis gerũt, de me mala & indigna fuisset proloquutus, facilius mihi id visum fuisset sustinere & perferre, q̃ ab iis qui se amicos simulãt, aut qui lõga mihi amicitia aut familiaritate fuerunt sociati. 13 Et si aliquis eorum qui apertũ odium contra me demonstrant, mala magna contra me loquatur, si mihi grauiã comminetur, potero eius iram declinare abscondendo & subtrahendo meipsum a facie eius, sicq; ab eo facile mihi cauere poterõ, ne nocumentum accipiam. 14 At verò, quod hanc nunc tribulationẽ contra me suscitãt, huiusmodi mala aduersum me loquitur homo olĩm tam amicus, vt vnus animi esset mecũ, vniũsq; affectus ac sententiã: \* homo cui ita fidebã, vt tuto me illi committerẽ, illiũsq; insequerer consilia, quẽ habui quasi consiliariũ meum, aut etiam ducem itineris mei, homo, inquam, quandam mihi intĩmus & familiarissimus. 15 Qui simul mecum dulcissima ac latissima solet celebrare conuiuia, qui frequenter dulcis mihi cõuiuia fuit, sicut & ego vicissim illi: qui etiã in domo Dei nostri frequẽter perambulauimus, cum magna concordia & iucundo consensu, iuncti lateribus tanquã intimi socii & familiares amici: quod hic, inquam, de quo nihil vnquam finistre suspicari potui, nũc ita aduersum me mala loquitur vel agit, quod nunc mihi hanc excruciat cõturbationẽ, id mihi certe toleratu videtur omnium difficillimum, affligitque vehementissime animum meum, q̃ ab illis potissimum mala suscipiam, a quibus minime expectabam. 16 Digni sunt huiusmodi, super quos ex vltione tua descendat sententiã mortis & condemnationis aternã, atq; vt in infernum absorbeantur viuẽtes: vt manifesta punitione omnes videãt in eis vltionẽ iustitiã tuã, aliis in terrorẽ & exemplum, quomodo Dat han & Abyron, cunctis aspicientibus, in infernum prolapsi atq; demersi sunt. 17 In habitaculis nanq; eorum nihil aliud, q̃ nequitia, astutiã, fraudulentiã, atq; alia mala huiusmodi inueniuntur, & huiusmodi in medio eorũ sunt, hisce pleni sunt, abundãtes in omni malitiã:



18 Ego autem ad Deū clamavi:

\* & dominus saluauit me.

19 Vespere, & mane, & meridie, narrabo & annuntiabo:

\* & exaudiet vocem meam.

20 Redimet in pace animam meā ab his qui appropinquant mihi:

\* quoniam inter multos erant mecum.

21 Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est ante secula.

22 Nō enim est illis cōmutatio, & nō timuerūt Deum: \* extendit manum suā in retribuēdo.

23 Contaminauerunt testamentum eius, diuini: \* & appropinquauit cor illius.

Matt. 25. si sunt ab ira vultus eius:

24 Molliti sunt sermones eius super oleum:

\* ipsi sunt iacula.

25 Lacta super dominū curam tuam: \* & ipse te enutriet \* non dabit in eternum fluctuationem iusto.

26 Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus.

27 Viri sanguinum & dolosi non dimidiabūt dies suos:

\* ego autem sperabo in te domine.

neq; aliud volunt in cogitationibus atque affectionibus cordis sui. 18 Ego verò aduersus illorum execrandam malitiam vnicum habeo remedium, vnicum refugium: videlicet vt clamem ad dominum Deum meum, & ab eo de tanta iniquitatis abundantia poscam auxiliū: \* & non despexit me deprecantem dominus, neq; dimisit confusum, sed benigne & misericorditer me exaudivit. 19 Quandoq; opportunū fuerit, siue mane, siue vespere, siue in ipso diei medio, siue aliās quocunq; opportuno & orationi accommodo tempore, ego narro domino miserā & angustiam meam, annuntiaboq; & proponam illi conditionem necessitatis meā: \* & hoc de illius bonitate cōfido, quod clamantem exaudiet, faciēque omnia quæ postulauero ab eo. 20 Ipse me securum faciet ab oppugnationibus, & in pace cōstituet animam meā, ab his qui me aggrediuntur animo iniquo, vt noceant, ita vt nequaquam illos permittat præualere mihi, & super me acquirere dominationē: \* quoniam ipsi cum multis mihi appropinquant, simul cum multis me aggrediuntur ad nocendum, & inter multos simulq; cum multis mihi se adiungunt, & mihi appropinquant, vt tam facilius, quam crudelius valeant nocere. 21 Exaudiet autem me Deus ad se humiliter clamantē, & humiliabit illos atq; deprimet humiliatione maxima, vsq; in profundū inferni: ipse Deus æternus qui erat ante omnia secula, principū non habens durationis sue, quem admodum neq; finem in omnia secula. 22 Non enim commutatio est illis, de malo in bonū, nolunt commutari, nolunt cōverti, nolunt agere pœnitentiā aut respicere de malis viis suis: sed proficiunt magis in iniquitatibus suis, indies profundius immergi nequitia: & non est timor Dei in eis, quam ob rem & pœnitere nesciunt, aut à malo in bonum cōmutari: \* & quia transferre se nolunt à viis malis, & Deum non habent ante oculos, iccirco iam Deus manū suam extendit, tanquam paratus ad reddendam ultionem, vt retribuatur vindictam & pœnam condignam eorum impœnitentiā, & peruersa atque consummata nequitia. 23 Contaminauerunt namq; ac polluerunt testamentum Dei, eius præcepta præuaticando per inobedienciā: atq; ob hoc proiciuntur à conspectu Dei, & in æternum reprobantur, atque pœnitenti diuidentur ab ira indignationis eius, per sententiā terribilem intonantem, Discedite à me maledicti in ignem æternum: quæ sane sententiā, ab ira indignationis eius proficietur: \* neq; longe adhuc abest hæc ultio, sed appropinquauit ad ultionē cor & cogitatio eius, cogitauit in proximo facere vindictā. 24 Impii illi quo facilius noceant, sermones suos lenes, blandos, atq; molles faciunt, amplius q̄vlum oleū valeat esse molle aut blandum: \* & ipsi tamen sunt quasi sagittæ ac iacula, vt in eis transfigant animas simpliciu. Tanquam acutissima namq; iacula sunt verba dolosa impiorū, quibus vulnerant & perimunt innocios. 25 At tu qui horū cupis malitiā effugere, proiice curā omnem, omnemq; sollicitudinē tuam super dominū Deum tuum, & illi te toto corde, plenissima fiducia totū committas, ac super illum securus innitere: \* ipse enim te fouebit, custodiet & educabit solcite, quasi nutrix puerū, quasi filiū mater: \* & non patietur iustū periclitari imperpetuū, nunquam illū sinet cadere in perditionē. 16 At verò impios illos bonorum perturbatores, tu Deus scelerum ultor & vindex, demerges in lacū perditionis, in puteum abyssi, in profunda inferni, vnde egredi nunquam possint, neq; vllam debeant sperare liberationē. 27 Et quidem in hoc seculo viri homicidæ sanguinescentes; oppressoresq; bonorū frequenter non pertingunt ad dimidium dierum suorum, quo secundum naturalis cōplexionis cursum videbantur posse viuere, sed ante tēpus præmatura morte hinc abripiuntur, comprehensi in iniquitatibus suis, vel gladio, vel alio quolibet mortis genere ante tempus propter impietatem occumbentes. \* In vniuersum quoq; homines peccatores pertingere non valent ad dimidiū dierum quod sibi præstituerunt, & quod sibi vt terminum vite suæ præscribunt. Existimant namq; in æternū se victuros, sic viuentes, quasi nunquam finienda esset vita præsens: & tamē post pauculos annos coguntur abscedere, sicq; conceptos dies ne dimidiant quidem: \* ego verò de tua misericordia cōfidens, in te domino Deo meo semper sperabo, & sub hac tua spe degam securus, donec placitū tibi erit de mundi huius iniquitate educere afflictā pauperulam animā meā.

A Versu secundo, Contristatus sum in exercitatione mea. Exercitationē quidam exponunt meditationem. Alii exponunt probationē, qua exercitantur boni à malis. Vtrinq; expositio- nem in Elucidatione attigimus. Priori tamen magis consonat vocabulum Græcū ἀσκήσια, quod significat contemplationē vel meditationem, siue meditatiōis exercitationē. Et ex Hebræo vertit Hieronymus, Humiliatus sum in meditatione mea. ¶ Versu quarto, & quinto; Cor meū conturbatū est in me. Hæc verba optime in Christum cōpetunt in agonia illa nouissima positū, quando tristis facta est vsq; ad mortem anima eius, quando cœpit pauere & tædere, contristari & mortuus esse, ita vt etiam gutta sanguinei sudoris præ agoniz difficultate in terrā deciderent. Quæ autem sequuntur ver. 6, & 7, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ. Ecce elongaui, fugiens ad Christum latibulum & absconsonē, in deserto referentur, cum de Christo domino voluerimus Psalmum exponere. Saluator enim, propter rabiem persequutionis Iudaicæ, volens persequentiū improbitati ad tempus cedere, legitur subinde secessisse in loca deserta cum discipulis suis: vbi à tēpestate & persequutionis impetu liber agebat, vt columba gemens pro peccatis generis humani, & meditans de perficienda saluatione eius. Quæ verò deinde versu 9, 10, & 11, sequuntur de ciuitate peruersa, ad Hierosolymam videntur referenda, in qua aduersus innocentem dominum plurima celebrabantur quotidiana concilia, in qua avaritia vsque adeo dominabatur, vt etiā principes sacerdotū populum docerent propter avaritiā præcepta Dei humanis traditiunculis postponere, ad avaritiā cōpositis. Illa verò quæ deinde ponuntur versibus 12, 14, & 15, de Iuda proditore commodissime videntur Ioan. 12. intelligi: qui cum procurator esset negotiorū Christi, loculos sibi creditos gestans, eius familiaris coniuua atq; Apollolus, cum eo ambulans & comedens, dolum tamen pessimū machinatus est aduersus optimum præceptorem, cui proinde iustam & condignam mortem denunciat. ¶ Versu 12, Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utiq;. Si ad literam Davidi applicemus Psalmum, apparet ipso tempore quo compositus est, singulare aliquid accidisse Davidi, de amici cuiuspiam aut admodū familiariter noti infidelitate: vt scilicet persequutionē tunc sustinuisse intelligatur ab aliquo, cū quo prius valde familiariter & amice viuebat, quæ aliquando velut à secretis & omnino intimū habuerat. Quæ admodum (exempli gratia) cum Doeg Idumæus qui forsitan Davidi se familiarem exhibuerat, donec ageret in aula Saulis, post eiectionem, aduersus ipsum crudeli accusatione saniebat. Et cum in Absalonis persequutione, Achitophel ipsius consiliarius contra ipsam ipsum coniuuauit. Vnde Chald. Paraph. aperte hoc loco meminit Achitophelis, cū ait, Tu Achitophel, homo secundū ordinem meum, vel similis mihi, præceptor meus, qui me docuisti, & scire fecisti sapientiam. Cum verò Christo domino Psalmus accommodatur, de Iuda pars ista (vt supra diximus) exponitur: qui cum vnus esset ex duodecim familiarissimis Christi conuictoribus, tradidit dominum suum. Iuxta quem modum, in alio Psalmo dicitur, Homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificabit super me supplantationem. Potest & vnusquisque iustus in querimonia hoc trahere, dum considerat non solum ab extraneis & inimicis tribulationē se persequi, verum etiā ab amicis & familiaribus nō esse securum: quod sane vehementer hominē excruciat, nimirum ab iis quos coniunctissimos habere te putas pati calumniam. Modus aut loquendi in his tribus versibus, ex vulgato vsu sumptus videtur. Sic enim loqui solent homines, cum ab iis iniuriā accipiunt, quos minime æquum erat facere iniuriā. ¶ Versu 20, Quoniam inter multos erant mecum. Clarius ex Hebræo vertit Hieronymus, Multi enim fuerunt aduersum me. In quæ fere sensum accipere oportet quod habet vulgata lectio, vt intelligamus, Inter multos fuerunt mecum, ad nocendum mihi, vel cum multis: quasi dicitur, ipsi atq; alii similes complures mecum fuerunt mihi appropinquauerunt, mihi se adiunxerunt, ex aduerso contra me appropinquauerunt, ad nocendum mihi. ¶ Versu 22, Non enim est illis cōmutatio. Exposuimus de cōmutatione in bonum à malitia, quod clarius aliquanto habet versio Hieronymi, Non enim mutantur, & nō timent Deum: hoc est, spes non est mutationis, vt respiciant & agant pœnitentiā, sed in eo quod sunt, obstinati permanēt, id est, in impœnitentiā sua. Apertissime consonat his, quod habet Paraph. Chald. Peccatores nō mutantur à viis suis pessimis, & non timent ab aspectu Dei. ¶ Versu 24, Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Significat verba impiorum lenia, blanda, & maxime mollia esse (sicut oleum blandū est lenē, ac molle) cum tamen maxime sint noxia, & animā perimant, vt venenata, sed melle tincta iacula. Nonnulli in bonā partem interpretantur, ad hūc modum, sermones eius (Dei videlicet) molliti sunt super oleum, id est, molliores sunt oleo, lenes sunt, dulces sunt, iucundi atq; amabiles sunt: attamen ipsi sunt iacula, quibus cōdemnabuntur & perdentur impii, qui inobedientes fuerunt aut increduli sermonibus Dei. Verba enim Dei condemnabunt impios, iuxta quod in Euangelio Saluator ipse ait, Sermo quē loquutus sum vobis, ipse vos iudicabit in nouissimo die. Ioan. 12. Alii sic intelligunt: Sermones Dei, secundum impiorum existimationem, molliores sunt oleo, ita vt nihil formident ab eloquiis Dei: attamen ipsi sunt iacula, quibus perimentur, inq; perditionem cōdemnabuntur. Prima tamen expositio (quam & solā in Elucidatione constituimus) magis consonat lectio Psalterii Romani, Molluerunt sermones suos super oleum, quod manifeste de ipsis impiorum verbis blandiloquis debet intelligi. Similiter quod ex Hebræo vertit Hieronymus, Molliores sermones eius oleo, cum sint lanceæ. Item quod Felix, Leniora fuerunt verba eius super oleū, & ipsa sunt gladii, vel maledictiones, vel prælia, manifeste satis primæ expositioni astipulant: maxime cum in præcedentibus nō nisi de impio faciant hi sermonem. ¶ Versu 25, Lacta super dominum curam tuam, & ipse te enutriet. Psalterium Romanum habet pro cura, cogitatum. Lacta in Deum (in-


quit) cogitatu tuum, estq; eadē vtriusq; lectiōis sentētia: Si quid tibi curę est, si quid cogitas quod perfectum velis, si tibi pro re qualibet sollicitudo est, Deo cōmenda negotiū, & ipse faciet. Cōsonat autē his pulcherrime, quod princeps Apostolorū Petrus, suis in exhortationē pponit, dicēs: Oēm vestram sollicitudinē proicientes in Deū, quoniā ipsi cura est de vobis. ¶ Verū vltimo, Viri sanguinū & dolosi nō dimidiabūt dies suos. In Elucidatione duplicē huius versiculi mōstrauimus intelligentiā. Prior nō habet in omnibus generalē veritatē, cum videamus plerōsq; homines Belial, impios & crudeles pauperū oppressores, vsq; in multam caniciem vitā producere, neq; vel quicquā aduersum perpeti. In multis tamen id verū est, ante tempus occumbere homines sanguinolētos & aliorum oppressores. Plerūq; enim mala morte subito ante tempus maturitatis suę abripiuntur casu aliquo, Deo sic iusto suo iudicio disponente, vt qui alios vita ante tēpus per vim priuare desiderant, ipsi similiter ante tēpus eodē vulnere cadant. Exemplū habemus in Saule, qui optimū Davidē tam obstinato animo vsq; in diem mortis suę nō desit persequi, ad auferendam animā eius. Ipse vero ante tempus sublatus est, in proprio gladio cadens super mōtes Gelboe, pariter cū filiis ac seruis suis. Nam & hos iste vir sanguinū impius secū in hoc pertraxit, vt non dimidiarent dies suos, quo manifestior esset Dei vltio pro sanguine Davidis, quē ille tanta auuiditate quaesierat. David autē in multam senectutē vixit diuino munere: neq; tantum dimidiavit, sed & prorsus compleuit dies vite suę. Possunt similia exēpla plurima ex aliis scripturę locis paruo negotio huc adferri: veruntamē (vt diximus) nō est vniuersalis veritatis hęc prior expositio. Posterior autē altera, vniuersalior est. Omnibus enim impiis, hoc est, cōmune, nō pertingere ad dimidiū dierū atq; tēporum quę sibi p̄stitutaunt, aut quę cōcupiscunt. Optant enim semper viuere, vt semper peccare possint, & sua impia semper adimplere desideria. Et licet secūdū contēplationē cognoscāt plurimi, se nō posse semper viuere, sed debere aliquādo morte deficere: semper tamen diē mortis elongāt à se, & longissimū tempus imaginātur vitę suę, sic quasi longissime adhuc absit tempus mortis eorū, ita vt in multa canicie vix iam de mortis propinquitate valeant cogitare, sicq; ad dimidiū dierum, quos ipsi fomānt, & quibus se victuros putant, nō perueniunt. Cum enim tempus mortis aduenit, tum iudicant nō nisi horulam sese in vita transexisse. Denique sic viuunt homines impii, quibus nō est Deus in oculis, quasi persuasum habeant se imperpetuū victuros, nihil cogitantes neque de mortis necessitate, neq; de diuini iudicii districtione, neq; de terribilibus tormentis quę illos manent in venturo saeculo. Itaq; fit, cum post paululum abcedere coguntur, qui sibi aternitatē modo quodam spondebant, vt recte dicamus, illos non ad dimidiū, imō longe citra dimidiū, ac vix etiā ad principium perduxisse dies suos. At verō homines iusti, in quorū oculis versatur Deus, hi quādo cunq; tandem mortē obierint, semper dies suos compleuerunt: quoniā nulla sibi vitę tempora p̄stingūt, sicq; viuunt semper quasi cras morituri, imō quasi per horas singulas diuino iudicio p̄sentandi: neq; diutius cupiunt viuere, q̄ Deo placitum sit ipsos hinc suscipere. Cupiunt enim dissolui & esse cum Christo, sciētes meliorē se expectare mansionē, adificationē ex Deo nō manufactā (vt ait S. Apostolus) & aternā in caelis. Atq; ita fit, vt quacūq; hora Deus illos euocauerit, ipsi cōpleuissent se reputent dies suos: maxime cum de tempore hoc labili transeant ad stabilem aternitatem.

LV. PSALMI ARGUMENTVM.

**I**n magna persequutione positus fidelis, Deo proponit querimoniam aduersum tribulantes: ipse tamen nequam diffidens propter persequutionē, sed fortiter confidens propter spem Dei. Proponit autem inimicorum suorum malitiam & nimiam nocendi cupiditatem: simul adiungens iustam iniquitatē, eorum vltionem, suamq; iuxta Dei promissum facilem & semper promptam exauditionem: pro qua vicissim, ingratiudinis protestationem, laudis vota auferre pollicetur (quę in sese) liberatori & saluatori suo.

QVINQVAGESIMI QVINTI PSALMI ELUCIDATIO.

**1** Misere mei Deus quoniam conculcauit me homo: \* tota die impugnās tribulauit me.  
**2** Conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduersum me.  
**3** Ab aliuudine diei timebo?  
 \* ego vero in te sperabo.  
**4** In deo laudabo sermones meos: \* in deo spera-



Stende mihi misericordiam tuam Deus, quoniā opprimunt me homines maligni persequutores mei, ac veluti pedibus me conculcauerunt, & quasi inimum p̄cipitium deiecērunt, supra modum me humiliantes & affligentes: \* non cessant persequendo & oppugnando affligere animam meam, iugiterq; cupiunt & querunt nocere mihi. **2** Oppresserunt, & veluti sub calcibus protulerunt me inimici mei iugiter, nō concedentes mihi à molestiis vllam requiem: valde enim multi sunt qui me persequuntur, & infesti sunt mihi. **3** An verō ab alititudine diei ego timebo? nunquid à superbia p̄speritatis saeculi huius, ab aestu persequutionis humanae, quę cōtra me grassatur & saeuit, ego expauescā, & animo deiciar propter eam? \* Nequaquam: sed magis in Deo ponam fiduciā, in quo sperans non confundar, quicūq; tandem & quāto cūque aduersus me insurrexerint aduersarii. **4** In Deo ad laudem proferam sermones meos, verba mea in Deo ad ipsius laudem componam: curabōque in verbis meis laudare dominum Deum meum: \* in ipso quoque spem meam fixi & immobilem constitui, ac proinde non timebo ab vlla humana potestate, non timebo ab omni eo

**A** ui non timebo quid faciat mihi homo.

**5** Tota die verba mea execrabatur aduersum me: \* omnes cogitationes eorum in malum.  
**6** Inhabitabunt & abscondēt: \* ipsi calcaneū meum obseruabunt.

**B** 7 Sicut sustinuerunt animam meam, pro nihilo saluos facies illos: \* & in ira populos cōfringes.

**8** Deus vitam meam annunciaui tibi: \* posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.

**9** Sicut & in promissione tua:

\* & tūc cōuertentur inimici mei retrorsum.

**10** In quacūq; die inuocauero te, ecce cognoui quoniā Deus meus es.

**11** In Deo laudabo verbum, in domino laudabo sermonem:

\* in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.

**D** 12 In me sunt Deus vota tua, quę reddam laudationes tibi.

**13** Quoniam eripuisti animam meam de morte:

\* & pedes meos de laqueo psu:

\* vt placeam coram Deo, in lumine viuētium.

quod potest facere homo: qui nō nisi infirma caro est, & creatura imbecillis atq; paupercula. Scio enim creatorem Deum (qui spiritus est & spiritum pater) potentiorē esse omnibus hominibus, atque ad eū vniuersa creatura sua. Propter quod vnū, hunc habens protectorem, ab omni sum humano timore securus. **5** Iugiter tota die etiā verba mea obseruabant inimici, & cauillabantur atq; execrabantur ea cum non possent inuenire in opere quod reprehēderent aut calumniarentur: \* omnes cogitationes eorum aduersus me erant in malum, nihil aliud cogitabant, nihil meditabantur aliud q̄ me perdere, aut quoquo modo (sue in re, sue in nomine, sue in corpore, sue in anima) nocere. **6** Inhabitabunt mecum, mecumq; cōuerlabuntur, & in abscondito se ponent, vt explorent ad calūniam cuncta verba & opera mea: abscondētq; etiā animum nocendi, simulantes amicitiam: & interim ipsi obseruabunt calcaneum meū, considerabunt opportunitatē nocendi, insidiisq; dispositis captabunt occasionem p̄cipitadi me, supplantandi, atq; perdendi. **7** Tu verō domine, per vltionem iustitię tuę reddes eis mercedē, secundum ea quę ipsi aduersum me patraruēt. Sicut enim ipsi animā meam expectauerunt & obseruauerunt ad auferendam eam, in eque perendum, ita tu pro nulla re salutē dabis illis, nullo pretio redimentur à perditione, nullū persoluerē tibi poterunt pretium redemptionis animę suę, quo à te valeant salutem comparare, aut tuę vltionis euadere sententiā: \* sed in implacabili ira tua populos in suis malitiis obstinatos & perseuerantes in impoenitentia sua cōteres, atq; in aternā perditionem proicies. **8** Ecce ego vitam meā istam quam deo in afflictione & miseria, notam feci tibi cum querimonia: \* & tu fletum lachrymarū mearum non desperxisti neq; abiecasti, sed acceptasti, gratas habuisti & reposuisti eas ante conspectum tuū, quę ego in oratione lachrymans postulauī implenturus in tempore tuo. **9** Sic, inquam, acceptasti lachrymas meas, sicut & erat in promissione tua, quemadmodū promisisti misereri miseris, misericordiā tuam p̄stare postulanti, auxiliūq; opportūnum adferre in tribulationibus: \* ac tunc quidē cum tibi sic placitū erit acceptare orationē meam, inimici mei erubescēt confusi, cogenturq; magna sua confusione à proposito desistere. **10** Ego verō iam frequenti experientia edoctus hoc inueni, hoc didici, & firmissimum habeo, q̄ in quacūq; die te ex affectu cordis inuocauero, tu mox ad sis mihi, vt Deus meus, mox te mihi Deum & optimū dominum ostendis, per facilitatē tuā exauditionis, potēter me liberādo de periculis & angustiis, & quibus ad te clamauero. **11** Et gratiarū actionem, ego in Deo ad laudem proferā, & componam illi verba mea, quibus cum laudem atq; magnificem: ad Deū, inquam, pro laude aptabo & componam sermonē meum, vt in meis sermonibus semper laudetur dominus meus: \* atq; ita in Dei laudibus memetipsum oblectans, & in ipso spem figens, non timebo ab omni nocemento humano, quod mihi poterit obuēnire, sciens fortiorem esse ad saluandum qui mecum est omnipotentem dominum, quā sit ad nocendum quiuis inter homines. **12** In me Deus parata ego habeo vota, quę tibi reddam atque persoluam, nempe laudationes & gratiarum actiones. Hęc enim laudis sacrificia, vt tibi acceptissima sunt super omnia holocaustomata, ita mihi sunt facillima atq; promptissima, vt pote quę in me habeo, & aliunde adferre nō egeo, sed ex memetipso, ex penu grati animi semper valeo depromere. **13** Et merito quidem has laudationes tibi debeo semper persolvere. Tu enim es qui saluasti me, & custodisti vitam meam, animam meam à morte & perditione sempiterna saluasti, ne perderet eam hostis impius: \* & pedes meos custodisti, ne laberentur in profundum peccati & inferni: per tuam gratiā me à peccatis custodiens, & de periculis plurimis tam corporis quā animę fidelissime liberans: \* vt vel tantis beneficiis à te domine prouocatus, merito debeam omni conatu totisque viribus contendere, ad cōplacendum tibi, dignēque & placide conuersandum, in p̄sentia cōspectus tui: idque in lumine sancto spiritus sancti, quod est lumen omnium fidelium tuorum, vera vita ex fidei lumine viuētium: atque ita tandem placere valeam ante conspectum vultus tui, in illo perfecto & plenissimo lumine gloriose tecum viuētium in secula saeculorum, Amen.



**V**ersu tertio, Ab altitudine diei timeo: Videtur hæc pars versus legenda per modū interrogatiōis siue percunctationis, vt intelligatur responsio negatiua, nequaquā timeo: ac deinde, quasi per cōtrariū vehemētiore asseritiōe subiungatur, Imo verō ego in te semper sperabo, propter quod minime formidabo. Possit tamē legi absq; quæstione, ad hūc sensum, Ab altitudine quidē & superbia fastus sæculi, quantū ad meam fragilitatē, ego timeo, conscius propriæ fragilitatis & tenuitatis: attamen qui in meipso timeo, in te domine sperabo, & in spe tua cōfortabor vehementer, quantūcūq; tandē se eleuet altitudo diei. Intelligimus autē per altitudinē diei, superbiam & fastum prosperitatis huius mundi, quæ profecto simplicibus admodū esset formidabilis, si non in illo spei haberent locatam fortitudinem, qui dixit, Confidite, quoniam ego vici mundum.

¶ Versu 4, In Deo laudabo sermones meos. Iuxta sensum, quē in Elucidatione explanauimus, videtur oratio accipi satis impropric. non ita tamen quin conueniens satis atq; probabilis videatur exposita intelligentia. Alii autē sic intelligunt, Laudabo & pbabo sermones meos, qui de Deo fuerint. Alii rursum ita accipiunt, Sermones meos in Deo laudabo, hoc est, si quid loquor boni, nō mihi ipsi ascribā: neq; meipsum pro his laudabo, sed Deū, à quo habeo vt bonū loquar. Sit suum cuique iudicium liberū. Nobis quod in Elucidatione positum est, & proposito & litera aptius quadra re videtur. ¶ Versu 6, Ipsi calcaneum meū obseruabunt. Potest hæc obseruatio calcanei dupliciter intelligi. Primo veluti ad apprehendendū, atq; ita in terram proiciendum, hoc est (vt apertius dicam) ad supplantandū & prorsus humiliandum siue perdendum. Atq; hoc pacto calcaneum obseruant, qui insidias struunt ad supplantationē proximi. Aliter, calcaneum obseruat, qui gressus siue viam cōsiderat innocentis, vt videat quomodo illum cōmodius seducat, & vbi facilius valeat nocere: sicq; idem est calcaneū siue plantam obseruare, quod obseruare vestigia. Ambo autē hi modi in idem secundū rem coincidunt. Nocere enim cupit tam is qui ad supplantandum quærit apprehendere calcaneum, q̄ is qui ad seducendum obseruat vestigia simpliciter gradientis. ¶ Versu nono, Sicut in promissione tua. Videtur hæc particula secundum sententiā coniungenda cum fine versus precedentis, hoc modo: Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, sicut & erat in promissione tua: hoc est, quemadmodū & tu fuisti pollicitus. Quod verō deinde sequitur, Tunc conuertentur inimici mei retrorsum, diuisum legi debet, & quasi per se efficere sententiā. Quæ distinctio, in Psalterio Romano manifeste obseruata cōspicitur. ¶ Versu 10, In quacunq; die inuocauero te, ecce cognoui quoniam Deus meus es. Potest hoc primo sic intelligi, Ecce cognoui, q̄ tu Deus meus sis, in quacunq; die te inuocauero, id est, q̄ vere Deus meus sis, cultos, protector, prouisor, & pater optimus, quotiescūq; & quandocūq; te inuocauero. Vel aliter ad hunc sensum: In quacunq; die te inuocauero, ecce cognoscere me satis, & monstras hoc mihi tuo auxilio, q̄ vere Deus meus sis, Dominūq; ac pater meus. ¶ Versu 12, In me sunt Deus vota tua, quæ reddam tibi. Cōstructio in hoc versu difficilis apparet, propter verborū (vt videtur) perturbatam implicationem: maxime autem propter nomen, laudationes, quod non satis videtur cum cæteris coherere. Proinde hic ordo accipiatur sermonis: In me sunt Deus vota tua, quæ reddam tibi, nempe laudationes: vt dictio laudationes, appositorie iungatur cum nomine, vota tua. Psalteriū autem Romanum hoc loco sic habet, In me sunt Deus vota, quæ reddā, laudationis tibi. Cuius lectiōis sensus satis planus est, In me sunt vota laudatiōis, quæ reddam tibi. Beatus autē Hieronymus, omisso relatiuo sic vertit, In me sunt Deus vota tua, reddam gratiarū actiones tibi. ¶ Versu vltimo, Vt placeam coram Deo in lumine videntium. Ex Hebræo vertit Hieronymus, Vt ambulem coram Deo, atq; ita vertunt & cæteri. Quod magis fauet priori expositioni in Elucidatione posita, quæ de vita presenti loquitur in lumine fidei: q̄ posteriori, quæ de vita futura in lumine gloriæ. Per fidē enim modo ambulamus, dum ad Deum tendimus. Tunc verō magis quiescimus, & (vt ita dicam) ociabimur in eo.

LVI. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salmus iste post magnam tribulationem atq; ab ea factam liberationem videtur fuisse compositus in commemorationem Diuini beneficii, & magnificationem gloriæ Dei. In quo statim post inuocationem de tribulatione, supernum describitur auxilium misericordiæ & veritatis Dei, quibus se de medio catulorum leonum fidelis homo constitetur ereptum. Post hæc, versu 7, in Deum præ nimio gaudio transiliens, breuiter que vno versu commemorata seuitia hostium, rursum in Deum resilit, paratum cor offerens ad cantandas Dei laudes, sequē ipsum ad idem excitans, & musica instrumenta in spiritus eleuatione quasi rationabilia animantia alloquens atq; inuitans, quo laudem personare valeat plenior: vult quoque consiteri & Psalms dicere in omnibus gentibus, propter altissimam eius misericordiam & veritatem, quæ super omnes extenditur: sicq; in dulcissimo ad Deum transitu, canticum iucunditatis terminat: maxima spiritus exultatione.

QUINQVAGESIMISEXTI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Misere mei Deus, misere mei, quoniam in te confidit anima mea.  
2 Et in vmbra alarum tuarum sperabo, donec



isere mei Deus piissime, & misericordiā tuam demonstra mihi, tuę opis maxime indigo: quoniam spem meam in te reposuit, & fiduciam habet in te spiritus meus, tu inter tot tribulationes quibus premor, vnicum es firmamentum fiduciæ meæ. 2 Et sub custodia protectionis tuæ sub alis potentia tuæ fixam habebō fiduciam spei mei, donec finiatur iniquitas & crudelitas persecutorum eorum, & omnium

A transeat iniquitas.

3 Clamabo ad Deū altissimū, Deum qui benefecit mihi.

4 Misit de celo, & liberavit me: \* dedit i opprobriū cōculcātes me.

5 Misit Deus mīam suā & veritatē suā: \* et eripuit animā meā de medio catulorū leonū: \* dormiui cōturbatus.

B

6 Filij hoīm dentes eorū arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus.

7 Exaltare super celos, Deus: et in oēm terram gloria tua.

8 Laqueū parauerūt pedibus meis, & incurua uerunt animā meam.

9 Foderūt ante faciem meam foueā: \* et inciderunt in eam.

10 Paratum cor meum Deus, paratū cor meū: cantabo, & psalmum dicam.

11 Exurge gloria mea: \* exurge psalterium & cithara: \* exurgam diluculo.

12 Cōstebor tibi in populis domine: et psalmū dicam tibi in gentibus.

13 Quoniā magnificata est vsq; ad celos misericordia tua, & vsq; ad nubes veritas tua.

14 Exaltare super celos Deus:

qui querunt malum mihi: sub alis tuis requiescam & latitabo, neque egrediar, donec contra me stare video aduersarios meos: qui si vel modicum à te abscederem, mox me quo vellet abriperent, agerētque mecum pro libito. 3 Sub his autem alis protectionis tuæ positus, clamabo ad te Deum altissimū, in oratione mea pro auxilio & liberatione contra omnes hostes meos: ad te, inquam, piētissimū & liberalissimū benefactorē meum, cuius ego toties expertus sum beneficia. 4 Me autē clamante & inuocante dominum, misit ipse desuper auxilium mihi, & in virtute potentia suā liberavit me ab omnibus inimicorum periculis: \* deditque in opprobrium, & plane confusos effecit eos qui me conculcare volebant, & existimabant prorsus opprimere. 5 Per misericordiā suam & veritatem suā, Deus venit in auxiliū mihi: per misericordiā quidem iniuste patienti cōpatiens, per veritatē autē & iustitiā, iniuste persecutibus irascens: \* sicq; propter misericordiā & veritatem suā eripuit animā meam, & saluauit de hostibus ferocissimis, in modū catulorum leonum, qui me obsidebant per circuitū: \* inter quos etiam dormiui conturbatus, ita vt nullā prae timore habuerim plenam quietem, sed etiam cū timore & conturbatione dormierim, quoties me quieti dedissem. Quomodo enim fieri posset, vt in medio tam rabidissimorum & ferocissimorū hostium, securus absq; conturbatione dormierem? 6 Catuli autem isti leonū quos dico, non illi sunt qui in syluis habitant irrationabiles bestię, sed impii sunt filij hominū qui adeo crudeles sunt, vt videantur dentes eorū arma atq; sagittæ, & lingua acutus gladius, hoc est, prorsus crudelissimi & sauiissimi sunt, maxime cupientes me pauperculum dilaniare, dilacerare & perdere. 7 Tu verō, o Deus, super celorum altitudinem magnificare & glorificare, & gloriam potentia tuæ demonstra in vniuersa terra: fac vt vniuersi inhabitatores eius gloriā tuam & sublimitatem cognoscant, id quod maxime declaras, cum innocentes misericorditer saluas de manibus potentum sæculi iniuste opprimentium, ipsos verō pauperum oppressores iusta sententiā tua mittis in perditionem. 8 Vide domine studiū malitiæ inimicorū meorum, vt sis ad miserendū facilior. Ecce paraauerunt pedibus meis laqueos mortis, insidias struxerūt vt in mortē me capiāt, & detrahere quarunt ad nihilū vitam meā, præcipitare atq; deicere laborant animā meam in mortē. 9 Foderūt ante me foueā, vt incaute inciderē in eā, mortisq; callidas insidias struxerūt & machinati sunt mihi: \* verū diuino iudicio factū est, vt ipsi inciderint in foueā quā fecerāt, vt in mortē ceciderint quā ipsi parauerāt mihi. Siquidem dominus iudex iustissimus, super impios reuoluit malum impietatis suæ. 10 Propter hoc o potētissime Deus, paratū est cor meum, & modis omnibus iterum iterumq; paratū, ad te laudandum, te glorificandū tibi: vt dignū est, per omnia famulandū, cantabo coram te, & laudes dicā tibi, propter maximā gloriam tuā. 11 Exurge mihi alacriter omnis gloria mea, quicquid est in me roboris, quicquid virtutis, quicquid vigoris, quicquid fortitudinis ingenij, memoria, cæterarūq; viriū: exurge mihi, inquit, præopte & alacriter omnis decor meus & gloria, quę intra me existis, siue secundū corpus, siue secundū animā aut spiritū, vt in tota virtute digne psallatur magnificētissimo domino: \* & quo sit laus plenior, etiā instrumentis decātata musicis, accedite huc in manus meas psalterium & cithara: venite, vt in vobis Psalms canam altissimo Domino: \* & ego primo mane, admodum diluculo, exurgā de strato quietis meę, vt in tempore illo quietissimo simul & amoenissimo diuinas laudes cū alacritate valeam decantare, 12 Celebrabo te, laudēmq; tibi dicā in gentibus, Domine: & in omnibus per vniuersum orbē terrarū diffusis nationibus populorum te laudabo in Psalms & canticis. 13 Iustū verō ac rationabile est, vt tibi psallā in omnibus gētibus & nationibus: quoniā misericordiā tuā magnificata, glorificata, & exaltata est vsque ad celos: & veritas tuā vique ad nubes magnificata est, hoc est, vtraque adeo sublimis & excelsa est, vt à nobis cōprehendi nō valeat. Nemo enim sufficit cōprehendere numerū & mensuram magnitudinis misericordiæ & veritatis tuæ. 14 Fac potētissime Deus, vt super celos cognoscatur maiestas tua, fac per ostensionem potentia tuæ cognoscere homines altitudinem gloriæ & sublimitatem altissima maiestatis tuæ, quæ calis



\* & super omnem terram gloria tua.

est altior, & nec calorū amplitudine siue altitudine comprehenditur, sed in immensum superexcedit altius: \* & super omnem terram fac cognosci celsitudinē gloriæ tuæ, & in omnibus finibus orbis terrarum cognoscari & haberi is qui vere es potentissimus Deus ac dominus vniuersæ creaturæ.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LVI.

A Duerte, hunc Psalmū satis cōmode totum exponi posse in persona Christi, de sua liberatione per resurrectionē gratias agentis patri. Potest etiā accipi in persona totius Ecclesiæ, gratias agentis Deo pro sua liberatione de manu dæmonū, hostium ferocissimorum, cuiusq; gloriam magnificari, & nomen sanctificari postulantis. In Elucidatione autem, generalem tantū expositionem dedimus, quæ etiā cuilibet iusto pro suo liberatione Deo gratias agēti cōueniat. ¶ Versu quinto, Misit Deus misericordiā suam & veritatem suam. Dna res sunt (vt ita loquar secundum humanum captum) quæ Deū faciunt miseris de tribulatione clamantibus ferre auxiliū. Misericordia enim facit, vt super iniuste persecutionē patientibus cōmoueantur viscera eius, sicq; ad auxiliū dum accurrat, maxime aduocatus. Deinde, veritas siue iustitia iram Dei excitat in vltionē, contra eos qui iniuste affligunt innoxios, atq; ita vltionē prouocat in illos, liberatis de angustia afflictis. Deinde, veritas siue fidelitas Deū veluti compellit opem ferre poscētibus miseris. Exigit enim veritas, vt seruet quæ est pollicitus. Propter hoc ergo, quia misericordia & veritas Deū mouent ad miserandū clamantibus, secundum nouū quendam loquendi modum hic dicitur misisse Deus misericordiam suā & veritatem, ad liberationē tribulati. Si verò hunc Psalmū applicare maluerimus toti Ecclesiæ, & de salute generis humani accipere præsentē versiculum, intelligemus per misericordiā & veritatē Dei Christum dominū, qui seipsum testatur esse veritatē, & quem Ioannes testatur esse propitiationē pro peccatis totius mundi. Paulus verò, iustitiā & iustificationem nostrā: per quam sane Dei misericordiā & veritatem, genus humanū, vniuersum, ereptum est de medio catulorū leonum, inter quos cōturbati dormiebant, id est, de manu, potestate & societate dæmonū, in quorum medio iacebant in idololatriis & peccatis suis. ¶ Versu nono, Foderunt ante faciem meā foueam. Ante faciem meā, improprie dictum est, pro ante me. Siquidē ante faciem, proprie sonat, ante cōspectum, vel in oculis meis, siue me aspiciente. Quomodo autē volens ponere insidias, eas ponet in oculis meis? Quomodo me aspiciēte fodiet foueā, qui me velit in eā incidere? Nōne magis occulte fodiet? Intelligatur ergo, Foderunt ante me foueā, id est, insidias opportunas posuerūt, in quibus me existimabant cōprehendere. B. Hieronymus vertit, Foderunt ante me foueā. ¶ Versu 12, Confitebor tibi in populis domine, & psalmū dicam tibi in gentibus. Possunt hæc dræ particulæ accipi, vt idem valeant, sicq; propter vehementiā eiusdem sententiæ posita replicatio, id quod frequēter fieri solet. Alii autē malunt diuim intelligere, priorem quidem partem de Iudæis, posteriorem de gentibus. In vtriusq; enim populis cōfessio datur nomini domini, postquā Deo placuit suā gloriam manifestare mundo. Potest autē illud in populis & gentibus, intelligi, inter populos & gentes, vel super populis ac gētibus: quoniā videlicet vbiq; gentium suā misericordiam Deus ostendit. Quod autem in versu sequenti dicitur, Magnificata est vīq; ad cælos misericordia tua, & vsq; ad nubes veritas tua, satis intelligitur ex iis quæ dicta sunt in annotationibus Psalmi 35, circa ver. 5, eiusdē Psalmi, qui fere idem est cū huius penultimo. Sic enim illo in loco admirās exclamat Propheta sanctus, Domine in cælo misericordia tua, & veritas tua vsq; ad nubes. Nolumus autē quæ illo in loco semel dicta sunt iterare denno, ne nimia & superflua prolixitate adferamus properanti lectori molestiā.

LVII. PSALMI ARGUMENTVM.

Psalmus iste qui sequitur, magna & admodum singulari vehementia contra impios iniqua cogitantes, loquentes, & operantes, inuehitur. In quo Propheta velut profundum impietatis & cordium latibula conspiciens, amara vel interrogatione impios aggreditur, inueteratam ab infantia eorum malitiā, atq; in malitia continuum profectum describens: ac deinde etiam obstinationem in impietate, quam pulchre admodum per comparationē aspidis aures suas obturantis, vt nō audiat vocē incantantis, depingit. Atque hæc vsq; ad versum sextum. A quo deinde, impiorum punitionem multiplici comparatione describit, per constructionem leonorum dentium, per aquæ defluxum, per ceræ liquefactionem, per spinarum in ira subitam absorptionem: tandem verbis duobus nouissimis gaudium subiungens, atque profectum bonorum, in punitione impiorum.

QVINQVAGESIMISEPTIMI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Si vere vtrique iustitiam loquimini?

\* recte iudicare filij hominum.

2 Etenim in corde



Os d filii hominū, d impiorū congregatio, an vere quod iustum est loquimini? an vobis vtrique; videmini loqui iustitiam? num iusti & recti vobis videntur sermones vestri? \* & a quo libramine iudicate, diligenter trutinante & expendite, d filii hominū, num (vt interrogo) vere loquamini iustitiam, ne forte vobis ipsis blādientes, malū dicatis bonū, aut bonū malum, id est, iustitiā esse persuadeatis quod vere iniustitia est. 2 Et quomodo hoc vobis persuadere poteritis, q loquamini in-

A iniquitates operamini in terra: \* iniustitias manus vestra concinnant.

3 Alienati sunt peccatores a vulua, errauerunt ab vtero:

\* loquenti sunt falsa.

B 4 Furor illis secundum similitudinem serpentis: \* sicut aspidis surda & obturatis aures suas.

5 Quæ non exaudiet vocem incantantium:

\* & venefici incantantis sapienter.

C 6 Deus cōteret dentes eorum in ore ipsorum: \* molas leonum confringet dominus.

7 Ad nihilum deuenient tanquā aqua decurrens: \* incendit arcum suum donec infirmetur.

D 8 Sicut cera quæ fluit auferentur: \* & supercecidit ignis, & non viderunt solem.

9 Priusquam intelligerent spina: vestra rhamnum: \* sicut viuentes, sic in ira absorbet eos.

10 Latabitur iustus cū viderit vindictam:

\* manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

11 Et dicet homo, si

iustitiā, quādoquidē in corde vestro iniquitates operamini super terram, in cordibus & cogitationibus vestris iniquitatē volentes atq; meditates, quomodo scilicet iniquitatē faciatis cū proximis vestris: \* & ex cordis plenitudine manus vestras ad iniustitiā faciendam componitis, non tantū corde malitiā concipientes, sed meditatā etiā opere sedulo perpetrātes. Quomodo ergo iustitiā loqui poteritis, cū & cor, & manus plena sint impietate? 3 Homines impii in iniquitatibus suis reprobi, alieni facti sunt a Deo, ab eo ipso tēpore quo egressi sunt de vulua matris suæ, a tēpore quo egressi sunt de vtero errauerūt a via iustitiæ: ab infantia sua, per opera praua sese alienauerūt, & extraneos fecerūt a domino: habētes in sese primū ipsam ab origine inditā carnis corruptionē, qua ad omne malū proni facti sunt, deinde, parentū sui similitū malam institutionē & exēpla pessima, quibus corrupti sunt vt tanquā viperarū fierent genimina, atq; ita cū a tate semper proficientes in malitiā, cōtinuō amplius sunt elongati a Deo atq; iustitiā: \* loquenti sunt falsa cōtra proximos suos, mētientes & detrahētes in malum eorū, suis mēdaciis & falsis accusationibus etiā innocētes in mortis discrimē adducētes. 4 Obdurata illorū aduersus bonos iracundia, inueteratāq; & obfirmata inuidia aut indignatio illorū qua contra bonos agitur, est ad modū venenati serpentis, q suū virus quærit in hominē (siue per impetū, siue per insidias) effundere, vt noceat. Sic enim & ipsi modis omnibus crudelitātē iræ suæ cupiūt in innocētes, siue per vim, siue per insidias ostēdere: \* specialiter verò serpētī aspidi cōparantur, qui surdū seipsum facit obturatū aures suas. 5 Qui serpēs ad hoc surdū facit seipsum, & aures obturat, vt nō capiat aures vocē eorum qui per magia incātamenta norūt certis quibusdam carminibus angues ad māluedinē cogere, vt venenū ponāt: \* vt nō exaudiat, inquā, vocē veneficii ac magi, quantumvis sapiētē & sciētē iuxta artē suam faciat incātamenta. Ad hūc nanq; modū & isti in sui furoris veneno obstinati, aures suas obturāt, vt nullis monitionibus quantūlibet dulcibus, nullis exhortationibus quantumvis piis atq; efficaci caciibus, valeāt a pposito malitiæ suæ reuocari, vt venenū furoris sui ponāt, & in māluedinē redigātur. 6 Et quoniā ipsi in sua malitia obstinati permanētes, nullis sese patiūtur modis a pposito reuocari, iccirco istū grauissimā punitiōis feriet illos vltor omnis iniquitatis Deus omnipotēs, sicq; eos grauiter in maxillā percutiet, vt dentes cōfringat, qui sunt in maxillis oris eorū: \* ferocissimorū illorū leonū maxillas vel molares dentes, dētes robustissimos, cōfringet, hoc est, punitione grauissima æternæ dānationis feriet illos (tametsi videant se quā fortissimi) qui est omnipotēs. 7 Dilabētur in nihilū, omni eorum ablata potestate, & omni perente eorū robore, quæadmodū aqua quæ decurrit in terrā, & dilapsa absorbet ab arente terra: \* extendit omnipotens ad vindictā aduersum illos potentiā suā, vt pro remuneratione seu præmio malorū operum, ad summā humiliationē atque afflictionē æternam perducat eos: neq; poterūt euadere in omni virtute sua extantā manū ipsius. 8 Auferentur de terra viuentiū, & in pditionē abibūt, ad modū cere liquefētis a calore ignis nimis. Sic enim & ipsi tabesēt, dissoluentur, & vera perditione cōsumētur, a facie caloris iracundiæ Dei: \* cecidit super eos ignis furoris & iracundiæ Dei, tetigit eos ira Dei, & proiecti sunt in perditionē æternam in tenebras exteriores & sempiternas, vbi imperpetuū non videbunt lumen. 9 Priusquā spina eorū peruenirent & crescerent vsq; ad rhamnum, antequam eorū malitia pōtuit in perfectū excrefcere, antequam iuxta propositū ad plenum affectū perducere potuerunt conceptam malitiā: \* subito de vitā abripit & absorbet illos vltio furoris dei quasi viuos piiciens in infernū: anteq̄ credant ipsi, repēte veniet super eos inexpectata Dei vindicta, quæ illos inopinato rapiet, quasi in tempestate, de medio viuentiū, cōiiciētq; in lacū mortis & inferni. 10 Iustus verò & innocens cū viderit vltionē Dei in impios, ipse afficietur gaudio: partim quidē vt cōgaudēs diuinæ iustitiæ rectitudini, partim verò sua causa, vidēs se Dei misericordia talē dānationē euasisse, in super & de condēnati peccatoris manu liberatū: \* profectū quoque accipiet ex vltione facta in impiū, dum seipsum studebit magis elongare in omni impietate, & in operibus virtutū, quibus solis illa impiorum pœna effugitur, amplius exercitare. 11 Et cum viderint hō-

utique est fructus iusto, utique est Deus iudicans eos in terra,

mines securā impiorum vltionē, dicent ad inuicē, atq; intra seipfos si deliter loquentes, profecto utiq; iustis merces est suā iustitia, profecto utiq; Deus est qui iudiciū facit in terra inter filios hominū, discernēs iustos ab impiis. Nequaquā ita est vt impij existimabāt, nō esse iusto suę iustitię remunerationē, neq; impiū suę impietatis manere vltionem: sed in veritate est vnicuiq; suę merces reposita, quę licet ad tēpus modicū differatur, suo tamen tempore oportune reuelabitur: quemadmodū iam experientia nobis in hac impiorū punitione demonstrat.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LVIII.

Q Vidam ea quę in hoc Psalmo dicuntur de malitia & punitione impiorū, peculiariter applicantur Iudęis in odio Christi obstinatis: alij cōsiliariis impij Saulis. Nos in Elucidatione generalē tenuimus explanationē, neq; ad hos, neq; ad illos restringentes intelligentiā, sic tamen vt liberū sit vnicuiq; referre quo voluerit. ¶ Versu primo, Si vere utiq; iustitiā loquimini recte iudicate filij hominū. Hunc versum secundū accentum diuersimode licet proferre. In Elucidatione siquidē priorem partē secundum interrogationis accentū exposuimus posteriorē verō secundum exhortationē, velut cum increpatione & amaritudine prolata, vt primū proponatur quęstio, moxq; subdatur admonitio, vt de responsione bene deliberēt & diligēt de eo quod interrogatur, sese examinēt. Alii verō totū absq; interrogatione legunt in hunc sensum, Si vos o filij hominum loquimini iustitiā, si ea quę bona sunt loqui nostis, vel naturali lumine vel lege instructi, ne existimetis id vobis esse satis, sed pergite recto iudicio iudicare quę loquimini, vt sic scilicet agere decernatis in opere quomodo sermo vester sonat in ore. Nihil enim pdest ore loqui iustitiā, si cor meditetur, manūsq; operetur in iustitiā. Deinde recto ordine cōsequitur, Atqui vos iniquitates operamini in corde, & manibus cōponitis iniustitias. Rursum & alia potest dari cōmoda sententia talis, O filij hominū, recto ac vero iudicio iudicate, nū verē utiq; loquamini iustitiā, id est, passionibus malis sepositis, recto iudicio apud vos ipsos expendite, an cū & de proximis vestris loquamini quę recta ac iusta sunt, & nō magis quę iniqua, quę impia, quę proximis noxia. Ecce enim iniquitatem cogitat cor vestrū, & manus fitis in iniustitiā: & quomodo poteritis bona loqui, cum sitis mali corde & opere? In hac autē expositione, cōiunctio etenim in versu sequēti posita, proprie accipi poterit, vt causalitater notet, vel occasionē præcedentis admonitionis. Iuxta verō secundā videtur accipiendā magis vt aduersitiatuę significationis, loco sed, siue veruntamen. ¶ Versu 2, Etenim iniquitates in corde operamini. Operari in corde iniquitates nō aliud videtur esse, q̄ corde voluere & meditari, siq; modo quodā velut fabricare iniquitates. Malū enim quod in corde cōcipitur, ac tandē de corde per os vel opus p̄greditur, recte dici potest in corde operari. ¶ Versu 3, Alii nati sunt peccatores a vulua, errauerūt ab vtero. Dnā hęc particula idē valent. Dicuntur autē peccatores alienati a vulua, & ab vtero errātes, quia ab egressu ex vulua & vtero, hoc est, statim ab infantia, semper in malitia proficiētes: quomodo per contrariū, quos a puero virtuti deditos nouimus, dicimus iam inde ab vtero & a vulua quāsiisse dominū. ¶ Versu 4, Sicut aspidis surdā & obturantis aures suas. Ferunt, serpētes carminibus cogi vt virus ponant, & māscescant. Aspidi ergo surdā, id est, obturatā aures suas ne voeē audiat incantatoris (qui illi quidē nihil nocere cupit, sed tantum ex latibulo eā educere, & veneno abiecto in mansuetudinē redigere) cōparat Psalmista homines in malitia obstinatos, qui aures claudūt, nequando educātur de horridis latibulis pessimarum cōscientiarum suarū, nequādo respiciant ad penitentiam, aut posita iniquitate ad virtutē conuertantur: qui scilicet nec internis Dei inspirationibus nec externis honorū exhortationibus, nec vllis cōgruis medijs se patiūt ad virtutē adduci: qui dicūt Deo, Recede a nobis, scientiā viarū tuarum nolumus. Tales sese mōstrabant Iudęi, quando Stephano pleno gratia & fortitudine veritatē ipsis annunciante, cōtinuerunt aures suas, ne audirent verbū salutis: & impetu factō, venenū effuderunt in sapienter incantantē, id est, lapides infantię suę miserūt in virū sanctum, veritatis doctrinā salutarem incantationē illis proponentē. Nemo verō ex hoc putet, magiā siue artem magicā probari a scriptura. Non enim hęc facit magiā mentionē, vt eam cōmendat, sed tantū ad accipiendam aptam proposito comparisonem. Est enim hęc scripturarum vtitata libertas, vt etiam rebus malis & turpib⁹ secundum cōparationem bene vtatur. Ceterū, quod de aspide vulgo adducitur, q̄ ad euadendū incantationē magi, ne audiat incantatoris carmina, alterā aurem terrę adfigit, alteram cauda obturet: si verū esset, nō male, neq; magno negotio secundū mysticam intelligentiam proposito posset accommodari. Non est tamen necesse, ad propositi loci explicationē, rem illam incertam adferri: præcipue, cum ii qui ex professione animalū naturas speciatim descriperunt probati auctores, nihil tale de aspide tradiderint. ¶ Versu 6, Deus cōteret dentes eorum in ore ipsorū. Quomodo per dentū in ore contractionē intelligatur grauis vltio siue percussio, latius diximus in expositione Psalmi tertij, circa versum penultimum, qui sic in Hebræo habetur, Percussisti inimicos meos in maxilla, dentes impiorū confregisti. In secunda autē parte, per molas leonū intellige molares, id est, dentes fortissimos & firmissimos, quibus potissimū molunt ac terunt quod manducāt. Vnde tam Hieronymus q̄ Felix, molares verterunt: quanq̄ possunt per molas intelligi & mādibulā, siue ipsā etiā maxillā, cōtinentes molares dentes. ¶ Versu 7, Intendit arcū suum, donec infirmetur. Clarior esset sententiā, si loco infirmetur, poneretur cōterantur, quemadmodū vertit B. Hieronymus. Intendit enim arcū suum Deus, id est, vltionē dirigit contra impios, donec ad intentionē

Matt. 12.

Iob. 22. Actu. 7.

A & perditionem perducatur eos, pro suis meritis. ¶ Versu 8, Supercedit ignis, & non viderunt Solem. Quidā intelligunt de igne malę cōcupiscentię: quo cadente super impios, & eorū intima occupante, inq; eis acquirente dominū, obscurantur ne videant solē, illum videlicet de quo in lib. Sapien. Sapien. 5. tia dicitur, Sol intelligentię nō est ortus nobis. Atq; ita sensus erit, Deū cęli, vel lumen cęli, lumē spirituale nō viderunt, nō in sese susceperunt, quoniā capaces fieri noluerūt. Nos autē in Elucidatione ignem infernalē sumus interpretati, & solis priuationē, carentiam luminis æterni, & perpetuas tenebras: iuxta quod in Psal. 48. de impio dicitur, Introibit vsq; in progenies patrū suorum & in æternū non videbit lumen. ¶ Versu 9, Priusquā intelligerent spinę vestre rhamnū. Nouo loquendi modo, secundū expositionē in Elucidatione positā, dictum est, Priusquā intelligerēt spinę rhamnū, loco huius, Priusquā experirentur spinę rhamnū, hoc est, Priusquā peruenire possent vsque ad rhamnū, & in rhamnū excrecere, siue ad rhamnū perfectionem pertinere. Inter spinas autem & rhamnos hęc videtur differētia, q̄ spinę teneriores sunt, & licet pro sua acutię pungētis, tamen propter teneritudinē fragiles & facile cōfringibiles, neq; vsque adeo formidabiles. Rhamnū verō rubus est, aculeis acutissimis & admodū duris in rectum extēsis: ferūtq; vnū esse ē generibus sentium asperrimū, ac proinde maxime ad dilacerandū validum. Cōstat ergo, secundū perfectum & imperfectum accipiendā hanc cōparationē spinarum ad rhamnū. Impii enim priusquā perfectam pro suo placito acquirant nocendā potestātē, quasi spinę sunt, pungentes quidē semper, & ab initio quantum valent nocētes: verum priusquā in rhamnos excrecant, Dei iusto iudicio (qui pro bonis semper facit cū tentatione presentū) subito auferuntur de medio viuētū, & quasi viuentes cōiunctum tur ante tempus in barattū mortis: siq; vsq; ad rhamnū mensurā, acutię & duritię peruenire nō permittuntur, ne fiant electis intolerabiles. Hinc & de illa pessima spina (quā proferet in sui cōsummatione sæculū istud nequam, abundante malitia) filio perditionis, Antichristo ex ore domini dictum audiuius, q̄ propter electos succidetur, & priusquā in rhamnū excrecat, subito absorbetur in ira domini: quādo (vt Paulus Apost. ait) interficiet illū dominus Iesus spiritu oris sui, & destruet illustratione aduētus sui. Sic & in dignis fide historiis, diuina dispensatione frequēter euenisse legitur pessimis istis spinis, q̄ cū iam rhamnū fierent proximā, ita vt bonis & electis inciperet fieri intolerabilis eorū crudelitas, succisi sunt & absorpti, priusquā ad extremū pertingerent. Quod autē in secunda parte dicitur, Sicut viuētes, sicut in ira absorbet eos, secundū eum modū accipiendum videtur, quo supra dictū est, Descendant in infernū viuentes: ad significandū videlicet subitam & apertam punitionē: quemadmodū viui leguntur Dathan & Abyron descēdisse in infernū. Inducūt autē alii alias huius loci expositiones, quas propter confusionē vitandā omittimus. Illud autē diligenter notandū, non recte quosdā codices habere, Sicut viuētes, sic in ira absorbet eos: priore loco sicut, posteriore ponēdo sic. Hęc enim variatio dictionis, prorsus turbat rectā intelligentiā: sed legendū est vtrobq; sicut, hoc modo, Sicut viuētes, sicut in ira absorbet eos. Nā & in Gręco vtrobq; eadē dictione ponitur: ὡς καὶ ζῶντες, ὡς καὶ ἐν ὀργῇ. Et B. Hieronymus eadē dictione vertit, Quasi viuētes, quasi in ira, tempestas rapiet eos. ¶ Versu 10, Latibit iustus cum viderit vindictam. Quomodo Deo nō est beneplacitum in morte peccatoris, neq; delectatur ipse in perditione hominum: sic neq; viri iusti, qui Deo conformes esse debent in omnibus, oblectantur in perditione malorū, neq; in ipsa eorum punitione per se gaudiū aut beneplacitum habent. Nō ergo sententia huiusmodi ex versu præsentis accipi debet, quā prima facie se offert, sed ea quę in Elucidatione exposita est, de cōgratulatione & applausu rectitudinis iustitię Dei, simul & de euasione ppria ab horribili illa dānatione, in qua impios illos sub se positos cōspiciunt. ¶ Versu vltimo, Et dicit homo, si utiq; est fructus iusto. Hęc versum in Elucidatione ita explanauimus, vt absq; vlla interrogatione cū assertionē totus pronuncietur: secundū quam expositionē, cōiunctio si improprie accipi debet, vt nō indubitationem aut conditionē aut interrogationē denotet, sed magis assertionē: secundū quem modū ex Hebræo vertit Hierony. mere assertiue, Et dicit homo, verē fructus est iusto, verē est Deus iudicans in terra. Similiter etiā vertit Felix, nec aliud habet Chald. Paraph. Estq; huius lectionis sensus, ac si dicatur, Conspecta hac impiorū vindicta, vulgo dicent, vel vnusquisq; homo apud se dicet, experientia doctus, profecto (vt video) fructus est iusto, & utiq; Deus est iudicans in terra. Cui satis cōsonat quod habet Paraphra. Chald. Et dicent filij hominis, profecto est præmium bonū iusto, profecto est Deus cuius iudicia extenduntur in terra. Alii verō vulgatā nostram lectionē ita distinguūt, vt illud si utiq; est fructus iusto, per modum interrogationis proferant: id verō quod subsequitur, tāquam responsonē adiungant, in hunc sensum, Quæret igitur nunc homo, post dicta hæc omnia, an verē merces sit iustis pro sua iustitia. Indubie sciat, iusto mercedem expectandam suā iustitię: quoniam verē est Deus in terra, iudicans inter bonos & malos, iusto & æquo iudicio. Alii verō totam orationem vno cōtextu sic accipiunt, vt conditionalis vel potius causalis sit enunciatio, ad hęc sensum, Et dicit homo, quoniam utiq; est fructus & merces a Deo, iccirco necesse est Deum esse iudicem impiorum in terra, qui pro iustis contra impios debitam faciat vltionem. Quemadmodum enim piis bona reddit præmia Deus, sic ex aduerso consentaneum est, malis illum reddere mala.

LVIII. PSALMI ARGUMENTVM.

Extitit iudicio claret, hunc Psalmum fuisse a Dauide compositum, postquam Saul missis militibus iussisset custodiri & obsideri domum eius, vt adducerent eum ad interficiendum, quando per artificium Michol uxoris pro Dauide statuam in lecto reponētis, atque ægritudinem viri simulantis, fugauit manus Saul, v. iii



Et militum eius. Vnde totus hic Psalmus magna vehementia in impios & crudeles huiusmodi homicidas inuehitur: nunc ipsorum crudelitatem & impietatem, nunc eorundem punitionem condignam describens. Et primum quidem suam proponens innocentiam, postulat à Deo peculiariter suam liberationem: ac deinde generaliori deprecatione, vniuersarum gentium misericordem visitationem pro omnibus vbiq; terrarum, simili qualem ipse experiebatur malitia oppressis, subiungens deinde per versus plures impiorum multiplicem peruersitatem & condignam retributionem, in laudis proposito, cum gaudio spiritus liberatori domino Psalmum claudit.

QVINQVAGESIMOCTAVI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Eripe me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me libera me.

2 Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris sanguinum salua me.

3 Quia ecce ceperunt animam meam:

\* Irruerunt in me fortes.

4 Neq; iniquitas neque peccatum meum domine: \* sine iniquitate cucurri & direxi.

5 Exurge in occursum meum, & vide: \* & tu domini Deus virtutum, Deus Israel.

6 Itende ad visitandas omnes gentes: \* nō miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

7 Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes: \* & circuibunt ciuitatem.

8 Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum: \* quoniam quis audivit.

9 Et tu domine deridebis eos: \* & ad nihilū deduces omnes gentes.

10 Fortitudinem meā ad te custodiam.



Alua me Deus saluator meus, de manu aduersariorum meorum, & ab iis qui in me saeuissima persecutione insurgunt libera me, vt cordis sui desiderium in me nequeat adimplere, te conatus eorum faciente irritos. 2 Erue me ab operariis iniquitatis, ab hominibus peruersis, qui mala meditantur contra me: & ab omnibus homicidis sanguine innocentem sumentibus, quæretibus mortem meam, saluum me facito, vt non oblectari illos permittas in omnimoda perditione mea. 3 Ecce enim quasi canes rabidi venati sunt, & quasi ceperunt venatione pauperulam animam meam, dum permissione visi sunt acquisisse potestatem super me, ad me afficiendum morte: \* irruerunt super me valenter, impetu magno, potentes aduersarii, tota virtute & potestate sua querentes me perdere. 4 Neq; tamē iniquitas aut peccatum vllum in me est, propter quod me persequi debeant: nō est in me offensa aduersum illos, propter quā cum ratione me valeant persequi: nihil illi nocui neq; quicquā peccaui aduersus illos, quemadmodum tu Deus optime nosti: \* Nam absq; iniquitate viā vitæ huius ego perambulauī cum magna diligentia abstinens ab omni offensa & peccato, & direxi vitā meam in viā innocentiae, vt nō valeant habere aduersarii mei causam rationabilem persecutionis meae. 5 Tu ergo domine, qui optime nosti innocentiam meam, exurge mihi in occursum: surge pro me, & veni ex aduerso, quasi obuius factus mihi, & attende ad me siue ad causam meam, ad ferendam opem iniuste patienti, ad faciendum pro iniuste oppresso iudicium ultionis: \* Et tu o potentissime Deus, exercituum caelestium dominus, qui es Deus Israel populi tui. 6 Intende, quæso te, & cor appone ad visitandos omnes populos per vniuersum orbem terrarum, & quasi iudex vniuersalis attendas ad omnes qui vbiq; locorum ab impiis patiuntur calumnia, & attendens facias pro eis iudicium. Neq; enim solus ego sum qui iniuste patior, sed vbiq; gentium video regnare improbitatē, & bonos à malis iniuste opprimi: propter quod generalē peto fieri in omnibus gentibus visitationē tuam: \* non miserearis, non parcas omnibus qui ex prauitate & malitia animi operantur aduersum bonos iniustitiā, qui proximos & innocētes opprimunt per fraudem & malitiā: sed exerce contra illos ultionem & vindictam tuam. 7 Ipsi fera pœnitentia ducentur, cum aduenerit iudicium eorū, sicq; velut ad vesperam nimium sero conuertentur: & quia nō in tempore opportuno ad veritatē conuersi non sunt, perpetuo famelicī permanebunt, & fame vehementissima ac rabidissima torquebuntur, cuiusmodi est fames canum: \* & nō poterunt intrare in ciuitatem requiei, vbi panis est facietas, sed exclusi erunt ab ea: & clausa ianua, velut per circuitū ambulare, eamq; circuire cogentur, neq; introire poterūt, vt cū bonis cibū sumant: sed foris permanebūt, vt perpetua esurie velut canes rabidi esuriant. 8 Ecce enim nō aliud q̄ iniquitatem & iniustitiā loquuntur in ore suo, & quasi gladiū habent in labiis suis: dum nihil aliud q̄ de nocendo & perdendo, de interficiendo de opprimendo loquūtur aut cogitant: \* idq; faciūt sine timore, tanquam si nemo audiret eorum praua cōsilia, veluti adinuicē dicentes. Quis sciet quæ nos agimus & tractamus? quis videre possit? quis pro hoc nos possit arguere? quasi nō sit Deus, qui cuncta eorū secreta consilia audiat, & reponat in iudiciū. 9 Tu verò domine illorū impios conatus ridebis, & ridiculas facies cogitationes eorū: dū tua potētia, vbi volueris, illorū omnia cōsilia & omnes cogitationes potes nullo negotio infringere: \* tibi pro nihilo est fortitudo atq; potentia omnium populorū, & quasi pro nihilo reputabis, ac velut nihilū superare potes omnes populos, ita vt dissipare possis pro tuo placito cōsilia gentium, & cogitationes populorū reprobare, atq; in nihilum redigere. 10 Et ego ad te serua bo fortitudinem meā, non deficiā viribus, tæcēsi

A \* quia Deus susceptor meus es: \* Deus meus, misericordia eius præueniet me.

11 Deus ostendit mihi super inimicos meos: \* ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi mei.

12 Disperge illos in virtute tua: & depone eos:

B protector meus domine 13 Delictum oris eorū, & sermonem labiorū, ipsorum: \* & comprehendantur in superbia sua.

14 Et de execratione & mēdacio annuntiabuntur in ira cōsummationis, \* & non erunt.

C 15 Et scient, quia Deus dominabitur Iacob, & finium terre.

16 Conuertetur ad vesperam: \* & famem patientur vt canes: \* & circuibunt ciuitatem.

17 Ipsi dispergentur ad manducandum: \* si verò non fuerūt saturati, & murmurabunt.

D 18 Ego autem cantabo fortitudinē tuam: \* & exaltabo mane misericordiam tuam.

19 Quia factus es susceptor meus & refugium meum, in die tribulationis meae.

20 Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es, Deus

ad tēpus duret afflictio: sed fortis & inuictus perstabo in perseverantia virtutis ac fortitudinis meae: \* quoniam scio quòd tu domine susceptor atq; defensor meus es, qui nequaquam me derelinques sed in opportuno tēpore auxilium & salutē adferes: \* Deus meus misericordia tua præueniet me, vt in tēpore opportuno succurrat mihi laboranti, antequā succumbā, antequam deficiam. 11 Non solum autem misericordia tua mihi aderis, præueniēs periculum, verum etiā indicasti mihi de ultione inimicorū meorum, quid facturus sis eis: \* ego tamen oro, ne subito occidas eos, protinus interficias in morte: ne sic per obliuionē & desidiā torpeant populi mei, ne deficiente exercitio negligant, & negligēter agant boni serui tui. Bonum enim est, malorum improbitate exercei seruos tuos, ne mala securitate torpeant, aut negligēter siue obliuiose agāt, sed iniquitatis potius stimulis excitati vigilanter se gerant in operibus tuis. 12 Attamen disperde illos domine, & potestatem eorū disipa, atq; prohibe per fortitudinem tuā: & humilia eos, ac deice à proposito malitiæ suæ, & de potestate sua illos depone, vt non quantum velint valeant nocere, sed quantum tu satis esse nosti, ad salutarem exercitioem & bonū profectum populorum tuorum. 13 Propter delictum oris eorū, & propter sermonē labiorum ipsorum, quoniam per os suum & labia sua non aliud loquuntur, quā impietatem & iniustitiā cōtra proximos suos: quam vt implere nō possint, postulo impediri, & dispergi eos potentia tua: \* superbia & vanitas cordis eorum sit ipsis in confusione, & comprehendat, atque in laqueū inducat eos superbia eorum. 14 Et propter abominationem & mendaciū (quæ operantur) accusabuntur, & tanquam punitione digni numerabuntur in cōsummatione malitiæ suæ, postquam fuerit consummata & matura eorum impietas: \* siue Matt. 25. in sæculi cōsummatione, quando nō amplius cum tritico permittentur zizania, sed separabuntur in caminum ignis: \* annuntiabuntur (inquā) ita in ira cōsummationis, in tempore quo manifestabitur ira iudicis terribilis, ad cōsummationē & perditionem impiorum omnium, electorūque beatā præmiationem: \* ac tunc quidem in perditionē mittentur æternam, & nō erunt vltra in numero viuientium, sed quasi non sint, in morte æterna erunt. 15 Et tūc reip̄a cognoscēt & videbunt, quòd Deus dominetur populi sui, & seruorum suorum faciat iudicium in vniuersa terra: cū viderint hos quidem de malo liberatos, se verò in perditionem æternam coniectos: cum viderint hos ante conspectum Dei in vitā inductos, se verò à vultu Dei in mortem reprobatos: hoc (inquam) modo cognoscēt, quòd vere Deus dominus sit & iudex in terra, qui suo tempore vnicuique iustū adducet iudiciū. 16 Tunc verò sera ducti pœnitentia, intra se dolebunt, & angustia Sapien. 5. stabiabunt præ timore horribili, cum perditionem senserint, dicentes intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes, Ecce quomodo facta sunt nouissima nostra sine honore, & p̄ditio ac mors in portione venerunt nobis: \* & esurie æterna puniētur vt canes rabidi, pro tēporali affluentia qua in hoc sæculo de pauperum rapina fuerint satiati: \* & clausa ianua, ibūt per circuitū ciuitatis sanctorū vbi est copia panis: & nō poterunt intrare in terram fertilitatis, in ciuitatem abundantia, in societatem sanctorum Dei. 17 Dispergentur cum se in die illa cōsummationis egētes inuenerint, & quasi desperati huc illucq; cursitabūt, sicubi valeant inuenire quod comedant volent tūc exire ad emendū panē, & in lampadibus oleum, sed heu sero Matt. 25. nimium: \* & cum viderint se non posse saturari, cum non potuerint cibum vite adipisci, eo quòd nimium sero & inopportuno tēpore quaesierint, loquentur male, & blasphemabunt aduersus iustitiā Dei omnipotentis, qui tale contra ipsos protulerit iudicium. 18 Ego autem simul & omnis iustorum Ecclesia, illis blasphemantibus, cantabimus virtutem fortitudinis tuæ, quam in impiorum punitione potissimum ostēdis: \* & exaltabimus opportuno tēpore, primo diluculo, in tranquillitate cordis & corporis, altissimā misericordiā tuam, quā exhibes potissimum in saluatione sanctorum tuorum. 19 Tu enim factus es defensor noster & refugium nostrū in tempore tribulationis nostræ: tu nos in defensione atq; protectionem suscepisti, vt in tempore tribulationis nos defendas ab insultibus aduersariorum nostrorum. 20 Tibi ego psallam, & laudes cātabo omnibus diebus vitæ meæ, atq;



meus, misericordia mea.

etiam in perpetuis aternitatibus, o potentissime & fidelissime auxiliator meus: tu enim vere defensor meus es, tu (inquam) domine Deus meus, qui es misericordia mea, qui facis mecum pro tuo beneplacito misericordiam.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LVIII.

Totum hunc Psalmum expositores quidam catholici non inconuenienter personam Christi applicant, ad patrem pro Iudaeorum oppressione clamantis, & per resurrectionem de manibus illorum saluari postulantis. Atque hi, punitionem quam in hoc Psalmo describitur, de Iudaeis peculiariter interpretantur, idque satis rationabiliter: quemadmodum in annotationibus consequentibus suo loco monstrabimus. Nos tamen (ut in aliis plerisque Psalmis) totum hunc generali expositione in Elucidatione prosequuti sumus, ut siue personae Christi, siue personae Davidis, siue alii cui libet iusto in tribulatione posito possit applicari. Versu tertio: Quia ecce ceperunt animam meam. In Graeco est ψυχωσα, quod sonat, venati sunt, vel venatione ceperunt, quemadmodum ferre capi solent venatione. Unde lectio beati Augustini habet, venati sunt, loco ceperunt. Beatus vero Hieronymus ex Hebraeo vertit, insidiati sunt. Propter quod in Elucidatione exposuimus venatione ceperunt. Comparantur enim persecutores (propter nimiam importunitatem & crudelitatem venatoribus, qui nullis parcunt laboribus, ut feram valeant comprehendere. Versu quarto: Sine iniquitate cucurri, & direxi. In Elucidatione exposuimus, direxi viam meam. Potest tamen & ad aliorum directionem referri, ut dicat non solum sese abique iniquitate cucurrisse, sed in super alios etiam similiter direxisse, quomodo in alio Psalmo aiebat David: Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te conuertentur. Versu quinto, Et tu domine virtutum, Deus Israel. Manifestum est hanc posteriorem partem versus quinti, debere coniungi secundum sententiam necessitatem, cum initio versus proxime sequentis, hoc modo, Et tu domine virtutum Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes. Circa hanc autem visitationem qua postulat, notandum est, si Christi personam Psalmus accommodaretur, posse eam intelligi de visitatione per Evangelicam praedicationem, & gratiam ac spiritus communicationem: ut Christus quasi per se nimiam malitiam & incredulitatem, qua Iudaeos conspiciebat sibi contradicere, usque ad supplicium crucis, ac post etiam amplius contradicere veritati eidem per Apostolos praedicandae, postulet a patre, ut illis iuxta suam ordinationem relictis in obsequio sua (quandoquidem indignos se facerent) ad gentes conuerteret misericordiam suam, quas vsque tunc videbatur ignorasse, & quasi non gentem reputasse ipsorum vero Iudaeorum, qui ex certa malitia agnita veritati contradicebant, non amplius miseretur, donec in consummatione temporis, ubi intrasset plenitudo gentium, reliquiae Israel quasi ad vespeream salutem fierent. Nam secundum hanc expositionem, admodum recte quadrabit versus septimus. Conuertetur ad vespeream, & famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem, ad conuersionem Iudaeorum circa finem saeculi, postquam plenitudo gentium fuerit ingressa. Siquidem ille in fine temporis ad fidem Christi accessus, recte videtur conuerti ad vespeream nuncupari. Patietur autem famem tunc ut canes, quoniam maxima auiditate quaerent panem fidei & verbi Dei tanto utique auidius, quanto diutius hoc pane caruerunt: & civitatem circuibunt, Ecclesiam sanctam, diligenter in ea panem praedictum a viris fidelibus requirentes, quomodo solet, qui vehementer eluriunt, discurre ad requirendum panem. Ant ista famem in malam partem accipi poterit, ut sit hic sensus totius versus: Conuertentur quidem ipsi Iudaei ad vespeream in consummatione temporis, interim tamen (in ultionem in crudelitatis & impugnationis veritatis) famem patientur maximam & summam egestatem veri panis & salutaris doctrinae: quemadmodum hoc tempore videmus, eos maxima laborare egestate veri panis & vere scientiae Dei, cum nihil eorum qua in sacris literis tenent, recte ut oportet intelligunt, nimirum clauem abiecit, id est, Christo domino (qui est clavis David) abnegato. Civitatem quoque interim circuibunt in ultionem: quoniam per mundum vniuersum incertis vagantur sedibus, tributarii viuentes in dispersionibus suis. Euenit enim eis quod timebant, perdideruntque locum & gentem, dispersi per civitatem, per vniuersam habitabilem terram profugi, & paternis expulsi sedibus, sub captiuitate seruiantes, qui veritatem noluerunt recipere, que sola illos potuisset liberare. Versu nono, Ad nihilum deduces omnes gentes. In Graeco habetur καταλυσεις: quod aliquando sonat ad nihilum deducere, siue (ut ita dicam) annihilare: quemadmodum & in Psalmo. 13. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Aliquando vero accipitur pro nihil facere, vel pro nihilo habere, quemadmodum Psal. 105. dicitur: Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, ubi in Graeco eadem dicitur inuenitur qua hoc loco posita est. Et secundum hunc sensum habet etiam hoc loco Psalterium Romanum: Pro nihilo habebis omnes gentes. Cui lectioni satis consonat, quod ex Hebraeo vertit Hieronymus: Subannabis omnes gentes. Unde & nos in Elucidatione vulgatam nostram lectionem ad hanc potissimum sententiam explicauimus. Versu decimo, Fortitudinem meam ad te custodiam. Hunc versiculum non satis apposite quidam remissionis disciplinae amatores citare solent in confirmationem suae remissionis, quasi ex Prophetae autoritate formidantes, vel vigiliis, vel ieiuniis, vel aliis paulo durioribus corpus affligere, ne forte non ad dominum custodiam suam fortitudinem: non satis attendentes, quod Paulus Apostolus harum rerum optime expertus, de seipso ait, Cum infirmior, tunc fortior sum: & Virtus in infirmitate perficitur. Qui etiam alibi in laboribus, ieiuniis, & vigiliis, supra modum gloriatur, & castigat corpus suum, atque in seruitutem redigit, ne efficiatur reprobus: cum hi interim molles pugnatore, Prophetica ista se voce bene munitos existimant aduersus. Cor. 9. Ius omne quod arctioris videtur seueriorisque disciplinae. Sciendum autem est, Davidi talem sententiam

tiam nunquam neque per somnium venisse in animum, neque vlla ratione hoc illum velle quod illi existimant: sed illud sentit potius, quod explicat Elucidatio, nimirum, velle se ad Deum conseruare spiritus fortitudinem, & nequaquam deficere aut abicere animum, sed expectare potius & sustinere defensorem dominum. Vel per fortitudinem vires omnes siue animae accipiatur, quas vir sanctus domino custodire proponit, quoniam non nisi ad gloriam Dei illis bene uti decernit, cuius esse no-uit quae in ipso sunt omnia. Versu 11. Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, nequando obliuiscantur populi mei. Si ad Iudaeos Christi aduersarios sermo hic referatur, significat Christum dominum sibi ostentam a patre vindictam, quae esset facturus aduersum illos: ipse vero orat, non prorsus occidi, neque prorsus deleri populum Iudaicum: sed vel reliquias remanere, ne penitus in obliuione veniat populus eius, & ne in totum repulsi ac repudiati videatur populi sui, quae olim habuit tam peculiaris: poena tamen dispersionis in omnes gentes, & humiliationis siue depositionis, in priuatione regni, admittit, in versu sequenti dicens, Disperge illos in virtute tua, & depone eos, protector meus domine. Illud quoque breuiter annotandum est, orationem illam, populi mei, ab aliquibus accipi in casu genitiuo, ab aliis vero casu nominatiuo, numero plurali, sicque diuersam iuxta diuersas istas considerationes facere sententiam. Nostra Elucidatio casum accipit nominatiuum, quo casu etiam Felix vertit, & alii plures ex Hebraeo interpretes, numero singulari: Nequando obliuiscatur populus meus. Versu 13. Delictum oris eorum, sermone labiorum ipsorum. Videtur subaudienda praepositio propter, aut similis, hoc sensu: Propter delictum oris eorum, & propter sermone labiorum ipsorum. Cui consonat quod beatus Hieronymus vertit geminata praepositione, dicens: In peccato oris sui, in sermone labiorum suorum. Possent tamen accusatiui isti referri ad verba praecedentia, disperge aut depone, ut sit sensus, Disperge cum illis, simul & depone delictum oris eorum, & sermone labiorum ipsorum: nihil eorum quae illi superbe & impie loquuti sunt, impleatur, sed tua virtute impediatur eorum iniqua decreta. Plalterium vero Romanum per nominatiuum casum habet: Delictum oris eorum, sermo labiorum ipsorum. Quae lectio per subauditionem verbi substantiui perfecti sensum habet. Versu 17. Si verum non fuerint lacurati, & murmurent. Si de Iudaeis hoc exponatur iuxta modum supradicti sensus erit, Iudaeos magna auiditate in consummatione saeculi ad vespeream quaesituros panem doctrinae veritatis, quo tanto iam tempore fraudatur misere infames, ut famelici canes, atque ita auide quaesituros, ut vix possit satiari: ut hoc murmurare, non aliud indicet, quam doloris, si non satisfiat desiderio.

LIX. PSALMI ARGUMENTVM.

Psalmus iste a Davide compositus videtur, post gloriosas illas victorias, quae describuntur. 2. Reg. 8. cap. postquam videlicet percussit & humiliavit Philisthim, frenumque tributum tulit de manu eius. Moab quoque percussit, & sub tributo seruire fecit Syriam, item & filios Ammon: quando etiam reuersus a capta Syria, in valle Salinarum nomen sibi fecit, caesis decem & octo milibus, & in Gebelem ad viginti tria milia: quando etiam vniuersa Idumaea (postis custodiibus & praesidio) Davidis ditioni ad tributum subiugata est. Post has ergo victorias tam mirabiles & tam multas, ipsi Davidi diuinitus praestitas, Psalmum sequentem pro gratiarum actione videtur ce cinisse. In quo Psalmo, ut euidentior fiat magnitudo Diuini beneficii, oppositis ex aduerso iuxta postis, primum inducit pristinam populi derelictionem, in qua nonnunquam Israel dominum venire permiserat sub manus hostium: partim propter peccata eorum, partim propter exercitium & virtutis custodiam: idque facit versibus quinque primis. Dehinc vero regni sui statum gloriosum, qui tanta gentium circumquaque subiectione insignis erat, sequentibus versibus aperit, similitudinibus variis ad subiectionem perfectam designanda: ut res: totamque victoriam omnium summam nouissimis versibus Deo ascribit, in cuius virtute expugnasse se dicit hostium ciuitates munitas: in quo etiam modo (contempta spe humanae fortitudinis) viriliter & fortiter se semper acturum confidit. Quidam vero sanctorum patrum totum hunc Psalmum Ecclesiae accommodare laborant. Quod nos sane libenter sequeremur, si illa quae de partitione Sichime, mensuratione conuallis tabernaculorum, de possessione Galaad, Manasse, & cetera huiusmodi, Psalmo non fuissent ut praecipua in medio inserta. Nam reliqua satis recte ad Ecclesiae tribulationes & postulationem auxilii superni, possent accommodari. Verum illa quae in medio interposita sunt, omnino difficile est (nisi admodum longinqua & difficili expositione, ex ipsa interpretatione ne nominum accepta) aptare Ecclesiae. Nos tamen nequaquam illorum pietati, qui mysticas quaerunt intelligentias, uolumus contradicere: sed sensum eligimus faciliorem, qui & titulo & historiae magis apparet consentaneus. Ut enim in Psalmorum expositione uisio datur, per petuo historis & literae inherere, & non magis spectare spiritum: ita profecto non erit laudandum, sic ubique mystica (quocumque tandem modo) quaerere, ut nunquam historiam aut literalem sententiam putes acceptandam.

SEXAGESIMONONI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Deus, repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis.



Deus, tu nos videbaris abiecisse a te, & dissipaueras nos atque difeceras, iratusque nobis tradideras nos in manus hostium nostrorum, cum olim propter peccata istam aduersum nos iram tuam uoluisses ostendere: at nunc vicissim ad misericordiam rediisti, iam placatus iterum colligere & erigere nos incipies. 2 Commouisti terram, & conturbasti eam: Commoueri olim faciebas terram nostram persecutione & oppugnatione aduersariorum, & vehementer eam conturbasti tumultibus bellorum permixti: ita ut necesse haberet clamare ad te,

2 Commouisti terram, & conturbasti eam:

\* sana contritiones eius, quia commota est.  
 3 Ostendisti populo tuo dura: \* potasti nos vino compunctionis.  
 4 Dedisti metuentibus te significationē, vt fugiant à facie arcus:

Roma. 1.  
 & 2.  
 Psal. 7.

5 Vt liberentur dilecti tui: \* saluum fac dextera tua, & exaudi me

6 Deus loquutus est in sancto suo: \* latabor, & partabor Sichimā: \* & conuallem tabernaculorum metibor.

7 Meus est Galaad, & meus est Manasses, & Ephraim fortiundo capitis mei.

8 Iuda rex meus: \* Moab olla spei meae.

9 In Idumaeam extrēdā calciamētū meū: \* mihi alienigenae subditi sunt.

10 Quis deducet me in ciuitatē munitam? quis deducet me vsque in Idumaeam?

11 Nonne tu Deus, qui repulisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris?

12 Da nobis auxilium de tribulatione: \* quia vana salus hominis.

13 In Deo faciemus virtutem: \* & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

& dicere: \* medere malis istis, & à conturbatione huiusmodi liberam fac terram tuam potentia tua: quoniam verè nimium commota & conturbata est, & agnoscit fortitudinem manus tuae. 3 Dura ostendisti, & ad tolerandum grauiā propolisti populo tuo: permixisti populum tuum grauibz affligi miseris: \* dedisti nobis bibere vinum amaritudinis, potum lachrymarum, tribulationis & angustiae, ad compunctionem & afflictionem animae nostrae. 4 Et in his tribulationibus corporis, aduersitatibusque temporalibus, dedisti seruis tuis te metuentibus veluti signum quoddam & indicium venturae vltionis tuae, vt effugiant arcum illum, quem iam tetendit fortissimus iudex, vt vltionis illius ventura (quae erit absque misericordia) sagittas euadant. Quod enim aduersitatibus & malis temporalibus tu domine populum tuum nunc affligis, idcirco facis, vt eum à malis reuocando salues à ventura districtione nouissima irae tuae, quae parata est in tempore suo reuelari, quemadmodum arcus iam extētus ad sagittas iaciendum paratus est. 5 Vt sic (inquam) à facie arcus liberentur electi serui & amici tui, quos ad salutem tuam praedestinasti ante saecula, & non simul cum reprobis in damnationem inuoluatur: \* salua tu domine populum tuum per omnipotētiā virtutis tuae, & hac in re exaudi me: tu consiliis quibus bonum videtur in occultis tuis, siue per prospera, siue per aduersa, age cum populo tuo: hac tantum vna in re exaudi me, vt dextera tua salues electos tuos. 6 Olim quidem ista quae commemorauimus, dura ac tristia pati fecisti populum tuum. At verò nūc aliud decreuisti, & loquutus es, in sanctuario tuo: \* videlicet quod ego vt rex & princeps populi tui latabor in triumphis victoriae, ex virtute dexterae tuae, contra aduersarios populi tui, & diuidam terram Sichem, tanquam bello partam, populo meo: \* & vallem illam, quae Socho dicitur, id est, tabernaculorum, ego demetiar tanquam meo dominio & iuri subiectam. 7 Populus Galaadites mihi subiectus est, similiter & Manasse: populus autem Ephraim, praecipua & velut capitanea est fortitudo mea, & quasi robur ac virtus capitis, id est, principatus mei, vt pote aliis tribubz potentior: bellicosior & numerosior. 8 Tribus Iudae regnum mihi praestat, in qua & principium fuit regni mei: \* populus Moabitarum est mihi velut olla & lebes oblectationis, vnde haurire possim delicias & oblectationem, eisque libere vt iuxta desiderium. 9 Super filios Edom extendam calciamentum meum, super illos calcabo tanquam perfecta subiectione plenissime subiectos mihi: \* Philistiim, Amalechitae, & alienigenae per circuitum facti sunt tributarii, & subiecti ditioni meae. 10 Et quis est qui me perduxit vsque in ciuitates munitas, vt loca etiam munitissima obtinerem? quis me deduxit in ciuitates Idumaeorum, admodum robustas & populosas, vt eas cogerem sub imperium regni Dei? 11 Quis alius praeter te domine, qui olim videbaris abiectus nos, ac velut prorsus deseruisse absque auxilio: & non volebas cum exercitibus nostris ad pugnam egredi, nolebas pugnare cum exercitibus nostris, nolebas tua praesentia defendere populum tuum pugnantem, sed quasi à praelio absens permisisti vinci exercitum nostrum, & cū eis nolebas egredi ad pugnam, idem ipse nunc respexit nos, & egressus nobiscum dedisti nobis praclaras victorias. 12 Tu itaque domine, semper praesta nobis de tribulatione auxilium: si insurrexerint aduersum nos aduersarii & tribulatores populi tui, succurras tu nobis auxilio tuo: \* vere enim vana est salus, quae expectatur ab homine, & prorsus vanissimum est, auxilium & salutem expectare ab humana potentia, cum tu illam habeas in manu tua. 13 Ex nobis quidem prorsus imbecilles & impotentes sumus, magnum aliquid efficere: sed in tuae virtutis fiducia & auxilio, fortiter agere poterimus magnae virtutis opera, agemusque tua virtute confortati viriliter: \* tu quoque facillime destrues, & absque omni labore, siue molestia ad nihilum deduces omnipotenti fortitudine tua aduersarios nostros, quanticumque tandem siue numero siue fortitudine extiterint: propter quod, in te semper fiducialiter perficere volumus, & tuo sancto cultui semper inhærere, neque abscedere abs te imperpetuum.

**A** Versu primo, Deus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis, Tria illa priora, repulisti, destruxisti, iratus es, simul debent coniungi, tanquam ad idem tempus praeteritū pertinētia: deinde, facta diuisione, subiungi debet quasi oppositū, & misertus es nobis, vt referatur ad tēpus status praesentis, in quo florebat tum Dauid, cum Psalmū hūc caneret. ¶ Versu 2. Sana contritiones eius, quia commota est. Videtur haec deprecatio interposita tanquam pertinēs ad tempus desolationis, & debere subiungi aliquid, quemadmodum in Elucidatione indicauimus. Vnde ex Hebraeo quidam sic vertit, Cura (orabamur) contritiones siue cōfractiones eius, quoniam cōmota vel inclinata est. Aliqui simpliciter intelligunt, nullo verbo subaudito. Prior autem sentētia connexioni magis fauet. ¶ Versu quarto, Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus. Per arcum Dei solet & aliās diuina vltio designari, vt Psalmo septimo, Arcum suum tetēdit, & parauit illū: & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Significatio autē datur metuentibus dominum, vt fugiant à facie arcus, dum dispensatione prouida misericorditer Deus nunc suos electos permittit exercitari, interdū tēporalibus aduersitatibus, vt sic à vitiis cohibeantur, ad quae prona semper est humana infirmitas, potissimum autem in tempore prosperitatis, quando pro voto succedunt omnia: atque etiam si in peccatis sint, vt per afflictionem ad Deum sese cōvertere compellantur, vexatione dante intellectum. Quae de re pulchram admodum posuit exhortationem in qui sanctam Machabaeorum conscripsit historiam, ad legentium consolationem post multa praemissa nimium terribilia, ita scribens, Obsecro autem eos qui hunc librū lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus: sed reputēt ea quae acciderūt, non ad interitum, sed ad correptionē esse generis nostri. Etenim multo tempore non finire peccatoribus ex sentētia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficii est iudiciū. Non enim sicut in aliis nationibus dominus patiēter expectat, vt eas cum iudicii dies aduenerit, in plenitudine peccatorū puniat: ita & in nobis statuit, vt in peccatis nostris in finem deuoluit ita demum in nos vindicet. Propter quod, nunquam quidem à nobis misericordiam suam amouet: corripiens verò in aduersis populum suum, non derelinquet. Ex quibus lectū vtique & ruminatū dignissimis verbis, euadit manifestū, quomodo haec per aduersa tribulatio, significatio quadam est sanctis, fugiendi à facie arcus, atque ad salutem perueniendi. ¶ Versu sexto, Deus loquutus est in sancto suo. Elucidatio interpretatur, In sanctuario suo, in tēplo sancto suo, id est, in calo definitiuit & statuit. Intelligit etiam potest, Deus loquutus est in sanctitate sua: hoc est per suam sanctitatem: quoniam videlicet sancte firmiterque statuit & definitiuit. Alii verò exponunt genere masculino, Deus loquutus est per sanctum suum, videlicet Natham Propheeta, per quem mihi istas victorias praedixit. Expositioni nostrae primae quam in Elucidatione solam ponimus, fauet quod vertit Hieronymus, In sanctuario suo: & Chald. Paraphrasis, Deus loquutus est in domo sanctuarii sui. Felix autem vertit, In sanctitate sua. ¶ Versu octauo, Iuda rex meus, Moab olla spei meae. Idcirco dicit Iudam regem suum, quoniam à Iuda regnum accepit, statim enim post mortem Saulis vnixerunt cum senioribus Iuda in Hebrō, vt regnaret super domū Iuda: super alias tribus regnante Isboseth filio Saul. Nam tum temporis, sola domus Iuda sequebatur Dauid. Valde autem noua & insolita comparatione dicit, Moab esse ollam siue lebetem spei suae, quoniam videlicet Moabitas in plenissimam subiectionem perduxerat. Percutiens enim eos (vt sacra regnorum testatur historia) mensus est funiculo, & coequeauit eos terrae: mensusque est funiculos duos, alterū ad viuificandum, alterum ad occidendum, & factus est Moab seruiens sub tributo. Quia ergo ita plenissima subiectione Moab dederat, exigere tributi quantū volebat poterat ab eis: & cum esset populus potens & abundans valde, quasi ex olla plena haurire pro suo placito libere poterat: quomodo etiam vulgo dicere solent homines, vbi magna est abundantia hauriri illic omnia ex ollis plenis, idque magnis coclearibus. ¶ Versu decimo, Quis deducet me in ciuitatem munitam? Licebit hūc facili intelligentia singulare accipere pro plurali, vt sit quaestio sensus, Quis potens esset, aut erit in ciuitates munitas & fortissimas deducere, & de eis mihi dare victoriam? Quis ad victoriam populi Edom robusti & validi admodum, me perducere poterit, nisi tu Deus, &c? Alii verò singulariter dictum accipiunt, de Rabbath ciuitate regia filiorū Ammon munitissima, ita vt multū negotii praebet Ioab principum militia, antequam expugnare posset eam: in cuius expugnatione etiam Vrias Etheus mortuus est cum plerisque de populo Dauid. ¶ Versu vndecimo, Nonne tu Deus, qui repulisti nos, & non egredieris Deus in virtutibus nostris? Nos in Elucidatione sic interpretati sumus, quasi vnica sit interrogatio. Alii verò quasi duplicem faciunt interrogationē, hoc modo, Nonne tu Deus deduces nos, qui olim nos repulisti: vtique facies. Deinde: & nō egredieris deus in virtutibus nostris: vt iterum subaudiatur noua responsio, vtique egredieris.


LX. PSALMI ARGUMENTVM.

**P** salmus iste oratio est & laudatio totius populi fidelis, Deo liberatori suo cum gratitudine, pro benigna exauditione & potenti liberatione sibi cœlitus praestita, versibus quinque prioribus contentis, ac deinde futurae hereditatis aeternae expectationem, & Messiae regis cum suis electis aeternum regnum commemorantis, veritatem quoque & misericordiam eius admirantis, vota quoque laudis aeternae pollicentis.



PSALMVS

LX. PSALMI ELVCIDATIO.



1 Exaudi Deus deprecationem meam, intende orationi meae.

2 A finibus terrae ad te clamaui: dum anxietur cor meum, in petra exaltasti me.

3 Deduxisti me, quia factus es spes mea: \* turris fortitudinis a facie inimici.

4 Inhabitabo in tabernaculo tuo in saecula: \* protegar in velamento alarum tuarum.

5 Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam: \* dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.

1. Petri. 1. Esai. 64

6 Dies super dies regis adiuces: annos eius vsque in diem generationis & generationis.

Matt. 16. 1. Cor. 15. Psal. 8.

7 Permanet in aeternum in conspectu Dei: \* misericordiam & veritatem eius quis requireret?

Matt. 28.

8 Sic Psalmum dicam nomini tuo in seculum saeculi: vt reddam vota mea de die in diem.

Exaudi Deus deprecationem meam, quam fundo ad te: esto intentus ad orationem meam, illique appone aurem tuam & cor tuum, vt quod postulo, tua benignitate impleas. 2 Ab extremis orbis terrarum supplex clamaui ad te populus tuus, cultor nominis tui: ex omnibus partibus orbis ad te clamat vndique; terrarum serui tui: \* tu vero non defuisti seruis tuis te inuocantibus, sed exaltasti nos in petra, dum a tribulationibus & persecutionibus impietatis anxietur cor nostrum, subduxisti nos, & quasi in altum subleuasti in rupem fortem & validam, in qua ab inimicis securos fecisti nos. 3 Dux nobis fuisti, protector, atque defensor, per periculosissima & multiplici discrimine plena itinera saeculi huius, securos nos deducens atque tutissimos: propterea quod factus sis spes nostra, quoniam in te elegimus ponere fiduciam: \* quasi turris fortis & arx munitissima factus es nobis aduersus inimicos nostros, ita vt te nos protegente, illi nobis nocuenti nihil queant inferre. 4 Non deseret autem te tuam protectionem populus tuus, sed concludet se intra te, & quasi habitationem suam in te firmabit, vt in te tanquam in tabernaculo suo inhabitet in sempiternum: & nunc quidem vt in tabernaculo militum, post vero in aula triumphali quietis aeternae: \* & protegetur, defendeturque: ab omnibus malis populus tuus sub operatione & oblatione alarum suae scapularum tuarum: hoc est, sub protectione omnipotentiae tuae, & sub expansione atque communicatione aeternae bonitatis siue misericordiae tuae. 5 Tu enim Deus noster exaudisti orationem seruorum tuorum, quae de huius mundi angustiis vndique clamatur ad te: \* seruis tuis agnoscentibus & colentibus sanctum nomen tuum, fecisti donationem praecalam hereditatis regni aeterni, & terrae beatae viuientium: quam sane hereditatem incorruptibilem, immarcescibilem, aeternam, conseruatam in caelis, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, tu firmissima atque testatione pollicitus es omnibus timentibus nomen tuum. 6 Ipsi autem regi populi tui, Christo filio tuo (per quem nobis, populo tuo, obtinget haec beata hereditas) dabis annos eternitatis, dabis illi dies super dies, id est, diem eternitatis: faciesque illum coram te in aeternum viuere atque regnare, & annos eius perduces atque extendes vsque in omnes generationes, in omnia saecula saeculorum. 7 In aeternitate stabilis & immutabilis permanet coram Deo patre suo, sedem habens a dextris eius, tanquam is cui pater subiecit omnia sub pedibus & cui dedit omnem potestatem in caelo & in terra: \* quis autem inuestigare possit, & inuestigando pernoscere misericordiam & veritatem eius, quas in populi sui saluatione monstrauit, & quibus opus saluationis huiusmodi potenter est operatus? 8 Pro his autem maximis misericordiae tuae beneficiis, ita nos Psalmos canemus, & laudes dicemus altissimo nomini tuo in aeternum, quando in conspectu tuo astitimus, possessores facti promissae hereditatis nostrae, vt etiam interrim, donec in hac paupercula vita degimus, nunquam cessemus a tuis laudibus, sed iugiter per dies singulos vota nostra reddamus tibi, id est, pia desideria, pias affectiones, pias laudationes, pias gratiarum actiones: quibus dignissimum est nos tantis beneficiis deuinctos, te quantum possumus celebrare, & nunc, & in omnia saecula saeculorum. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LX.

Versu primo, Exaudi Deus deprecationem meam. Aduerte, Psalmum hunc, tametsi exposuimus eum in persona totius populi fidelis siue Ecclesiae, posse tamen absque omni incommodo etiam unicuique iusto singulariter accommodari, idque citra omnem difficultatem, quemadmodum per se quisque facile videt. Versu. 2. A finibus terrae ad te clamaui. In Elucidatione exposuimus in persona Ecclesiae, ex omnibus partibus orbis terrarum. Si autem vni alicui applicetur, rectius tamen exponetur, ab infimo vel extremo terrae, quasi ex imo terrae ad te in altissimis habitatem. Cui consonare videtur, quod vertit Hieronymus, De nouissimo terrae ad te clamaui, Exaltationem autem in petra, de qua fit in altera parte sermo, Elucidatio interpretatur subductionem & ereptionem a periculis, quasi in rupe forti, ad quam non sit accessus inimicis. Per quod intelligitur specialis liberatio ex Dei potentia, per quam iusti a periculis malorum salui euadunt. In verbo autem exaltasti, potest accipi emphasis, vt dicat rupem hanc altiorē se fuisse, ita vt ea non potuisset per se ascendere, hoc est, ad talē salutē se non potuisset suis viribus attingere, nisi per Deum fuisset ad eam exaltatus. Quae emphasis vt cūq; explicat Chald. Paraph. quae sic habet, Cum triste fuerit cor meum, in arce munita, quae constructa est super rupem altiorē me ipso, deduxisti me, Et ex Hebraeo verti potest, In rupē quae ex

SEXAGESIMVS PRIMVS.

121

altatur a me, vel super me: id est, quae altior est, quam vt in ea per me possim cōscendere. Licebit autem per hanc petram, etiam Christum dominum accipere, in quo exaltatur super suos inimicos fidelis populus, ex gratia & virtute Dei ipsum sic magnificatis. Nam & Apostolus petram nouit, & testatur significari Christum, dicēs, Bibebat autem de spiritali cōsequente eos petra, petra autem erat Christus. Versu. 5. Dediisti hereditatem timentibus nomen tuum. Hereditas ista est, de qua in alio loco dicitur, Hereditas eorum in aeternum erit, quam beatus Petrus in corruptam, immarcescibilem, & aeternam dicit, cōseruatam in caelis, paratam reuelari in tēpore nouissimo: quae quidem hereditas ab aeterno disposita & data est omnibus praordinatis ad vitam, & specialiter per mortem & resurrectionem Christi, quasi iterum data est: verum latet adhuc & abscondita est, neque nobis traditur, donec in vita hac degimus. Accepturi autem sumus eam, cū (Deo volente) hinc emigrabimus in sinum ipsius: propter quod, in verbo supra allegato dicebat Petrus, cōseruari eam in caelis, tanquam paratā reuelari in tēpore suo. Et in alio Psalmo dicitur multitudo dulcedinis supernae, quae ad hanc hereditatem pertinet, abscondi timentibus dominum. Donata tamen est eis iam haec hereditas, & est in Dei secretario iam signata donatio, vt reuocari seu prohiberi non possit, quin accipiat ab eis in tēpore suo.

1. Cor. 10. Psal. 36. 1. Petri. 1. Psal. 30.

LXI. PSALMI ARGUMENTVM.

Psalmus iste totus moralis est, in quo seipsum vir iustus ad iustam subiectionem & debitam obedientiam Deo praestandam exhortatur: cum in ipso suum omne bonum agnoscat repositum, aduersariis (qui eum a Deo volunt abstrahere) cum increpatione insultans, suam vero animam aduersus illorum malitiosos conatus fortiter confirmans, propter bonum omne quod a Deo accipit & expectat. Atque haec, vsque ad vers. 8. Hic vero animam suam peculiariter alloqui cessat, exhortatione generali transiens ad vniuersos monens eos, in domino spem ponere, & coram illo cor effundere: nequaquam vero vanis filiis hominum & mendacibus asimulari, neque in iniquitate sperare, neque rapinas concupiscere, neque diuitiis cor apponere proponens in sine Psal. mi, ad terrorem malorum & consolationem bonorum, duo illa quae certissimo nobis sunt ex Dei verbo cognita nepe potentiam Dei, & bonitatem siue misericordiam: secundum quae redditurus est unicuique pro operibus condignam mercedem, vt ob hoc merito & iustus debeat in Deo suo consolari, & impius de sua nequitia pertimescere, siue potius ab ea sese ad Deum conuertere.

SEXAGESIMIPRIMI PSALMI ELVCIDATIO.


1 Nonne Deo subiecta erit anima mea? \* ab ipso enim salutare meum.

2 Nam & ipse Deus meus & salutaris meus, susceptor meus: \* non mouebor amplius.

3 Quousque irruitis in hominem? \* interficitis vniuersi vos: \* tanquam parietem inclinatum & maceriem depulsa.

4 Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere:

\* cucurri in sinu. \* ore suo benedice-



Erte Deo subiecta esse debes, o anima mea, qui te ad imaginem suam nobilem valde creauit, suae felicitatis capacē, corporique cōiunctā, bonis sempiternis deputauit: Deo certe perfectam omnino debes subiectionem, & plenā obedientiam: \* ab ipso namque pendet salus mea, & meum omne bonum ex ipso est: ipse me in suā tutelā suscepit, fidelēque protectorē se praestitutum promisit: propter quod, iustum est, te illi esse subditā. 2 Ipse (inquā) est dominus Deus meus & saluator meus, ex quo tota spes dependet salutis meae, susceptor, defensor, & propugnator meus fidelissimus: \* propter quod nolo ob eo moueri ultra in aeternum, nulla ratione posthac me quisquam amouebit ab obedientia & subiectione eius, nemo me a proposito virtutis auocabit, aut ad mala vitia poterit impellere. 3 Quousque igitur tandē vos hostes mei, pessimi daemones praua suggerētes, mūdus nequā offerēs concupiscibilia, molesta caro ad mala tempore sollicitas: quādiū tandē impetū facietis, & insultus tētionū vestrarū aduersum me cōcitabit? \* quasi cōiuratione facta, pariter ad interficiendū cōcurrētis & collaboratis, vniuersi aduersarii mei: \* quasi cōtra parietē inclinatum ad casum, & contra maceriem iam impulsam minatēque ruinam, Vos enim sic me existimatis, quasi ruinā proximū, tāquā si paries sim aut murus iam casui proximus, atque ob id toto impetu conamini (vt video) me prosternere. Sed frustra omnino laborē impeditis. Sū enim amodo, vt murus gneus & immobilis: non mouebor amplius, cōfirmatus proposito firmissimo in domino Deo meo. 4 Quantūcūque autē ego cōtraluctor & reclamo, illi in hoc absque fatigatione inuigilāt, & sunt ad hoc tempore solliciti, vt precium & honorē meū mihi auferāt: partim quidē, vt honorē illū in quo me Deus cōdidit secundū animae nobilitatē, per peccati scditatē & vilitatē cōculcēt: deinde vt honorē illū, ad quē me Deus exaltare decreuit gloria aeterna, per peccati cōsensum mihi surripiēt. Est enim hic summus aduersariorū meorū conatus, vt priuare me valeāt honore & dignitate in qua me Deus creauit, & ea itē ad quā me idē ipse praedestinauit: \* ego verō illorū vides malitiosum conatū, tanto amplius ad propositū mihi superne vo Philip. 3. cationis brauiū cucurri, magno desiderio maximoque ardore festinaui & sectus sum, vt cōprehendā, nec phibeat aduersariorū malitia: \* &



bāt, & corde suo maledicebant.

5 Veruntamen Deo subiecta esto anima mea: quonia ab ipso patientia mea.

1. Cor. 10

6 Quia ipse Deus meus & saluator meus: adiutor meus:

\* non emigrabo. 7 In Deo salutare meū & gloria mea Deus auxiliū mei, & spes mea in Deo est.

8 Sperate in eo omnis congregatio populi: \* effundite coram illo corda vestra:

\* Deus adiutor noster in eternum.

Roma. 1.

9 Veruntamen vani filij hominum: \* mendaces filij hominum in stateris:

\* vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

10 Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere:

\* diuitia si affluant, nolite cor apponere.

1. Cor. 7

11 Semel loquutus est Deus: \* duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi domine misericordia:

Deut. 31.

\* quia tu reddes vni-

Hest. 13.

Judith. 6

ipsi quo facilius deciperēt, blāda quidē ostentabāt in ore, & propo- nere videbantur placētia, primāq; fronte admodum arridentia: cor autem eorū ad nocēdum erat, & nouissima atq; intima eorū maledi- ctione, execratione, & morte plena erāt. 5 Attamē, o anima mea, quā- tūcunq; hi tumultuētur & insaniāt, tu semper permane firma in obe- diētia & subiectione domini dei tui: i ipso te firma, & plenissima sub- iectione te illi cōsecra. Ita enim futurū est, vt illi prorsus nihil tibi no- cere queant, quātumcūq; machinētur male: \* ab ipso enim erit tibi virtus sustinēdi & præstolandi dominū cum patiētia: ipse tibi dabit vt possis sustinere, & absq; nocumēto euades insultus hostiū. Fidelis enim est ipse, & cū tētatione faciet prouētum, vt possis sustinere. 6 Et quidē ipse est Deus saluator, adiutor, protector atq; defensor meus: i- pse vn⁹ est mihi omnia, ita vt extra ipsum nulla re indigēā, ipse mihi vnus aduersum hostiū mille millia est sufficētissimus: \* ppter quod firmissimo proposito statui nunquam ab eo moueri, nunquam ab eo me separare in eternum, sed in eo semper fixus & stabilis permanere. 7 Neq; verō gratis in ipso permaneo, si fideliter permaneo. In ipso e- nim pariter habeo quę mihi necessaria sunt vniuersa. Siquidē in ipso tota mea salus est, & vniuersa mea gloria: ipse est De⁹ auxiliator me⁹, qui solus mihi potest in tribulatione ferre auxiliū, & spes mea tota in Deo posita est. Ipse enim solus potēs est me saluare, neq; extra ipsum vlla est vera ac solida gloria, & præter eum non est quisquā potens & certus auxiliator. 8 Neq; verō sic illū mihi facio peculiarē, vt ceteros generis mei excludam ab eo: imō verō multo magis ad vniuersos verba faciēs, generali exhortatione omnes populorū cōgregationes absq; exceptione admonēo, vt in ipso spem suā cōstituant: \* & vt cor- da sua prorsus effundāt ante cōspectum eius, cunctos & cogitatus & affectus cordis sui aperietes ante oculos bonitatis eius, imō curas om- nes & solitudinē proiciētēs ante pedes maiestatis ipsius, tāquam coram eo qui possit, & velit cuncta bene adimplere, & omnia in bonū cōuertere: \* securi autē audete, quonia dominus Deus ipse est adiu- tor noster in eternū, ipse est absq; discretione omnū sibi subditorum auxiliator & consolator, neq; est apud eum personarū acceptio, vt hunc quidē adiuuet ac cōsoletur, illū verō minime: sed in omni gen- te & tribu, qui sperat in eo, sentiat bonitatē illius. 9 At verō filij ho- minum qui spem suā non ponunt in domino, sed in gloria & diuitiis sæculi huius, ipsi sunt vani, dum vanitatibus per fiduciam inharēnt: \* mēdaces sunt in stateris suis, mētiuntur absq; rubore, vt se inuicē fraudēt ac decipiant: etiā in iis instrumētis quę ad mēsurandam iusti- tiam communi iure sunt instituta, fraudē facientes, dolosis videlicet vtēs stateris: \* vt sic de vanitate & propter vanitatem, quę eis pro- desse nō potest, decipiant in idipsum, vt pariter se mutuo hic illū, ille hunc fraudēt atq; circumueniāt. 10 Nolite quāso, o filij hominum ita agere, nolite vsque ad o hīce inharere vanitatib⁹, vt propter hoc fraudē vlli hominū, aut dolum faciatis. Nolite in iniquitate spē po- nere, & nolite cōcupiscere quę per iustitiā acquirūtur, per dolum & circumuentionē proximorū: quę admodum faciunt homines avari & rapaces, qui per fas & nefas diuitias congregant: \* Imō & si vltro ac- cedant, affluantq; diuitia, si etiam per iustitiā vobis contingat copia diuitiarū, cauete tamen, ne his rebus cor inharēat, ne affectum in eis collocetis: sed habete tanquā non habentes, & possidete tāquam non possidētēs: sic vt non aliquādo per affectū auaritię excæcati, ad iniu- stitiam, diuitiarum amore declinetis: quę admodum plerisq; contin- git: aut in superbiam & ambitionē ex affectu diuitiarū efferamini, aut quomodo eunq; in obliuionē & neglectum Dei veniat: ne postquam in crassati fueritis, impinguati, & dilatati, obliuiscamini dominū Deū vestrum. 11 Verbum Dei vnum est simplicissimum & firmissimum, semel loquitur, & non repetit iterū, quoniam simplex eius assertio fir- missima & certissima est, nō minus quā si milies idem replicet: \* & ego ex verbo ei⁹ duo hæc didici, & certo cognoui, quōd ipsi cōueniat summa potestas, maximāq; virtus & potētia super omnem creaturā, ita vt eius potestati nemo valeat resistere: neque tamen potestas sola, sed coniuncta etiam summa bonitas & misericordia, ne sola potentia à bonitate separata tyrānis existimetur: \* & per hæc duo, p potesta- tem dico & misericordiā, tu domine omnium iudex, reddes vnicuiq;

A cuique iuxta opera sua.

mercedem iuxta meritum operum suorū: iis qui bene egerunt, vitam æternam, qui verō male, æterni ignis incēdia. Propter quod, vanissi- mū omnino est sperare in iniquitatibus, rapinas cōcupiscere, aut di- uitiis cor apponere, quæ in illo die causa erunt condemnationis suis scitatoribus: omnino autem saluberrimum, sperare in dominō, & in illius obedientia persistere.

Matt. 16. Ioan. 6.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXI.

Versu primo, Nonne Deo subiecta erit anima mea? Hæc interrogatio magnā habet vehemē- tiam: neq; tanquam à dubitatē proponitur, sed tanquam ab eo qui velit fortissimā indicare assertionē, quemadmodum cum dicit filius matri, Nonne ego te diligā, mea charissima ma- ter: Quasi dicat, Nisi te diligā, ero omnium qui viuunt ingratisissimus, & prorsus vita indignus. Ne- mo enim est cui magis, imō cui æque debeam, vt tibi amoris dilectionē. Nos in Elucidatione hanc vehemētā assertionis absq; interrogatione explicare tētauimus, per aduerbiū affirmationis, certe. ¶ Versu. 3. Quousq; irruitis in hominē: interficitis vniuersū vos, tāquam parieti inclinato & macer- iæ depulsā. Hæc inuectio in aduersarios, similis est illi, quod æquali vehemētia in Psalmo dicitur, In domino cōfido, quomodo dicitis animā meā, trāsmigra in montē sicut passer: iuxta expositionē quā p præmōstrauit Elucidatio. Quasi dicat in spiritu vehemēti vir iustus, Frustra conamini, in va- nū laboratis & fatigamini, tētationibus ac malitiosis conatibus mihi insultātes. Nihil enim profi- cietis aduersum me, qui iam firmissimo cordis proposito, Deo meo sum adglutinat⁹, ita vt ab eo se- parari amodo non possim: quę admodum dicebat beatus Apostolus, Quis nos separabit à charitate Christi: tribulatio, an angustia, &c. Et deinceps, Certus sum enim, quia neq; mors, neq; vita, neq; an- geli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; instantia, neque futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neque creatura alia, poterit nos separare à charitate Dei, quę est in Christo Iesu domi- no nostro. Quod autē dicitur in fine versus: Tanquā parieti inclinato, & macer iæ depulsā, ratione cōstructionis facit difficultatē. Non enim prima frōte apparet cui valeat coniungi. Facilius tamen videtur, vt iungatur cum verbo irruitis, altero illo, interficitis vniuersū vos, per modum parēthesis interiecto, sicq; sensus iste habebitur, Quousq; o aduersarij, irruitis in hominē tāquam in parietem inclinātū, & macer iæ depulsā: quasi dicat, An existimatis me esse similem parieti inclinato, & ma- cer iæ iam minātū ruinā, vt ita spē concipiatis, vos facile posse me in terram prosternere? Nam cum parietem iam inclinatum vidēt homines, & velut minitantē ruinam, facile appositis humeris spe- rant posse illū in terrā deiicere, vbi alioqui si rectus & fortis perstaret murus, nihil tale quisquā attē- taret. Similiter & de maceria, quæ iam partim depulsa est, & ad casum tendit. Ad hunc sanē modū & aduersarij nostri, quos vidēt ad casum & lapsum declinātes, per concupiscētię curuitatē hos auda- cius & validius oppugnat, cōcepta spē victorię, donec prorsus incuruēt, & in terram prosternant. Quos verō velut muros validos cōspiciūt, animo forti & inuictō proposito fortiter perstātes in sua rectitudine, hos non ita libētē solēt saltem apertis congressibus oppugnare, veluti pertimescētēs illorū fortitudinē: tamen si fere velut latrunculi per insidias adorianur huiusmodi, per superbā, va- nam gloriā, contentionē, æmulationem, hæresim, atq; id genus alia. Ait ergo vir iustus incēptando aduersarios, An me existimatis velut parietē iam ruinā proximū, aut macer iæ incipientem cō- cidere, vt sic in me irruatis, cōcepta fiducia victorię? Lōge certe aberratis, si ita existimatis. Ego enī in Deo iam stabilitus sum, vt nullo modo à rectitudine mea patiar me dimoueri donec viuā. ¶ Ver- su octauo, Effundite corā illo corda vestra. Videtur idē hic dici quod supra Psalmo. 30. Reuela do- mino viam tuā, & ora eum, & ipse faciet. Et iterū in alio Psalmo, laeta supra dominum curam tuam, vel cogitatum tuū, & ipse te enutriet. Tūc enim cor suum effundit homo coram Deo, quando om- nia cordis secreta, omnes cogitatus, & affectus denudat ante oculos maiestatis Dei, plenissime eius fidei vniuersa cōmittens, & in manus eius cuncta cōmendās: ita vt quicquid hic egerit, ille sit equis- simo & grato animo suscepturus. Qui autē aliquam partē siue cogitationum, siue affectionū suarū celare voluerit ante dominū, quę admodū faciunt illi qui dissimulare volunt peccata, aut excusa- tionū palliis obtgere, itē & qui non omnia sua plena resignatione in manus Dei cōmendāt, hi nō recte effundunt corda sua coram domino: ac proinde eorū merito frequētē cōtingit, vt non conse- quantur auxiliū salutis Dei. ¶ Versu decimo, Diuitia si affluant, nolite cor apponere. Hoc scilicet est, quod docet Paulus Apostolus, Timotheo scribēs, in hunc modum: Diuitibus huius sæculi præ- cepe, nō sublimē sapere, nō sperare in incerto diuitiarū. &c. Apponit autē cor diuitiis (generali ser- mone loquēdo) omnis qui affectu inordinato eis inharēt, ita vt ppter eas vel in superbā eleuetur, vel in contemptū aut neglectum Dei perveniat, vel deniq; aliquid agat eorum quæ saluti officiūt, siue eorū quę salutaria sunt aliquid omittat. ¶ Versu vltimo, Semel loquutus est Deus, duæ hæc audiui. Quod Deus semel dicitur loqui, potest referri vel ad firmitatē & certitudinem asseuerationis, quonia illius verbo simplici non minus q̄ frequentissime iterato, ac multiplicibus, iuramentis fir- mato fides debetur, vel ad vnitatē veritatis verbi Dei. Verbum nanq; Dei vniūsimū est, & sibi prorsus maxime consentaneū, in quo nihil inuenitur repugnās, nihil contrarium. Et cum ita sit vniūsi- mū, duo tamen hæc quæ vidētur repugnātia, docet conuenire Deo: potestiatē scilicet iustitię, & bo- nitatē misericordię, ad reddendum vnicuiq; secūdum opera sua. Omnis enim scriptura, duo ista in Deo coniuncta prædicat, potentiam & bonitatem, iustitiāq; & misericordiam.

Psal. 10.

Roma. 8.

1. Tim. 6.

Qvod huic Psalmo premititur, Psalmus David, cum esset in deserto, siue Idumæe (vt habet vulgati codices) siue Iudæe (vt habent Hebræa) manifeste docet, hunc Psalmum à Davide compositum, cū adhuc in deserto vagaretur, exularétq; à terra Israel, & populo Domini, propter persecutionē Saulis. In hoc enim exilio, & in hac fuga positus, dum corpore abesset ab hereditate domini: nec illi liber daretur in corporale templum aut tabernaculum domini accessus, tanto amplius spiritu se contendit Deo exhibere præsentem: declarans initio Psalmi, quomodo & anima & corpore multipliciter ad Deum vigilat atque sitiit, positus in terra deserta, vnde tamen ad Deum tota spiritus virtute sedulo conscendit, ad contemplandum Dei gloriam, inque ea sese oblectādum: quam etiam labiis laudare, & in vita benedicere, ex corde pleno spiritualis deuotionis adipe, pollicetur in super & noctibus & matutino tempore iugiter de eo meditari. Versibus autem duobus nouissimis, inimicorum suorum condemnationem, suamq; liberationem, fidenti corde, ex Dei auxilio futuram prænuñciat: vnde & se, & seruos omnes Dei fideles, asserit habituros letitiam.

LXII. PSALMI ELUCIDATIO.

1 Deus Deus meus ad te de luce vigilo.



Ide mi domine Deus (qui & generaliter es omnium & peculiariter secundum beneplacitum assumptionis tuæ meus dominus) quando ad tuam bonitatem ferar desiderio, quia prima luce, summo mane ad te vigilo: videlicet de te meditando, ad te suspirando: & modis omnibus in te affectum cordis exercitando sicque me in pressuris mundi huius tuæ bonitatis contemplatione consolando. 2 Anima mea & spiritus ad te ardet ac sitiit, tuā mirum in modū desiderās præsentia: \* atq; etiam corpus hoc meū infirmū & fragile, quod multis iam est obnoxium malis, & corruptionibus ac variis subditū afflictionibus, admodū multis rationibus, vehemēti ad te fertur desiderio, quasi desiderās per te de afflictionibus nimium magnis, nimium multis, nimiumq; diuturnis, inuenire requiē. 3 Ecce ego hic positus in terra deserta & inaccessa, derelictaque, & solitaria, vbi non sunt refocillantes aquæ, ita in sanctitate & iustitia meipsum exhibere studui ante conspectū tuū, vt contemplarer potentia fortitudinis tuæ, & gloria altissimæ maiestatis tuæ: positus in loco isto peregrinationis, in hoc mundo (qui vere desertū est & solitudo, qui ex sese vere consolationis aquas non habet) tamen si corpore peregrinatus fuerim, à te spiritu tamē meipsum contēdi tibi exhibere præsentē, ad contemplationem maiestatis tuæ. 4 Tua nāq; misericordia, qua consolaris eos qui ad te sitiūt, melior, amabilior, & optabilior est, quam vita quæcūq; aut qualiscūq; super terrā, iucundius enim est tuā misericordiam, & bonitatem contemplari, sicq; in ea securū dū spiritu consolari, q̄ sit voluptas omnis, quæ in hac vita quātūmuis etiā secundū speciē felicitatis, possit homini cōtingere: \* quod ego considerās, ex bono corde per labia mea gratias agam altissimæ bonitati tuæ, & laudes cātabo quātas potero. 5 Non solū autem labiis te laudabo, sed corde etiā & animo benedicā tibi, donec vitā, & in tota vita mea, quātus quātus sum, & quantū vtiq; potero: \* & in laude nominis tui, siue in oratione mea, ego extollā ad cælū manus meas, vt sic etiā corporis gestu, & cōgruis ex corde prodeūtib; ceremoniis, ostēdam piā erga te animi mei deuotionē: vt suppleant corporis gestus & membra, quod nō ad plenū iuxta desiderū præualeat animus. 6 Quo sit autē gratius & acceptius tibi sacrificiū laudationum mearum, oro, vt spiritū meū repleas deliciis spiritus tui, bonis charismatibus, & suauibus visitationibus, quæ sunt spiritui meo quasi adeps & pinguedo, quibus pellatur macies ariditatisq; animæ meę: \* vt sic ex abundātia interna deuotionis, ex plenitudine cordis, labiis bene vnctis, labiis gaudiois, laudare te valeā in laude perfecta per os meū: ne forte si spiritui desit pinguedo visitationis tuæ, arefcāt siue marcescāt laudes labiorū meorū. 7 Ita ego media nocte memor fui nominis tui, dū cubarē in strato meo: etiā mane primo cū expergiscerer, statim ad te, & in te direxi meditationem cordis mei, neq; noctu, neq; interdū à primo mane aliud q̄ te cogitās, meditans, aut desiderās: \* neq; verò immerito semper ad te meditator, nō mirū si tu mihi semper sis in animo: quādoquidē solus tu fuisti adiutor meus in omnibus meis tribulationibus: tu auxiliator vnicus, qui haften⁹ me saluasti de angustiis omnibus, quæ admodum & impoſterum te facturū minime ambigo. 8 Et sub protectione scapularum tuarū, sub custodia & defensione potētis

2 Sitiuit in te anima mea: \* quā multipliciter tibi caro mea.

3 In terra deserta inuia & inaquosa sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

4 Quoniam melior est misericordia tua super vitas: \* labia mea laudabunt te.

5 Sic benedicam te in vita mea: \* & in nomine tuo leuabo manus meas.

6 Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: \* & labiis exultationis laudabit os meum.

7 Sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: \* quia fuisti adiutor meus.

8 Et in velamento ala-

A rum tuarum exultabo: \* adhaesit anima mea post te: \* me suscepit dextera tua.

9 Ipsi verò in vanum quiesierunt animā meā: \* introibūt in inferiora terræ: \* tradentur in manus gladij: \* partes vulpium erunt.

10 Rex verò letabitur in Deo: \* laudabuntur omnes qui iurant in eo: \* quia obstructum est os loquentium iniqua.

misericiordiæ tuæ ego gaudebo cū exultatione & tripudio cordis mei in tua fidelī protectione optime securus: \* propter quod, etiā adhaesit tibi spiritus meus, per amorē se tibi adglutinās & cōueniens, & per fiduciam plenam tibi indiuisē affixus: \* potētia enim tua Deus suscepit me in protectionē & defensionē suam, verēq; defendit & protexit me à cunctis hostium insidiis & oppugnationibus. 9 Ipsi verò, te conatus eorū faciente irritos, frustra quæsierūt vitam meam: quoniam quod quæsierunt, te prohibente, non sunt cōsequuti, neq; (spero) cōsequuturi sunt aliquādo: \* insuper & pœnā reportabunt malitiæ suæ, vt in loca mittātur obscura inferni, vt ablegētur ad mansiones infernales, vbi in loco vilissimo & omnium infimo, in sempiternis tenebris degāt atq; pœnis immēsis: \* dabūtur Diuina iustitia in potestate gladij, in pœnā condēnabuntur damnationis æternæ: \* erūt portio vulpiū, proiciētur in partē vulpibus, malignis & callidis demonibus dabūtur vorādī atq; cruciandi imperpetuum, quibus donec vivere super terrā, ad exercendā malitiam, suas cōcesserunt volūtates: vt quib⁹ seipſos subiecerāt in culpa, eidē tuo diuino iudicio tradātur in pœnam. 10 Is autē quem tu regem fieri & consecrari voluisti, dispersis hostibus suis, ex Dei potētia letabitur magnifice in Deo saluatore suo: \* gloriabūtur quoq; omnes qui tibi domino Deo Diuinum tribuēt honorē, & cultum in premium: qui aliud nomē non norunt per quod iurēt, neq; alium dominum in quo iuramētum faciāt cum ita res poposcerit: \* iccirco autē tam rex quā ceteri veri Dei serui letabuntur in Deo, quoniam confusos videbunt impios, quoniam obstructa erunt ora eorum qui solēt loqui impia contra Deū & proximis suos: sicq; partim de vltione Dei, vt cōgratulantē restituti diuine iustitiæ, partim de sua liberatione & salute, vt extra metum omnem positi, magnifice in Deo letabuntur & gloriabūtur in sæcula.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXII.

Versu secundo, Sitiuit in te anima mea, quā multipliciter tibi caro mea. Videtur huic contrariū, quod ait Apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim subinuicem aduersantur. Nā si contraria concupiscunt, quomodo hoc in loco dicitur, & de anima siue spiritu quod concupiscat Deū: atq; item de carne, quod quā multipliciter Deū concupiscat? An non hæc manifeste vidētur repugnātia? Verum sciendū est, quod Paulus ait de cōtrarietate, intelligi debere de carne, secundū prauam illam corruptionē qua in ipsa inhabitat, ipsiq; radicitus inhaeret ex prima vitiosa origine, ratione scilicet fomitis prauī, qui semper ad mala sollicitat, cū spiritus ex aduerso deprecetur ad optima. Hic verò de carne loquitur, vt reformata per exercitiū spiritus, ipsiq; spiritui subiugata: quæ tunc quo maioribus est subiecta miseris, eo amplius pluribus rationibus ad Deū sitiit, qui (iuxta Apostoli vocē) reformaturus est corpus istud humilitatis nostræ: configurādū ipsum corpori claritatis suæ. Cū enim vnaquæque res sitiat, & vehemēter appetat suam perfectionē, quomodo non vehemēter desiderabit misera ista caro (quæ nūc tātis est miseris, infirmitatibus, passionalibusq; subiecta) absolui ab his omnibus molestiis, & ad reformationē illam gloriosam perducī, quæ ipsam manet in præcellenti gloria? Potest verò istud corporis ad Deum desiderū & aliter intelligi, quoniam videlicet in viris perfectis, propter abundantiam & plenitudinē gratiæ spiritualis quæ in anima inhabitat, etiā corpus ipsum ad Deum seruiendū, & peragendū quæ Dei sunt, pròptum sese offert, & quasi exposcit in diuinis sese occupare obsequiis, inq; eis libenter exercitatur & oblectatur. ¶ Versu tertio, in terra deserta, inuia, & inaquosa. Quidā istud ad literā interpretātur de locis desertis in quibus vagabatur David, cum hunc Psalmū cōponeret in persecutione Saulis, Præstat tamē spiritualiter sæculū istud mundi huius intellegere, quod reuera terra deserta aptissime dici potest, & inuia & inaquosa: vbi magna est egestas & raritas nimia bonorū vbi vix inuenitur qui faciat bonū, vbi omnia vanitas sunt, laborq; & afflictio spiritus, vbi via veritatis spinis & tribulis, omnibusq; malis passionibus operta, nō agnoscitur: vbi aquæ munda, aquæ veræ consolationis non reperiuntur, sed tantū cisternæ dissipatæ, quæ non habēt aquas: aut si habēt, immundas, fætidās & sordidas habet, & quibus neq; libitum neque licitum, est bibere iis qui Deum sitiunt. Quod autē dicitur, in sancto, aliqui exponunt in sanctitate, quomodo vertit Felix, & interpretatur nostra Elucidatio. Alii intelligunt, in sacrario, vt sit sensus, in hoc mundo deserto positus, licet absens corpore, spiritu tamē præsens, quasi in sanctuario tuo apparui corā te. Alii intelligūt, in sancto spiritu, vel in sancto desiderio: id est, per sanctū spiritū, vel per sanctum desiderū. ¶ Versu. 4. Melior est misericordia tua super vitas. Clarius exprimit sensum Hieronymus, Melior est misericordia tua, q̄ vitæ. Quāquā autem vitæ numero plurali non multum sit receptum Latinis, propter tamen cōseruandam veritatē sermonis Hebraici, numerum interpretes consulto non mutarunt: quæ admodum & in Psalmo. 50. diximus, in versu illo, Libera me de sanguinibus. In utroque enim horum locorum Hebraica lectio similiter & Græca, numerū pluralē poluerunt. Potest autem

Galat. 5.

Philip. 3.

Psal. 17. Eccle. 1.

Hiere. 2.


in hoc numero plurali accipi emphasis quaedam sententia, vt significetur, meliore esse misericordiam Dei, qualibet, quantumcumq; secundum speciem felici vita huius temporis: quoadmodum in Elucidatione indicauimus. Chal. Paraph. hac misericordiam refert ad tempus futuri saeculi. Sic enim habet, Bona misericordia tua, quam facies iustis in mundo veturo, magis quam vite, quam dedisti impiis in mundo isto. ¶ Versu. 6 Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exultationis laudabit os meum. Quidam Deum laudant labiis, sed non labiis exultationis: magis autem labiis torpētibus & frigidis, quoniam non bene perunt, idq; ex defectu interioris adipis siue pinguedinis: quonia videlicet deest illis pinguedo spiritualis gratia: qua si mentē & affectum impinguarēt spirituali letitia, non ita torpida pateretur esse, neq; adeo macilēta labiorū cātica. Recte ergo vir sanctus primum adipe & pinguedine repleti animā postulat, vt hinc laudē gratam Deo decantet in labiis exultationis. Pro labiis autē exultationis, beatus Hieronymus vertit, labiis laudatibus canet os meum. Alii labiis ouantibus, vel laudabundis. ¶ Versu. 9 Partes vulpium erunt: Quoadmodum boni & iusti in partem veniunt Christo agno & sanctis angelis eius, dum eorum animas secum adducunt in beata gaudia, suis inferēdas ordinibus: ita ex aduerso diabolo & angelis eius veniunt in partē ac possessionē impii, quorum animas ē corpore emigrantes secum arripiunt in profundū baratri. A signat autem alii alias expositiones. Nos ea quam in Elucidatione posuimus contenti sumus. ¶ Versu vltimo, Rex verō letabitur in Deo. Loquitur Dauid de semetipso, quasi de alio, sub persona tertia: si de persona Davidis exponatur. Quod si secundum mysticam intelligētiam accipiamus, poterit quilibet fidelis qui regnum Dei intra se habet, passionibus malis bene imperans, & suas vires omnes recte gubernans, rex appellari: quemadmodum & vere est. Qui verō totum hunc Psalmū in persona Christi exponunt, vt positi in deserto, & ad patrem suum suspirantis ac sitientis, hi regē Messiam in patre letantem intelligunt.

LXIII. PSALMI ARGUMENTVM.

**O** Rat vir iustus hoc Psalmo, contra inimicos: quorum scēuit iam in cupiditate nocendi, & studio strūdārum insidiarum premittebat, subiungit deinceps, quomodo irrita facta sunt Dei virtute machinationes & impia cōsilia illorum: iustus quidem de impiorum crudelitate liberatus, impiis verō pro sua temeritate iusta vltione in terrorē omnium percussis: quod bonis omnibus profunda contemplatione Dei opera cōsiderantibus, materiam praestat gaudii, laudis, & gratiarum actionis, meritōq; prouocat, vt in Deo spem ponant securi.

SEXAGESIMITERTII PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam.
- 2 Protexisti me à cōuentu malignātū: à multitudie operātū iniquitatē.
- 3 Quia exaceruerunt vt gladiū linguas suas: \* in tēderūt arcū rem amarā, vt sagittent in oculis immaculatum.
- 4 Subito sagittabūt eū, & non timebūt: \* firmauerunt sibi sermonem nequam.
- 5 Narrauerūt vt abscederent laqueos: \* dixerūt quis videbit eos?
- 6 Scrutati sunt iniquitates: \* defecerūt scrutantes scrutinio.
- 7 Accedet homo ad cor altum:



Exaudi domine pater deprecationem meam qua oro G ante faciem tuam: libera animam meā à timore aduersariorum qui me persequuntur, & ad mortem requirunt. 2 Protexisti & saluum fecisti me à consilio malignantium aduersum me, & impie contra me machinantium, à multitudine eorum qui cōtra me ad nocendum mihi multo studio magnāq; diligētia operātur impietatem. 3 Ipsi enim ad vehementer nocendum studiose aptauerunt linguas suas, ad eum modum quo solent homines acuire gladios, vt facilius certisq; pugnent in eis, & quasi acutum gladium reddiderunt linguas suas: \* quasi arcum tetenderunt, pro sagittis habentes rem amarā, sermonem amarissimum, verbum odii & nocenti, vt abscondite, & quasi per insidias sagittare queant innocentem: parant sese, vt quibus modis valuerint, noceant bonis. 4 Et vt facilius contra iustitiam sua perficiant consilia, subito & quasi inopinato solent sagittas suas aduersus innocentes dirigere, vt sic non praemeditatum H facilius opprimerent, vel praueuendo obruerent: & non timuerunt neque Deū neq; homines, in hac impietate sua: \* stabili decreto inter sese firmarunt sermonem pessimum, rem pessimā in suis cōsiliis statuerūt, de innocētis videlicet oppressione, cogitantes opprimere & interficere eum, qui mortem nihil cōmeruit. 5 Dixerūt adinnicē, vt insidias ponerēt innocenti, cogitantes & pariter tractātes, quomodo eū dolo tenerēt & occiderēt: \* persuaserūt sibi, & ad mutuo sese confortandū dixerūt: quis videbit nostras insidias? nemo facinus nostrū cognosceret, absq; omni impedimento & rubore voti facile efficiemur compotes. 6 Ipsi profunda inuestigatione & consideratione intima scrutati sunt, & exquisierūt iniqua cōsilia: \* veritāmē defecerunt in adinventionibus suis, non potuerunt praualere in eo quod proposuerunt, & exquisitum nequiterūt iuxta desiderium suum perficere. 7 Homines verō ista vidētes, irritos scilicet fieri conatus & adinventiones astutorum istorum, ingredientur intra sese in secretum cordis vt illic attentius cōsiderēt mirabilem hac in re prouidentia Dei: quaz

- A \* *Exaltabitur Deus.*
- 8 *Sagittae paruulorum facta sunt plaga eorū:*
- \* *Et infirmata sunt cōtra eos lingua eorum.*
- 9 *Cōturbati sunt omnes qui uidebant eos: \* Et timuit omnis homo.*
- B 10 *Et annunciauerunt opera Dei: \* Et facta eius intellexerunt.*
- 11 *Letabitur iustus in domino, & sperabit in eo: \* Et laudabuntur omnes recti corde.*

& suos nouit in tēpore opportuno liberare de angustia, & aduersariorū vires infringere, ne pro libito quantū voluerint noceant: \* & cum ita ad cor profundū intrauerint boni, exaltabitur, magnificabiturq; dominus in cordibus eorū, cum illū tam piū aduertent erga bonos, tā verō iustū & seuerū scelerū vltorē in impios. 8 Plaga & verba eorū quibus scilicet affligere & nocere purabāt nobis, facta sunt quasi paruulorū sagittae: nullā habuerunt potentiam, nullā ad nocendum fortitudinē: quemadmodum sagittae paruulorū in plateis cursitantium, nullam vim inferunt, nullāq; lationem vel homini, vel volucris, sed tantum laborē & fatigationem faciunt paruulis sagittantibus: \* & linguae eorū quibus iustis nocere laborabāt, infirmatae sunt contra eos: malū lingua eorum in ipsos reflexum est, quonia ex verbis suis iudicatur & condemnatur impius. 9 Cōturbatione magna velut attoniti facti sunt omnes qui viderūt eos in se vltionē Dei portantes, & suo conatu frustratos: \* & praē admiracione maxima lubitae mutationis & grauis Dei vltionis, expauerūt omnes homines qui rem considerauerunt attentius. 10 Et annunciauerūt cum laude fideles homines, in aliis videntes Dei vltionē, mirabilia opera Dei, quae tam potenter simul atq; sapienter operator pro liberatione electorū suorum: \* & ipsi alieno malo edocti intellexerūt opera mirabilia altissimi, q; vere sit liberator & protector seruorum suorum, & impiorum terribilis vindex. 11 Letabuntur iusti in domino, hanc impiorum vltionem conspicientes, & firmabuntur in spe sua: adiciētque vt in Domino firmet amplius spem suam: \* & letitia magna exultabunt atq; glorificabūtur omnes qui sibi sunt bene cōscii, in quibus est cor rectum & integrum, nulla curvitate malitiae distortum: gloriabuntur (inquam) in contēplatione misericordiae & iustitiae domini Dei sui.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXIII.

**V**ersu primo, Totum istum Psalmū aptissime sancti patres applicant Christo domino, aduersus quem tantis conatibus, totq; consiliis agentes Iudaei, obstinati in infidelitate & odio, nihil profecerunt. Quorum etiā punitionem omnes populi gentium iam obstupescunt, mirabilem in iudiciis suis Deū glorificant. Nos in Elucidatione expositionem vt cūq; generalem dedimus, vt siue Christo proprie, siue iusto cuiuslibet generali applicatione possit aequaliter cōpetere. ¶ Versu tertio, Intenderunt arcum, rem amarā, vt sagittent in occultis immaculatū. Interiectio accusatiui illius, rem amarā, orationē reddit aliquantulum difficilem. Hoc enim omisso, si tantū diceretur, Intenderunt arcum, vt sagittent in occultis immaculatum, minor esset obscuritas. Fiet autem sententia facilius, si res amara pro amaro verbo accipiatur, sicq; arcū & rem amarā simul iungantur ad idem verbū intenderunt, hoc sensu, Tetenderunt arcum, tetenderunt verbū amarum, quasi sagittam, ad perimendum innoxium. Cui sententiae fauet, quod ex Hebraeo vertit Hieronymus, Tetenderunt sagittam suam, verbū amarissimum, hoc est, Ceu tenso arcū, amara verba pro sagittis emittunt & eiaculantur in innoxios. ¶ Versu septimo, Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Qui non attendunt ad opera Dei, neq; considerant profunda mentis contemplatione mirabilia altissimi, in his non magnificatur, nō exaltatur Dominus. Qui verō ad cor altum, ad cor profundum ingrediuntur, secū diligenter meditantes in omnibus operibus domini, exacta pensulatione secum perpendentes miram illam harmoniā & consonantiam misericordiae & bonitatis Dei in bonorū saluatione, iustitiaeq; ac seueritatis in impiorum condēnatione: hi nimirum Deū magnificant, vt in operibus suis vere magnum, vere mirabilem, in huiusmodi hominū cordibus exaltetur mirabilis Deus. Alii verō praesentē versum de Christo Domino sic exponunt: Accedet homo Christus in passione sua ad cor altum, id est, ad perficiendum secretum & abditissimum patris consiliū, quod cogitatum fuerat, & ab aeterno proposito in secretario Diuinitatis, & exaltabitur Deus: quoniam post passionem apparebit gloria Domini in mundi redemptione, generisq; humani saluatione, & tyranni diaboli potenti deiectione. Iuxta illud quod apud Ioannē ex ore suo Dominus pronunciat, dicens: Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Et rursus, Cū exaltaueris filium hominis, tunc cognosceris quia ego sum. ¶ Versu 8, Sagittae paruulorum facta sunt plaga eorum. In Elucidatione hunc versum ita sumus interpretati, vt conuerso sermonis ordine nominatiuus posterior plaga eorum intelligatur suppositum verbi: prior autem sagittae paruulorū, regatur à posteriori parte, ex vi verbi substantiui, ad hunc sensum. Plaga eorū facta sunt sagittae paruulorum, secundum quē ordinem plaga impiorum dicuntur, non quas ipsi accipiunt, sed quas inferre aliis conantur. Veruntamen etiam si ordinem sequamur, quem habet litera, nihilominus cōmoda habebitur intelligentia talis, sagittae paruulorum, id est, humilium atq; simplicium (vt potē Apostolorum discipulorumque Domini, ac similiarum eorum sequentium) praedicationes; quas velut sagittas acutas emisserunt, facta sunt plaga impiorum, potentum saeculi. His enim sagittis Apostolorum, vulnerati sunt & intersecti daemones, estque ad nihilum redacta potestas eorum: vulnerati sunt scribae & Pharisaei, potentes ac sapientes mundi, quando cruciati sunt inuidia, liuor



re ac dolore, videntes impleri contraria iis qua ipsi volebant, videntes Dei & Christi gloriam efful- gere, quam conabantur viribus totis opprimere.

LXIII. PSALMI ARGVMENTVM.

Psalmus iste secundum mysticam intelligentiam expositus, pulchre admodum describit felicitatem tem- poris nouae legis, & anni gratiae fecunditatem. In quo primum Dei bonitatem nunquam satis laudabilem considerans, & ex aduerso humanam iniquitatem considerans populus Dei, orationem fundit illi quem decet semper laudatio: felicitatem obiter commemorans illorum, quos iam assumpsit sibi dominus in atriis suis: ad qua licet corpore absens, spiritu tamen iam aspirat, exaudiri postulans ab eo qui summa montium simul & profunda marium in potestate habet. Atq; haec septem primis versibus. Dehinc vero ad describendum felicitatem temporis gratiae procedit, asserens, omnes populos ortus & occasus a signis mirabilibus conturbandos, atq; etiam letificandos, propter Dei singularem visitationem, qua in tempore gratiae dignabitur visitare populum suum, & Ecclesiam suam spiritualibus bonis omnibus ditare: quae beneficia, populo fideli magnae erunt laudis materia, vt clamantes hymnum dicant munificentissimo suo Domino.

SEXAGESIMIQUARTI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Te decet hymnus Deus in Sion:

\* & tibi reddetur votum in Hierusalem.

Actu. 10. 2 Exaudi orationem meam:

Rom. 14. 2. Cor. 5. \* ad te omnis caro veniet.

Iacobi. 1. Iacobi. 3. 3 Verba iniquorum praeualuerunt super nos:

\* & impietatibus nostris tu propitiaberis.

4 Beatus quem elegisti, & assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis.

Psal. 16. 5 Replebimur in bonis domus tuae:

\* sanctum est templum tuum, mirabile in equitate.

Apoc. 21. rate.

6 Exaudi nos Deus salutaris noster:

\* spes omnium finium terra, & in mari longe.

7 preparans montes in virtute tua accinctus potentia:

\* qui conturbas profundum maris, sonum fluminum eius.



Deus summe & optime laudatio decet in Sion, tibi Equum est auferri laudis cantica in Ecclesia fidelium tuorum, dignus es cui laudem canat populus tuus: & in superna Hierusalem vota reddent tibi beati incolae ciuitatis illius, plenam cordis sui deuotionem reddent tibi in laudatione perpetua, & incessabili voce cantici. 2 Exaudi Deus orationem quam ad te fundit populus tuus, hic in carnis adhuc miseria positus, & praesta qua petimus dona gratiarum tuarum: \* tu enim es iudex, omnium habens potestatem, cuius vultui omnis caro presentabitur, ante cuius tribunal omnis homo viuens in carne manifestabitur, vt referat vnusquisq; prout gessit in corpore, siue bonum siue malum. 3 Verba impiorum male permixta praeualere nobis, suggestionibus malis consensum dedimus, partim ignorantia decepti, partim concupiscentia propria abstracti & illecti, sicq; in multis te laudabile dominum offendimus: \* tu vero es cui soli competit propitiari iniquitatibus nostris, qui solus tam potens es vt valeas peccata dimittere, tam insuper bonum vt velis, quotiescunq; misericordia poenitentem pollicemur. Propter quod, tuae bonitatem contemplantibus, nostram ex aduerso impietate considerantes, merito ad te clamamus, exaudiri postulantes. 4 Illi vero beati sunt, quos tu ab aeterno praedestinos elegisti tibi in filios adoptionis & regni tui, quosq; iam assumpsisti ex huius seculi miseriis & infirmitatibus carnis, ad felicitatem regni tui, & in tuam perpetua familiaritate tibi iam associasti, vt amodo securi inhabitent in aula illa amplissima & speciosissima caelestis regni tui: quos (inquam) ad hanc felicitatem iam euocasti ex aruinis corporis huius, merito nos dicimus beatos. 5 Illic enim abundantia erit & perfecta satisfactio omnibus incolis beatae hereditatis illius, ibi & nos cum illis qui priores assumpti sunt, pariter satiabimur in plenitudine bonorum, quae praestabis nobis in ostensione gloriae & aspectu vultus tui: \* prorsus mundum & sanctum est hoc gloriosum templum tuum, in quo cum tuis beatis perpetuo inhabitabis, & est in iustitia, munditia, & puritate admirabile, ita vt, sanctius, mundius, purius, immaculatus nihil valeat excogitari, adeo vt nihil coinquinatum in eam valeat introire, nihilq; vel minima ex parte immundum in ea possit inueniri. 6 Et hoc proinde qui adhuc in periculis versamur corporis huius, multis quotidie delictis obnoxii, absq; cessatione te precamur, piissime Deus saluator noster, vt nostris impietatibus iugiter propitium te exhibeas, & peccata demittas debitoribus: ne forte impedimento fiant nobis pertingendi ad sanctum illud templum tuum: \* tu, inquam, saluator noster, qui es spes & fiducia omnium inhabitantium super vniuersam terram, in omnibus finibus eius, atq; etiam in extremis maris in nouissimis insulis procul a terra distantibus. 7 Tu qui in fortitudine virtutis tuae montes eleuas in altitudinem suam, eosq; ascendere facis in sublimitate altitudinis tuae, paratus ad opus, & quasi accinctus in potentia tua, quae te facit ad omne opus (quantumuis humanis viribus impossibile) sufficientem & validum: \* & sicut in supremis montium operaris in potentia tua, ita similiter & in profundo maris plenam habes imperium, & operaris pro tuo libito: ipsum conturbans vbi volueris, etiam in profunditate sua, nedum in aquarum superficie, sonumq; ac tumultum fluctuum

8 Turbabitur gentes, & timebunt qui habitant terminos a signis tuis:

\* exitus matutini & vespere delectabis.

9 Visitasti terram, & inebriasti eam.

\* multiplicasti locupletare eam.

10 Flumen Dei repletum est aquis:

\* parasti cibum illorum, quoniam ita est preparatio eius.

11 Riuos eius inebria, multiplica gemmina eius:

\* in stillicidiis eius letabitur germinans.

12 Benedices coronam anni benignitatis tuae:

\* & campi tui replebuntur vbertate.

13 Pinguescent speciosa deserti:

\* & exultatione colles accingentur.

14 Induti sunt arietes ouium:

\* & valles abunda-

se magno horrore collidentium. Tu enim & in altissimis montium, & in profundissimis marium, aequam & eandem habes potestatem. 8 Specialiter vero in plenitudine temporis ostendes admirabilem potentiam tuam, quando propter admirabilia signa, atq; prodigia inaudita, conturbabis gentes praed admiratione, & timere facies omnes populos, etiam qui habitant in extremis finibus terrae: \* populos exitus matutini siue orientis, simul & vespere siue occidentis, tu delectabis & letificabis in mirabilibus prodigiis tuis, quae exhibiturus es humano generi. Vniuersi enim habitatores orbis (etiam qui in extremis orientis, vnde sol mane egreditur super terram, & in extremis occidentis, quo sol vespere reuertitur, habitant) mirum in modum praed admiratione conturbantur & letificantur propter nouitatem signorum quae fiunt in fine temporum, & annuntiantur per orbem vniuersum. 9 In plenitudine enim temporis, quando tibi placuit manifestare misericordiam tuam, visitasti populum tuum, habitantes super terram, in dulcedine gratiae tuae, mittens eis Messiam liberatorem & restitutorem omnium: per quem copiose implesti, abunde irrigasti & fecundasti eos aquis salutaris doctrinae, & spiritualis gratiae, quas tum temporis copiose fecisti super terram fluere: \* multipliciter valde ditasti, & plurimum locupletasti habitatores terrae, eos qui antea fuerat pauperes, inopes, famelici, & siticulosi, abundanter cunctis implens bonis, ita vt nihil iam eis defuit in vlla gratia. 10 Impleuit Deus flumen suum aquis, omnipotens pater Christum suum (per quem mundum voluit saluare & irrigare) impleuit gratia spiritus sancti, dans eis non ad mensuram spiritum, vt sic de eius plenitudine omnes acciperent: \* sicq; ex plenitudine huius fluminis cibum & potum illis qui habitant super terram parasti, sancte praeparatio terrae, vt esurietes pasceres, & potates sitiientes. Ita enim debuit fieri praeparatio terrae, ita debuit, & ita voluisti eam visitari & renouari per aquas fluminis tui, & cibum spirituale, quem parasti eis. 11 Sanctos Apostolos discipulos atq; praedcatores tuos (in quos Christi plenitudo deriuata est, quae admodum a fluuio in riuulos aqua deducitur) copiose implebis spirituali gratia & salutaris doctrina, sicq; eorum abundantia multiplicabuntur nouae plantationes, & generabuntur in te plurimi generatione noua quae ex Deo est regenerari: \* letabitur ipsa terra germinans in guttulis gratiae Dei, per riuos defluentibus atq; stillantibus in ipsam desuper, & profectum ex desuper stillante gratia accipient habitatores eius: quemadmodum terra corporalis quodammodo letatur & gaudet, stillantibus super ipsam guttulis pluuiae temporanae. 12 Benedices tu Domine toti plenitudini & circulo temporis illius gratiae & misericordiae, dabis benedictionem, & pones misericordiam tuam toti temporis gratiae (quod ab aduentu Messiae ad consummationem vsq; saeculi perdurabit) omnibusq; partibus temporis illius benedices, ita vt nunquam claudas misericordiam tuam, aut gratiam abscondas eis tuis electis, donec annus iste, siue hoc tempus gratiae durabit, sed permanebis cum eis vsq; ad consummationem saeculi: \* & ex gratia tuae benedictionis, campi tui (id est, Ecclesiae tuae, quas Matt. 28. tibi colis ad ferendum spirituale fructum, quemadmodum agricola campum colit ad ferendos fructus corporales) replebuntur abundantia omnium bonorum spiritualium, onustiq; erunt bonis fructibus virtutum & virtuosarum actionum, cuiusmodi fructus tu requiris. 13 Ex eadem quoq; benedictionis tuae gratia pinguescent & fecundabuntur pascuae deserti, quod prius fuerat aridum, sterile & infecundum: populus gentium, qui fructum nullum faciens Deo, quasi desertum reputabatur, caelesti gratia conuersus & impinguatus, fecundabitur caelesti munere, vt fructus faciat dignos Deo: \* & qui in populo Dei fuerint eminentes, more collium, praepositi simplicibus, peculiari exultatione letabuntur, & veluti accingentur, tanquam ad ministerium sibi creditum prompti & expediti: cum viderint sibi commissos continuo profectum in Deo crescere. 14 Ipsi, inquam, praepositi & praelati in Ecclesia, qui ante ceteros gradiuntur, verbo & exemplo suis subditis ducantur via praestantes, eosdemq; per Euangelium Christo gignentem (ad eum modum quo arietes ante oves gradiuntur, iisdemq; sunt generationis principium) induti sunt exultatione & gaudio, cum viderint filios suos in veritate ambulantes, ditari in omnibus spiritualibus bonis, quo magis non potest contingere gaudium spiritualibus patribus: \* humiliores

bunt frumento:

\* clamabunt, etenim hymnum dicent.

autē & præpositis subditi in Ecclesia populi, nullius boni defectū pa- B tiantur, sed abūdabunt frumeto & pabulo spiritali, fructūq; ferēt copiosum bonorū operum: \* ac tunc quidē maiores simul atq; mine- res, præpositi vnā cū subditis, vna voce clamabūt in voce gratiarum actionis, & cantabunt laudē tibi beneficentissimo & liberalissimo do- mino, qui præstitit illis misericordiam tuam in sæculum, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXIII.

Versu primo, Te decet hymnus Deus in Sion. Psalmo 32 dicitur, Rectos decet laudatio. Hic au- tem, Deum decet hymnus siue laudatio. Et vtrunq; vere dicitur. Nam rectos decet, hymnum & laudem offerre Deo: ipsum autē Deum, a rectis decet accipere. Illos decet, vt soluant: hunc, vt suscipiat. Alteram autem partem versus huius, Tibi reddetur votū in Hierusalem, ita in Elucida- tione explanauimus, vt diuersam habeat sententiam a priore. Per Sion enim Ecclesiam istam mili- tantem, per Hierusalem verò triumphantem intelleximus. Votum autem reddendum diximus in su- perna Hierusalem, quoniam illic Deum pleno corde incessanter laudabimus. Donec enim in hac car- ne degimus, laudare Deum pro voto non possumus, propter carnis multimodas miseras. Ibi autē, omni semoto & longissime excluso impedimento, plenam Deo & perpetuam laudē incessanter of- feremus: quomodo de quatuor animalibus in sacra Apocalypsi legitur, q; requiem non habebant nocte ac die, clamantia atq; dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus noster omnipotens qui est, & qui erat, & qui venturus est. Sicuti tamen hæc distinctio non arriserit (maxime q; in He- braeo non habeatur particula illa, in Hierusalē) poterit has duas partes sub vna concludere senten- tia, vt idem sit posterior quod prior, sitq; sensus, Te decet laus in Ecclesia, & tibi debet reddi votū, siue pia cordis affectio, laudis, gratiarum actionis, & amoris in populo tuo. ¶ Versu secundo, Exau- di orationem meam: ad te omnis caro veniet. Præter sensum in Elucidatione positum, potest & iste assignari, Exaudi tu Domine quam ad te fundo orationem, quoniam tu es ad quem venit, supplican- di & orandi gratia, omnis homo viuens: quoniam ad te venit omnis homo, quicumq; postulare ali- quid voluerit, te debemus in omnibus semper requirere, tibi que de omnibus que desiderauerimus supplicare: quando quidem omnium tu habes potestatem. ¶ Versu tertio, Verba iniquorum præua- luerunt super nos. Quomodo primis nostris parentibus præualuerunt verba impii serpentis, quan- do illi consensum præbentes, misere seducti fuere: ita & nos eorum posteri quotidie verbis impio- rum seducimur, partim per ignorantia, qua nos cæcutire facit, vt malum bonū existimemus, & bo- num malum: maxime vbi suauiloqui alicuius seductoris blanda & elaborata suasio accesserit: par- tim verò cōcupiscentia propria abstracti & illecti. Vnusquisq; enim (vt Iacobus sanctus ait) tenta- tur, a propria cōcupiscentia, abstractus & illectus. Facillime enim verba impiorū mala proponen- tium nobis præualent, si cōcupiscentia qua proponuntur arriserint. His ergo modis facile fit, vt quotidie in multis omnes offendamus: sed iucundū est quod mox adiungitur, verbū miserationis, Et iniquitatibus nostris tu propitiaberis. Est enim pulchra admodū sermonis propositi correspon- dentia, in partibus sibi inuicē oppositis, cum prius dicitur, Super nos præualuerunt verba impiorū: mox verò econtrario subditur, Et iniquitatibus nostris tu propitiaberis. ¶ Versu quarto, Beatus quem elegisti, & assumpsisti. Electionem hanc & assumptionē Elucidatio interpretatur, ad patriam cœlestem introductionem: vt sit sermo talis, qualem solent homines in mundo adhuc habitantes, suamq; multiplicem miseriam & quotidianas offensas recogitantes, loqui in gemitu cordis, dicen- tes, O quam beati sunt ciues illi superni, qui istas iam miseras transferunt, quam beata est illorum fors qui iam in pace secura sunt compositi. Attamen qui volet, intelligere poterit etiā de præfenti vita, beatos esse secundum spem vitæ æternæ, quos Dominus elegerit ad saluandum, & quos assump- serit ipse in suam protectionem, curam, custodiam, & in suam familiaritatē sibi adiunxerit: vt eos in huius mundi tumultibus seculos custodiat a malo, sicq; ad beatam vitam tandē bono fine per- ducat. ¶ Versu quinto, Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. Secundum vsitatum lo- quendi modum dicitur templum Dei mirabile in æquitate, id est, plenissimū æquitate, ita vt nihil posset ibi iniquitatis inueniri vel intromitti: quemadmodū cum dicimus hominem diuitiis, sapien- tia aut potentia admirabilem, significare volentes, eum plenum diuitiis, sapientia, aut potentia. ¶ Versu septimo, Præparans montes in virtute tua. Præter expositionem qua in Elucidatione posi- ta est, potest versus iste aliter intelligi, Qui montes ornas, & vestis herbis, graminiibus, atq; arboribus, per fortitudinem tuam. sicq; præparas, vel ornas, vel instruis in virtute tua. Cui expositioni satis fauet, quod habet Chald. Paraph. Qui præparat cibum ibicibus montium, in virtute fortitudinis suæ. Quasi enim præparantur & ornantur montes, quando arboribus, herbis, atque gramini- bus vestiuntur & ornantur, vt valeant in eis animalia inuenire suum pabulū. Nonnulli verò mon- tes istos Dei virtute præparatos, spiritaliter intelligunt, sanctos Apostolos & Apostolicos viros, quos Deus præparauit in eximia virtute sua, ad ædificium Ecclesiæ, & fundamentum solidæ verita- tis in æternum stabienda: mystice item intelligentes conturbationem profundi maris, & soni flu- ctuum eius commotionem populi gentium, qua facta est tempore gratiæ ad prædicationē sancto- rum Apostolorum. ¶ Versu octauo, Exitus matutini & vespere delectabis. Magna videtur in hac parte esse difficultas, quoniam in ea nulla apparet completa sententia. Fiet autem facilius lectio, si aliquid subaudiatur, iuxta quod in Elucidatione indicauimus, ad hunc modū, Homines exitus ma- tutini & vespere delectabis, vel habitatores exitus matutini & vespere, capiendo totū illud exitus

A matutini, vt sit genitius casus, pro oriente, ex quo sol mane egreditur: & vespere pro occidente, ad que sol vespere reuertitur, vt intelligatur habitatores orientis & occidentis. Cui sententiæ satis ac- cedit, quod secundū sententiam quidā vertit ex Hebræo, Facies latos ouare, qui agunt ad ortū so- lis, quiq; ad occasum. Posset etiā subaudiri ablatius, tempore, ad hunc sensum, Timebūt qui habi- tant terminos a signis tuis, latificabis habitatores orbis, tēpore exitus matutini & vespere, hoc est; mane & vespere latos facies eos, vt cantant laudem & hūmū tibi, vel latificabis, & cantare facies eos a solis ortu vsq; ad occasum. Atq; huic cōsonat quod habet Chald. Paraph. Ab ortu matuti- ni & vespere, ordinabis in ore eorū laudem, Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Egredius matu- tini & vespere laudantes facies, quod eandem habet cum nostra lectione obscuritatem. Quod au- tem quidam pro delectabis, legunt delectaberis, vitiosum est. Nam & in Græco & in Hebræo & in correctioribus codicibus Latinis, verbum actiuum ponitur, nō passiuum. ¶ Versu decimo, Flumen Dei repletum est aquis. Potest per hoc flumen Dei, præter expositionem in Elucidatione positam, intelligi populum fidelis, qui a fonte Christo impletur aquis, dum de eius plenitudine accipiunt omnes credentes. In postrema autē parte, cum dicitur, Quoniam ita est præparatio eius, relatum Ioan. 7. eius accipiatur genere fœmineo, referatq; terram de qua in priore versu dictum fuerat, Visitasti ter- ram, & inebriasti eam, iuxta sententiā in Elucidatione positā. Alii verò putant referri ad cibū. Ne- que sic in comoda habebitur sententia. Beatus tamen Hierony. in sua versione ex Hebræo priori sententiā aperte astipulatur, genere fœmineo vertens, Quoniam sic fundasti eam: quod manifestum est ad cibum referri non posse. ¶ Versu vndecimo, Riuos eius inebria, multiplica genimina eius: in stillicidiis eius latabitur germinans. Pronomen eius tertio repetitū, vbi que referre videtur terram: quoniam eodem casu fœmineo, tam in Græco q; in Hebræo, quolibet prædictorum locorum ponitur. Riuos autē in Elucidatione diximus sanctos Apostolos, idq; cōparatione (vt arbitror) non inepta. Est enim Christi diuinitas, siue ipse Deus pater, quasi fons vnde manat originaliter omnis gratia vi- uificans: Christus autē homo, veluti flumen est, quod a fonte prædicto secundū plenitudinē imple- tur: sancti Apostoli atq; eorū successores, veluti riui sunt, per quos aqua fluminis derivantur in vniuersam terrā. Neq; enim per semetipsum Christus dominus secundū humanitatis formā vbiq; terrarū prædicauit Evangelicam gratiā, sed missis Apostolis in omnem terrā diffudit gratiā suę ple- nitudinē. Quod si cui nō placebit hæc comparatio, potest simpliciter intelligere per riuos, siue sul- cos terræ omnes humiles, & cōritos corde, qui se diuinæ gratiæ capaces effecerint per penitentiā. Huiusmodi enim qui corda sua (iuxta Prophetam monita) sciderint per penitentiā, implebuntur & Ioel. 2. irrigabuntur aquis gratiæ Dei. Siquidē humilibus Deus dat gratiā. ¶ Versu 12, Benedices corona 1. Petri. 5. anni benignitatis tuæ. Annum diuinæ benignitatis, vocat Psalmista tempus nouæ legis & gratiæ, quod Paulus Apost. ex autoritate Elaiæ Prophetæ appellat tēpus acceptabile, & diē salutis, cum ait, Ecce nunc tēpus acceptabile, ecce nūc dies salutis. Quod tēpus & alibi apud Elaiā cap. 16. ann⁹ Esa. 49. acceptus vocatur, in ea Prophetia qua de Salvatore Christo loquitur, in hunc modū, Spiritus do- 2. Cor. 6. mini super me, eo q; vnxit me, euāgelizare pauperibus misit me, &c. prædicare annū domini acce- Esa. 61. ptum, & in diē retributionis. Facit autē difficultatē nōnullā sermonis, quod nō dicitur simpliciter Luc. 4. Benedices anno benignitatis tuæ. (Nā id facile vteūq; haberet intelligentiā) sed dicitur, Benedices, corona anni benignitatis tuę. Difficile autē videtur, quid sibi velit corona ista anni benignitatis Dei. Accipiend⁹ est ergo ppositus sermo, ad hunc sensum, Benedices anno gratię per circuitū, perq; totū circulum, & (vt ita dicam) coronatim: vt hoc loquēdi modo insinuetur totalitas & plenitudo, quantū ad temporis gratiæ benedictionē, secundum sententiā in Elucidatione prolixius expositā.

LXV. PSALMI ARGVMENTVM.

Videtur huic Psalmo dedisse materiam insignis aliqua victoria, aut liberatio magnifica de manu hostium, sub quibus Israeliticus populus antē graui seruitute fuerat afflictus: pro qua salute gratias agere vo- lens Psalmista, in persona populi totius Psalmum hunc cecinisse putatur: in quo, ad Dei laudem conuo- cat vniuersos habitatores terræ, ad considerandum opera admirabilia altissimi, qua operatur pro filiis homi- num, specialiter cōmemorans memorabilem illam maris rubri pro patribus exsiccationem, ac deinde factam popu- li liberationem (præmissa iterum laudis exhortatione) proponens, q; per ignem & aquam eduxerit populum suum Deus in refrigerium. Propter quod, in gratiarum actionem, holocausta omnis generis offerre, & vota in- tribulatione promissa per soluere pollicetur, in gratitudinis testimonium. Rursum versu decimoquinto, velut ad concionem conuocans omnes timentes Deum, exponit ad finem vsque Psalmi, quam in oratione a Deo accepit misericordiam, sicque in Dei benedictione (vti incepit) plenus gaudio Psalmum terminat.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXV.

1 Iubilare Deo oīs ter- ra, psalmū dicite nomi- ni eius: \* date gloriam laudi eius. 2 Dicite Deo, quān- terribilia sunt opera tua domine:



Iubilare Deo omnes inhabitatores orbis terræ, psalmos & hymnos canite nomini eius, quod est gloriosum & be- nediētum in sæcula: \* date gloriā, & exhibete omnē hono- rem laudi eius, ipsumque super omnia laudabilem vt lau- randus est glorificate. 2 Dicite domino in confessio- ne magnitudinis eius, q; admirabilis & q; stupenda sunt opera tua po- tentissime Deus, que tu ostēdisti in creatione, gubernatione, disposi- tione & insauratione rerum omnium, peculiariter quoq; pro salute

\* in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

Exod. 8. 9 & 10.

3 Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psallimum dicat nomini tuo.

4 Venite & videte opera Dei terribilis in consiliis super filios hominum.

Exod. 14

5 Qui conuertit mare in aridam:

\* in flumine pertransibunt pede, ibi letabimur in ipso.

6 Qui dominatur in virtute sua in aeternum:

\* oculi eius super gentes respiciunt:

Hebr. 4

\* qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.

7 Benedicite gentes Deum nostrum: & auditam facite vocem laudis eius.

8 Qui posuit animam meam ad vitam:

\* & non dedit in commotionem pedes meos.

9 Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti:

\* sicut examinatur argentum.

Esaie. 1.

10 Induxisti nos in laqueum: \* posuisti tribulationes in dorso nostro:

\* imposuisti homines super capita nostra.

11 Transiimus per ignem & aquam: \* & eduxisti nos in refrigerium.

12 Introibo in domum tuam in holocaustis:

electorum tuorum: \* tam terribilia, inquam, sunt opera tua, vt ob magnitudinem potentia tua etiam inimici tui, qui ex corde te non amant, metu seruii compulsi mentiantur tibi, simulantes seruire tibi & velle implere voluntatem tuam, cum non ex animo velint: quemadmodum impius Pharaon fortitudine manus tuae compulsi, & plagis perterritus ac fatigatus, pluribus vicibus permisit seruo tuo Moyse dimittere populum, quod tamen relaxata manu tua non praestabat. 3 Omnes qui inhabitant terram, summum tibi impendere debent honorem, teque vt summum & super omnia excelsum solum verum Deum adorare, tibi que laudem decantare: psallere debent omnes & cantare dulcia laudis, & gratiarum actionis cantica, nomini tuo magno & benedictio in saecula. 4 Venite vniuersi habitatores orbis, adiungite vos mihi, mecumque pariter attendite, vt profundiori contemplatione consideretis opera Dei: qui Deus terribilis est, nimiumque admirabilis ac stupendus in cogitationibus suis, quas cogitauit de filiis hominum, in iis que voluit operari & facere pro seruis suis vilibus & infirmis, de genere mortalium. 5 Qui per virtutem suam potentiam mare rubrum ita exsiccauit, ac si fuisset terra arida, ita vt non solum transnatare, verum etiam per medium siccati aluei siccis vestigiis perambulare possent patres nostri, filii Israel, fugientes Aegyptios: \* in loco fluminis, vbi prius aqua fuerant copiosissima, pertransibant pedibus suis patres nostri: ibi letabantur magnifice in ipso Deo suo, qui tanta suo populo ostendisset ad salutem suam prodigia. 6 Ipse est qui in virtute omnipotentiae suae dominatur, & imperium tenet vniuersale super vniuersum orbem, nullo vnquam temporis sine claudendum, sed abique termino imperpetuum duraturum: \* oculi eius ad omnes populos respiciunt, contemplatur per suam omniscientiam bonos & malos, vt vnicuique reddat pro suis operibus congruam mercedem: \* atque ob hoc, homines inobedientes, rebelles, & qui irritant suis impietatibus Deum, caueant sibi a superbia, non gloriantur in semetipsis, quasi impunè sint euasuri. Non enim effugient manus eius, cuius oculis nuda & aperta sunt omnia, & cui non potestas deest aut potentia, ad inferendam vindictam. 7 Benedicite omnes populi, & collaudate dominum Deum nostrum, & voces laudis eius facite audiri palam omnibus, ita vt resonent vbiq; voces laudationis eius: in publico & aperto detis illi confessionem, vt palam exaudiant omnes. Dignissimus enim est, cuius laudes resonent per ora omnium super vniuersam terram. 8 Ipse enim constituit animas nostras ad vitam qui ex bonitate electionis suae nos elegit ad vitam, & a morte praeseruando custodiuit ad vitam: \* non permisit commoueri in lapsum & mortem pedes nostros, non est passus nos mortificari ab hostibus nostris. 9 Quanquam enim haecenus nos populum tuum multis passus es calamitatibus corporalibus affligi ab hostibus, non id tamen egisti vt nos deleres, vel morti traderes: sed ad nostrum commodum omnia disposuisti, vt nos probares & examinares, vtrum in lege tua constantes inueniremur: \* & quemadmodum in camino ignis examinatur ac purificatur argentum, ita nos in camino tribulationis voluisti probare & mundare, per patientiam ad purum excoquendo scoriis, vt essemus coram te velut argentum probatissimum. 10 Permisisti olim tua voluntate super nos venire, & ad tempus permanere laqueum captiuitatis, iugum seruitutis sub gentibus alienigenis, quae in circuitu nostro sunt, & principibus eorum: \* passus es graues tribulationes & afflictiones super nos venire, quas portare & sustinere debuimus, ac velut incuruato dorso gestare: \* sub vilissima seruitute hominum alienigenarum & infidelium fuisti subiectos nos fieri, seruitute vtique tanta, tam graui, & tam contemptibili, vt quasi super capita nostra videretur ambulare dominatores nostri, qui nos sibi subiugauerant. 11 Ita nos transiimus per difficilissima & laboriosissima discrimina: experti sumus & passi, te permittente, quae videbantur intolerabilia, quomodo si quis ignem & aquam transeat: \* nunc autem eduxisti nos in refocillationem & requiem qualemcumque, a tantis laboribus, postquam placuit tibi iterum reuerti ad populum tuum, & praestare nobis de inimicis victoriam, sub quibus antè victi ac prostrati iacebamus, 12 Proinde de tribulatione, tuo munere liberati, introibimus ante conspectum tuum, in templum sanctum

\* redda tibi vota mea, & distixerunt labia mea.

13 Et locutus est os meum in tribulatione mea.

14 Holocausta medullata offera tibi cum incenso arietum: \* offeram tibi boues cum hircis.

15 Venite, audite, & narrabo omnes qui timeris Deum, quanta fecit anima mea.

16 Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea.

17 Iniquitate si aspexi in corde meo, non exaudivit dominus.

18 Propterea exaudivit Deus, & attedit voci deprecationis meae.

19 Benedictus Deus quoniam non amouit orationem meam & misericordiam suam a me.

tuum, cum holocaustis quae offerimus coram te, in testimonium gratitudinis: \* persoluemus tibi vota quaecumque pro nostra saluatione, vel pollicitatione certa tibi consecrauimus: vel etiam proposito bono offerre decreuimus, cum adhuc in tribulatione ageremus, quae aperuerunt vel egressa sunt labia nostra, hoc est, quae per labia nostra polliciti sumus, vel consecrauimus tibi. 13 Et quaecumque per os nostrum loquuti sumus, cum adhuc in tribulatione essemus, ea tibi promptissimo animo volumus cuncta persolvere: neque iam extra periculum positi ita infideles erimus, vt obliuiscamur eorum, aut persolvere ea negligamus, quae in tribulatione nostra polliciti sumus. 14 Holocausta electissima, pinguis, ac delicatissima, medullis & adipe plena, offeremus tibi, simul & arietes quos incendemus in holocaustum coram te: \* offeremus tibi boues pariter & hircos. non viles, neque minimi pretii hostias, ne de peioribus aut vtilioribus tibi faciamus immolationem: & in vniuersum ex omnibus quae tibi grata esse cognouerimus ad sacrificandum, ea offeremus ante conspectum tuum, eaque & pretiosissima & electissima. 15 Accedite vero huc ad me omnes qui timorem habetis domini, & auribus percipite quae ego vobis dicturus sum: & narrabo vobis, quanta fecerit pauperula anima mea. Nequeo enim celare aut intra me continere Dei beneficia, tam sum gaudio plenus, vt necesse mihi sit in commune effundere omnibus. 16 In tribulatione positus ad ipsum ex cordis intimo per os meum clamaui, ipsum in oratione fideliter inuocaui & exaltaui, magnificauique eum in lingua mea, ipsum solum Saluatorem confitendo, ipsique vota tacite faciendo pro consequutione auxilii. 17 Veruntamen si iniquitate vllam alpexissem in corde meo, si vllius mihi peccati fuisset conscius, profecto non exaudivisset me dominus, auertisset a clamore meo aures misericordiae suae, donec per penitentiam studuissem cor meum ab iniquitate emundare. 18 Et quia omni curastudui corde purgato ad illum orationem meam effundere, iccirco exaudivit me dominus, & aurem suam inclinavit ad exauditionem vocis meae. 19 Et verè benedictus sit atque laudatus in aeternum Dominus Deus meus, qui non abiicit orationem serui sui, neque repulit eam a conspectu suo, sed accedere permisit, & ascendere fecit usque ad thronum gratiae tuae, vt exauditionem reportaret, neque item misericordiam amouit aut prohibuit a seruo suo, sed eam usque ad me venire permisit, mihi que auxilium & salutem ferre praecipit sola bonitate sua: etiam si ex memetipso tanta gratia minime dignus existam.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXV.

**V**ersu secundo, In multitudine virtutis tuae mentientur inimici tui. In hoc verè maxima declaratur Dei potentia, quod etiam inimicos compellit interdum sua potestate, ad exhibendum sibi ficta obsequia: quemadmodum in exemplo Pharaonis, quod proponit elucidatio, manifestissime apparet: qui cum plagis Dei affligeretur, Moysen petiit apud dominum fieri pro se intercessorem, promittens, populum Dei dimittere: quod tamen, a plaga Moysi oratione liberatus, face re recusabat, donec adueniens plaga alia rursus mentiri compelleret, iam antè scedifragum. Simile ferè & de Philisthinorum principibus, propter arcam Dei scdissimo vulnere percussis, legimus: **D** qui consilio sacerdotum & diuinorum, ad placandum Dei iram, & satisfaciendum pro peccato, quod arcam Dei infideles apud sese detinuerunt, iuxta numerum prouinciarum suarum fecerunt quinque anos aureos, & quinque aureos mures: quoniam in his plagis fuerunt percussi, sicque compulsi gloriam dederunt Deo Israel, vt manum suam reuelaret ab eis, & a diis suis, & a terra sua: quando & plaustro nouo ob reuerentiam imposuerunt arcam domini, iungentes in plaustro duas vaccas factas, quibus iugum non fuerat impositum: ipsi quoque satrapis vique ad terminos Philisthinum infestis. Cum haec, inquam, timore & vltione dira compulsi, facerent alienigenae Philisthai, veri Dei inimici, animo nevtiquam recto ad colendum Deum, sed tantum necessitate quadam ad euasione poena, re ipsa tamen gloriam illi dantes, quem sic similiter timebant: nonne recte dicemus, quod & hic pra multitudine virtutis Dei, mentiti sunt illi inimici eius: Idem omnino de impio Antiocho dicendum, qui in diebus suis nouissimis, morbo scdissimo a Deo percussus, epistolas scripsit ad Iudaeos, plenas fictae, & solis tormetis extortae pietatis: cum antè obstinatissimo animo aduersus locum sanctum, & legem Dei sanctam impiissime desauisset. ¶ Versu quarto, Venite, & videte opera Dei, terribilis in consiliis super filios hominum. Secundum vulgatam lectionem nostram, dictio terribilis accipi debet casu genitiuo, ac iungi cum genitiuo Dei, vt sit sensus, Videte opera Dei, terribilis in consiliis, id est, Dei qui est terribilis. Psalterium autem Romanum sic habet, Videte opera domini, quam terribilis in consiliis super filios hominum. Iuxta quam lectionem nominatio ca-



accipi debet terribilis, quomodo habet etiam lectio Græca *ὡς ἀποβύβης ἐν βουαίῃ*. ¶ Versu quinto, Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede. In elucidatione vtranque partem de transitu maris rubri exposuimus. Posset tamen pars prior sola, de maris rubri diuisione intelligi: posterior autē, de diuisione Iordanis fluuii, qui exiccatus fuit diuina virtute, vt transirent per eum filii Israel ad terram promissionis. Vtrunq; enim horum, admirabile & celeberrimum opus fuit. Et huic expositioni manifeste consonat Chald. Paraphrasis, quæ sic habet, Qui conuertit mare rubrum in siccum, in flumine Iordanis transierunt filii Israel pedibus suis. In eo autē quod sequitur, Ibi latibimur in ipso, videtur tempus futurū poni pro præterito, & persona prima pro tertia, vt sit sensus, Ibi latibimur, scilicet patres nostri, in ipso Deo Salvatore suo. Vel secundū tempus futurum, lata bimur nos etiā posteri in ipso domino, quoties recordabimur ista quæ pro patribus fecit mirabilia, confidentes, q̄ similiter & nos velit ac possit etiā de maximis periculis liberare. Vel secundum mysticam intelligentiā, nos fideles & Christiani, ibi latibimur, in ipso Salvatore: quoniam ille maris rubri transitus per quem effugiebant patres Israelitici Pharaonis imperium, signū erat & figura nostri baptismi, quo diaboli euadimus imperiū: propter quod, nos ibi latamur in spiritu, mysticā intelligentiā & significationem rei gesta considerantes. ¶ Versu octauo, Qui posuit animā meam ad vitam: & non dedit in cōmotionem pedes meos. Pulchrē hic versus secundum mysticam intelligentiam accommodari poterit ad vitam futurā, vt Deus per suam prædestinationem & protectionem intelligatur electos suos ponere, siue cōstituerē ad vitā sæculi futuri, & non dare in cōmotionem pedes eorum: quoniam pedes eorum in lapsu præseruat, atq; eruit, si in peccatū inciderint. Consentit huic sententiā quod habet Paraphrasis Chaldaica, Qui connumeravit animā vestram in vitam mundi venturi, & non permisit cōmoueri pedes nostros. ¶ Versu vndecimo, Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigeriū. Trāsisse per ignem & aquam prouerbialiter dicitur, qui per difficillima quaq; probatus euasit, qui nihilo non est difficiliū rerum & miseriarum expertus. Ambo enim hæc elementa, & sola, probant ac purgant. Vnde Num. 31, Eleazar sacerdos, viris exercitus qui pugnaverant aduersus Madianitas, præscribit, dicens: Aurum & argentū, & as, & ferrum, & plumbum, & stannū, & omne quod potest transire per flammam, igne purgabitur: quicquid autem ignem nō potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur. Populus itaq; domini, qui plene se variis tribulationibus agnoscit probatū, dicit per ignem & aquā se transisse. Prouerbialiter quoque & illud quod in priori versu dicitur, Imposuisti homines super capita nostra, significat vilem & ignobilissimā, angustissimāq; seruitutem, sub imperiosis & crudelibus dominatoribus. Cōtemptum enim sonat, & ignobilem iudiciōne, quod dicitur, Homines imposuisti super capita nostra. Vnde in lib. Iosue, principes Israelitici exercitus, ex iussu ducis Iosue, colla regum quinq; educatorū de spelunca calcauerunt, Iosue promittente calcantibus, q̄ similem victoriā populo suo dominus esset daturus de vniuersis hostibus suis. ¶ Versu duodecimo, Reddā tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. Clarius Hieronymus ex Hebræo: Quæ promiserunt labia mea. Felix nobiscū habet, Quæ distinxerunt labia mea, vel quæ aperuerunt, hoc est, quæ egressa sunt super labia mea, quaq; semel promisi & voui. Quasi enim labia distinguit, diuidit, & aperit pmissum, quod ex ore egreditur, atq; ita diligenter attendendū est, quod secundum constructionē, quæ relatiuum nominatiui casus, est verbi suppositū: & labia mea accusatiuis à verbo transitiuo à posteriori parte reclus. Vota enim labia distingunt atq; aperiant, quoniam per labia egrediuntur: tametī cōmuniū & vulgatiū cōtraria accipitur constructio, vt labia intelligatur distinguere vota, id est, loqui vel promittere. Quātū autem ad id quod de votis reddendis hic dicitur, illud aduertendū est, non satis esse, si homo ea reddat quæ tanquā vota promittit, cū obligatione, absq; libertate renocandi aut omittendi (quæ nunc vsus habet peculiariter vota appellari) sed in super etiā conuenire & iustū esse, vt ea quæ firmo proposito tantum decreta sunt, absq; huiusmodi libertatis abdicacione, & necessitatis constructione, Deo post liberationē persoluantur. Contingere enim potest, vt absq; vilo speciali tali voto, solum propositū animi bonum, Dei misericordia respiciens, hominē liberet de tribulatione, siue corporali, siue spiritali, pro cuius liberatione clamat ad Dominū. Quo casu, ingratus proculdubio iudicabitur homo ille, si liberatus bonū cordis propositū, quod Deus aspiciebat, nō studeat adimplere. Hic quæ admodū (exempli gratia) si quis in infirmitate graui positus, propositū bonū faciat, bona cuncta pauperibus pro Dei amore se distributurū, si Dei clementia permaneat superstes, Deus aut propositum bonū aspiciens, desiderii impleat ægrotantis, & de lectulo doloris faciat cōsurgere laborantem: quis nō huiusmodi hominem vt ingrātū, & male fidum, atq; iniquū iudicabit, si post recuperatam sanitatē negligat quæ in tribulatione propositū? An nō sic agere, Deo est illudere? Non solum ergo vota illa, quæ vulgo vota vocamus, vir iustus de tribulatione liberatus debet reddere, sed etiam quæ generaliter vota nuncupantur, pia cordis proposita, & affectiones deuotas, ad executionem merito debet deducere, si perfecte iustus & pius velit haberi. Plura super hac re diximus in annotationibus Psalmi quadagesimi noni, pertractantes versiculū illum, Immola Deo sacrificiū laudis, & redde altissimo vota tua. ¶ Versu decimo quarto, Holocausta medullata offeram tibi, cū incenso arietū: offeram tibi boues cū hircis. Possunt hæc secundū mysticam intelligentiā pulchre exponi, vt per holocausta medullata intelligatur deuotio cordis, per charitatē ad deum tendētis, & quæ sub hac comprehenduntur spiritus exercitia, Deo gratissima, velut holocausta medullata: per incensum arietū, concrematio motuum interiorū: per ignem charitatis, obsequiū Dei: per boues, vires omnes tam corporis q̄ animæ, simul & corporis membra, quæ Deo sacrificamus, cum diuinis obsequiis, & executioni voluntatis eius deputamus ac cōsecramus: per hircos verō, cordos

Num. 31.

Iosue. 10.

A sensuales motus, quos iugiter Deo iugulare & immolare debemus, qui Deo placere volumus. ¶ Versu decimo sexto, Et exaltaui sub lingua mea. Deprouate hic nonnulli legunt exaltaui, pro, exaltaui. Exaltaui enim legendū est, per a, in secunda syllaba, non per u, exaltaui: id quod tam ex Græco q̄ ex Hebræo fit manifestū. Siquidē in Græco habetur *ἔψαλα*, quod exaltaui significat. Similiter & eius quod in Hebræo ponitur radix est verbum, quod significat extulit, exaltauit, vel eleuauit. Cōsentit etiam translatio Beati Hieronymi ex Hebræo, quæ habet exaltaui, non exaltaui. Alii verō ex Hebræo interpretes vertunt genere passiuo, Exaltatus est sub lingua mea, quod eandem habet sententiam cum lectione nostra. Exaltare autem Deum sub lingua, aliqui dictum putant, pro in lingua, quemadmodum Beatus Hieronymus vertit ex Hebræo, Exaltaui in lingua mea: quemadmodum illud in alio Psalmo, Sub lingua eius labor & dolor, quidam intelligunt idem esse quod in lingua eius. Alii verō proprietatem significationis particulæ sub considerantes, dicunt sub lingua exaltare idem esse quod in corde exaltare, ac velut in occulto silentio. Quoniam enim de cordis profundo ad linguam ascendere debet sermo, ob hoc, quasi sub lingua esse dicitur exaltatio, dum adhuc in cordis secreto continetur. Secundū quam expositionē, apta valde habebitur sententia, Qui enim ore ad Deum clamat, neq; solo ore, sed corde pariter Deum exaltans, ac deinde, omnem iniquitatem, quæ impeditur possit exauditionē, abiicit, hunc indubitātū est à Deo exaudiri.

Psal. 9.

LXVI. PSALMI ARGUMENTVM.

**P** salmus iste versibus breuis, sed affectu maximus, oratio est populi fidelis, Dei fauorem, misericordiam, & benedictionem multa verborum replicatione postulantis, pro omnium populorum illuminatione, & ad vniuersi veri Dei cultum conuersione.

SEXAGESIMISEXTI PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 Deus misereatur nostri & benedicat nobis: \* illuminet vultū suum super nos, & misereatur nostri.
- 2 Vt cognoscamus in terra viam tuam: \* in omnibus gentibus salutare tuum.
- 3 Confiteantur tibi populi Deus: \* confiteantur tibi populi omnes.
- 4 Latentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.
- 5 Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: \* terra dedit fructum suum.
- 6 Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus:

**M**isereatur populi sui dominus Deus noster, peccata dimittendo debitoribus, & gratiā conferendo penitentibus: ac benefaciat nobis, tua benedictione spiritali nos fecundando & locupletando in omnibus verē bonis: \* illucescere faciat super nos benignū aspectum vultus sui, ostendatq; nobis placatā faciē suam, & faciat nobiscū misericordiam. 2 Vt à respectu & irradiatione vultus eius illuminati, cognoscere valeamus in terra ista, absq; te domine tenebris & cecitate plena, viam in qua tu nos ambulare præcepisti, & per quam ad te peruenire valeamus: vt intelligere possimus, viam mandatorū tuorum, & non ambulemus vias tenebrosas, vias malas peccatorum, quæ perducunt in damnationem: \* vtq; à te ò lux prima, illuminati, cognoscamus in omnibus gentibus, tribubus, populis, & linguis, salutem tuam quam voluisti communem esse toti generi humano, vt huius salutis cunctæ nationes quæant fieri participes. 3 Ita fac domine, vt de tua luce illuminati populi te agnoscant, in te credant, tibiq; laudē dent ac confessionem, non alienis diis, quos pleriq; ignorātes colunt, sed tibi soli vero & viuo Deo: \* ita, inquam, fac vt tibi dent confessionē vniuersi populi, & vno animo omnes seruiant tibi. Sic enim dignum & iustum est, vt omnes tibi seruiant & confiteantur, qui omnes aequē solus tua potentia, sapientia, & bonitate cōdidisti. 4 Fac latentur in te nationes, & in te summo gaudio spiritus exultent, fide te agnoscentes: quoniam tu vt iudex æquissimus populis præses, iudicans eos in summa iustitia, nemini calumniam faciens, neminē per vim opprimens, neminem potestate tyrannica supplantans: sed in summa æquitate omnia agis & dispensas, & in eadē summa æquitate tuos populos moderaris atq; gubernas in finita & inestimabili sapientia: quæ populis merito iusta debet esse lætitiæ & exultationis causa, si tantum tui vultus lumine illustrati, talem te fide cognoscant. 5 Ita fac suavissime Deus, vt tibi confessionē & laudem persoluant omnes populi, vt te vna fide & vno animo omnes adorent ac prædicent, quemadmodum dignus es solus ab omnibus confessionem & gloriam accipere: \* nam & terra fructum suū ex tua benignitate largitur omnibus populis, decius diuitiis, tua gratia, vniuersi reficimur & sustentamur: proferente ipsa ex virtute benedictionis tuæ cibum cōmodum, ad sufficientiam omnibus populis: vt vel hoc solo merito tibi sint deuincti, tuōq; seruitio astricti. 6 Benedictionem suam largiatur omnibus nobis Deus pater omnipotens, increatus, & ingenuus: benedictionē largiatur nobis Deus ingenui patris vnigenitus filius, verbūmque ipius consubstantiale, & per omnia cōæquale, qui pro nobis homo fieri dignatus est in temporis plenitudine, benedictionem largiatur

\* & metuant eum omnes fines terre.

nobis Deus spiritus sanctus, a patre & filio indifferenter procedens patrique ac filio consubstantialis, & per omnia coequalis: \* hunc, Deum, sic trinum, & tamen substantialiter vnum, trinum in persona, vnum in essentia, timeant, reuerentur, diligant, colant, honorent, & adorent omnes mortales, vbicunq; tandem locorum habitantes, etiam qui extrema orbis incolunt, & fines terrarum inhabitat. Solus enim ipse Deus trinus & vnus est, qui ab omnibus debet venerari, & super omnia adorari: qui est benedictus in saecula, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXVI.

Verfu primo. Illuminet vultum super nos. Illuminet positum est pro illustret. Clario enim & magis propria est oratio, si dicamus, illustret vultum suum super nos, quomodo vertit Hieronymus, hoc est, vultu suum lucere faciat super nos, suo vultu nos illustret vel illuminet, lucis suae radio nos collustrat, vt ex eius videlicet aspectu, & ipsi suscepto in nobis radio illuminemur, quemadmodum sol corporeus, cum faciem suam illuminat vel collustrat super homines, sui luminis radio eosdem collustrat & illuminat, vt viderunt qui ante Solem illucescentem degebant in tenebris. Huic autem quod in proposito ponitur, Deum illuminare vultum suum super homines, contrarium est, Deum abscondere faciem suam ab hominibus. Abscondit enim a peccatoribus impenitentibus Deus vultum suum, sed super homines bonae voluntatis, aut penitentes peccatores, vultum suum illuminat. ¶ Versu 2, In omnibus gentibus salutare tuum. Haec est latitudo verae charitatis, vt omnium salutem totis precordis sitiamus, & ingiter apud Deum postulemus. Propter quod in oratione hac saluberrima, non fat erat dixisse, vt cognoscamus in terra viam tuam: sed adicitur quod latius est, & ad omnes se extendit nationes, in omnibus gentibus salutare tuum. Cui etiam secundum consimilem generalitatem consonant quae sequuntur, Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes. ¶ Versu 4, Letentur & exultent gentes, quonia iudicas populos in aequitate. Vere iusta exultationis materia est populis, quae talem habeant iudicem, qui in aequitate iudicat. Ita enim certum quicquid scire potest se (modo velit) salutem consequentur, id est, si a malo velit abstinere, & operari bonum. Quod si iudicem haberemus iniquum, qui non secundum aequitatem faceret iudicium, nemini certa esset spes salutis, quantuncunq; diligenter ac sedulo in vita bonis vacasset operibus. Semper enim metueret de iniquitate iudicis: ne forte (vt frequenter solet in humanis rebus fieri) propter meritum omne & omnem culpam posset per iniustitiam, aut per calumniam, falsasue accusationes, in condemnatione precipitari. Et reuera vt nihil consolabilius est homini in vita hac bene operanti, quam probata & certa aequitas iudicis illius, qui de operibus viuentium feret iudicium: ita ex aduerso nihil esse posset formidabilius hoc hominibus bonae voluntatis, qui non cupiunt nisi quae recta sunt operari, quam si post omnia peracta scirent ad non aequum tribunal suas actiones debere adduci, & coram indice non iusto examinari. Super hac autem re dictum meminimus in Annotationibus Psalmi 47 in expositione versiculi illius, Letetur mons Sion, & exultent filiae Iudae, propter iudicia tua domine.

Psal. 47.

¶ Versu 5, Terra dedit fructum suum. Mystice potest hac terra intelligi, benedicta & immaculata genitrix Dei, Maria: quae absque virili suscepto semine, sola sancti Spiritus fecundatione, de sua substantia, de carne sua immaculata, fructum edidit saluberrimum, qui est Christus, pabulum, & refectio salutis animarum: quemadmodum terra, coelesti in ea virtute operante, fructum progitur de sua materia. In Elucidatione tamen, de terra materiali & fructu eius interpretati sumus, ¶ Versu ultimo, Benedicat nos Deus, Deus noster: benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terre. In hac trina deitatis replicatione, iuxta patrum auctoritatem, sub mysterio intelligi datur super benedicta in personis diuinis Trinitas. In eo autem quod relatiuum subiungitur numero singulari, Et metuant eum omnes fines terre: non autem eos, numero plurali essentialis vnitas designatur: quonia tres in diuinis personae, in vnam conueniunt essentiam. Id ipsum a laudatissimis antiquissimisque patribus, tam Graecis quam Latinis, annotatum inuenimus in illo ceteratissimo vtitatissimoque, tris hagio, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus sabaoth, plena est omnis terra gloria eius: quod astantes Deo Seraphici spiritus, in visione prophetica, domino decantabant: quod postmodum dilectus etiam domini discipulus in sacra Apocalypsi, ab animalibus quatuor, indeficienti voce, nocte ac die cantari audiuit, pauculis in fine cantici immutatis, ad hunc modum, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus noster omnipotens, qui est, & qui erat, & qui venturus est. Dum enim ter sanctus replicatur, mysterium super beatam Trinitatis innuitur. Dum vero post ter replicatum sanctus numero singulari subiungitur, dominus Deus exercituum, vel dominus Deus noster omnipotens, aperte vnitatis veritas designatur. Suauis quoque contemplatione annotare possumus, non absque mysterio, secundo loco dictum esse Deus noster, quod nec primo, nec tertio loco adicitur: forsitan ob id, quod persona filii peculiari quodam modo Deus noster sit, Deus (inquam) populi sui, propter specialissimam coniunctionem quam nobiscum habet, humanam habens naturam, & habitu factus est vt homo, verus nihilominus Deus permanens in omnipotentia sua: secundum quam naturam assumptam, etiam frater noster voluit appellari. Non mirum ergo, si filium peculiariter nostrum Deum dicamus, ob proximam familiaritatem, & societatem singularem, quam nobis ipse apertius monstrauit. Neque enim pater aliquando similitudinem assumpsit carnis humanae, neque item Spiritus sanctus: neque pater aut Spiritus sanctus nobiscum visibiliter conuersati sunt, neque pro nobis passi, aut salutem nostram exterius operati, sed sola persona filii.

Esaie. 6.

¶ Versu 6, Et iusti epulenter, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in letitia.

Apoc. 4.

¶ Versu 7, Exultate in conspectu eius: \* turbabuntur in pace, vt liberet populum suum: \* impiis autem erit for-

Philip. 2.

Exultate in conspectu eius: \* turbabuntur in pace, vt liberet populum suum: \* impiis autem erit for-

LXVII PSALMI ARGUMENTVM.

Salmum qui sequitur, ex illuminatissimo spiritu & corde mirabiliter pleno reuelationis Dei processisse tam ipsa verborum maiestas, quam supereminens dignitas sententiarum & absconditorum propositio mysteriorum aperte demonstrant. In quo, contemplans spiritu illuminato Propheta venturam in temporis plenitudine humano generi salutem, ac principis tenebrarum eiectionem, in reuerentia spiritus inimici Dei primam insulata, & improperat suam impotentiam: sanctos vero inuitat ad laudem reddendam Deo, cuius in seipso sublimitate & erga genus humanum benignitatem, multis versibus commemorat: versus decimo specialius ad beneficia populo nouae legis in tempore gratiae exhibita descendens, eaque ad finem Psalmi prosequens. Inter quae potissimum mentionem facit de pluuia voluntaria Euangelicae doctrinae & gratiae spiritus sancti, quae Deus super hereditatem suam nouam copiose effudit, idque ministerio Apostolorum & primorum Christi discipulorum, euangelizantium verbum Dei in virtute, de quibus multa admodum Psalmus hic loquitur sub comparationibus diuersis: quos reges appellat, a Deo confitutos super montem pinguem & coagulatum, qui est Ecclesia. Versu autem decimo octavo & deinceps, de curru Dei loquitur, qui ex myriadibus angelorum constat, de ascensu Christi ad superos, & spiritu alium donorum in homines effusione, incredulorum conuersione, inimicorum graui ultione, gentilis populi (qui per Basan significatur) conuersione. Rursum autem de Apostolis & primis Ecclesiae magistris loquitur versus 27, quos principes appellat, item & fontes Israel, aliquot eorum specialibus etiam proprietatibus describens. Nouissime vero versus 31, post enarrata plurima beneficia, quae coelitus accepit Ecclesia, orat Psalmus, diuina virtute bona haec caelestia in nobis confirmari, vt in omnibus templis in pace munera offerri possint nomini eius: saeculi autem potestates veritati resistentes (quas per feras arundinis intelligit) prohiberi postulat & cohiberi virtute Dei, vt non sint imperatiuam Ecclesiae sanctae in profectu suo: praedicat quoque futurum, vt Aegyptus se submitat fidei, & item Aethiopia festinet conuertere sese ad dominum Deum suum. Propter quae omnia, deinceps a versus trigesimo, ad finem usque, non nisi ad laudem exhortatur, & gratiarum actionem reddendam, omnia regna, omnesque populos, vt iuxta magnificentiam gloriae suae, ipsum vniuersi fideles benedicant in saecula.

SEXAGESIMISEPTIMI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius:



Exurgat populo suo Deus, vel tandem in hora nouissima in temporis plenitudine exurgens visitet mundum, quem ab initio sub tyranno crudelissimo, principe tenebrarum, passus est detineri: ipsaque adueniente, iuxta promissum, ad saluandum populum suum, mox dissipabuntur ac dispergentur velut ad nihilum redacti, vniuersi inimici eius, principes tenebrarum vna cum angelis suis, cunctisque sibi adherentibus: \* & diffugient quantocumque a conspectu praesentiae eius omnes qui oderunt eum: cuncti eius aduersarii, qui ab initio suae conditionis illi contumaciter sese opposuerunt, ad eum modum quo raptor aliquis sola fraude praeter omne ius raptam ciuitate occupans, ciuitate deserit, & quantocumque fugam adorat, vbi regem cuius est ciuitas cum virtute perceperit aduenire, recipient ac liberanda ciuitatis suae gratia. 2 Deficient & diffugient ad eum modum quo fumus mox vt exortus fuerit in altum, euanescent subito, neque vestigium vllum derelinquens, ita euanescent, ita desperibunt & auferent subito a praesentia aduenientis domini: \* quemadmodum cara ignis virtute liquefit, ac liquefacta consumitur ab igne: sic a praesentia diuinitatis (quae ignis consumens est) consumetur impii daemones, & in perditionem ignis collabebunt. Non enim poterunt ferre illi tenebrarum principes, aduenientem ad salutem populi sui lucis principem, lucisque auctorem, & tanquam gelida glacies dissoluatur a conspectu eius in perditionem atque in nihilum. 3 Iusti vero ac fideles, gaudentes in Messia saluatore suo, exultabunt, epulabunt, atque delitiabunt in gaudio spiritus, letitiamque magna delectabuntur ante conspectum Dei sui, qui tali eos gaudio intus ac foris letificabit, propter salutem & felicitatem quam allaturus est mundo. 4 Cantate domino, & Psalmos, laudumque: cantica canite benedictio nomini eius: \* in reuerentia signum, & debiti honoris testimonium, viam facite illi tam magnifico domino, tam nobilissimo principi, tam fortissimo pugnatore, tam gloriosissimo triumphatore: qui super occasum tanquam victor ascendit, qui mortem resurgendo superauit, de quo morte & mortis domino gloriose triumphauit: propter quod, illi vt victori & triumphatori proclamamus parari iter, & viam fieri, vt gloriose transeat in pompa solennitatis, vt tam gloriosum decet triumphatorem: \* & si nomen eius requiritis, nomen habet Deus dominus. Solus enim a seipso esse habet, & non est ab alio, a quo caetera omnia quae sunt, esse habent: quemadmodum & omnium est dominus, omnia continens in sua ditio-

Hebr. 12.

Apoc. 19.

\* & fugiant qui oderunt eum a facie eius.

2 Sicut deficit fumus, deficient:

\* sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.

3 Et iusti epulenter, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in letitia.

4 Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: \* iter facite ei qui ascendit super occasum: \* dominus nomen illi.

5 Exultate in conspectu eius: \* turbabuntur in pace, vt liberet populum suum: \* impiis autem erit for-

*tur à facie eius patris orphanorum & iudicis viduarum.*

*6 Deus in loco sancto suo: \* Deus qui habitare facit vnus moris in domo.*

1. Thim. 3

*7 Qui educit victos in fortitudine: \* similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.*

*8 Deus cum egredere- ris in conspectu populi tui: \* cum pertransie- ris in deserto.*

*9 Terra mota est, ete- nim, cali distillauerunt à facie Dei Sinai, à fa- cie Dei Israel.*

*10 Pluuiam volunta- riam segregabis Deus hereditati tue:*

*\* infirmata est: \* tu verò perfecisti eam.*

*11 Animalia tua ha- bitabunt in ea:*

*\* parasti in dulcedine tua pauperidens.*

midabilis, & inimici eius cōturbabuntur timore horribili in aduen- E- tu eius, & præsentiā eius formidabunt ac fugient: eius (inquam) qui est pater orphanorū eorum qui ab hominibus derelicti sunt, paternā curam & nutritiā sollicitudinē gerens, quique pro viduis iudicat, eas quæ humano patrocinio & solatio orbatae sunt, singulari sollicitudi- ne defendendo, ac pro eis cōtra oppressores iudicando: vt meritō à facie eius conturbari debeant impij dæmones, qui genus humanum ante Mesiaē aduentum velut patre ac viro destitutum, dissimulante ac permittente Deo, grauiter opprimebāt: quæadmodū pupillorum & viduarū oppressores cōfunduntur & conturbantur, vbi potēs ali- quis aduenit, qui pupillorū & viduarū causas tueri voluerit: 6 Ipse est Deus inhabitās in folio gloriæ suæ, in throno maiestatis, in aula caelesti, quā sanctificauit sibi in habitationē aternā: \* ipse est Deus, qui homines vnus moris, homines vni<sup>9</sup> animi, in vna fide, in vna spe in vno fideli proposito, habitare facit simul per cōcordem charitatē, & fidei vnitatē, in Ecclesia sancta, quæ est domus ipsius. Ipse enim ex diuersis gētibus & linguis homines in vnam hanc domū cōuocat, & cōgregat, per fidei vnitatē, & charitatis cōcordiam: estq; ipsius desy- deriū semper cōgregare, & in vno colligere, quomodo inimici ipsius principis tenebrarum, per discordiam & dissidia dispergere semper atque diuidere. 7 Ipse est, qui victos compedibus & vinculis irretitos peccatorū educit in virtute diuinitatis suæ, qui cōscientias pec- catis onustas, & velut in carcere mortis cōclusas, dimissis peccatis po- test sua virtute libertati pristina restitueret: \* animas etiā patrū an- tiquorū in lybmo inferni captiuitate detētas, cōfractis inferni clau- stris, fortitudine cunctis dæmonibus tremenda liberauit: \* itē & ho- mines incredulos atq; inobediētes, qui Deū suis peccatis exasperant, & qui iam longa peccandi consuetudine velut sepulti sunt in terre- nis cupiditatibus, potēs est educere de sordibus peccatorum suorū, & in vitam bonam cōstitueret. 8 O Deus magne, cum tu olim coram populo Israelitico egredere- ris, tāquā ductor eorum & propugnator tua virtute eos in signis prodigiūq; maximis deducēs & saluās: \* cū pertransires cū eis per desertum illud vastissimum, in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctē: quanta tunc edebas corā pa- tribus nostris mirabilia signa atq; prodigia, quā familiarē ac beneuo- lū tūc exhibebas te ipsū populo tuo? 9 A præsentiā Dei Israel in mō- te Sinai legē dātis populo suo, terra tremuit, & moueri visa est, cum ipse ad ferendū legē in magna gloria & maiestate descēderet, in igne nube, fulgure, choruscationibus, & clāgore buccinæ, ad populi terro- rē, & suæ præsentiæ ostensionem: neque mirū si terra mota fuit, quā- do quidē & celi desuper iussione Dei māna ad modū roris stillauerūt. Quod si veteri illi populo tanta ostēdisti beneficia, quāto magis cum in fine temporum egredieris ante nouum populū tuum, & trāsies per desertū mundi huius, nō iam in ostēsa columna ignis & nubis, sed in assumpta forma carnis: quāto (inquā) tunc maiora exhibebis benefi- cia, quāto magis & tunc cōmouebitur terra, cum nouā legē dabis in amore, quā veterē illam tuleras in terrore: & quanto tunc suauis effē- caciūsq; manna de celo stillare facies ad ostensionē dulcedinis tuæ? 10 Pluuiā electā & valde singularē Euangelicā doctrinā, & cum ea H- spiritalis gratia tuę dabis ac dispēsabis speciali electione beneplaci- ti tui, nouę hereditati tuę, Ecclesię sanctę, in tuo aduentu edifican- de, tibiq; in sempiternam possessionē vēturę: quam pluuiam ex solo tuo beneplacito, non existens vilius boni debitor, effundes super he- reditatē tuā, eod quod tibi sit in ea beneplacitū: quia etiā pluuiā irriga- bis cōmodē, & affatim fecundabis illā: \* fuit tamen hereditas tua Deus in suis primordiis, ac deinde etiā in successu tēporum, admo- dum afflētā, humiliata atq; infirmata, per oppugnationē principis tenebrarū, satellitūq; eius seculi potentū: \* sed tu omnibus potē- tior, ita eā sūdasti, ac stabilē cōstituisisti, ita firmā stare fecisti, vt ener- ti ac destrui penitus nō potuerit, quātumuis videatur aduersis oppu- gnari, aduersariorūq; oppugnatione infirmari. 11 Habita- bunt in hac hereditate Ecclesię sanctę, simplices & innocentes fideles, vere oues pascuę tuę. Inhabitabūt enī ipsi in tua hereditate, quasi cinas in ciuitate sua, quasi domestici ac filii in domo sua, quasi oues in ouili suo: & tu quasi pastor ac pater corū parasti pauperib<sup>9</sup> spiritu, humilib<sup>9</sup>

A

*12 Dominus dabit ver- bum euangelizātibus, virtute multa.*

*B 13 Rex virtutum dile- cti dilecti, & speciei domus diuidere spolia.*

*14 Si dormiatis inter medios clericos:*

C

*\* penna colūba de ar- gentata, & posteriora dorfi eius pallore auri.*

*15 Dum discernit ca- lestis reges super eam, niue dealbabitur in Selmon:*

D

*\* mons Dei, mōs pin- guis.*

*16 Mons coagulatus*

*\* mons pinguis: \* vt quid suspicami-*

ac mansuetis, cibum tam corporalem quā spirituale; & necessario- rum omniū sufficiētiam, in dulcedine & benignitate dilectionis tuæ: quoniam cōplacuiisti in eis. 12 Dabit enim Deus omnipotēs sanctis Apostolis ac pradicatoribus gloriæ suæ (quos per vniuersum orbem mittet in temporis plenitudine, pradicare regnum Dei & iustitiam eius) sermonē efficacem & cōstantem loqui in multa efficacia & vir- tute, ita vt per suę pradicacionis virtutē operaturi sint mirabilia: Nō enim ipsi erunt qui loquātur; neq; ipsi opus habebunt cogitare quo- modo, aut quid loquentur: sed spiritus patris erit, qui loquetur in eis, quiq; in illa hora dabit quid loquātur, etiam coram regibus, prafidi- bus, cūctisq; seculi potētibus & sapiētibus. Neq; erit verbum pradi- cationis eorum in sublimitate sermonis, aut in persuasibilibus huma- nā sapiētiæ verbis, sed in ostēsiōne spiritus & virtutis, Deo sermo- nē cōfirmate per varia signa atq; prodigia, ita vt per virtutē pradi- cationis suę audeat resistere vniuersā mundanę potestati atq; eruditio- ni seculi, plurimōq; & potētum & sapientum valeant suis sermoni- bus, simplicibus quidem, sed efficacissimis superare. 13 Dabit (inquā) dominus ille, qui est rex virtutum, rex gloriosus, pater dilecti, imō di- lectissimi filii sui, in quo sibi est beneplacitum, etiam spolia diuidere suis euangelizatoribus, ad speciem, decorem, pulchritudinem, & or- natum domus suæ, quę est Ecclesia sancta. Dabit enim Deus pater vni- geniti dilectissimiq; filii, apostolis suis, per verbum pradicacionis ita multos vbiq; superare: atq; salubriter quasi iaculis vulnerare, vt sin- guli pro sua portione plurimos sint accepturi in sorte sua, vnde vberē fructū reportēt: ad modū eorū qui in bello victores sūt, qui vbi alios prostrauerint, ad spolia deinde se cōuertunt, & sui laboris atq; victo- rię premia requirunt. Eritq; hæc spoliōrū diuisio atq; distributio fi- deliū per varias partes Ecclesię ad magnā speciem & decore magnifi- cū domus Dei, quæ in multitudine filiorum & credentū decoratur. 14 Vos verò, o sancti euangelizatores ac pradicatores verbi Dei, qui- bus Ecclesię ornatus creditus est, super omnia diligēter curate, vt col- umbam Dei sanctam Ecclesiam decore suo adornetis. Si enim vos in medio duarum fortium habitare atq; quiescere velitis, si medii inter celestem fortem & fortem terrenam habitare eligatis, ita vt terrena hereditate prout oportet (id est, nō nisi ad necessitatē corporis) vta- mini, in celesti autē forte prout oportet delectemini, id est, toto corde ad eam anhelantes properaueritis: \* si sic (inquam) inter medias fortes dormire elegeritis, erit idubie speciosa & pulchra admodū ad vidēdum vnica columba illa altissimi: quæadmodum secundum eor- poralē pulchritudinē, pulchra est columba, quæ pennas habet velut deargentatas, secundum speciem argentirelucētis, & supremum dor- si ad similitudinem sului siue pallentis auri. 15 Dum caelestis ille rex virtutū designabit, deputabit, & constituet reges super hanc domum suam, super hanc columbam suam, dum super Ecclesiam suam prafe- ctos constituet sanctos Apostolos, eorūq; successores, vt eā pascant ac regant, tum quasi ad modū niuis dealbabitur habitatores in Sel- mon, quod est, in vmbra vel obscuritate: hoc est, qui prius ante adue- tum atq; pradicacionē Apostolorū, in tenebris errorum vivebant & in vmbra mortis, per Apostolorum pradicacionem efficiuntur albī & candētes in decore spiritus, quæadmodum nix corporalis lucet & cædet in sua pulchritudine: \* & in horū pradicacione mons Dei sur- rexit atq; creuit, sancta Ecclesia, populus fidelium, per fidem in mō- dum mōtis sublimis & bene stabilis, cōgregatione multorum popu- lorum magnus, longus & latus, qui mōs admodum etiā pinguis est, omnium spiritualium charismatū pinguedine & diuitiis plenissim<sup>9</sup>. 16 Mōs iste est quasi mons coagulatus siue incafeatus, ad eum modū quo lac coagulatur & incafeatur. Quæadmodum enim immisso in lac coagulo, per coaguli virtutē lac cōgregatur, & velut in vnum coit ac conuiscatur, vt fiat partū adglutinatio & mutua adhesio: ita in san- cta Ecclesia, fides est vice coaguli, quæ populos multos in vnum con- fringit & cogit, atq; adinuicem corda fidelium omnium conuiscat & cōglutinat, vt vnū corpus & vnus spiritus fiant. \* Et licet coagula- tus mons sit, est tamen electus admodū, delicatus & pinguis, omnium spiritualiū charismatū pinguedine refertus: \* vt quid verò, o inere- duli quicunq; intra hunc montē coagulati non estis, suspicamini &



ni montes coagulatos?

Matt. 28.  
Ioan. 14.

17 Mons in quo bene placitum est Deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in sinem.

18 Currus Dei decem milibus multiplex: \* milia latantium.

Dan. 7.

\* dominus in eis in Sinai, in sancto.

19 Ascendisti in altum:

\* cepisti captiuitatem:

\* accepisti dona in hominibus.

1. Cor. 12

Ibidem.

20 Etenim non credentes inhabitare dominum Deum.

Ioan. 14.

21 Benedictus dominus die quotidie:

\* prosperum uer faciet nobis Deus salutarium nostrorum.

coſingitis ac perſuadetis uobis alios, neſcio quos, mōtes coagulatos: E vt quid alias uobis cōgregationes diaboli & lynagogas Satanae conſtruire molimini: cum hic vnicus mōs fit uere coagulatus & pinguis & non extra Eccleſiam hanc vnica ſalus: ueſtri autē montes inanes & macri ſunt, pleni mortifero ueneno, vt mortis filii ſint, quicunq; coagulentur in eis. 17 Mons iſte Dei vnicus eſt, in quo eſt Deo patri & chriſto filio eius beneplacitum. vt in eo habitet: neq; ſolum ad tēpus aliquantulū, ſed prorſus uſque in conſummationem ſæculi & in æternum. Erit enim Deus cū ſuis fidelibus (iuxta promiſſum) uſque in cōſummationē ſæculi, & manſionē ſibi faciet ſempiternam in cordibus eorum. 18 Currus autem Dei quo in magnificētia gloria ſua uehitur, & ſuper quem equitat ipſe, nulla quidem neceſſitate ueſtorib; opus habēs, ſed tantum ob magnificentia gloria ita uehi ac ferri uolens, ex multiplicatis decē milibus uehentium componitur, id eſt, ex innumerabili uehentium multitudine: \* infinita milia ſunt cæleſtium ſpirituū, angelorum ſanctorum, ſuper quos reſidet Deus, tāquam ſuper curru ſuū, & a quibus uehitur, maxima ipſorum exultatione & gaudio inenarrabili, quod ex aſpectu habēt & præſentia eius quē uehunt in gloria ſua Milia enim milium ſunt quę ei miniſtrāt, & decies cētena milia ſunt quę aſſiſtunt ei: & hi omnes pro curru ſunt illi, committēs illum ſemper & uehētēs, quocunq; peregere uoluerit: in quo curru ſemper reſidet in amplitudine magnificentia ſua, neq; vnquam deſcēdit ab eo: \* & in his ipſis milib; qui pro curru ei ſunt olim De; veteri populo apparuit, in mōte Sinai, in loco ſancto: quando aduenit in terrore & oſtēſione potētia adferendam legem populo ſuo, per quorum etiam miniſterium terribilia circa montē illum tunc operata fuere, ad præſentia curru huius & aurigę demonſtrandā. 19 Atq; hoc ipſo curru uectus, poſt peractū in carne laborioſi certamē, poſt mortem morte deuictam, poſt reſurrectionem a mortuis, omni opere peracto ad quod ueneras, redire uoluisti tu magnificentiſſime domine in propria: ad patris dexterā (unde exieras) angelico ſtipatus exercitu glorioſe aſcēdiſti: \* quādo etiā tecum abduxiſti pro tuis captiuos pa tres illos quos ad inferos deſcēdens, ſub diabolo captiuos inueneras: quōſq; tua morte & deſcenſu ad inferos de captiuitate illa liberaueras: quādo hos (inquam) ante ſub diabolo quodāmodo captiuos & in lymbo in umbra mortis cōcluſos, tecū abduxiſti, captos de manu diaboli, in libertatem gloria filiorū Dei, in amplitudinē regni: \* ſimul & genus humanum vniuerſum, quod ante ſub principis tenebrarum imperio detinebatur, cepiſti in manu eius, ac ad cæleſtem hereditatē tecum abduxiſti, ſpem firmam tuo proprio ingreſſu omnibus præbēs credentibus, & ius introeundi eis reſtituens, quod donec ſub diaboli captiuitate uincti tenebātur, nō habuerant: \* quando etiam poſt aſcēſionem hanc tuam in cælum, a patre (a quo tibi ſunt omnia) dona accepisti, ſive pro hominibus: quę uidelicet hominibus, quos in mūdo ſecundū carnis præſentia reliqueras, Apoſtoliſ ac diſcipuliſ tuiſ, de cælo mitteres. Accepisti a patre tuo, vt ſpiritu ſanctum (iuxta promiſſum) cum omnibus donis ſuis mitteres mūdo, impartieſ illū credētibus omnibus, uſq; ad cōſummationem ſæculi: itē & varia ſpiritus dona, ſapientiam, intelligentiam, ſcientiam, poteſtatem miraculorū, H genera linguarum, interpretationem ſermonū, animi fortitudinem, fidem, ſpem, charitatem, aliāque his ſimilia: quę omnia operatur in homine vnus atque idem ſpiritus ueritatis. 20 Et quidem hoc inſuper aſcēdens in altū accepisti a patre tuo, vt illos qui te adhuc in carne agēte increduli fuerāt (ſive ex gentibus idololatrię, ſive ex Iudæis in te impii, tibiq; repugnātes) poſt tuam aſcēſionē in cælum iam inhabitet dominus deus, pater & ſpiritus ſanctus, atque ita & vt ipſe: vt poſt aſcēſionē tu ſimul cum patre & ſpiritu ſancto, ad eos iam compunctos & poenitētes per Apoſtolorum prædicationē, familiari dignatione ueniat, & manſionem apud eos faciat. 21 Benedictus ſit proinde, ac ſemper laudatus dominus Deus, tā magnificentiſſimus erga populum ſuum de die in diem, hodie, heri, cras & quotidie, ſitq; benedictus ſemper & in ſæcula: \* omnia nobis faciet proſpere cedere, omnia faciet nobis, cooperari ad bonum, & reſta uia in ſalutē præparatam nos adducet ipſe Deus ſalutis noſtrę, omnium ſaluationū noſtrarum author: quo authore, ab omnibus periculis ſalutis fore cōſidi-

A 22 Deus noſter, Deus ſaluos faciendi: \* & domini domini exitus mortis.

23 Veruntamen Deus cōſtinget capita inimicorum ſuorum: \* verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.

24 Dixit Dominus, ex Baſan conuertam:

\* conuertā in profundum maris.

25 Vt intinguatur pes tuus in ſanguine:

\* lingua canum tuorū ex inimicis.

\* ab ipſo. 26 Viderunt ingreſſus tuos Deus:

\* ingreſſus Dei mei, regis mei, qui eſt in ſancto.

D 27 Præuenerunt principes:

\* coniuñcti pſallentibus:

\* in medio iuuenclarum tympaniſtriarum.

mus in æternū. 2 Deus noſter, Deus potētiſſimus eſt, Deus eſt ad ſaluandū, qui ſolus homines poteſt facere ſaluos a peccatis, ſive a morte, ſive ab inferno, ſive a diabolo, & ab omni malo: propter quod etiā Jeſus ſiue ſaluator, nomē eſt illi: \* & ſolius domini Dei, domini (inquā) Dei noſtri ſolius, ſunt exitus mortis: Solus enim ipſe mortē primus pertrāſiit, illaſus, ſolus a morte teneri non potuit, cū uere fuiſſet ad tēpus mortuus: ſed potētia ſuę diuinitatis a morte exiit, rediēs ad uitā, & uinus permanēs in ſæcula ſæculorū. Neq; ſoli ſibi exitū a morte inuenit, ſed omnibus etiā in ſe credētibus exitū dabit a morte: quādoquidem in hoc uenit in mundum, vt omnis qui in ipſum credit, in morte nō maneat, ſed a morte tranſeat ad uitā ſempiternā. 23 Quāquam uero ipſius domini noſtri ſunt exitus a morte, vt credētes in ſe quos uoluerit faciat exire a morte: ita tamen qui aduerſus ipſum inimicitias obſtinato animo ſeruāt, qui in ipſum corde obdurato credere recuſauerint, ipſumq; vt Deū uerū & ſummū non uoluerint debito agnoſcere ſamulatu, horū capita ipſe potēter in ſaeritate iuſtitie ſuę cōcutiet, & ualde cōquaſſabit, ita ut cōſtingat: \* cōſtinget (inquam) verticē capilli eorū qui in delictis ſuis, obſtinato animo & mala uoluntate, per ſuperbiā & inobedientiam perſeuerant: verticem capitis horum concutiet & cōminuet, id eſt, in mortem crudelem æternā punitionis ultrice ſentētia ſua, huiusmodi cōdemnabit. 24 Dixit quidem dominus, & ita definiuit, quod ex Baſan (quod eſt cōfuſio uel ignominia) hoc eſt, ex populo nationū, qui prius miſer erat, & cōfuſio ne atq; ignominia, propter idololatriam, & alia ſædiſſima facinora, plenus, cōuerſurus eſſet plurimos ad agnitionem ueritatis, & uerum cultum ſuum ac filii ſui: \* dixit quoq; cōuerſurū ſe multos etiam eorū qui habitāt lōge a terris, in inſulis maris: propoſuit & uoluit, plurimos tā ex terra, quā ex mari Apoſtolica prædicatione ad ſuū cultum cōuertere. 25 Illos tamen inimicos qui obſtinati elegerūt permanere in impietatibus ſuis ita cōſtinget & interficiet (vt dictū eſt) ut uinſcuiuſq; pertrāſeantis pedes intingi poſſent in ſanguine: \* & ut lingua canum uinſcuiuſq; pertranſeantiū poſſint labere de ſanguine, effluxit ab inimicis: quēadmōdum in præliis magnis tanta ſolet ſtragis hominū fieri, & in tāta copia ſanguis effundi, ut pertrāſeantes per riuos ſanguinis, ab hoſtiū corporibus deſſuētēs, debeant ſanguine pedes ſuos cōmaculare, & canes ſanguinem lambant: hoc eſt; uſtio fiet grauiſſima, & plaga horribilis, aduerſum obſtinatos in malitia: idq; ab ipſo fiet ultore Deo, qui ſicut poenitentes atq; credentes ſuauiſſimis reſocillabit benediſtionib; ita inimicos ſuos grauiſſima feriet uindicta. 26 Viderūt fideles tui, o Deus, ingreſſus tuos, quibus in mūdum adueniſti, ruſſumq; a mūdo in cælum rediſti, & inceſſus tuos omnes, omnēq; cōuerſationem, quibus in hoc mūdo cum hominibus cōuerſatus es, & operatus in nobis opera tua, ad quę miſſus fueras a patre: \* ingreſſus (inquā) tuos, o Deus meus, o rex meus, qui habitas in ſancto ſolio gloria tua, & in ſanctitate tua. Fideles enim tui uiderūt ingreſſus tuos, nonnulli quidē etiā corporali uifu, ut pote ſancti diſcipuli tui, cū quibus familiarē duxiſti cōuerſationem: quibus datū fuit oculis te uidere, auribus audire, & manibus etiā palpare: ceteri uero oculis mētis te cōſpexerunt, in lumine ſanctę fidei, illorū uerbis inharētes qui tuos ingreſſus oculis cōſpexerant. 27 Illi autē qui tuos ingreſſus uidere meruerunt, ſancti fuerunt Apoſtoli tui atq; diſcipuli, qui ceteros fideles omnes præuenerunt, primi a te dignanter uocati, primiq; te ſeruenter & obediēter corpore & animo inſequuti: quos tu proinde principes eſſe feciſti, progenitorēſq; & reſtores omnium nationū & Eccleſiarum, quas ipſorum prædicatione ad fidē tuam uocari uoluisti: hi (inquā) principes & primitiui diſcipuli, præuenerunt ante omnes: \* neq; ipſi tamē ſoli adueniunt tamēti præuenerunt, ſed pſallētibus fidelibus ſua prædicatione cōuerſis comitati & ſociati. Mox enim adiūcti ſunt illis nō pauci numero, qui illorū prædicatione compuncti, appoſiti ſunt ad illos cum gaudio & lætitia ſpiritus pſallētes, & gratias agētes Deo, pro uocatione ſua ſanctā & ineffabilibus beneficiis: \* mox uero inuēti ſunt principes iſti noſtri in medio iuuenclarū tympaniſtriarū, in medio Eccleſiarum multarū nouiter exurgētium, ac lucreſcētium nouellarum plātionū: quę tanq; bona tympaniſtriarū, dulciſſimas melodias tā corde, quā

Apoc. 1.  
Rom. 6.

Ioan. 13.

1. Ioā. 1.

Actu. 2.

ore & opere, atq; etiam musicis instrumentis pro tempore adhibitis, in gloriam Dei spōi & patris sui resonabant: in quatuor iuencularū medio, principes illi à Deo positi sunt, vt hic quidem plantarēt, illic rigarēt, hic secarēt, illic infererēt, omni solitudine laborantes suas iuēculas (quas vni viri Christo virgines exhibere desponderant) & custodire immaculatas, & in Deo reddere perfectas. 28 Proinde omnes vos qui in Ecclesiis estis, qui mēbra estis & filii iuencularū istarum tympanistrarum, laudē date, & gratias agite Domino Deo vestro: \* idq; de principibus vestris, qui & fontes sunt Israel, quod videlicet per tales principes ad fidē suam & spē salutis aeternae vos adduxerit, quod per fontes istos omnes populos atque Ecclesias irrigare sit dignatus, & salutaris doctrinae fluentis copiose refocillare. Fontes enim sunt Apostoli sancti, à Deo primitiis spiritus copiosissime impleti ex quibus orbis vniuersus siti & ariditate iadū emortuus, humectatus est & irrigatus, salutaris Euangelicae doctrinae predicatione, & spiritus sancti charismatumque eius liberali cōmunicatione. Et hi sane fontes Israel fuerūt, quia ex populo Israelitico electi à Deo, qui ex Iudaeis salutē voluit oriri, & diffundi in omnes nationes. 29 Inter hos autē fontes Israeliticos, qui sui fluetis tympanistras iuēculas irrigarūt & viuificauerunt, vnus non infimus fuit de tribu Benjamin, ceteris fratribus & Apostolis posterior vocatus (quē admodum Bēiamin inter fratres suos natu minimus erat) Paulus nomine: qui in extasi mētis supra se raptus, in paradysum, vsq; in tertiu celum, audiuit ibi arcana verba quae non licet homini loqui, illicq; in mentis excessu hausit ac didicit, quod postmodū iuenculis de sua plenitudine effunderet: neq; ab homine, neq; per hominē, sed per reuelationē, in excessu mētis, doctus Euangelium Dei: qui plus omnibus laborauit, iuencularūq; plurimas egregias genuit & educauit, plantauit atque rigauit: vt merito debeat huius nomē inter fontes ceteros nō omitti, tametsi tempore aliquanto posterior, & (quomodo Benjamin in senectute patris genitus) post Domini sui ascensionē primum vocatus. 30 Duces fideium & antesignani illi, de quibus iam ante diximus, fuerūt principes & primi quidā de tribu Iuda & stirpe regia, alii de tribubus Zabulon & Neptalim. Ex Israelis enim tribubus elegi debebant primifalutis praedicatores, & Euangelicę gratię praecones, vt iuxta promissiones patribus factas, ex Iudaeis salus oriretur, atq; ita demum ad nationes deriuaretur. 31 Nunc verō, Deus piissime, posteaquā tam plurima, tamq; maxima beneficia cōtulisti populo tuo, quę nisi tua virtute & beneficio tuo non poterūt conseruari, ne tāta tua beneficia pereat, cōmenda Deus, ac praecipe virtuti tuę (quandoquidē humanas vires excedit negotiū) tantorū in nobis bonorum cōseruationē: \* & tua ipsius virtute, in qua ea cōtulisti & operatus es, intende ad custodiā cōseruationē & promotionē eorum quę operatus es in nobis: vt per spiritum tuū sanctum Ecclesiarū rectorē firma sint & stabilia dona gratiarū tuarū, & opera tua, quę potēter & mirabiliter operatus es in nobis. 32 Fideles autem tui, etiam reges & potētes, pro gratiarum actione offerēt tibi deuota munera, per omnes Ecclesias in locis tuo nomini sacratis, incipiendo à templo illo tuo sancto, quod est in Hierusalē nominatissimum, & sub tuo nomine apud omnes populos gloriosum. Atq; ita & ordine cōsequēti, per omnes Ecclesias in locis tuo nomini sacratis, offerēt tibi nobiles siue potentes cum pusillis & ignobilibus deuota munera, siue cordis in laude & oratione: siue etiā corporis in externis quibuscūq; oblationibus, ex abundantia pii cordis. 33 Verūtamen vt nō opprimantur aliena malitia Ecclesia, iussu tuo edificatę, cōpescē (quāsumus) & prohibe seculi potētes infideles, qui tanquam feras se exhibēt aduersus sanctum nomē tuum & populum fidelem tuum, animo feroci & crudeli insultantes, vīmq; inferetes electis, & velut cornupetę bestia, suę potentia cornu sanctos interficere cupiētes: sed arūdinę fera sunt, & nullius solidi roboris, si ad tuam potentiā cōferantur, ita vt tibi non valeāt resistere, possiq; eos ad modum arundinis pro nihilo cōfringere, cum omni sua seculari potētia: has lasciuas, petulantes, & crudeles feras, quas tibi tra ficile sit cōfringere, petimus, vt tu cōpescas, ne iuxta furorē suum quęat in sanctos agere, & in Ecclesiam pro voto desanire: \* omnis eorum virtus nō aliud est quā congregatio, siue exercitio indomitōrū tau

2. Cor. 11 28 In ecclesiis benedicite Deo Domino: \* de fontibus Israel.

Gene. 35 29 Ibi Benjamin adulescentulus in mentis excessu.

Galat. 1.

1. Cor. 15  
1. Cor. 3.

Gene. 35.  
Actu. 9.

30 Principes Iuda, duces eorum, principes Zabulon, & principes Neptalim.

31 Manda Deus virtuti tuę.

\* confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.

32 A templo tuo in Hierusalem, tibi offerent reges munera.

33 Increpa feras arundinis.

\* congregatio tauro

A rum, in vaccis populorum: \* vt excludant eos qui probati sunt argento.

34 Dissipantes quę bella volunt.

\* venient legati ex Aegypto.

\* Aethiopia praeueniet manus eius Deo.

35 Regna terrę cęterate Deo, psallite domino.

36 Psallite Deo quia ascendit super calum cali \* ad orientem.

37 Ecce dabit voci suę vocem virtutis:

C \* date gloriā Deo super Israel, magnificētia eius & virtus eius in nubibus.

38 Mirabilis Deus in sanctis suis: \* Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suę.

\* benedictus Deus.

D

rorū, id est, ducum ferocium & efferatorū, in omne facinus quodcumque princeps cogitauerit paratorū, vnā cum multitudine populorū subiectorum, qui sunt quasi vacca tauros insequentes, quodque suos principes viderint priores facientes, libenter insequentes: \* quorum omnium simul coniunctorum propositum & desiderium in hoc est, vt excludat à veritate fidei, & prohibeant, ac cessare faciant ab opere suo & cōmissio sibi officio, sanctos principes tuos, eos qui corā te electi & probati sunt, quasi argētum, quos tu examinatos & probatos habes, vt etiā ceteros simpliciores excludat & impediāt à veritate fidei suscipienda, & consequenda salute. 34 Dissipa tu Domine, virtute omnipotentia tuę, populos qui bella mouere & persequutiones suscitare moluntur aduersus Ecclesiam tuam, eorūq; cōprime potestatem, vt non praualeant populo tuo: \* te verō rebellium & persequētium potentiam dissipare & humiliare volēte, mox ad pacem conueniēt regionem populorum, & legatos mittent pacis nuncios, ad principes & capita fidelium: specialiter Aegyptus cōcedus inire volet cū Ecclesia tua, sanctamq; fidem suscipere, vt in corpus Ecclesię tuę cōpingatur: \* insuper & Aethiopia festinabit dare manū suas Deo, se se victā humiliter prosternere ante Deum in humilitate gratiam postulās salutis, quę est in populo sancto tuo. 35 Propter hęc autē tā multa, tamq; immēsa toti orbi à Deo praestita beneficia, cantate Deo omnia regna terrę: quoniā communis salus est, & cōmunia sunt ex æquo omnibus, quę iam cōmemorauimus, & psalmos canite tam munificētissimo Domino. 36 Psalmos canite (inquā) altissimo Deo, qui morte deuicta ascendit super summum calorum, in summā altitudinē, super omnes caelestes orbis & exercitus beatorum spirituum: \* ad patris dexterā locum nobilissimū, vbi perpetua processione filius à patre exoritur sicut lumen increatum, & immensum de increato & immenso lumine. 37 Ecce qui secundum assumptā carnis formā ascendit ad patris dexteram, in summū calorum idem ipse sic vēturus est, quem admodum ascendit in calum in magnifica gloria, cum angelis suis & virtute multa: & tunc quidē dabit voci suę, vt sit vox virtutis & maximę potētia, ita vt omnes qui in monumētis sunt audiāt vocē eius, & procedat in reassumptis corporibus suis, vt recipiant pro suis operibus condignam mercedē: ac tunc quidem consummatio erit & Ioan. 5. finis omnium quę ab initio pro electis est operatus, mirabilium: \* proinde gloriā date Deo super mirabilibus quę operatus est in Israel, populo suo fidei: magnificētia glorię eius, virtutisq; potētia eius in nubibus, & apparuit olim, quādo in nube assumptus est in calum, & apparebit iterum, quādo veniet cū nubibus, in potestate multa, cū angelis, in gloria patris sui, & videbit eū omnis oculus in maiestate sua. Apoc. 1. 38 Vere mirabilis est Deus erga sanctos suos, mirabilia sunt, stupēda vixq; credibilia, quę ipse pro salute electorum suorum dignatur operari: \* neq; dubito, quin Deus fidelium daturus sit virtutem & fortitudinē spiritualē populo suo & omnibus in eum credētibus, vt nullis vaquā tentationibus, nullis impulsibus excidat à salute, ad quam Dei gratuita bonitate sunt praedestinati: \* sit benedictus, sitq; laudatus in sempiternū tam admirabilis in omnibus Deus, de quo tam stupēda, longa iam verborum serie cōmemorauimus: laus eius perduret in saecula saeculorum. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXVII.

Versu primo, Exurgat Deus & dissipēt inimici eius. In elucidatione increpatoriam hęc orationem dirigimus peculiariter aduersus principes tenebrarū, aduersus spiritualia nequitia in caelestibus, quise ab initio hostes exhibuerunt diuino nomini. Hos enim quauis per multa saecula velut dissimulās permisset Deus tenere mūdi imperium, & dominari in filiis hominum, veniēte tamen plenitudine temporis, condemnatos iusto suo iudicio cecit foras, Deoque exurgēte, dissipati, & dispersi sunt aduersarii nominis eius, qui Deo dissimulante & quasi dormiente, suam in mundo exercebant tyrannidē. Possēt tamen generaliter ad omnes Dei inimicos hęc oratio dirigi. ¶ Versu tertio. Et iusti epulentur & exultent in conspectu Dei. Epulentur positum est, pro iocundentur. Vnde in Græco habetur ἐπιπληθύνω: quod significat, iocundētur, vel latentur. Et ex Hebræo beatus Hieronymus vertit, iusti autem letentur, & exultent. ¶ Versu quarto, Iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. In solenibus (quos vocant) actibus, vbi multa est populorum frequētia, solēt ii qui dignitate praeminent, sub praecōnis voce introduci: qui praecōtumultuantē, & in vnum cōpactam multitudinē iubet sele diuidere, & veniēti locum facere: simul

Actu. 1.  
Matt. 25.  
Actu. 1.  
Apoc. 1.  
Matt. 25.

Ephes. 6.  
Ioan. 12.

& nomen eius, ac officii appellationē commemorans, vt audientes tanto promptius reuerentiūsq; iter præbeant, & parent viam transituro. Ita mihi videtur accipiendum: quod hic dicitur, iter facite ei qui ascēdit super occasum: Dominus nomē est illi, vt sit quasi vox præconia, triumphatorē præcurrēs Dominum: quēadmodum & in alio Psalme diximus, de verbis illis, Attollite portas principes vestras, & eleuamini portę aternales, & introibit rex glorię, ac deinde interrogātibus abintus, Quis est iste rex glorię: responso adhibetur, Dominus fortis & potens, Dominus potēs in prælio. Dominus virtutum, ipse est rex glorię. Si cui tamē hæc sermonis iocunditas non arderit, accipiat quod dicitur, vt simplicē exhortationem, qua moueantur fideles Domino viam præparare, per cōscientię & cordis expurgationē, vt tanto visitatore & inhabitatore digni fieri valeant, qui nomen habet pro sua dignitate superans omne nomen, Occasus verò super quem Deus ascendit, præter expositionē in Elucidatione monstratam, intelligi cōmode posset viriorū occasus, id est conuersio à peccatis: super quem occasum Dominus ascēdit, quoniā libet ad illos aduenit, in quibus occidūt vitia, & surgunt virtutes, qui derelinquētēs malum, bonis se dicant operibus. ¶ Versu octauo, Deus cum egrederis in cōspectu populi tui, cum pertransieris in deserto. Quod secundo loco dicitur, iuxta Latinos codices vulgatos, cum pertransieris, accipiendum videtur, pro sententię maiore commoditate, loco pertransires, vt sit conformitas in tempore & modo, cū eo quod præcedit, cum egrederis. In Græco autē, per infinitiuū, vtrūq; horū effertur, hoc modo, *ἐν τῷ ἐπιπορεύσει ἐν τῷ ἔξοδῳ*: hoc est, ad verbum, in egredi te, & in pertransire te. Quidam verò codices, etiam primo loco habēt, Cum egrederis, non cum egredereris. Sentētia tamen commodior est, si egredereris dicatur, & pertransires. Dicitur autē Deus egessus in conspectu populi sui, non quod locum illum egredi possit, secundum suę substantię præsentiam: sed secundum similitudinem ducis egredientis ante populum suum, cuius dux est, sermo iste venit accipiendus. Erat enim illis Dominus pro ductore, per diem simul atq; per noctem. Posset tamen versus iste totus vnācum sequenti, accommodari ad populum nouę legis, hoc modo, Deus cum tu egessus à patre in mundum venires in cōspectu populi tui, cū pertransires per desertum mundi huius, cum hominibus, tanquam vnus ex nobis conuerteris, tūc mota est terra per pœnitentiā, ad vocem prædicationis tuę & mirabilium signorum tuorū. Nam & celi Apostoli sancti (qui in aliis locis frequēter calorū nomine intelliguntur) distillauerunt sanctę Euangelicę doctrinę pluriā: non quidem à seipsis, sed à facie Dei ipsius eiusdē, qui olim legē tulit, & terribiliter apparuit in monte Sinai, à præsentia (inquam) Dei Israel. ¶ Versu duodecimo, Dominus dabit verbū euangelizantibus, virtute multa, Rex virtutum dilecti dilecti, & speciei domus diuidere spolia. Ablatiuis virtute multa, cōstrui debet non cū participio euangelizantibus, sed cum verbo dabit, vt sit sensus, Dominus euangelizantibus dabit verbū multa virtute: hoc est, cū magna efficacia & fortitudine, vt operetur videlicet sermo eorum mirabilia, vel cum virtute magna, ad faciendum signa & prodigia. His enim duabus rationibus: verbum Dei cū virtute multa datur à Deo. Primum, quia verbū quod ex Deo loquebantur sancti Apostoli, ita magnę virtutis & efficacię erat, vt corda penetraret audientium, multoq; potentum etiam & sapientum facili ad Deum cōuerteret à consuetudinibus & erroribus patriis: regna quoq; & imperia ad Christum adduceret. Et licet aures propter simplicitatē non demulceret eorum sermo, corda tamen propter virtutis efficaciā permouebat. Quod autē sequitur, Rex virtutū dilecti dilecti, cum nominatiuo prioris versus, dominus, cōiungi debet, quasi secundum appositoriā connexionē, hoc modo, Dominus existens rex virtutū, dilecti dilecti filii sui, id est dilectissimi filii sui, supple, pater. Siquidē per geminationē hęc, dilecti dilecti, vehemētia dilectionis indicatur, quasi dicas, charissimi filii pater. In quo tacite indicatur quod dominus pater daturus sit euangelizantibus verbū in tanta efficacia: nimirū quia rex virtutum ipse est & pater charissimi sui filii, cuius gloriā annunciabūt illi euangelizatores. Vnde quia rex virtutum est à quo omnis est fortitudo, manifestum est posse ipsum dare verbū virtutis: & quia filii sui dilectissimi gloria prædicanda est, quomodo non verbo illi daret virtutē, quo erat illa annuncianda quam optat super omnia. Quod deinde sequitur, Et speciei domus diuidere spolia, mirabili cōstructione cū prioribus iungitur, ita vt infinitiuus diuidere, neclatur cū verbo dabit, repetito ex h versus prioris, hoc sensu, Et dabit Dominus rex virtutum, dilectissimi filii pater, euangelizantibus diuidere spolia. Quod autē superest speciei domus, datiuī casus est, quēadmodum ex Græco est manifestū & valer ad speciem domus, hoc est, ad decorē domus. Et hæc quidē, quantum ad grāmaticā constructionis congruitatē. Quātum verò ad sensum, videtur hic sermo respicere consuetudinē præliantium, qui post peractam pugnam, prostratis & interfectis hostibus, ad diuisionem spoliōrū dein de se accingunt, atq; ex reportatis post triumphum spoliis domus suas ornant, in altitudine suspendentes quę magis electa videntur, in testimonium victorię & virtutis quam in bello fecerunt. Sic & Apostoli, qui quasi viri pugnatōres egredi sunt cum verbo Dei, quasi viri sagittariū, sagittis acutis armati, plurimas nationes & imperia prostrauerūt Christo: accipientēsq; singuli sortes suas, quasi spolia diuiserunt, ex quibus edificarēt & ornarēt domum Dei. Ornamentā enim domus Dei, fructus est eorum qui ad Deum Euangelicā prædicatione fuerint conuersi. ¶ Versu 14. Si dormitatis inter medios cleros, pennę columbę deargētata, & posteriora dorsi eius in pallore auri. *ἄλλοις* Græce sortem Latine significat. Inter medios autē cleros idem valet, quod in medio clerorū, vel in medio sortium, quēadmodum Græce dicitur *ἐν μέσσοις τῶν κληρῶν*. Sortes autem istę duę sunt, fors caelestis & terrenę. In medio sortium istarum dormire vel requiescere vel excubare prælatos Ecclesię, est affectu, nec penitus inhærere terrenis plusquam necesse est, neque ita etiam solis velle inhærere caelestibus, vt cura negligatur subditorum: sed medio modo quasi inter vtrunq; habitare, vt neque om-

nino occupētur terrenis distractionibus, neq; semper inhercant contemplationis solitudini. Colūba autē ista de cuius pennis & dorso hic dicitur, sancta Ecclesia est, de qua spūs in caticis caticorum loquitur, dicens, Vna est columba mea, perfecta mea. Et iterū, Surge, propera, amica mea, colūba mea, formosa mea, & veni: columba mea, in foraminibus petra, in cauerna maceria. Ostēde mihi faciē tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Quod autē hic dicitur de colūbę pennis deargētatis, & de posteriorib; dorsi in pallore siue in fulgore auri, pulchritudinem exprimit colūbæ. Corporali enim pulchritudine illa columba bene formosa est, cuius pennis quasi deargētata, sic niueo cādore resplendent, supremum verò dorsi quasi auri pallentis, siue ad viredinē tendētis, habet speciem. Per quem corporalem pulchritudinē columbæ intelligitur spiritalis pulchritudo interior Ecclesię. Est itaq; totius huius versiculi sensus, Si vos, o Apostoli, Apostolorūq; locum tenētēs, si vos quicumq; propositi estis Ecclesiariū, in medio duarum sortium excubaueritis, atq; requieueritis (vti supra declaratū est) ita fiet, vt Ecclesia ipsa vobis cōmissa, colūba Dei formosissima & speciosissima fiat. Quēadmodū econtrario si inter medios cleros dormire recusaaueritis, admodum deformem (quantum quidem in vobis erit) columbam istam reddetis. Cū enim præpositi ac rectores Ecclesiarum bene se gerūt, optime proficit populus, & quasi peculiari pulchritudine nitet atq; resplēdet Ecclesia. Cū verò nō in sollicitudine debita præsent gregi pastores grex deficit, & Ecclesia plumis suis deformis redditur, pristināq; perdit nitorem. Cōtingere autē, potest duab; rationibus, vt non inter medios cleros, nō in medio sortium habitates præpositi Ecclesiarum, columbæ suam auferat decorem. Sunt enim quidā sorti inferiori, id est, parti terrenę penitus vel certe nimium inhærētēs: per gulam, luxuriā, cōmestationes, ebrietates, ambitionem, auaritiā, aliāue his similia, quę omnia de mando sunt. Qui per hæc terra vitia, dum & exemplo male docent subditos, & per vitā malam verbo etiam (quod forte prædicant) authoritatē & fidem derogant: non mirum si columbæ suę pulchritudinem vehemētē obscurēt, vt non appareat pennis deargētatis & dorso aureo colore fulgētē. Rursum, alii nimium sibi vacare volunt, nimium quieti intēdere, superiorī sorti plusquā pastoralis cura permittat immanere volūt, neq; satis circūierunt gregē, non satis attēdunt qui lupi obambulent, quis infirmetur ex grege, quis inficiat cōcines: negligunt multa, multa disimulāt: quoniam molestiam fugiūt & laborē, ne à quiete (vt aiunt) impediātur. Et hi certe quāquam sunt prioribus tolerabiliores, tamen magna ex parte frequēter columbæ pulchritudinē obscurāt, & plumas atras multas succrescere sinunt, quas tēpestiuę non euellunt. Qui autem colūbam in suo nitore, in quo eam acceperunt à Deo, cōseruare volunt: ita necesse est in medio duarum harum sortium dormiat, habitēt atq; excubent, vt neq; nimium terrenis se implicant, neque plusquam necesse est, contemplationi & quieti insistere velint. Hoc enim exemplum Saluator (qui hanc formosam columbā genuit, & in sui sanguinis balneo tali pulchritudine donauit) ipse nobis reliquit, nō perpetuo inter populares turbas agere voluit, sed frequēter in deserta orationis gratia secessit, semper tamē ad erudiendos Apostolos ac ceteras turbas opportuno tēpore rediit. Idē & Apostolos legimus factitasse, eorūq; legitimos successores. Atq; vtiā nostro quoq; sæculo hæc non deesset felicitas. Vtinā non toti in sorte infima dormirēt pleriq; eorum, quibus hic clamatur, Si dormieritis inter medios cleros. Habere mus profecto columbā Iesu Christi non ita multis atris picelique plumis cōmaculatam, habere mus candidā vt olim, splendidā vt olim, alis deargentatis vt olim, dorso pallente in fulgore auri vt olim. Sed benedictus per omnia Deus, qui vbi vult, feliciter restituet nobis omnia. Nonnulli verò columbæ pennis deargētatas, & posteriora dorsi in pallore auri, secundum mysticas intelligētias aliter exponunt: quas apud alios præoptum sit inuenire, nos propter prolixitatem nimiam vitandam pertrāsimus. ¶ Versu decimoquinto, Niue dealbabitur in Selmon. Quod apud Latinos duabus dictionibus dicitur, niue dealbabitur, Græce vnico verbo habetur *χιουθισθησεται*, quod ad verbum sonat, ac si cōstituto vocabulo dicamus niuabitur, vel deniuabitur, id est, in modum niuis dealbabitur. In quo sensu etiā accipiendū est, quod dicitur in vulgata lectione, niue dealbabitur, hoc est quasi nix albi fiet: quēadmodum sermo Teutonicus dictione cōposita sneeu vvit appellat, qui in modum niuis vehemētē sunt albi: atq; econtrario pecksv vart, eos qui vt nix nigri sunt, vulgari appellatione dicunt. Selmon verò, quod secundum Hebraicā orthographiā scribi deberet Zalmon, significat obscuritatē vel tenebrositatem, aut secundū alios, qui Zalemth legunt) vmbra mortis. Vtrāq; autē gētili populo cōuenit, imō & Iudaico, quoniam ante horum regū (.i. Apostolorum) super orbem constitutionē, ante apostolicā prædicationem: omnes sub tenebris ignorantia & mortis vmbra residebāt: qui Apostolica prædicatione, per pœnitentiā veram, facti sunt velut nix candidi, dealbati & lucidi. Per montē verò Dei, intelligit Elucidatio sanctam Ecclesiam, quam prius columbā diximus. Posset tamen etiam ipse Christus intelligi, qui mōs est Dei sublimis, mons pinguisissimus plenus spiritu sancto, mons coagulatus: quoniā omnes fideles ipsius mēbra sunt, & omnes per fidei coagulū sibi cōiuncti habet, qui vnus est mons vere coagulatus & perfectus, in quo beneplacitū est toti diuinitati, secundum plenitudinem (vt Paulus ait) corporaliter inhabitare. ¶ Versu decimo octauo, Currus Dei decem milibus multiplex. In Græco, totū hoc decem milibus multiplex, dicitur vnica voce *μυριακάκις*, quod Latine vno verbo reddi cōmode nō potest: sed per circumloquutionē debet explicari, myriadibus multiplex, id est, decē milibus multiplex, quod est, ex decē milibus multiplicatis ac frequenter replicatis cōpositus. Nā vna myrias cōtinet decem milia. Myriadibus ergo multiplex idem est quod decem milibus multiplex. Aut efficta voce dici posset, decē millecplex, si non inueneretur replicatio myriadum. Hoc enim modo, quē-

Cant. 6.  
Cant. 2.



admodū millicuplex diceretur currus, qui ex multitudine mille cōstaret vectorū, ita *μυριάδων*, hoc est, decē millicuplex diceretur, qui ex decem milibus cōponitur. Nā vna myriās (vt iam dictum est) decē milia complectitur. Per hunc autē numerum, siue decem milium, siue (iuxta quod verisimilius est) myriadam multiplicatarum, intelligimus innumerabilē multitudinē angelorum, qui sunt currus Dei. Vnde Hieronymus ex Hebræo vertit, Currus Dei, innumerabilia milia abundantium. Atque ita etiā accipi posset vox Græca supra posita, myrioplasios, vt valeat infinite multiplicatus hoc est, ex infinita multitudine cōpositus. Nā *μυρία* plurali numero, neutro genere, Græci dicunt infinita: myriadē verò, numero singulari, genere fœmineo, tantū decem milia. Quidam verò hunc currū accipiunt populum Dei, electos ex hominibus, aut saltē hos illis cōiungunt: sed præstat angelorū exercitus intelligere, in quibus etiā vctus apparuit in Sinai mōte sancto. Maxime cum scripturarū mos sit iste loquēdi, vt dicat Deum super angelos sedere, vel equitare: quemadmodum in Psalmo. 17. Ascendit super Cherubim, & volauit. Et alibi, Qui sedes super Cherubim. ¶ Versu. 19. Cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Captiuitas ista (vt in Elucidatione indicauimus) vel peculiariter ad patres in lymbo detētos refertur, vel generaliter ad vniuersum genus humanū. Omnes enim sub diaboli manu detinebātur captiui, donec veniret ille fortior qui fortem armatum alligasset, & vasa captiuitatis eius diripisset. Et quidē iuxta textum nostræ lectionis Gallicanæ, nō habet difficultatem quod dicitur C H R I S T V S in altum ascendens cepisse captiuitatē. Quod autem in Psalterio Romano legitur, Captiuā duxisti captiuitatem (quomodo tam in Hebræo, quam in Græco aperte conspicimus) videtur maiorem habere difficultatem. Nā siue patres intelligas ē lymbo eductos, siue homines vniuersos ē diaboli potētia ereptos: quomodo dicitur C H R I S T V S eos quos liberauit captiuos duxisse? An non verius diceretur, Liberā dimisit, vel liberam eduxit captiuitatē? Attendendū proinde est, duplicem in his verbis indicari captiuitatem: alteram durā & pessimā, qua sub diabolo fuerāt detenti: alteram verò optimā, dulcissimā, & diuissime expectatam, qua videlicet per C H R I S T V M & priore durissima fuerūt liberati. Ad hoc enim C H R I S T V S ereptos duxit vel cepit captiuos, vt liberos faceret. Qui enim extra captiuitatē abducuntur, ad libertatē abducuntur. Quēadmodum si rex quispiam audiens subditos regni sui à tyrāno aduersario in captiuitatē abductos, atq; in carceres immanes reclusos, in potētia sui exercitus veniēs, expugna to tyranno populū illum suum de captiuitate mortis excutiat, ac secū abducatur: recte dicemus, illū captiuā secum abducere captiuitatē, non quod ipsos vltra captiuos detinere velit, sed quia de manu eius qui pri⁹ illos in captiuitatē cōcluserat, cepit. Captiuitas prior, seruitutis erat: posterior, libertatis. Notandū præterea, cū dicimus (iuxta secundā expositionē) totum genus humanū C H R I S T V M ascendente duxisse captiuum, etiā si intelligatur quod secum abduxerit in cælos, nō debere hoc falsum neque absurdum videri: sed ita accipi debet, quomodo Paulus Apostolus in Epistola ad Ephesios loquitur, dicens, Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatē suā qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis cōiunificauit nos in C H R I S T O, cuius gratia estis saluati, & cōresuscitauit, & cōsedere fecit in cælestibus, in C H R I S T O I E S V. Ait nos iam cōsedere in cælestibus, in C H R I S T O, siue per C H R I S T V M: non quod illic iam agamus, sed quia per ipsum certā spem & securā habemus expectationē, illum obtinendi. Ita plane omnes nos ascendens C H R I S T V S cepit à diabolo, ac secum abduxit: quoniā de morte nos trāstulit ad vitā iuxta dictū dilecti discipuli: & mortis imperio exemptis, ad hereditatem vitæ æternæ nobis restituit accessum. ¶ Versu eodem, Accepisti dona in hominibus. Mirabile videtur, quomodo præsentem versus allegans Paulus Apostolus, capite quarto Epistolæ ad Ephesios, diuerso modo citauerit, dicens. Ascendēs C H R I S T V S in altū, captiuā duxit captiuitatē, dedit dona hominibus: cum hic dicatur, non de datis donis, sed de acceptis. Multum enim interesse videtur inter hæc duo, Dedit dona hominibus, & Accepit dona in hominibus. Verum si sensum vtriusq; lectionis penitus introspiciamus, cōperiemus manifesto non magnā inter ea esse diuersitatē. Nō enim potuisset filius dare neq; spiritum sanctum, neq; vllum donum hominibus, nisi à patre accepisset, vt dare posset & daret, Quæcunque enim habet filius, à patre se confitetur habere, dicēs, Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Ac rursum, Nō possum ego à meipso facere quicquā. Et de spiritu veritatis, cū discipulis eum promitteret, H dicebat à patre se illis daturum, Cū venerit (inquit) paracletus quem ego mittam vobis à patre. Et iterum, Paracletus quem mittet pater in nomine meo. Item, Rogabo patrem, & alium paraclētū dabit vobis, spiritum veritatis, Vt ergo hominibus spiritum, ac dona eius filius in altū scandēs daret, prius oportebat accipere in hominibus, id est, pro hominibus, vel vt in hominib⁹ diffunderet. Vnde videtur Paulus idē clarius & apertius dixisse, mutata verborū forma, quod obscurius cōtinet lectione Psalms: quēadmodum & in aliis aliquot locis scripturarū citandis fecisse cognoscitur. Alii verò præsentē particulā, Accepisti dona in hominibus, sic intelligunt, Accepisti tu ô C H R I S T E, postquā victor ascendisti in cælū, dona in hominibus: id est, ex hominibus, ex genere humano, quādo scilicet prædicatibus Apostolis, tuis in terra vicariis, multa hominū milia & innumerabiles populi tuæ ditioni sunt subacti & subigati: quādo (iuxta Psalms alterius Prophetiæ) data sunt tibi gētes in hereditatē, & termini orbis terræ in possessionem, Ecclesia sancta tua per orbem Apostolica prædicatione dilatata. Secundū quam expositionē Pauli allegatio ita deberet cōcordari, quia prius erat, vt Christus sua dona daret hominibus, vt spiritum mitteret in corda Apostolorum, quā post se ex hominibus accipere dona, id est, populos suo imperio acquirere subiectos. Nunquam enim orbis terrarū ita se Christo subieciisset, nisi de cælo demississet suum spiritum, qui Apostolos ad rem

Psal. 17.

Psal. 79.

Lucæ. 11.

Ephes. 2.

1. Ioan. 3.

Ephes. 4.

Matt. 1. 1.

Ioan. 5.

Ioan. 15.

Ioan. 14.

Ibidem.

Psal. 2.

**A** tantam sufficientes fecit, cuiusq; virtute sancti Apostoli cuncta mirabilia fuerunt operati. ¶ Versu vigesimo, Etenim non credentes inhabitare dominum Deū. Dependet hic versus secundū constructionem à priore: quoniā totum hoc, Nō credētes inhabitare dominū Deum, verbo accepisti debet coniungi. Idque fieri poterit secundum duplicem constructionem. Primo, vt accusatiuus posterior dominum Deum, ab anteriori parte verbi inhabitare regatur: prior autem non credētes, à parte posteriori: totū verò hoc, dominum Deum inhabitare non credētes, si pro accusatiuo vno qui regatur à verbo trāsitiuo, accepisti, hoc sensu, Etenim accepisti dominū Deum, inhabitare non credētes: hoc est, Accepisti vt dominus Deus inhabitet nō credētes, eos videlicet qui antē non credebāt, qui olim increduli fuerāt, vt illos Deus pater, & tota diuinitas iam inhabitet per gratiā, postquā de cælo missi tui spiritus dona. Spiritus sanctus enim de cælo demissus, corda idololatrarū & infidelium qua inuenit habitacula demonū, consecrauit in tēpla Christi & Dei patris. Altera constructio est, secundum quā accusatiuus non credētes, regitur immediate à verbo accepisti: infinitiuus autē qui sequitur, Græcorū more, pro gerūdio accipitur, ad hunc sensum, Etenim accepisti non credētes, ad inhabitandū dominum Deū in ipsis: hoc est, Eos qui antē increduli fuerant, à patre tuo post spiritum sancti missionē accepisti dono, vt ipse dominus Deus habitaret in ipsis. Et harum constructionum vtrāque recte patitur etiam versus Hieronymi ex Hebræo, quæ eadem est cū vulgata lectione: nisi quod loco, etenim, ponit in super &, hoc modo, Insuper & nō credētes inhabitare dominū Deū. Sciendum tamen est, quod in Græcis exemplaribus, item & in Romano Psalterio alia habetur distinctio. Finiunt enim versus in infinitiuo inhabitare, ac deinde à casu nominatiuo, dominus, versus alterius initium sumūt. Nam Græci libri sic habent, καὶ γὰρ ἀπεθύνται τὸ παρασημασμένον ac deinde καὶ οὐκ ἐπίσταντες: hoc est (vt Romanū habet Psalteriū) Etenim qui non credunt (id est incredulos) inhabitare, Dominus Deus benedictus, & cætera. Quæ lectio Græca, non nisi posteriore patitur constructionem, vt sit hæc sententiā, Etenim accepisti non credētes ad inhabitandum, vt scilicet eos inhabitares, quos antē inhabitabat diabolus. Verum lectio vulgata, Hebræo originali magis apte respondet. ¶ Versu vigesimo primo, Benedict⁹ dominus die quotidie, prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorū. Cum dicit Latina trāslatio, die quotidie, conata est exprimere figurā sermonis Græci, qui habet ἡμέρας καὶ ἡμέρας, quod sonat ac si dicas, die & die: hoc est, per singulos dies, vel quotidie, vel semper. Solet enim illa replicatio vniuersalitātē significare, quēadmodum cum dicitur, Generatio & generatio laudabit opera tua. i. omnes generationes. Item, à progenie in progenies. i. in omnes progenies siue generationes. Figuram sermonis Græci conatur etiam exprimere lectio Romani Psalterii, quæ habet, Benedict⁹ dominus de die in diem. Quod autē sequitur, Prosperum iter faciet nobis Deus, intelligi debet ex cōmuni modo hominum, secundum spem bonam fidenter loquentiū: qui etiam solent dicere, Deo donante, Bene cedent omnia, Fortunabit omnia Deus, Dabit omnipotens prosperum exitum nostris negotiis, Dominus omnipotens rem nostram diriget, & prosperum faciet negotium in manibus nostris. Illud tamē sciendum est, in sermone Græco, pro toto illo, prosperum iter faciat, poni vnicū verbum κατασπένδωμαι, quod significat, faciat prospere cedere, vel prosperum iter faciat. Idem vocabulū & Paulus vsurpat, primo cap. Epistolæ ad Romanos, vbi Latina lectio habet, Si quo modo tandē aliquādo prosperū iter habeā in voluntate Dei, veniēdi ad vos. ¶ Versu vigesimo secundo, Deus noster, Deus saluus faciend⁹: & domini domini, exitus mortis, Grace est, θεὸς ἡμῶν ὁ θεὸς τοῦ σώζειν καὶ τὸν κύριον καὶ κύριον οὐκ ἀπέθανεν: hoc est, Deus noster, Deus ad saluandum, & ipsius domini domini sunt egressus aut trāsitus mortis, quod aliquāto clari⁹ est quā habet nostra lectio vulgata. Et manifestū est domini domini, esse casus genitiui: exitus autē, casus est nominatiuus, numeri pluralis. Istos autē exitus mortis, præter expositionē in Elucidatione positā, exponūt alii exitus ad mortē, vt duæ partes versus cōtraria proponāt. Prior enim dicit, Domini esse saluare: posterior verò, Domini esse perducere ad mortē, & ad mortis exitum perducere quos voluerit: vt significetur vno versu isto, tam vitæ quā mortis Deus habere æqualem potestātē, quēadmodum ex ore domini dicitur, Ego percussurū & sanabo, occidam & viuere faciam. ¶ Versu vigesimo tertio, Veruntamē Deus cōstringet capita inimicorum suorum, verticē capilli perambulātium in delictis suis. Quod hic dicitur de cōstringēdis capitibus inimicorū, & de confringendo vertice perambulantium in delictis suis, secundū metaphoram significat vltionem grauissimā & seuerissimā iniustitiæ Dei, in impios obstinatos exercendā: quæ huiusmodi metaphorica loquutione in scripturis fere solet significari. Quēadmodum Psalmo. 3. Percussisti omnes aduersantes mihi sine causa detēs peccatorū contriuisisti: vbi per maxilla percussione (quomodo in Hebræo habetur) & dentium cōtritionē, similiter hæc vltio damnationis impiorum significatur, quēadmodum illo in loco apertius declarauimus. Similiter & illud quod dicitur versu secundo, loco post hunc sequēte: Vt intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorū ex inimicis ab ipso, secundum translationē accipi debet, ex cōsuetudine prætorum, in quibus sanguinis copiosissima sit effusio, videtur: (quantū ad sententiæ cōuenientiam) rectius versus ille. 25. debere immediate huic. 23. copulari, accipiendū eū qui interponitur. 24. quāsi per parenthesis interiectum: quāquā & alia dari possint expositiones, secundum quas nō foret necesse ita accipere, quas tamē breuitatis studio omittimus. Circa versus autē vigesimum, nota illud, in profundū maris, accipiendū pro de profundo, vel ex vel in profundo maris, id est, de insulis longinquis à terra, in mari longe sitis, Atq; ita vertit beatus Hieronymus ex Hebræo: de profundo maris. In versu verò vigesimo quinto, cū dicitur, Pes tuus & canum tuorum, sermo videtur fieri non determinate ad aliquem, neq; ad Deum, neque ad hominē aliquem determi-

Psal. 144

Lucæ. 1.

Roma. 1

Deut. 32

Psal. 3.

nate, sed in genere ad vnumquemque; qui proelio interfuit. Sic enim persona secunda nonnunquam uti solemus. Vt (verbi gratia) cum dicimus, Videas plerisque; omnia via recta, sectari de via, tantum est, ac si dicamus: Videre quilibet facile potest, & cetera. Denique; illud ab ipso, in versu 25, quod in elucidatione exposuimus, A Deo vltore, alii intelligunt secundum numerum pluralem, Ab ipso inimicis: ut fit (iuxta scripturam) vltatur mori (perissologia, eiusdemque rei inculcatio: alii, Ab ipso principe inimicorum: alii, Ab ipso sanguine ex inimicis effluente. ¶ Versu vigesimo septimo, Praeuenit principes coniuncti psallentes, in medio iuencularum tympanistrarum. Totum hunc versum in elucidatione secundum intelligentiam mysticam enarrauimus. Poterit tamen & ad literam intelligi, secundum ordinem qui fit in solennibus gratiarum actionibus, vbi praueeniunt, seu antecedunt principes, idque intelligendo potius de praefatis seu principibus cantorum, quam de principibus populi: hos deinde sublequebatur cantores, psallentes & confitentis Domino quonia bonus, quonia in saeculum misericordia eius: quibus coniungebantur iuenculae in tympanis tympanisantes, & choros ducentes cum gaudio. Atque; hunc sensum clarius explicat, quod habet versio Hieronymi ex Hebraeo, Praeesserunt cantatores eos qui post tergum psallebant, in medio puellarum tympanistrarum. ¶ Versu vigesimo octauo, In Ecclesiis benedicite deo domino, de fontibus Israel. Elucidatio interpretatur de fontibus, ut significetur quasi materia benedictionis, ad quam fit exhortatio, quasi dicatur, Benedicite deo super fontibus Israel. Aliter verò intelligi poterit, Benedicite in Ecclesiis domino, vos qui estis de fontibus Israel geniti, id est, per sanctos Apostolos (qui fontes sunt regenerationis) ex Israel regenerati. Quod magis videtur quadare ad versionem Hieronymi ex Hebraeo, quae habet numero singulari de fonte Israel, vel (ut alii vertunt) de vena Israel, sive de scaturigine Israel, quod Hebraei quidam exponunt, Quicumque estis de semine vel progenie Israel: quoniam & haec intelligi possunt de fonte sive vena, sive scaturigine Euangelicae praedicationis, quae ex Israel in mundum deluxit vniuersum per omnes populos nationum. ¶ Versu vigesimo nono, Ibi Benjamin adolescens, in mens excessu. Quod hunc versum de beato Paulo exponimus, primum non abique; grauisimorum virorum aut horitate facimus, deinde nec praeter rationem nec praeter similitudinis conuenientiam. Nam beatus Augustinus non solum quod hic scribitur, verum etiam quod in Genesi in prophetia Iacob de Benjamin dicitur, Benjamin lupus rapax, mane rapiet praedam, & vespere diuidet escas, putat de Apostolo Paulo intelligendum. Paulum quoque; de tribu Benjamin fuisse, ipsiusmet comprobatur testimonio, capite tertio Epistolae ad Philippenses, ita de se loquens, Siquis alius videtur confidere in carne, ego magis, circuncisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Benjamin, Hebraeus ex Hebraeis, & cetera. De extasi autem in qua fuit Paulus, legitur Actuum nono capitulo, quomodo in profectioe ad Damascum, luce caelesti tactus desuper, & voce Dei audita, postquam ad manus deductus fuisset in ciuitatem a comitibus, tribus diebus permanserit non videns, neque manducans, neque bibens, in oratione, per excessum (ut videtur) totus eleuatus. Id quod loquitur ad Ananiam dominus, indicabat, dicens, Surge, & quare Saulum nomine Tharsensem: Ecce enim orat. Vbi cum ait dominus, Ecce enim orat, indicat Paulum triduo illo, dum ita a cibo potuque; abstineret, item & vix non vteretur, non mente alienatum fuisse, sed cum Deo prorsus occupatum. Et verisimile est, tunc in mens excessu ipsum fuisse, & a Deo didicisse quae statim post receptum visum auctanter & fiducialiter de Christo, etiam in Synagogis, & palam omnibus gentibus atque Iudaeis cepit praedicare: maxime cum ipse aperte testetur, humano magisterio se non didicisse mysterium fidei Christianae, sed per immediatam reuelationem Dei. Sic enim Galatis scribit, Notum vobis facio fratres, Euangelium quod Euangelizatum est a me, quia non est secundum hominem. Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Et verisimile est, idem fuisse hoc tempus in quo illi datum est in tertium caelum scendere, & ineffabilia verba audire, de qua re scribit in Epistola posteriore ad Corinthios, in hac verba, Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit) raptum huiusmodi vsque; ad tertium caelum. Et scio huiusmodi hominem (sive in corpore, sive extra corpus, nescio. Deus scit) quonia raptus est in paradisum, & audiuit arcana verba quae non licet homini loqui. Haec ergo extasis est adolescens nostri & parui Benjamin. Nunc verò & congruentiam videamus comparationis. Benjamin inter omnes fratres suos natum minimus fuit, & fratrum vltimus: quae pater in senectute genuit, ac tenerrime dilexit. Ita Paulus, Apostolorum omnium vltimus, vocatus est, quasi in senectute patris: quonia post Christi ascensionem in caelos. Vnde de seipso confitetur scribens Corinthiis quod nouissime omnium; post Apostolos omnes viderit dominum, quasi abortiuus, addens & causam, Ego (inquit) sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quonia persequens sum Ecclesiam Dei. Audis Benjamin fratrem minimum, in senectute Christo genitum. Vis autem audire, quare ita teneret pater (tametsi minimum & in senectute genitum) huic dilexit? Lege quod sequitur, Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi. Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Ad haec Benjamin matris suae Rachelis (ut ita loquar) interfector fuit. Siquidem in partu mater mortua est, & sepulta in via qua ducit Bethleem. Egre diete quoque; anima pra dolore, mater appellauit illum Bennoni, id est, filium doloris mei: pater verò nomen conmutauit, appellans illum Benjamin, id est, filium dextrae, sicuti manifeste docet historia Genesis. Haec autem omnia aptissime secundum mysticam intelligentiam Paulo accommodatur gentium Apostolo, Deum enim ita fortiter per omnes epistolas suas monstrare conatur legis veteris abrogationem, dum vbiq; contra Iudaeos mordicus tenere volentes, sua legalia constanter agit pro Euangelica libertate: nonne tibi Synagoga matris suae, in qua educatus? & edocuit? fuit, & veteris legis in qua geni-

Gen. 49.

Philp. 3.

Actu. 6.

Galat. 1.

1. Cor. 12.

2. Cor. 15.

Ibidem.

Gene. 35.

atus, quasi interfector quidam fuisse videtur? Nonne recte tibi videtur Synagoga vetus hunc posse appellare Bennoni, id est, doloris mei filium, qui matrè à qua educatus & institutus fuit deficere fecit, & (ut ita loquar) (voluit interire? Quis enim Apostolorum omnium ita legalium euacuationem docet, quis ita pro Euangelice gratiae libertate dimicat, vsque; ad sanguinem, ut hic adolescens Beniamin? Et licet Synagoga mater videns se pra dolore exspirare animam ac deficere, vocet illum doloris sui filium, licet illum crudelissimi odio prosequeretur ipsius populis: pater tamen Beniamin illum appellauit. De? pater non patitur filium doloris nuncupari, sed conmutato nomine Beniamin appellat, id est, filium dextrae. Quid autem est, quod à Deo filius dextrae vocatur? Nempe id quod ad Ananiam dicebat, Vas electionis est mihi, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel, Ego enim ostendam illi, quanta eum oporteat pro nomine meo pati. Quis igitur miretur, si in hoc Psalmo, vbi copiosissimus sermo habetur de noua Ecclesiae aedificatione, quae ex gentibus potissimum constat, de hoc Paulo gentium primo Apostolo peculiaris fiat metio: si etiam prior loco ante alios exprimitur sub figura Benjamin. ¶ Versu trigésimo, Principes Iudae, duces eorum, principes Zabulon, & principes Neptalim, fuerunt Apostolorum aliqui electi ex tribu Iuda, ut Iacobus & Ioannes filii Zebedaei: ite Iacobus minor, Iudas & Simon fratres, ac inter discipulos Ioseph iustus, qui omnes filii erant formis matris domini. Porro Zabulon & Neptalim, in Galilaea sita sunt. vnde dominus Petrus, & Andreas assumpti, & Philippum, qui & ipse à Bethsaida Galilaeae erat, & Nathanaelem discipulum, & alios plerisque; ex Galilaeae partibus: quemadmodum primo capite Actuum Apostolorum testatur flu- liliam sunt: Et angeli ascendente domino, Viri Galilaei, quid statis aspicientes in caelum? ¶ Versu trigésimo secundo, A templo tuo in Hierusalè, tibi offerent reges munera. Quidam huius versus principium coniungunt fini praecedentis, hoc modo, Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis, à templo tuo in Hierusalè: id est, quod in Ecclesia tua operatus es, incipiendo à templo sancto tuo, quod est in Hierusalè, quia illic primum cepit Euangelium praedicari, & Ecclesia aedificari. Aut, Confirma hoc à templo sancto tuo, id est, virtute desuper missa, & spiritu sancto de caelo demisso, de sanctuario tuo, quod est in superna Hierusalè. quod vbi feceris, in gratiarum actionem offeret tibi reges munera, per vniuersum orbem terrarum. ¶ Versu trigésimo tertio, Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, ut excludat eos qui probati sunt argento. Per feras arundinis, in elucidatione principes saeculi intelligimus, Euangelio repugnantes: per tauros, illorum duces & praefectos: per vaccas, vulgus ipsum in malo consentiens. Aut per feras arundinis, intellige haeticos vel sapientes saeculi, contra Christum & Ecclesiam inani timore superbia & simulatione falsa scientiae insurgentes: per congregacionem taurorum, exercitus principum & potetum quos contra fidem mouent, ut persequutionem faciant Ecclesiae. Aut per feras arundinis, malignos & sauos spiritus erroris accipere: deinde, per tauros saeculi potetes & sapientes, quos fera illa exagitat, & quorum vntur ministerio, ad perficiendum concupitam sibi malitiam. Quod autem per tauros, potetes significantur atque; maiores: per vaccas minores & vulgus hominum qui alios sequuntur, docet etiam Psalmus vigesimus primus, vbi dicitur, Circumdedero me vituli multi (quod ad ministros & vulgus refertur Christum comprehensum) tauri pingues absconderunt me, quod ad Phariseos & primos Iudaeorum spectare dinoscitur. Quod autem in fine dicitur, Ut excludant eos qui probati sunt argento, intelligitur, probati sicut argentum: quemadmodum supra, Nix dealbabuntur, id est, quasi nix dealbabuntur. Alii verò per argentum intelligunt verbum Dei, optime sonorum, quemadmodum est argentum bene tinnies. Sicque; sensus talis est, Ut excludat & impediât eos qui probati sunt & instructi verbo Dei, id est, praedicatores & Apostolos Christi. ¶ Versu trigésimo quarto, Venient legati ex Aegypto, Aethiopia praueeniet Philo: manus eius Deo. Videtur hac completa tempore Apostolorum, quando in Alexandria Aegypti (ut Philo Iudaeorum disertissimus testatur) schola erat celeberrima Christianorum, ad formam Ecclesiae Hierosolymitanae communiter viuentium, sub Marco Euangelista, primo Alexandriae Episcopo: quorum vita ordinem summa commendatione idem hic Philo late in libris suis prosequitur. In Antiochia verò primum cognominatus fuisse discipulos Christianos, discimus ex capitulo. 11. Actuum Apostolorum, vbi & Ecclesiarum in principio nascentis fidei erat congregata. Post verò, Matthaeus Apostolus atque; Euangelista. eandem in sua praedicationis sortem fertur accepisse, populisque; plurimos ad fidem conuertisse. Quod autem dicitur: venient legati ex Aegypto, secundum translationem dicitur sumptum ab iis qui pacem quaerunt: quorum consuetudo est, legatos mittere, qui de pace simul cum hostibus tractent. Neque; alius per horum legatorum aduentum significatur, quam ipsorum pax cum Ecclesia & populo Dei: per susceptionem fidei. Similiter de Aethiopia, quod praueeniet vel festinabit dare manus Deo, secundum metaphoram dicitur, comparatione sumpta ab iis qui in bello se victos dedunt. Hi enim dare manus dicuntur, nimirum supplicandi gratia, itemque; ut vinciantur, efficianturque; captiui, si placitum fuerit hostibus, ne vitam perdant, rem omnibus rebus magis optatam.

Actu. 9.

Math. 4. Ioan. 1.

Actu. 1.

Ibidem.

Psal. 21.

Philo.

Actu. 11.



**Q**uemadmodum ex sacris Euangelis & Apostolorum scriptis edocemur, necesse est huc Psalmum Christo domino applicari. Pleraq; enim eorum quae hic Psalmus continet, tam in sacris Euangelis, quam in aliis Apostolicis scriptis, de Christo scripta perhibetur. Cuiusmodi est illud verbum quinto, *Oderunt me gratis quod apud Ioannem dominus de se dictum testatur, cum ait, Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.* Item illud verbum 12. *Zelus domus tuae comedit me,* apud Ioannem Apostoli recordati sunt de Christo scriptum fuisse, postquam flagello vendentes columbas eiecisset de templo. *Alteram vero partem versus eiusdem, Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me,* Paulus Apostolus cap. 14. epistolae ad Roma. ad Christum accommodat, eius humilitatem in exemplum adducens, ut discant non superbe sapere, Idem cap. 11. verus 27. & 28. *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. Obscurentur oculi eorum, & c. de vindicta contra Iudaeos Christi inimicos, manifestissime exponit. Petrus vero in Actibus Apostolorum, primo cap. de Iuda proditore coram fratribus verba faciens, & alterius substitutione, versus trigessimum (Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet) deluda proditore & eius complicitibus, testatur a spiritu sancto per os Dauidis prolatum. Illud quoque quod habet versus 26. de felle & aceto, Dederunt in escam mea felle, & in siti mea potauerunt me aceto. nonne luce clarius ad historiam pertinet dominicae passionis? Negari igitur a fidelibus non potest, Psalmum istum ad personam Christi pertinere: tametsi forsitan & Da. F. atq; quatenus Christi typus erat, secundum literam possit applicari in tribulationibus grauissimis constitutum, atq; etiam ad fidelium singulos, quatenus Christi membra sunt, & quatenus eius passio in variis tribulationibus conformantur. Clamat itaque in hoc Psalmo ad patrem Christus, in passionum angustia positus, secundum similitudinem hominis in aquis periclitantis, pedes luto sae coeno infixos habentis: qui vsque ad rauim exclamans pro auxilio, & vsque ad oculorum defectum, huc illucque respiciens, nullum percipit liberatorem: quam metaphoram mox versus quinto, ac deinceps aperte exponit, suorum persecutorum multitudinem & ferocitatem multis verbis, multisq; verborum inculcatione manifestans, causam suae persecutionis, dicens, *Zelus esse domus Dei: ex quo, cum increparet superbos increpationis impatiētes, in tantam venit miseriam, A versus autē 16. & deinceps magna vehementia auxilium patris inuocat contra aduersarios, suamq; innocentiam, & ferocitatem multis verbis proponit, vsq; ad versus 27. Hinc vero vsq; ad versus 34. de sua tacēs miseria, eam quae super inimicos secundum ordinem paterna iustitiae ventura erat vitionem & pessimam retributionem, quasi per imprecationis modum, secundum conformitatem Diuinae voluntatis, praedicit. Nouissime vero, a versus 34. ad finem vsque, suam a passione & morte salutē, ac resurrectionis victoriam proponens, laudemque patri promittens super omnia vetera sacrificia gratissimam, vniuersum fidelium coetum ad considerandū & magnificandū opera dei mirabilia exhortatur. Imò in spiritu plenitudine, caelum, terram, mare, & quae in eis sunt, omnia ad laudem Dei conuocat & inuitat, propter aedificationem Ecclesiae sanctae, eiusq; constabilitationem, vsque in consummationem saeculi.**

SEXAGESIMOCTAVI PSALMI ELVCIDATIO.

**1 Saluum me fac Deus**  
\* quoniam intrauerunt aquae vsque ad animam meam.



Alua tu me Deus saluator meus, ad quem solum ab omnibus derelictus clamito, & quanto magis grauissime periclitanti fer opem: \* quoniam tribulationes plurimae & angustiae intolerabiles me affligunt, & iam occupauerunt vniuersum cor meum, tamquam si aqua per os copiose ingrediatur ad suffocandū cor, & extinguendū animam. Et plane in tātis his tribulationibus sic consisto, quomodo is qui in profundo aquarū vsq; ad os ascendentiū consistit, periclitatur de vita corporis, nisi accurrat auxiliator. 2 Ad modum eius qui secundum corpus in limoso luto infixus est, in profundo aquarū (ita vt mouere se non possit, aut enatando periculum euadere) ita nunc ego in profundo tribulationū haereo infixus, ita vt per me non videam euadendi viam: \* & non est mihi vlla firma subsistentia, nihil est solidū vbi subsistā, non est vbi firmum possim ponere vestigiū pedis mei, sed continuo immergor profundius: quoq; amplius laboro, eo infigor altius: sicut is qui in limoso profundo consistit, quo pl<sup>9</sup> laborat corpore, vt se extricet, eo magis ac magis coeno infigitur. 3 Deueni iam vsq; in profunditatem maris totus immerus vndis tribulationū, vt vix videam mihi posse mergi profundū: \* & tribulationū impetus atq; tumultus in modum tempestatis, quasi fluctus saevi maris tumultuantis atq; feruētis, penitus obruerunt me atque absorberunt, ita vt ex me proliis desperē posse euadere. 4 In tātis autē angustis positus, clamaui voce excelsa inuocās auxiliū, & clamādo vim magnā mihi feci, & laborē exhibui, vt clamare efficacior, & pre clamore nimio quasi rauca facte sunt fauces meae, vt iam clamare vix vltra possem. Maximo enim desiderio & affectu profundissimo, de tātis tribulationibus inuocaui auxiliū: \* caligauerunt oculi mei praenimia obseruatione liberationis, dum iam diu intētos teneo oculos ad dominū deū saluatorē meū, in quem spero, & quem inuoco: nimium expectat, nimium differt exaudire, vt non sufficiat ad eum vltra aspicerē praedefectu oculi mei.

**2 Infixus sum in limo profundi:**  
\* & non est substantia.

**3 Veni in altitudinem maris:**  
\* & tempestas demersit me.

**4 Laboraui clamans, rauca facta sunt fauces meae: \* defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.**

**5 Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.**

**6 Confortati sunt qui persequuti sunt me inimici mei iniuste:**  
\* quae non rapui tunc exoluebam.

**7 Deus, tu scis insipientiam meam:**  
\* & delicta mea à te non sunt abscondita.

**8 Non erubescant in me qui expectant te domine, domine virtutum.**

**9 Non confundantur super me qui quaerunt te, Deus Israel.**

**10 Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.**

**11 Extranus factus sum fratribus meis, & peregrinus filius matris meae.**

**12 Quoniam zelus domus tuae comedit me:**

\* & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

**13 Et operui in ieiunio animam meam:**

5 Crescit indies numerus inimicorum meorum, & maximo numero iam multiplicati sunt qui me abiq; causa praeter omnem rationem, contra omnem aequitatem, odio habent & prosequuntur, ita vt praeter multitudinem iam vel dinumerari vel dinosci omnes non possint: quemadmodum capilli capitis mei praeter multitudinem non valent dinosci, neque dinumerari. 6 Non solum autem secundum numerum multiplicati sunt, sed etiam viribus inualuerunt, & saeuitia aduersus me aggrauati sunt aduersarii mei, qui me iniuste praeter omnem aequitatem persequuntur: cum ego illis mali nihil fecerim, neque occasione vllam huius malitiae contra me praestiterim: \* illis autē contra me praualentibus & ira sic exardescitibus, ego exoluere debui quia non rapui: passiones & afflictiones sustinere coactus fui, tanquam malefactor, quas non commertui: peccata sustinui pro culpa, quam non admisi, & cuius mihi non erat conscius: quemadmodum cum quis a furto innocens, cogitur quasi furti reus exolere & poenam pati. 7 O Deus, cuius oculis nuda & aperta Hebr. 4. sunt omnia, tu nosti insipientiam meam & malitiam meam: tu scis, an in me sit insipientia illa & malitia, quae mihi obiciunt, dicentes me blasphemum, seductorem, seditiosum, & huiusmodi multa: \* & tibi occultum non est, an peccata commiserim, ob quae has miseras sustineo: tu optime nosti, num verē mihi insint peccata quae isti per calumniam mihi impingunt, obiciunt, & testificatur aduersum me. Tu enim nosti meā innocentiam atq; iustitiam, & quae haec omnia quae fero, absq; mea culpa sustineo. 8 Ne patiaris, o domine celestium exercituum, eos qui te expectant, & à te salutem coequi desiderant, confundi propter miseriam passionū istarum mearū: totū genus humanū, quod à te salutem expectat, non confundatur in me, non propter istam meā humilitatem & miseriam passionis frustretur expectatione sua. 9 Non patiaris (inquam) o Deus Israel, confundi & frustrari spem fidelium tuorum, qui seruiunt tibi, & expectant à te salutem atq; redemptionem: sed ab hac tribulationum mearum miseria me liberatū, fac à morte resurgere, vt sic populo tuo diu expectata salus, per mortis victoriā possit contingere. \* Atq; ita fac per subsequentiū resurrectionis gloriam, vt non sit fidelibus meis in opprobrium & confusionem humilitas passionis meae: sed magis gloria sit illis opprobrium crucis, vbi per eam talis praestita fuerit salus & victoria. 10 Quod enim nunc opprobria sustineo Matt. 26 maxima, ab aduersariis mihi illudentibus, me velantibus, conspuentibus, ridentibus, verbis ridiculis atq; gestibus scdis sublannantibus: item & quod nunc sustineo quae ignominiosa sunt & confusione plena, de quibus solent homines maxime erubescere, publicā confusionē & publica opprobria tu nosti pater sancte, quae non propter mea peccata ea sustineam, sed propter tuam voluntatem: quoniam tu me hac tanta pro hominum salute voluisti perferre, vt pro eorum peccatis tua iustitia satisficerem, neque nisi ex obedientia à te missus ad hanc deueni humilitatem. 11 Etiam fratribus meis, cognatis, vicinis, & concinibus factus sum extraneus: & filiis matris meae, filiis synagoga, filiis populi mei, factus sum quasi peregrinus & extraneus: etiam qui mihi proximi erant & amicissimi, praeter miseria me nolunt agnoscere, quasi extraneos se gerunt, & quasi me nunquam cognouerint fugiunt à me, propter confusionis opprobrium. 12 Omnium autem tribulationum mearum origo hinc est, quia zelus & ardens aemulatio siue desiderium pro gloria domus tuae, siue populi tui, totum possedit & absorbit atq; que deuorauit me: propter quem zelum, dum ferre non potui (vt nec debui) abominationes & impietates quas videbam inter eos, pro tua nominis gloria confidenter illis restiti, illisq; priuatum & palam redargui, vnde de primū aduersum me odium conceperunt, quod me tandem in ista pertraxit miseria. Item & cum populum docerem, quia tu mihi praecipisti docere, propter zelum salutis populi tui & gloriae tuae, cumq; miracula ederem, illi aduersum me indignabantur, & per indignationem atq; inuidiam huc tandem me adduxerunt: \* & opprobria eorum qui per suas prauitates tibi exprobrabant, super me ceciderunt, ego tanquam proprias contumelias reputaui, imò maioris existimaui quam proprias: propter quod, illas ferre nec potes, fiducialiter illis Ioan. 8. contradicebam, eosque arguebam pro iis in quibus tua gloria (quam semper quaesivi) derogabant. 13 Ego vero non reddebam illis malū pro malo, neque pro odio odium, cum mihi exprobrarent & maledice-



rent: sed me ipsum affixi in ieiunio & oratione pro inimicis meis, tã B propter tui nominis contemptum, quã propter illorum impœnitentiam, vt pro malo redderem bonum: \* & hoc ipsum vbi perceperunt, mihi verterunt in opprobriũ, ob hoc me deridentes, ampliusq; velut vanum & ridiculum hominem contemnentes. 14 Et vt perfectior esset acceptabiliorq; pro inimicis meis penitentia, etiam vestitu lugubri incedebã, sacco & cilicio, hoc est, tristis & mœrens, mœrore etiam foras se prodente exteriori habitu, tum propter tuam in-honorationem, quod in eis nihil proficerem, tum quod illos ita videbam & dolebam in sua obstinatos malitia: \* & factum est hoc mihi, q̃ ita mœrens & lugens incessi in derisionem, quasi in prouerbiũ, parabolam, atq; iocum publicum, vulgatum per ora hominũ. 15 Aduersum me loquebantur palãm qui in publicis conuenticulis residebant, vt pote qui in porta sedebant, vbi publicus erat hominũ plurimorum conuentus, & continuus multorum transitus, homines ditiores & potentiores qui illic residebant: \* & in opprobrium meum carmina sua cantabant bibentes vinum in conuiuĩs publicis: in meum F contemptum, cantica vulgaria de me composuerunt, quã decantarent aduersum me potores vini, in conuiuĩs & comestationibus suis. 16 Ego verò inter hæc omnia orationem meam dirigebam ad te domine, coram te (qui solus eras tota spes & consolatio mea) effundebam precem meam, sicq; tibi colloquendo me ipsum consolabar aduersum improperia illorum: \* veniat tandem, ô Deus, tempus beneplaciti tui, tempus beneuolentiã, in quo complacitum sit tibi eripere miserum de tantis angustiis: complaceat tibi tandem vt eruas me, & respice ad adiuuandum me: 17 Secundum multitudinem atque magnitudinem misericordiã tuã exaudi me, misericordiarũ pater, piissime Deus, qui nunquam soles derelinquere ad te clamantes de tribulationibus: \* exaudi me, inquam, in veritate salutis tuã, quam pollicitus es exhibere & præstare omnibus qui te fiducialiter inuocant in necessitatibus: propter veritatem tuam, qua saluare pollicitus es fidentes tibi, exaudi & salua me. 18 Eripe me de angustia tribulationum cui hæreo infixus, quasi in luto, vt non in illis permaneam, non G illis absorbeor: \* saluum me fac ab aduersariis & oforibus meis, qui mala quærunt aduersum me, & de magnis tribulationibus quibus immergor & obruor, quasi in profunditate aquarum multarum. 19 Non me penitus demergat magnitudo tribulationis, in modum tempestatis aquarum sese accumulantis & aggrauantis super me: neque in profundum absorberi me patiaris, vt non rursum emergam: sed à grauissimis istis tribulationibus quibus nunc præmor, & penè suffocor, per resurrectionem à morte, iube me emergere: \* neq; permittas puteum inferni super me claudere ostium suum, non derelinquas animã meam in inferno, neq; corpus in sepulchro: nõ permittas detineri animam meam in lybo inferni, cum illuc ad liberandũ captiuos patres descenderit: sed exitum dabis illi, vt ad corpus redeat, vitamque corpori restituat. 20 Exaudi me pater domine, quoniam misericordiã tua ineffabilis erga omnes omnino homines, suavis & benigna est, & exaudire auxiliariq; parata omnibus inuocantibus: \* secundum multitudinem miserationum tuarum, quibus à sæculo H misertus es humiliter te inuocantibus, etiam ad me respice benigno aspectu fauoris tui, vt de angustiis afflictum liberares tuum vnigenitũ Neque enim tuum vnigenitũ filium debes despiciere, qui etiam seruos clamantes non dedignaris exaudire. 21 Neque auertere velis faciem tuam à me puero tuo, noli quasi iratus vultu auerso orationẽ repellere, quam offero tibi: \* exaudi me quanto cyus, & ne distuleris auxilium, quoniam vehemens est afflictio mea, & continuo profectu incrementum accipiens. 22 Aspice benigno aspectu fauoris tui in animam meam, vt saluum facias eam: \* libera me propter inimicos meos, propter inimicorum meorũ rabiem, quoniam nõ cessant affligere animam meã, & crescit continuo eorum aduersum me sæua crudelitas: vt quanto illi aduersum me crudelius sæuiunt, tanto mihi tu fias ad auxiliandum atque saluandum propinquior. \* Insuper & propter confusionem inimicorum meorum saluum me fac, vt confundantur & frustrentur ab iniquis cogitationibus suis. 23 Tu nauque optime nosti improperia & contumelias, quibus me affecerunt

\* & factum est in opprobrium mihi.

14 Et posui vestimentũ meum cilicium:

\* & factus sum illis in parabolam.

15 Aduersum me loquebantur qui sedebat in porta: \* & in me psallebant qui bibebat vinum.

16 Ego verò orationem meam ad te domine:

Psal. 39.

\* tempus beneplaciti Deus.

17 In multitudine misericordiã tuã exaudi me: \* in veritate salutis tuã.

18 Eripe me de luto, vt nõ infigar: \* libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarum.

19 Nõ me demergat tepestat aqua, neq; absorbeat me profundum:

\* neque vrgeat super me puteus os suum.

Psal. 15.

20 Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordiã tuã:

\* secundum multitudinem miserationũ tuarum respice in me.

21 Et ne auertas faciẽ tuam à puero tuo:

\* quoniam tribulor, velociter exaudi me.

22 Intẽde anima meã, & libera eã: \* propter inimicos meos eripe me.

23 Tu scis improperium meum & confusionem

A meam, & reuerentiam.

24 In conspectu tuo sũt omnes qui tribulant me: \* improperium expectauit cor meum & miseriam.

25 Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: \* & qui consolaretur, & non inueni.

26 Et dederũt in escam meã fel, & in siti meã potauerunt me aceto.

27 Fiat mēsa eorum corã ipsis in laqueum, & in retributiones:

C

\* & in scandalum.

28 Obscurentur oculi eorum, ne videant:

\* & dorsum eorum semper incurua.

D 29 Effunde super eos iram tuam:

\* & furor irã tuã cõprehendat eos.

30 Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

31 Quoniam quem tu percussisti, persequuti sunt:

aduersarii, confusionem quoq; & erubescẽtiam meam: quã multã, quã sedã, quã ignominiosã ab eis perpeffus fuerim, quomodo mihi illuserint, quomodo de loco in locũ cum ignominia publica traxerint, quomodo diffamauerint, quomodo acculerint falso testimonio, & omnino quantas cõtumelias, tam publicẽ q̃ priuatim mihi irrogauerint. 24 Corã oculis tuis sunt, neq; latere te possunt (quã nullum latet occultum) omnes aduersarii meĩtu eorum & numerum & malitiam & corda habes optime cognita, neq; ignoras quo animo, & quã inique contra omnem iustitiam mihi aduersantur: \* ego verò paratus sum ad omnia quacunque tu permiseris, & in quantiscunque potestatem dederis eis: adeoq; non abhorreo ab his quas fero passionibus, vt etiam spiritus desiderio expectauerim improperia illusionum & passionum miserias. Desiderio enim desiderauĩ, secundum spiritus desiderium, calicem hunc bibere, quem tu cœlestis pater dedit mihi. 25 Et considerauĩ, an esset aliquis qui in tantis tribulationibus mihi ostenderet cõpassionis signũ, nec inueni: sed vniuersa turba hominum, odio potentum atq; principum excitata, simul omnis aduersum me clamabat, etiã tunc cum me in maxima cõspiceret miseria: \* & expectando cõsiderauĩ, si fortẽ aliquis mihi veniret consolator, & nõ potui quenquã aduertere, qui mihi in tantis angustiis ferret solatium. Derelictus enim eram ab hominibus, & propter miseriam à me vniuersi auferant. 26 Quodq; omnium immanissimum & crudelissimum erat, in nouissima angustia, accepta iam crucis sententia, vbi peruenissem ad locũ supplicii, cum misericordia erga reos vti homines solent, & ad cordis confortationẽ dulce præbere poculum, crudelissimi isti & passionibus meis insatiabiles hostes, dederunt mihi bibere acetũ & vinum felle mixtũ, ne in tanta quidem mea miseria vlla taũtĩ misericordia. 27 Propter hanc autem tam inauditã & immanem crudelitatem, quam contra me principes Iudæorũ Scribæ atque Pharisei cum senioribus exercuerunt absq; misericordia, secundum ordinẽ atq; definitam sententiã iustitiã tuã, grauissima vltione punies eos pro impietate sua. Apparatus nanq; promissionũ temporalium, in quas semper intentos habent mentis suã oculos, erit illis in occasione mortis, tanquam laqueus quo irretiantur ad perditionem, & in retributionem finalem atque nouissimã, post quam non sperent neq; expectent aliam: \* item & in offendiculum, quod illos faciet ab aeterna salute cadere: quia tẽporalib9 inhærentes promissis, cœlestia & sempiterna longẽ potiora negligent. Nam propter temporalium promissionum respectũ, in quas ex legalis literæ consuetudine intendunt semper oculos, Christum absq; illis venientem contempserunt, sicq; ab aeterna retributione ceciderunt, & de peccato in peccatũ male scandalizati corruerunt. 28 Obscurabitur quoq; acies mentis eorum, sic vt veritatẽ fidei & Euangelicã veritatis videre nequeant. Excabit enim eos odium & malitiosa inuidia, vt non attendant sermonibus veritatis, sed magis resistent, omni sua virtute: \* & semper ipsi in ima respiciẽt, quomodo solẽt qui dorso incuruato incedunt, idq; vel tẽporalia semper bona respiciẽdo, vel sub pondere & seruitute legis grauiter sudando. Ipsi nanq; qui illuminari potuerant oculis, si veritati voluissent acquiescere magis quã repugnare, atq; per libertatẽ Euangelicã potuerant exonerari à legis onere, in sua cœcitate obstinati eligent permanere obscurati mētis oculis, & dorso incuruato sub pondere legis sudabunt. 29 Effundes tu sancte pater, super eos vindictã irã tuã: in abundantia iracundiã, in isto tuo iudicio exercebis in eos vindictã magnã: \* & indignatio tua magna ad quã te prouocauerunt, cõprehendet eos, puniet eos, vltionẽq; de eis accipiet grauissimã. 30 Loca habitations ipsorũ, tuo iudicio sient deserta ab habitatoribus suis: & in ciuitatibus ac domibus eorũ non erit eis, neq; de semine eorũ inhabitator. Elicientur enim ipsi à ciuitatibus & domibus suis, & occupabunt alieni terrã eorum: eueniẽtq; illis quod timere se simulauerant, vt locũ suum & gentem simul perdant: qui autem residui fuerint, captiui ducentur in omnes gẽtes & in regiones exteras, absq; spe redeundi in loca sua patria. 31 Quoniam quẽ tu propter scelus populi tui ad verbera & passionẽ voluisti mittere, me filii tuum, ipsi odio crudeli, & irrationabili ira atq; inuidia grauissime persequuti sunt, semper contradicẽtes tam verbis quãm

Ioan. 18.

Ioan. 19.

Ioan. 19.

Ioan. 11.

Lucã. 21.

\* & super dolore vuln-  
rum meorum addiderunt.  
32 Appone iniquitatē  
super iniquitatē eorum:  
Abac. 2. \* & non intrent in in-  
firmitatem tuam.  
Roma. 1.  
33 Deleantur de libro  
viventium: & cum in-  
stis non scribantur.

Psal. 21. 34 Ego sum pauper &  
Esaia. 53. dolens:  
\* salus tua Deus susce-  
pit me.  
35 Laudabo nomē Dei  
cum cantico, & magni-  
ficabo eum in laude.  
36 Et placebit Deo su-  
per vitulum novellum,  
cornua producentem &  
vngulas.

37 Videant pauperes,  
& latentur:  
\* querite Deum, &  
vivet anima vestra.  
38 Quoniam exaudi-  
vit pauperes dominus:  
\* & vincos suos non  
despexit.

39 Laudent illum cali  
& terra: mare & om-  
nia reptilia in eis.

40 Quoniam Deus sal-  
uam faciet Sion:  
\* & edificabuntur ci-  
uitates Iudæ.  
41 Et inhabitabit ibi:  
\* & hereditate ac-  
quirent eam.

Iphc. 2. 42 Et semen seruorum  
Roma. 8.

factis meis: \* & propter insatiabile odiū quod contra me gerebant, & dolorem super dolorem addiderunt mihi: non potuerunt satiari affli-  
ctionibus & miseris meis: quæcunq; excogitare potuerūt, crudeliter  
operati sunt in me. 32 Ita & tu in ultionem appones eis iniquita-  
tem aliam super aliam, sines illos de iniquitate ruere in iniquitatē, de  
peccato in peccatū cadere patieris illos: \* & non ingredientur in ius-  
titiam fidei quā oppugnaverunt, quæ est vera coram te iustitia: hare-  
bunt enim in legali tua iustitia vsque in finē sæculi, & nolent recipere  
iustitiā fidei, in qua iustus saluatur & vivit. 33 Delebuntur de li-  
bro viventium, id est, cum iustis non inuenientur scripti in libro vitæ.  
De numero enim non erunt eorum qui vitam æternā percepturi sunt,  
tametsi falso sibi iustitiam & sanctimoniam persuadeant, sicq; deletos  
se inueniēt in nouissimo: quia vbi scriptos sese putabant, nō sese scri-  
ptos inuenient, & salutē perdent de qua securos se existimauerāt. In-  
uenient autem sese in libro mortis, sub reprobatione Dei, & simul cū  
filiis damnationis conscriptos. 34 Ego verò secundum hanc infir-  
mitatem passionis, ad quam me perduxit illorū malitiosa rabies, villis  
& pauperculus sum, vermis & non homo, opprobrium hominum &  
abiectio plebis, nouissimus virorū, vir dolorū & sciens infirmitates:  
\* scio autem & firmissime confido, qd me defendet atq; suscipiet salus  
tua, quæ nō me dereliquit in passionibus meis, sed à morte resuscitatū  
saluum faciet. 35 Ac pro mea quidem liberatione & salute lauda-  
bo, mi pater, nomen tuum cum psalmis & canticis, prædicabo & exal-  
tabo te in laudibus & iubilo, & ego & cuncti fideles fratres mei, vni-  
uersa quæ per meam resurrectionem & salutem edificabitur Ecclesia.  
36 Eritq; tibi hæc benedictio laudis & gratiarū actionis multo acce-  
ptior & gratior, quàm oblatio vituli nouelli ac teneri anni vnus, cui  
cornua iam pro ratione ætatis enasci incipiunt, & indurari vngulæ:  
cuiusmodi oblatio acceptissima & cōmodissima esse solet in veteri-  
bus sacrificiis. Magis enim optas & diligis sacrificium laudis, à fide-  
libus tuis, quàm vel electissimas & delicatissimas corporales hostias.  
37 Videant omnes humiles, mansueti, pauperes atq; fideles, quomo-  
do me de passione liberauit pater resuscitatū videant, quā mihi fecit  
pater meus misericordiā, & quantam erga me fecerit cōmutationem: qd  
tam misere tractatum ac mortuū, ita gloriose resuscitando ad vitam:  
& merito latentur in tanto Dei beneficio Non enim mihi passus siue  
mortuus fui, neq; item mihi, sed vobis omnibus ad salutem resurre-  
xi, vt merito vos hinc gaudere deceat & latari: \* in sinceritate fidei  
& puritate vitæ querite dominū Deum vestrum, qui vos per gratiam  
suam à morte redimit ad vitā, & vitam habebunt ex eo animæ vestre.  
Ipse enim est, qui vitā veram & spirituale dat omnibus in se creden-  
tibus, quæ carent increduli atq; peruersi omnes. 38 Exaudiuit enim  
dominus pauperes & humiles fideles suos, qui multis iam sæculis pro  
salute generis humani ad ipsum clamare nō desierunt: \* & genus hu-  
manum vniuersum, quod vinctum erat atq; ligatū peccatorum vin-  
culis, in carcere mortis, sub tyrannide principis tenebrarū, ipse non  
despexit, nō neglexit, non est oblitus in finē: sed misericorditer respi-  
ciens, saluatorem misit illis in opportuno tempore. \* Eos etiam qui  
in limbo inferni vincti atq; capti detinebantur, quasi in vmbra mor-  
tis spiritus dilectorū suorū, non despexit neq; neglexit, sed dulci visi-  
tatione per me filiū suū de captiuitate eduxit. 39 Laudent illū & ce-  
lebrent pro tātis beneficiis humano generi exhibitis omnia quæ crea-  
ta sunt, cæli, terra, maria, & omnia quæ in eis sunt. Dignū enim est, vt  
pro tātō beneficio ab omni creatura laudē munificentissimus domi-  
nus, quoniam laudabilis est nimitū, nec laudari sufficit, qd cōdidit &  
reparauit omnia. 40 Quoniam dñs populū suū fidelē quē elegit, saluū  
faciet à peccatis, à dānatione mortis, atq; tyrannide diaboli: \* & per  
operationē gratiæ eius edificabunt ciuitates Iudæ, Ecclesiæ fidelium  
credentiū & consentiū nomini eius erigētur & confirmabunt, post  
Christi ascensionē, prædicātib; Apostolis. 41 Et in ciuitatib; istis  
in habitabunt fideles, tanquā domestici in domibus suis, tanquā con-  
ciues in ciuitatibus suis, tanquā oues in ouilibus suis: \* hereditate  
possidebunt eas, in eis habitantes, nōn tanquam hospites & aduenæ,  
sed tanquam filii & hæredes, ciues facti sanctorum & domestici Dei.  
42 Posterī quoque & nepotes fidelium patrum fidem insequentes,

A eius possidebit eam: &  
qui diligunt nomen ei-  
us inhabitabunt in ea.

vsque in finem sæculi possidebunt sanctam Ecclesiam, quasi hereditā-  
tem suam: & amatores nominis tui vsq; ad consummationem sæculi  
habitabunt in ea, tanquam in domo sua. Nunquam enim destituetur  
inhabitantibus fidelibus Ecclesia Dei, qui pro patrib; nasci semper  
faciet filios, parentum fidelium imitatores fideles, quos constituat in-  
habitatores & possessores domus suæ vsq; in seculum. Psal. 44.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXVIII.

Versu primo, Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. Mani-  
festum est, in quatuor primis versibus, metaphoricè esse loquutionē. Assimilat enim se Chri-  
stus in passionum amaritudine, mortisq; periculo positus, homini consistenti in profundo  
aquarum: qui cum totus iam sit immersus, ita vt aqua ingrediatur per cunctos corporis meatus &  
iam interiora omnia occupet, adhuc tamen periculum patitur ex immersione in molle & viscosum  
lutum, quod in fundo sub pedibus eius est, cui cōtinuo altius infigitur: & quanto magis sese exime-  
re laborat, tanto infigitur profundius: qui in tanto discrimine vitæ se conspiciens, vocē eleuat, &  
vsq; ad rauēdinē quantum praualet clamat, vndique circumspiciens, si vquam forte videat, cuius  
possit innocare auxiliū. Quæ considerata metaphora, facile erit versus quatuor priores intelligere.  
Quod autē versu secundo dicitur, Non est substantia, Græce est *ὁμοιοπαθής*: quod verti potest, Nō  
est substantia. quod clarius vertit ex Hebræo Hieronymus, Non possum consistere. Felix, Non est  
stabile. ¶ Versu quinto, Multiplicati sunt super capillos capitis mei. Hyperbolica loquutio est, qua  
significatur innumeras & magna valde multitudo, iuxta vulgatā loquendi consuetudinē. Pos-  
set tamen subtiliori consideratione exponi, secundū prosecutionem metaphore in prioribus ver-  
sibus habita, vt inimici isti intelligantur in modum aquarū inundantium adeo excreuisse, vt capil-  
los ac verticem capitis iam videantur supergredi: quemadmodū desperata penes res est postquam su-  
per verticem capitis aqua ascendit, maxime vbi limo infixus inhaerit, ne possit enatare. Sed prior  
expositio secundū hyperbolen, ita se manifeste offert, vt vix secunda huic probabilitas relicta vi-  
deatur. ¶ Versu sexto, Quæ nō rapui, tunc exolvebā. Prouerbialis & hic sermo videtur, quo vtimur,  
quoties significare volumus, quempiā pro facinore quod non patrauit immeritis penas pendere:  
veluti cum quis furti penas luit aut homicidii, vel alterius cuiuslibet malæ rei, cum sit à facinore  
alienus & innocens. Sic sane Christus dominus, tanquā latro, tanquam seductor, tanquam blasphemus,  
tanquam seditionū author, tanquam rebellis Casari, crudeliter morte punitur, ipse innocen-  
tissimus, & ab omni peccato alienissimus existens. Pro alienis autē peccatis, id est, nostris, punitus  
est: quemadmodū apud Esaia patris voce dicitur, Propter scelus populi mei percussit eum. Et rur-  
sum ex persona generis humani, Omnes nos quasi oues errauimus, vniuersi vsq; in viam suā declina-  
uit: & dominus posuit in eo iniquitates, omnium nostrum. Tanquā oues ad occisionē ductus est, &c.  
Post hunc, idem testatur & Petrus Apostolus, dicens: Christus pro peccatis nostris mortuus est, in-  
ustus pro iniustis. Ac rursum, Qui peccata nostra in corpore suo pertulit super lignū. Quid multa?  
Vniuersa tam veteris quàm noui testamenti sacra pagina, non aliud figurat, non aliud loquitur, nō  
aliud signat, nō aliud clamat, quàm agnam immaculatū pro humani generis transgressionem in tem-  
poris plenitudine oblatum. ¶ Versu septimo, Deus tu scis insipientiā meam, & delicta mea à te non  
sunt abscondita. Hunc versum quidam ita exponunt, Deus, tu vides, quomodo vt fatuus atq; insi-  
piens peccator nunc reputor ab hominib;: & delicta aliena humani generis, quæ ego assumpsi per-  
soluenda, tu cognouisti ea. Sensus tamen quem in Elucidatione expressimus, magis conueniens vi-  
detur, tanquam si dicat Christus in protestationem suæ innocentie, Deus tu scis, si aliquid insipienter  
& inique egi, quo hanc penam commeruerim: neque te latet, si delictum vllum habeo. Sic enim  
loqui solent homines in animi amaritudine positi, cum falso accusantur, neq; excusantibus credi-  
tur, Nouit Deus iniquitatē meam Nouit Deus, si hoc illud egerim. Veluti si in angustia posita Si-  
fanna exclamans, dixisset ad Dominum, Domine tu nosti adulteriū hoc meum, cuius me isti senio-  
res accusant: nemo aliter intelligeret, qd si dixisset, Deus tu nosti, si commiserim adulterium de quo  
accusor: tu nosti aliter rem habere, quàm contra me isti testificantur. ¶ Versu octauo, Non erube-  
scent in me, qui expectant te domine, domine virtutū, si Christus in passionibus permāssisset à mor-  
te detentus, nec per resurrectionem fuisset liberatus, profecto crux eius cōfusio & erubescencia di-  
scipulorū permāssisset, visūq; fuisset hominibus stultum & prorsus vanum, in hominem qui tam  
miserè periisset credere, & pro Deo huiusmodi colere, qui tam vilem mortē obiisset, ac post mortē  
nullum maiestatis signū dedisset. Verum cum per resurrectionem fortiter mortē denicet, & gloriose  
triumphauit, sic factū est, vt nequaquā erubescant in cruce & passionibus domini sui Christia-  
ni, quærentes dominum. Imò nolunt in alio gloriari, qui perfecti sunt, nisi in cruce domini sui Iesu  
Christi: neq; aliud se scire iudicant, etiā qui scientia non sunt imperiti, nisi Iesum, & hunc crucifi-  
xum: verbūq; crucis, quod increduli propter passionis infirmitatē stultitiam reputant, ipsi pro- Galat. 6.  
pter resurrectionis potentiam, Dei virtutē consistunt. Dum ergo Christus orat, nō confundi, ne- 1. Cor. 2.  
que erubescere in se vel super se pios & fideles: quid aliud orat, qd in illa passionis humilitate nō de- 2. Cor. 11.  
relinqui, sed potenter resuscitari, vt non frustra in ipsum sperare liceat cunctis fidelibus? ¶ Versu 1. Cor. 1.  
decimo, Propter te sustinui opprobrium. Propter te, id est, propter tuam iustionem, propter tuam  
voluntatem, propter obedientiā meam erga te, ex qua in mundum veni. Vnde propter tuum hono-  
rem, propter zelum gloriæ tuæ: quoniam videlicet tuā doctrinam prædicans, offensam tui honoris

Esaia. 53.  
Ibidem.

1. Petri. 3.  
1. Pet. 2.

Galat. 6.  
1. Cor. 2.  
2. Cor. 11.  
1. Cor. 1.



non ferens, atque ob hoc etiam principes & sapientes increpans, veni in odium & in opprobrium **E**  
 hominum: qui si loqui voluissent illis placentia, veritate relicta, etiā honore magno ab eis fuisse  
 affectus. ¶ Versu vndecimo, Extranus factus sum fratribus meis. Quomodo Christus etiam fratri-  
 bus suis fuerit extraneus, monstrat Evangelista Ioannes, septimo capite sui Evangelii, ita scribens,  
 Erat in proximo dies festus Iudaeorum, scenopegia. Dixerunt autē ad eum fratres eius, Transi hinc,  
 & vade in Iudaeam, ut & discipuli tui videant opera tua quae facis. Nemo quippe in occulto quid  
 facit, & quærat ipse. Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in  
 eum. Fratribus etiam suis Apostolis (quos tanquam fratres habuit, fratresq; iniuria immemor e-  
 tiam post resurrectionem appellavit) factus fuit in passione extraneus, quando relicto eo omnes su-  
 gerunt, princeps insuper illorum trina negatione abiuravit. Filios autē matris suae, manifestum est  
 secundum carnem non debere intelligi. Maria enim mater ipsius, ut virgo in partu, sic & post par-  
 tum inuiolata permansit, solius primo geniti sui mater benedicta: sed secundum mysticam intelli-  
 gentiam, filios Synagogæ, vel filios populi sui, oportet intelligere. Vnde Paraph. Chald. sic habet,  
 Et velut filius gentium sine alienigenarū factus sum filiis populi mei. Aut figurate filios matris suae  
 dicit coniunctissimos cognatione & sanguine. ¶ Versu duodecimo, Zelus domus tua comedit me,  
 & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Huius verbi (quemadmodū ex secundo ca-  
 pitulo Evangelii Ioannis discimus) recordati sunt Apostoli, cum Christum viderent factū flagello  
 de funiculis eiicere vendentes & ementes de templo, mensas nummulariorū euertere, atque illorum  
 effundere. Recordati sunt, inquit, discipuli, quia scriptum est, Zelus domus tua comedit me. Lo-  
 quitur autem illo in loco de domo & templo materiali, cuius munditiam & reuerentiam magno  
 zelo Christus ardebat, quod locus ille patri suo fuisset deputatus ad cultum specialem. Multo vero ma-  
 gis zelus domus Dei spiritualis (quæ est Ecclesia sancta, ex viuis adificata lapidibus) Christum  
 comedit, ac totum possedit, quanto signum melius est signato, & res ipsa figura præstantior est.  
 Templum enim illud materiale, Ecclesie spiritualis templi, figura fuit: quemadmodum & cultus  
 exterior, qui in illo exhibebatur, interioris cultus, quo in spiritu seruitur Deo in Ecclesia, signum  
 tantum & figura extitit. Merito proinde sibi metuant, ac dum tempus est miserendi prospiciant  
 per pœnitentiam, qui domum hanc spiritualem Dei, speluncam efficiunt latronum: qui Ecclesiam  
 sanctam suis dogmatibus sine exemplis pessimis scandalizant atq; defœdant. Veniet, veniet, quando  
 non iam in flagello de funiculis, sed in romphaea sua ex vtraque parte acuta, pugnabit aduersum hu-  
 iusmodi in gladio oris sui, quando non iam cathedras euerteret & mensas, nō as in terram effunderet,  
 sed animas simul & corpora in ira implacabili perdet, mittetque in caminū ignis inextinguibilis.  
 ¶ Secundum autem partem huius versus, quam Paulus allegat capite decimoquinto Epistolæ ad  
 Romanos, alii sic intelligunt, opprobria quibus tibi contemptum & vilipensionem fecerunt pec-  
 catores, ita cordi accepi, ita mihi ad ferendū graues fuerūt, ac si illata fuissent mihi: imò magis me  
 presserunt, atq; ad tolerandum grauius mihi fuerunt, quàm si mihi irrogata fuissent: sicq; diffi-  
 mulare nolui, neq; filere, quin illos pro tua gloria redarguerem. Atq; ita solent homines quasi sibi  
 factum reputare, quod aduersum illos fit, erga quos optimum affectum gerunt: ut si quis exprobrat  
 patri, cadit hoc ipsum super filium, si recte patri afficitur: neque minus dolet hoc filio, quàm si in  
 personam suam accepisset contumeliam, neq; (si potest) feret patris contumeliam. Et hæc quidem  
 sententiam huic loco admodum conueniens est, præcedentiq; particule, Zelus domus tuæ comedit  
 me, valde consona, eamque solam in Elucidatione expressimus. Alii tamen malunt sic intelligere,  
 Peccata & mala hominum, quibus exprobrant tibi, super me ceciderunt: quoniā quicquid illi pec-  
 cabant, super me veniebat: meum erat dependere & pœnas luere, quoniam in me suscepi persoluenda  
 passionibus meis quæcunq; illi contra te nequiter egissent. Alii rursus sic intelligunt, Peccata  
 omnia quibus tibi exprobrauerunt homines, ego tanquam mea suscepi, sic tanquam propria defœ-  
 ui, ac pro eis dolui: tantum cor meum vulnerabant atq; affligebant, ac si propria fuissent peccata,  
 propter zelum honoris tui. Et hæc sanè ad propositū Apostoli apte quadrare videntur, qui ex hoc  
 scripturæ loco docere conatur, Christi exemplo, firmiores fidelium non debere ceteros ob imper-  
 fectiōnem spernere, sed magis eorum defectus & peccata sustinere. Etenim Christus, inquit, nō sibi  
 placuit, sed (quemadmodum scriptum est) impropria impropertium tibi ceciderunt super me.  
 ¶ Versu decimotertio, Et operui in ieiunio animam meam: & factum est in opprobriū mihi. Quid  
 est in ieiunio operire animam? quomodo potest cooperiri anima, maxime autem ieiunio? Coope-  
 riri dictum videtur pro abscondere, id est, humiliare: ut sit sensus, Humiliaui in ieiunio animam  
 meam. Et intelligitur hæc afflictio pœnitentiæ, vel propter zelum honoris Dei, vel propter illorū  
 prauitatem ex compassione peccantium, vel potius ob vtrunque. Ad misericordem enim, horum  
 vtrunq; spectat: nimirū cum peccantes videt, ut de illorum peccato intima cordis compassione do-  
 leat, amplius tamen super Dei per peccatum in honoratione atque contemptu cōmoueat. Magis  
 enim debet nos commonere Dei contemptus, quàm proximi malum, quatenus proximi ipsius est.  
 Forſitan autem interroget hic aliquis quid sibi velit, quod hic dicitur de ieiunio, atq; in versu se-  
 quenti de cilicio. Non enim videntur ista secundum scripturam Christo recte conuenire. Nā de iei-  
 unio Saluatoris, nihil peculiariter legimus, nisi de diebus illis quib⁹ in deserto ieiunauit: quod sa-  
 nē ieiunium pro exprobrantibus inimicis nō susceptum: quoniam nondū opprobria sustinuerat: ne-  
 que factum fuit ei ieiunium illud in opprobriū, quoniam apud homines ignotum fuit. De alio au-  
 tem ieiunio nihil peculiare legimus, nisi quod aliquando (iuxta hominum necessitatem) defuruit. De  
 cilicio verò omnino nihil tradunt scripturæ, neq; quod ob hoc factus sit cuiquam in derisionem.

Ioan. 7.

Matt. 28.

Matt. 26.

Ioan. 2.

Apoc. 2.

Matt. 15.

Rom. 15.

Matt. 4.

Hanc quæstionem breui responsione dissoluimus in enarratione Psalmi 34, pertractantes versus 15, Psal. 34.  
 ac 16, qui propositis non admodum sunt dissimiles. Sic enim ibi legimus, Ego autē, cum mihi mole-  
 lesti essent, induebat cilicio. Humiliabā in ieiunio animam meam. Diximus autē, accipi hæc posse,  
 ut tantum significent luctum & afflictionē, quibus vel Christus dominus, vel alius quilibet verē si-  
 delis, pro Dei honore contempto, & proximi malo affligitur. ¶ Versu vigesimoquarto, Improperū  
 expectauit cor meum & miserā. Præter intelligentiam quæ posita est in Elucidatione, de prompta  
 voluntate Christi patientis, exponi etiā aliter potest hoc modo, Non erat finis impropertiorū, neq;  
 miseriarum quibus me afficiebant inimici, sed impropertū super impropertium expectabā, & affli-  
 ctionem super afflictionem, ita ut continuo plura atq; maiora cor meum expectaret, sicq; afflictus  
 tolerantia malorum præsentū, cruciabar simul etiam consideratione imminentū, ut duplici affli-  
 ctione cruciaretur cor meum. ¶ Versu vigesimo sexto, Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea  
 potauerunt me aceto. Ad hanc scripturā respiciebat Evangelista Ioannes, cum narrans Christi pas-  
 sionem, ita scriberet, Sciens Iesus quia omnia cōsummata sunt, ut impleteretur scriptura, dixit, Sitio.  
 Vas ergo erat positū aceto plenum. Illi autē spongiam plenam aceto, hyssopo circumponēs, ob-  
 tulerunt ori eius. Quam autē scripturam assignare poterimus tunc euidentius manifestūsq; vel ad  
 sensum impletam, quæ istam quæ modo proposita est, in siti mea potauerunt me aceto? Matthæus ve-  
 rō distinctè exprimit, quod dabant ei bibere acetū felle mixtum: quod cum gustasset, noluit bibere. Sed  
 quomodo dici potest, quod dabant ei bibere acetū felle mixtum: quod cum gustasset, noluit bibere. Sed  
 bant illi, nō manducare, sed bibere? Forſitan ideo, quia fel crassius est quàm acetum, & per se magis  
 cibi quæ potus vice esse videtur. Sed neq; opus est tam exacte verba penſitare, ubi sententia manifesta  
 habetur. ¶ Versu vigesimo septimo, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. Hanc mensam, alii  
 interpretantur scripturam sacram, quæ est mensa refectionis animarum: quoniam nō in solo pane  
 viuunt homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Facta est autē hæc mensa Iudæis in laqueū,  
 quando per infidelitatem suam, iusto Dei iudicio excecati, literæ tantum inhærentes, perdidit  
 veritatem: & inde sibi sumere iam conantur fomenta atq; adiumenta sui erroris, unde si credere vo-  
 luissent, salutarē accepissent veritatis cognitionē: sicq; laqueus illis factus est scriptura sacra, quo  
 irretiti teneantur in infidelitate atq; peruersitate sua, donec ad retributionē finalis damnationis  
 perueniant. ¶ Versu trigesimo primo, Quoniā quem tu percussisti, persequuti sunt. Nota quod pater si-  
 lium percussit, non autē est persequutus. Iudæi verò nō percusserunt tantū, sed etiā sunt persequuti.  
 percussio namq; ad disciplinam pertinet, persequutio ad odium & crudelitatem. Cum enim pater ad  
 emendationem castigat filiū quem diligit, percutit quidem eum, sed minime persequitur. Ita & pa-  
 ter cælestis filiū suum, tametsi charissimū, percussit tamen, & disciplinā voluit esse super eum; sic  
 enim per Esaiā pater cælestis de filio loquitur, Propter scelus populi mei percussit eum. Percussit (in-  
 quit) non persequutus sum, quoniā propter scelus non propriū, sed alienum. Et ex persona generis  
 humani, eodem in loco dicitur, Disciplina pacis nostræ super eū, hoc est, disciplina, correctio, atq; ibidem  
 punitio pro peccatis nostris debita, per quā patri reconciliari, inq; eius gratiā redire debebamus.  
 super ipsum venit, super ipsum imposita fuit: quoniā voluit pater, ut ipse percuteretur, atq; (ut ita  
 dicam) disciplinaretur pro omnib⁹ nobis, ut nos per eius disciplinā, pacem haberemus apud patrē.  
 Impii autē Iudæi, quem Deus percussit, odio crudeli & immani crudelitate, inimicissimo Roma. 5  
 animo persequuti sunt: nō quasi patri ministri, sed tanquā suæ propriæ peruersissimæ impietatis,  
 propria autoritate & voluntate exequutores. ¶ Quod autē sequitur, Et super dolorem vulnerum  
 meorum addiderunt: præter expositionē in Elucidatione positam, potest etiam sic intelligi. Addide-  
 runt etiam ignominia & opprobria verborum, ac gestulationum super dolorem, quæ ex inflatis  
 corporis grauissimis vulneribus patiebar. Admodū verò festiua est collusio illa, quæ est versus sta-  
 tim sequentis. Appone iniquitatē super iniquitatem eorum, ad partem iam antè tractatā, Super dolo-  
 rem vulnerū meorum addiderunt. Indicatur enim hæc allusione, correspondentia pœnæ ad culpā,  
 tanquā si dicat, Illi sine cōpassione, crudeli animo vulnera vulneribus, plagas plagis apposuerunt,  
 ad vulnera quoq; & passiones corporis etiā contumelias & opprobria adiecerunt: tu ex aduerso, in  
 vltionē appones iniquitatem super iniquitatem eorum, sine eos de peccato ruere in peccatū, absq;  
 retinaculo. Iudicium enim sine misericordia debetur illis, qui non fecerunt misericordiam. Cū au-  
 tem in secunda parte versus dicitur, Et non intrent in iustitiā tuam: aduerte, signanter dictum esse,  
 in iustitiā tuam. Hæc enim est illa iustitia Dei, iustitia fidei, iustitia vera, quæ (ut Paulus Apost. ait) Rom. 3.  
 per fidem est Iesu Christi, in omnes, & super omnes qui credunt in eum, quā idem Apostolus toties  
 à iustitia Iudaica sine legali distinguit, in ea potissimū Epistola quā Romanis scripsit: a pertissime  
 verò capitulo 10, ubi sic ait, Ignorantes enim (Iudæi) iustitiam Dei, & suam quærentes statuerunt, in-  
 iustitiā Dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus, ad iustitiā, omni credenti. In hanc ergo ius-  
 titiam dicit nō ingressuros illos, super quos veniet hæc diuina vltio. Cū tamen plenitudo gentiū  
 intrauerit, tunc & reliquæ ex Israel (iuxta Apostoli vocē) introibunt in hanc iustitiā, & saluæ fiēt. Roma. 11  
 ¶ Versu trigesimo tertio, Deleatur de libro viventium. Notus est ex scriptura liber vitæ Dei, vel Moy. Exod. 31.  
 se dicente, Si non dimittis populo hanc noxam, dele me de libro quem scripsisti. Hic liber nō aliud  
 est, quæ Dei præscientia & prædestinatio, qua electos ad salutem ab æterno venturos cognouit, atq; Roma. 8.  
 ut peruenirent prædestinavit: de quo libro & iis qui in eo scripti sunt, frequens in sacra Apocalyp- Ephe. 1.  
 psi sermo habet. De hoc libro, si (ut fere solet) hic passus exponatur, quæstio suboritur, quomodo Apoc. 2.  
 possit deleri aliquis de libro vitæ: cū fieri nō possit, ut qui semel prædestinatus est, à prædestinatiōe & 21.  
 cadat: vtrq; is, quem Deus ab æterno præuidit saluandū, salutem non consequatur. Erīt autem fact-

Ioan. 19.

Matt. 27

Deut. 8.  
Marci. 4.

Esaiā. 53.

Roma. 5

Jacob. 2.

Roma. 3.

Roma. 10

Roma. 11

Roma. 8.

Ephe. 1.

Apoc. 2.



lis solutio obiectionis, si dicamus improprie accipi in hoc loco verbū deleri, nō vt significet semel in scriptum eradi. Sic enim impossibile est, semel vere scriptū in libro vitæ deleri: sed accipi improprie, pro nō scribi in libro, vt impios de libro viuentiū deleri, nō aliud sit, q̄ impios in eo nō adscribi simul cum iustis. Atq; ita pars sequens, Et cū iustis non scribantur, prioris erit explanatio: quod in scripturis Prophetis, maxime autē in Psalmis, nō est infrequens. Subtiliori verō cōsideratione, referre possimus hanc deletionē in generali ad ipsam gentem Iudaicam, facta consideratione ad patres eorum. Ante enim Christi aduentū, videbatur sola gens Iudaica hunc librū occupare, quoniā propter electionem (vt ait Apostolus) charissimi erant, & soli populus Dei peculiaris, genus electū, Rom. 10. Deute. 7. gens sancta, ceteris interim populis sub ira Dei cōclusa, atq; ita vt filiis mortis in mortis libro descriptis. Post Christi autē passionem, & in celos ascensionē, Iudæis nolentibus oblatam gratiā reciperē, gentibus autem e contrario ambabus (quod aiunt) manibus Dei gratiā excipientibus, mirabilis facta est cōmutatio: meritōq; deleta est Iudaica gens de libro vitæ, in quo patres eorum vt populus dilectus scripti fuerant, fuerantq; & ipsi nō delendi, si nō seipso indignos prestissent: populus autem nationū, in librum vitæ meruit sua crudelitate ex Dei munere inscribi. Atq; ita quidem in generali populi totius reprobatio designatur: nō quidem ita, vt ex eis nemo possit salutē consequi, aut quasi singuli fuerint exclusi, sed quia nō amplius tota gens illa, vt olim, in electione & peculio Dei (vt ita loquar) permanfit. Poterit tertio hic locus recte intelligi aliter, q̄ de libro vitæ Dei, vt de libro viuentiū deleri, sit deleri à memoria hominū. Memoria enim hominū, quasi eorum liber est Atq; ita sensus erit, Deleantur de memoria hominū, quantum ad felicitatem & gloriā, in qua antē fuerunt, hoc est, ita eos fac humiles, abiectos & miseros in exilio suo, vt iam nulla sit pristina felicitatis memoria, vt prorsus quasi nō sint, & nullius habeantur momenti in sæculo. Atq; hanc intelligentiā pratendere videtur, quod habet Paraphrasis Chald. Deleantur de libro memoriæ viuorū, & non mereantur intrare in Ecclesiam iustorū tuorum. Attamen hæc expositio, ceteris minus probabilis videtur. Tametsi enim frequentius in scriptura inueniatur, deleri nomen alicuius, pro eo quod est, perire de memoria hominū, non arbitror tamen, quod hic dicitur, de libro deleri, vti ipsam in tali significatione reperiri. ¶ Versu trigesimo sexto, Et placebit Deo super vitulū nouellum, cornua producentē & vngulas: per vitulum nouellū, id est, magis q̄ vitulus nouellus cornua producēs & vngulas, hoc est, magis q̄ vitulus nouellus, cornutus, & vngulatus: ad significandū videlicet atatem sufficientē, & latis maturam ad offerendum. Et sub hoc intelligimus omnē sacrificiū legis veteris. Grator enim est Deo confessio laudis, q̄ veteris legis quodcunq; sacrificiū. Alii patant additionem illam de cornubus & vngulis, ad vilipensionē hostiarum veterū addi, quasi diceretur, Placebit Deo confessio laudis meę, magis q̄ vitulus cornutus & vngulatus, ac proinde irrationale animal. Laus enim Dei rationalis, quæ de corde & intellectu procedit, multo acceptior est Deo, quàm creatura irrationabilis, in sacrificio. Nonnulli verō intelligunt, super vitulum nouellum, id est, de vitulo nouello, dicentes Deo esse beneplacitum in vel de nouello vitulo, ad mysticas intelligentias recurrentes. Quod autē priori loco dictum est, longe videtur probabilius. ¶ Versu quadagesimo, Quoniam Deus saluā faciet Sion, & ædificabuntur ciuitates Iudæ. Quod per Sion intelligatur praesens Ecclesia, ex plurimis Psalmorū locis in prioribus fecimus manifestum. Vnde Psal. 2. dicebat filius, Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Et Psal. 47. Latetur mons Sion, & exultent filia Iudæ. Quæ tamen hic dicuntur ædificandæ ciuitates Iudæ, eadem sunt, quæ illo in loco dicuntur filia Iudæ, particulares videlicet Ecclesie, in quibus est confessio nominis Christi: quæ omnes tamen vbiq; terrarum consistant, Sion vnā habent matrem, vnā scilicet vniuersalem Ecclesiam, quæ omnium est particulariū mater. Non enim plures sponfas aut vxores patitur sponfus sanguinum, quæ non in vnā conueniant, & non ex vna sint matre progenitæ: & si plures recipit vxores, eas necesse est ex vna matre esse sorores.

LXIX. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste, oratio est hominis in grauib tentationibus, siue spiritualibus, siue corporalibus positi, postulantis Dei auxiliū, inimicorum (à quibus tentatur, & periculum patitur) confusionem atque cessationem, ac demum piorum de sua liberatione exultationem. Manifestum est autem, totum penè hunc Psalmum in Psalmo trigesimonono superius exposito esse inclusum, & huius Psalmi singulos versus in illo inueniri. Quapropter, non opus est vt hoc loco singula tractentur exactius.

SEXAGESIMINONI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Deus in adiutorium meum intende:

\* domine ad adiuuandum me festina.

2 Confundantur, & reuerentur, qui qua-



Eus meus, mea omnis spes & fiducia, intentus esto ad auxiliū meum contra hostes meos: qui nisi tuo iuuer auxiliō, facile mihi prauauerunt sua fortitudine: te autē auxiliū ferente, nihil quicquam poterunt: & quia vrgēt me vehementer aduersantium improbitas, neq; fatigantur in tentando siue oppugnando, circumeuntes die ac nocte ad perdendum me, iccirco festinate opus est: \* neq; moreris quæso aut differas amplius ferre opem periclitanti in dilatione auxiliū. 2 Fac tuę virtutis auxiliō confusionē & erubescētia perfundantur omnes aduersarii mei, qui tollere querunt animam meā, qui insidiantur vitę

**A** runt animam meam.

3 Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala.

4 Auertantur statim erubescētes, qui dicunt mihi euge euge.

5 Exultent & latentur in te omnes qui querūt te:

\* & dicant semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum.

6 Ego verō egenus & pauper sum:

\* Deus adiuua me.

7 Adiutor meus & liberator meus es tu:

\* domine ne moreris.

meę, & in mortem cupiunt precipitare pauperulam animam meam: quorū studium atq; desiderū in hoc est, vt vitam auferant mihi, inferantq; mortē. 3 Fac retrorsum abeant, & cōfusione atq; pudore afficiantur omnes qui molliūt aduersum me mala, qui mihi nocere cupiunt, qui vel insidias mihi struunt vt occultē noceant, vel etiā aperto odio me oppugnant vt interficiant. 4 Fac retrorsum cōuertantur cū confusione & reuerentia, qui mihi vel insultantes & exprobrantes, vel de malo gaudentes atq; plaudētes, dicunt, euge euge, siue vah vah, si viderint aliquid mihi aduersum contingere. Hos insultatores meos, gaudentes de malo alieno, coge tu à cepto desistere sua malitia proposito: fac illos suo intento frustrari, & quod conātur minime cōsequi. 5 Illi verō qui te ex animo & fideli corde querūt, qui tibi placere, & tibi amicitia iungi desiderant, atq; ad hoc conantur iugiter, gaudeāt huiusmodi & latētur, cum me viderint de impiorū manibus tuo auxiliō liberatū: \* & qui tuam salutem diligunt, eamq; omnibus cōmuni fieri, & ad omnes pertinere gaudent (cuiusmodi sunt omnes verē pii) dicant pro gratiarū actione, semper magnificetur dominus, sit semper & in sæcula Deus noster benedictus, qui pios nouit de tentatione eripere, & cū tentatione semper prouentū facere, vt valeat I. Cor. 19. Psal. 9. serui eius sustinere, neq; vnquam reliquit in se sperātes. 6 Ego verō ante oculos tuos, o domine, sum non aliud q̄ pauper & mendicus, ex memetipso nihil nisi miseras & infirmitatē habens, plenus egestate, absq; omni bono, nisi tu dona ueris: qui necesse habeo à te omnia mendicando & postulando accipere: \* tu proinde, Deus piissime, qui pau peres exaudire soles, & pauperū atq; humilium curā gerere singularem, adiuua me, tuum auxiliū humiliter implorantem contra aduersarios meos. 7 Tu es quē ego elegi auxiliatorem meū, & quem spero saluatorem atq; liberatorem: \* o domine, ne morā facias, ne ultra differas ferre mihi opem contra importunos hostium insultus, sed in tempore adueni, priusquam mihi praualeant qui oppugnant, vt tua ope liberatus, tibi gratias agam in sæcula sæculorum, Amen.

**C**

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXIX.

**V**ersu primo, Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandū me festina. Oratione ista maxime opus habent, eiudēq; frequentissima & indeficienti replicatione, qui perpetuum cum hostibus nō desidibus aut somnolentis, sed perguilibus utiq; & acerbis certamen habent. Quapropter, recte Ecclesiastica institutione hic versus singulis canonicis horis praemittitur, atq; in ipso iam initio solennē voce concinitur, antequā ad Psalmos canendos, siue aliud quicquā decantandum procedatur. Primū enim est, vt hostium insultū postulemus reprimi, quo sic quietius atq; securius, Diuinis deinde laudibus possimus vacare. Sed & antiqui illi eremi apud Aegyptū incolæ, discipulos, maxime nouitios, docebant, verbū istud frequenti iteratione etiā in medijs occupationib; & exercitijs corporalibus, ardenti affectu in Deū velut eiaculari. Nouellis enim tyronibus Dei cōtra aduersarios auxiliū maxime est opus. ¶ Versu quinto, Et dicant, semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuū. Aduersarium semper in medio positū, poterit vel cum sequenti construi, hoc modo, Et dicant, semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuū: vel cum praecedenti, hoc modo, Et dicant, semper magnificetur dominus, &c. Prior autem constructio magis videtur conuenire, quam & in Elucidatione solam expressimus.

**D**

LXX. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste eiusdem ferē argumenti est cum Psal. 30. in quo etiam aliquot uersus priores ad uerbum fere positi sunt, & expositi. Exercitat in eo uir iustus spem suam in domino, cum assērens suum protectorem, munitionem atque refugium, in quo sperauerit à iuuentute, ex matris utero, eundēq; multa uerborum replicatione, contra aduersariorū insultus, ita precatur habere perpetuum protectorem atq; saluatorem, ut ab eo nunquam, ne in ultima quidem senectute derelinquatur: sciens, quā facile in pradā & subiectionē ueniret esse ratisimis hostibus, si uel ad tempus modicum à Deo derelinqueretur suis uiribus. Pollicetur autē pro gratiarum actione, magnificam laudem & perpetuam prædicationem iustitię atque ueritatis Dei, quam cum eis etiam post uenturis generationibus promittit (iuxta quod à Deo non per humanam sapientiam edoctus fuit) facere manifestam: in conclusione tandem Psalmi uersu 22. peculiariter cōmemorans mirabilem Dei erga suos electos dispensationem, in eo quod grauisimos illos nonnunquā permittit affligi tribulationibus, eosdemque ubi placitum sibi fuerit liberatos, quasi ab inferis ad uitam reducit: qua in re, duo simul electis suis Deus cōmonstrat, nempe infinitam suam potentiam, qua de tentatione quantumuis maxima, & humanis uiribus in superabili, nouit suos electos eripere, simul & maximam ineffabilemque suam misericordiam, qua nunc nec in desperatissimis & difficilibus rebus deserit in se sperantes. Propter quæ, tam fidelissimo liberatori laudem promittens, in musicis instrumentis, in lingua & labiis, ex corde depromendam, ita terminat salutarem exercitationem.

*1 In te domine speravi,  
non confundar in aeternum:*

*Pfal. 144  
Pfal. 90. \* in iustitia tua libera  
me, & eripe me.*

*2 Inclina ad me aurem  
tuam: \* & salua me.*

*3 Esto mihi in Deum  
protectorem, & in lo-  
cum munitum: vt sal-  
uum me facias.*

*4 Quoniam firmamen-  
tum meum & refugium  
meum es tu.*

*5 Deus meus eripe me  
de manu peccatoris, &  
de manu contra legem  
agentis, & iniqui.*

*6 Quonia tu es patien-  
tia mea, domine:*

*\* domine spes mea à  
iuuentute mea.*

*7 In te confirmatus sum  
ex utero:*

*\* de ventre matris mea  
tu es protector meus.*

*8 In te cantatio mea  
semper: \* & tanquam  
prodigium factus sum  
multis:*

*\* & tu adiutor fortis.*

*9 Repleatur os meum  
laude:*

*\* vt cantem gloriam  
tuam, tota die magnitu-  
dinem tuam.*

*10 Ne proicias me in  
tempore senectutis:*

*\* cum defecerit virtus  
mea, ne derelinquas me.*

**I**n te domine Deus meus spem meam omnem constitui, non me patiaris vnquam confundi, neq; in confusionem aeternam venire permittas: \* sed propter iustitiam, veritatem, & fidelitatem tuam, libera me ab omni periculo & confusione, quemadmodum in te speravi. Expofcit enim hoc tua iustitia, quod verax es, quod fidelis in promissionibus, vt (sicuti pollicitus es) tuo auxilio non destituas in te sperantes. 2 Inclina Deus auditum tuum ad precem meam, & dignanter attende orationi meae: \* festina, ne tardaueris, vt eruas ac liberes animam meam de periculis, angustiis, & necessitatibus, siue spiritualibus, siue corporalibus, in quibus versor. 3 Talem te mihi exhibe Domine Deus, vt sis mihi defensor atq; propugnator, pariter & asylū, siue tutus refugii locus, vt ita me facias saluum ab inimicis meis: quatenus protector, pro me tua potentia contra aduersarios meos dimicans ac pugnans, quasi asylū verò atq; tutus locus refugii, me ad te cōfugientem veluti abcondens, concludens, atq; diligenter custodiens, vt accessum ad me habere nō valeant nocere parati. 4 Tu enim domine es mea omnis fortitudo, & in te est robur meū omne, per cuius propugnationē spero ab inimicis fieri saluus, & tu es meum tutissimum refugium, ad quem semper in omnibus periculis confugiens, spero inimicorum rabiem effugere. 5 Deus meus, tota fiducia mea, salua tu me de manu peccatorū, in quibus nullus inest timor tuus, & de manu hominū contra legem tuā agentium, & iniquorū, qui ex peruerfitate cordis sui abiq; timore & pudore operantur contra aequissimas leges tuas atq; praecepta, quicquid eis fuerit collibitū: de manu & potestate istorū salua me, non me permittas istis venire in potestatem, vt mihi vnquam praualeant, aut me in consensum aliquando pertrahant suae malitia. 6 Tu enim es patientia, sustinentia, spes & expectatio mea, propter quem ego cunctas impiorū suasiones & propositiones abiuravi, & etiam nū abiuro, tuam solius consolationē & salutem desiderans atq; expectans: tu solus es quē sustineo, quem in perseverantia & potentia expecto, consolatorē & saluatorem meum: \* o domine spes mea & tota fiducia fuiſti ab ineunte aetate mea, ab ipsis incunabulis: statim vt ceppi ratione uti, in te spem meam constitui. 7 In te ego sum firmatus, & fiducia spei velut defixus, ob eo penē tempore quo egressus sum de utero matris meae, vsq; in aetatem istam in qua uiuo: ab eo tempore semper in te haerit, & infixā fuit, atq; firmata fiducia spei meae: \* ab eo tēpore quo de matris meae utero egressus sum, te semper & habui & sensi protectorē atq; saluatorem, qui me pauisti à primo die egressus materni uteri, in super à periculis plurimis & grauissimis seruasti, & in omnibus tua protectione saluum me custodisti. 8 Tu mihi semper fuisti laudis materia, de te semper fuerunt mea cantica: & quicquid cantabā vel dicebam, tui nominis gloria & laudem cōtinebat: \* & ego factus sum multis tanquā prodigium, quasi spectaculum factus sum orbi, coniectis omniū oculis in me, & admirantibus velut rem supra naturā, quod de tot ac tantis malis saluus euassem, existimantibus id (sicut nec reuera erat) humana via non fuisse possibile: \* sed tu mihi fuisti validus & praeptens adiutor, qui in omnibus his semper mihi adfuiſti, & non es passus venire me in manus quarentiū animam meam. In te nanque, manus hostiū etiam potentissimorū & plurimorū potui euadere, & propriis meis viribus minime potuissem. 9 Vt autem gratus tibi esse valeā pro tanta tua erga me sollicitudine, peto, vt os meū repleas laude, tu me doceas per illuminationē & eruditionem internā spiritus tui, quomodo te digne laudare queā: \* vt cantare possim magnificentia gloriae tuae, & iugiter omnibus diebus vitā meae canticis & psalmis, valeam celebrare magnitudinē tuam, secundū quam per omnia verē es maximus. 10 Et postquā à puero, mei semper sollicitissimā gessisti curā, noli quāso pati, vt in aetate pleniori, aut etiā iam deficienti, à te aberrē, & à tua gratia excidā: \* qui me semper in tuo seruitio cōfortasti, cum essem valido & vegeto corpore, ne patiaris me (quāso) à te aberrare, aut te relinquere in tempore senectutis, quando deficere incipiet virtus mea. Eset enim id proter sus abominabile, si ego (quem semper à puero tanta cura in tua seruitute custodisti) in aetate tandē deficienti delirare incipiens, à tua ser-

A

*11 Quia dixerunt inimi-  
ci mei mihi:*

*\* & qui custodiebant  
animam meam, conci-  
lium fecerunt in vnum.*

*12 Dicentes Deus de-  
reliquit eum:*

*\* persequimini, & con-  
prehendite eum, quia  
non est qui eripiat.*

*13 Deus ne elongeris à  
me:*

C

*\* Deus meus in auxi-  
lium meum respice.*

*14 Confundantur &  
deficiant detrahentes  
animam meam:*

*\* operiantur confusio-  
ne & pudore qui qua-  
runt mala mihi.*

*15 Ego autē semper spe-  
rabo: \* & adiuciam*

D

*super omnē laudem tuā  
16 Os meum annuncia-  
bit iustitiam tuā: \* to-  
ta die salutare tuum.*

*17 Quoniam non co-  
gnoui literaturam, in-  
troibo in potentias do-  
mini:*

*\* domine, memorabor  
iustitiae tuae solius.*

uitute me separarem, sicq; à te & tua gratia derelinquerer: \* in super si quando aduenerit in anima mea tempus senectutis, id est, tepor deuotionis, & declinatio à feruore charitatis pristina, ita vt contingat aliquando refrigerere in me charitatem, sicq; ad nihilū incipiat tendere vita spiritus mei (quemadmodū senectute temporali corpus frigeſcit, deperente calore, & vita ad occasum declinat) vt tum me non iustineas in totū frigeſcere, & prorsus vitam spiritus perdere: sed si forte, quacūq; occasione, in eiusmodi statum deuenero, tempeſtiuē memento mei, & reuoca ad te, atq; ad charitatis pristinae feruorē tua benignitate restitue, priusquā totus frigeſcam, & vitā perdam funditus. 11 Neq; verò immerito de futuro tēpore sollicitus, nunc oro (donec mihi sum bene cōsciū) pro iis quae obuenerit aliquando possent. Scio nanq; meorū hostium, qui me ad mortē quarunt, infatigabiles conatus, & propria meam fragilitatē non habeo incognitā. Ecce enim aduersarii mei, vbi vel modicū viderint me refrigerere siue flaccescere in tuo seruitio, mox contra me loquuntur: \* & ipsi qui semper obseruat animā meā, nocte ac die circūeantes, siquā tandē valeat inuenire aditū expugnandi, aut siquā tandem occasione possint ad nocendū mihi pertinere, ipsi mox iunctis capitibus, concilium pariter in eū tractantes quomodo facilius suā de me voluntatē adimplere possint, quomodo in mortis laqueū certius praecipitent. 12 Dicunt adiuicem sese exhortantes, ecce iam senescere incipit, iam nō qualia solet operatur, feruor abcessit, non apparet solita charitatis in eo ardor: nunc ecce opportunū tentationi tēpus est, quod tam diu quesiuius: apparet illū iam à Deo derelictū, quo protectore haecenus praualeere nequiuimus: \* nunc autē sic derelictū audacter persequamur, modo nō cessemus ab oppugnatione. Spes enim est proposita victoria, vbi ab auxilio se subduxit ille, per quē cōtigit huic semper victoria. Ecce iā non habet, qui eū de manib⁹ nostris saluet, facile iā illi in virtute nostra praualebimus. 13 Ita profecto loquūtur aduersus me hostes mei infatigabiles, si vnquā vllō signo vel indicio percipere sibi videatur, me abs te derelictū, tuōq; destitutum auxilio: quod quia non ignoro, merito de futuro vitā meae tēpore sollicitus, supplex oro, ne vnquam imperpetuū te ipsum à me elonges, ne me imperpetuū derelinquas, sed ego semper tecū in vltimā vsq; aetate in omnibus dieb⁹ vitā meae permanēā, & tu vicissim menunquā deseras: \* semper, o Deus, tota mea fiducia, ad me aspicias, nunquā benignos tuos oculos à me auertas, & in auxiliū mihi opportune semper accurras. 14 Ita tuo auxilio fac cōfusione & pudore operiatur hostes mei, & cessare atq; desistere cogantur à sua prauitate omnes qui mala loquūtur & pernicioſa cōtra animā meā: \* fac penitus erubescētia & pudore perfundantur, omnes qui siue per insidias siue per aperta oppugnationē querūt mala aduersum me, quicūq; cōtra me machinantur impia. 15 Ego verò in tua protectione optime securus, nunquā desinam sperare in auxilio tuo: \* & pro gratitudine adiiciā super omnē laudem tuā: continuo laudes laudibus accumulabo, de die in diē amplius me exercebo in laude tua & super omnē laudē, quam tibi cecini à pueritia mea, anteponā etiam laudare te vsq; in aetatem nouissimā. 16 Et quo alios quoq; attrahā ad tui nominis laudem, annūciabo ego, & praedicabo palam omnibus, vbi cūq; opportunū fuerit, iustitiā, sanctitatē, veritatē, & fidelitatem tuā: vt etiā proximos inuitē ad ponendā in te spem & fiduciā, cum te iustū, ita veracem atq; fidelem cognouerint: \* iugiter omnibus diebus praedicabo salutem tuam, semper expositā & paratā cunctis in te sperantibus, quam nunquā pateris deesse iis qui seruiunt, & fidunt tibi corde perfecto. 17 Quonia etſi literaturam non cognoui, tamen ex literis & doctrina scholari siue humana, neq; per auditum neq; per lectionē didici ea quae ad laudem tuam faciunt, tamen si scientia humana instructus à praeceptoribus atq; doctoribus minime fuerim: itroibo tamē in potētias domini, ingrediar tamē ducatu spūs tui & magisterio interiori illuminationis tuae, vsque ad cognoscēdas virtutes tuas & mirabilia opera potētiae tuae, quae operaris in hoib⁹ quae meli⁹ me docet interius tua illuminatio, q̄ omnis possit exterior vocis aut literarū instructio: \* sicq; à te edoctus, nō ab humana sciētia, solus tua iustitia memor ero, semper de tua sanctitate, veritate & fidelitate cogitare volo, semper illā ruminare memoria, semper de ea



Psal. 50.

18 *Deus, docuisti me à iuuentute mea:*

\* *Et vsque nunc pronūciabo mirabilia tua.*

19 *Et vsq; in senectam Et senium:*

\* *Deus ne derelinquas me.*

20 *Donec annunciem brachium tuum generationi omni quæ ventura est.*

21 *Potentiam tuam Et iustitiam tuam Deus vsque in altissima quæ fecisti magnalia:*

\* *Deus quis similis tibi?*

22 *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas Et malas:*

\* *Et conuersus uiuificasti me, Et de abyssis terra iterum reduxisti.*

23 *Multiplicasti magnificentiam tuam: Et consolatus es me.*

24 *Nam Et ego confitebor tibi in uasis psalms, veritatem tuam*

Psal. 44.

*Deus:*

loqui: illā palam omnibus annūciare & prædicare, vt ne inanis & sine fructu sit cognitio incertorū & occultorū sapiētīę tuę, quę manifesta sūt mihi. 18 Deus piissimē, iā inde à puero, ex quo vti cœpi ratione, semper tu me illustratione tua interius docuisti, cognoscere temetipsum & mirabilia opera tua, quę solo humano nunq̄ didicissimē magisterio: \* & vsq; modo nō cesso prædicare mirabilia opera potētīę, sapientīę atq; bonitatis tuę, quę mihi dedisti cōsiderare & cognoscere, etiā in his prædicandis & collaudādis perseuero. 19 Et vsq; in senectā meā iugiter perseuero in prædicatione tuorū mirabilium, etiā vsq; ad vltimū senii, vsq; ad canissimos canos, & atq; decrepitā nō cessabo à tuis laudibus: nec atas illa summe imbecillis (quę homines solet pigros ac desidēs efficere, & ad ea quibus in ætate minori fuerant oblectati, fastidiosos reddere ac nauseabūdos) me poterit eō perducere, vt cessem à tuis mirabilibus laudandis atq; decantādis: \* tu vicissim, Deus optime, me ita optima proponētē, me sic tibi tuisque laudibus imperpetuū memetipsum dedicantē, ne vllō vnquā tempore derelinquas, me vnquā à te aberrare, aut à te separari (vel de monū vel hominū quantumuis excresecēte malitia) permittas: vt quomodo ego tibi fidelē memetipsum propono famulum, sic tu mihi te fidelem perpetuo exhibeas custodē & dominū. 20 Non me, inquam, derelinquas, nec in ætate vltima, donec ego (quantū quidem in me erit) prædicem omnibus generationibus quę venturę sunt vsq; in cōsummationē sæculi, fortissimū brachiū tuū, & omnipotentē virtutē fortitudinis tuę, donec ego per meos psalmos & cantica, tuū nomen celebre reddidero & manifestū, pro generationibus omnibus quę pōt ventura sunt. Ita enim ego te, donec viuā, semper, & vbiq; prædicare nō desinā, vt quantū in me fuerit, tui nominis & glorię memoriā in omnibus generationibus derelinquā. 21 Brachiū, inquam, tuū, id est, fortissimā potentiā virtutis tuę, & certissimā veritatē atq; fidelitatē tuā iustitię: donec prædicē, & efferā eas vsq; ad altissima magnalia quę in eis operatus es mirabilia opera tua, quę tu pro omnibus es operatus in maxima potētia & veritate, secundū suam dignitatē & supereminentiā digne magnificādo, iustiq; laudibus ac præconiis efferendo: \* o Deus, quis tibi poterit secundū vllum modū aut gradū digne comparari? Nemo profecto, neq; in calis, neq; in terris. In cōparatione enim tui creatura omnis est tanq̄ fumus euanidus, & tanquā nihilum reputatur corā te. Fās maximus, tam es summus, tam es perfectissimus, vt tibi nemo secundū vllā rationē digne queat cōferri. 22 Vel in me solo, q̄ magnifica sępe, & q̄ mirabilia ostendisti opera tuā. Ecce enim interdū me fecisti in tribulationes plurimas & maximas incidere, pericula simul multa & grauiā experiri fecisti me, & tua permissio ne super me venerunt, adeo vt prorsus nō viderem exitū, desperarem penitus posse me euadere: \* verū vbi placuisset ad me iterū conuertere benignū aspectum vultus tui, iam pene mortuū, & de vita desperantem rursum ad vitam tuo auxilio restituissti, & quasi de infimis terrę, quasi de portis inferni atq; mortis, reduxisti me morti proximū, imo (vt dicā verius) nihil à morte distantē. 23 Atq; in hoc ipso vltimiplicasti, siue magnificasti gloriā magnificentię tuę, q̄ post tantas miseras & tribulationes, in quibus penitus res desperata videbatur, iterum cōuersus, iterumq; ad me respiciēs, liberaueris me à miseria, & cōsolatione tua lætificaueris, reddiderisq; securum, vt antē. Sic enim tu Deus, ad ostensionē tuā magnificentissimā potentiā, non nunquā electos tuos pateris venire in grauisima discrimina, siue corporalia, siue spiritalia, è quibus nullus videatur exitus humana via residuus, vbi spes omnis secundū humanū iudiciū ablata videatur: quos tamē sic in angustiū conclusos, & de seipsis penitus desperantes, potētē simul & misericorditer, cum tibi opportunū videtur, liberas, ab omni periculo faciēs saluos, & in plena securitate cōstituens partim consolatos. Idq; facis, partim vt illorū in te spem probatam facias: partim vt tuā potentiā manifestius euidentiūsq; cōmonstres. 24 Itaq; & ego vicissim, pro tuis maximis beneficiis, dabo tibi confessionē & laudem in instrumentis psalmodi, cum instrumentis musicis, in quibus psalmos & cantica laudis decantabo tibi, confitebor, inquam, & prædicabo, o Deus, speciali laude veritatem fidelitatis tuę, quod fidelis sis & verax in omnibus verbis tuis, erga eos qui in te fidunt, & qui-

A \* *psallā tibi in cithara sanctus Israel.*

25 *Exultabunt labia mea cum cāta uero tibi:*

\* *Et anima mea quā redemisti.*

26 *Sed Et lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: Et cū cōfusi Et reueriti fuerint qui querūt mala mihi.*

B

bus pollicitus es tuę salutis auxiliū: \* Psalmos & cātica laudis in citharis, suauissima qua potero melodia, & psalteriis, aliisq; musicis instrumentis, decantabo tibi, o sancte Deus populi tui, Deus fidelis seruatorum tuorum fidelium. 25 Non solum autem exteriori corporis motu in externis musicis instrumentis tibi psallā, sed labia mea exultabunt, & magnifice gestient, atque lætitiā monstrabunt in laudatione tua, cum tibi laudem cecinero: \* maxime autem anima mea, quam tu saluam fecisti ex tantis periculis, in tua laude oblectabitur & exultabit. Erit enim mea in te exultatio, non exterior tātum, sed & in intimis cordis, ex omni virtute animę meę. 26 Lingua quoque meā iugiter eloqui conabitur & prædicare iustitiam, veritatē atque fidelitatem tuam, quam semper custodis erga seruos tuos in te sperantes: \* eum consuli fuerint, pudorēque ac reuerentia affecti aduersarii mei, quærentes aduersum me mala: cum horum manus euaserit, te liberante, & illi suo conatu frustrati abcesserint, nihil præter confusionem & ignominiam reportantes.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXX.

Versu. 3. Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum. In Psalmo trigesimo, versus tertius huic respondens pro loco munito, habet, domum refugii: & eadem sententia est. Loccus enim bene munitus, recte domus vel habitaculum siue locus refugii dicitur, quoniam talis est, ad quem pro securitate possint homines confugere, & in quo saluare se queant. Talem autem se nobis exhibet benignissimus dominus Deus noster, quæadmodū Psalmo. 33. latius declarauimus. ¶ Versu. 8. Tanquam prodigium factus sum multis. Si de Christo Psalmm hunc peculiariter exponamus ad patrem loquente (quem admodum quidam recte exponunt) apte hoc uerbum cum illo Si meonis conueniret, Ecce positus est hic in signū, cui contradicetur. Vere enim Christus multis admodum quasi prodigii factus fuit, quando stupebāt omnes, & mirabantur de doctrinæ efficacia, & operibus miraculorum, quæ ipse palam toti mundo exhibuit: id quod ex Euangelicæ historia cōtextu est euidentissimum. Fuit etiam in prodigium præ miseria, in tempore passionis: quando uermis apparuit & non homo, opprobrium hominū, & abiectio plebis ita ut (iuxta Esaię uaticinium) non esset ei species neq; decōr. Recte tamen etiam Dauidi, vel alii cui libet iustorū in Deo pleno corde à puero fidentium, competit fieri & esse prodigii hominibus sæculi huius: quando quidem Paulus Apostolus, de se ac suis similibus, ait, Spectaculum facti sumus mundo, angelis, & hominibus. Peculiariter autem in persona Dauid, stupendum erat, neq; paruū miraculum de tantis periculis, in tam diuturna persequutione, tam fortis imi aduersarii Saulis, potuisse efugere, & tãto tẽpore quæ situm, regis tanti patientia non potuisse cōprehendi. Erat etiam prodigii, uidere hominem tanta aduersa, tanta potētia sufferentem, & tam longanimiti sustinentia in Dei seruitute & spiritus gaudii indefinēter perseuerantem. Ita generaliter pleriq; iustorum hominū, maxime eorum qui toto corde Deo fidunt, etq; fidelissimo animo adherēt, tanquā prodigii sunt hominibus huius sæculi, dum conspicuntur magna animi alacritate, cuncta mundi huius fallacia bona abiiciētēs, victi tantū & uestitu cōtenti uiuere, semper nihilominus tam corpore, quam animo lætari, etiam in frigore, nuditate, fame, laboribus, & tribulationibus, propter Christum, semper gaudētēs, semper gratias agētēs. Dum hæc cōspiciunt homines sæculi, mirantur attoniti: & quasi pro miraculo stupent, prodigium & portentū se uidere existimant, eo quod supra naturam esse uideatur quod cernunt. Verum hi fortē illum adiutorē non attendunt, de quo mox subditur, Et tu adiutor fortis, in quo sancti omnia se posse cognoscunt. ¶ Versu. 10. Ne proicias me in tempore senectutis. Elucidatio duplicem indicat intelligentiam: priorem, de senectute corporali: posteriorem, de senectute spiritali. Secundum utranq; uerū admodum necessaria est hæc oratio, & digna quæ frequētissime à nobis replicetur, efundaturq; ante dominum. Quia enim (iuxta Sapientis uerbum) in die bonorum memores nos cōuenit esse malorū, idcirco prudentis & timorati hominis fuerit, dum sibi testimonium bonū adhuc perhibet cōscientia, uentura tempora interdum cōsiderare, & pro eis metuere, ne forte (vt est. mūdus plenus inquinante & seducēte malitia) vllō vnquam ueturo tẽpore contingat à uia recta seduci, aut in errores, & peccati itinera abduci. Et dum hoc metuit, sibi adhuc non male cōsciū, attēta mente & pleno cordis desiderio dominum deprecabitur, postulans pro futuris temporibus, perpetuam & indeficientem sui in diuina seruitute custodiam. Merito uerò nos mouere debet, vt etiam tunc cum bona sumus conscientia, de futuris metuamus, vt ob Salomonis ipsius horrendū exemplum: qui cum in ætate tenella miram ostēdisset cordis sui erga Deum deuotionem, postmodum in ætate grandiori, abduci permisit cor suū per alienigenas mulieres, ad deos alienos. Et Dauid, quāmfede, neque semel, lapsus fuerit post uitā diu bene actam, nemo ignorat. Sed & ante oculos nostros quantos quotidie cernimus, qui post pueritiam atq; adolescentiam, siue etiam uirilem ætatē, in Dei seruitute transactā, ubi ad grandiorē ætatem ascenderint, tum demum quasi domini Dei sui oblitī, incipiunt currere post deos alienos, sectātes quę sunt sæculi huius, uel diuitias, uel delicias, uel ambitiones, uel honores, siue ad alia huiusmodi quę habet mūdus, prorsus effusi. Quoniam ergo multos experientia quotidiana discimus in huiusmodi periculum incidere, cōsultū fuerit & necessariū



vt sancto timore nobis ipsi metumamus, non quidem vt de Dei auxilio desperantes, sed vt nobis ipsi **E** pelsime fideles, nimirum qui frequenter Deum non relictum relinimus, non repulsi auerfamur, non fugati fugimus, imò reuocantem & vltro beneficiis insequentem spernimus atq; repellimus: statem quoq; & pullantem ad ostium, nō intronmittimus, sed foris stare compellimus. Merito ergo semper solliciti oremus, dicentes, Ne proicias nos Domine in tempore senectutis, cum defecerit virtus nostra, ne derelinquas nos. Et quid aliud est, quod nos saluator orare docuit, Ne nos inducas in tērationem, sed libera nos à malo? non vtq; praterito tantum neq; tantum presentis, sed indubie etiam futuro, aut quodcunq; possit occurrere. Secundum verò posteriore intelligētiam (quæ est mystica) notandū est, animam habere suam quādam iuuetutem, similiter & senectutem. Quando enim anima adhuc feruet & calet, per feruorē deuotionis in ea existētis, estq; hilaris, valida, robusta & a lacris, ac parata ad peragendū omnia quæ Dei sunt, tunc velut in iuuetute est posita. De qua iuuetute in alio psalmo dicitur, Introibo ad altare Dei, ad Deum qui latificat iuuetutem meam. Et alibi, Renouabitur vt aquila iuuetus mea. Quando verò tepescere incipit deuotionis pristina feruor, & charitate refrigerante voluntas tādū acquirat, & velut nauseam earum quæ Dei sunt operatio-num: contra verò incipit in ea locum habere mundus, aut eorū aliquid quæ in mundo sunt, profecto senectus apprehendit animam. Pro hac autē senectute, iustum est metuere omnes eos qui firmi in Dei amore cupiunt perficere. Cum enim huiusmodi senectus animam apprehenderit in graui periculo laborat anima, ne à Deo excidat. Nā & grauiorē tunc pugnam suscitant spirituales nequitia velut tempus opportunum nacti tentationis, & spē habentes consequēda victoria propter teporem & defectum quē in homine ita senescēte, callidissimi obseruatores considerant. Deinde ad resistendum minor virtus est, postquā tepuit anima: & refrixit charitas, vt merito sibi homo pro huiusmodi defectiois statu debeat metuere, nisi singulari Dei respectu foueatur in bono, & custodiatur à malo. Orabimus ergo, donec in iuuetute feruemus, vt si forte aliquādo in huiusmodi senectutē venire nos contingat, nō nos ibi deserat secundū iustitiā suam Deus, non nos in deterius labi permittat, sed benigne velit aspicere collabentes, atq; ad statū pristini feruoris dignāter restituere. Si verò vt Christi vocē accipimus, quod prædictum est, intelligēda erit hæc oratio, nō quasi pro se eam Christus effuderit, qui ad senū non peruenturum se cognouit, vt pote qui in validissimo robore vitæ suæ affigendus erat crucis patibulo, sed pro corpore suo quod est Ecclesia, ne in nouissimis diebus, in quibus (iuxta Saluatoris verbū) abundāte iniquitate refrigeret charitas, deseratur paterno auxilio, ne vnquam deficiat fides eius: quemadmodū Petro Saluator ipse dicebat, Ego pro te rogavi Petre vt nō deficiat fides tua. Tunc enim in nouissimo tempore, grauisima erit Ecclesiæ & fidelium in ea existentiū persecutio, qualis non fuit à principio, ita vt in errore inducatur (si fieri possit) etiā electi, vt merito pro his Christus orandū duxerit. ¶ Versu. 14. Cōfundatur & deficiat detrāhetes animæ meæ. Detrahēre nō hic simpliciter accipitur, vt solet, vt idē sit quod de alio malo, vel male loqui, & quasi famam bonam commaculare: sed amplius aliquid significat, videlicet calumnias loqui, & mala ac perniciose aduersus alterum, quibus ad malum adducatur: quomodo ii qui de innocentis morte pariter loquuntur, illi detrahūt contra quem loquuntur. Ita hoc loco accipitur ista detractio. Vnde in Græco dicitur *ἀποβέλλου τὴν φωνὴν μου*, id est, calumniantes animam meam, vel aduersantes animæ meæ. Et beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, aduersarii animæ meæ. ¶ Versu. 15. Adiciam super omnem laudē tuā. Vel intelligitur de laude posteriore semper ad priorem adicienda, vt sit vox proponētis semper magis laudare, & maiori laude celebrare, quomodo in Elucidatione explanauimus. Vel intelligitur comparatione ad alios Deum laudantes, vt sit sensus, Adiciam ego laudem super omnem laudem, quam tibi alii quicunque obtulerunt, vel quæ tibi oblata est: hoc est, ego conabor tuam laudem magnificare, & adicere aliquid tuis laudibus, super omnes aliorum laudationes. Quidam exponunt, Adiciam ego, & crescere faciam laudem super omnem laudem tuam: ego nitar in laudādo excellere omnes laudantes. Sed priora magis quadrāt proposito, & humilitati canētis. ¶ Versu. 17. Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potētias Domini. Hoc loco multum dissonat lectio Romana à nostra, quæ pro literaturā habet negotiationem vel negotiationes. Quæ dissonantia euenisse videtur ex vicinitate duarum Græcarum dictionum, videlicet *πραγματίας*, & *γραμματίας* quarum prior à *πρῶτα* (quod significat negotium) formata, significat negociationem: posterior verò à *γράμμα* (quod significat literam) deriuata, literaturam signat. Videtur itaq; Græci codices (vnde versiones Gallicana atq; Romana desumptæ sunt) in his duabus dictionibus variasse, quibusdam dictionem priorem, aliis posteriorem habentibus. Exemplaria tamen Græca, quæ nunc in manibus sunt *γραμματίας* habent, quod significat literaturam, iuxta quod nostra habet lectio Gallicana. Vtraq; autem lectio congruam habet intelligentiam. Nostra quidem Gallicana in Elucidatione explanata est sufficienter, nisi forte illud insuper admonendū videatur, quod particula quoniam, non accipitur secundum propriam suam cōsignationem, pure causaliter, sed tantum cōtinuatiue: ac si dicatur, Et quidē ego non cognoui literaturam, non didici, neq; scio literas, quemadmodum ii qui in scholis instruuntur per humanam sapientiam, introibo tamē absque literaturā, in Dei bona gratia, in potētias Domini Dei, vt abscondita eius cognoscam. Altera autem lectio Romana hunc sensum habet, Quoniam non habui prudētiam huius sæculi, quoniam non me ipsum inuolui negociationibus, atque huiusmodi exterioribus distractionibus, quæ & mētem à diuinorum consideratione abstrahunt, & affectum ad auaritiam siue iniustitiam frequenter pertrahūt: quia (inquam) sic me ab huius mundi tumultibus & sæcularibus negotiis expediui, amore tuæ cęlestis sapientiæ, ob hoc ingrediari in potētias domini, & cætera. Qui enim à tumultibus huius

**A** sæculi sese segregāt, hi diuinam merentur eruditionem: quemadmodum econtrario, qui semper sæculi inuoluuntur distractionibus, interiorē Dei instructionē non multum percipiunt. ¶ Versu. 19. Et vsque in senectam & senium, Deus ne derelinquas me. In Græco diuersa habentur vocabula, pro senectā & senio. Sic enim habetur *ὡς ἄσπετος καὶ ἡλικίης*, quorum prius, nempe *ὡς ἄσπετος* significat simpliciter senectutem: alterum, nempe *ἡλικίης*, honorabile senium, vel dignitatem, siue reuerentiam senilem: quomodo etiam ex vsu communi plus aliquid sonat dignitatis vel honoris, cum presbyterum dicimus, quā simpliciter senem. Vult ergo significare Psalmista, se laudaturum Deum vsq; ad senectutem, imò vsq; ad nouissimam caniciem, & ætatem vltimam, maxime honorabilem. Vnde ex Hebræo beatus Hieronymus ac cæteri interpretes vertunt, vsque ad senectutem, & canos: vel caniciem. Sciendum est autem, hanc partem supradictā diuersis modis à diuersis coniungi. Quidam enim cum versu præcedenti connectunt, hoc sensu, vsq; nunc pronuncia bo mirabilia tua: neq; solum vsq; nunc, sed etiam vsque in senectutem & caniciem pronunciare non desinam. Ac deinde separatim legunt, Deus ne derelinquas me, donec annunciem brachium tuum omni generationi, &c. Atque hæc connexionem in Elucidatione, vt magis congruam sequuti sumus. Alii à principio huius nouam faciūt sententiam, secundam partem cum priore copulantes, hoc modo, vsque nunc pronuncia bo mirabilia tua: ac deinde, Et o Deus ne me derelinquas vsq; in senectutem & senium, donec annunciem, &c. Habet quidem & hæc lectio facilem sensum, sed prior & vehementior videtur, & magis comoda, vt prius proponat, ac velut polliceatur annunciare vsq; in senectam & caniciem Dei mirabilia moxque subiungat, quasi vicissitudinem postulans, vt non derelinquatur aliquando, donec, &c. In eo autem quod dicitur, Non me derelinquas, donec annunciem brachium tuum omni generationi, attende (quod & alibi nō raro occurrit) non proprie accipi particulam donec, vt importet exclusionem, quasi re ista peracta (id est, potētia Dei omni generationi annūciata) iam cōtentus sit à Deo relinqui. Nunquam enim absolute vir iustus à Deo vult derelinqui: sed ita accipi debet, quomodo apud Matthæum de Ioseph dicitur, quod Mariam nō cognouit, donec peperit filium suum primo genitum. Et in psalmo. 109. Dixit dominus domino meo, siede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Quo in loco, plenius huius particulæ vim à nobis expositam inuenies, si tibi libebit requirere. ¶ Versu. 21. Potentiam tuam & iustitiam tuam Deus vsque in altissima quæ fecisti magna. Duo isti accusatiui videtur secundum appositionem constructionem iungicū accusatiui, brachium tuum, qui est in versu præcedenti, hoc modo, Donec annunciem omni generationi quæ vltura est, brachium tuum, nempe potentiam tuam & iustitiam tuam, vt per additionem horum accusatiuorum explicetur, quod nā illud sit D: i brachium, quod vult in altissima prædicare. Siquidem hoc Dei brachium est, eius infinita potentia & iustitia, siue veritas, per quam operatur mirabilia, immensas laudibus ad cælum vsque efferenda. ¶ Versu. 22. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas. Quemadmodum nescit dulcedinem epularum, qui famem non est expertus, neque potus refocillationem qui nō antē expertus est sitim, & quemadmodum nescit sufficientiam rerum temporalium externam commoditatē qui non aliquando passus est earum magnā indigentiam: ita non satis agnoscerent electi magnitudinem diuini beneficii, in cōsolatione interna quam iugiter habent in cordibus suis ex spiritu Dei, si non aliquando dispensatione & consilio Dei permitterentur in graues incidere afflictiones, siue mentis, siue corporis: è quibus dum rursus Dei benignitate educuntur, tanto amplius iam in Dei exardescunt amorem, & preciosum reputant beneficium diuinæ presentia, quanto prius absque illo senserint grauisime periclitatos. Atq; hoc est, quod versu isto vir iustus Domino per admirationem proponit. Aduerte autem, cū tribulationes dicit multas & malas, non dicit tribulationes malas, quomodo peccata dicuntur mala, quasi simpliciter & vere mala sit tribulatio, per quam Deo dispellente, probamur, & meliores redimur: quoniam (vt Paulus ait) tribulatio patientiā operatur, patientia probationem, probatio spem: spes autem non confundit. Itaque nō potest tribulatio in sese cōsiderata, simpliciter & vere dici mala: sed mala dicitur, quatenus pœnalis & afflictiua: cuiusmodi malū vulgo malū pœnæ appellamus. Quod autē in versu sequenti dicitur, de reductione ex abyssis terræ, secundū eum modum dicitur, quod in psalmo. 9. Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filia: Siō. **D** Has enim profundissimas & maximas tribulationes, abyssis terræ cōparat, vt illic portis mortis cōparabat. Versu. 24. Nam & ego confitebor tibi in psalmis veritatem tuam Deus. Primum aduerte, coniunctionem nam, hoc loco causalem non esse, sed pro continuatē positam, pro autem, siue verò; ad hunc sensum, Ego verò, vel ego autem confitebor tibi. Atque ita ex Hebræo vertit Hieronymus, Ego autem confitebor tibi in vasis plalterii. Deinde, vasa intellige Hebræico more dici instrumenta, & specialiter vasa psalmi, in instrumenta illa in quibus psalmi erāt decantari soliti. Accusatiuus autem ille sequens, veritatem tuam, vel vnico contextu regitur à verbo confitebor, ad hunc sensum, Ego autem in vasis psalmi confitebor tibi veritatem tuam, id est ad laudem tuam prædicabo & decantabo tuam veritatem. Aut repetendo verbum, hoc modo, Ego autem dabo tibi confelsionem in vasis psalmi, confitebor scilicet, vel fatebor specialiter veritatem tuam o Deus. In eo autē quod sequitur, Confitebor tibi in cithara, sanctus Israel, more Græcorum, casus nominatiuus pro vocatiuo ponitur. Familiare enim est illis pro o, quod est vocandi signum, ponere articulum casus nominatiui. Secundum Latinæ autem loquutionis normam, aptius diceretur, Confitebor tibi in cithara, sancta Israel.

Secundissimo raticinio hic Psalmus regis nostri Messie gloriam & magnificentiam, amplitudinemque regni eius describit, quasi sub typo regni Salomonis, quod ceteris omnibus angustius, quietius, magnificentiusque extitit, & peculiariter regni Christi veri Salomonis typum gerit. Incipit ergo a precatione Psalmus, postulans Christo domino dari iudicium & iustitiam executionem, ad faciendum pro pauperibus terrae, & pro humano genere misere captiuato aequitatis iudicium motusque, sanctos Apostolos, precatur suscipere pacis Euangelium, annunciandum populis, & iustitiam fidei per Apostolicam praedicationem super populos descendere. Atque haec, tribus primis versibus. Hinc vero generis humani liberationem, & calumniatoris demonis humiliationem, Christi domini aternitatem, mirabile eius descensum in virginis matris uterum, iustitiam in mundum, pacisque aduentum, describit: simul & latitudinem regni eius a mari usque ad mare, & ab oriente usque in occidentem, ita ut populi ante inimici & alieni a Deo ueniant ad adorandum cum muneribus, uoluntariae subiectos se monstrantes eius imperio, eo quod a potestati diabolo liberasset genus humanum, cum quo misericorditer ageret, humilibus omnibus misericordiam largiturus atque salutem: quorum plurimos ex maximis quoque & fedissimis peccatis ad poenitentiam uocabit, & nihilominus in magno pretio atque honore habebit, a pristinis uitiis ad ueritatem conuersos. Post hoc uersu a uersu 15. Christi perpetuam gloriam, & mirabilem Euangelicam ueritatis in Ecclesia fructum, describit: & quomodo in Christo omnes gentes sint consequutur a benedictionem. Pro quibus omnibus, corde pleno exultationis, Psalmista ipsum & sanctum eius nomen optat uotis omnibus benedici, & gloriosum fieri in omnia secula.

SEPTVAGESIMI PRIMI PSALMI ELUCIDATIO.

Psal. 1. 1 Deus, iudicium tuum regi da: \* & iustitiam tuam filio regis.

Luca. 1. Roma. 1.

2 Iudicare populum tuum in iustitia, & pau- peres tuos in iudicio.

Ioan. 12.

3 Suscipiant montes pacem populo: \* & colles iustitiam.

Roma. 5.

4 Iudicabit pauperes populi: \* & saluos faciet filios pauperum:

\* & humiliabit calumniatorem.


Ioan. 12.

5 Et permanebit cum sole & ante lunam, in generatione & generationem.

Ioan. 1. Apoc. 5.

6 Descendet sicut pluuia in uellus:

Dan. 7.



Ommitte, Deus pater, iudicium tuum regi Messiae, Christo domino, quem unges & constitues regem super Sion montem sanctum tuum: trade illi potestatem facere iudicium pro populo tuo, aduersum principem mortis \* & iustitiam tuam executionem comoda ac trade in manus Messiae filii tui, o rex regum Deus potestissimae: \* qui etiam filius erit regis Dauid, ex cuius semine secundum carnem est natus. 2 Ut iudicet ipse populum tuum, genus humanum, electos tuos, iustitiam: & pauperes tuos, fideles, humiles, tibi credentes atque obediētes, in uero iudicio & aequitate: nimirum ut secundum iustitiam & aequitatem suam, mundi faciat iudicium, ac pro electis sententiam ferat aduersus principem mundi huius: eo uero condemnato, ac foras eiecit, genus humanum ante sub misera captiuitate oppressum, respiret iam in libertate & spe filiorum Dei. 3 Veniat tempus in quo motes excelsi Apostoli tui atque Apostolici viri, fidei plenitudine & primitiis spiritus iubilantes, a te pacem suscipiant pro populo tuo, quo Euangelium uerae pacis a te accipiant annunciandum toti orbi terrarum: \* quo etiam Ecclesiam omnes in altitudine fidei ad modum collium fundatae, sub Apostolicis montibus, per horum praedicationem suscipiant uerae quae ex fide est iustitiam, non Iudaica peculiarem, sed toti orbi communem. 4 Neque uero mirum, si tanto opere desideremus tui Messiae aduentum. Ipse enim cum aduenit, iudicium faciet pro pauperibus populi, id est, pro humilibus simplicibus & mansuetis, quos diabolica auferet potestati: \* filios quoque pauperum, id est, filios hominum qui suam egestatem, paupertatem, & nuditatem humiliter agnoscere uoluerint, ipse faciet saluos de manibus inimicorum, sub quibus tyrannide magna premebantur, liberabit eos: \* calumniatorem autem eorum, siue oppressorem, atque etiam accusatorem diabolum, sua uirtute humiliabit, hunc siquidem tyrannum, qui per calumnia & uolentiam sibi nos subiecerat, debellabit, & deuincet rex pius & innocens, uirtute sua: condemnatumque: illum ac iudicatum, foras eiciet, atque de sui regni fastigio iniuste usurpato deturbabit. \* Insuper & peccatum, & mortem, & omne quod accusare poterat, autius aliquod praetendere aduersum genus humanum, ipse humiliabit, auferet, ad nihilum rediget, tanquam agnus peccatum auferendo, & tanquam leo mortem superando. 5 Ipse uero in regno suo absque defectu permanebit, quandiu sol iste persistat in sua subsistentia, simul & coram luna, uel in conspectu lunae: hoc est, cum luna, & quandiu luna erit, in omnes generationes post ueteras, in omnia saecula saeculorum. Nunquam enim neque ipse, neque regnum eius deficiet, neque aliquando ab alio superueniente superabitur, aut alteri cedet imperpetuum: sed erit potestas eius potestas aeterna, quae nunquam auferetur, & regnum eius regnum stabile, quod imperpetuum neque deficiet, neque commutabitur, neque deuoluetur ad regem alium. 6 Aduentus autem eius ad homines nequaquam erit ut ceterorum hominum, sed nouus admodum & mirabilis, sic tamen ut priorum patrum gestis praefiguratus. Descen-

A

\* & sicut stillicidia stillantia super terram.

7 Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna.

B

8 Et dominabitur a mari usque ad mare: \* & a flumine usque ad terminos orbis terrarum.

C

9 Coram illo procident Aethiopes: \* & inimici eius terram lingent. 10 Reges Tharsis & insula munera offerent \* reges Arabum & Saba dona adducent.

11 Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei.

D

12 Quia liberabit pauperem a potente:

\* & pauperem cui non erat adiutor.

det siquidem de patris sinu in uterum matris, ad eum modum quo ros siue pluuia in uellus descendit: ut quoadmodum absque omni nocumēto uellus implet, & rursum absque nocumēto inde egreditur aut exprimitur: sic & ipse in benedicta sua genitricis uterum (per quem mundo prodibit absque ullo uirginitatis nocumēto, absque ulla uirginalis claustris laesione, non uiciato pudore uirgineo, spiritus sancti dulcissima irratione & efficacissima operatione illaberetur: ac rursum, ubi partus aduenerit, absque laesione item egredietur, & prodibit in mundum id quod olim per Gedeonis uellus pluuia superna miraculose imple- Iudicium: 6 tu, cognouimus praefiguratum: \* & quoadmodum guttulae pluuiales super terra stillantes, ingrediuntur eam & replent, absque ulla tamen terra diuisione uel scissione, ita & ipse defuper ueniet (operante spiritu sancto) in uirginem uterum, nihil illaturus uolentia pudori uirgineo, neque uirginalibus claustris quicquam nociturus. 7 In diebus autem aduentus & regni eius exorietur iustitia per uniuersum orbem, simul & pax copiosa: neque deficiet donec persistat luna, sed in aeternum permanebunt a tempore aduentus eius. Adueniente siquidem Christo, iustitia uera (quae uix nisi apud paucissimos ante inueniebatur in toto mundo, quando solum in Iudaea notus erat Deus, ceteris gentibus idololatricae atque aliis immanibus uiciis miserrime seruientibus) Apostolorum praedicatione publice annunciabitur per orbem uniuersum, & efficietur fideles ac iusti innumeri uera iustitia quae coram Deo est, in fide Iesu Christi: quae iustitia necessario consequitur pax copiosa, non quidem illa quam mundus pacem indicat, sed pax uera quam mundus dare non potest, solum autem suis fidelibus eam Deus donat. atque haec iustitia simul & pax permanebunt in populo fidelium, in sancta Ecclesia, usque ad consummationem saeculi. Nunquam enim uel fidei iustitia, uel pax Christi ab Ecclesia in finem usque: penitus deficiet. 8 Dominium autem & imperium eius erit latissimum, extendetur siquidem a mari magno, usque ad mare magnum ex altera parte oppositum, per omnia regna mundi intra hoc spacium comprehensa: \* & a flumine magno Euphratis quod in oriente est, usque ad terminos orbis terrarum: hoc est, ab oriente in occidentem, & per uniuersum mundum. Neque enim iam tunc (ut olim) solum Iudaea regnum Deus suum reputabit, sed cunctas gentes suo regno continebit. 9 Populi Aethiopiae, qui longe in oriente habitant, eius regno & imperio se submittent, uenient, & adorabunt eum proci- dētes in terram: \* & qui ante inimici fuerant, increduli atque inobediētes, iam coram ipso in maxima humilitatis protestatione, etiam terram deosculabuntur, cadent in facies suas super terram, ut uideantur quasi terram lingere, ad exhibendum illi maximam quam possunt reuerentiam. Qui enim ante increduli & inimici fuerant, post conversionem deuotione maxima adhærebunt illi. 10 Reges etiam regionum & ciuitatum opulentissimarum (cuiusmodi erat Tharsis) simul & insulae ditissimae, in quibus est auri & ceterarum preciosarum rerum copia, offerent munera regi Messiae: \* reges etiam Arabiae & Saba, locorum opulentissimorum dona adferent Christo domino, in protestationem subiectionis & deuotionis erga ipsum: quomodo subiecti dona munera, atque etiam annua tributa offerunt iis quibus se agnoscunt subiectos. 11 Denique seruient illi omnes reges orbis terrarum una cum populis suis: & omnes gentes libenter se submittent eius imperio. Executantibus siquidem Apostolis in omnem terram, & uerbum salutis praedicantibus usque ad extremum orbis terrarum, fides Christi per omnia regna dilatata est, plurimique reges & potestates ad Christum sunt conuersi cum suis populis. Omnes autem (etiam qui increduli & rebelles permanserunt) patris auctoritate Christo sunt, etiam secundum humanitatem, subiecti: ut pote cui pater omnem dedit potestatem in caelo & in terra. 12 Idcirco autem cuncti ei libenter seruient, & eius se submittent imperio, quoniam genus humanum, quod in magna paupertate atque inopia premebatur iugo diabolica seruitutis, ab huius potestatis tyrannide & crudelissimo imperio liberabit, confringens iugum seruitutis eius, & genus humanum in libertate constituet: \* pauperem (inquam) talem liberabit, cui nullus erat praeter Deum adiutor, cui alius nemo in hac liberatione auxilium ferre poterat, nisi solus ipse Messias. Neque enim quisquam erat hominum tam fortis, neque ulla aliarum creaturarum, quae hominem potuisset de manibus principis tenebrarum eripere, nisi solus iste Messias nos: qui

Iudicium: 6

Psal. 75.

Roma. 3.

Ioan. 14.

Psal. 118.

Matt. 28.



adueniens in hunc mundum, fortem armatum diabolum, suum atrium ex-  
custodiētem, fortior ipse superueniens alligauit, sicq; uasa captiuitatis  
illius diripuit. 13 Neq; uero cum iam sua ditioni subiecerit genus  
humanū, & a diaboli manu eripuerit, ipse crudeliter aget cum popu-  
lo suo, aut tyrannidē in eos exercebit: sed māsuete aget cum omnibus  
pauperibus, & humilibus qui suam paupertatē & inopiam in humi-  
litate uoluerint cōfiteri: gratiose cū illis aget, debita relaxando, & bo-  
norum omnium abundantiam eis misericorditer largiendo, ita ut illis  
nihil desit: \* animas pauperum atq; humilium faciet saluas ab omni  
malo & peccato, a morte, a diaboli potestate, in uitā aeternam: super-  
bos tamē, & eos qui se diuites existimāt, relicturus in sua miseria uacuos  
a salute. 14 Horum autem pauperum & humilium animas p-  
rasq; liberabit ex peccatis patētibus & manifestis, uelut ab usura & aliis  
uariis uitiis. Ex sordibus enim peccatorum, per penitentiā plu-  
rimos perducet ad iustitiam: quē admodum telionarium Matthæum,  
& publicanum Zacharum, peccatricēq; illam famosam, atque con-  
similes, siquidē non ueniet uocare iustos, sed peccatores ad penitē-  
tiam: \* & postquā illos iustos fecerit per penitentiā ad se cōuerti,  
nō eos habebit quasi uilia mācipia, non cōtemnet, non paruipendit  
eos, quē admodum solent homines contemnere eos quos de captiui-  
tate emerunt: sed erit nomen eorum honorabile coram illo, erūt ipsi  
sic conuersi Christo admodū chari & specialiter dilecti, & erunt apud  
eū magno & honorabili loco, erunt in bona aēstimatione, & in multa  
precio in cōspectu eius. Siquidem ut filios habiturus est eos, atque ut  
fratres & cohæredes, suāq; mensā conuiuas, & sui regni confortes.  
15 Et uiuet ipse in aeternum, uirebitq; in flore regni sui, & offerentur  
ei huius mundi præciosissima quæq; , nimirum aurum Arabia nobi-  
lissimū, & quicquid est electum, illi tanquam summo & supremo om-  
nium domino offeretur: \* & adorabunt ipsum omni tēpore cultores  
eius, in spiritu & ueritate: iugiter illi dabunt laudē & confessionē in  
sempiternum. 16 Eritq; tum tēporis, regnante Melsia, super terram  
firmamentū, solidūq; sustentamentum Euāgelicæ doctrinæ & spiri-  
tualis gratiæ, in summis montiū, in altissimis mōtib; quos Melsias  
illuminabit ad eum modū quo sol corporalis illuminare solet verti-  
ces montiū: id est, in summis illis uiribus sanctis Apostolis, eorūq; ue-  
ris ex Deo successoribus, quorū mētēs suæ illustrationis radio illumi-  
nabit, ut sufficiāt toti orbi illuminādo & erudiēdo. In his erit solidi-  
tas salutaris doctrinæ, super quā firmi & immobiles stare debent om-  
nes fideles, & in qua cōfirmabuntur, atq; solidabuntur, ut nō deficiāt:  
\* huius autē salutaris firmamētī fructus quē proferet, maximus erit,  
& superexcrecet, atq; supererferetur quasi super altitudinē Libani,  
& superexcrecet, atq; supererferetur quasi super altitudinē Libani,  
altior Libano fructus erit quē proferet. Maxime enim fructificabit in  
fidelib; uerbū Dei, & mirabiliter magnificabitur atq; exaltabitur: ne-  
que poterit tā electas & excelsas cedros proferre Libanus, q̄ montes  
isti sublimē proferunt fructū, uerbo Euāgelii: \* & ex fecunditate e-  
ius efflorebūt in fide & uirtutibus fideles plurimi de ciuitate, de popu-  
lo Dei in Ecclesia sancta, quē admodū uirescit gramē super terrā. \* In  
tāta quoq; multitudine (ut ita loquamur) exurgent & reuiuifcent per  
fidē, qui antē non erant per infidelitatem: quomodo gramen ē terra,  
infinita multitudine exoritur, & in uitā cōsurgit, de terra. 17 Nomē  
huius gloriosi regis nostri Melsiæ, sit benedictum, atq; laudetur in o-  
mnia sæcula: \* neque enim recens ipse est Deus, neque esse tum pri-  
mū incipiet, cum in mūdum saluator nobis aduenerit: sed in princi-  
pio erat apud Deum, ab aeterno erat apud patrē, Deus in Deo, Dei fi-  
lius antequā sol aut luna aut cælum aut uilla creatura fuisset condita.  
18 Et cōsequētur in ipso benedictionem optimam hereditatis cæle-  
stis, uitā aeternā, omnes populi gentium: absque personarū acceptio-  
ne, per eum accipient salutem omnes quicumq; in ipsum crediderint:  
\* & pro tanto tamq; uniuersali, mundo toti allato beneficio, omnes  
populi glorificabunt & laudabunt eum in sæcula. 16 Benedicatur,  
laudetur, glorificetur Dominus Deus populi sui fidelis, qui solus Di-  
uina sua omnipotentia facit opera uere miranda, qui pro electo po-  
pulo suo, sicut ab aeterno præordinauit, ita in tempore perfecit incō-  
prehensibilia salutis opera. 20 Et nomen gloriæ eius plenum maie-  
state & reuerētia, omnibus tremendum atq; adorandum, sit benedi-

Lucæ. 11. 13 *Parcet pauperi & inopi:*

\* *animas pauperū saluas faciet:*  
Lucæ. 11. 14 *Ex usuris & ini- quitate redimet ani- mas eorum:*  
Matth. 9.  
Matth. 2.  
Lucæ. 19.  
Lucæ. 7.  
Lucæ. 8.

\* *honorabile no- men eorum coram illo.*

Roma. 8.

15 *Et uiuet, & dabi- tur ei de auro Arabia*  
Ioan. 4. \* *adorabunt de ipso semper, tota die be- nedicent ei.*

16 *Erit firmamentum in terra in summis mō- tium:*  
\* *superexcolletur super Libanum fructus eius:*  
\* *et florebūt de ciui- tate sicut fenum terra.*

17 *Sit nomen eius be- nedictum in sæcula:*  
\* *ante solem perma- net nomen eius.*

Ioan. 1. 18 *Et benedicentur in ipso omnes tribus terre:*  
\* *omnes gentes ma- gnificabunt eum.*

19 *Benedictus domi- nus Deus Israel, qui facis mirabilia solus.*

20 *Et benedictum no- men maiestatis eius in æternum.*

A \* *replebitur ma- iestate eius omnis terra: fiat fiat.*

ctum in sacula: \* & replebitur maiestate atque magnificētia gloriæ eius uniuersus orbis terrarum, & omnes habitantes in eo: ita fiat, ita fiat: ita cupimus euenire, uotis omnibus ista impleri optamus: quādo- quidem hic est totius nostri desiderii finis, tota est summa salutis no- stræ, quam desideramus, quam expectauerunt omnes patres nostri, & nos totis uiribus concupiscimus.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXXI.

**D**icendum priore loco occurrit, quid sibi uelit quod in titulo huic Psalmo, præter aliorū cō-  
suetudinē præmittitur, In Salomonē: in fine uerō Psalmi ascribitur, Defecerunt laudes siue  
hymni Dauid filii Iesse, aut (ut ex Hebræo uertit Hieronymus) Cōpletæ sunt orationes Da-  
uid filii Iesse. Quantū quidē ad prius attinet, de titulo in Salomonē, uidetur Dauid pater hunc Psal-  
mū cōposuisse, futurum prosperum statum regni Salomonis filii sui Prophetico spiritu præuidens,  
atq; etiam (quod maioris erat illuminationis) uenturum Christi regnum, eiusq; magnificentiā, spi-  
ritu sancto illustrante præcognoscēs. Contemplabatur enim in regno Salomonis regnū Christi, tā-  
quā in signo signatū, tanquam in typo ueritatem, atque in umbra imaginem: quē admodum reuera  
nō aliud regnū Salomonis fuit, quā umbra & typus regni uerū illius regis pacifici, quem Esaias prin-  
cipē pacis appellauit. In Salomonē ergo typicū & figurale regnū eius, hic Psalmus minus principa-  
liter respicit: & uidetur nōnulla eorum quę in hoc Psalmo dicuntur, in hunc Salomonem cōpetere,  
cuiusmodi est illud uersu septimo, Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Itē de mune-  
ribus a gētibus & regibus opulētis allatis. In uerum autē Salomonem (qui est Christus Iesus) & in  
eternum regnum eius, primario atq; finaliter tēdunt quę in hoc Psalmo dicuntur omnia. Neq; cum  
ueritate fieri potest, ut tēporali Salomoni omnia huius Psalmi applicentur. Quomodo enim uerum  
erit de Salomone priore illo typico, quod quinto uersu dicitur, Et permanebit cū sole: & ante lunā,  
in generatione & generatione? Nōne mortuus est ipse, sicut omnes patres eius? Item quod uersu. 7.  
dicitur, Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, cum adiectione, donec auferatur luna,  
quomodo uerum est? Nōne simul cum ipso pax interiit, cum statim sub Roboan eius filio se sepa-  
rarēt decem tribus a domo Dauid, sequētes Hieroboam? Imō uiuēt adhuc Salomone, pax eius tē-  
poralis non minimū cōturbata est. Sulcitatū enim illi dominus in senectute per mulieres alienige-  
nas deprauato, atq; in idololatriam pertracto, aduersarios plures: Adad uidelicet Idumæū, de semine  
regio, & Razon filiū Eliada, ac Hieroboan Euphratēū filium Nabat. Quomodo ergo permanēt  
pacis a bundātia sub Salomone, donec auferetur luna? Rursum & illa quę dicuntur uersu. 17. & 18.  
**C** Ante solem permanet nomen eius, uel (ut ex Hebræo uertit Hieronymus) ultra solē permanet nomē  
eius, Et benedicētur in ipso omnes tribus terræ, quomodo non manifestissime ad Christū pertinet:  
in quo (ut Apostolus ait) benedictio data est omnibus gētibus? Recte ergo in Salomonem hic Psal-  
mus inscribitur, sed principaliter in uerum Salomonē, Melsiam dominum Beatus uerō Hieronymus,  
ex Hebræo non uertit, in Salomonem, sed simpliciter, Salomonem, quomodo in aliis Psalms præponi  
solet Dauidi. Quāobrem arbitrantur nōnulli hunc Psalmum a Salomone fuisse cōpositū pro seipso  
deprecāte, & de seipso uaticinante, simul & de gloria Melsiæ, cuius intellexit suū regnū esse typum  
& figuram Nihil tamen obest, quin illud, Salomoni, ita accipiamus, ut ualeat in Salomonem, uel de  
Salomone, uel pro Salomone. Neque ob hoc necessarium fuerit fateri, ipsum Salomonem esse Psal-  
mi authorē. Quantom uerō ad id quod post huius Psalmi finem subiicitur, Defecerunt Psalms uel  
hymni Dauid filii Iesse, manifestū est, nō hoc ita debere accipi, quasi nulli omnino Psalms post hūc  
secundum ordinē positi sint attribuendi Dauidi. Siquidē apertum est, multos adhuc Psalms in se-  
quētib; poni, quos nemo negare poterit esse Dauidis: cuiusmodi est Psalmus 109. quem in Euāge-  
lio Christus dominus affirmat esse Dauidis, cum apud Matthæum Phariseis loquēs, ait, Nōne Da-  
uid in spiritu uocat Christū dominū, dicens, Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, do-  
nec ponā inimicos tuos, scabellū pedum tuorum. Non ergo ita hæc clausula accipiēda est, quasi in-  
ter Psalms Dauid hic ultimus sit: sed quia (iuxta quo rōndā sententiā) aliquot post sequuturi, ipsius  
Dauid non sunt. Plures enim eorū qui sequuntur, inscribuntur ipsi Asaph, neq; id quidē simul cum  
nomine Dauid, ut in aliis quibusdā, ut cum diceretur, Psalmus Dauid, in finē, pro filiis Core, uel absq;  
que nomine Dauidis, in finē pro filiis Core, sed simpliciter absq; additā mēto, Psalmus Asaph: quos  
sane Psalms ita inscriptos alieno nomine arbitrantur quidā non esse Dauidis: atq; ideo dictū hūc  
esse, quōd defecerunt laudes Dauid, quoniā aliquot sequētes cōtinuo ordine illius nō sint. Alii uerō,  
& nostro iudicio rectius ita accipiunt, quōd materia huius Psalms, finis sit quē in omnibus suis  
Psalms Dauid cōcupierat. Omnium enim Psalms ipsius finis erat Melsias, & regnum eius: quē ad-  
modū Paulus Apostolus ait, Finis legis Christus, ad iustitiam omni credēti. In hoc ergo Psalmo de-  
fecerunt Psalms Dauid, quoniā totā summam Psalms hic aperte complexus fuerat, & finem om-  
nium proposuerat, apertissime & gloriosissime descripto rege Melsia, & regno eius. Omnes enim  
Psalms Dauidis, hoc unico quasi complentur, absoluntur, finiuntur. Tendunt enim ad Christū hic  
clarissime descriptum, secundū ea, propter quā expectabatur. Atq; ad hanc sententiā, aliquanto  
aptius quadraret, quod ex Hebræo uertit Hieronymus, Completi sunt, uel finiti sunt hymni Dauid  
quoniā totā plenitudinem & finem iam enarrauerat. Atque hanc sententiā in annotatione. Felis  
B

Esai. 9.

Re. 13.

ibidem.

Galat. 3.

Psal. 109.

Rom. 10.



ita exponit, Quomodo (inquit) finita sunt orationes David, si corporis redemptionem, non autē animā, dum hac diceret, prouidebat: videbat enim venturum Messiam, redempturumque; omnes animas, atque eiectionem demonē extra hunc orbem; & ianuam caelorum aperturum, cuius orationes nil aliud postulabat. Hæc Felix, forsitan verò etiam sic responderi posset, Psalmum hunc vltimū fuisse eorum quos David composuit, tametsi secundū ordinē localem non inueniatur vltimus: ita confectus senio David hūc cecinisse dicatur in diebus nouissimæ senectutis, & forte filio suo Salomone iam in regnū introducto: quæ admodum legimus primo cap. 3. lib. Regum, vt tunc intelligatur hæc habuisse reuelationē: partim quidē de pace & gloria regni filii sui, iam in regnum introducti, potissimum verò de futuro rege Messia & glorioso regno eius. Quod autē secundo loco dictum est, ampliore habet certitudinē, vel certe verisimilitudinē. ¶ Versu primo, Deus iudicium tuum regida, & iustitiam tuam filio regis. Idem est, qui rex vocatur, & qui regis filius, siue Salomonem typicum, siue Salomonē verum spectemus. Nā prior Davidis regis filius & in regno successor fuit, Christus verò dominus, patris sui regis aterni filius, & rex ipse fuit. Vnde in Apocalypsi Ioānes in eius sermone scriptū legit, Rex regum, & dominus dominantium. Sic enim rex est & regis filius, quomodo & Deus est & Dei filius, Dominus & domini filius. Est insuper filius regis David quatenus (iuxta Apostolum) de semine David secundum carnem factus est. ¶ Versu tertio, Suscipiant montes pacem populo. Mōtes, Apostolos & Apostolicos viros intelleximus, quorum cacumina & mōtes sua illustratione primū Deus illuminat, vt deinde lumen ad alios humiliores fundant: quemadmodum sol cum exoritur, primū sui luminis radios in vertices montiū effundit, à quibus mox in colles & valles resiliit suscepti luminis splendor. Ita sane montes isti pacem susceperunt à Christo, qui illis prædicandum dedit Euangeliū pacis, sed non sibi tantū susceperunt (quanquā sibi primum, ipso dicente, Pacem reliquo vobis, pacem meam do vobis: & in me pacem habebitis) verum etiam vniuerso orbi. Atque hoc est quod non simpliciter dicitur, Suscipiant montes pacē: sed adiicitur, ipsi populo, Nā populo calus datini est, secundū acquisitionis vim, rectus à verbo suscipiāt: quoniam vtilitas significatur toti populo. Id quod etiā angelus dominicæ natiuitatis nocte pastoribus apparēs, suo beato nūtio prædicauit, dicēs, Euangelizō vobis gaudiū magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator. Colles autē recte Ecclesias intelligimus, Apostolica prædicatione fundatas, altas quidē & sublimes fide suscepta ab Apostolis, qui tamē vt montes supereminēt, præcellentia auctoritatis & dignitatis, tanquā Ecclesiarum post Christum progenitores & capita, quomodo mōtes subiacētibus collibus præminent. ¶ Versu quarto, Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorē. De iudicio pauperū, pluribus in locis prophetauit Esaias: nominatim capitulo vndecimo, vbi sic ait, Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Quod autē sequitur, Et percutiet terrā virga oris sui, & spiritu labiorū suorū interficiet impiū: illi respondet quod in præsentī loco mox subditur, Et humiliabit calumniatorē. Et cap. 14. sic habet, Percutietur primogeniti pauperū (sancti videlicet Apostoli, primitias spiritus habētes, & quasi inter ceteros Christi fideles primogeniti) & pauperes fiducialiter requiescent, ceteri videlicet omnes priorum prædicatione fideles facti. De calumniatore autem subditur, Et interire faciam in fame radicem tuā, & reliquias tuas interficiam. Licet autē calumniatorē peculiariter exposuerimus diabolum (Nemo siquidem generi humano tam calumniator & malignator est) potest tamen etiam ad omnes impios extēdi, quales fuere potentes atque sapiētes sæculi: quos humiliabit Deus, quando iuxta verbum Propheta, perdet sapiētiā sapientum, & prudentiam prudētum reprobabit: & quando potentes (vt Sapiens ait) potenter tormēta patientur. Verum hi, vt membra in corpore, siue sub capite, facile in diabolo comprehenduntur. ¶ Versu 5. Et permanebit cum sole, & ante lunam, in generatione & generationem. Græce est *ὁ ἄριστος ἡμῶν ἕως ἄνω*, id est (vt ita dicam) compermanebit soli, hoc est, simul manebit cum sole. Quod secundum literam intellectum de sole corporali, significat aternitatem & indeficientiam regis Messia. Illud verò, ante lunam, in Elucidatione exposuimus, in cōspectu lunæ, vel corā luna, vel dū perseverabit luna, quæ admodum ex Hebræo vertit Felix. Quod si præpositio acciperetur, vt nota prioritatis & præexistētiæ Christi ante lunā, significaretur Christi à parte priori aternitas: sicut eandē à parte posteriori, per illam priorem particulā permanebit cū sole, dixim⁹ significari. Effet enim hic sensus, Permanebit Messias cum sole, quæ admodum & fuit ante lunā, atque omnem creaturam, ab aeterno à patre secundum diuinitatē procedens. Et huic sensui magis fauere videtur Græca lectio, quæ habet *πρὸ τῆς σελήνης*, id est, ante lunam: nō, in cōspectu lunæ. Nam in cōspectu apud Græcos dicitur sole: *ἐν ὄψει* vel *ἐμπροσθεν* vel *ἐμπροστω*, quorū nullū hic habetur, sed simplex præpositio significans ante: nisi etiā ipsam accipiamus improprie, pro coram. Sic enim idem esset, quod in cōspectu lunæ. Alii verò prædictum versum exponunt secundum mysticā intelligentiā, Permanebit Christus, humiliato calumniatore & superato diabolo, cū patre suo in dextera eius residēs. Ipse autē est verus sol, perpetuum splendore de se diffundens, radium videlicet consubstantialē, qui est filius: & ardorem, qui est spiritus sanctus. Permanebit quoque ante lunā, id est, ante Ecclesiam, tāquam caput, rector & viuificator ipsius: quæ admodum Paul⁹ ad Ephesios scribit, quod ipsum Deus pater caput dederit super omnem Ecclesiam, quæ est corpus eius. ¶ Versu sexto, Descēdet sicut pluuia in vellē. De humanatione Christi intra virginē vterū, in Elucidatione hic verus expositus est, De vellere autē cum dicit, videtur ad illud Gedeonis vellus nō absque mysterio respexisse, quod in futura signum victoriæ primum quidē rore impletum fuit, tota terra per circuitū manente arida: sed deinde cōuerso ordine, tota terra per circuitū fuit humectata, solo vellere in sua

3. Reg. 1.

Apo. 19.

Roma. 1.

Ioan. 14.

Ioan. 16.

Lucæ. 2.

Esai. 11.

Esai. 48.

Roma. 8.

1. Cor. 1.

Sapient. 6.

Ephes. 1.

Jud. 6.

**A** ficitate permanente. In quo, per mysteriū intelligunt quidā, id quod multo post in aduentu Christi impletū fuit, quando primum in virginis vterum descendens, atque ita mundo prodians, ad solos Iudæos venit, eisque salutis verbum prædicauit, cæteris per orbē nationibus in ariditate relictis, quādo dicebat, Non sum missus nisi ad oues quæ perierūt, domus Israel. Et apostolis præcipiebat, ne in viam gentium abirēt. Post modū verò, vbi ascendisset in calum, descendit secundo per spiritus suamissionem, in modum guttularum stillantium super terram, per infusionē gratiæ suæ in corda fidelium, ac tum quidē omnis terrarū orbis pluuia huius salutaris factus est particeps, sola Iudæa remanēte arida, & obstinata in incredulitate sua. Nostræ autē expositioni in elucidatione posita, de descēsu Christi in vterū virginis, aperte suffragatur dulcissima antiphona illa, quæ in die sacræ circūcisionis suauissime canitur, Quādo natus es ineffabiliter ex virgine, tunc impletæ sunt scripturæ: sicut pluuia in vellere descēdisti, vt saluū faceres genus humanum, te laudamus Deus noster. ¶ Versu septimo, Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec offeratur luna. Quomodo in diebus Messia: orta sit iustitia, nemini incognitū est, & in Elucidatione satis aperte monstratur. De pacis autē abundantia, forte quis dubitet, ex eo quod Saluator ipse ait in Euangelio, Nolite arbitrari, quia pacē venerim mittere in terrā. Nō enim veni pacē mittere, sed gladiū. Sed manifestum est, aliam esse pacem quæ abundanter in diebus Messia: exorta est, ab ea quam idem se dicit auferre. Hæc enim temporalis est, & pax mūdi. Illa verò pax est cordis, pax celestis, pax Dei. Inter quam duplicem pacem, manifestam ponit distinctionē Saluator, cum in cœna nouissima ait iamiam relinquēdis discipulis atque in eis posteris omnibus per eos credituris. Pacē (inquit) relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Et iterū, Hæc loquutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo perfurā habebitis, sed cōfidite, ego vici mundū. Hæc autem est pax bona, de qua Paulus loquitur, dicens, Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras, in Christo Iesu. Et Propheta alius, Non est pax impiis, dicit dominus. Licet autem verū sit, fuisse in tēpore natiuitatis Christi abundantiam pacis temporalis, orbe toto sub imperio Octauiani Augusti à præliorum strepitu quiescente, manifestum est tamen in textu de hoc non fieri sermōnem: nisi forte aliquo modo, quatenus pax ista tēporalis in qua nascebatur Christus, signum erat veræ pacis, quam ipse afferret mundo. De tēporali autē pace principaliter non fieri mentionem, est manifestum, primū, quia pax illa in diebus Christi non est exorta, sed annis aliquot ante Christi aduentū cœperat. Incœpit enim circa finē imperii Iulii Cæsaris, post quem in pace multa regnauit Octauianus Augustus, cuius anno decimo octauo nat⁹ est Christus. Deinde, neque stabilis ista pax fuit, neque perdurat donec auferatur luna: quando quidē paulo post Christi mortem pax illa temporalis grauissime turbata cœpit. Euidens ergo & certum est, de pace altera vera, fieri sermonem. Et rectē quidē, de hac pace loquēs, præmittit iustitiam, bono ordine demum subiungēs pacem, Orietur (inquit) in diebus eius iustitia, & abundantia pacis: vt hoc ordine, quasi radicē insinuet veræ pacis, quæ nimirum est iustitia. Quæ admodum enim nemini impio pax ista esse potest, ita profecto non potest eadē non esse homini cui libet iusto. Cōsequitur enim iustitiam. Vnde & Paulus Apostolus in exordio epistolæ penē omnium hoc deprehenditur obleruasse, vt discipulis gratiam & pacem ante omnia fuerit imprecatus: iuxta prædictum ordinem semper gratiam præmittens, per quam est homini à Deo sua iustitia, ac deinde pacem subnectās. Hanc autē iustitiam & abundantiam pacis, in electis & in Ecclesia sancta permanfurā vsque, in finē sæculi, nemo verē fidelis dubitat, nec in illa quidē vltima & grauissima Antichristi persecutione, quæ nec ipsa pacē à Deo relicta firmatis fidelibus poterit eripere, quātumuis mundus omnia miscuerit inauditis tumultibus. ¶ Sed quarat aliquis, quid sibi vult quod dicitur, Donec auferatur luna? An luna aliquādo auferetur? Imō potius in aeternum perfitura creditur, neque aliquādo auferenda. Sed intelligendū est hoc, secundum eum statum in quo nunc est, mutabili videlicet & imperfecto lumine. Nūc enim donec seruit homini, varium habet & instabile lumē, nunc plena, nunc dimidia, nunc crescēs, nunc decrescēs, nunc hac parte tantū, nunc illa tantū lumen à sole suscipiēs, iuxta quod variis modis soli obicitur: interdū verò penitus luminis eclipsum siue defectum patiēs. In resurrectione autem & consummatione sæculi, quādo cessabit homini ministrare, quasi pro mercede laboris accipiet nouam gloriā, & in melius reformabitur, ab omni motu & instabilitate Dei voluntate liberāda. Ac tunc quidē auferetur, non secundū substantiam, sed secundum imperfectiōnē: quomodo cælum & terra (iuxta Saluatoris verba) transibūt, non secundū substantiam, sed secundum qualitatem: quoniam ad statum perfectiōrem redigentur. Erit enim tūc luna tota plene illuminata à sole, ex omnibus partibus, idque lumine multo lucidiore: & suā hanc plenitudinē ita seruabit absque mutatione imperpetuū. De cuiusmodi luna in alio Psalmo dicitur, Sicut luna perfecta in aeternū. Donec ergo auferatur luna, id est, vsque in sæculi consummationem, quādo secundum prædictum modum auferetur mutabilis luna. Aut intelligatur secundum negationē dictum esse, donec auferatur luna, quia nunquā est auferēda, & ideo imperpetuum est pax illa permāsura. Quæ admodum si quis dicat, Non excidēt sancti Dei à gloria, donec deficiat ipse Deus: non aliud sibi hæc vollet oratio, quā sanctos nunquā priuādos gloria, vt Deus nunquam deficiat à sua substantia. ¶ Versu octauo, Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. In Elucidatione generaliter exposuimus, à mari vsque ad mare oppositum, ad significandū vniuersale dominiū Christi super omnē terrā intra terminos istos contentā: quod aliqui specialius exponunt, à mari Indico vsque ad Gaditanum. Hæc enim sibi ex opposito sunt. Alii intelligunt, à mari rubro vsque ad mare Palestinæ. Alii dicunt, à mari falso vsque ad mare magnum. Atque

Matt. 19. Matt. 10.

Ibidem.

Ioan. 14. Ioan. 16.

Philip. 4.

Esai. 48. Esai. 57.

Esai. 48. & 57.

Lucæ. 1.

Psal. 88.

ita solum intelligunt hac prima parte versus totam terram Iudæorum, quæ his terminis comprehenditur. In altera autem parte, scilicet à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum, intelligunt totam terram gætiæ, à flumine scilicet Euphratis, vsq; ad terminos orbis. Quanquam hoc flumen, alii Iordanem intelligunt, alii Nilum. In omnibus autem his cõueniẽtia est, quod significatur vniuersalitas domini Christi, qui morte deuicta, etiã secundum humanitatẽ factus est dominator super omnem terram Iudæorũ pariter & gentiũ. Paraph. Chald. sic habet, Et dominabitur ab angulo maris magni & Euphrate vsq; ad fines terræ. Quod nostræ expositioni in Elucidatione posita apte quadrat. ¶ Versu. 15. Et viuet, & dabitur ei de auro Arabia, & adorabunt de ipso semper. Difficultatem nonnullã facit additio particulæ huius, de ipso: quam in Elucidatione vñ sumus præterire. Simplicissimũ erit, si improprio loquẽdi modo accipiatur, Adorabunt de ipso, pro adorabunt ipsum. Alii verò sic intelligunt, De ipso auro Arabia adorabunt semper, quia cum illo adorabũt, vel in oblatione pretiosi muneris adorabunt. Nõ enim adorabũt vacui, cum adorabũt dominũ: neq; de nihilo, vel sine villo munere adorabunt, sed cum pretioso munere, siue corporali, siue potius spiritali. Nam cordis deuotio, & pia erga Deum affectio, aurum est longe optimũ, de quo Deus vult adorari. Alii probabilius arbitrantur, relatiuum ipso referre Christum dominũ, hoc modo, Et viuet Melsias, & adorabũt de ipso rege Melsia semper. Dicunt autẽ fideles adorare de ipso semper, vel quia ab eo habent quod Deum adorare sciunt in spiritu & veritate. Ipse enim nos & orare & adorare docuit, & debito cultu Deum venerari, suõq; exẽplo nos hac in re informauit. Vnde & forma orationis Dominicæ, quæ in ore omniũ fidelium, de ipso est magisterio: quẽadmodum sacra testatur Matthæi & Lucæ Euangelia. Propter quod, in Missa sanctissimo sacrificio, orationem hanc Deo prolaturus sacerdos, præmittit, dicẽs: Præceptis salutaribus moniti, & Diuina institutione formati, andẽm dicere. Vel quia ipse dat, vt oremus. Si quidem fides, & quicquid ex fide operamur, illius sunt dona. Ipse quoque spiritus qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilib; ipse est donũ. Vel de ipso, quia per ipsum. Vnde quoties patrem calesit accedimus, adorãdi gratia, per ipsum accedimus. Nã (vt Paulus Apostolus ait) per ipsum habemus accessum ad patrẽ. Ex Hebræo vertit Hieronymus, Orabunt de eo iugiter. Quod sic potest intelligi, Fideles iugiter de eo adorabunt, vt possint ipsius esse, & ipsi incorporari, ipsumque semper & habere & tenere, & in eo permanere. Ad eandem sententiam reduci potest, quod vertunt alii, Orabunt pro eo. Alii dicunt tunc orari de Christo, vel pro Christo, cũ pro ipso mēbris qui sunt fideles, aut corpore quod est Ecclesiã, fit oratio. Sunt qui vertunt, Orabũt per eum iugiter: quod faciũt fideles, cũ per Christum patri supplicãt, iuxta illud, Si quid petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. Alii, Orabũt coram eo, vel ante eum iugiter. Et hoc manifestum est. Ex omnibus his eligat quisq; , quod sibi maxime arridebit. Nã in Elucidatione nullius horum meminerimus. ¶ Versu. 16. Erit firmamentum in terra, in summis montium. Firmamentum istud Elucidatio dicit soliditatem Euangelicæ doctrinæ, quæ firmissima fundatissima atq; certissima est, nimirũ à primã veritate (quæ mētri non potest) deriuata. Potest etiam accipi firmamentũ pro pane, quomodo in Psalmo dicitur, Et omne firmamentum panis contriuit: eo quod panis (iuxta alterius Psalmitententiam) confirmat cor hominis. Atq; ita per firmamentum istud panis, intelligimus panem verbi Dei, idem videlicet quod supra per firmamentũ. Euangelica nanq; doctrina verbũ Dei est, & panis animarum, quo reficiuntur, nutriuntur, confirmantur, atq; solidantur in bono corda fidelium. De hoc autẽ versu annotationem notabilem require in annotationibus ex Hebræo. Itẽ & circa verbum sequentem, Ante solem permanet nomen eius.

LXXII. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste argumentum habet satis conueniens cum Psalmo trigesimo sexto, cuius initium est, Noli amulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. Vterque enim multa loquitur de prosperitate impiorum & aduersitate bonorum in seculo presenti: e contrario verò de felicitate bonorum & miseria malorum in seculo venturo, vbi mirabiliter commutabuntur omnia. In hoc tamen est differentia, quod in Psalmo illo, Propheta in sua persona loquens, quasi perfectus, non ipse conqueritur, sed imperfectos in via Dei (quos prosperitas impiorum forsitan commouere posset) alloquens, eosdem contra tentationem huiusmodi confirmat: per varias comparationes ostendens & demonstrans, prosperitatis illorum non durabilem statum: cõtra verò, bonorum felicitatem æternam. In hoc autem, quasi infirmorum & querulantium personam suscipiens, zelantium ratiocinationes & querelas ipse proponit, donec tandem circiter finem Psalmit, ad personam propriam rediens, sapienter murmurationem & tentationem infirmorum, perfectionis responso, ex sua sententiã dissoluit. Nõ enim arbitrandum est, Psalmitam in sua propria persona murmurationes eiu modi, quales in hoc Psalmo apparent proferre: sed tandem velut ratiocinando obicit, ex aliena sententiã, vt postmodum ex propria dissoluat: quemadmodum facere solent, qui quæstiones disputabiles tractant. In hoc ergo Psalmo, proposita initio firma conclusio, de bonitate Dei erga suos electos, mox imperfectorum personam assumens, hanc propositam conclusionẽ multis versibus impugnat: quorum omnium in hoc summa est, quod impii in hoc mundo florere, dominari, & absque ulla aduersitate in cunctis videntur prospere agere, dum pii interim variis tribulationibus diuexantur. id quod cum Dei erga res humanas prouidentia, non satis videtur secundum humanam tenue iudicium consistere. Et hæc quidem vsque ad versum decimum quintum. Vbi rursum ad oppositam partem pro veritate argumentans, prædictas ratiocinationes imperfectorum elidit: absurdum reputans, si vniuersa natio electorum cõdemnetur, & velut stulta ac vana iudicetur: quod sanẽ inconueniens statim consequitur eum qui se frustra & vane Deo seruire dixerit, eo quod temporalia mala sustinet. Est enim hoc omnibus electis commune, vt persequutionem patientur:

**A** pro iustitia: & in hoc est eorum gloria. Deinde, considerare volens & perquirere hæc Dei occulta iudicia, videt se in sua consideratione deficere, nec posse huius occulti diuini consilii secretum comprehendere, donec ad sanctuarium Dei tandem pertingat, vbi nouissimam iustorum quam impiorum considerans, intelliget mirabili dispositione factum esse, vt impii in hoc seculo bona, iusti verò mala reciperent. Vbi versibus duobus, impiorum damnationem & a pristina felicitate deiectionem describens, ac velut seipsum pro murmuracione & emulacione ex imperfectorum forma assumpta increpans, amodo vt iumentum absque ratione existens, & suo domino absque iudicio in cunctis obediens, domino se submittit, vt eius manu deducatur, & in finem gloriosum tandem perducatur. Post hæc verò totus supra se raptus, & quasi in extrã positus, qui hactenus quasi conqueri visus fuit, ex aliena persona insipientia, propria iam sapientia totus in Deum transit, illum solum desiderans, & præter illum aliud nihil siue in celo, siue in terra expectans: cui (mortis interitu comminato de fertoribus) bonum iudicat, & decernit perpetuo adherere, & spem totam in eo firmare, laudẽque eius palam omnibus celebrare. Sic qui per Psalmit decursum, quasi insipiens loqui visus fuerat, ad primi versus conclusionem rediens, sapientissima conclusione Psalmit finit, vt vix inueniatur Psalmit alius, qui tam ardenti charitatis flamma abrumptur magis quam finitur.

SEPTVAGESIMISECVNDI PSALMI ELVCIDATIO.

**B** **1** Quam bonus Israel Deus: \* his qui recto sunt corde.



Ere bonus, suavis, dulcis, benignus, misericors, & beneficus est dominus Deus noster erga Israel populum suum erga fideles atque electos suos: \* erga eos nimirum qui sunt recto corde, qui sunt verus Israel Roma. 9: secundum spiritum, qui affectu sincero & puro corde super omnia Deo placere, & ipsius voluntatẽ implere latagunt, cunctas autem errorum & vitiorum tortuosas vias & curuitates studiose declinant. 2 Attamen euenit nonnunquam hoc mihi, secundum sensum imperfectum iudicium iudicare volenti, vt penẽ à via recta mouerentur pedes mei, vt penẽ sese effunderent gressus mei ad recedendum à domino, & ambulandum vias peccatorum: contigit aliquando, vt vacillare inciperẽ quantum ad inferiorẽ partem animæ, secundũ carnis affectum, ac hæsitare, vellẽmne in via angusta permanere iustitię, aut in spaciõsam impiorũ abscedere. 3 Causa autẽ huius hæsitacionis mihi vt sic imperfecto erat, ex eo quod videns homines huius sæculi impios Deũ non timentes, pacem temporalem habere, & omnibus bonis in hoc mũdo affluere, nihilq; aduersum habere, sed epulari, deliciari, & pro libito omnia agere, zelo cõmotus fui aduersum illos, intra memetipsum super hoc turbatus fui, velut indignans de eorum felicitate & pace temporali: cũ ego in Dei seruitute, plurima mihi aduersa conspicerẽ euenire: atq; ita commotus, secundũ sensuale iudicium, quodãmodo trahebar desiderio emulandi illorũ vias, vt simili fruerer felicitate 4 Quoniam quidẽ non habent respectũ siue considerationem in diem nouissimũ mortis suæ; nõ recogitant de mortis exitu, non respiciũt, neq; ante oculos ponũt finem exitus sui, quẽadmodum faciunt studẽtes iustitiæ: atq; ita absque omni metu & timore liberẽ faciũt quicquid fuerit collibitũ sensui, & sine timore deliciis perfruuntur, quantum valuerint: \* & non est firmamentũ, non est stabilitas in afflictione siue aduersitate eorũ: & si quid aliquando illis occurrat afflictionis, non est stabilitas mali illius, statim possunt depellere suis diuitiis, sua potẽtia, sua malitiã, siue astutia, mox sciunt quomodo se liberent & expediant ab afflictione. 5 In laboribus & molestiis quales perpeti solent homines iusti, non inueniuntur, sed extra omnem laborem & molestiam in quiete atq; deliciis otiose vitã degunt: \* neq; flagella aduersitatu & tribulationũ sustinent, quẽadmodum ceteri homines piẽ volentes in Deo viuere, quos oportet per multas tribulationes transire, & persequutionum flagella frequenter tolerare. Tam enim sunt feroces isti huius sæculi impii homines, tam sunt timore Dei postposito furibundi, vt nemo illis audeat sese opponere, nemo illos audeat cõtingere, vt omnibus sunt formidini, sicq; nemo illis quicquã audeat mali inferre: cũ econtrario boni & pii passim opprimantur, derideantur, decipiantur, & variis modis affligantur à malis. 6 Et quoniã sic in perpetua prosperitate videt se vitam ducere, nihilque sibi aduersum obuenerit, ob hoc superbia intumescunt & efferuntur intra sese, voluntq; omnibus se præponere: \* circumdederunt se, & quasi vestimento operuerũt se iniquitate & impietate sua: quasi pro lorica induerunt, & pro armis assumpserũt sibi iniquitatẽ & impietatẽ suã. Est enim impiorum ini-

**2** Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei.

**3** Quia zelauit super iniquos, pacem peccatorum videns.

**4** Quia non est respectus morti eorum:

\* & firmamentum in plaga eorum.

**D** **5** In labore hominum non sunt: \* & cum hominibus non flagellabuntur.

**6** Ideo tenuit eos superbia: \* operiti sunt iniquitate & impietate sua.

1. Tim. 3: Actu. 14:

quitas, quasi pro munimento illis, dum propter ferocitatē nemo illis <sup>B</sup> audeat resistere, & ipsi propter carentiā timoris Dei quidlibet aliis audeat inferre, neq; Deum timentes, neque hominem. 7 Iniquitas quam ipsi operantur, prodit in opus exterius, quasi ex adipe & pinguedine, ex crassa & impinguata in corde eorū malitia: foris operantur malum, quasi ex delectatione & proposito peccantes, & in peccatis dulcedinē atq; delectationem captantes: \* eo tandem pertingunt, vt quicquid desiderare possint, aut corde concipere siue proponere, id audeant opere patrare, nulla habita ratione, siue virtutis siue honestatis: solis suis affectibus seruiūt, his tantū obsequiūt, nihil cōsiderātes aliud quicquid corde concipiunt, quicquid mēte disponunt, a uadēter patranes. 8 In cordibus iugiter versant nequitiam & malitiā, nouis adinuentio- nibus apud se ingeniose ac solite exquirētes, quomodo iustis nocere valeant: eandemq; vt concipiunt corde, ita effertur ore, cum sui similibus de huiusmodi sedulo pertractātes in suis cōsiliabulis: \* neque verō cōtra homines proximos suos tantum loquuntur iniquitatē, sed etiam in calū extendūt linguas suas, blasphemiam & impietate <sup>F</sup> tē contra Deū loqui nō formidātes, eo quod nec homines, nec deū timeāt. 9 Audent aduersus cali habitatorē opponere os suū: & in sanctitate eius tremendā non verētur soluere impias linguas suas, impie ac infideliter de Deo loquētes, aut aduersus deū, si quid nō iuxta illorū animū cōtingit, blasphemātes: \* & quēadmodū contra Deū male loquūtur in cælo residentē, sic multo facilius linguā suā laxant in habitates super terrā, vt aduersus illos iniquitatē loquātur, mēdacia, calumnias, detractiones, conuicia, fraudes, hīq; maiora. Qui enim Deū cæli potentissimū non metuūt, vt in illū audeāt aperire ora impudētia: quomodo nō in imbecilles proximos, quibus sunt potētia sæculi superiores, audebūt impias soluere linguas? 10 Propter ista populus pius (de quorū numero & ego esse cupio, atq; ob hoc me illis cōnumero) hic cōuertetur in hac cōsideratione sistet gradū, & quasi vacillare incipiet, & quodāmodo moueri à proposito iustitiæ: in harū scilicet rerū cōsideratione sistunt gradū, quasi cū admiratione, tantā impiorū felicitatē fixius cōtēplantes, & velut cum quadā dubitatione hēsitates, num in via iustitię pergere debeāt, an illis sese velint assimilare: \* & cū se cōuertet populus pius, aliud etiā considerat quod grauat afflictionē nempe q̄ dies pleni inueniūtur in impiis, & impiorū prosperitate q̄ vidēt impios vitam longam in sua prosperitate ducere, & vsq; in multā senectā vivere, nihilq; aduersum perpeti. Quod quidem mirum in modum prædictā aggrauat piorū tentationem. 11 Et dixerūt intra sese, hanc tātā felicitatē malorū considerātes boni velut in vacillatione & quodā scādalo positi, apud sese ratiocinantes ac sibi obiciētes, Quomodo fieri potest aut credi, vt Deus scientiā habeat earum rerū quæ hic aguntur in terris? & quomodo potest esse apud Deum, qui in excelsu habitat, cognitio harū rerum quæ hic in terris aguntur? Quomodo nō magis videtur, Deū res nostras vel ignorare, vel nō curare? Quomodo nō magis videtur ipse circa cali perambulare cardines, nec nostra cōsiderare? Non enim secundū humanam æstimationē videtur verisimile, Deū ista sic permitturū, si eius sese prouidentia ad nos vsq; extēderet. 12 Quomodo enim eius prouidentia hoc pateretur, vt impii homines huius sæculi abundant, & diuitias possideāt, omnibusq; diuitiis, deliciis, & quibuslibet tēporariis bonis affluāt, piis interim in egestate & paupertate multa vitam degētibus? Nonne si mundū regit, & humana curat Dei prouidentia, æquum magis videtur & rationale, vt seruos suos nutriat, etiq; bona sua tribuat, quā alienis & perfidis cōtempторibus? Quomodo ergo cū hac impiorū prosperitate, & bonorū aduersitate, stat Dei erga res humanas prouidentia? 13 Et dixi, horū assumpta persona, in hac æmulatione, tētatione, atq; argumētatione progrediēs, si bonis male est, & malis ecōtrario bene, vanus ergo & stultus ego sum, qui studui cor meum iustū exhibere corā Deo, & in iustitia ac sanctitate vitā ducere mala cuncta fugiendo: & bona sedulo operando: idq; magno labore & studio: \* itemque frustra conuersationem meam institui apud iustos & innocentes, illis me assimilando, illisque me iungendo, & impiorum prauam societatem fugiendo. 14 Frustra etiam & absque utilitate iugiter afflictiones & flagella pertuli, partim quidem qua-

7 Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum.

\* transferunt in affectum cordis.

8 Cogitauerunt & loquuti sunt nequitiam: \* iniquitatem in excelsu loquuti sunt.

9 Posuerunt in cælum os suum:

\* & lingua eorū trāsuiuit in terra.

10 Ideo conuerteretur populus meus hic:

\* & dies pleni inueniuntur in eis.

11 Et dixerunt, quomodo scit Deus, & si est scientia in excelsu?

10b.22. 12 Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo, obtinuerunt diuitias.

13 Et dixi, ergo sine causa iustificauit cor meum: \* & laui inter innocentes manus meas.

14 Et fui flagellatus tota die:

A

\* & castigatio mea in matruinis.

15 Si, dicebam, narra- bo sic:

\* ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.

16 Existimabam vt cognoscerem:

\* hoc labor est ante me.

17 Donec intrem in sanctuarium Dei:

D \* & intelligam in nouissimis eorum.

18 Veruntamen propter dolos posuisti eis:

\* deiecisti eos, dum alenarentur.

ab aliis illata ppter iustitiā patienter sustinui, partim verō quæ amore iustitiæ ad propriæ carnis dominationē, & malarum affectionū re- pressionem ipse suscepi, castigans corpus meū, & in seruitutem redi- gens, ne à iustitia reprobis efficerer: \* & frustra meipsum primo dilu- culo ante solis exortū examināui, diiudicaui, argui, reprehendi & ca- stigauit: vane utiq; & frustra egissem, sic diiudicando meipsum, & cor- ripiēdo per rigidam examinationem, cunctas operationes vitæ meæ, prōq; commissis malis meipsum puniendo & affligendo per peniten- tiam, quoties errata deprehendissem: hæc, inquam, & similia, quibus sese occupant homines iusti, frustra & absq; utilitate videbor fecisse. Nam si boni recipiunt mala, ecōtrario verō mali bona: quomodo nō maiori utilitate vacassem iniquitati, & impiis fuisset assimilatus, vi- xissemq; in deliciis, absq; omni timore & castigatione? Nā si quidem bona recepissem, cum iustitiā multo labore & afflictione inseruiens accipiam mala. 15 Cum verō ista sic mecum animo voluerē, ex altera parte intra memetipsum, velut prædictis cogitationibus & ratiocina- tionibus respondens, dicebā, si sic narrauerō, si ita dixerō, vt iam ante ex imperfectorum murmurantiū consuetudine, velut cōquerendo de Dei iudiciis obieci, si eiusmodi ex corde meo protulerō, si talia ex animi sententiā pronunciauerō: \* ecce incōueniens offert se ex altera parte, maximū, nimirū talib; dictis reprobat, & velut cōdēnatur vni- uersa generatio filiorū Dei: ecce qui talibus querimoniis ex animi sen- tentia utitur, hoc ipso vniuersum populū electorum Dei despicit, & velut stultum ac vanē agentem iudicat & condemnat. Cum enim om- nes qui piē volunt viuere in Deo, persecutionem patiantur, & mala in præsentia multa suscipiāt, per quæ illos oportet in regnum Dei in- trare, in patientia possidentes animas suas, & gloriātes in tribulatio- nibus, atq; in huius mundi malis gaudētes: nonne manifeste vt stul- tos & vanē ista ferētes damnat & reprobat electos, qui se frustra puta- uerit aut dixerit seruire Deo, eo q̄ in præsentia mala recipiat? Est enim hoc illi cōmune cum omnibus electis Dei. Absurdissimū autem fue- rit, totam filiorū Dei nationem reprobare. 16 Itaq; inter vtrunq; velut hæsitabundus cōsistens, habui consiliū, vt ista Dei iudicia dili- genter conspicerē: & sperabam diligenti cōsideratione posse assequi intelligentiā huius rei, quid videlicet sibi vellet, & quāobrē ita Deus disponderet, vt in hoc sæculo mali bona recipiāt, boni verō ex oppo- sito mala, cum id minime videatur secundū humanam rationē conue- nire: \* sed cum ad inuestigandum hæc Dei iudicia apponerē conside- rationem, inueni difficillimū hoc esse, & nimis laboriosum, nec homi- ni possibile, altitudinē diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, & incō- prehensibilia eius iudicia inuestigabilēsq; vias cōprehendere, aut sen- sum mentemūe domini cognoscere. 17 Est quidē hoc admodū diffi- cile, imō impossibile mihi, vsq; dum hac carne fragili & obscura gra- uabor, neq; pertingere ad eiusmodi cognitionē potero, donec à cor- poreis his sensibus & corporali crassitie liber, ingrediar in sanctuariū domini, in conspectu tuæ diuinitatis, vt te facie ad faciē contuear, il- licq; in te quasi in speculo lucidissima, omnium rationes cōspiciam. Tunc enim facillimum cuncta erit videre, quæ nunc difficillimum fo- ret cognoscere: \* ac tunc intelligam, & videam nouissima impiorū, cum mihi demonstrabitur æterna eorum mors & perditio, cōtra verō vita & gloria sempiterna iustorum. Nam tunc quidem cū nouissima illorum viderimus, nō mirabimur, si eos quos tanta tamq; diuturna (nimirū infinita & æterna) tormenta manebant, omnium præscia æter- na sapiētia permiserit in hoc sæculo tēporalibus modicū florere de- litiis: quemadmodū neq; ex aduerso mirum videbitur, si eos quos im- mensis & sempiternis bonis destinauit, voluerit tēporalibus nunc ad tempus modicum affligi malis, vt per mala hæc transitoria pararetur ad bona perpetua. 18 Quaquam autē iuxta supradictas ratiocina- tiones, sub imperfectorum persona ita fuerim querulatus, illud tamē de impiorū nouissimis certissimo cognoui, q̄ propter dolos & frau- des & innumera eorū mala quæ operantur in hoc sæculo, iam illis re- posuisti apud te tormēta & supplicia æterna, quæ tu nunc illis seruas, & quæ illis es redditurus in tēpore suo, digna operibus malis pessima præmia: \* & hoc scio, q̄ dum maxime eleuati & exaltati fuerint, ab il- la sua gloria deiciantur, & demergentur in profundū baratri, de sum-

1. Cor. 9.

2. Tim. 3. Actu. 14. Luc. 21. Roma. 5.

Rom. 11.

1. Cor. 13.



ma gloria ad infimam miseriam, de nimis gaudiis ad importabilia sup-  
 plicia, & quasi in ipsa sua exaltatione decident in profundum. Tanto  
 enim erit casus grauior, quanto in altiori gradu splendidius florebat.  
 19 Quam mirabili commutatione, quam miserè proiciuntur in deua-  
 stationem, destructionem, desolationem, & perditionem eternam: \* quo  
 modo defecerunt subito, & repente ad nihilum redacti sunt, perierunt, quasi  
 cum sonitu, impetu magno, perstrati in dationem: quomodo si lapis mo-  
 laris magno impetu proiciatur in profundum maris: idque propter sua  
 iniquitatem, mercedem accipientes suis condignis operibus. Nec enim  
 talia opera pessima, melior alia merces decebat. 20 Ad modum somnii  
 quod dum expergiscitur homo, aufugit & perit, ita euauerunt subito  
 tanquam si non fuissent. \* Ita quoque per mortem defecit, & aufugit  
 ab eis omnis felicitas eorum. Nam ut euigilans a somno eorum quae per  
 somnium imaginabatur, nihil inuenit ita esse, ut per somnium appare-  
 bat: & quemadmodum pauper aliquis felici somnio illusus, diuitiis &  
 delitiis plusquam regis abundare sese imaginatus, ubi euigilauerit, non  
 dum se inuenit, ut ante, nihilque eorum verum esse conperit, quibus an-  
 te per somnium gloriabatur: \* ita tu domine, in ciuitate tua caelesti, in  
 superna beatorum societate, illorum felicitatem tantum imaginariam  
 & umbratiliem ad nihilum rediges, annihilabis, nihil esse demonstrabis,  
 facies ut manifeste appareat, nihil eos verae felicitatis habuisse, quae-  
 admodum sibi dum uiuerent dulciter, somniando persuaserant. Peribit  
 enim per mortem ab eis omnis imaginaria felicitas, sicut ab expergis-  
 cente fugit somnium: atque ita illis extra ciuitatem tuam exclusis, ad ni-  
 hilum deducetur, & nihil fuisse reipsum comprobatur eorum imago, id est,  
 imaginaria simulata tantum felicitas. 21 Et quidem donec ita prio-  
 ribus meis cogitationibus inuoluebar, super impiorum prosperitate  
 volens Dei iudicia discutere, inflamabatur intra me, & exarsitabat ve-  
 lut praedignatione & amulatione cor meum: & affectus mei corpora  
 les immutati sunt, & velut indilpositi ad operandum bene, amulatione  
 hac sine indignatione a corde in membra caetera ac vires inferiores se  
 diffundente: \* & ego huiusmodi amulatione memetipsum grauens,  
 quasi ad nihilum redigebam, penes virtutem & promptitudinem ad operan-  
 dum iustitiam perdideram, flaccescere incipere in proposito iustitiae: &  
 ego non aduertebam sic me imminui, ita occulte eneruabat me spiritua-  
 libus viribus ista tentatio, ut vix ipse aduerterem debilitationem & de-  
 fectum spiritus mei. 22 Propterea volens amodo omnem huiusmodi  
 tentationem seponere (ubi illam mihi sic impedimento esse cernerem  
 in progressu viae tuae) nihilque tale ultra permittere in meum animum,  
 hoc habui consilium, ut tanquam iumentum reputare memetipsum ante  
 conspectum tuum: ut quemadmodum iumentum irrationale sui domini im-  
 perio subiicitur, nihil inquirens eorum quae dominus agit, neque ratio-  
 nem postulans eorum quae iubet, sed per omnia ducitur & trahitur,  
 sic mouetur, sic agit, nihil perquirens, nihil contra murmurans, rationem  
 non discutens, cur iam hoc opus iniungitur, aut cur hoc tempore, aut  
 cur non magis illud opus, aut alia huiusmodi: sic & ego erga te domi-  
 num meum sum quasi brutum, rationem non habens, nihil perquirens  
 de tuis iudiciis, quare hoc sic agas, aut illud quare ita, ut quare iustis ma-  
 la, malis bona dispensas: \* ita in simplicitate & humilitate obediētiae  
 meae ego semper tecum permanere dispono, in omnibus te sequi quo-  
 cumque traxeris, omnia operari quae tu iusseris, omnia pati quae tu per-  
 miseris, in nullo contra murmurando aut rationem inquirendo. Sufficit  
 enim mihi posthac voluntas tua, & incomprehensibile consilium sapien-  
 tia tua, neque quaram rationem alteram. 23 Cum autem ego me to-  
 tum ita dispositioni tuae resignatione plenissima committerem, tu me  
 nequaquam abiicisti, neque aberrare permisisti, quemadmodum neque  
 dominus iumentum, quod se illius ductui credit, aberrare patitur: sed  
 apprehendisti manum dexteram meam, ad eum modum quo solent ma-  
 tres apprehendere dexteram manum paruuli sui, ad deducendum per  
 viam, partim ut viam bonam ambulent, partim ne fatigati deficiant:  
 \* atque ita velut apprehensa manu, in tua benigna voluntate, in tuo be-  
 neplacito, factus es mihi ductor per viam vitae huius, & viam mihi bo-  
 nam tuo ducatu demonstrans, ut non deuiem, & imbecillitatem meam  
 sustentans atque confirmans, ut in via non deficiam: \* ac tandem post  
 peractam huius vitae viam, post peractum itineris huius cursum, cum ma-

Psal. 9. 19 Quomodo facti sunt  
 Apoc. 8. in desolationem:

\* subito defecerunt, pe-  
 rierunt propter iniqui-  
 tatem suam.

20 Velut somnium sur-  
 gentium:

\* domine in ciuitate  
 tua imaginem ipsorum  
 ad nihilum rediges.

21 Quia inflammatum  
 est cor meum, & renes  
 mei commutati sunt:

\* & ego ad nihilum re-  
 dactus sum, & nesciui.

22 Ut iumentum factus  
 sum apud te:

\* & ego semper tecum.

23 Tenuisti manum  
 dexteram meam:

\* & in voluntate tua  
 deduxisti me:

\* & cum gloria susce-  
 pisti me.

Matt. 25. pisti me.

A 24 Quid enim mihi est  
 in caelo: & a te quid vo-  
 lui super terram?

25 Defecit caro mea &  
 cor meum:

\* Deus cordis mei &  
 pars mea, Deus in ater-  
 num.

26 Quia ecce qui elon-  
 gant se a te, peribunt:

\* perdidisti omnes qui  
 fornicantur abs te.

27 Mihi autem adha-  
 rere Deo, bonum est:

\* ponere in Domino  
 Deo spem meam.

28 Ut annunciem om-  
 nes predicationes tuas  
 in portis filiae Sion.

D

gnifica gloria apud te me recipies, dicitur? Euge serue bonae & fidelis,  
 intra in gaudium domini tui. 24 O Deus optime & pater piissime, qui  
 tam paternum mihi affectum exhibes, totus in te transit affectus cordis  
 mei, & ipsum nimio tui amoris igne liquefscens, totum in te resoluitur,  
 adeo ut nihil prorsus sit in vniuersa caelorum amplitudine, quod ipsum  
 possit oblectare vel reficere, nisi tu, quae solum concupiscit: neque super  
 terram sit omnino quicquam praeter te, quod desideret, quod concupiscat,  
 quod a te postulet, nisi tantum te vnicum habere, tenere, possidere, te  
 frui, te oblectari, te videre, tibi colloqui, tecum conuiuari, tecum delitia-  
 ri, in te habitare, in tuis hortis deambulare, in tuo lecto cubare, in tua  
 sede residere, in tuo foco calefacere, in te suauiter requiescere: denique  
 prorsus in te transire, & absorberi, & vnum fieri tecum, ut viuam iam non  
 ego, sed tu viuas in me. 25 Prae amore languet corpus & cor meum, ac  
 praenimio tui desiderio deficit, tibi beata vnione copulari desideras, ac  
 tibi que viuere, & te in se viuere, ipsum verum in sese mortuum esse concupi-  
 scis: \* tu es Deus cordis mei, desiderat animam meam, haereditaria mea  
 portio, & haereditas mea aeterna: quam vniam habere postulo, abiectis &  
 abnegatis omnibus, quaecumque vel in caelo vel in terra possint contingere,  
 quae omnia libenter diuendo & abnego, ut te absconditum thesaurum,  
 te margaritam pretiosam, tuamque possessionem veram & solidam mihi va-  
 leam comparare. Quaecumque enim in mundo sunt, propter te reputo ut  
 stercorea, ut vnicum te mihi lucrificam. Tu enim es totum meum deside-  
 rium, tota mea spes & expectatio & merces magna nimis. Neque iam exi-  
 stimare volo, sine aduersa siue prospera, siue lata siue tristitia: modo te  
 mihi possum demereri, & in meam portionem te valeam lucrificare. Si-  
 quidem in te vno me arbitror habere & posse omnia: nihilque mihi re-  
 putabo deesse, si tu modo adueris. 26 Ecce enim qui se faciunt per  
 transgressionem tuorum praecceptorum a te alienos, qui per peccata se  
 diuidunt ac separant a te, qui per alienos amores rerum mundanarum  
 mox pereuntium, suum affectum a te auellunt, tibi amore non adherent  
 hos certa manet perditio & aeternus interitus: \* in perditionem aeternam  
 mittes omnes eos, qui fornicatione pessima adulterantes, te relinquunt,  
 cui vniungi debebant, & alienos sequuntur amatores, quibus amor  
 nullum debent: ad modum mulieris adultera, quae relicto amore & so-  
 cietate viri legitimi, cui desponsata est, & matrimonio iuncta, adheret  
 per amoris meretricium alieno viro, cui non est sociata matrimonio.  
 27 Mihi vero optimum est, indissolubili charitatis vinculo adherere  
 domino Deo meo, ut sponso legitimo (cui vni & solitotum meum amo-  
 rem debeo, & plusquam possum debeo) sicque cum illo fieri vnum spiritum,  
 ex quauisione omnium mihi spiritualium bonorum procedit abundantia:  
 \* & ita quidem illi adherere, ut totam spem meam atque fiduciam ponam in  
 Deo meo, non confidam neque in diuitiarum gloria, neque in deliciarum vo-  
 luptate, neque in secularis sapientiae pompa, neque in vlla prorsus re, ni-  
 si in te solo domino Deo meo: ut non in alio sciam aut velim, praeter-  
 quam in te vno gloriari. 28 Ita, inquam, tibi adherere & in te spera-  
 re, ut palam te praedicem, & omnes laudes tuas enarrem atque enunciem,  
 & cuncta quae tu iusseris fideliter annunciem, non in angulo, non in cu-  
 biculis, quasi erubescens de predicatione operum tuorum: sed in portis  
 Ecclesiae tuae sanctae, hoc est, palam omnibus tuis fidelibus, in Eccle-  
 sia sancta fide vera & corde illuminato agnoscentibus, ac tandem et-  
 iam in portis supernae Hierusalem ubi non deficiet neque per diem neque  
 per noctem de ore nostro laus beata in saecula saeculorum, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXXII.

Versu primo, Quam bonus Israel Deus iis qui recto sunt corde. Quomodo apud eos qui scho-  
 lasticas quaestiones tractant, conclusio firma, cuius veritas asseritur, preponi solet, ac deinde  
 contra eam adhiberi rationes quae videntur contradicere: ita in presenti Psalmo, primum fir-  
 missima ista & verissima ponitur assertio, contra quam in sequentibus obicienda sunt infirmorum  
 tentationes potius quam rationes: quibus nonnunquam vel scandalizantur, vel certe diuexantur in-  
 firmam conscientiam, hunc zelum siue amulationem istam non facile superare potentes, neque ex ani-  
 mo abicere. Notandum autem, quod Israel in hoc versu casus datus est, id quod ex Graeco patet, ubi  
 articulus additur casus datus, similiter in Hebraeo Lamed adicitur, sicut & ad datus posteriorio-  
 rem. Est ergo sensus, Quam bonus est Deus Israel, nimirum iis qui recto sunt corde: ut per sequen-  
 tem partem, iis qui recto sunt corde, exponatur, quid per Israel debet intelligi. Simul & hoc di-  
 ligenter attende, quod dicitur Deus bonus non simpliciter omnibus, sed Israel, sed populo suo, sed iis

Ioan. 17.

Galat. 2.

Philip. 3.

1. Cor. 6.

2. Cor. 10.

Galat. 6.

qui recto sunt corde. Nō ergo Amalech, nō Philistiim, nō alienigenis, qui de populo ipsi nō sunt, nō iis qui in mūdo & per terrenas cupiditates incuruato sunt corde. Sic enim & angelus Ioseph loquens, Israelē istum respiciens, dicebat de Iesu, q̄ saluū facturus esset populū suum a peccatis ipsorum, omnes videlicet qui credituri erant in eū. ¶ Versu 4, Quia nō est respectus mortis eorum, hoc est, nō est ipsis impiis respectus in mortē, vel cōsideratio de morte: quod clarius verit Hieronym⁹ ex Hebræo, secundū eandem tamen sententiā, hoc modo, Quod non recogitauerit de morte sua. Et Chald. Paraphr. Nō terrentur, neq; cōturbantur propter diē mortis suae. Et quidē si de temporali felicitate loquamur, magnū est temporale gaudiū, nullo mortis timore affici: quemadmodū afflictio corporis magna est, diem mortis iugiter ante mentis oculos habere propositū. In secunda autē parte huius versus, Et firmamentū in plaga eorū: nota duplicē intelligentiam, secundū quod vel repetitur negatio, quā erat aperte posita in parte priori, vt sit sensus, Nō est respectus mortis eorum, & non est firmamentū in plaga eorum. Atq; ita habet manifeste lectio Romani psalterii, dicens, Nec firmamentū in plaga eorum. Et nos in Elucidatione secundū huiusmodi negationis repetitionem, partē istam explicauimus, nimirū q̄ stabilitas & duratio non sit in plagis impiorum: q̄ non diu duret eorū afflictio, si in quā inciderint. Mox enim norunt sese extricare, & consolationem inuenire, qua pellant incidentem tristitiā. Exempli gratia, Diues huius seculi frigore incipit torquere: extructo statim igne copioso, medetur afflictioni frigoris, & nō est stabilitas, nō est duratio in plaga ista. ¶ si vel paululum sitiāt, mox auferri iubet vini aut alterius delicati potus copiam: si esurit, delicias habet epularum, quibus esuriem pellat: si grauis melancholia animum incipiat affligere, habet amoenos hortos, prata virentia, in quibus obambulando animum releuet, habet musica instrumenta, accedit solo nutu aduocata laeta societas, pellitur afflictio: si quis aduersus est, si quis nocuit, si quis conuittatus est, si a quopiam offensum aut contemptum se putat, in illum mox vindictā parat, quanta potest damna infert illi a quo hęc accepit. (Deum enim nihil metuit) sicq; facta ultione, lenit placātque animum aliena miseria. Denique, & in aliis ipsium facile quilibet considerabit. Possit verō & affirmatiue legi prædictus versus, non repetita negatione, hoc modo, Non est respectus mortis eorum, & firmamentum est in plaga eorum. Quod hanc habet sententiā, Firmamentū & solida stabilitas potentia est in plaga eorum, hoc est, si quē velit plagis afficere, si cui velit facere afflictionē & exitum malum, fortiter & potenter id possunt. Potentes enim sunt vt faciant male: partim quidem, q̄ potentia habeant & diuitias huius mundi, maxime verō quia Deum non metuunt, sicq; nullū habent retinaculum a nocumento proximi. In quem sensum ferē conuenit, quod habet Chald. Paraphrasis, Efferuntur cogitatus eorum, & pingue ac forte est cor eorū. Sic & ex Hebræo verti potest. Et vinidum vel forte est robur eorū, videlicet ad sese defendendum, ne a quoquā nocumentum patiantur, ad alios quoq; oppugnandum vbivoluerint. ¶ Versu quinto, In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Homines pii duplicem habent in hac vita molestiam, priorem quidem in operando opera virtutis, quā sanē difficilia sunt: eo quod (iuxta verbum Aristotelis) ars & virtus versentur circa difficile, idq; propter carnis nostrae corruptionē, vnde magis ad malum omne proni sumus, quā ad bene agendum: quemadmodū Apostol⁹ dicebat, Romanis scribens, Scio, inquit, quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi, perficere autē non inuenio. Et iterū, Inuenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Et video aliam legem in membris meis, repugnantē legi mentis meae, &c. Hinc ergo habet magnum laborem, qui operari studet quā sunt virtutis, & Deo placita: quem profecto laborem & molestiā euadit, qui legi carnis totum se obedientem præstans, de perficiendis operibus Dei nihil cogitat. Posterior bonorū molestia est, ex iis quae in vita ista occurrūt perferenda, siue ex proprie carnis miseria, siue ex hominū peruersorum malitia, idq; Dei prouida dispensatione, qui his modis electos suos exerceri vult, & velut parari ad salutem nouissimam. Vnde suis discipulis Saluator dicebat, Beati eritis, cū maledixerint vobis homines, & separauerint vos, & exprobrauerint nomen vestrū tanquam malum, propter filiū hominis. Gaudete in illa die, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Et Paulus Apostolus, Omnes, inquit, qui piē volunt viuere in Christo Iesu, persequutionē patientur. Et in Actis Apostolicis, Per varias tribulationē Hēbr. 12. extra illam sunt, adulteros, non filios esse. Ab hac autē afflictione iccirco liberi sunt impii, quoniam adulteri sunt, & non filii. Si enim filii essent, patris disciplinam sentirent. Atq; hoc est quod in secunda parte dicitur, Et cum hominibus non flagellabuntur, id est, cum filiis disciplinam non sentiant: sed cum notis erunt extra disciplinam. Hanc etiam distinctionem pulchre admodū innuit Paraphrasis Chaldaica, quā sic habet, In labore virorum laborantium, in lege nō loquuntur, vel nō censentur, vel nō computantur: & cum hominibus iustis qui patiuntur martyria, nō vulnerantur, vel flagellantur. ¶ Versu septimo, Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transferunt in affectum cordis. Huiusmodi non sunt illi qui tantum ex infirmitate peccant, a propria concupiscentia, vel aliorū persuasione obstrati & illecti in malum, aut qui ex errore & ignorantia delinquant, qui cū timore & remorsu peccant, aut certē non peccarent, si malum agnoscerent, neq; isti adhuc in affectum cordis transferunt: sed illi qui sunt obstinati in sua impietate, & ex perueria malitia ac sciētia operantur quod malum est, absq; timore & pudore, tali animi statu cōpositi, vt quicquid affectus carnis suggererit, audacter audeant patrare: de quibus scribit Apostolus, dicens: Qui desperantes, siue (vt Hieronymus transferendū potius censet) indolentes; hoc est, absq; dolore & remorsu peccantes, tradiderunt semetipsos impudicitiae, in operationem omnium immunditiae. ¶ Versu octauo,

A Iniquitatem in excelsis loquuti sunt. Videtur in excelsis accipiendū, pro in excelsum, tum propter Græcam litteram quae habet *is* & *is*, id est, in excelsum, casu accusatiuo, quomodo etiam habet *le-* *stio* Romana: tum propter sententiā. Videtur enim sensus esse quasi in sublime, contra caelū & residentem in caelo, ita vt significetur blasphemia eorum in altum conscendere, ad sedentem in caelū, quemadmodū statim sequens indicat versiculus. Nisi forte intelligatur, in excelsis, pro in sublimi, vel superbo corde, vel quasi de excelsis: quemadmodū superbi quasi de excelsis loquuntur, sese omnibus altiores aestimantes, & praese cunctos despicientes. Cui expositioni cōsonat quod habet Paraphrasis Chald. Ad violentiam de celsitudine cordis loquuntur. ¶ Versu nono, Posuerunt in calum os suum. In Elucidatione solum de blasphemia in Deum sumus interpretati. Verū sub blasphemia in Deum, comprehendendi debent etiā conuitia & maledictiones in ministris ac sanctos eius. Vnde Paraphrasis Chald. habet, Posuerunt in sanctis caelorum os suū, quod nostris hūc infelicibus temporibus egregie impleri cernimus ab iis, quorū dentibus nō sufficiunt Ecclesiae huius militantis vniuersa membra & capita, nisi & linguis suis venenati sanctos cali cōspuant. Sed est qui videt omnia Deus, qui viperis venena sibilantibus linguas quandoq; praescindet, easq; ferrea claudet muscipula (aeternum dico infernalis carceris claustrum) vt virus suum ultra nequeant nisi in sese euomere. Pro eo quoq; quod in secunda parte dicitur, Et lingua eorum transfuit in terra, pulchre eadem Paraphrasis habet, Et lingua eorum inflammavit vel afflixit vel vssit iustos terrae. Sunt enim molestae linguae istae viperinae omnibus hominibus, & parcunt nemini, adeo vt cuiquam deferre turpissimū sibi putent. ¶ Versu decimo, Ideo conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis: Manifestum est ex Græco, dictionem hęc nō esse pronomen, sed aduerbium. Intelligunt autem quidam passum istum hoc modo, Propter praedicta, populus sanctorum Dei, vel populus fidelis in hac tentatione auertetur a Deo suo, & conuertetur ad vias impiorum: & tempus plenorū dierum, id est, multum tempus inuenietur in eis, sic malorū viam sequentibus, multo scilicet tempore permanent in scandalo illo, in assimilatione impiorū ex praedicto scandalo, sic tamen vt qui electi sunt, tandē redeant ad dominū. Hanc verō intelligentiā probet qui vollet. Nos in Elucidatione aliā dedimus, quam putamus sequentibus magis consonare. ¶ Versu decimoquarto, Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Hęc sunt quae iustus quilibet in sese habere debet: primū quidē flagellare, quod est (iuxta Apostoli verbum) castigare corpus, & in seruitutem redigere, carnemq; 1. Cor. 6. cum vitis & concupiscentiis crucifigere, varia quoq; pro iustitia amore obtingentia mala ferre cū Galat. 5. patientia. Deinde, castigatio habeat necesse est in matutinis. Quid autem sibi vult ista in matutinis castigatio? Nimirū vt discutiat homo matutino tempore, primo diluculo, quando tranquilla sunt omnia, statum vitae suae, atq; ad examen reuocet cunctas suas cogitationes, affectiones, loquutiones, operationes: & si quid inuenerit quod Deo non placeat, vt seuera distinctione id cōdemnet ac puniat, firmato proposito id ipsum nunquam resumendi. Atq; hęc castigatio siue examinatio in matutinis, tunc fit commodissime, quando nullis passionū nebulis mens est obscurata, quando nullis tumultibus conturbata, nullis distractionibus est impedita, vt absq; nocumento limpidius possit etiam minima quaeq; discernere, & seuerē omnia diiudicare, iuxta consilium beati Apostoli dicens, Si nos ipsos diiudicauerimus, non vtiq; a domino iudicabimur. Illud enim experientia certa in 1. Cor. 11. seipso discit, quisquis huic castigationi secundū timorem Dei dat operam, frequenter euenire, vt ea quae vespertino tempore post multas occupationes ac passiones iudicium habens impeditum, absq; vlllo conscientiae remorsu, absq; omni dolore vel agit vel loquitur, eadem tempore matutino, cum in memoriam reuocauerit pridie dicta siue facta, grauissime illi displicere incipiant, ac pro eis sibi ipsi plurimum indignetur, seque vehementer increpet & castiget, q̄ eiusmodi sic vel egerit vel dixerit. Et sit quidem non raro, vt per diem hilarior quis factus excedat, siue in cibis ac potibus, siue in iocis & multiloquio, siue in mala temporis insumptione, quae tamen ob gaudium quod possidet, suauiter dissimulat, diēq; peragit in letitia. At verō vbi post noctem mane aduenit, & passio omnis diurna abscesserit, tum demū cum dolore sese offerunt quae pridie in suauitate & dulcedine gesta praeterierunt: & sit tunc quidem antē gestarum rerum memoria tanto amarior, quātō dulcior fuit earum praesentia. Qui autem hanc in se castigationem nō experitur, qui aequae & mane & vespere absq; remorsu, absque sui ipsius reprehensione ac diiudicatione perseuerat, merito sibi metuat huiusmodi. Domus enim absque custodia, familia absque rectore est, domus illius: & male metuendū est, ne tenebrarum dominus cor illius possideat, mentem obscurans caligine, vt patrata vitia nolit agnoscere. ¶ Versu decimoquinto, Si, dicebā, narrabo sic, ecce nationem filiorū tuorū reprobauit. Quantū ad vim sententię, satis planē arbitror in Elucidatione omnia explanata. Verum ordo ipse verborū videtur difficultatem secum adferre. Et quidē si coniunctione cōditionali postposita, ita haberet oratio, Dicebam, si narra bo sic, nō magna foret difficultas. Nunc autem turbat intelligentiam, q̄ mutato ordine ita dicitur, Si dicebā, narra bo sic. Mihi videtur facile omne incommodum posse euadi, si tantū verbum illud, dicebā, per parenthesis accipiamus interiectū, hoc modo, Si (dicebam) narra bo sic, ecce reprobauit nationē filiorum tuorū, sic enim sensus idem erit, ac si coniunctio postponeretur, hoc modo, Dicebam, si narra bo sic. Atq; ad hunc modū fecisse videmus beatus Hieronymū in sua versione ex Hebræo, quae sic habet, Dixi, si narra uero sic, ecce, & cetera. cum tamen in Hebræo manifeste ponatur cōiunctio in ipso versus initio. Illud autē reprobauit, hoc loco valet, condemnaui, vel iniurius fui, vel iniuriā feci, male videlicet de illis sentiendo & male loquēdo. Indubie enim multū iniurius fuerit electis Dei, qui frustra illos & vanē dixerit seruire Deo:



¶ Versu decimo septimo, Donec intrem in sanctuarium Dei. In Elucidatione exposuimus de beato ingressu ante conspectum diuinitatis in vita ventura. Attamen generalius potest intelligi ingressus iste in sanctuarium Dei, quoties quis mentem à temporalibus subleuans, spiritu sese Deo presentē exhibere sat agit, & transitoria ista transcendens ad contēplanda per fidem aeterna animi transfert, sicq; à Deo illuminari meretur & erudiri, quantum quidem pro hac via contingit homini. Nam sic templum Dei quotidie visitare possumus, quotidie introire sanctuarium, ac nouissima tam iustorum quam impiorum à longe in enigmate cōsiderare. Quod ubi facimus, diuina eruditione instructi, facile impiis suum hunc temporalē florem cōcedimus: nec eis inuidebimus, imo cōpatiemur magis & miserebimur illorum, qui pro tam immensis gaudiis & aternis, hęc acceptant temporaria, nulla ex parte illis conferenda. Chaldaica tamen translatio magis respondet expositioni altera. Sic enim habet, Vsq; ad tempus redemptionis, quo veniam ad sanctuarium Dei, & intelligam finem eorum. Hoc autem tempus redemptionis, intelligere videtur, à corpore mortis huius in vitam aeternam: & sanctuarium Dei, beatam eius presentiam. ¶ Versu 18, Veruntamen propter dolos posuisti eis. Videtur oratio defectum pati, & subaudiendum accusatiuum, mala, quin in Græco item & in Psalterio Romano exprimitur. Sic enim Græce legitur: *ἐν ἀπορίας κακῶν*, id est, posuisti eis mala, quomodo habet etiā Romanum Psalterium. In altera autem parte huius versus, Deiecisti eos dum alleuarentur, Græce est *ἐν ἰσχυρίων σου*, hoc est, in alleuando, vel potius in eleuando, id est, dum eleuarentur vel in altū ferrentur, aut hoc ipso quod efferebantur aut eleuabantur per suam superbiam. Alleuatio enim siue elatio, occasio est præstata, & causam præbet grauissimi casus. Quanto enim gradus altior, tanto casus grauior. Et dum seiplos omnibus præponere, omnibus anteferre laborant, sibi causa fiunt vt in ima ruant, & infra omnes infimos locū accipiant in pœna, qui hęc supra omnes sese eleuare conati sunt in temporali gloria. ¶ Versu 20, Velut somnū surgentium, domine in ciuitate tua imaginem ipsorū ad nihilum rediges. Vocatiuus, domine, aptius posterioribus q̄ prioribus coniungitur. Illud verò, ad nihilū rediges, in Græco vno vocabulo dicitur *ἐξουδένωσες*, quod vno verbo dici potest annihilabis: quod alicubi vertitur, ad nihilū rediges: alicubi, pro nihilo reputabis: quemadmodū circa illud Psalmi. 78. diximus, Ad nihilū deduces omnes gentes. Potest ergo & hic intelligi, Domine in ciuitate tua superna, pro nihilo reputabis, & nihil esse demōstrabis imaginē illorum, id est, imaginariā felicitatem eorum. Illic enim ubi verā præbet felicitatem, omnibus modis impiorum temporali prosperitati incomparabilē manifestat re ipsa, nihil esse quod illi in vita acceperāt, neq; fuisse nisi imaginem & somnū quoddam felicitatis: tamen illi sibi mire placerēt sua illa vmbra tili felicitate, aeternā nescientes: quemadmodū is qui in dulci somnio iocundatur, nō minus se putat felicem, donec in ipso perseverat somnū, q̄ is cui verē id contingit, quod iste sibi somniat. Post set quoq; per imaginē impiorum intelligi eorū memoria, quā verē Deus in ciuitate sua ad nihilū rediget: quoniam omnem impiorū memoriā delebit, nec in ecclesia sanctorū perdurabit. ¶ Versu. 22. Vt iumentū factus sum apud te, & ego semper tecū. Hucusq; visus est Psalmista, in sapientiū siue imperfectiorum in tentatione loquentiū gessisse personam. Versu autē mox præcedenti, cœpit prudētis verba proferre, eaq; in finem vsq; prosequitur. Verē enim sapit, qui hoc intelligit, quod huiusmodi querimoniis (quales per totū psalmum propositę sunt) ratiocinari & disquirere velle cū murmure, Dei iudicia, nihil aliud q̄ affligit cor hominis atq; cōsumit, vt nihil agere libeat boni, & torpidum sese ac desidē prorsus inueniat homo ad omne opus bonū: propter quod melius iudicat huiusmodi omnes tentationes seponere, & tanquā iumentum Deo sese plenē submittere, quemadmodum in sequētibus subiungitur, quo sic à Deo per viam huius vitę perducere mereatur in gloriā vitę quę ventura est. ¶ Versu. 23. Et in voluntate tua deduxisti me. Illud, in voluntate tua, in Elucidatione exposuimus, in tuo beneplacito, in tua bona voluntate, quasi in benignitate tua: quoniam scilicet voluisti. Potest tamē aliter intelligi: Deduxisti me secundū voluntatē tuā, id est, quocūq; voluisti, me videlicet iam absq; ratione & perquisitione te libētē insequente ad omnia neq; in vilo remur mufante, posteaquā vt brutum factus sum apud te. In Græco habetur *ἐν τῇ βούλῃ σου*, quod recte verti poterat, In cōsilio. Atq; ita sensus erit, tuo cōsilio, vel per tuū cōsiliū deduxisti me, interna scilicet tua inspiratione, per spiritū cōsiliū, viam in agendis omnibus demonstrando. Atq; huic cōsonat, quod pulchre habet Chald. Paraph. In cōsilio tuo deduc me in mundo isto: & postquam cōpleueris gloriā, quam dixisti venturā super me, suscipies me, hoc est, donec in hoc mūdo fueris, dux mihi eris per cōsiliū tuum: & in venturo sæculo suscipies me in gloriā, quam es pollicitus seruis tuis. ¶ Versu 24, Et à te quid volui super terram? Potest intelligi, quid abs te volui, quid à te postulauī, pro qua te rogauī, ex omnibus quę sunt super terram? Melius tamen accipiendū videtur vt improprie dictum, loco præter te, vt sit sensus, Quid à te aliud, quid præter te, quid nisi te, quid extra te volui super terrā? Nam & in Græco habetur præpositio, non *ἀπὸ*, sed *παρὰ*, quę huic sententię recte fauet. Deinde & sententia videtur commodior. Et consonat aptius lectiōni Hebraicę, quę habet, Quid tecum volui in terra? Idem enim est, nihil velle habere aliud simul cū Deo, & nihil velle aliud præter Deum. Manifestius etiā habet Chaldaica Paraphrasis, Tecum socium non volui in terra, id est, quod simul tecū amarem vel haberem, sed te solum volui. Cæterum, quomodo Deus pars nostra in sequenti versu dicatur, ex iis quę dicta sunt in expositione Psalmi. 17. in versum illum, Dominus pars hereditatis meę & calicis mei, plenius poteris cognoscere: quemadmodum & illud versus vltimi, In portis filię Sion, manifestum relinquimus ex Psalmi. 9. enarratione, vbi de eisdem his portis dicitur, Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciē omnes laudationes tuas in portis filię Sion.

Psal. 78.

Psal. 75.

Psal. 9.

LXXIII. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste, populi fidelis est in maxima desolatione & oppresse positus: qui recte veteri illi populo Iudeorū in Babylōnica captiuitate posito posset aptari. Nos tamen maluimus ad nostra referre tempora: in quibus (proh dolor) videmus per singulos fere annos, immanissimos Agarenos (qui sibi Saracenorum nomen falso vendicant) iuratos & obfirmatissimos hostes Christiani nominis, vi armorum loca occupare populi Christiani, sancta prophanantes, Christi templa & sacramenta Ecclesiastica temerantes: denique & populū fidelium sub tributa redigentes, imò exquisitis suppliciis crudelissima morte perimētes: id quod proximo quoq; elapsō anno maximo mœrore, per Christianissimū Hungarorum regnum factum audiuimus. Recte ergo nunc huius Psalmi vsus nobis conueniet, cū pro fidelium populorū desolatione, contra immanissimos hostes, Deo nostro supplicare voluerimus. In quo, primū querimonia cū postulatione Deo proponitur, vt in hereditatē suam oculos flectere dignetur atq; vt facilius fiat ex auditio, crudelitas & superbia hostiū, tam in populum quam in sancta Dei cōmemoratur: ac deinde versu. 11. & 12. rursum querela proponitur, q̄ nunc Deus ita suos deserat, quā olim pro patribus mirabilia signa ediderit coram omnibus gētibus, in maris rubri diuisione, in Pharaonis submersione, in Iordanis exiccatione, quum etiā potentia illi nulla desit, vt pote qui dominus sit omnū temporum & omnium finū terrę, omnium plenam habens potestātē: vt manifestum sit, non deesse illi potentiā saluandi suum populum, si tantū velit. Propter quod, versu 19. ac deinceps, ad finem vsq; multis uerbis exaggerando postulat, ut ad miseriam populi & inimicorū crudelē superbiam aspiciens, suos pauperes non relinquat in manibus truculentissimarum beluarum. Ac tandem, si forte nihil humana Deū moueat miseria & populi afflictio, ut uel sui nominis contemptum & blasphemiam, quę in ipsum iugiter ab infidelibus coniciuntur, aspiciat, ut uel hac de causa ultionem in reprobos exer ceat, superbia tumidos, Deoque superbe & bonis omnibus aduersantes.

SEPTVAGESIMITERTII PSALMI ELUCIDATIO.

1 Vt quid Deus reputasti in finem:

\* iratus est furor tuus super oues pascuę tuę?

2 Memor esto congregationis tuę, quam poscedisti ab initio.

3 Redemisti virgam hereditatis tuę:

\* mons Sion, in quo habitasti in eo.

4 Leua manus tuas in superbias eorum in fine:

\* quanta malignatus est inimicus in sancto.

5 Et gloriati sunt qui oderunt te: \* in medio solennitatis tuę.

6 Posuerunt signa sua signa, & non cognouerunt, sicut in exitu super summum.

7 Quasi in sylua lignorum, securibus exciderunt ianuas eius in ididsum: \* in securi &



quare o Deus noster, nos populum tuum, ita penitus tradis & derelinquis in manus hostium tuorum, perinde ac si nos à te in totū repuleris, & nulla prorsus tibi amodo cura sit de nobis: \* & quare furorē tuę iracundię ita ostendis aduersus populum tuum, qui sunt oues sanctę pascuę tuę, quorū tu rector & pastor es, defensorq; & propugnator, populū Ecclesię sanctę tuę. 2 Memor esto Ecclesię tuę sanctę, vt eā ita in hostiū manibus non derelinquas, sed tua potentia liberares, quā ex antiquis diebus possedisti, quā in patribus primum ex Aegypto in manu potenti eduxisti, vt esses dux eius: ac deinde tui etiā sanguinis pretio tidi emisti, & redemisti in possessionem sempiternam, 3 Redemisti (primū quidem in brachio valido, de manu Pharaonis & Aegyptio, deinde sanguinis tui maximo pretio, de potestate diaboli & damnatione mortis) funiculū hereditatis tuę, id est, populum tuum, quem in hereditariā possessionem tibi elegisti: \* imple est mons Sion, Ecclesiā tuā, fidei cōtemplatione exaltata atq; firmata, in qua habitationem tibi constituisti & confirmaisti in sæculū, quam elegisti vt habitares in ea, tanquā in domo & familia tua. 4 Extende manū tuam, & ad vindicandum leua brachiū tuum, aduersus superbiam inimicorū nostrorum: noli vltra permittere; vt suam contra nos impietatē possint perficere, non abeant impuniti, sed redde illis iuxta merita sua: \* quanta enim sunt, q̄ multa, q̄ graua, q̄ immania, q̄ truculenta, q̄ inaudita, quę populus hostium maligne egit aduersus populum sanctum tuum: vt merito non videantur vltra tolerandi, neq; à misericordia tua, qua semper tuis soles in opportunitatibus misereri, neq; à potentia, per quam hostium soles furorē comprimere. 5 & in his malis, quę contra tuum populū peregerunt, gloriati sunt aduersarii nostri & tui, quasi contra te etiā preualuerint, quasi tu non potueris nos saluare de manu ipsorū. Sū enim potentia, nō tuā permissioni omnē ascribunt victoriā: \* gloriati sunt, inquam, & victorię signa ostenderunt, in medio solennitatu tuarum: in ipsis festiuitatibus, in quibus te solet colere populus tuus, isti suas glorias & pompas exhibuerunt, vt nō liceret nobis sanctificare tuū nomen in solennitatibus tuis. 6 Et exerunt vexilla sua & trophæa in signa victorię, sicut in exitibus ciuitatum, in portis, super eminentissima vrbis loca, quasi gloriantes plurimum de victoria contra populum Dei: & non cognouerunt, q̄ non ipsi sua virtute, sed tua magis permissione propter peccata nostra, cōsequuti sint hanc de nobis victoriā. 7 Quemadmodū in sylua lignorum cafores absq; timore feriunt in ligna securibus suis, & præcidunt ea: sic isti nullum dantes locis sanctificatis honorem, ianuas templorum tuorū, pariter iunctis viribus, vnanimis in malitia & crudelitate exciderunt: \* instrumentis quibus ad eam rem vti solent in syluis (cuiusmodi sunt securis & bipennis) vsi sunt ad deiiciendas val-

C



ascia deiecerunt eam.  
 8 Incenderunt igni san-  
 ctuariū tuum in terra:  
 \* polluerunt taberna-  
 culum nominis tui.  
 9 Dixerūt in corde suo,  
 cognatio eorum simul:  
 quiescere faciamus om-  
 nes dies festos Dei à ter-  
 ra.  
 10 Signa nostra non vi-  
 dimus:  
 \* Et iam non est Pro-  
 pheta:

\* Et nos non cogno-  
 scet amplius.

11 Usquequo Deus im-  
 properabit inimicus:  
 \* irrat aduersarius  
 nomen tuum in sinem?  
 12 Vt quid auertis ma-  
 num tuam, & dexte-  
 ram tuam de medio si-  
 nu tuo in sinem?  
 13 Deus autem rex no-  
 ster ante sacula, opera-  
 tus est salutem:  
 \* in medio terre:

14 Tu confirmasti in  
 virtute tua mare:  
 Exod. 14. \* contribulasti capita  
 draconum in aquis.  
 Ibidem.

15 Tu confregisti capi-  
 ta draconis:

uas templorum, & ad excidendū atq; destruendum hereditatē tuam: & adificationes populi tui. 8 Igne incenderunt non tantū domos pro-  
 phanas, sed loca etiā tuo consecrata cultui, tuo honori nihil deferen-  
 tes: \* polluerunt & contaminauerunt tabernaculū dicatum nomini  
 tuo, templa sancta in quibus inuocabatur nomen tuū, agendo in illis  
 quæ nequaquā erant licita, & omnia quæ in ipsis erant ad cultū tuum  
 deputata (vt vestimenta & vasa sacra) cōfringentes, & conuertētes in  
 vltim suum. 9 Dixerūt, tota ista generatio praua & peruerfa impio-  
 rum, pariter vnanimē, & cōspirauerunt conueneruntq; in hoc pari-  
 ter, vt oēs dies festos Dei facerēt cessare in populo fideli, quo sic me-  
 moria cultus Dei facilius ē cordibus hominū excideret: pposuerunt  
 prohibere celebrationē omnium solennitatū & festiuitatū, quas ha-  
 bebant in reuerentiā memoriæ Dei fidelis populus, vt sic facilius ani-  
 mum nostrū abs te alienū redderent. 10 Et interim quidē, dum ista  
 tam abominabilia patitur populus tuus, absq; auxilio nō defuit qui  
 cōmoueri incipiunt atq; vacillare imperfecti, qui querulātes dicunt,  
 Ecce signa nobis fieri nulla videmus, quomodo olim fieri solent pro F  
 patribus nostris, nullū prodigium pro nostra liberatione videmus,  
 quemadmodū solent olim experiri patres nostri: \* insuper neq; Pro-  
 pheta quisquā, aut vir magnæ sanctitatis apparet, qui potens sit in mi-  
 raculis & sermone, qui nobis loquatur ex ore domini, vel qui nos cō-  
 soletur in his omnibus tribulationibus nostris, aut qui nos iubeat ef-  
 se bono animo, quiq; nobis indicet quandiu sit duratura hæc desola-  
 tio: \* & ita satis apparet, q nos Deus iam prorsus abiicerit, q nullam  
 vltra curā habeat nostri, vt olim habuit patrū nostrorū. Si enim ad-  
 huc nos respiceret, & nostri gereret curā, vt via aliqua nos liberaret,  
 vt olim patres per signa maxima saluauit: aut certe Propheta aliqū  
 mitteret, qui populū vel consolaretur vel instrueret, quemadmodum  
 olim fuerūt patribus nostris qui populū monebant penitentiā age-  
 re, & viā docebant qua Deū sibi possent placatū reddere. Cū ergo ni-  
 hil horū nunc faciat, videtur nos non amplius pro suo populo agno-  
 scere, videtur nos quasi alienos habere. 11 At tu domine Deus, quan-  
 diu patieris aduersarios nostros improperare nobis ac tibi, dicentes, G  
 q tu Deus noster potens nō sis ad saluandū nos, & male de te loqui:  
 \* quandiu tandē te permittente, irrat nomen tuū aduersariū no-  
 stri, quādiu impune in te iacent blasphemias & cōiuitia? 12 Et qua-  
 re in sinē vsq; tandiu auertis à nobis benignū aspectum vultus tui, vt  
 nō ostendas nobis tuā fortem potentiā? & quare in sinē tandiu auer-  
 tis sine definis aut cessas extrahere manū dexteram tuā de medio sinu  
 tuo? quare tandiu cōtines manum tuā in sinu, sic omnia illos impune  
 permittis agere, nec illis resistis, quemadmodū homo qui in sinu ma-  
 num cōtinet otiosus? Extrahe illā potius de sinu, exere, & ostende po-  
 tentiā tuam: sentiāt illi vlticē, & nos adiutricē manum tuā, vt illos  
 digna vltione ferias, nos verò benigna liberatione defendas. 13 Nos  
 enim cognouimus & scimus, nō deesse tibi potentiā, si modo velis eam  
 ad nostrā salutem cōvertere. Tu siquidē qui es dominus Deus noster,  
 ab aeterno in te ipso perfectissimus, ab initio mūdi creatiōis, omnib; H  
 diebus patrū nostrorū operatus es pro patribus nostris in magnitudi-  
 ne omnipotentis dexteræ tuæ salutē: \* in signis atq; prodigiis magnis,  
 quasi in medio terræ, coram vniuersis populis & regnis & nationibus  
 per circuitū: atq; ita glorificare te ipsum soles atq; sanctificare in con-  
 spectu gentiū per circuitum, simul & populū tuum magnificare. Sci-  
 mus autē manum tuam: quam olim extendisti, nō esse abbreviatā: ea-  
 demq; omnia quæ olim potuisti, etiamnū posse, si tantū velis in opus  
 extēdere nunc otiosam, 14 Tu in virtute omnipotentis tuæ, olim  
 pro liberatione patrū nostrorū filiorū Israel, cōsolidasti mare rubrū,  
 firmūq; ac solidum fecisti, vt in modū muri stare transuentibus à  
 dextris & à sinistris: \* ac post transitū electorum tuorū, feroces Aegy-  
 ptios (qui in modū draconum populū tuum hostili animo deuorare  
 quarebant & interficere) insequi volentes electorū tuorū vestigia, tu  
 operuisti aquis, & demersisti in pfundū, ita vt nec vnū illorū euaderet.  
 An non hoc maximū potentiæ tuæ signū erat? An non & nunc similia  
 possis pro populi tui salute, si tantum velis? 15 Contriuisti illic ca-  
 put Pharaonis illius magni draconis, & superbi Leniathan, qui cuba-  
 bat in medio fluminū Aegypti, qui sese anulus fuit opponere tibi, ipsum

\* dediisti eum escam po-  
 pulis Aethiopum.  
 16 Tu dirupisti fon-  
 tes & torrentes:  
 \* tu siccasti fluuios  
 Ethan.

17 Tuus est dies, &  
 tua est nox:  
 \* tu fabricatus es au-  
 roram & solem.

18 Tu fecisti omnes ter-  
 minos terræ:  
 \* astatem & ver tu  
 plasmasi ea.  
 19 Memor esto huius:

\* inimicus impropera-  
 uit domino, & populus  
 inspiens incitauit no-  
 men tuum.

20 Ne tradas bestiis  
 animas confitentes tibi:  
 \* & animas pauperū  
 tuorum ne obliuiscaris  
 in sinem.

21 Respice in testamen-  
 tum tuum:

\* quia repleti sunt qui  
 obscurati sunt terra, do-  
 nibus iniquitatum.

22 Ne auertatur hu-  
 milis factus confusus:  
 \* pauper & inops lau-  
 dabunt nomen tuum.

23 Exurge Deus, iudi-  
 ca, causam tuam:

interfecisti inuoluens fluctibus cū omni apparatu suo: \* eūq; de-  
 merisum cū suis omnibus dediisti in escam Aethiopiis, proiecisti eos  
 in escā & cibum atrorū dæmonū, in portionē eorū proiecisti eos, in la-  
 cum damnationis aeternæ: quod quidē multo grauius fuit corporali  
 illa demersione aquarū. 16 Post hæc, eidem populo tuo per disru-  
 ptionem petræ dediisti fontes ita copiosos, vt torrentes & fluuii ex a-  
 quis prodeuntibus decurrerēt: illic vbi antea nunquā aqua fuerat: a-  
 quam de petra in maxima abundantia dediisti eis: \* insuper & fluuios  
 Ethan, id est, flumina fortia tu exiccasti: quemadmodū flumen Iorda-  
 nis, quod erat rapidū & forte flumen, siccū fecisti, vt per ipsum transi-  
 re possent filii Israel, ad terrā promissam sibi ac patribus suis. Si ergo  
 nunc pro populo tuo liberādo aliquod virtutis signū ostenderes, nō  
 hoc nouū tibi foret, neq; tuo populo insolitū. 17 Insuper tempora  
 omnia, & temporū vicissitudines in manu tua sunt, dies & nox secun-  
 dum vicissitudinē inuicem sibi iugiter succedūt tuo imperio: \* neq;  
 id mirum, quandoquidē tu es qui condidisti omne lumē, siue minus,  
 quemadmodū est lumen auroræ: siue maius, cuiusmodi est lumē solis.  
 Tu enim fecisti omnia luminaria, luminare maius quod præsit diei, Gene. 1.  
 & luminare minus quod præsit nocti, & stellas quæ lucēt in firmamen-  
 to. 18 Tu fecisti omnes terminos ordiis terræ, orientē scilicet, occi-  
 dentē, aequilonē, & meridē, & cuncta quæ sunt in omnib; finibus ter-  
 ræ simul fecisti, & omnium quæ in eis cōtinentur, plenā habes potestātē  
 \* diuersorū quoq; tēporum anni vicissitudines, ac secundū diuersas  
 qualitates variabilitatē, tu similiter disposuisti: diuidēs scilicet annū  
 in partes quatuor, nēpe, in ver, æstatē, autumnū, & hyemē, singulāq;  
 harū partiū suis propriis qualitibus determinans. 19 Tu ergo, po-  
 tentissime Deus, quæ constat & temporū, & quæ in eis sunt, omnium ha-  
 bere potestātē, qui tantā olim ostendisti potentiā, vt præarrata po-  
 tueris præstare, pdigia: esto etiā huius memor iniuria, hanc etiā attē  
 de impietatē, qua nunc tuū nomen blasphematur, & tuus populus af-  
 fligitur: \* quod scilicet inimici nostri blasphemaerunt te dominū  
 Deum nostrū, & populus iste stultus & infidelis hominū alienigenarū  
 in te nō credentium exacerbauit & irritauit nomē tuum, tuo nomini  
 sese oppluit, vt ipsum deleret, ipsūq; cultum exterminaret de terra.  
 20 Ne permittas fideles tuos te agnoscētes, & tuo nomini ex fide pu-  
 ra cōfidentes, ita misere venire in manus infidelium, qui sunt velut bel-  
 uæ immanes, quasi absq; intellectu te Deum nō agnoscētes, & absque  
 misericordia, innocētes fideles tuos absq; omni compassione crude-  
 lissime interficiētes: \* & pauperes simplices ac humiles fideles tuos,  
 ne obliuiscaris in aeternum, neq; eos perpetuo in potestate impiorum  
 istorum permittas, vt eos perimāt & trucidēt pro suo libito: sed tandē  
 aliquādo respice ad auxilium eorū qui in te credunt, & cōfidunt in sa-  
 lute tua. 21 Respice & attende ad testamētum pactumie tuum quod  
 fecisti cum electis, memor esto pmissionis & pollicitationis eis facte  
 q non esses derelicturus qui tribulato sunt corde, humiles autē spiri-  
 tu saluares: fac, tuo testamēto satisfacias, vt verax cōproberis erga fi-  
 deles tuos: \* nam obscurati terræ, illi qui super terrā obscurati sunt,  
 infideles isti & alienigenæ pleni tenebris infidelitatis & errorum, ex-  
 cæcatur & obscuratur cor habētes, ipsi sunt repleti domib; iniqui-  
 tatum, cōscientiis inquinatissimis, & omni abominatiōe plenis, qui-  
 bus valde indignum videtur & durum tradi sanctos tuos in potestātē  
 vt illis subiiciatur, & illorum debeāt parere imperio. 22 Nō auer-  
 tas, neq; à te cōsulam abiicias populum tuum valde humiliatū & ni-  
 mium afflictum, oppressūq; ab aduersariis, nō repellas in exauditum  
 cum cōfusione populum tuum qui se in cōspectu tuo humiliat, tuam  
 opē ex tota pectoris fiducia postulas: \* pauperes & inopes fideles tui  
 cōstebunt tibi, & laudē dicent nomini tuo, cum eis bene feceris,  
 cum eos pro tua benignitate exaudieris. 23 Noli amplius dissimila-  
 re, ne vltra distuleris vindictā, sed exurge ad faciendum iudicium pro  
 populo tuo. Atq; etiam si nos ppter nostra peccata digni simus mala  
 tanta perferre: attamen dignum nō est, vt tuo nomini talia inferātur  
 opprobria. Propter quod, etiam si ex nostra parte nō cōmouereris; vt  
 te nostra nihil cōmoueat afflictio, certe pro tui nominis honore Ze-  
 lare debes, & vindicare opprobrium nominis tui, quo affectus es ab  
 impiissimis istis alienigenis: dum & sancta tua pphanant, & nomē  
 C ii

\* *memor esto impro-  
riorum tuorum, eorum  
que ab insipiente sunt  
totā die.*  
24 *Ne obliuiscaris vo-  
ces inimicorum tuorum.*  
\* *superbia eorum qui  
Hebr. 4. te oderunt ascendit sem-  
per.*

tuum blasphemarunt, tuumq; cultum, quantum in ipsis fuit, extirpa-  
re conati sunt: \* attende ad impropria & cōiutatorias blasphemias  
quæ iugiter tibi inferuntur à populo infideli & peruerso, qui tuū no-  
men absq; timore blasphemant, eo qd se videant nullam inde vltionē  
percipere. 24 Noli dissimulare, neq; quasi nō aduertens inultas re-  
linquere impias voces aduersariū tuorum, qui & tibi & nobis pro-  
pter te obfirmato odio aduersantur: \* ecce enim superbia & præsum-  
ptio infidelium istorum qui te odiunt, & te in tuis cultoribus perse-  
quuntur, nunquā quiescit, sed ascendit iugiter, assidue machinantur  
aliquid aduersus nomen tuum, aut populum tuum: id quod te latere  
non potest, cuius oculis omnia nuda sunt & aperta. Propter quod, cō-  
cludentes, tam ob tuæ gloriæ contemptum, quā ob nostræ afflictio-  
nis miseriam, postulamus mitti nobis desuper contra inimicos nos-  
tros auxilium, vt de manibus sauisimorum hostium eruti, quietam  
& tranquillam in sancto tuo seruitio vitam ducamus.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXXIII.

**V**ersu primo, Vt quid Deus repulisti in finem? Plurimū habet conuenientiæ hic Psalmus cum  
eo qui est in ordine quadagesimustertius, & est vtriusq; pene eadē materia, desolatio scilicet  
populi Dei sub oppressione hostium infidelium: à qua postulatur diuina liberatio. Vterq;  
allegat quæ prius Deus veteri populo exhibuit mirabilia beneficia, & quā mirabiliter priores illi  
patres Dei manu sint proiecti commemorat, vt facilius impetretur misericordia. ¶ Versu secundo,  
Memor esto cōgregationis tuæ, quā possedisti ab initio. Si ad populum veterē Hebræorum hoc refe-  
ratur, possedit istos Deus ab initio, ex quo eos de Aegypto eduxit. Si verò ad populū noue legis, pos-  
fedit eos Deus ab initio, ex quo placuit ei in sanguine suo emere genus humanum à patre, de manu  
diaboli, & per Apostolos ædificare Ecclesiā. Ab eo si quidē tempore, nō desit Christus dominus pos-  
fidere suam Ecclesiā, nunquam eam dereliquit, quemadmodum neq; derelinquet in finem. Eundem  
hunc populum fidelē in versu sequenti vocat virgā hereditatis, id est, virgam hereditariā, hoc est,  
hereditariā possessionem. Videtur enim virga hereditatis, idem hic esse, quod alibi dicitur funicu-  
lus hereditatis, dicente Moysē, Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius.  
Estq; ratio eadē, cur hereditas domini virga dicatur & funiculus, quoniā scilicet mensuris & funi-  
culis terra diuidebatur. De monte autē isto, in quo habitat Deus, supra dictum fuit, Psal. 67. Mons  
in quo beneplacitū est Deo habitare in eo, etenim dominus habitabit in finem. ¶ Versu sexto, Po-  
suerunt signa sua signa, hoc est, signa vexillorū suorum posuerunt pro trophæis, exerunt in signa  
victoria. Vnde B. Hieronymus vertit, Posuerunt signa sua trophæa. Videtur autē quod sequitur, Et  
non cognouerunt, per parenthesis esse interiectum, vt quod proxime sequitur: sicut in exitu super  
summū, iungatur prioribus, ad hunc sensum, Posuerunt vexilla sua pro trophæis & signis victoriæ,  
quasi in exitibus, in portis, super loca altissima, quemadmodū fieri solet à gloriantibus de victoria.  
Vnde in libro Iudith legimus, vitricis mulieris consilio, caput Holofernis in muro suspensum. Si-  
militer & corpora Saul ac filiorū eius in muro Bethsan à Philistæis fuere suspensa in victoria signū.  
Illud autē, Et non cognouerunt, separatim legendū videtur, indicans, hostes nō agnouisse quid age-  
rent, & vnde sibi victoria proueniret, & c. quemadmodū in Elucidatione explanauimus. ¶ Versu se-  
ptimo, In securi & acia deiecerunt eam. Psalterium Romanū habet ea, vt referat hereditatē, velut etiā in prio-  
ri parte, ianuas eius accipimus, ianuas hereditatis Dei, Ita q; sensus erit, In securi & bipenni subuer-  
terunt & destruxerūt hereditatē tuam, omnia cōfregērunt & cōminuerunt ausu temerario, hostes  
insanientes. Fit autē hoc ex Græca lectione manifestius, vbi tam genitiuus eius, q̄ accusatiuus eam,  
genere femineo manifeste cernitur haberi. ¶ Versu decimo, Signa nostra non vidimus. Manifestū  
est hanc vocem non esse illorum qui in versu mox præcedēti dicebant, Quiescere faciamus omnes  
dies festos Dei à terra, sed esse vocē populi Dei cōquerentes, inter hæc tanta grauamina, & tam sum-  
mas miseras, nulla apparere Dei testimonia, nulla signa, nullas Prophetias: vt ex his videri possit,  
Deū prorū abieciisse populū suum, neq; vltra ad eum in bonum aspicere. Solet enim Deus afflictō  
populo saltē Prophetas mittere, qui ipsum in tribulatione cōsolarentur, quemadmodū olim Iudeis  
in Babylonica captiuitate, Hieremiā, Ezechielem, atq; alios plures. Et forsitan hoc sibi vult versus  
iste quod in nouissima persecutionis miserandis illis tēporibus futurum dicunt quidā sanctorū,  
vt prorū essent in Ecclesia Christi ad tempus miracula, cum etiā aduersarii falsa edent prodigia.  
¶ Versu duodecimo, Vt quid auertis manum tuā & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem? Vi-  
detur defectiua esse oratio, verbi adiectione cōplenda: quod dupliciter fieri poterit, vel vt infiniti-  
uus subaudiatur cōnexus verbo auertis, hoc modo, Vt quid auertis extra here dexterā tuam de sinu  
tuo: vel vt imperatiuus subaudiatur, hoc modo, Et dexterā tuam aufer, vel extrahe de medio sinu  
tuo. Manifestum est autē, sermonem istū iuxta humanum morē sic ad Deū dirigī, quasi otiosum, &  
manum in sinu gestantē absconditam. Nā absconditio manus in sinu vel sub ascella (vt ait Sapiens) ad  
otiosum pertinet. Exerimus autē de sinu, quādo ea percutere volumus, aut agere quippiam operis.  
Chald. translatio verbū supplet, & sententiā complet hoc modo, Quare cōuerter manum tuā? dex-  
teram autem tuam de medio bonitatis tuæ exere, vel extrahe, & cōtere qui præbent molestias tibi.

**A** ¶ Versu 13, Deus autē rex noster ante sæcula. Versum istum vnā cū sequentibus aliquot, possumus  
exponere secundum literā primū, ac deinde secundum sensum mysticam, iuxta quod figura ille  
quæ exponitur, significant. Vnde hanc salutē, quam in medio terræ Deus est operatus pro patri-  
bus, primū ad literā interpretatur de liberatione populi Israelitici à seruitute Pharaonis: quæ in  
medio terræ facta est, dum corā omnibus populis gesta, ad omnium aures fama peruenit. Quia verò  
ista liberatio Israelitici populi sub Pharaone rege Aegypti, figura erat liberationis populi fidelis  
per Christū à diabolo, tenebrarū principe, iccirco hanc salutē secundum mysticū sensum interpre-  
tamur, illā quæ per Christum in carne propria pro nobis facta est in tēporis plenitudine. Quæ qui-  
dem salus rectissime in medio terræ facta dicitur, quoniā pro omnium omnino populorū & gentiū  
vtilitate in vno Indæ loco facta fuit. Omnium enim cōmunis erat hæc salus, omnibus æque propin-  
qua, æque vicina omnibus Aut (vt quidā aiunt) in medio terræ, quia in Iudæa, quæ habitabilis  
terra mediū est. Deinde, quod versu 14 & 15 proxime sequitur, de maris transitu & capitis draco-  
num cōtribulatis in aquis, primū quidē secundum literā de transitu filiorum Israel per mare ru-  
brum, & submersione Aegyptiorū exponitur, quæ admodum manifeste indicat Chald. Paraph. quæ sic  
habet, Deus meus cuius diuinitas sancta, ab æterno operatus est redemptionē in medio terræ. Tu di-  
uisti in fortitudine tua aquas maris, tu cōtriuisti capita draconū, & meruisti Aegyptios in mare.  
**B** Tu cōfregisti capita procerū Pharaonis, dedisti eos ad destructionē populo domus Israel, corpora  
verò eorū draconibus, id est, piscibus magnis, & cetis maris. Secundū verò mysticam intelligentiā,  
manifestum est, illud de institutione baptismalis sacramenti exponi: in quo diabolus quasi submer-  
gitur & cōteritur, dum ei potestas auferitur: populus autē domini saluatur, dum ab eius manu à mor-  
te saluus euadit per baptismā. Similiter & de eo dicendū quod sequitur, de fontium & torrentium da-  
tione in deserto, & fluminum exiccatione, quæ secundum mysticā intelligentiā facile possunt ex-  
poni, quia in deserto gentium vbi antē nō fuerant aquæ spiritualis doctrina: vel spiritualis gratia,  
ibi post Christi passionē fluxerunt fontes saluberrimæ doctrina: Euāgelicæ, fontes viuientium aqua-  
rum, qui quasi in torrentes excreuerunt, quādo mira celeritate per vniuersum orbē transferūt. Exic-  
cata autē sunt flumina fortia ad transitum filiorum Israel, quoniā potentia potentum sæculi, & sa-  
pientia sapientū euacuata atq; humiliata est: vt non noceant veris Israelitis, in terrā promissionis  
volentibus ingredi. Omnia ergo ista sic mystice poterunt apte interpretari, neq; in cōmodo ad ne-  
gotium propositū, vt per cōmemorationem Deo velut in memoriā reducamus, quanta populo suo  
nouo olim dum in carne nobiscū ageret, exhibuit beneficia: propter quod, nos populum suū merito  
nō debet nunc in fine temporū abicere, quæ olim ita clarum habuit, & tantis affecit spiritualibus  
bonis. Attamē expositio illa quæ ad literā historialia facta intelligit, ad propositū videtur quadrā  
rior, q̄ illa quæ secundū mysticos sensus incedit. ¶ Versu 15, Dediisti eum escam populis Aethiopū.  
**C** Populos Aethiopū nos in Elucidatione interpretatur mystice, denigratos & teteremos demones  
quibus dati sunt in escam impiū illi & infideles Aegyptii, Pharaon cum exercitibus suis. Iuxta quod  
in alio Psalmo de impiis persequutoribus iustorū dicitur, Introibunt in inferiora terra, tradentur  
in manus gladii, partes vulpiū erunt, id est, malignorū & astutissimorum dæmonū. Et iterum, Mit-  
tit cristallum suū (id est, homines induratos & obstinatos in sua malitia, cuiusmodi erant hi Aegy-  
ptii, post tot visa signa, nihil adhuc Deū metuentes) sicut buccellam, in escam scilicet diabolici eos  
proiciens, quomodo buccella proici solet ante faciē canis vt voretur. Alii verò dicunt illos da-  
tos in escam populis Aethiopū, quoniam arma illorū & ornat⁹ atq; diuitiæ ad littora Aethiopia  
applicabant, atq; ita eorum spolia accipiebant. Qui autē ex Hebræo vertunt, Dediisti eum in escā  
populis deserti, pro populis Aethiopiū: exponunt de filiis Israel, qui in desertis tum morabantur:  
quibus quasi in escam dati fuerunt Aegyptii, quando à facie eorū ex Dei virtute sic cōtriti sunt &  
deuorati, quomodo esca absq; molestia cōteritur. ¶ Versu 16, Tu dirupisti fontes & torrentes. Non  
est sensus, Diuisti fontes & torrentes, quasi in partes secando, quomodo mare rubrū fuit diuisum:  
sed tantundē est ac si diceretur, Per diruptionem dedisti, vel per diuisionē aut scissionem fluere fe-  
cisti fontes & torrentes: per diruptionē, inquam, vel diuisionem nō ipsorum fontium, aut torren-  
tium, sed petra vnde effluerunt. Valet ergo dirupisti, idem quod dirumpendo vel sciendendo de-  
disti aut fluere fecisti, quemadmodū per contrarium, cōfirmasti mare, in versu 14 non aliud est, q̄  
per confirmationē & consolidationē vtrarūq; partium cōtinuisti ne flueret, sed transitum daret.  
Atq; huic sententiæ aperte subscribit quod habet Chald. Paraph. Tu cōfregisti fontem de rupe,  
& factus est in flumen. In eo quoq; quod sequitur, Tu siccasti flumines Ethan: quidā per flumines Ethā  
intelligunt mare rubrū, quod vicinum fuisse loco vocato Ethan, manifestū est ex cap. 13. Exodi: si-  
quidē populus Israel egressus Aegyptum, castramet⁹ est in Ethan, quod est in extremis sinibus so-  
litudinis, iuxta quæ pene locum inueniunt illos Aegyptii, cum ad persequendū eos fuissent egres-  
si. Vnde putant iterū hic significari diuisionē maris rubri. Verum quia hoc iam supradictū fuerat,  
magis videtur de Iordane sermo fieri, atq; ita illud Ethan suā interpretationem accipiet. Sonat e-  
nim fortia. Vnde B. Hieronymus vertit ex Hebræo, Tu exiccasti flumina fortia. Apparet autē, rapi-  
dum fluiū & violentum fuisse Iordanē. Quam sententiā manifeste approbat Paraph. Chald. sic ha-  
bens, Tu siccasti flumina Arnon, & decursum eius rapidissimū, & Iordanem insuper validū, vbi ma-  
nifestum est, de fluminibus fortibus & rapidis fieri sermonem. ¶ Versu 20, Ne tradas bestiis ani-  
mas cōfidentes tibi. Bestias secundum similitudinē vocat infideles hostes, vel propter ignorantia  
Dei, vel propter crudelitatem & immanitatem, omniq; misericordiæ & cōpassionis defectum: dum  
ita crudelissime solius Dei odio feriunt in populū, qui nihil sibi nocuit. Pauperes autē, fideles &

Psal. 62.  
Psal. 147

Exod. 13.

humiles vocat. Pulchre verò hunc versum Chald. translatio exponit, sic habens, Ne tudas populis & similibus animalibus syluestribus animas discentiū legem tuam, vel eruditas in lege tua, quomodo etiā ex Hebræo vertit Hierony. Felix autē pulchra admodum ex vtraq; parte respondentē cōparatione, ita vertit, Ne des fera vel bestia animā turturis tua, id est, populi tui in lege tua meditantis, & tui desiderio gementis assidue, quod est turturis officium. ¶ Versu 21, Repleti sunt, qui obscurati sunt terrā, domibus iniquitatū. Latina lectio hoc loco aliquanto obscurior & inuoluitior est Græca, quæ sic habet, ἐκ τῆς γῆς ἐπλήσθησαν οἱ σκῆπτροι τῆς ἀνομίας, hoc est, obscurati terra repleti sunt domibus iniquitatū. Nam genitiuus terræ, iungi debet cum illo, qui obscurati sunt, & ablatiuus domibus iniquitatū, à verbo repleti sunt, regi. Quem autē sensum hæc lectio habeat, indicat Elucidatio. Posset tamen & aliter exponi, hoc modo, Obscurati terra, homines impii super terrā obtenebrati, & in sua infidelitate obstinate, repleti sunt domibus iniquitatū, hoc est, abundant domibus & exercitiis impiis, in quibus cōfidunt, & in quibus valent quicquid audent, vbi tu deus nō miseris tuis adiutorium. ¶ Versu 22, Ne auertatur humilis factus confusus. Participium factus in medio positū, non satis conitatur, an ad præcedens debeat an ad sequens referri. Aptius tamen videtur, vt cum sequenti iungatur, hoc sensu, Ne humilis auertatur factus confusus, id est, populus afflictus & humiliatus nō auertatur cum confusione. Quam sententiā satis manifeste continere videtur versio Felicis ex Hebræo, Ne reuertatur contritus, confusus: aut, Ne reuertatur miser & pauper confusus.

LXXIII. PSALMI ARGUMENTVM.

In hoc Psalmo Christus introducit loquens ad patrem, initio quidem simul cum suis fidelibus, dicens se vna cum illis patri confessionē laudis daturum, & cuncta eius mirabilia annunciaturum: mox verò in medio versus secundi, ipse solus in persona propria singulariter loquitur de extremi iudicii die, deque mundi perditū reparatione & instauratione, de Evangelica prædicatione, & impiorum à superba mente ad penitentiam reuocatione, eo quod iudex omnium sit Deus. & de calice indignationis pleno facibus, de quo prædicat bibituros omnes peccatores terræ. Nouissimis autem duobus versibus, iterum replicat, se velle semper cantare domino: & in nouissimo die, superbis humiliatis iustos prædicat exaltandos.

SEPTVAGESIMIQUARTI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & innocabimus nomē tuū.

Apoc. 4. & 5.

2 Narrabimus mirabilia tua.

Ioan. 5. \* cum accipero tempus Act. 10. ego iustitias iudicabo.

Mat. 24.

Mat. 28.

Ioan. 5.

3 Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea.

\* ego confirmavi columnas eius.

4 Dixi iniquis, nolite inique agere.

Confessione & laude te celebrabimus, ego tuus vnigenitus simul & fratres mei populus credentiū tibi, sicut dignus es accipere omnē laudem, omnem honorem, & omnē benedictionem confessione & prædicatione gloriae tuae te celebrabimus atq; magnificabimus: & laudātes, ex corde fidei affectuq; pleno fiducia, inuocabimus auxiliū sancti nominis tui. 2 In confitendo autē, enarrabimus pro nostra virili cuncta magnalia tua, & opera magnifica, quæ pro tuo populo operari voluisti ab initio: eorumq; virtutē & magnificentia, quantum in nobis erit, prædicabimus, & notā faciemus vniuersis: ego autē vnigenitus filius tuus, cui dedisti potestātē iudicium facere, quē iudicem constituisti viuorū atq; mortuorum, cum tempus aduenerit à te constitutū nouissimo examini, cum dies illa & hora, quā nemo nouit nisi tu, dies, inquam, suprema illa & vltima hora omnium humanarum actū discussioni & retributioni assignata adfuerit, tum ego potestate vtar quā dedisti mihi, iuste iudicādo, de singulis hominū operibus, redditurus vnicuiq; secundum opera sua: iis qui bona egerunt vitā æternam: illis autē qui mala patrarunt, æterni ignis tormenta. 3 Liquefacta, dissipata, & prorsus resoluta, siue vsq; ad nihilū redacta fuerat terra, cū omnibus inhabitatoribus suis: quando ante meum aduentum, sub principatu diaboli (qui tum erat huius mundi princeps) regnāte impietate, & concupiscentia domināte, omnes declinauerāt, vixq; supererat operās bonū: cum plenus esset mundus errorū tenebris, & omnia idololatria ac aliis vitiis enormib; essent scædata atq; dissipata: ego verò tēpestiue in hunc mundū adueniens, terrā iam iam velut ruiturā & disperiturā in nihilū, salutari remedio prædicationis ac doctrinæ Euangelicæ seruauī, ac velut columnarū firmitate suffulciui, atq; constabiliui, ne prorsus deficeret: quē admodū cum domus ruinæ proxima, suppositis columnis, aut iis quæ columnarū vice sint, subiectis, sustētatur ne cadat. Ita plane orbē perditum, & iam proximū vt in nihilū collaberetur (vtpote nimia malitia deuastrāte omnia) ego adueniens, salutari doctrina euāgelii, velut firmamento colūna sustētavi, & constabiliui, vt nō penitus collabatur vsq; in consummationē sæculi. 4 Reuocaui impios ab impietate sua, dixiq; illis in terrore cōminationis meæ, nolite p̄gere in vestris iniquitatibus, neq; addatis vltra præuaricationē ad ea quæ hactenus egistis.

A \* & delinquentibus, nolite exaltare cornu. 5 Nolite extollere in altum cornu vestrum: \* nolite loqui aduersus Deum iniquitatē.

6 Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque deserris montibus:

\* quoniam Deus iudex est.

7 Hunc humiliat, & hunc exultat.

\* quia calix in manu domini vini meri, plenus mixto.

8 Et inclinavit ex hoc in hoc:

\* veruntamen fœx eius non est exinanita:

\* bibent omnes peccatores.

9 Ego autem annuncio bo in sæculum: \* cantabo Deo Iacob.

10 Et omnia cornua peccatorum confringā: \* & exaltabitur cornua iusti.

sed penitentiā agite præteritorum facinorum, & iustitiā a modo vacate: \* & iis qui in delictis & impietatibus versantur denunciāui eū terrore cōminationū mearum, ne cornua sua erigerent, ne superbe & presumptuose agere perseverarēt, ne in superbia sese exaltarēt, ob suā tēporalem potentiam atque diuitias sæculi. 5 Nolite (in quibam ego illis) erigere vestra cornua in excelsū, nolite de vestra potētia gloriari contra Deū, neq; in vestris temporalibus gloriis præsumatis, vt quicquā audeatis aduersus illum agere impietatis: \* caute, ne cōtra Deū extēto collo in superbia & abusione loquamini, quæ blasphemia sunt & impia, ne de illo blasphemādo aliter loquamini quām deceat; nēve cōtra illum proponatis agere, quæ non cōueniant præuaricādo, sed potius seruite illi vt Domino Deo vestro, in timore, & exultate ei cū timore. 6 Merito sane cauendū est omnib; ne aduersus Deū erigāt cornu, quoniā ipse est Deus vnus ac solus iudex, neq; est præter eum alius, neq; ab oriente, neq; ab occidente, neq; à montosis locis deserti, qui ad meridiem sunt, neq; item ab aquilone, neque ab vlla omnino parte alius potest venire Deus: \* quoniā Deus vnus & solus iudex est, potestātē habēs facere iudicium omnium in terra, qui vnus omnium & bene & male facta examinabit atq; remunerabit pro merito cuius tribunali sūti & cuius iudicio presentari suo tēpore debebunt, velint, nolint, vniuersi: illi etiā qui in hoc sæculo superbe sese exaltāt, & cornua erigunt aduersus ipsum, siquidē illius vnus iudicio omnes necesse est presentari: neq; quisquā erit vel tā potens, vel tam sapiēs, qui eius possit iudiciū effugere. 7 Ipse autē iudex vnus secundum iustitiā suā æquitatē, p̄ cuiusq; merito faciet remunerationē, hos quidē humiliando, & in ima inferni cōdemnationis sententiā demergēdo, cū eis inquiet, Discedite à me maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius: illos autē exaltādo in vitam æternam pro studio bonarū operationū, cum eis inquiet, Venite benedicti patris mei, possidete paratū vobis regnū ab origine mundi: \* Est enim in manu iudicis huius dispensatio cōdignæ retributionis & distributio promeritæ mercedis, tanquā calix in manu hominis alicuius, tanquā calix (inquā) vini fortissimi & impotabilis, plenus cōmixtione facum & fordium, totūsq; turbulētus, & fæculentus, vt horror sit ex illo bibere, illūmve gustare. Est enim hic calix iræ & indignationis Dei omnipotētis, qui cōtinet vltionē amarissimā, & importabile iudicium, quod est tanquā vinum meracissimum, fortissimum, durissimum, & prorsus fæculentū, quod sit impotabile. 8 Et inclinavit Deus hunc calicem quem in manu tenet, ex parte vna in aliā, quē admodum fieri solet cum diuersis ex eodē calice datur bibere: ex eodem hoc poculo potū propinat omnibus impiis, quos omnes simili iudicio cōdemnat, eodēmq; cōdemnationis poculo potat: \* verūtamen quāticunq; peccatores ex hoc calice bibāt, adhuc nō est fœx eius prorsus exhausta, neque vnquā exhaurietur, adhuc eadē seruat dānatio impiis post vētūris, & de hoc calice bibitur: semper irā & indignationē Dei bibēt & sentētia mortis amarissima potabūtur quicūq; id suis malis operibus cōmeruerint. Infernus enim & perditio nunquā replentur, nunquā dicit, sufficit: \* bibēt ex hoc calice iræ & indignationis Dei omnes qui super terrā mala patrarūt, & peccatis se cōmaculauerūt necegerunt penitentiā. Huiusmodi omnes bibēt amarissimas fæces calicis huius, horum ne vnus quidem effugiet mortis iudicium. 9 Ego autē pariter cū meis fidelibus annuncio bo in æternum mirabilia Dei patris mei, misericordiā erga bonos, & erga impios iustitiā: \* cātabo in Psalmis & hymnis, laudēmq; & honorē dicā, in testimonium gratiarū actionis, Deo patri meo, qui est Deus populi sui. 10 Et in tēpore iudicii illius, de quo iam antē dixi, ego cōteram atq; comminuaam omnia cornua impiorum, omnē superbā & celsitudinem prauorum ego deprimā & humiliabo, deponāmq; omnes potentes, de sede, & diuites faciā vacuos: \* iustorum autem humilitatem ego subleuabo, & eorū potētiā glorificabo: quādo exultationes meas & patris mei dabo in guttur eorū, & gladios ancipites in manibus: quando in capite eorum ponam diadema gloriæ meæ, & sceptrum regni mei dabo in manibus eorum. Erit enim tunc & manifeste apparebit omnibus mirabilis illa mutatio, qua omnes qui se in mundo exaltauerant humiliabuntur, contrā verò exaltabuntur qui se humiliauerant.

Psal. 2.

Ioan. 5.

Rom. 14. 2. Cor. 5.

Matt. 25.

Ibidem.

Apoc. 16.

Prou. 27.

Luca. 11.

Psal. 149.

Eue. 14.



**V**ersu primo, Cōfitebimur tibi Deus, cōfitebimur, & inuocabimus nomē tuum. Recto ordine confessio prēmittitur: succedit inuocatio. Sunt enim, qui solo timore nonnunquam inuocant, quando non merentur exaudiri, iuxta illud, Tunc inuocabunt, & non exaudiam. Et factis virginibus clauso ostio clamantibus dicitur, Nescio vos, discedite omnes operarii iniquitatis. Qui autem cōfitentur Deo, vt oportet, corde videlicet, ore & opere, (Nam ore ac verbis cōteri, factis autē negare, nihil aliud quā irrisio est & simulata hypocrisis) hi sunt qui fiducialiter inuocare possunt nomen Domini. ¶ Versu. 2. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Accepit quidē iam Christus potestatem faciendi iudicium, iuxta quod apud Ioannem dicitur, Potestatem dedit filio pater iudicium facere, quia filius hominis est. Et apud Matthæum, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Et in Actibus Apostolorum, Hunc cōstituit Deus iudicem viuorum & mortuorum. Nondum tamen accepit tempus, in quo suum debeat cōplere iudicium, qui nondū tempus illud aduenit iudicandi, quod à patre ab æterno est prædefinitum. Cum ergo tempus hoc acceperit Christus, tum iudicabit iustitias. Iudicare autem iustitias, accipiēdum videtur, vt idem si quod iudicare iusta, quomodo ex Hebræo vertit Hieronymus, Ego recta iudicabo. Nam iuxta cōmunem loquendi cōsuetudinem scripturarum, facere bonitatem, poni solet pro facere bonum: facere iustitiā, pro iuste agere: facere iniquitatē, pro facere quod iniquū & malū est, atq; ita in aliis. Aut intelligatur Christus iudicaturus iustitias, quoniā iustitias hominū examinabit, & de iustitiis iudicabit: ita vt in quibus eas inuenerit, pro iustitiā qualitate reddat beata præmia: in quibus autem abesse cōpererit, illis reddat æterna tormēta, eo quidem maiora, quo lōgius ab illa abfuerint. Attamē prior intelligētia, secundum consuetudinē scripturarum videtur prior. Possēt verō hoc iudicium Christi intelligi iudicium prius, quod iam impletum est in primo ipsius aduētū, quo videlicet pro humano genere in tēporis plenitudine iudicauit, dum huius mundi principem foras eiiciens, condemnauit, humanum autē genus de captiuitate misera & grauissima tyrānide misericorditer liberauit. Cum enim tempus accepit Christus, quo hoc iudicium fieri debebat, vbi aduenit tēporis plenitudo, magnificā rem cōpleuit in potētia virtutis suæ, mortem simul ac mortis authorem sua morte interficiēs. Huic autem sensui non inepte consonat versus qui subsequitur, de cōstabilitate terræ, iuxta expositionem à nobis in Elucidatione positam. ¶ Versu. 3. Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea, ego cōfirmavi columnas eius. In Elucidatione versus istius de cōstabilitate & restauracione mundi, per Euāgelicę doctrinę prædicationem, & sancti spiritus desuper missionem, sumus interpretati. Iuxta quam expositionem, manifestum est secundum metaphoricam loquutionem accipiēdum, quod dicitur de confirmatione columnarum terrę. Quēadmodum enim ædificium quod minatur ruinā, & casui proximum est, columnis subiectis fulcitur, & stabile redditur, vt iam casum non metuat: ita mundus qui ante Christi aduentum videbatur pene in extremas faces deuenisse. vt vix vltra pietatis quicquam esset reliquum, stabilitate doctrinæ ipsius Euāgelicę velut confirmatus est atque stabilitus, ita vt iam imperpetuum fide & pietate penitus nequeat deficere. Semper enim verbum Dei cōseruabit electos. Potest etiam intelligi de futura mundi purgacione, hoc modo, Antequā adueniam ego in iudicium, liquefiet terra, & igne cōflagrationis purgabitur, cum omnib; inhabitantibus. Neque mirum si liquehet, si comburetur terra à facie mea: quandoquidem ego ab initio stabilui & fundauit eam, cōstituedo eam super stabilitatē suā, vt non moueatur neq; cadat in sæculū, atq; ita velut posui, & firma locui fundamenta eius: quemadmodum illa quæ firma & immobilia volumus cōsistere, solemus super cōfirmatas columnas ædificare. Ipse enim Deus est, qui terrā fundauit, stabilēq; posuit, nec aliud habet fundamentum vel columnam stabilitatis suæ, nisi Dei verbum. ¶ Versu. 4. Nolite exaltare cornu. Exaltatio cornuum quæ in hoc Psalmo frequenter admodum iteratione replicatur, superba elatio intelligitur. Vnde & vulgo dicimus, quēpiam erigere vel extollere cornua, vbi sese per superbiam magnificare & exaltare aduersus alios cœperit. Vnde Horatius de vini virtute, carmine ludens, pauperem dicit hausto vino sumere cornua. Et vulgo homines, vbi quempiam viderint ferociam, superbiam, aut proteruiam relinquere, dicunt illum cornua ponere, aut perdidisse cornua. Item & cum significare volumus, nos quempiam humiliatos, & superbiam proteruiamq; deducturos, dicimus nos illi attrituros siue detrituros cornua, quæ gerit superbiens atque proteruius. Sumpta est metaphora à tauris feris, qui gloriantur cornuum potentia: quomodo peruersi homines eleuantur suis temporalibus dignitatibus, potentiis atque diuitiis. ¶ Versu. 6. Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neq; à desertis mōtibus. Manifestum est, hūc sermonem pati defectum potestq; variis subauditionibus completi. Vel sic, Neque ab oriente, neq; ab occidente, neque desertis montibus, alius est Deus vel iudex, quoniam vnus Deus, vnus ipse est iudex omnium. Vel sic, Neque ab oriente neque ab occidente, &c. venit liberatio, vel saluatio, vel effugium cuiquam hominum, in die nouissimi examinis: quoniam Deus est iudex vniuersalis omnium, cuius potentia nemo potest resistere, cuius imperium & iudicium nemo poterit effugere, eo quod in omni loco ipse habeat plenum & perfectū dominium. Nemini enim spes esse debet contra Christi Dei nostri iudicium posse quemquam habere auxiliatorem aut defensorem, per quem illam possit seueritatē impune euadere, si actionibus malis in vita corporis eam promeruerit. Vel sic, Neque ab oriētē, neq; ab occidētē, &c. cuiquam venire potest vera exaltatio, nisi à Deo, neq; cuiquam potest cōtingere, nisi cui Deus donauerit. Is nāq; solus exaltatus vere est & magn; nō qui se exaltat, sed quem exaltat Deus: quēadmodum non est probatus qui seipsum commēdat, sed quem commēdat. 2. Cor. 10 dat Deus. Atq; ita apte etiam consonat quod sequitur, quoniam Deus iudex est, cuius nimirum so-

Miche. 3.  
Matt. 25.  
Titum. 1.

Ioan. 5.  
Matt. 28.  
Actu. 10.

Ioan. 12.


Psal. 103.

**A**lius est exaltare exaltatione certa ac solida. Vnde mox subditur: Hunc humiliat, & hūc exaltat. Atq; hanc sententiā aperte exprimit versus Felicitis, quæ hoc loco sic habet. Quoniam neque ab oriente, neque ab occidēte, neque à deserto exaltatio. Primā autem expositioni (quā & in Elucidatione solā sequimur) cōsonat Chald. Paraphrasis sic habet, Quoniam non est alius præter me, ab oriētē vsque in occidentē, & à septentrione domus deserta, & ab austro vsque ad loca montosa, Caterum, illud quod dicitur, à desertis mōtibus, plagā meridionalem significat. Nam desertum magnum (in quo & montes erant) iudæa à meridie est, quēadmodum mare iudæis est ab occidente. ¶ Versu. 7. Calix in manu Domini vini meri, plenus mixto. In Elucidatione hunc calicem interpretati sumus, dispensationem iustæ vltionis & condemnationis quā Deus propinabit impiis. De quo calice, & aliis in scriptura frequēs fit mentio, vt Psalmo decimo, Ignis, g'rado, nix, glacies, spiritus procellarum, pars calicis impiorum. Et in Apocalypsi. Si quis adoraerit bestiam & imaginem eius, &c. hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in cōpectu angelorum sanctorum, & ante conspectum agni. Item Esaiæ quinquagesimo primo, Eleuare, eleuare, consurge Hierusalem, quæ bibisti de manu domini calicem iræ eius: vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad feces. Quibus verbis exprimitur vehemens vltio & grauis vindicta Dei super populum Israeliticum. Et quidem interdum temporalis punitio, interdum verō sempiterna indicatur, velut in loco proposito. Quod autem calix iste dicitur plenus vini meri, significat fortitudinem, duriciem, & grauitatem vltionis, quod ipsum magis exprimit plenitudo cōmixtionis, & turbulētia quę subiungitur. Duo enim sunt quę maxime vinum faciūt impotabile, primum quidem si nimium sit austerrum, rigidum, forte, violentum, nec bene attemperatum debilitati humana complexionis: deinde, si turbulentum sit, & secum cōmixtione amarum reddidit. Dum ergo duo hæc ad calicem adicit, eius impotabilitatem significat. Impotabilitas autem (vt ita loquamur), calicis, signat impotabilitatē diuini iudicii, quod super impios venit in die nouissimo. Vnde Petrus Apostolus in epistola secunda, loquens de malis angelis, dicit, eos non portare aduersum se execrabile Dei iudicium, id est, impotabile eis esse, terribile & horribile Dei iudicium. Posset tamē calix iste prædictus generalius intelligi, vt includat retributionem vtraque, tam bonorum quā malorum. Atq; ita quidem calix iste intelligitur dispensatio iustitiæ Dei, secundum quam vnicuiq; congruam pro meritis tribuit mercedem, bonis salutem malis damnationem. Cum enim Deus per eandem suam iustitiā, his quidem vitam, illis autem damnationem æternam retribuit, quasi ex eodem calice iustos simul & impios potat. Verum iuxta hanc expositionem, per vinum merum cōuenientius intelligēda videtur felicitas & iocunditas vitæ æternæ. Nam vinum lætificat cor hominis. Licet autem in hoc tempore nonnunquam gustare & bibere detur electis de vino isto, tamen iam non merum est, non purum est, non ita præstans & electum, quemadmodum tunc erit, quādo abiq; omnium cōmixtione tristitię solidum & plenissimū erit gaudium. Tali ergo vino mero, tali vino præstissimo & amabilissimo plenus est calix ille Dei, vt inde reficiantur & inebrientur sancti. Siquidem hi inebriantur ab vbertate domus Dei. Et calix iste sic inebrians, quā præclarus est. Non tamen solum inest vinum istud merum, sed propter impios plenus est mixto, plenus est facibus cōmixtis, plenus est felle & absinthio, quę ex eodem calice potabunt omnes impii. Ex eodem calice bibēt pii vinum merum, & impii facies amarissimas. Atque ita quod in versu sequenti subnectitur. Et inclinauit ex hoc in hoc, pulchre admodum intelligitur, ex dextera in sinistram: iis quidem qui ad dexteram sunt ouiculis inclinando, vinum purissimum præbens, illis autem qui ad sinistram, ex eodem facies amarissimas & turbulentissimum potum ministrans. Vtraque autem harum expositionum bene apta videtur: neque satis apparet, vtra vtri sit preferenda, nisi quod non multum in scriptura soleat calix complecti vtraque retributionem, videlicet piorum & impiorū pariter, sed diuisum, vel solam retributionem felicitatis, vel solam damnationis, iuxta exigentiā materię de qua sermo habetur. Hebræa quoq; lectio nō videtur ferre nisi calicem impiorum. Sic enim iuxta Hieronymi versionem legimus, Calix in manu Domini est, vino meraco vsque ad plenum mixtus, & propinabit ex eo: vbi duorum contentorum non potest accipi distinctio, sed vnus tantum ad summum vsq; impletio, quod vtiq; videtur in malum accipi, tum propter præcedentia, in quibus terror iudicis significatur, tum propter consequentia, in quibus secum fit mentio, quas vtiq; in electorum nō erit inuenire. Cōsonat & Chal. Paraphrasis quę calicem hunc vocat calicem maledictionis, plenum vino mero, & temperamento amaritudinis.

LXXV. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**ropheta in hoc Psalmo Propheta, de cultu vnus Dei Christi Iesu in Ecclesia sancta, quæ est iudæa, Hierusalem, & Sion vera, de quæ mirabili Christi victoria contra inimicum generis humani, & pace vera a mundo, allata, de mundi admirabili illuminatione per sanctos Apostolos, vnde facta est infidelium conturbatio: qui in somno infidelitatis sue permanentes, nec ad Euāgelii lucem volentes exurgere, vacui permanserunt ab omni bono: quorum erit terribilis vltio in nouissimo iudicii magni die, cuius terrorem versu. 7. 8. & 9. describit. Versibus autem tribus nouissimis, ex pia magnalium Dei consideratione, monet laudē optimo Deo reddere, & deuotionis munera persolvere, illi qui vnus est etiam regibus terræ formidabilis.

1 Notus in Iudaea deus  
\* in Israel magnum  
nomen eius:



Elebris fama & optime cognitus est Deus in Ecclesia sancta sua, quae est Iudaea vera, confessione boni illi ex corde fideli persoluens: \* in populo fideli (qui est Israel verus secundum spiritum, fide videns & cognoscens Deum) magnum, pretiosum, honorabile & gloriosum est nomen eius. Quoadmodum enim olim in parua Iudaea terra solus notus fuit Deus, & in solo semine Israelis secundum carnem notitia erat nominis & cultus Dei, ita nunc & in tempore gratiae, & Ecclesia & populo fideli, cognitio abundat, & cultus viget unius veri Dei: dum interim caeteri omnes qui extra Ecclesiam sunt Deum ignorantes, vel sua idola colentes, euanescent in cogitationibus suis, ut gentiles idololatriae: vel Deo contradicentes, suam iustitiam querunt constitutere, ut carnales Iudaei. 2 In loco pacis, in Hierusalem vera factus est locus & mansio eius: & in Sion vera elegit sibi habitationem perpetuam. Siquidem in Ecclesia, quae est vera Sion & Hierusalem (nimirum fidei contemplatione sublimata & pace Christi, quam mundus dare nequit firmata) legit sibi Deus mansionem & locum habitationis, ut habitet & permaneat in ea usque; ad consummationem saeculi: quoadmodum olim ad tempus aliquantum in Sion & Hierusalem corporali secundum figuram inhabitauit. 3 In hac autem sua Ecclesia, in hac Iudaea, in hoc Israele, in hac Hierusalem, in hac Sion, mirabilia ostendit opera omnipotentiae suae, confringens, conterens, & ad nihilum redigens omnes inimicorum virtutes, omnemque aduersaria potentiam: \* arcus scilicet, & scuta, & gladios, caeteraque: in firmata bellica aduersariorum confringens & superans, ac bella auferens, hoc est populum suum ab omni malo saluum faciens, & ab omni hostium oppugnatione securum, ita ut illis nec gladius nec arcus nec scutum nec vllum corporale bellum possit suam pacem vera auferre, aut quicquam veri inferre nocumendi. 4 Haec autem salutem & securitatem populi tui fecisti modo admodum mirabili, illuminando a motibus aeternis radios superni luminis tui mundo tenebris obcaecato, & sub hostium tyrannide velut in obscuro carcere concluso per viros altissimos ad hoc ab aeterno paratos effundendo: id est, per sanctos Apostolos tuos, quos primum tuo radio illuminare voluisti (partim tui ipsius magisterio, quo illos coram ore ad os loquens in humanitatis forma erudiisti, partim spiritus tui sancti internaunctione, quae in calum scandens eis deus misisti, ad perfectam de rebus omnibus eruditionem) ut deinde per hos sic illuminatos motes, uniuersam terram illuminares: quemadmodum sol corporalis primum in motes suum mittit lumen, ut inde in humiliora loca splendor luminis resurgat: \* quod deus faceres, turbati sunt omnes increduli & insipientes corde: commoti sunt & conturbati omnes terreni & infideles homines, qui noluerunt gratiam dei recipere, tam Iudaei carnales, qui horum montium splendorem, nimium sibi placetes, ferre non potuerunt, quam gentium populi, qui grauissimas etiam oppugnationes & persecutiones suscitauerunt superno luminis, Evangelii lucem qua potuerunt virtute oppugnantes. 5 Dormierunt ipsi somnum in infidelitatis suae, permanserunt sua voluntaria electione stertetes, & dormientes in infidelitate ac pristinis vitis & concupiscentiis suis, similes hominibus dormientibus media die, qui ad lucem non lunt expurgati, qui se non patiuntur exercitari a lumine diei. Ita noluerunt ad lucem supernum mundo infusum expurgati, noluerunt aperire oculos ut lucem reciperent, recusauerunt suscipere veritatis doctrinam, elegeruntque magis permanere in caecitate ignorantiae suae: \* atque ita vacui permanserunt isti viri diuitiarum, homines terreni in potentia & diuitiis gloriates, ab omni opere bono, & nihil veri boni inuenire potuerunt in manibus suis, qui diuitiis terrenis & potentia saeculi excitati contradixerunt lumini sancto Evangelicae veritatis & fidei, sine qua impossibile est placere Deo, aut boni operis quippiam facere, unde possit sperari beata remuneratio. 6 Vbi vero tibi placitum fuit horum saeculi potentum, & veritatis persecutorum superare potentiam, verbo increpasti atque prohibuisti illos, & ab increpatione tua a voce infisionis tuae, omnes illi magni atque potentes ascensores equorum similes facti sunt dormitantibus: qui prius gloriabantur in potentia sua, & confidebant in aquis & curribus, aduersus populum domini, facti sunt quasi dormientes, profus impotentes ad perficiendum sui cordis

Roma. 1.  
Rom. 10.

2 Et factus est in pace  
locus eius, & habitatio  
eius in Sion.

3 Ibi confregit potentias:  
\* arcum, scutum, gladium,  
& bellum.

4 Illuminans tu mirabiliter  
a motibus aeternis:

Heb. 2.  
Actu. 1.  
Ioan. 16.

\* turbati sunt omnes  
insipientes corde.

5 Dormierunt somnum  
suum:

\* & nihil inuenerunt  
omnes viri diuitiarum  
in manibus suis.

Heb. 11.

6 Ab increpatione tua  
Deus Iacob, dormitauerunt  
qui ascenderunt  
equos.

A

7 Tu terribilis es, &  
quis resistet tibi?

\* extunc ira tua.

B

8 De caelo auditum fecisti  
iudicium:

\* terra tremuit:

\* & quieuit.

C

9 Cum exurgeret in  
iudicium Deus:

\* vt saluos faceret omnes  
mansuetos terra.

D IO Quoniam cogitatio  
hominis consistebitur tibi.

\* & reliquiae cogitationis  
diem festum ager tibi.

II Vouere & reddere  
domino Deo vestro:

propositum: quomodo homines somno depressi nihil valent agere vitalis operis, quantumlibet sint fortissimi. \* Ab increpatione quoque; tua somno mortis correpti sunt, & perierunt ascensores equorum, confidentes in potentia & diuitiis suis: voce ac infusione tua plerique; interempti perierunt, ut cordis sui propositum non possent perficere tua increpatione, ultione, siue prohibitione impediti. 7 Tu profecto terribilis es ac merito formidabilis uniuersis, quantumuis iuxta saeculum potentibus, quocumque; armorum apparatu, quodlibet milium copiis instructis: atque vbi tu ostendere volueris terrorem potentiae tuae, non est rex, non est princeps, non est exercitus, non est vlla virtus, neque potestas quae tuae potentiae valeat resistere: non est vlla creatura, quae contra stare possit in conspectu tuo: \* & quamquam nunc dissimulas, multa longanimitate agas etiam cum hostibus tuis: veniet tamen, quando terrorem tuae potentiae manifeste demonstrabis: & extunc, illo in momento, cum dies illa aduenierit, tum apparebit furor irae tuae, tunc palam apparebit omnibus terribilis indignatio tua, quae in punitione reprobatorum monstrabitur in die nouissimo. Tunc enim loqueris ad impios in ira tua, & in furore tuo conturbabis eos: eritque; dies illa, dies calamitatis & miserie, Psal. 2. dies terroris & iudicii, dies fletus & luctus omnibus impiis: 8 Antequam haec ira compleatur, tu Deus de caelo auditum facies iudicium: voce desuper missa proclamari facies veterum tuum iudicium, quando mortui audient vocem filii Dei, & procedent ad remunerationem: quando tuba canet, & mortui resurgent incorrupti: quando descendet Ioan. 5. iudex de caelo in voce archangelici, dicentis, Surgite mortui, venite ad iudicium: quando missi angeli colligent electos a quatuor angulis terre; 1. The. 4. dicuntur tribunali tuo: \* ac mox vbi proclamatum & auditum fuerit hoc nuncium iudicii tui, simul eodem momento, in ictu oculi, terra uniuersa contremiscet, & dabit mortuos suos: contremiscetque; tunc omnes a facie iudicis tam gloriosum tamque; terribilis: boni quidem cum reuerentia, mali vero cum seruilis poenarum terrore, & mala conscientiae erubescencia: \* & quiescent omnes atque; silebunt, eritque; silentium magnum expectantibus singulis sententiam iudicii sui, quando nemo mutire audebit, aut os aperire, vel ad exculationem, vel ad accusationem, vel ad probationem, aut propositionem suorum negotiorum, aut etiam ad murmurationem & concium: sed omnia solius iudicis (qui simul & iudex erit & testis) arbitrio & cognitione transiguntur. Eruntque; ibi magni silentii, quomodo fieri solet, cum in scholam magister virga tenens in ira & terrore ingreditur: dum quisque; sibi metuit, & rei exitum discipuli tacitus considerantes, in quos grassatura sit punitione, attendunt cum silentio, ne mutire quidem aut verbum vllum facere audentes. 9 Contremiscet (inquam) & silebit terra, tunc, cum adueniet Deus in iudicium, cum post longam dissimulationem ad faciendum iudicium & exercendam ultionem conserget, ad motum hominis qui a torpido somno cuiusdam post cessationem opus aggreditur: \* vt in suo iudicio saluos faciat omnes fideles, pios, humiles, atque; obediētes terrae: vt remunerationem bonam tribuat omnibus electis, qui super terram vixerunt in mansuetudine, humilitate, & obediētia praecceptorum ipsius: vt hos videlicet ab impiis segreget, & in regnum patris sui ab eterno illis praeparatum inducat, impiis ex aduerso in abyssum protrusis. 10 Et quidem cum haec omnia (piis certe admodum iucunda & grata) profunda contemplatione meditabitur homo, dabit confessionem & laudem tibi: nonne continebit a laude & confessione nominis tui, qui ista consideratione profunda contemplabitur: \* & post huiusmodi considerationem profundam, atque; intimam contemplationem tantorum mirabilium, quae pro suis electis operatur piissimus Deus, tanta laetitia mentis atque; pietatis affectus (quae velut reliquiae sunt talis intimae considerationis, utpote quae ex ea solent in homine generari, & in anima etiam post actualē speculationem relinqui) hominem obtinebunt, ut videatur in eis anima velut magni festum celebrare. Praestat siquidem hoc fidelibus profanda & attenta meditatio diuinorum mirabilium, ut ab omni grauitate & tristitia facti alieni, Deo suo quasi perpetuum festum, in mentis quiete & animi alacritate, celebrare videatur. 11 Pro gratiarum actione autem & fideles omnes, ad animi gratitudinem demonstrandam vota facite domino deo vestro, affectiones sanctas, pia desideria, salutaria proposita illi offerite, atque; etiam firmate, sanctasque; oblationes illi addicite & co-

Hier. 29.

Matt. 25.



\* omnes qui in circuitu eius affertis munera.

12. Terribili: & ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terra.

secrate: atq; vbi proposita siue firmata fuerint, Deoq; cōsecrata, cute te qua Deo sunt addita reddere, fideliterq; persoluere. Nō enim vovere tantū sufficit, nisi & reddantur qua vota sunt domino: \* omnes ablq; delectu, quicunq; estis in circuitu eius, quicunq; de populo eius esse & haberi vultis, quicunq; illi adheretis, vt Deo vestro ac domino afferre illi debetis denota laudū, orationū, piarum affectionum, & salutarū desideriorum grauissima munera, siue etiam exteriora quilibet, qua cordis deuotio suggererit, vt offeratis & cōsecretis ea domino. 12. Ei (inquā) reddatis & offeratis, qui solus verē terribilis est, & merito omnibus metuendus: vt pote qui solus potestatem habet auferendi animā principibus sæculi vbi voluerit: qui solus in manu habet vitas quātumuis potentum atq; magnorum super terram, vt quando voluerit, & sicut voluerit, eos possit solo verbo vita priuare, habētq; potestatem simul & corpus & animā mittere in gehēnam: atq; idcirco merito etiā potētissimis terræ regibus est metuendus ac formidabilis: quanto magis & ceteris omnibus qui sunt super faciem terræ?

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXXV.

**V**ersu primo, Notus in Iudæa Deus. Quidā hunc Psalmū totum exponunt de temporali aliqua insigni liberatione populi Israelitici ab hostibus, velut de liberatione a Sennacherib, aut alia priori consimili: cuiusmodi in regnorū libris plures factas legimus, beneficio Dei. Multis siquidem præclaris gestis huiusmodi, fuit in populo Israelitico, in terra Iudææ, nobilis Deus, & ex iis qua in populo illo gessit, omnibus per circuitū gentibus notus, in eo quod pro filiis Israel, pugnant, potentiā aduerlariorū, & eorū omnē apparatū sua virtute contriuit, mirabiliter apparēs cū terrore desuper ē calis, quasi ex montibus quibusdā ab initio fundatis, vnde increduli turbati sunt, nihil inueniētes roboris in manibus suis, diuina virtute superati: neq; auxiliū habuerūt in equis in quibus sperauerant. Atq; ita illud iudiciū de quo fit mētio in versibus octauo & nono, non intelligitur extremum, sed tēporale, quo iudicauit Deus pro populo suo Israelitico, contra aduersarios: quos tremor & silentiū corripuit, Deo exurgēte ad suū huiusmodi iudiciū. Huic expositioni non dissonat, quod pro titulo in codicibus quibusdā Græcis atq; Latinis ponitur Prophetæ, scilicet Iudæam, contra Assyrios, vel ad Assyrios. Nos tamen maluimus Ecclesiæ & victoriæ illi, qua in Ecclesia per Christum facta est, psalmi processum applicare. Nā vt prior ille sensus secundū historiā & figuram non sit incōmodus, certē is quem dedimus, secundū rem signatā videtur conuenientior. Cum enim omnia in figura (iuxta Apostoli verbū) illis contingebat carnalibus Iudæis, manifestū est victorias omnes in populo Israelitico factas, in figurā præcessisse illius summæ & gloriosissimæ victoriæ, qua de hoste humani generis Christus triūphauit. ¶ Versu. 2. Et factus est in pace locus eius. In Hebræo Salē ponitur, quod putat pro Hierusalem positū esse, dicētes locum eundem qui post appellatus est Hierusalem, prius vocatū fuisse Salem: vt quatuor simul cōmemoret Prophetæ, scilicet Iudæam, Israel, Salem vel Hierusalem, & Sion: diuersis quatuor nominibus, rem vnā eandēq; designans. Quod manifeste indicat Chald. Paraph. habēs in hunc modum, Notus est in domo Iudæa Deus, in domo Israelis magnū nomē eius. Et fuit in Hierusalē domus sanctuarii eius, & habitaculum domus diuinitatis sanctę eius in Sion: quādo fecit domus Israel voluntatē eius, habitauit diuinitas eius inter eos. Hęc autē Paraph. quanquā expositionē illam iam antē breuiter tactā de mirabilibus in populo Israelitico sequitur: nos tamē in spirituale domū Iudæa, domum Israelis, Hierusalem & Sion, conueniēter sensum subducimus, vt in Elucidatione est manifestū. Rectē autē factus est locus Dei in pace, in vnitāte Ecclesię, in qua vera est pax Christi in cordibus fidelīū, in quib⁹ regnat pax eius: quoniam ipse (vt ait Apostolus) Deus non est dissensionis, sed pacis. Propter quod, pleriq; in locis Christi appellat idem Apostolus Deum pacis. Quod autē in versu sequēti dicitur, Ibi confregit potentias, arcū, scutū, gladium & bellū, significat perfectam populi Christiani pacē & victoriā per Christū, & hostiū potestātē contritā. Quasi enim contrafacta & cōminuta est potentia arcus, scutum, gladius, & bellū principis tenebrarum, quādo per Christum ita deuictus est, vt nihil iam damnationis sit his qui in Christo Iesu, vt nihil illis nisi propria sua voluntate nocere possit, aut vllū in eos habere imperiū. Potest & ad pacē tēporalem mirabiliter tandē Ecclesiā redditā, referri. Diuina enim virtute factum est, vt Ecclesiā prius grauissimis conuassata persequutionibus, postmodum secura quieuērit, velut bellicis omnibus instrumētis cōfractis. De quo in alio Psalmo dicitur, Venite & videte opera domini, quæ posuit prodigia super terrā, auferens bella vsq; ad finē terrę. Arcum conteret, & cōfringet arma, & scuta cōburet igni. ¶ Versu. 4. Illuminans tu mirabiliter, a montibus eternis. Iam sepe numero admonuimus, per montes in scripturis intelligi Apostolos sanctos, quēadmodum supra Psalmo. 71. Suscipiant montes pacem populo. Ceterum, æterni dicuntur hi montes, non quod ab æterno fuerint, sed quia ab æterno ad hanc rem sunt præordinati & prædestinati a Deo, peculiari dispositione, vt in tēporis plenitudine per eos illuminaretur mundus. Profecto autem mirabiliter Deus mundum illuminauit per hos æternos montes. Erāt enim ipsi in sese orbī illuminando minime idonei, vt pote homines omnis disciplinæ ignari, homines piscatores & telonearii, ex infima penē vulgi sorte electi, sermone atq; sciētia ipeiriti. Quapropter, nō abfq; maximo miraculo fieri potuit, vt per indoctos istos ac prorsus rudes homines, tenebræ depellerētur, quæ totū mūdū ob-

**A** federat, & lucis fulgor per orbem vniuersum emicaret. Notandum autē, quod non dicit Propheta, ipsos mōtes illuminare mirabiliter, sed Deo cōfiteretur, quod mirabiliter a mōtib⁹ æternis illuminet. Scilicet hoc illud est, quod quidā ex his mōtibus ad mensurā sapiens vt oportet, ingenue cōfiteretur, dicēs, Non enim sufficientes sumus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamētī, nō litera, sed spiritu. Et alibi, Nō ego autē, sed gratia Dei mecū. Ac rursus, Deus qui dixit de tenebris lumē splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationē sciētia: clariatis Dei. Nō enim sibi, sed Deo bonorum omnium auctori dant gloriā serui fideles. De illa autē conturbatione quæ exorta est, interim dum hi montes suū lumē inciperēt diffundere (quæ cōsequēter in altera versū parte innuitur) dictum fuit in Psal. 46. Quoniā ecce reges cōgregati sunt, cōuenerunt in vnū. Ipsi vidētes sic admirati sunt, conturbati sunt, cōmoti sunt, tremor apprehendit eos: quod quidē partim de salubriter conturbatis ad penitentiam, partim de malitiosē conturbatis ad persequutionem intelligitur. ¶ Versu. 7. Extūc ira tua. Videtur esse demōstratio tantum ad intellectū, similis illi qua vsus est Apōsto. ad Timoth. ita scribēs, De cetero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illū diem iustus iudex: demōstrās videlicet iudiciū diem, cuius tamē antē non meminerat, sed ipse eam præ oculis habebat, & intellectu cōtemplabatur, quam demōstrabat. Ita & in proposito diem illū terribilē mente tenēs Propheta, dicebat. Extunc ira tua. Quæ autem sequuntur versu. 8. & 9. enunciata tempore præterito, videntur accipiēda magis, vt dicta secundum tēpus futurum, ad hunc sensum, De cælo auditū facies vel annūciabis iudicium, terra timebit, & quiescet. Cū exurrexit in iudicium Deus, vt saluos faciat omnes māsuetos terræ. Atq; ita per futurum vertit ex Hebræo Hierony. Sciendum est, quod recte possent ista intelligi etiā de iudicio primo, quo iam Saluator perfecit iudiciū mundi cōtra principē tenebrarum, quādo desuper missa est tuba Euāgelicæ prædicationis, qua præconizatū est iudiciū mundi, & principis tenebrarum cōdemnatio: timultq; terra, quantum ad incredulos: & quieuit, quātum ad fideles, exurgente Deo in salutem electorum iuorum. ¶ Versu. 10. Quoniā cogitatio hominis cōstribetur tibi, & reliquæ cogitationis diem festū agent tibi. Aduerte, coniunctio nem quoniam, hoc in loco non causam dicere, sed tantum continuationem ad præcedentia: quod in Elucidatione nos explanauimus, eius loco cōstituentes, & quidem. Ceterū pro cogitatione in Græco vtroq; loco ponitur *ἰσχυρισμός*, quod a verbo *ἰσχυρίζομαι* descendit. Valet autem hoc verbum idē quod animaduerto, perpendo, confidero, cogito, recordor, & quasi in corde verso, ac teneo. Vnde entymion significat animaduersionē, considerationem, pēsculationē, recordationem, diligētē animi ad rem aliquā attentionem. Huiusmodi autem hominis cogitatio dicitur confiteri domino, quoniā ipsa homines facit cōfiteri, & laudē dare Deo. Qui considerant profunda mentis cōtemplatione opera Dei, ipsi sunt qui Dei gloriā prædicant: quēadmodum ecōtrario defectus laudis diuinæ in plarimis est, ex eo quod non recogitant mirabilia Dei opera: & erga genus humanum immensa beneficia. Quæ autē sint reliquæ huius cogitationis, & quomodo diem festum agāt domino, in Elucidatione sufficiēter est declaratum. ¶ Versu. 11. Vouete & reddite domino Deo vestro, omnes qui in circuitu eius offertis munera. Græci codices habēt tertia persona *ἑστῶν*, hoc est, offerent: faciuntq; distinctionem aliam quāam nostra habeat lectio, hoc modo, Vouete & reddite domino Deo vestro, omnes qui in circuitu eius (subaudi sunt) offerent munera. Atque ita vertit Hieronymus ex Hebræo, Omnes qui in circuitu eius sunt, offerēt dona. Eādē sententiā habet Felicius versio, & manifestissime Paraph. Chald. ita habēs, Omnes qui habitāt in circuitu sanctuarii, offerēt sacrificia domui sanctuarii in timore. Ferunt quoq; Gallicanā lectionem ita habere, per tertiam personam & tēpus futurum: habētq; similiter lectio quā beatus Augustinus explanat, tametsi vulgo in Ecclesiastico officio fecus legatur, id quod ex commixtione Romana lectionis verisimile est euenisse, eo quod prima facie videretur secunda persona magis conuenire cū præcedentibus imperatiuis, vouete & reddite. Nos autem in Elucidatione iam dictam lectionem vt veriorē explanauimus: potētq; nostra lectio in eandem reduci sententiā, si tantum pro affectis legatur affecte vel affecteris. Nos tamen in textu nihil immutauimus. Ceterum de votis reddendis, diximus in Psalmo quadragesimum nonū, in annotatione versus illius, Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimō vota tua.

LXXVI. PSALMI ARGUMENTVM.

**I**n hoc Psalmo vir spiritualis totum se in oratione ad Deum eleuās, & cuncta quæ in mundo sunt transcendens, omnemq; mundi consolationem respiciens, in memoria Dei etiam noctis tempore sese oblectat, & in consideratione mirabilium operum eius exercitat: simul quoque suum spiritum discutiens, ventilans & examinans, ne sit in eo aliquid quod tantæ maiestatis oculis offendat. Sibi nanque persuadens, quod impossibile sit obliuisci Deū misericordie suæ, adeo non cessat a bona sui ad Deum exercitatione, vt etiam propositum immouet, velut de integro Dei seruitutem incipiens, in confidentia virtutis Dei, quæ semper adest meliora proponētibus. In cōsideratione autem operum Dei amodo se exercitare proponens, specialiter illud ponit ante oculos, quod est super omnia quondam populo Israelitico exhibita singulariter memorabile: quomodo videlicet populum illum de manu Pharaonis atque Aegyptiorum, in manu valida & extento potentique brachio liberauit, vniuersum populum Israel quasi oues sub ducatu Moysi & Aaron deducendo, & pro eis contra hostes pugnando vsque ad internicionem. Quod miraculum sicut figura & typus fuit eius quæ post subsequēta erat saluationis generis humani, ita re-ctē in eo secundum mysticam intelligentiam potest intelligi: tametsi ea quæ in vltimis versibus dicuntur, secundum literam manifeste satis sonent temporalem illam Israelitarum redemptionem.



1 *Voce mea ad dominū clamavi: voce mea ad Deum: & intendit mihi.*

2 *In die tribulationis mea Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum: \* & non sum deceptus.*

3 *Reuult consolari anima mea:*

\* *memor fui Dei:*

\* *& delectatus sum:*

\* *& exercitatus sum, & defecit spiritus meus*

4 *Anticipauerunt vigilias oculi mei:*

\* *turbatus sum, & nō sum locutus.*

5 *Cogitavi dies antiquos:*

\* *& annos aeternos in mente habui.*

6 *Et meditatus sum nocte cum corde meo:*

\* *& exercitabar, & scopebā spiritum meū.*

7 *Nunquid in aeternū prouiciet Deus:*



Oce orationis meae exclamaui affectu magno ad dominum, spem omnem salutis meae: voce (inquā) mea ad Deū clamaui, & nō repulit clamorē orationis meae sed benigna aure accepit, & exaudivit eam. 2 In die afflictionis & tribulationis meae toto cordis affectu Deum exquisiui, magno desiderio suspiriūq; ac gemitibus ad illū conſcēdens in orationem: manibūq; meis noctis tēpore ex opposito iacui expansis in oratione expādi per noctē in oratione manus ad illū, tanquam si stetit ex aduerso corā me: \* atq; hac faciēs non erraui, non stulte egi, non laboraui frustra. Scio enim ante quem effudi precem meam, & coram quo expandi in oratione manus meas: & certus sum, quia potēs est ferre mihi auxiliū, nec derelinquet in se sperantē. 3 Abnegauit spiritus meus & abominatus est, propter Dei amorē, omnem terrenam & trāſitoriam mundi huius cōſolationem in nulla tēporali delectatione voluit, neq; potuit quiescere ardēs in te spiritus meus, nec propter quācūq; tēporalem cōſolationem patiebatur se ab aeternorum desiderio auelli: maluitq; tuam dulcedinē cum afflictione eſurire solo desiderio, quā omnibus mundi oblectamētis cum abundātia perfrui: \* abstractus autē ab omni cōſolatione aliena, in mente habui dominum Deū, in illum defixi mentis oculis: illum contēplabar, meditabar, & circa illū appoſui omnē cogitatū cordis mei: neq; absq; delectatione multa & magno gaudio fuit ista meditatio mea. Siquidē ipsa sola Dei memoria non potest nō gaudium magnum afferre piis animis: \* atque hac cōſolatione cōfortatus, exercitabam memetipsum: piis affectibus atq; suspiriis tendens in Deum meum, & prae nimio desiderio atque cōsideratione defecit intra me spiritus mentis meae tanquam victus magnitudine Dei succubuit: quasi fatigatus, attenuatus & exhaustus est, prae nimia eius cōsideratione: dum eo minus sibi videtur agnoscere, quo amplius in ipsum fuerit defixus. 4 Non cessauit tamen a cōtemplatione Dei, sed primo mane exurrexi ante ceteros, praeueneruntq; oculi mei vigilias cōſuetas hominum, somno mane excusso ex oculis, dum adhuc ceteros praeiret sopor grauis, ut ita in tranquillitate opportunissimo tempore cōtemplationi totus intenderem: \* sic autem meipsum exercitādo, & in meditatione totum occupādo, prae nimia cōtemplatione & admiratione cōturbatus sum super magnitudine operū Dei, & immēsa eius bonitate velut obſtupescēs: & quasi in extasi supra me raptus, qua voce destitutus, vocem non edebam in hac cōturbatione positus. Non enim inueniebam quid dicerem, neque proloqui valebam quippiam dignū: quemadmodum accidere solet obſtupefactis admiratione hominibus, dum velut elingues ac muti cōſiſtunt attoniti. 5 Propoſui ante oculos cordis, & mente cōsideraui tempora praeterita ab initio, quae in eis facta fuerūt, mirabilia Dei opera reuocādo ad memoriā, ut in eis contēplarer magnitudinem, Dei, & praecipue maximā bonitatē, qua semper egit erga genus humanum: \* & annos aeternos, tēpus aeternitatis, quod absq; finis termino subsequiturum est, ego reuolui ante mentis oculos, simul & reuoluendo retributionem bonorum atq; malorum, vtranq; ex aequo aeternam: ut huiusmodi cōsideratione in bono memetipsum firmarem, & ab omni malo cauere sollicitus, 6 Et meditatus sum nocte in corde meo, in noctis silentio colloquendo cum corde meo, diligenterq; rimādo, & sollicitate perquirendo cordis abscondita: \* & exercitabam memetipsum, propriae vitae & actionum vniuersarum sollicita exactāq; discussione limabam, expurgabam atq; emundabam spiritum meum, eundemque etiā vētilabam, profundēque fodiebam, & perscrutabar vsque ad occulta latibula, etiam cordis intima diligentissime perueſtigando sicq; emundādo & expurgando ab omni inquinamento, etiam occultissimā quaeq; cordis latibula: nequid vsquam latere posset, quod tam magnum dominum iuste posset offendere, aut in annis aeternitatis iusta vindicta puniri: sciēs quod ii qui seipſos diiudicāt, a domino non iudicabuntur. 7 Dixi autem in corde meo, Nunquid poterit Deus hominem in aeternum a se prouicere, ita ut nequaquam vltra flecti se patiatur ad misericordiam: etiā forsitan ad tēpus aliquantū videtur ho-

A \* *aut non apponet vt complacitior sit adhuc?*

8 *Aut in finem misericordiam suam abscindet a generatione in generationem?*

9 *Aut obliuiscetur misereri Deus:*

B \* *aut continebit in ira sua misericordias suas.*

10 *Et dixi, nunc capi,*

\* *hac mutatio dexterae excelsi.*

C 11 *Memor fui operum domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.*

12 *Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinventionibus tuis exercebor.*

13 *Deus in sancto via tua:*

\* *quis Deus magnus sicut Deus noster?*

\* *tu es Deus qui facis mirabilia.*

14 *Notam fecisti in populis virtutem tuam:*

\* *redemisti in brachio tuo populum tuum filios Iacob & Ioseph.*

minē a se repellere, ac vt in tribulationes & tētationes varias incidat, permittere, in aeternum negliget: an non iterum aduocatus miserebitur, & praestabit clamati de tētatione auxiliū: \* aut nō adiciet Deus vt fiat adhuc placidior, vt postquā iracundiā ostēderit, benigniorem se & placidiorem iterum placatus exhibeat: & si fortē iratum se aliquando nobis ostendat, nōne rursus humilitate placari poterit, vt misertus afflictorum, iterum cōuertat ad nos benignum ac amabilem aspectū vultus sui? 8 An credi hoc potest de Deo, quod prorsus in finē absciderit, & abstulerit ab hominib⁹ suam misericordiā in omnes generationes, ita vt nulli hominum in quacūq; generatione posthac velit ostendere misericordiam suam, nec vltra cuiusquam misereci? 9 Aut credi hoc potest de Deo, quod prorsus obliuiscit se suae misericordiae, vt immisericos fiat, & misericordia nō vltra flexibilis vllis precibus: \* aut tāta, siue talis potest esse eius iracundiā, vt per eā omnino cōtineat omnes miserationes suas, vt implacabilis ira nō vltra patiatur Deum homini exhibere opus vllum misericordiae suae? Itane inique, ita impie, ita crudeliter de deo nostro sentire poterim⁹? Abſit. Magis autē credamus, quoniam etſi ad tēpus proieciſſe videatur, aut ad tēpus iram ostēdere, opportuno tamen tempore rursus blandus illuceſcet mortalibus, sua iocūda praesentia opportunum afflictis allaturus auxiliū: faciēs interim cum tētatione prouentū, vt possit in qui tē 2. Cor. 10 tatur sustinere. 10 Et quia hac supra quasi per querimoniam propoſita, omnino absurda sunt & impossibilia, dixi in corde meo, ecce nequaquam desperabo, nequaquam cessare volo ab expectatione, a desiderio Dei mei: nō desinam quasi fatigatus in eo meditari & exercitare spiritum meū: quin potius resumpo spiritu, & in nouata fiducia cōsequenda misericordiae, ecce nunc incipio, quod vsq; nunc factum est reputans quasi nihilum, in interiora autē me ipsum extendens: & amplius quā hactenus vnquā fecerim, nūc me ipsum volo exercitare in Deo: \* hāc autem bonam cōmutationem nō propriis meis viribus tribuo, nō me cōfido posse virtute propria perficere: sed omnipotētis dexterae altissimi tribuo virtuti, quae me potēs est in omni bono confirmare atque promouere: in cuius cōspectu facile est ditare ac honestare pauperē, & in seipſo imbecillum atque inualidum, ad omne opus bonum sua virtute corroborare. 11 Itaq; vt propoſito satis facerem, & Deo me totum dedicārē, occupauit & exercitavi memetipsum in meditatione mirabilium operum altissimi: quoniam ad memoriā reuocare volo omnia magnalia Dei, quae pro suo populo fecit in praeteritis tēporibus, quaeq; ab initio patribus pollicitus est sese praestaturū in fine tēporum. In horum namq; diuinorum operum attēta cōsideratione & fideli cōtemplatione, optima est pii cordis exercitatio. 12 Et meditari volo de omnibus operibus tuis, & exerceri mente pariter & affectu in cūctis exquisitissimis tuis operibus, quae adinuenisti seu excogitasti secundum occultā sapientiā tuam, vt faceres: horum cōsideratione volo inhāerere iugiter, vt cōsiderē in eis magnitudinē potentiae, sapientiā, bonitatis & misericordiae tuae, sicque ex operum cōsideratione in tui reuerentiā prouocer & amorē. 13 O maxime Deus, via tua in sanctitate est, tu in sanctitate & iustitia abulas, & cūcta quae agis, in sanctitate atq; iustitia agis: neq; est iniquitas aut iniustitia in omnib⁹ viis & operationib⁹ tuis: \* Est etiā in sanctitate via tua quoniam per sanctitatē ad homines venis, ad eos qui in sanctitate & iustitia cōuersari studēt, libētē accedens, vt ponas in eis mansionem: \* Ecquis est, vel vbi est Deus aliquis, inter omnes qui dicuntur vel existimantur dii, verē magnus in omnibus, sicut tu es verē in omnibus magnus, domine Deus noster, magnus in potētia, magnus sapientia, magnus bonitate, magnus misericordia, magn⁹ in iustitia, magn⁹ in duratione, magnus in imperio, & in omnibus sic magnus vt maximus? \* tu es domine, qui solus tuę virtutis potētia operaris opera verē mirāda, quae omnē excedunt humanā virtutē, ac totius naturae superant facultatē. 14 Inter cetera autē quae fecisti mirabilia, coram patribus nostris filiis Israel, vnum hoc admodum spectabile est, & sempiterna memoria recolendū, in quo manifestaſti corā omnibus populis virtutem omnipotētiae tuae: \* quādo in manu valida & in brachio extēto, in fortissima omnipotētia tua, redemisti de seruitute Aegyptiorū Exod. 19; manu violētā populū quē elegeras tibi in peculium ex omnibus gen-

15 *Viderunt te aqua  
Deus, viderunt te a-  
qua & timuerunt:*

Exod. 14.

\* *& turbata sunt a-  
byssi.*

16 *Multitudo sonitus  
aquarum:*

\* *voce dederunt nubes.*

17 *Etenim sagitta tua  
transeunt: \* vox to-  
nitru tui in rota.*

Ibidem.

18 *Illuxerunt corusca-  
tiones tuae orbi terra:  
\* commota est, & co-  
rrerunt terra.*

19 *In mari via tua, &  
semita tua in aquis mul-  
tis:*

\* *& vestigia tua non  
cognoscentur.*

20 *Deduxisti sicut o-  
ves populum tuum, in  
manu Moysi & Aa-  
ron.*

tibus, nepe filios Israel, a patre Iacob progenitos, & ob gratia Ioseph in Aegyptum, vt incolae terrae fierent, & inibi pascerentur, ingreſſos. 15 Cum autē istos in manu valida de seruitute velles redimere, quam mirabile erat quod pro eis dignatus es operari. Ecce enim quasi te vidissent aquae maris rubri, ita ad imperiū insionis tuae fugerunt, ac velut timere a verbo tuo se indicabant, cū ob tuae insionis imperium, naturalē suū fluxū relinquētes, cōstringerentur, atq; solidarentur in modum muri vtrinq; cōstitētes, alueumq; siccum contra naturā suā instituta relinquētes, vt transitum securū praeberent populo tuo, quē ita per aquā saluare voluisti: & profunditates aquarum visae sunt cōturbari, dum sese in altū magno impetu celeriter accumulauerunt ex imperio tuo, vt alueū siccum faceret & pertransibilem populo. 16 Vbi autē populus tuus pertransisset, insequētibus illum hostibus, cum fragore magno & impetu redierūt aquae, te iubēte, in statum pristinum: & factus est sonitus magnus aquarū impetu suo recurrentium, vt opprimerent atq; obruerent hostes populi tui, occurrerūtque mugitu magno Aegyptiis persequētibus dissolutā aqua, & inuoluerunt illos in impetu fluctuum suorum: \* insuper & de nubibus sonitū terribilis tonitru fecisti procedere in terrorē & conturbationē persequentiū. 17 Nā & fulgurationes, quas tu eiacula baris ē nubibus, tāquam sagitta ignita trāsierunt per medium eorum, cū terrorē maximo: apparuerūtq; fulgura terribilia, & coruscationes horribiles: \* sonitus terribilis tonitru in rotis curruū Aegyptiorū apparuit: dum per tonitru tui impetū rotae curruū illorum submersa sunt, vt per praeccepta ferrentur in profundum rubri maris. Siquidē respiciens dominus per columnā ignis & nubis super castra Aegyptiorum, interfecit exercitum eorum, subuertitq; rotas curruū, & ferebātur in profundum, ita vt conterriti Aegyptii dicerent adinucem, Fugiamus Israelē, quia dominus pugnat pro eis cōtra nos. 18 Illuxerunt & apparuerunt coruscationes atq; fulgurationes tuae super orbem terrae aduersum Aegyptios: & ipsi terreni impii & infideles existētes, cōmoti sunt, cōturbati, & tremefacti a terrorē praesentis tuae: \* insuper & in vniuersis gentibus per orbē terrarum, vbicunq; res ista audita fuit, commoti sunt homines & cōturbati, praemagnitudine tā stupēdi & merito admirādi miraculi. 19 Tu etiam in mari habes viam tuā, & aequae maria ac terras perambulas, & aequale vtrobiq; imperium tenens: & via tuae in aquarum copiis & congregationibus sunt, neq; vlla sunt tam multa, tamque magna aquarum aut marium congregationes, in quibus non tu aequae atq; per terrā obambules: \* imō peruolas potius quam perambulas, ita vt vestigia gradiētis non possint videri. Non enim quemadmodum homo dum locum quēpiā calcat, ob molis corporeae pondus vestigium relinquit in signum conculcationis, sic Deus vestigia relinquere putādus est, ad modum ambulantis hominis. Nullū enim habet pondus grauitatis, vt sub eo debeat cedere terra vel aqua, nullos habet pedes corporis, nullis graditur corporis passibus, vt terra aut aqua debeat pedes infigere, aut infixi pedis signum post se relinquere. 20 Actum quidē in tāto hoc miraculo, deduxisti populum tuum Israeliticū, sub ducatu Moysi & Aaron, quos constitueras principes & duces totius multitudinis, per quorum etiam ministerium cōpleuisti miraculū istud diuisionis aquarū, & reuersionis super Aegyptios: deduxisti (inquā) illos sub manu istorū, quēadmodum deducuntur oves sub manu pastorum suorum, per quos defenduntur ab iis qui nocere volunt, absque suo labore, absque vlla sua molestia. Ita enim quiete, ita tranquille, ac velut otiose liberaſti filios Israel, pro eis pugnas omnemq; inimicorum virtutē solus contereſ, absq; vlla eorum molestia: ita vt tantū spectatores ipsi essent interfectionis hostium suorum, quos omnes perire videbant ante oculos suos, cum ipsi ne manū quidē ad praelium iuberētur extendere, Moysē tantum clamante ad te, & virgam super aquas extendente, te autem mirabiliter operante omnia.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXXVI.

Versu secundo, in die tribulationis meae Deum exquisiui manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus. Quidā ita versum diuidunt, in die tribulationis meae Deum exquisiui manibus meis: ac deinde, nocte cōtra eum, & non sum deceptus. Melior autē & vulgarior cōiectio est, si totum hoc, nocte contra eum, iungatur absque distinctione praecedētibus, ad hunc modū,

A In tēpore quo mihi obuenit quilibet tribulatio, ego exquisiui Deum, manibus meis nocte cōtra eū expālis, vel nocte cōtra eum illas expandēdo in oratione, ac deinde sequitur quod ad totum praecedēs refertur, Et non sum deceptus: in eo scilicet, quod in die tribulationis Deū exquisiui, nocte manibus versus ipsum protēsis, &c. Quod autē dicitur, contra eum, nō sonat in malum, quomodo hostis cōtra hostē manus extēdit, sed tantum valet quantum ex opposito eius, vel corā eo. Est enim talis loquutio, secundū modum imaginationis humanae. Quēadmodum enim homines cū alicui supplicāt, ex opposito se prosternunt, illiq; quē rogant velut ex aduerso manus protendant supplicatrices, ita in oratione Deum quoc; nobis velut cōtrapositum, & ē regione contrastantē imaginamur: atq; ita contra eum dicimur manus extēdere, id est, ex opposito illius, vel ante conspectū eius. Illud verō, non sum deceptus, Graece est *ὄχι κ' ἀπατήσθην*, quod proprie sonat, non sum seductus, non sum male suatus, non erravi hoc faciēs, nō sum errore deceptus. Quasi dicat, Hac in parte prudēter egi, nec erravi, Deum meum solum requirēs in tribulationibus solatium. Et reuera non erant, non male suasi sunt, nec male sibi cōsulerunt, qui ita agunt. Qui verō Deo relicto ad homines cōfugiūt, aliunde quaerēs auxiliū vel solatiū, hi verē in errore sunt, seducti sunt, male suasi sunt, pessime illis est cōsultum. ¶ Versu. 3. Renuit cōsolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum. Attēde, quaeso, pulcherrimum ordinem. Primum enim est, vt quis consolationē externam omnem propter Deum respuat. Zelotes enim est Deus, nec alienos secum patitur amores, alienis cōsolationibus occupatos, suae consolationis ac visitationis nō dignatur beneficio. Abnegata verō aliena cōsolatione, nequaquam animus permanere debet otiosus, sed Dei bonae memoriae vacare, & diuinis meditationibus insistere. Siquidē, domum scopis mundatā, & post emundationē male vacantē, ex Euangelica parabola didicimus fieri dāmoniorū habitaculum. Vnde & in Psalmo dicitur, Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus: quasi dicat, Ad hoc vacate, vt videatis. Ita sanē in pposito loco, vir spiritualis indicat ob hoc se respuisse alienā consolationē, vt iis quae Dei sunt memorādis tota possit mēte inhærere atq; inde solida certāq; delectatione perfrui. Fieri enim non potest, quin sancta & pura Dei recordatio delectationē pariat in animo memorātis: quēadmodum nō potest sano palato nō inferre dulcedinē, degustatus mellis fauus. Demum, hac quae est Dei memoria delectatio, in exercitio spiritali hominē confirmat, & infatigabilem custodit, atq; etiam prouehit, vt cōtinuo amplius diuinis intēdat, vsquedum praenimia exercitatione obstupescat, & velut in sese deficiat. Aduersus hunc autē pulcherrimum ordinem magno suo dispendio peccant, qui tametsi nonnunquam iis quae Dei sunt recogitandis intēdunt animū, nolunt tamen abicere amores alienos: consolationes extraneas a mundo, a carne oblata, nimium libenter amplexantur, non renuit cōsolari anima eorū: propter quod, nō merētur suauitatem diuinā delectationis gustu mentis percipere, quoniā etsi Deo videantur praebere mentem, seruant tamen alienis consolationibus affectum, vt in eum sese gustus supernae dulcedinis nō possit instillare. Itaq; fit, vt sua culpa Diuinam dulcedinem ignorātes, tepescāt in opere Dei, mōxq; in tēpore tentationis recedant, nec vnquā prouehuntur ad eum perfectionis gradum, vt spiritus eorum in Deo deficiat. Omnino enim bonam in telligimus hāc deflectionem, de qua spiritalis vir loquitur, dicens, Exercitatus sum, & defecit spiritus meus: quēadmodū in alio Psalmo dicitur, Defecit in salutare tuum anima mea. Et iterum: Defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea, Deus in aeternum. ¶ Versu. 5. Cogitavi dies antiquos, & annos aeternos in mente habui. In Elucidatione per dies antiquos, vt aliās frequenter, praeterita tempora intelligimus: per annos autem aeternos, tempus aeternitatis, quod expectamus indeficiens & imperpetuum duraturum. Admodum autē pulchre, tēpora praeterita, dies futura autem, annos nuncupat: rursumque illa, dies antiquos tantū: hāc verō, annos aeternos, quoniā videlicet omne tempus quod praeteritum est, quasi dies pauculae computantur. Mille enim anni, sicut dies hesternae quae praeteriit. Antiqui autem dies dicuntur, quoniā praecesserunt iam olim in saeculis patrum nostrorum. Tēpus verō quod subsequetur absque durationis termino, anni dicuntur & anni aeterni, quoniam non deficient imperpetuum, quomodo in alio Psalmo de eternitate Dei dicitur, quod anni eius nō deficient. Duo autem hic proponuntur nobis frequenter cogitanda. Primum quidem ea quae in praeteritis saeculis trāsierunt, vt eorum quae prius gesta sunt consideratione vel instruemur, vel corroboremur, vel consolemur, vel quomodocunq; in Dei seruitute stabiliamur. Nā (vt sanctus Apostolus ait) quaecūq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & cōsolationem scripturarum spem habeamus. Et omnia patribus nostris contingebāt in figura nostri, in quos fines saeculorum deuenerunt. Quāobrem ea quae olim ab initio gesta sunt, & quomodo Deus siue cum iustis, siue cum impiis semper egerit, non absq; fructu subinde reuocāda sunt ad memoriam. Specialiter etiam illa quae nostris tēporibus iam elapsis, a nobis male patrata sunt, cum dolore sunt recogitanda, quēadmodū Ezechias ait in suo cātico, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae. Secundo autem loco iugiter in mēte habenda sunt vētura aeternitatis tempora, ad quorum considerationem nos multis in locis Saluator inducit, dū nobis aeterna praemia subinde replicat, nunc vitā aeternae propositione adblandiēs, nunc suppliciis aeternis cōminando perterrefaciēs. Sic & per Moysē, optādo simul & exhortando dicitur, Vtinā sāperent & intelligerēt, ac nouissima prouiderent. Et Paulus Apostolus cōtra praesentes afflictiones, ex eternitate vētura nusquam non profert consolationem. Id quod in praesenti est (inquā quodā loco) momētaneum & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate eternum pōdus gloriae operatur in nobis. Et iterum, Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, edificationem habeamus ex Deo domum non manu factā eternam in caelis. Et alibi, Non sunt cōdigne pāssiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelatur in caelis. Et alibi, Non sunt cōdigne pāssiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelatur in caelis.

Exod. 20

Matt. 12.

Esaie. 45.

Matt. 13.

Psal. 118.

Psal. 72.

Psal. 89.

Psal. 101.

Rom. 15.

1. Cor. 10.

Esaie. 38.

Deut. 32.

Cor. 4.

2. Cor. 5.

Roma. 8.

bitur, in nobis item & in aliis locis quā plurimis. Idem faciunt & alii Apostoli atq; discipuli domini, & sancti Ecclesie doctores. Vnde per Sapientē dicitur, In omnibus operib⁹ tuis memorare nouissima tua, & in aternū non peccabis. Recte ergo vir spiritualis hoc duplici exercitio se dicit salubriter exercitatum, nepe præteritorum cōmemoratione, & aternorum v̄turorum cōsideratione. Neque nos aberrabimus, si propositum exemplum imitātes, per omnem vitam iugiter ista cōsiderabimus. ¶ Versu. 6. Et scobebam spiritum meum. Vulgo codices Latini habent scopebam, per p. Apparet autē mutari debere p in b, aut certē e in a, vt dicamus scobebam, vel scopabam. Quorum prius, scilicet scobebam, deriuatur à nomine scobes, scobis, quod significat puluisculum, qui abraditur à ferro, vel alia qualibet materia. Vnde verbum ab hoc nomine deriuatum, scobo, is, ere, significabit scobē abradere vel abstergere, velut limando & abstergendo. Atq; hoc modo scobere spiritum non aliud est quā limare, & diligēter ab omni macula expurgare, atq; vt niteat efficere, quē admodum facere solent qui limando, scobem faciunt decidere. Neq; male consonat huic, quod habet Psalteriū Romanum, Vētilabam spiritum meum: hoc est, ventilando emundabam & purgabam, vt nihil puluerulentum, nihil alienum in eo remaneret. Si verō scopare legamus, per a & p, à scopā verbum deducitur, & eadem rursus quā ex prioribus habetur intelligentiā. Non enim aliud est spiritum scopare, quā velut scopā emundare, & purgare à fordibus atq; omni immunditia. Lectio quam exponit beatus Augustinus habet, Scrutabar spiritum meum, Græca verō habent *ἐκκαθαίρω*, id est, fodiebat, ad hunc sensum. Fodiebat spiritus meus. Nam *ἐκκαθαίρω*, significat fodio. Neq; hæc diuersam à supradictis habet intelligentiam. Qui enim emundare vult conscientiam, & ab omni inquinamēto purgare, scrutatur eam, & fodit, penetrādo intima & abscondita latibula cogitationum atq; affectionum suarum, vt perquirat & dispiciat, si fortē fecundum aliquid in occulto lateat. Fodere spiritum autē scrutari spiritum, idem est quod emundare, quod scobere, quod ventilare, quod scopare: estq; in his omnibus manifesta secundum cōsonantiam. Forsitan autem in Græco scriptum fuit *ἐκκαθαίρω*, scōlū mutato a in y: quæ mutatio facillime fieri potest, neq; raro solet scriptorū vitio cōtingere. Atq; ita sensus esset, Exercitabar, & vexabat se spiritus meus. Nā *ἐκκαθαίρω*, vexo significat. Recte autē spiritū suum vexat, qui illū emundare curat. Aut rectē se vexat spiritus, qui seipsum expurgare satagit. Quē admodum enim dicitur ferrum secundum modum aliquem vexare, qui vt illud nitidum faciat, scobem abradit ab eo: sic quodam modo spiritum vexant spirituales homines, qui semper existētes pauidi, iugiter conscientiam examinant, ac perpetua inquisitione (vt ita loquar) diuexant atq; excruciant: quāquā salubris est ista vexatio, quā nunc se diiudicat, ne in futurum iudicio vexetur aeterno. ¶ Versu. 14. Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioseph. Quæ ab hoc versu dicuntur vsque ad finem Psalmi, in elucidatione exposuimus de redemptione temporali filiorum Israel ex Aegypto: cui expositioni nimis manifeste totus textus suffragatur. Possunt tamen mystice intelligi de liberatione tēpore gratiæ facta de manu diaboli, & de mirabilibus per Christum in tempore gratiæ ad Ecclesie ædificationem exhibitis: sicque aquæ ista, accipientur populi multi: aquarum abyssi conturbata, corda profunda iniquitatibus, commota ad pœnitentiā, vox nubium, vox Apostolorum: sagittæ Dei, verba efficacia prædicationis Apostolica: vox tonitru in rota eadem vox euangelicæ prædicationis, per orbis circuitum discurrens: choruscationes, miracula quibus Euangelica doctrina fuit confirmata, atque ita consequenter aptando cætera.

LXXVII. PSALMI ARGUMENTVM.

In hoc Psalmo admodum prolixo, commemoratio fit veterum beneficiorum quæ Deus ab initio liberationis filiorum Israel de Aegypto, illis exhibuit, & ex aduerso Iudæorum inobedientia & incredulitas, quæ perpetuo Deum exacerbabant, atque ad iracundiam prouocabant, quotlibet signis visis, & quamlibet magnis nunquam tamen diffidere, tentare, murmurare desistentes. Incipit autem à commemoracione Israelitici populi, ostendens quomodo cuncta prius gesta, voluit Deus posteris nota fieri, & ad nepotum trāsmitti memoriā, vt per recordationem diuinæ magnitudinis, cauerent similes fieri prauis progenitoribus, sed Deum magis metuerēt, & famulatu debito colerent, qui pro patribus tam stupenda edidisset miracula. Enumerat autem particulatim penē omnia, quæ in eductione filiorum Israel ex Aegypto gesta fuere, vel in deserto post eductionem, vel in Aegypto in plagis variis ante eductionem, ac etiam post introductionem in terram promissionis, sub temporibus Iudicum, vbiq; interponens cum magna exaggeratione Iudæorum ingratitude, & perpetuam rebellionem, tandem in erectionem Dauidis faciens psalmi consummationem.

SEPTVAGESIMISEPTIMI PSALMI ELUCIDATIO.

Exod. 20 **1** Attendite popule meus legem meam: \* inclinate aurem vestram in verba oris mei. **2** Aperiam in parabolis os meum: \* lo-



tendite popule meus, quem elegi mihi in peculium ex omnibus gentibus, ad legem meam, quam ego pro beneficio speciali donavi patribus vestris: \* aurem vestram accommodatæ ad verba quæ ego loquutus sum, aut loquor, aut loquar per os meum, aut per os Prophetarum seruatorum meorum: aurem præbete, & obedientiam præstate meis sermonibus. **2** Aperiam os meum, & loquar in parabolis doctrinam salutis ego per mytheria verborum proponam, ita quidem in parabolis veritatem tegendo, vt indigni excludantur & exerceatur bonis: \* lo-

**A** quar propositiones ab initio. **3** Quanta audiuimus, & cognouimus ea: \* & patres nostri narrauerunt nobis. **4** Non sunt occultata à filiis eorum in generatione altera. **5** Narrantes laudes domini & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit.

**B** Et suscitauit testimonium in Iacob: & legem posuit in Israel. **7** Quanta mandauit patribus nostris, nota facere ea filiis suis: vt cognoscat generatio altera. **8** Eilij qui nascencur & exurgent, & narrauerunt filiis suis. **9** Vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei: \* & mandata eius exquirant. **10** Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua & exasperans.

**D** Generatio qua non direxit cor suum: \* & non est creditus cum Deo spiritus eius. **12** Filij Ephren intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli.

quæ vobis propositiones & enigmata de iis quæ præcesserunt in diebus antiquis, quæ in sæculis præteritis peracta memorantur. Vox propheta. **3** Quam multa sunt, & quam magna quæ nos auditu fide digno accepimus, & ex relatu cognouimus: \* maiores nostri fide digna narratione manifestauerunt nobis posteris suis. **4** Non voluerunt ea esse celata & occultata posteris suis, in generationibus quæ post ipsos ventura erant: sed de generatione in generationem, ac de progenie in progeniem semper patres ea filiis manifestaauerunt, atq; vicissim hi suis filiis, donec tandem ad nos vsq; perlata sunt. **5** Narrauerunt, in quā nobis patres nostri, narrando laudem domini & mirabilem potentiā eius, hoc est, laudabilia & potētissima opera eius, ad gloriam & laudem domini Dei sui, mirabilia scilicet signa atq; prodigia quæ fecit pro salute populi sui. **6** Et imprimis quidem illud ad laudem Dei memorandum est, qd populo suo Israelitico dare voluit legem præclarā, æquissimā atq; iustissimā, in testimonium illis, secundum quam scilicet vitam ducerent, & gratam sibi exhiberent feruitutem: in qua scilicet contestatus est eos de sua voluntate, & de omnibus præceptis atq; iustificationibus suis, vt scirent quomodo ambularent in conspectu eius: hoc, inquam, testimonium, hanc testificantem legem, ipse suscitauit, erexit, dedit, stabiliiuit, atq; cōstituit in suo populo Israelitico, quod nulli alteri fecit nationi. **7** Quam multa sunt, & quam magna, quæ ipse voluit per patres nota fieri, & manifestari filiis, quæ voluit per maiorū narrationem tradi memoriæ posterorum: vt generationes post ventura vsq; in consummationē sæculi agnoscerent mirabilia opera domini & laudes eius, neq; deficeret laus Dei in aternū ab omni posteritate eorū. Quæ enim in initio electionis populi fecerat Deus pro populo Israelitico, ea voluit palam fieri, per narrationem maiorū, in omnibus post venturis generationibus. **8** Vt filij, inquam, qui adhuc nascuntur in futuris generationibus, & ad vitam prodibunt de maternis vteris, cognoscant ea ex suorū patrū narratione: qui etiam ipsi vicissim à se progignendis narrauerunt eadē quæ à suis acceperunt, eruntq; solliciti suis posteris annunciare mirabilia altissimi, quomodo ipsis sunt annunciata à patribus eorū. **9** Ad hoc autē, annuncianda erunt posteris studiose quæ in sæculis præteritis peregit Deus, vt posterij ipsi his auditis discant sperare in domino Deo patrum suorū: confidentes, eum pro patribus tam stupenda peregitse cognouerunt, nec sibi denegaturū auxiliū, si fideles fuerint in cultu & lege eius: \* vtq; per memoriā operum potentiæ eius permanent in timore Dei, & in obseruatione præceptorū eius: partim allegeti blandimentis triumphaliū signorum, quæ pro patribus obediētibus facta cognouerint, partim terri horredis ac p̄digiosis punitio-nibus incredulorum atq; rebellium. **10** Vt priorū exemplis terri, & alieno periculo præmoniti, non fiant similes patribus suis incredulis & inobediētibus, qui fuerūt generatio praua, & ad iracundiā prouocans dominū suum, qui suis t̄tationibus, murmuracionib⁹, dissensionibus, seditionib⁹, idololatriis, & aliis multis peccatis inobediētis atq; incredulitatis, semper Deo resisterunt, dura ceruice, & ad amaritudinē iracundiæ concitantes mansuetissimum dominum. **11** Generatio, inquam, quæ non studuit cor suum dirigere ad Deum factorem suum, quæ nō præparauit domino cor suum vt rectum faceret in oculis eius, sed sequuta est vias curuas & malas, derelinquens Deum suū: \* & non est fidelis inuentus cum Deo spiritus eorū, non credidit animæ eorum Deo, non credidit spiritus eorū ad Deum, non ad hæserunt per fidem ex corde illi, quantūlibet foris ore & signis id fingerēt. Ore nanq; & labijs Deo se fingebant seruire velle, cor autem eorum longe erat ab eo, nec fuit fidele & restū in oculis illius. **12** Filij Israel mali & inobediētes, similes fecerunt seipso temerariis & gloriosulis, & tam timidis bellatoribus: qui antequā tempus belli adueniat, miranda videntur agere, in tēdentes arcus suos, & mittētes sagittas suas ad signa, quasi præludia quædā pugnæ sic exhibentes, itēque gladiis adinuicem dimicantes, & hastas vibrantes, in pugnæ præludij, quasi miranda sint acturi, verū vbi tempus pugnæ aduenerit, & adfuerit ipse articulus congressionis, cōuertuntur in fugam, & nihil cōprobatur fuisse omnis illa vana audacia quā ostentauerāt, & tantū temeritas quædā ac vanitas fuisse cōprobatur. Ita enim increduli isti Israelitæ, cū vidē-

Esaię. 29



13 Non custodierunt te  
 fta mentũ dei: & in lege  
 Exod. 24 eius noluerũt ambulare  
 14 Et oblitũ sunt benefa-  
 ctõrũ eius: \* & mirabi-  
 liũ eius quã ostendit eis.  
 15 Corã patribus eorum  
 fecit mirabilia in terra  
 Aegypti i capo Taneos  
 16 Interrupit mare, &  
 perduxit eos: & statuit  
 aquas quasi in vtre.  
 17 Et deduxit eos i nu-  
 be diei, & tota nocte  
 in illuminatione ignis.  
 Exod. 14 18 Interrupit petrã i ere  
 Exod. 13 mo: \* et adaquauit eos  
 velut in abyſſo multa.  
 19 Et eduxit aquam de  
 petra, & eduxit tan-  
 quam flumina aquas.  
 Num. 20 20 Et apposerunt ad-  
 huc peccare ei: & in irã  
 excitauerunt excelsum  
 in aquoso.  
 21 Et tetauerũt Deũ in  
 cordibus suis, vt peterẽt  
 escas animabus suis.  
 Num. 11. 22 Et male locuti sunt  
 & 21. de Deo: \* dixerũt, nun-  
 quid poterit Deus para-  
 re mensam in deserto?  
 Num. 14. 23 Quoniã percussit pe-  
 trã, & fluxerũt aqua:  
 & torretes inũdauerũt  
 24 Nunquid & panẽ  
 poterit dare, aut parare  
 mensam populo suo?  
 25 Ideo audiuit domi-  
 nus, & distulit: \* &  
 ignis accensus in Ia-  
 cob, & ira ascendit in  
 Israel.

rent ante oculos pro se miranda signa fieri, acclamabant laudem do-  
 mino, vñq; ad sydera præ gaudio vociferabantur, prædicabant Moy-  
 sen, & fidem atq; obedientiam amodo magnis clamoribus promitte-  
 bant: item & loquente ad eos domino, mirabilia spondebant, dicen-  
 tes, Omnia quæcunq; madauerit dominus, faciemus, & erimus obe-  
 dientes. Verũ in tempore tẽtationis statim discedebant ad increduli-  
 tatem, mox exclamabant contra Moysen, murmurabant contra do-  
 minum, & cuncta quæ prius propoluerant, fuerantq; polliciti, indo-  
 mita ceruice conſtingebant. 13 Non obseruauerunt testamen-  
 tum domini Dei sui, hoc est, noluerunt obedire legi eius, præceptis  
 videlicet & iudiciis quæ disposuerat eis. 14 Et oblitũ sunt benefi-  
 ciorum quæ illis iam antẽ Deus exhibuerat: \* hoc est, mirabilium  
 signorum atque prodigiorum quæ operatus fuerat in conspectu eo-  
 rum, in tempore tẽtationis non aduerterunt ad omnia præcedentia  
 signa, æque increduli, æque murmuratores, ac si nihil eorum conspe-  
 xissent, cum debuissent merito ex præcedentium memoria cautiore  
 fieri in futuris temporibus. 15 Non recogitauerunt maxima illa  
 prodigia, quæ coram & pro patribus eorum fecit Deus in terra Aeg-  
 ypti, quæ appellabatur campus Taneos, vel regio Taneos, à ciuitate  
 dicta Tanis, quæ insignissima, nominatissima, & maxima Aegypti  
 ciuitas fuit in ostio Tanitico. 16 Inter cætera autem illud ma-  
 xime memorabile est, quod aquas maris rubri iussit pro eis, ita vt  
 per medium sicci alvei deduxerit filios Israel, & diuisas aquas ex vtra-  
 que parte constituerit quasi in vtre, vt essent transuentibus ex vtra-  
 que parte velut murus solidus. 17 Et ducatum illis præstitit per  
 diem in columna nubis, quæ per diem apparuit illis ad viam mon-  
 strandam, & tota nocte præcessit illos in columna ignis lucentis per  
 noctem, vt die simul ac nocte cœlesti ducatu non destituerentur.  
 18 Insuper in deserto, cum deficerent aqua, adfuit dominus sitienti  
 & periclitanti populo suo, rupẽ scindens & rumpens, hoc est, iubens  
 è rupe aquas effluere: \* & copiose potum illis dedit, ita vt biberent  
 ad sufficientiam de abundantia aquarum è petra exilientium, tan-  
 quam in maxima profunditate aquarum. 19 Fecitque de petra a-  
 quas effluere populo sitienti, Moyle tantum virga percutiente sili-  
 cem, & proflire fecit aquas copiosissimas in maxima abundantia, vt  
 deriuari viderentur quasi in flumina aqua que eruperant. 20 Ne-  
 que hac tamen tanta beneficia, tam inaudita prodigia stabile po-  
 tuerunt fidem populi illius, nec propterea cessauerunt à peccatis  
 suis: sed post hæc omnia, nouum peccatum adiecerunt prioribus  
 \* ad iracundiam prouocauerunt altissimum in deserto, quod est lo-  
 cus absque aqua. 21 Et tentauerunt Deum in cordibus suis, si-  
 gna potentia eius, & præsentia intempestiue, importune, & infide-  
 liter poposcerunt ab eo, cum murmuratione & iurgio petentes ci-  
 bos secundum desideria sua, fastidientes cœlestem panem, atque di-  
 centes, Anima nostra arida est, nihil aliud vident oculi nostri nisi  
 man, & alia huiusmodi. 22 Et male loquuti sunt de Deo, contra  
 eum murmurantes & blasphemantes, cum dicerent, Vtinam mor-  
 tui essemus in Aegypto, quando sedebamus super ollas carniũ, a-  
 liãque his deteriora: \* & dixerunt maleuoli adinuicem, murmurantes,  
 Nunquid potens est Deus nobis cibos diuersos præbere, iuxta  
 desiderium animæ nostræ, quomodo fieri solet in apparatu mensa-  
 rum, in quibus varia ciborum genera proponuntur. 23 Nam de  
 petra quidem vidimus, quod solum virga percussa dedit aquas, easq;  
 ita copiose & superabundanter, vt in modum torrentium magno im-  
 petu egredientes aqua sese accumulauerint, & quasi torrentes rapi-  
 di de petra profluerint. 24 Sed nunquid idem ipse poterit no-  
 bis dare apparatus cibi humani in hac solitudine, aut mensam va-  
 riis onustam cibariis parare, quibus solebamus in Aegypto saturari:  
 piscibus videlicet & carnibus, cucumeribus & peponibus, porrisq; &  
 aliis, quibus vesceremur in Aegypto? 25 Icirco (quia hæc dixe-  
 runt murmurantes) audiuit ista dominus, & ad cunctas eorum mur-  
 murationes attendit: distulit tamen aliquantulum punitionem,  
 quam eis pro murmuracione volebat inferre, volens prius implere  
 de quo murmurando ipsum tentauerunt, q̃ eos puniret: \* & ira Dei  
 in modum ignis accensa est, atq; efferebit contra populũ Israeliticũ

A 26 Quia non credide-  
 runt in Deo: nec spera-  
 uerunt in saluari eius.

27 Et mandauit nubi-  
 bus desuper: & ianuus  
 celi aperuit.

28 Et pluit illis manna  
 ad manducandum:

\* & panem celi de-  
 dit eis.

29 Panem angelorum  
 manducauit homo:

\* cibaria misit eis in  
 abundantia.

C 30 Transtulit Austrũ  
 de celo: \* & induxit  
 in virtute sua Africũ.

31 Et pluit super eos si-  
 cut puluerem carnes, &  
 sicut arenam maris vo-  
 latilia pennata.

32 Et ceciderũt in me-  
 dio castrorum eorũ, cir-  
 ca tabernacula eorum.

33 Et manducauerũt &  
 saturati sunt nimis, &  
 desiderium eorum attulit  
 eis: \* non sunt fraudati  
 à desiderio suo.

34 Adhuc esca eorum  
 erant in ore ipsorum,  
 & ira Dei ascendit su-  
 per eos.

35 Et occidit pingues  
 eorum, & electos Israel  
 impediuit.

murmurantem, & furor magnus Dei exortus est contra populũ.  
 26 Propterea quod visis etiam tot miraculis, non crederunt in domi-  
 num Deum suum, à quo tanta iam perceperat beneficia, nec spem ha-  
 buerunt in saluatione eius, in salute quam eis præstitit de manu inimi-  
 corum, non sperauerunt, quod ipse qui eos saluauit, etiã nutrire esset po-  
 tens: adeoq; ex præcedentibus signis nõ sunt in fide aut spe cõfirmati,  
 vt magis ex acceptis beneficiis, prioribus sua peccitate moberentur  
 ad nouas murmuraciones & tẽtaciones, quemadmodũ ex præcepta re-  
 fectione aqua de petra moti fuerunt, vt ciborũ peterent apparatus.  
 27 Et videte quanta fuit ingratitude, quanta impietas contra Deũ,  
 pro carniũ & Aegyptiorum ciborũ apparatus murmurare cõtra do-  
 minum, vbi cœlestem panem haberent ex Dei dono ad abundantiam.  
 Ecce enim multo antẽ quã ita murmurando carnes petissent, præce-  
 perat dominus nubibus quæ sursum sunt, vt in eis Dei virtute genera-  
 tum manna super terras demitteret, & velut portas celi aperuit. 28 Et  
 pluit desuper panem qui natura lege ex terra solet progigni, hoc est,  
 pluit illis desuper, & copiose demisit cibũ diuinitus preparatũ: quem  
 velut pluendo demisit, quoniã simul cũ rore descẽdebat desuper. De-  
 scendẽt enim rore nocte super castra, decẽdebat pariter & man: \* pa-  
 nem desuper missum qui non de terra iuxta naturã generatus fuerat,  
 sed in superiorib9 fuit diuina virtute formatus, dederat eis dominus:  
 quo & cibauit eos annis quadraginta in solitudine, donec attingeret  
 terrã habitabilem. 26 Panẽ ministerio angelico in supernis forma-  
 tum, aut certe panẽ non humanum, nec naturalĩ via de terra enatum,  
 dederat Deus manducare populo huic: \* cibos misit eis absq; omni la-  
 bore suo & sollicitudine, preparatos in magna cõpia, ita vt quisq; quã-  
 tum posset edere, colligeret. Tali, inquam, miraculo iam illis panẽ de-  
 derat cœlestem, ita mirabiliter, ita copiose, cũ post adhuc nauseantes  
 peteret sibi mensam parari, & Aegyptios cibos exposceret, panẽ sua-  
 vissimũ de celo demissum abicientes, ad iniuriã diuini beneficii, cibũ  
 lenissimũ illum appellantes, & animã suam aridam dicentes, quod nihil  
 ederent nisi manna. Quapropter nec mirũ fuit, si furor domini cõtra  
 Num. 27. ingratiſsimũ populũ efferbuit. 30 Voluit nihilominus imple-  
 re desiderium murmurantium, priusquam exerceret in eos vindictã.  
 Vnde ventũ australem qui antẽ iam flauerat de celo, violenta sua iuc-  
 sione transtulit, silere fecit atq; compeſcuit: \* & in virtute potentia  
 Num. 11. sua (cui & venti & mare obediunt) adduxit Africũ ventũ: qui egre-  
 Exod. 16. diens à domino, arreptas trans mare coturnices detulit, & demisit in  
 castra. 31 Et misit eis in maxima abundantia carnes coturnicũ, quẽ-  
 admodum puluis abundat super terrã: ita vt quomodo pluuia terrã  
 operit guttis aqua, sic visa fuerint castra Israelitarũ plena coturnici-  
 bus, & aues istas adduxit in maxima copia, quasi arenã quẽ est in litto-  
 re maris innumerabilis. 32 Et vt nulla esset difficultas populo, vtq;  
 eorum desiderijs plenissime satisfaceret, fecit Deus vt caderet coturni-  
 ces ista in medio castrorũ eorum, circa ipsa eorũ tabernacula, ne vl-  
 lum in colligendo laborẽ infunderent. Volabant enim in aere duobus  
 cubitis altitudine super terrã ex omnia parte castrorũ, itinere quan-  
 Num. 11. tum vno die potest confici: ita vt surgens populus toto die illo & no-  
 cte ac die altero, congregauerit coturnicũ maximã multitudinem:  
 qui pariunt, decem cotos, & siccauerunt eas per gyrum castrorum.  
 13 Et manducauerunt carnes iuxta concupiscentiã cordis sui, & satu-  
 rati sunt valde, suntq; copiose satiati cibo cõcupiscentia sua: attulit  
 illis Deus quẽ desiderauerat & cõcupierant, murmurantes: \* nõ sunt  
 passi defectum eius quod cõcupierant, datũ est illis abundanter quan-  
 Ibidem. tum vtique desiderare potuissent: non quidem propter hoc vt illorũ  
 expleretur desiderium, sed vt re ipsa monstraretur Dei omnipotentia,  
 simulq; ostenderetur, male incredulos illos de Deo dubitasse. 34 Vbi  
 autem ad ostensionẽ suã potentia murmuratorũ satisfecisset deside-  
 rio, tũ voluit hasten9 dilatã iram aduersus impios manifestare. Itãq;  
 eum adhuc esca ista carniũ essent in dentibus ipsorum, neq; adhuc  
 defecisset cibus eiũsmodi de ore eorũ, ecce furor domini concitatus  
 est aduersus impios murmuratores, percussitque eos plaga magna.  
 35 Et interfecit in ira sua dominus pingues populi Israel, & electos  
 ac superiores ex populo ipse impediuit per mortẽ, & interfectionẽ  
 prohibuit ne ingrederetur in terrã promissam patrib9 eorũ: impediuit

quoq; à protectione, ne vltra possent proficisci cum populo Dei, quoniam prostrati fuerunt illic in deserto. Pingues enim, id est, diuites deliciae, & minus patientes, qui ad murmura solent esse magis proni, & electi atq; teneriores, qui huius murmuratiōis potissimum causa fuerunt, à Deo iusta punitione interfecti sunt, propter peccatum murmuratiōis eorum, adeo vt ex horum interfectione locus ille vocatus sit, sepulchra concupiscentia. 36 In omnibus mirabilibus his & maximis beneficiis, quibus illos Deus affecit, itemq; terribilibus prodigiis quae in eis ostendit, non sunt conuersi pleno corde ad dominum, nec desierunt à prauitate sua, sed adiecerunt peccatis prioribus alia posteriora atq; peiora: & post tot ac tanta mirabilia, quae Deus pro illis exhibuit, non sunt firmati in fide & fiducia domini Dei sui, sed permanserunt vt ante rebelles semper & increduli. 37 Et quoniam increduli fuerunt, iusta dei punitione omnes prostrati sunt in deserto, intra tempus breue quadraginta annorum, propter vanitatem, falsitatem, malitiam, & incredulitatem cordis sui: & anni vita eorum cum festinatione transierunt, intra tempus modicum corpora murmuratorum omnium in deserto prostrata sunt, ita vt ex infinita illa multitudine, quae numerata fuit per Moysen & Aaron in deserto Sinai, nullus inueniretur in tempore ingressus in terram promissionis, nisi Iosue & Caleb: ceteris omnibus (iuxta verbum domini) in deserto intra quadraginta annorum spatium prostratis. 38 Similes erant peruersis pueris, qui donec virga caeduntur, magna promittunt, & mores malos iurant commutare in melius: sed vbi cessauerit virga, ad ingenium redeunt, & solita mala studia. Ita enim & ipsi dum à Deo occiderentur, confugiebant ad Moysen & Aron, petentes pro se supplicari domino, tum cōfitebantur peccasse se domino, nimirum mortis timore perterriti, videbanturq; tunc ad horam conuerti ad Deum: & quasi festinabant studiose ad eum, primo diluculo cōsurgentes: quemadmodum solent qui in re qualibet solliciti & diligētes existunt, primo mane cōsurgere. 39 Ac tum quidem, vexatione dante intellectu, didicerunt, quod Deus solus esset qui eis posset in malis omnibus ferre auxilium, quiq; paratus esset semper ad adiuuandum potius quam ad perdendum, si modo ipsi non se redderent indignos: & cognouerunt experientia edocti, quod altissimus dominus Deus eorum verus esset redemptor & saluator, qui semper paratum se monstrabat ad suscipiendum poenitentes. 40 Et simulauerunt ore diligere se Deum, & illi velle de cetero, cultu debito famulari, atq; obedientiam & fidem prestare, & lingua sua falsa ac mendaci multa pollicebantur, quae ex vero corde non procedebant. Timore enim compulsi, & ad euasione periculi, nihil non promittebant. 41 Et quanquam ore multa promittebant, non fuit tamen cor eorum rectum ad Deum, nec fuit eorum voluntas sincera erga illum, neq; ex animo proponebant pristinam malitiam & infidelitatem relinquere: id quod sublequens semper resumpta murmuratio, vel inobediētia aperte monstrabat: nec sunt inuenti fideles in testamento domini Dei sui, mendaces comprobati sunt in lege eius propter multiplices transgressiones suas. Non enim obseruabant legem Dei, quam susceperant, & obseruare promiserant. 42 Quauis autem huius populi tanta tamq; obfirmata fuerit malitia, ipse tamen dominus non obliuiscatur suae misericordiae, seruabatq; illis, quantumuis frequenter lapsis ac relapsis, suam misericordiam: quemadmodum ipse in se semper est misericors: & propitium se semper exhibebat peccatis eorum, paratus illis dimittere peccatum, quoties egissent poenitentiam: & non penitus illos voluit disperdere, non illos omnino voluit exterminare, sed patribus incredulis in deserto prostratis, filios fecit in illorum locum exurgere, in quibus promissiones factas patribus adimpleret. 43 Et abundanti ac superfluenti sua misericordia fecit, vt auerteret iram suam à populo, vt non penitus vsq; ad internitionem vel deletionem populi defauiret indignatio: & non permisit exastuare vsq; ad perfectum aut superexcessum furorē indignationis suae, sed etiam repressit, ne in filios murmuratorum grassaretur, vtq; consisteret in punitione patrum: neq; ipsis etiam patribus tota inferens vindictam, quam sua impietate nimia, nimium rebelles commouerant. 44 Habensque se Deus in modum recordantis, attendit ad fragilitatem naturae & conditionis humanae, quod scilicet non pure essent homines spiritualis naturae, aut angelis similes, sed quod carnem

Ibidem.

36 In omnibus his peccauerunt adhuc:

\* & non crediderunt in mirabilibus eius.

Hebr. 3.

37 Et defecerunt in vanitate dies eorum: & anni eorum cum festinatione.

Num. 1.

38 Cum occideret eos querebant eum, & reuerrebatur: & diluculo veniebat ad eum.

Esaię. 28

39 Errememorati sunt, quia Deus adiutor est eorum: & Deus excelsus redemptor eorum est.

40 Et delegerunt eum in ore suo, & lingua sua, mentiri sunt ei.

41 Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habitati sunt in testamento eius.

42 Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum:

\* & non disperdet eos.

43 Et abundavit vt auerteret iram suam:

\* & non accendit omnem iram suam.

44 Et recordatus est quia caro sunt:

A

\* Spiritus vadens & non rediens.

45 Quoties exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eum in aquoso.

46 Et conuersi sunt, & tentauerunt Deum:

B

\* & sanctum Israel exacerbauerunt.

47 Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis.

48 Sicut posuit in Aegypto signa sua: & prodigia sua in capto Thabneos:

C

49 Et conuertit in sanguinem flumina eorum: & imbres eorum ne biberent.

50 Misit in eos cynomyam, & comedit eos: \* ranam & disperdidit eos.

51 Et dedit arugini fructus eorum: \* & labores eorum locustae,

52 Et occidit in grandine vineas eorum:

D

\* & moros eorum in pruina.

53 Et tradidit grandini iumenta eorum:

\* & possessionem eorum igni.

54 Misit in eos iram indignationis suae: indignationem & iram & tribulationem immisiones per angelos malos.

ge statet in qua habitat ex correptione originali fomes prauus, lex peccati, praua sensualitas, vnde ad omne malum proni sunt homines ab adolescentia sua, vnde habent vt ab omnivirtute alieni, & ad omne bonum Romae. 7. difficiles, e contrario in omne malum sunt proni ac faciles: quae certe natura. Gene. 6.

rendi, neq; in extrema iustitia seueritate vindictam exigendi à natura fragili: \* attendit insuper Deus, quod homo res caduca & fragilis sit, ac modici temporis: cuius spiritus cum egressus fuerit à corpore, non iterum potest reuerti per semetipsum, sed mortuus semel homo manet mortuus, donec virtute diuina resuscitabitur in nouissimo: propter quod, non ita paratus est Deus mortem etiam temporalem inferre peccantibus, sed frequenter dissimulat, malens dissimulando tempus illis concedere poenitentiam, quae subito opprimendo aeterna perditionis eos submittere sententia. \* Vadens etiam est homo & non rediens, quoniam per se quidem à Deo potest recedere, & in malum ire: verum per seipsum à malo ad bonum redire non potest, nisi adiutus speciali Dei auxilio. Ex se enim habet, vt peccare possit: vt autem bene agere, non nisi ex Deo. 45 Quam multis vicibus legimus illos Deum ad iracundiam prouocasse in deserto, per annos quadraginta: quoties ad indignationem commouerunt Deum in deserto illo arido ac situloso ab aquis, ubi non erant aquarum flumina. 46 Et conuersi sunt semper ad malum, postquam semel bene proposuerant, pactum infringentes quod cum Deo poenitentes in afflictione inierant, & iterum tentauerunt, murmurantes, ac signa interpeffine pro sua cupiditate fieri postulantes: \* & Deum sanctum Abraham Isaac & Iacob patrum suorum, ad amaritudinem siue iracundiam prouocauerunt, cui fidelissimo corde adhaeserant patres eorum. 47 Non sunt recordati potentia eius, quam in signis admirandis & inauditis prodigiis ostenderat, in tempore quo eduxit patres eorum de Aegypto, de potestate Pharaonis & seruatorum eius, à quibus crudeliter affligebantur, & oneribus grauissimis opprimebantur. 48 Non sunt, inquam, recordati manu Dei, quomodo exhibuit in capto Thabneos, in terra Aegypti, potentissima signa atq; prodigia, Pharaonem & seruos eius decem plagis grauissimis percutiens, propterea quod non vellet iuxta votum domini dimittere populum eius. 49 Ipse enim Exod. 7.

omnes aquas Aegyptiorum per manum Moysi & Aaron, solius virgae ictu, conuertit in sanguinem, factumque est, vt omnes flumines eorum & rivuli, paludes etiam & stagna ac lacus, in quibus aqua pluuialis, vel alia quaelibet erat collecta, verterentur in sanguinem, & cruor esset pro aqua in omni terra Aegypti, vt non possent Aegyptii bibere aquam fluminis.

50 Misit insuper in eos commixtionem muscarum, & impleta est vniuersa terra Aegypti muscis omnis generis, quibus terra vniuersa corrupta est, ac velut deuorata atq; consumpta, afflictamq; vehementissime: \* fecit quoque flumines ebullire ranas, occupantes domos & omnia penetralia Aegyptiorum, quibus grauissime fuerunt afflicti, ascendenti bus illis in domum in cubiculum lecti, & super strata hominum, & in reliquis ciborum. 51 Et dedit arugini siue rubigini cōsumenti fructus eorum, suscitans corruptionem deuastantem, quae absumeret terram nascentia, ne haberent Aegyptii quae ipsi ederent, vel iumenta eorum: \* se Exod. 10.

cit insuper surgere locustas quae operuerunt superficiem terrae, & comederunt in agris omnia in quibus laborē impenderant, corroseruntq; omnia ligna in agris, & impleuerunt habitationes Aegyptiorum. 52 Et destruxit, ac infrugiferas redderit vineas Aegypti, in grandine quam Exod. 9.

pluit Deus super Aegyptum, per quam & percussa sunt quaecumque fuerunt in agris, ab homine vsq; ad iumentum, & omnis herba agri percussa est, & omnia ligna regionis contracta: \* & arbores eorum fructiferas ipse mortificauit, & steriles reddidit per pruina nocturnam prauae qualitatis, congelantem & corruptentem ligna qualitate noxia. 53 Et tradidit iumenta Aegyptiorum grandini, ad interfectionem: fecit eorum iumenta omnia quae in agris fuere inuenta, perire grandine: \* & possessiones eorum datae sunt igni deuorandae, agri videlicet eorum, & omnia quae in agris inuenta sunt. Si quidem grandis & ignis pariter mixta ferebantur circa terram discurrantia fulgura, quibus tacta & consumpta sunt quae in agris erant. 54 Exercuit in illos iram indignationis suae, ipse videlicet multiplicis punitionis effectu, patenter demonstrans suam aduersum illos indignationem & iracundiam suam: \* misit quoque eis

Roma. 7.

Gene. 6.

& 8:

Exod. 7.

Exod. 8.

Exod. 9.

Exod. 10.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

immisiones & morsus punctionū, per ministerium angelorum, quorū ministerio in huiusmodi inferēdis De⁹ vti solet, & cuiusmodi ipsi se libēter immiscere solēt, nihil tum cupiētes quān hominibus nocere, vel in spiritualibus vel in corporalibus rebus: \* Terrores quoq; & incursus horribiles misit in eos, per ministeriū angelorū malorū, vt eos vehemēter perterrefacerent. 55 Fecit viam semitā irā suā, direxit semitā indignationis suā, viā rectā pręparauit furori suo, nimirū vt recta transiret furor, atque indignatio eius penitus completetur, nec cohiberetur amplius, ita vt etiā ab interfectione nō abstinuerit, sed morte eos, & iumenta eorum peste crudeli feriens, interfecit. 56 Et post plagas plures prauas, nouissimā superaddidit, eāque grauissimā, qua percussit omne primogenitū in terra Aegypti, a primogenito Pharaonis vsque ad primogenitum nouissimā humillimāq; ancillulā, & omnia primogenita iumentorū, ita vt non esset domus in qua nō iaceret mortuus: \* primitias omnis laboris eorū, primitias partus, primogenita quæ laboriosissimis partibus fuerant enixa, percussit in tabernaculis Cham, id est, in domibus Aegyptiorum, quorū Cham pater & principium extitit. 57 Et post hanc plagā, eduxit dominus in manu validā & forti populū suum, sicut pastor educit oves, absque vllō eorum labore, absque pugna, absque omni molestia: \* & perduxit eos in desertū, extra captiuitatē Aegypti, quomodo pastor gregē ouiuū educit de stabulis in pascua. 58 Et deduxit eos in fortitudine sua, antecēdes eos per columnā ignis & nubis, in bona spe & cōfidentia & gaudio: & non timuerunt egredientes, protectōrē & propugnatōrem habentes tam potentissimum dominum: \* & eorū aduersarios Aegyptios, cum obstinato animo insequebantur ad se reuocandū, Deus miraculo stupendo inuoluit fluctibus maris, & demergi fecit in profundum. 59 Et post annos multos, introduxit populū suū istum in terrā quam promiserat patribus eorū, in loca mōtosa quæ ipse sibi sanctificare voluit, & suo populo dare ad habitatiōnē: \* loca (inquā) mōtosa, quæ acquisiuit dextera eius, quæ ipse tanquā victor & triumphator manu potenti quasi iure belli obtinuit, & tradidit populo suo, Nec enim filii Israel in gladio vel arcu suo possederunt terrā promissionis: sed dextera Dei pugnatē pro eis, gētes robustissimā de terra deleta sunt, in quorū locū ipsi introducti sunt. 60 Eiecit nanq; Deus in fortitudine manus suæ pugnans pro populo Israel, gētes multas & fortissimas, deleuitq; eos & consumpsit de terra, videntibus illis: \* & in fortē atq; hereditatem diuisit eam populo suo: iuxta quod promiserat patribus, dicēs, Vobis & semini vestro dabo terrā hanc: diuisit, inquam, filiis Israel, per Iosue filiū Nun, in funiculo diuisionis, quomodo solēt terrę mēsurari, vnicuiq; tribui suam sortem secundum funiculum assignando. 61 Fecitq; dominus in habitationibus eiectionis gentium, in illarū ciuitatibus & locis, habitare duodecim tribus israeliticas, plantauitq; eas ibi, & instituit in locum illorum veros terrę possessores & dominos, vt ibi firmam suā mansionem ponerent, domosq; edificarent, & filios ac filias pcrearent, tanquā in terra sua: quomodo solet arbor in terra, in qua plātata est, sese firmare radicitus, quasi in loco proprio. 62 Verum quemadmodū ab initio semper se peruersos & inobedientes exhibuerunt, ita & tum non cessauerunt a sua impietate: sed iuxta malitiam antiquam tentauerunt dominum Deum suum, nondum in Deo post tanta percepta beneficia confidentes, nondum fide plena illi adherentes: & ad iracundiam prouocauerunt Deum altissimū, a quo tanta iam perceperant bona, & de quo tam multa audierāt a patribus signa narrata: & legem eius non custodierūt, pactum Dei quod pepigit cum eis, nō obseruauerunt. 63 Et auerterunt se, post mortē Iosue ac seniorum, nouis exurgentibus qui nō cognoscebāt dominū, nec viderant opera eius, & nō seruauerunt pactum quod patres eorum pepigerant cum Deo, polliciti semper illius cultum & obedientiam custodire: \* quemadmodū fecerunt patres eorum, ita & filii conuersi sunt in arcum prauum, exhibuerunt se ipsos tanquam arcum malū & inutile, facti sunt serui prauī, rebelles & inutiles: ita vt quemadmodū malus arcus sagittanti non seruit ad libitum, quantum sit artis peritus, nec sagittam mittit quo ille destinauerit: sic nec illi fideles seruos se exhibuerunt optimo domino, neq; quę ipse vellet perficiebant, sed

55 Viam fecit semita irę suę, & non pepercit à morte animarum eorum, & iumenta eorū in morte conclusit.

Exod. 11. & 12:

56 Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti: \* primitias omnis laboris eorū in tabernaculis Cham.

57 Abstulit sicut oves populū suū: \* & perduxit eos tanquam gregem in deserto.

58 Et deduxit eos in spe, & non timuerunt: \* & inimicos eorum operuit mare.

Psal. 43.

59 Et induxit eos in mōtem sanctificationis suę: \* mōtē quē acquisiuit dextera eius.

60 Et eiecit à facie eorū gentes: \* & sorte diuisit eis terram, in funiculo distributionis.

Gene. 12. & 15.

61 Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.

62 Et tentauerunt & exacerbauerunt Deū excelsū: & testimonia eius nō custodierunt.

Iudic. 2.

63 Et auerterūt se, & nō seruauerūt pactum: \* quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum.

A 64 In iram concitauerunt eū in collibus suis:

\* & in sculprilibus suis ad emulationem eum prouocarunt.

65 Audiuit Deus & spreuit, & ad nihilum redegit valde Israel.

66 Et repulit tabernaculum Silo: \* tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus.

67 Et tradidit in captiuitatē virtutem eorum:

\* & pulchritudinem eorū in manus inimici.

68 Et conclusit in gladio populū suū:

\* & hereditatem suam spreuit.

C 69 Iuuenes eorum comedit ignis: \* & virgines eorum non sunt lamentatae.

70 Sacerdotes eorū in gladio ceciderunt:

\* & vidua eorum nō plorabantur.

D 71 Et excitatus est tanquam dormiens dominus: \* tanquam potens crapulatus à vino.

72 Et percussit inimicos suos in posteriora:

\* opprobrium sempiternum dedit illis.

quod eorum eligeret voluntas praua. 64 Ad iracundiam concitauerunt Deum in extructione excelsorum, & nouum cultum instituentes secundum similitudinem gentium idololatrarum, quem Deus nō præceperat: qui ob hoc tabernaculum fieri præceperat, ne loca aliena extruerent, essētque vnus omnibus orationis locus ad tabernaculum, vt vnus erat omnium dominus: \* quōdque grauius erat, etiam idola sculprilia vel fusilia artificis manu fabricata, coluerunt, iuxta ritus gentium, vnus Dei cultu postposito: sicque ad indignationem Deum mansuetissimum superabundanti sua impietate prouocarunt. 65 Attendit Deus ad opera eorū pessima, & ascenderunt mala hæc omnia in aures eius, tanquam vindictam clamantia aduersum illos: & per vindictam iustitię suę spreuit, cōtempnit, abiecit, ignobiles reddidit, & cōculari permisit eos: populūmq; suū israeliticū quem antē ita magnifice glorificauerat, valde humiliavit atq; annihilauit, dans illos in manus alienigenarum per circuitū, faciēsq; eos tributarios, & grauissima seruitute sinens opprimi. 66 Locū quoq; tabernaculi qui à tempore Iosue fuerat in Silo, in sorte Ephraim ipe abiecit: nec ultra in Silo voluit cōmorari, vt non esset amplius locus orationis & sacrificii in Silo: \* locū, inquam, sui tabernaculi, vbi inter homines habitauit, in quo elegerat mansionē suam, & specialē exhibuerat sui præsentia, vt illic adoraretur, inde loqueretur, vota quoq; & sacrificia illic acciperet à populo suo. 67 Et permisit in captiuitatē venire arcam sanctam, quæ erat spes & fortitudo populi israelitici, in qua maxime cōfidebant, & per quā sperabant cōtra inimicos a seque victoriam: \* atq; hanc arcam (quæ erat populi israelitici decor, pulchritudo, ornatus, & gloria) propter præsentia diuinitatis in ea sese exhibētis populo, permisit capi in bello à Philistæis alienigenis, & abduci in regionem Philistæorū. 68 Neq; hoc solum, verum etiā de populo ibidem plurimi gladio interfecti sunt. Nam vna illa vice, quādo arca domini capta fuit, plaga magna facta est in populo, cecideruntq; triginta milia peditum: \* & hereditatē suam, populū quem in peculium suū elegerat, valde abiecit atq; humiliavit sub manibus inimicorū suorum. 69 Iuuenes eorum fortes & robusti, ferro & igni absumpti sunt, & in exardescētē igne hostilis iracundię interfecti sunt: \* & virgines eorū interfectas nō vacabat nec libebat iuxta consuetudinē lamentari, nō præstābātur mortuis virginibus solita funeris pōpæ, tum propter nimiam populi cōsternationē, tum propter nimiam multitudinē abscque misericordia interfectarum, tum propter metū maioris mali instantis, adornante vnoquoq; fugam pro salute sua: dum quisque magnū putauit, si suæ posset vitæ consulere: nec erat otium, neq; animus lametationibus vacare, aut defunctis solita funeris præstare obsequia. 70 Sacerdotes eorū gladio interfecti sunt, quemadmodū videlicet Ophni & Phinees, ambo filii Heli sacerdotis, ceciderunt die vna, capta arca domini: \* & viduę defunctorū virorū in prælio non plorabantur, nō deshebantur, vti solet fieri. Nihil enim terror omnes inuaserat, & tāta erat vnicuiq; suę formidinis miseria, vt nemini liberet aut etiā vacaret alterū quantumuis proximū plangere: quemadmodū fieri solet in rebus desperatissimis & summa miseria, quando tanta est vnicuiq; sua miseria, vt nec frater fratris, nec fili⁹ patris habeat rationē aut sollicitudinem. 71 Attanen non imperpetuū hæc ira permanit super populū domini, neq; diu hostes passus est gloriari de victoria, neq; inultos permisit: sed post tempus modicū, is qui antē dormire visus fuerat, & nihil agere pro sua gloria, cępit suas vires ostendere, quemadmodū cum homo exurgēs à somno, ad solita redit opera: \* factus est tanquā homo fortis, postquā abscēssit crapula vini, qui ad tempus crapula vini oppressus grauissimum somnum dormiens nihil agebat, sed vino edormito, atq; digestionē cōsumpta, exurgit potentior, vino scilicet instauratus & calefactus. Ita se Deus postquā ad tempus modicū dissimulauerat, distuleratq; vindictam in impios hostes populi sui, fortior apparuit ad vltionē. 72 Et percussit inimicos suos Philistæos plaga pessima, in secretiori parte natiū, ita vt cōputrescerent prominentes extales eorū, præter quod innumeram multitudinē hominum in singulis ciuitatibus interfecit, dū circumduceretur arca eius: \* opprobrium sempiterno, in hac punitione tā facta & abominabili plaga affecti eos. Merito enim hoc in perpetuū

Iosue 18.

I. Reg. 4.

Exod. 20.

I. Reg. 4.

I. Reg. 5.



73 Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit.

74 Sed elegit tribum Iuda:

\* montem Sion quem dilexit.

75 Et edificauit sicut vnicornium sanctificium suum:

\* in terra quam fundauit in secula.

Rom. 11.

76 Et elegit David seruum suum:

1. Reg. 6.

\* & sustulit eum de gregibus ouium, & de post fatantes accepit eum.

Exod. 20

77 Pascere Iacob seruum suum, & Israel hereditatem suam.

78 Et parit eos in innocentia cordis sui:

\* & intellectibus manuum suarum deduxit eos.

illorum cessit ruborem atq; confusionem sempiternam, & ita miseranda plaga casu fuisset a Deo Israel, quem spernebant, & cuius populum oppugnabant assidue. 73 Repulit tamen tabernaculum Ioseph, id est, tribum Ephraim filii Ioseph non elegit, vt habitaret in ea, & mansionem figeret in ea tabernaculi sui. Nam licet primum tempore Iosue locus tabernaculi fuisset in Silo, in forte Ephraim filii Ioseph, non voluit tamen dominus illic habitationem sibi constitui, nec stabile templi locum: neq; etiam illic voluit stabile perdurare regnum, vbi tamen prius regnauerant Saul & Hieroboam. 74 Sed tribum Iuda elegit, vt in ea templum edificaretur nomini suo, essetq; in ea principatus regni: \* maxime autem Hierusalem, vbi erat mons Sion, quem dilexit, & quem elegit vt in eo templum sibi edificaret, illicq; adorationis locum constitueret, vtq; eam faceret ciuitatem regiam & principum populi Israelitici. 75 Et edificauit in terra Iuda sanctuarium suum, templum sanctum suum, in quo sibi offerrentur sacrificia legitima: ad modum vnicornium zelans pro puritate & solitudine habitationis suae, nolens alium Deum praeter se, in hoc templo quod sibi edificauerat, coli vel adorari, neq; plures sibi habitationes permittens constitui, sed vnicam istam charissimam habens, neq; transiens de loco ad locum, sed stabiliter semel electum templi, & cultus sui locum absq; mutatione custodiens: \* idq; fecit in terra Iuda, quam fundauit, ac stabiliiuit pro cultu suo in aeternum, vbi perpetuo coleretur atq; adoraretur (quantum quidem ex ipsis erat electione, cuius sine poenitentia & retractione dona sunt atq; electio) si non illorum impedisset male grata infidelitas: \* Fundauit insuper eam in secula pro habitatione sua, quatenus figura erat Ecclesia sancta, in qua habitationem suam perpetuam habiturus est Deus vsq; in consummationem saeculi: \* Aut quia donec vetus illa Synagoga perstaret cum suae legis ritibus & veteri tabernaculo, non alius erat locus deputandus diuino cultui. 76 Ex hac quoque tribu Iuda, ex omnibus filiis Israel elegit David seruum suum, quem per Samuelem vnxit in regem populi sui, reprobato Saule, de tribu Beniamin: \* quem & tulit e pascuis pascentem greges ouium patris sui, a pecorum cura ad populi regimen eum sublimando: accepitq; eum & assumpsit ad regiam dignitatem, ab ouium fetarum cura, quas sequebatur, atq; tanta humilitate ad tam magnificam euexit regalis fastigii dignitatem. 77 Ad hoc, inquam, assumpsit eum ab ouium cura, vt in modum pastoris regeret & gubernaret Israel, populum domini, quem in hereditatem & peculium sibi modo mirabili elegerat ex omnibus gentibus: vt qui prius patris sui paucarum ouium in humilitate extiterat pastor, iam innumerabilis populi in regia maiestate gloriosus fieret moderator. 78 Ipse vero innocens a domino & simplex vocatus, qualis vocatus erat talis permanens, parit, rexit, ac gubernauit subditos sibi populos in simplicitate & innocentia cordis sui, in pace & cultu Dei, quanta potuit diligentia, fideliter illos gubernans: \* & in prudentia operum suorum dux illis fuit, ducatum illis bonum praestitit in cultu Dei, sapienter omnia agens, & in omnibus prudenter se gerens, ex Dei gratia, ad quamcunque pro salute populi fuisset egressus.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXXVII. H

Versu primo, Attendite popule meus. Duo versus primi, quasi pro introductione Psalmi sunt positi, tanquam ex ore domini loquentis, cum versus omnes ad finem vsq; subsequentes non sint vox domini, sed Prophetae ipsius, ab ore domini inchoatum sermonem prosequentis. Mirum autem videtur, quod hic dicat dominus se aperturum os in parabolis, & loquutum propositiones siue aenigmata, cum Psalmus totus pene omni difficultate careat, & nuda tantum proponatur rerum gestarum historia absq; vlla difficultatis sensuum verborum inuolutione. Potest vero huic quaestioni pluribus rationibus satisfieri. Primo, si dicamus omnem sermonem Dei quantumuis lucidum & clarum, esse tamen parabolam & aenigma, mundo & iis qui sunt in mundo incredulis, quoniam videlicet animalis homo non percipit quae sunt spiritus Dei, & nescit intelligere: quoniam spiritualiter examinari debent quae spiritualia sunt: ipse vero caro est, & non spiritus. Amplius vero, quae in hoc Psalmo dicuntur, tamen in se secundum superficiem considerata facilia videantur, & obscuritate caret: tamen si ad rationem diuinam prouidentiae atq; praedestinationis referantur, vere maxima sunt aenigmata, miranda parabolae, quae hoc Psalmo proponuntur. Si enim pressius intueamur, profundiusq; consideremus, populum hunc Israeliticum secundum carnem, tam semper rebellem & inobedientem permanisse in dura sua ceruice, a primo die quo cepit illis loqui Moyses, vsq; dum in eis habitauit domi-

anus voluisse tamen Deum hunc tam pertinacem, & durissimum populum pra omnibus gentibus ita peculiariter electione seligere, & tam gloriosis portentis in eo clarificare suam dexteram, nec tot offensas, tot murmurationibus adducere, vt penitus populum illum deleteret, adeo vt post innumeras rebelliones etiam florido regno, suo Davidis manu, illos adornaret: huius, inquam, rei considerationem quis non dicet aenigmaticam? quis non obscuritate plenam? quis lucide rationem eius capere poterit? Item quod solam tribum Iuda elegit, tabernaculi prioris loco repulso, Silo videlicet reiecto, & electa Hierusalem pro aedificatione templi, atq; constabilitatione regni, non sunt haec absq; obscuritate. Item, quod David minimus, de post fatantes ad regnum elegit, praeteritis principibus & potentibus populi, & alia huiusmodi multa. Denique, quoniam proponuntur veteris historiae gesta, non propter historicae narrationis literam, sed ad posterorum comotionem & instructionem, vt ex iis quae patribus contigerant, discant posterit, quomodo timeant dominum, & recedant a malo, & quoniam haec omnia (iuxta Apostoli testimonium) in figura sunt nostri, recte parabola ista dicuntur: quoniam similitudines proponuntur & figurae veteris historiae, quae posteris vt typus & figura praecesserunt, in quibus veritas debeat compleri. Erat quoque perpetua illa rebellio populi Israelitici contra dominum in deserto, signum ac typus eius quod postmodum incarnato domino in propria venientia contigit, vt a suis non reciperetur, sed pateretur contradictionem grauissimam, vsq; ad ignominiosissimam mortis opprobrium. Quod autem in secundo versu habetur, loquar propositiones ad initium: in Graeco pro propositionibus, habetur παραλογισματα, quod proprie significat quaestiones difficiles & dubitabiles, de quibus potest disputari: & capitur nonnunquam vt sit sermo quilibet habens obscuritatem, difficultatem latentem, & occultam considerationem veritatis. Vnde B. Hieronymus ex Hebraeo vertit, aenigmata antiqua, & sanctus Evangelista Matthaeus praesentem locum adducens, habet, Eructabo abscondita a constitutione mundi. Versu quinto, Narrates laudes domini. Participium istud narrantes, cum iis quae sequuntur, continuari debet ad finem versus tertii praecedentis, hoc modo, Patres nostri narrauerunt nobis narrantes laudes domini, &c. Versus autem quartus, veluti per parenthesis accipitur interiectus. Versu septimo, Vt cognoscat generatio altera. Elucidatio interpretatur in generationibus subsequentes, vt significetur, Deum mandasse Israelitis, docere filios suos, vt cognoscerent generationes subsequentes edocere a patribus, opera magna Dei. Altiori tamen intellectu, recte populus Christianus intelligi potest ista generatio altera, de qua in Psal. 21. legimus, Annuntiabitur domino generatio ventura, & annuntiabunt cali iustitiam eius populo qui nascetur, quae fecit dominus. Pro hac autem generatione scripta sunt gesta omnia veteris testamenti, quemadmodum aperte testatur Paulus Apost. dicens, Quaecumque enim scripta sunt, propter nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Item in alia Epistola, Omnia in figura continentur illis (patribus videlicet antiquae generationis) scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines saeculorum deueniunt. Cui expositioni satis fauet, quod ex Hebraeo vertit Felix, vt cognoscat generatio nouissima. Recte enim generatio nouissima dicitur populus in plenitudine temporis, in aetate vltima (quae nouissima hora est, quasi occidite mundo) genitus, qui est populus Christi fidelium, in quem fines saeculorum deueniunt, quosq; nouissima occupauit hora, quotidie praestolantes aduentum domini. Versu vndecimo, Et non est creditus cum Deo spiritus eius. Non est hic sermo secundum Latinitatis usum admodum proprius: tamen interpret reddidit, vt in Graeco legitur, non est creditus cum Deo spiritus eius, vel fidelis probatus. Clarius autem ex Hebraeo vertit Hieronymus, Et non crediti sunt Deo spiritus eius. Et Felix, Et non fuit fidelis cum Deo spiritus eius. Versu duodecimo, Filii Ephraim, intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli. Versum istum in elucidatione secundum prouerbialem & similitudinariam loquutionem intelleximus, sumpta comparatione a temerariis & gloriosis pugnantibus, per filios Ephraim generaliter accipientes filios Israel, eo quod in tribu Ephraim primum omnium locus fuerat diuino cultui deputatus, a duce populi sancto Iosue, fixo tabernaculo domini in Silo: qui locus est in forte Ephraim, vbi & permanit vsq; ad mortem Heli sacerdotis, quando capta fuit arca domini. Sed & Saul de tribu Beniamin, rex primus filiorum Israel, ibidem legitur regnasse in Galgala: & post diuisionem regni Salomonis, insuper Hieroboam in Sichem, in monte Ephraim. Vnde non immerito ob hanc praecellentiam, potest totus populus filiorum Israel nuncupari ab illis sic praeminentibus: maxime cum in mala partem, inque contemptum & reprehensionem tendit sermo (quemadmodum fit hoc in loco) eo quod omnis illa dignitas & primitas sit a Deo abiecta. Vnde & locus tabernaculi in Silo desertus fuit post tempora Heli sacerdotis, & regnum Saulis reprobatum fuit. Regnum quoque Hieroboam, qui idololatria seceda contaminauerat Israel, per duos quos erexit vitulos post mortem filii penitus euersum legimus, ita vt nec anima, remaneret de semine eius. Propter quas causas, etiam in fine Psalmi dicitur, Tribum Ephraim non elegit, sed tribum Iuda. Sicut itaque conuenienter totus Israeliticus populus per Ephraim intelligitur. Verum quod nos exposuimus secundum similitudinem & comparationem, alii exponunt secundum sensum historicum, dicentes in hoc versu significari, quod filii Israel, ob suam prauitatem, quantumlibet essent armati & periti rei bellicae, terga tamen hostibus dederunt, & in praelio fuerunt superati, quoties per infidelitatem deserebant dominum. Verum ista sententia non satis huic loco videtur opportuna, nisi forte dicamus, quod postea prolixius dicturus est iam obiter praedicausse. Alii vero cladem illam intelligunt, qua percussus fuit filii Israel, cum contra Dei mandatum post murmuracionem ascenderunt ad populum terrae promissionis, dicente Moyses, & coestante eos, Nolite ascendere, quoniam non est dominus vobiscum, ne corruiatis coram inimicis vestris: propter quod, nec hi obediens voci domini, casus sunt

1. Cor. 10

Hebr. 12.

Psal. 21.

Roma. 15

1. Cor. 12

1. Ioan. 2.

1. Cor. 10

Iosue. 18.

1. Reg. 4.

1. Reg. 10

3. Reg. 12

3. Reg. 15.

Num. 14.

ab Amalechite & Chananeo, & in fugam turpiter conuersi. ¶ Versu decimoquinto, in campo Taneos. Primū illud est in hoc Psalmo aduertendū, q̄ frequens admodum est eiūsdē in eodem versu repetitio, ita vt pars secunda, expositio sit partis prioris: quod licet in alijs Psalmis frequē sit, in hoc tamen specialius atq; frequentius vsuuenit, item & in alijs fere antiorialibus, qui posterius suo loco exponuntur. Cōsidera in hoc Psalmo, in ipso statim ingressu versum primū, Attendite popule meus legem meā, quod est pars prima: & Inclinate aurē vestram in verba oris mei, quod est pars secunda: quantum abinuicē differunt? Minimū. Item versu sexto, Et suscitauit testimoniu in Iacob, & legem posuit in Israel: vtraq; pars eandē habet sententiam. Iterumq; versu 13, Non custodierūt testamētum Dei, & in lege eius noluerūt ambulare. Ac rursus versu 31, Et pluit super eos sicut puluerē carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata. Atq; ita per semetipsum cōsiderare poteris in reliquis. Ita ergo & in proposito versu, idem esse dicimus, quod priori loco dicit terrā Aegypti, ac posteriori campū Thaneos, Tanis enim (teste Strabone lib 17.) maxima in oisio, quod Tanniticū vocatur, ciuitas fuit, cuius etiā meminerunt Ptolomæus & reliqui Geographi, fuitq; ciuitas regia Aegypti. Vnde apud Esa. cap. 19. principes Aegyptiorū appellantur principes Taneos. Stulti facti sunt principes Taneos, sapientes cōsiliarii Pharaonis, dederunt cōsiliū insipienti. Et iterum, Stulti facti sunt principes Taneos: ab hac ergo ciuitate regia, nobili & insigni, tota Aegyptus accipit appellationē. Quod autē terra Aegypti campus dicitur, puto propter fecunditatē & pulchritudinem terrā, sic f. ab Abraham, legimus, q̄ eleuatis oculis viderit omnē circa regionem Iordanis, quā vnuerſa irrigabatur antequā subuerteret dominus Sodomā & Gomorrhā, sicut paradysus domini, & sicut Aegyptus venientibus in Segor: vbi manifeste cernitur quā amēna terra habita fuerit Aegyptus, vt simul etiā cum paradiso mereatur in cōparationem adduci, secundū speciem pulchritudinis & fecunditatis: id quod ex Nili habebat irrigatione, quemadmodū paradysus ex fonte qui ebulliebat in medio eius. ¶ Versu 27, 28, & 29, Et mandauit nubibus desuper, &c. Et pluit illis manna, &c. Panē angelorum, &c. Hic interponitur miraculum mannae, quasi simul factum cum miraculo datarum carniū, cum tamen ex historia libri Numerorū manifestissime cōstet, multo antē filios Israel manna vlos fuisse, q̄ tentatio ista & murmuratio pro carnibus fuisse exorta, imō occasione sibi fuebant murmurationis ex ipso manna, dicentes. Nihil aliud vident oculi nostri, nisi man. Anima nostra nauſeat super cibo isto leuissimo. Quod ergo hic in narratione murmuris pro carnibus interponitur datio mannae, non ita accipiendū est, quasi eodem tempore hac cōtingerit: sed quasi ad exaggerationem malitię & peccati murmurantiū, interponitur insigne beneficiū quod antē iam ceperant: quoniā videlicet tali pane accepto de calis, absq; suo labore & molestia, speciali miraculo angelorū ministerio formato, adhuc pro corruptilibus vilibusq; carnibus murmur excitarent contra dominū. ¶ Notandum autē pro versu. 29. quod vbi nos habemus, Panem angelorum manducauit homo, Chald. translatio habet, Cibum qui descendit de habitaculo angelorū, comederunt homines. Ex quo alia potest accipi intelligentia, prater eam quā in Elucidatione posita est, de pane angelico ministerio formato. Quae tamen expositio satis est verisimilis, eo q̄ solet Deus huiusmodi miracula per angelorū ministeria perficere. Vnde nō est dissimile vero, in hoc tam praclaro miraculo adfuisse ministeriū angelicum. Paraph. autem Chald. ideo angelorū indicat appellari cibum, quia nō de terra, sed desuper descendit in terrā: quam etiam expositionē paucis in Elucidatione indicauimus, tametsi priorē vt principiam praelegimus. ¶ Versu quadagesimo septimo, Nō sunt recordati manus eius, die qua redemit eos. Ad cōplendū sententiā nostrā huius lectionis, videtur necessario subaudiendū verbum aliquod, cum quo ablatius die, iungatur, hoc modo, Non sunt recordati manus eius, quē ostendit vel exhibuit die qua redemit, id est, tempore liberationis eorū. Ex lectione tamen Græca similiter atq; Hebraica, posset per genitiuū verti, absq; vllius verbi subauditione, hoc modo, Nō sunt recordati manus eius, diei qua redemit eos. Nam hoc pacto, nō nisi repetendum foret ex parte prioris verbū recordati sunt. Atq; ita sane ex Hebræo verterunt Hieronymus ac Felix. ¶ Versu quinquagesimo, Misit in eos cynomyiam, & comedit eos. Beatus Hierony. locum h. presentē tractans in Epistola ad Suniam & Fretelā, scribit in hunc modū, Cynomyia, non, vt Latini interpretati sunt, musca canina dicitur, per y Græcā literam κυνομίαια, sed iuxta Hebraicā intelligentiam per œ diphthongū debet scribi, vt sit κυνομίαια, id est, omne genus muscarū: sed Aquila πέρμηαια, id est, omnimodā muscam interpretatus est. Hac Hieronymus, Veruntamen Græci codices omnes constantissime & maxima consonantia etiā nunc cernuntur habere κυνομίαια, per y Græcū, non per œ diphthongum. Et lectio Psalterii Romani aperte habet muscā caninam. Quantum verō ad dictionem Hebraicā quae hoc loco ponitur, arab. sciendum est q̄ a diuersis diuersimode redditur. Beatus enim Hieronymus, & hoc in loco: & in Exodi historia, sapius vertit omne genus muscarū, vel muscam omnis generis. Felix in textu simpliciter muscam vertit: ad marginē autem dicit, omne genus muscarū & volatiliū pessimorum commixtū. Alius, turbam insectorum reddidit, alius mixtionē ferarum syluestriū, Alii verō muscam, venenatū dicunt significari. Alii verō dicunt, vocabulū Hebraicum praedictum significare mixtionē. Vnde ereb per zere in prima, & segol in secunda significat diuersorum populorū commixtionem, vt Exod. 12. Sed & vulgus promiscuū innumerabile descendit cum eis. Omnes omnium sententias recensuimus, vt videat lector, neutram lectionem esse prorsus cōtemnendam: tametsi quod dicit Hieronymus de omnimoda musca, videatur probabilis, quā de musca canina, quantum ad Hebraicam attinet veritatem. ¶ Versu quinquagesimo quinto, Viam fecit semitā irā suā. In Græco clarius aliquāto dicitur ὁλοκαύτωσιν, quod significat irā suā: vbi quod apud nos

A dicitur per orationē, viam fecit, in Græco simplici vocabulo dicitur ὁλοκαύτωσιν, quod significat irā suā: vbi quod apud nos facere, vel viam parare: estq; sensus, Viam preparauit, viā fecit semitē irā suā, vt sit semitē casus datus; quod clarius vertit Felix ex Hebræo, Direxit semitam irā suā. Beatus autē Hieronymus vertit, Munivit semitam furori suo, videlicet vt nō cessaret, nec declinaret ira ipsius, sed pergeret defauire vsq; ad interitionem & mortē, qui hactenus tantum plagis citra mortē Aegyptios affligerat. Sic autem dicitur homo parare viam suā iracundia, & semitam eius rectam facere atq; dirigere, quādo illam decreuit ad plenū effundere, nec ultra cohibere: quēadmodum e contrario, quoties ira cōpescitur, dicere commode possumus, viam illi vel illius semitā seu cursui esse obstructā & impeditā, videlicet vt transire ad plenū non possit. Quod autē in fine versus dicitur, Et iumenta eorū in morte cōclusit: exponi potest de plaga pestilentia, qua (vt scribitur Exodi nono capite) mortua fuerūt Exod. 9. animantia Aegypti, peste à Deo immissa. Cui apte concordat, quod ex Hebræo vertit Hieronymus, Animantia eorū pesti tradidit. Et Felix, Iumenta eorum in pestem conclusit. ¶ Versu quinquagesimo sexto, Et percussit omne primogenitū in terra Aegypti, primitias omnis laboris eorum. Expositio nostra, quā in Elucidatione dedimus, per primitias laboris intelligentes primogenitos partu laboriosissimo editos, & primitias partus in quo est dolor maximus, attestatur versio Hieronymi ex Hebræo, quae sic habet, Percussit omne primogenitū in terra Aegypti, principiu partus in tabernaculis Cham. Ceterum, q̄ habitationes Aegyptiorū, tabernacula Cham appellantur, inde est, quoniam filius Cham fuit Mezraim (vt legitur decimo capitulo Genesis) à quo Aegyptii & nomen, secundum Hebræorū appellationē, & originē ducunt. Nam Aegyptus, Hebræis appellatur Mezraim. ¶ Versu septuagesimo primo, Et excitatus est tanquā dormiens dominus, tanquā potens crapulatus à vino. Huius lectionis assignatur duplex intelligentia. Secundū priorem, cōparatur Deus homini à somno exurgenti, qui prius crapula vini fuerat obrutus, omniq; virtute priuatus, & in somnū grauem vini violentia praecipitatus: quemadmodū accidere solet iis qui nimio vino sese ingurgitarūt, qui postquā vino edormito, atq; per somnum digesto euigilant, iterum viribus resumptis valentes fiunt. Quam expositionē indicat Elucidatio, & confirmat versio beati Hiero. ex Hebræo quae sic habet, Et enigilauit quasi dormiens dominus, quasi fortis post crapulā vini: quod alius quidam paraphrastice ita ex Hebræo explicauit, tanquā vir qui excussus sopore vini vociferatur. Secundū verō intelligentiam alterā, cōparationem facimus cū homine vino inebriato: verū non ita vt ei vires ob hoc deficiant, sed potius vt ei vires accrescant & animus. Frequenter enim euenit, imō familiare est, vt ii qui ante gustatū vinum sobrii existentes patientiā monstrant, mox vbi vino fuerint accensī, exurgant ad vindictā. Nam (vt scite quidam gentiliū dixit) vina parant animos, ac pauperem etiā faciunt cornua fumere. Atq; huic intelligentiā cōsonat, quod habet versio Felicitis, Et excitatus est, vel surrexit, tanquā dormiens dominus, velur potens exultans pra vino, aut exultās à vino, vel quādam exultatione cantans vel vociferans. ¶ Versu septuagesimo secundo, Et percussit inimicos suos in posteriora. Chald. Para. sic habet, Et percussit in festos eis vel molestantes eos, hæmorrhoidibus, in posteriora. Historia verō ex primo lib. Regum e est manifestissima, de plaga Philistinorū in seculo 1. Reg. 6. tiori parte natiū, & quomodo ad euasionem pœnæ, anos aureos ex diuinorū consilio fecerunt, gratia placandi dominū: quod certe in maximā illis incredulis cessit cōfusione. Alioqui, nisi tam esset manifesta historia, potuisset sermo secundū similitudinem accipi, vt in posteriora percutere idem intelligeretur, quod vltione aliqua & punitio castigare, maxime cum confusione & opprobrio: sumpta à pueris cōparatione, qui cum prauē quid egerint, in posteriora cadunt, quod illis in magna apud coetaneos cedit confusione. Posset itaq; cōmode per hanc in posteriora percussione, ignominiosa illa Dei punitio significari. ¶ Versu 75, In terra quam fundauit in secula. Elucidatio triplicem indicat intelligentiā. Quod autem secundo loco dicitur, de firmitate & stabilitate Ecclesiae, quae est vera Iudaea, verisimilius videtur, maximēq; ex intentione Prophetæ: qui semper in finem Christi respiciebat, quoties de venturis faceret sermonē. ¶ Versu 76, De post factantes accepit eū. Sermo iste, Latinis admodū infrequē est, videlicet cōiungendo duas praepositiones adinuicē, absq; coniunctione media. Interpret tamen proprietatē sermonis (quae & in Hebræo & in Græco sic reperitur) maluit similiter retinere, quā sermonis formā mutando, à proprietate originalis lectionis abscedere. Beatus tamen Hierony. ex Hebræo vertens, mutat hanc loquendi formā. Sic enim legit, Tulit eum de gregibus ouium, sequentē fœtas adduxit eum. Et Felix, Ab insequendo effetas adduxit illum: vel de post factantes adduxit. Sententia difficultatē nullam habet, nisi forte quis interroget, quorū specialiter dicitur de post factantes acceptus. Nonne enim aequae sequebatur post ouiculas omnes, totius pastor gregis, etiā eas quae fœtas non erāt? Facile verō per se quilibet intelligit, hoc ideo dictum fuisse, q̄ fœtarum ouium specialem curā gerant pastores, ne quid aduersis eis accidat, vtq; partum obseruent, si nondū pepererunt: aut si partu sunt liberæ, vt agniculis teneris impendat sollicitudinem. Vnde & apud Esaiam, vbi de Christi (vt ita loquar) pastoratu fit mentio, singularis Esai. 40. etiam fœtarum cura exprimitur. Sic enim legimus, Leuabit agnos in sinu suo, fœtas ipsę portabit.

LXXVII. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste lamentatio est fidelis populi, in maxima desolatione & dissipatione constituti, veluti in eo statu, in quo erant sub illustri Antiocho. Vnde primi Machabeorum septimo, huius Psalmsi versus tertius adducitur, tanquam in illo tempore impletus. Et omnibus historiā Machabeorū memoria tenentibus perspicuum est, si nunquam aliās, tunc maxime fuisse omnia quae in Psalmo isto dicuntur impleta. Itaque, secundum



historialem hanc sententiam, querimoniam proponit populus domini in angustia huiusmodi positus, aduersum A gentium nationes, a quibus patiebatur graua, quorū & crudelitatem ipso statim Psalms initio comemorat vsq; ad versum quintum, vnde Deū precatur sinem facere iracundiæ aduersus populum suum, eamq; potius in alienigenas & incredulas nationes sanctorum impios impressores effundere, orans Deum non recordari peccata populi sui præterita, sed afflictis nimium, largiri potius misericordiam, & in misericordia opportunum auxilium, ipsis suis per sequutoribus reddita vltione, pro gloria nominis sui, vt desinant blasphemare Deum, & populum eius conculcare promittens Deo liberatori populi sui pro gratiarum actione, confessionem laudis æternam. Aptissime autem hic Psalmus applicari poterit fideli populo sub lege noua, ab exteris nationibus patienti gratia: quemadmodum nostris temporibus, per singulos fere annos solet accidere. Plenisime autem adimplebantur hæc omnia tempore persequutionis illius grauisimæ, quam Antichristus ille impius suscitabit aduersus Ecclesiam Dei, & omnes electos eius.

SEPTVAGESIMIOCTAVI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Deus venerunt gentes in hereditatem tuam:

\* & polluerunt templū sanctum tuum:

\* posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam.

2 Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cæli:

\* carnes sanctorū tuorum bestis terræ.

3 Effuderunt sanguinē ipsorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem:

\* & non erat qui sepeiret.

4 Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio & illusio is qui in circuitu nostro sunt.

5 Vsq; quo domine irasceris in finem?

\* accendetur velut ignis zelus tuus?

6 Effunde iram tuam in gentes quæ te non noverunt:

\* & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt.

7 Quia comederunt



Eus, gentes idololatras, nationes barbaræ & incredula, in quibus non est fides, neque scientia nominis tui, animo hostili venerunt in hereditatem tuam, armorum virtute obtinuerunt populum tuum, & ciuitates nostras vt viatores occupauerunt: \* templum sanctum tuū, quod in nobis erat tuo cultui deputatum, ipsi coinquinauerunt abominacionibus suis, quas fecerunt in eo, item & vasa omnia quæ in ministeriū templi & sacrificiorum exhibitionem fuerant Deo consecrata, polluerunt, vsibus prophanis ea deputantes, aut certe idolorū cultibus: \* denique ciuitatē tuam electam Hierusalē (quam elegisti tibi ex omnibus locis ad in habitationē) similem fecerunt turgurio extructo ad pomorū custodiam: sicut vmbra culū in vinea, aut turguriū in cucumerario, quæ post fructus decerptos deserunt, aut deserta per semetipsa collabuntur. Ita enim pene deserta facta est ciuitas tua sancta, multis interfectis, plurimiq; in captiuitatē abductis, sed etq; iā sola, & quasi vidua ac derelicta secundū comparationē multitudinis eorū a quibus antē fuit in habitata. 2 Tantā autem in populū tuū exercuerūt tyrānidē, vt nec sepultura tradere voluerint, nec tradi permiserint corpora interfectorū: sed morticina siue cadauera eorū dederunt in cibum auibus quæ volitat in aere: \* corpora seruorū tuorū posuerūt in escā bestiis terræ, insepulta & inhumata relinquētes in plateis atq; in agris corpora eorū, ita vt veniētes aues cæli & bestia terræ, eorū carnes māducarent. 3 Effuderunt sanguinē seruorū tuorū vndique per circuitum ciuitatis tue Hierusalem, tanq̄ aquam, in abundantia maxima, vt flueret tanq̄ riuus sanguis, nec ampliori tangebantur misericordia fauissimi hostes super effusione sanguinis, q̄ si effudissent aquā pro sanguine: \* & nō erat qui interfectis sepultura impēderet obsequiū, tum ppter nimiam interfectorū multitudinē & remanentiū paucitatē, tum ppter hostiū metū, qui nō patiebant sepultura tradī peremptorū cadauera: sed in plateis ea iacere voluerūt, & in agris, ad terrorē ceterorum, & suæ gloriæ ostentationē. 4 Facti sumus in opprobriū & irrisionē vicinis nostris, ita vt nos subsannēt, irrideāt, cōtemnāt, atq; ludibrio habeāt alienigenæ nationes, quæ in circuitu nostro habitant, gaudētes in afflictionibus nostris, & cū gaudio nobis exprobrantes. 5 Tu verò domine (a cuius voluntate toti pēdemus, de cuius manu omnem hanc punitionē suscepimus, scientes q̄ nō nisi tua puida permiffione ista nobis eueniāt) quousq; tandē iram hanc tuā fines perdurare aduersum nos? \* quandiu patieris indignationem hanc exstare & flagrare cōtra nos, ad modū ignis cōtinuo gliscentis, vorantisq; omnia, ac sese cōtinua voratione angmētantis? 6 Vtinā piissi mepater, vel nunc tandem relaxares a nobis vlticem manū tuā, & propitiū factus populo tuo in illas potius gētes vim brachii tui extēderes, quæ te nō agnoscent, quæ tibi nō credunt: \* & in regna incredula, barbarāq; nationes, in quibus idololatria viget, & nulla est cognitio nominis tui, quæ te nō adorant, non colunt, nō inuocant: vtinā aduersum huiusmodi magis cōuertas potentiam tuam, & manū tuā super illos aggraues, quemadmodū olim fecisse te cognouimus: populū autem te agnoscentem, te vnicū colentē, solita benignitate aspicias. 7 Admodū verò iuste hæc illis præstare poterit vltio tua, propterea q̄ populum tuum Israeliticū, quem tu tibi in peculium elegisti ex omnibus gentibus, ipsi penitus consumpserunt, & velut exossauerunt

\* & locum eius desolauerunt.

8 Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: \* cito accipient nos misericordia tua: \* quia pauperes facti sumus nimis.

9 Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriā nominis tui Domine libera nos:

\* & propitiū esto peccatis nostris propter nomen tuum.

10 Ne forte dicant in gentibus, vbi est Deus eorum? \* & innotescat in nationibus corā oculis nostris.

11 Vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est: \* introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

12 Secundū magnitudinem brachii tui posside filios mortificationum.

13 Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum:

\* improprium ipsorum quod exprobrauerunt tibi Domine.

14 Nos autem populus tuus & oves pascuæ tuæ, confitebi-

atque commandauerunt: \* & locum habitationis eius desolatū fecerunt absque omni gloria, absq; omni gaudio, absque habitatorum multitudinē: alius gladio & igni trucidatis, alius in captiuitatē abductis, omnibus verò spoliatis & miserē conturbatis, ac cōternatis animo. 8 Ne aspicias Domine ad peccata nostra antiqua, quibus in generationibus præcedētibus a diebus antiquis te frequēter nimium irritauerūt & exacerbauerunt patres nostri, quorū nunc iniquitates, tuo iusto, licet occulto, iudicio portamus: neq; etiā proprias nostras iniquitates, quas in prioribus annis a te declinantes cōmissimus, aspicias: \* potius autē nos præueniant magnæ & multæ miserationes tuæ, potius memor esto solitæ misericordiæ tuæ, vt per eā nobis parcas, quibus per iustitiā non aliud competit quā vindicta: \* verē enim iam humiliati sumus, afflicti, & attenuati valde, nimiumq; cōtempti, abiecti & miseri facti sumus, ita vt in exēplum simus & in opprobriū cūctis nationibus. 9 Mitte verò in tanta humilitate positus nobis auxilium de tribulatione, o Deus saluator noster, nostra salus vnica, & libera nos de manibus inimicorum nostrorū propter honorē & gloriā nominis tui: \* & peccatis nostris patrumq; nostrorū exhibeto te propitiū, vt vltionē misericorditer remittas, secundum iustitiam debitā, propter tui nominis gloriā. Erit enim magna in hoc tui nominis & tuæ potentia gloriificatio, si populum tuum de inimicorum opprimentium manibus liberaueris, ipsos autem oppressores iusto tuo iudicio, digna vltione fueris psequutus. 10 Ita fac nobiscū Domine misericorditer, vt non dicāt in nationibus incredulis, vbi est Deus illorū? quorū illos non saluat de manibus nostris? quare nō defendit (si potēs est vt predicatur) populū suum, a quo colitur: vt non sic blasphemetur propter nos nomen sanctum tuū: \* potius verò innotescat, manifesta fiat, & palām se exhibeat inter nationes incredulas, nobis aspicientibus, vltio tua. 11 Vltio, inquam, & vindicta sanguinis seruorū tuorū, qui crudelissimē ab hostibus illis absq; omni misericordia effusus est manifesta (inquā) fiat hæc vltio contra inimicos coram oculis nostris, nobis vidētibus, itēq; & cunctis per circuitum nationibus, vt desinat blasphemare, cum manifestam conspexerint vltionem manus tuæ, neque vltra dicant irridentes, vbi est Deus eorū? cū te in pondere vindictæ tuæ presentem persenserint: \* ad quam rem vt flectaris facilius, attēde, obsecram, pio oculo ad gemitus eorū qui adhuc fortē relictī sunt de tanta clade populi, qui nūc in grauisima captiuitate ex intimis cordis affectibus ad te emittūt gemitus atq; suspiria: ne hunc gemitū repellas, ne auerferis, ne abiicias ignita & doloris plena suspiria, quin potius ita ad te introcāt, ita a te excipiantur, vt ab illis flecti te patiaris. 12 Et licet iā patres gladio assumpti sint, nec de his ad vitā reuocādis spes aliqua nobis sit, vsq; in diē resuscitationis nouissimæ: attamen, pro reliquiis populi tui, pro filiis interfectorum, & morte crudeli in manu hostiū absumptorum, te deprecamur, vt secundū magnitudinem brachii tui, secundum infinitā potentia tuæ magnitudinē, adicias animum ad possidendum reliquias istas pauculas filios interfectorum illorū, nos pauperes seruos tuos, qui tuo munere de tāta clade sumus superstitēs, & reliquia paucula de tam ingēti populo residua: \* Attēde quoq; ad orphanos & pupillos relictos in populo tuo, ex parentum nece, & solita tua miseratione patrem se illis exhibe: quoniā pater es orphanorum, & pupillorū adiutor. 13 Vicinis autem nostris, id est, gētibus idololatris, quæ sunt in circuitu nostro, quæ nobis omnis nostra calamitatis fuerunt authores, secundum iustitiā tuā æquitatē & ordinationē, redde punitionem condignam, & vltionē perfectam (cuiusmodi est septupla punitiō) in sinu eorum, in retributionē videlicet & præmium eorum quæ crudeliter egerunt in populum tuum, & in sanctum nomen tuum: \* redde (inquā) illis secundū vel propter impropria ipsorum, quibus exprobrauerūt tibi Domine propter contēptum, ignominia & opprobria, quibus (partim verbis, te blasphemando, partim factis, tua sancta conculcādo, & omnia prophanando) tibi fuerūt iniurii & contumeliosi. 14 Nos autē, qui sumus populus tuus & oves pascuæ tuæ, qui aliū præter te Deū nō colimus, qui aliū præter te pastorem & rectorem ignoramus, qui nostram omnem spem & sollicitudinem in te proiicimus, & a te pasci semper, regi, & gubernari optamus, dabimus tibi cōfessionē laudis &



mur tibi in saeculum.

15 In generatione & generationem, annunciamus laudem tuam.

gratiarum actionis, in sempiternum. 15 Annunciabimusq; & predicabimus laudes tuas in omnes generationes, & in omnia saecula imperpetuum, cum tu nobis liberationis postulata p tua bona voluntate presteris beneficium. In aduersis quoq; & prosperis, quicquid tandem tibi de nobis placitum fuerit disponere, semper laeti seruiemus tibi, & in gratiarum actione perseverabimus semper, in patientia praestolantes salutare tuum.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXXVIII.

Versu primo, Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam. Cum Psalmum hunc volumus nobis orationis formam efficere contra insultus Turcarum, aliarumq; infidelium nationum, non alia re opus est, quam vt per Hierusalem, hereditatem domini, & populum eius intelligamus sanctam Ecclesiam, quae est Hierusalē vera, utpote cuius prior illa erat tantum figura. Habet autem Psalmus iste ferē argumentum commune cum Psalmo. 63. maxime quātum ad initium. Vterque enim à querimonia incipit, & hostium crudelitatem depingit. Attamen in hoc Psalmo nulla fit praeteritorum Dei beneficiorum specialis commemoratio, sed in supplicatione & gratiarum actione finitur. Ille verò, circiter mediū, aliquot Dei beneficia populo olim exhibita singulariter narrat, ac deinde orando & gratias agendo, vt hic praesens, concludit. Videtur insuper praesens hic Psalmus maioris calamitatis, quam prior ille, facere mentionē: vt ille magis videatur tēpori captiuitatis Babylonicae conuenire, hic verò potius persecutioni sauisimae illustris Antiochi. ¶ Versu eodē, Potuerunt Hierusalem in pomorum custodia, tugurium vel domucula ad custodiā pomorū extructa, quēadmodum in vineis fieri solet: quae vel destruitur, vel deperit atq; collabi permittitur, facta absque habitatore, vbi fructus fuerint collecti, Eodem hoc modo loquendi vsus est Esaias, primo capite suae Prophetiae, in praedicendo desolationem populi. Sic enim ait, Terra vestra deserta, ciuitates vestrae succēsa sunt igni. Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili. Et derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & sicut tuguriū in cucumerario, & sicut ciuitas quae vastatur. ¶ Versu. 8. Ne memineras iniquitatū nostrarum antiquarū. Exposuimus in Elucidatione principaliter de peccatis patrum, qui praecesserūt. Cui cōsentit quod habet Chald. Paraph. Ne cōmemores nobis iniquitates nostras, quibus deliquimus à principio. Vnde & Hieremias in Threnis plorans, ait, Recordare domine, quid acciderit nobis. Patres nostri peccauerunt, & non sunt: & nos iniquitates eorum portauimus. Et sanctus Tobias, Et nūc domine (inquit) memor esto mei, & ne vindictā sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum. Nam pro parentum peccatis puniri filios, manifestum est ex plerisque scripturarū locis, id quod aperte ipsemet dominus contestatur legē ferēs, Ego (inquit) sum dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitates patrum in filios, in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me: & faciens misericordiam in milia, his qui diligunt me, & custodiunt mādata mea. Veruntamen sub iniquitatibus antiquis possumus intelligere etiam peccata propria, etate minori patrata, delicta videlicet adolescentiae, de quibus in alio Psalmo dicitur, Delicta iuuetutis meae & ignorantias meas ne memineras. Pro eo autem quod habet nostra lectio, Cito anticipent nos misericordiae tuae: beatus Hieronymus vertit, Cito occupent nos misericordiae tuae, quia attenuati sumus nimis. Et Felix, Festina, praeueniant nos miserationes tuae, quoniam pauperes vel attenuati sumus nimis: quae eandem habent intelligentiam. ¶ Versu. 10. Et innotescat in nationibus, coram oculis nostris. Quomodo in aliis aliquot locis, ita & hoc in loco faciendum est, videlicet vt finem huius versus cum principio sequentis connectamus, ad complendum sententiā, hoc modo, Et innotescat in nationibus coram oculis nostris vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est. Nomē enim vltio, quod ponitur in versu vndecimo, suppositum esse debet verbi innotescat, quod in praecedēti versu locum habet. Quam connexionem manifeste cernuntur habere exemplaria Graeca, itēque versio Hieronymi ex Hebraeo, quae sic habet, Nota fiat in gētibus ante oculos nostros vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est. Sic & Paraphrasis Chald. Manifestetur in populis, vt videamus ipsi vltionem sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est.

Esai. 1.

Thre. 5. Iob. 3.

Exod. 20

Psal. 23.

LXXIX. PSALMI ARGUMENTVM.

Psalmus hic eiusdem ferē argumenti est cum praecedēti. Postulatur namq; in eo omnipotentis Dei auxiliū cōtra aduersantiū nimias oppressiones: & vt efficacior sit postulantiū oratio, vetus Dei beneficium erga populum suum proponit: sub vineae similitudine exprimēs, quomodo olim gloriose educitum de Aegypto transtulerit in promissionis terram, ibique multiplicauerit & glorificauerit super omnes per circuitum nationes: cui nunc in praedam fiat omnibus hostibus per circuitum, quemadmodum vinea, vbi diruta fuerit maceria, ab omnibus transeuntibus conculcatur, atque etiam à bestiis agrorum & sylvarum effoditur, dissipatur, atque exterminatur. Propter quod, versu decimo quinto, ac deinceps, Deus oratur, ne vineam suam tam gloriose olim plantatam, prorsus deserat: sed vt conuersus persiciat quod cepit in vinea sua, inimicis fugatis, atque ad nihilum reductis. Vbi ex temporali saluatione & reparatione hereditati (vt alias frequenter solent sancti Prophetae) trāsfiens Psalmista ad spiritualem generis humani liberationem, Messiae meminit, & aduētus eius, quem vtrum dexterae Dei, & filium hominis appellat, nimirum secundum diuinam naturam, verum & consubstantialem

A patri Deum, & secundum humanam, verum hominē natum de homine: postulans, vt per hunc restituantur in suo tempore omnia, & salus veniat humano generi, vt per eum fideles instructi & saluati, imperpetuum in eius cultu in sancta Ecclesia persistant: Itaque Psalmus iste, qui secundum suum initium atque etiam consequentem decursum, non videtur nisi temporalem liberationem postulare, in fine tandem spirituales spectat, veramque & potissimam liberationem, sine qua nihil est omnis saluatio temporalis. Neque verò hoc videri poterit in conueniens, illis qui in sacris Prophetarum vaticiniis vel sobriē sunt versati. Est enim iste à temporalibus ad spiritualia, à singularibus ad verā transtus, in illis frequēssimus. Atque hac etiam de causa arbitror ego, in titulo huius Psalmi praescriptum esse (iuxta communem Graecorum atque Latinorum lectionem) in finem pro his qui commutabuntur; quos in Psalmo. 44. diximus esse populum fidelem nouae legis. Ad hos enim finis psalmi & praecipua spectat intentio. Aut (iuxta Hebraicam lectionem) pro liliis, quod diximus in eandem conuenienter intelligi significationem. Sūt enim lilia, anime fidelium in sancta Ecclesia, quos huius Psalmi finis & nouissima intentio (vt diximus) respicit.

SEPTVAGESIMONI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Qui regis Israel intendit: \* qui deducis velut ouem Ioseph.

2 Qui sedes super Cherubim:

\* manifestare coram Ephraim, Benjamin & Manasse.

3 Excita potentiam tuam, & veni: vt saluos facias nos.

4 Deus, conuerte nos: \* & ostēde faciē tuā, & salui erimus.

5 Domine Deus virtutum quousq; irasceris super orationem serui tui?

6 Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis, in mensura.

7 Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: \* & inimici nostri subsannauerūt nos.

8 Deus virtutum conuerte nos: \* & ostēde faciē tuam, & salui erimus.

**M**agne Deus, pastor, gubernator, & rector fidelis populi tui, attēde ad gemitus & orationes nostras, quas fundimus ante conspectū tuū: \* tu qui in bonitate tua ducē te praebes populo tuo, quēadmodū pastor ducit oves, ante eas gradiēs ad ducatū itineris, eiusq; defensionē praebens ab omnibus nocere volētibus, & salutaria vitae pascua cōmonstrans, quēadmodum pastor ante oves graditur, defenditq; eas, & bona ducit in pascua. 2 Tu domine qui in maiestate tua secundū magnificētiā gloriae tuae sedem habes in summis beatorum spirituum, in cuius signum & testimonium veritatis, super propiciatorium quōdā elegisti sedē tuam, inter duo Cherubim, alis suis obumbrātia propiciatorii arca, vnde respōsa dabas, tēq; populo tuo praesentē monstrabas: \* veni (inquā) de sublimi sedē tua, & manifestū te fac, praesentē tēq; exhibe, in ostensione gloriae tuae, in cōspectu omnis populi tui, coram omnibus te colentibus. Ephraim videlicet, Benjamin & Manasse, vbicunq; locorum, & in quacunque tandem sorte consistant. 3 In suscitatione potētiae tuae, in ostensione omnipotētis virtutis tuae veni & accede ad nos, vt de malis maximis & pessima inimicorum tyrānide quibus premimur, saluos facias nos. Tu enim vnus es, qui nos possis omnipotēti tua virtute saluos facere ab omnib; malis nostris, nec praeter te est sine in calo sine in terra alius. 4 Tu nos domine, ad te cōuerte, vt totam mentem, totūmq; affectum, & quicquid in nobis est, ad te valeamus cōvertere, quo ad percipiēda tua beneficia sumus idonei. Si enim tu cōuertas nos, cōuertemur ad te: \* vultūmq; tuum benignum & amicum aspectū, quo in filios tuos soles aspiciere, cōuerte ad nos, & ostēde nobis te placabile, iterū conuersus ad nos: & te respiciēte, te miserēte, salui erimus. Solus enim respectus misericordiae tuae, salutē praestat miseris, quacunq; oppressis calamitate. 5 Quousq; verò tu, o domine Deus angelicorum exercituum, & omnium virtutum, omnib; fortitudinis dominator, quasi iratum te demonstrabis precibus seruorum tuorum? quousq; vultū auertes: quandiu velut obfurdēces ad clamorē nostrum? quandiu exaudire differes, nec impleas quae postulamus? Ecce multum iam tēpus est, quod in afflictione humilitatis nostrae pfeueramus, quod perstamus in orationibus, clamātes ad te, nec sentimus auxiliū. 6 Comedere nos facis in dolore & lachrymis, in mēsurā maxima, & nimium abundanter. Nam propter nimiam miseriam, quae tua permissione super nos venit, etiā ipsa corporis resectio (quae solet oblationem adferre) dolorē habet atq; tristitiam: nec vlla omnino res est corporalis, in qua nobis vlla possit esse oblectatio. 7 Permissisti nos fieri gētibus quae sunt per circuitum nostrū, in cōtradictionem atq; cōtentionē, ita vt de nobis inter sese ipsi certarēt & cōtenderent adinuicem, singulis nos sibi in seruitutem rapere festinatib; ita vt nūc hic populus, nūc ille, nostri occuparet dominiū: \* & aduersarii nostri infideles habitātes per circuitū, vidētes nos ita à te derelinqui, ita in praedam hostibus dari, turpiter cōtēperūt & irriserūt nos. 8 Tu verò domine Deo caelestium exercituum, & omnis virtutis atq; fortitudinis author, gratiae tuae operatione nos ad te cōuerte: \* faciē tuā benignus exhibe nobis, quā nūc videris à nobis tenere auersam: iterū nos tuo placabili vultu ad cōmiserationem aspicias, & salui fiesus ab omnibus angustiis & necessitatib; nostris. Quo enim tu benigne aspicias, & faciē dirigis, nō potest illuc non venire salus &

9 Vineam de Aegy-  
pro transtulisti.

Deut. 4.

\* eiecisti gentes, &  
plantaſti eam.

10 Dux itineris fuiſti  
in conſpectu eius:

Exod. 13.  
Exod. 23.  
& 33.

\* & plantaſti radices  
eius, & impleuit terrā.

2. Reg. 17.  
3. Reg. 4.

11 Operuit mōtes um-  
bra eius:

\* & arbuſta eius ce-  
dros Dei.

12 Extendit palmites  
ſuos vſque ad mare: &  
vſq; ad flumen propa-  
gines eius.

13 Vt quid deſtruxiſti  
maceriam eius, & vin-  
demiant eam omnes  
qui pratergrediuntur  
viam?

14 Exterminauit eam  
aper de ſylua:

\* & ſingularis ferus  
depaſtus eſt eam.

15 Deus virtutum con-  
uertere: reſpice de celo,  
& vide,  
\* & viſita vineā iſtā.

omne bonum: quēadmodum vbi corporeus ſol aſpectum ſui luminis R  
dirigit, mortua viuificantur omnia. 9 Quo verō ſis ad miſerendum  
pronior, faciūſq; tuam potentiā noſtra ſelectat oratio, recordare do-  
mine, quāta olim gloria & dignitate tuum populū præminere feciſti  
omnibus, quādo patres noſtros filios Iſrael, populū illū Iſraeliticū  
eduxiſti de Aegypto, de domo ſeruitutis & fornace ferrea, ad modum  
agricolæ qui vineam de loco incommodo tranſfert ſua diligentia ad  
locum alium cōmodiorem, quem voluerit. Ita enim tu velut agricola  
bonus, populū illum (qui in modū vineæ, late altēq; ſuos ramos emi-  
ferat, & i maximā multitudinē excreuerat) de Aegypto, loco afflictio-  
nis & laboris voluiſti trāſſerre: \* atq; vt hāc de terra Aegypti enul-  
ſam vineā in loco plātares lacte & melle manāte, in terra cōmodiſſi-  
ma atq; delicatiſſima, pro qua iuraueras patribus eorū, eiecisti gentes  
ſeptē fortiſſimas ante cōſpectum eorum, Egeū, Iebuſæum, Gergezæū,  
Aethæū, Amorrhæum, Chananaum, & Pherezæum: illiſq; tua poten-  
tia eiecisti, in loco illorum firmiter radices agere & ſecure habitare  
fecisti populū tuū, atq; in eo filios ac filias progignere, & animalia  
nutrire, domos habitationēſq; ædificare. 10 Exhibuiſti te ducē iti-  
neris ante faciē populū tui, & cū de Aegypto eos educeres in mirabi-  
libus oſtentis tuis, & cū in deſerto in columna nubis per diem, & co-  
lumna ignis per noctē, gradereris ante eos, ac poſtremo cum præmit-  
teres ante eos angelum tuū in terrā, quam dare volebas eis, vt gentes  
fortiſſimas terrā incolentes eiiceret ante faciē eorum, vt abique la-  
bore acciperēt repromiſſam terram: \* tūq; ipſe plātaſti, & firmaſti ra-  
dices eius, dās ei firmam & ſecurā habitationem in terra illa: & vinea  
iſta impleuit terram vniuerſam, quam accepit in poſſeſſionē. Creuit  
enim populus valde, & inhabitauerunt terrā in multitudinē maxima,  
à Dan vſq; Berſabee, ſicut arena quæ eſt in litore maris. 11 Ad tan-  
tam autē excreuit celſitudinem, tam in ſublime aſcendit vinea iſta, vt  
ſub umbra eius requieſcerent & abſcōderentur etiā mōtes excelsi, ita  
vt multis regnis & principatibus per circuitū imperaret, eminerētq;  
glorioſior, omnibus per circuitum munera offerētibus, & amicitiam  
ac fœdera poſtulātibus: \* & palmites eius ac germina, quæ de hac vi-  
nea exorta ſunt, glorioſa facta ſunt & alta nimis, ſup cedros electiſſi-  
mas & altiſſimas: cuiuſmodi nimirū fuerūt Dauid, Salomō, Ezechias,  
& alii nonnulli, qui tam ſanctitate q̄ potentia & gloria regni, cunctis  
præminebāt regnis per circuitum. 12 Dilatata quoq; eſt vinea iſta,  
& palmites ſuos extēdit, vſq; ad mediterraneum mare Philisti-  
norum ex parte vna: & vſq; ad fluuium Euphratem, ex parte altera extendit  
ſuas propagines. Creuit enim populus iſte vehemēter ex tuo munere,  
& dilatavit terminos ſuos, donec tu cū eo eſſes: & dominabatur om-  
nibus per circuitū, nec erat ex omnibus regnis illis, quod ſuper hanc  
vineā poſſit cōſcendere, vt ipſam opprimeret. 13 Tunc quidē ita flo-  
ruit, ita dilatata fuit, ita præcelluit vinea tua. Nūc verō ecce tota de-  
ſolata & miſerabilis apparet, ſimilis facta vineæ cuius diruta eſt & de-  
iecta maceria, ita vt omnes pertrāſeuntes per viā pro ſuo libito abſq;  
obſtaculo & reſiſtētia poſſint in eam ingredi, & ex ea decerpere, eam-  
que cōfringere ac deſtruere, quiſq; pro ſuo placito, nullo prohibēte,  
nullo reclamāte. Ita profecto factus eſt nunc populus tuus, poſteaquā  
tuę protectionis cuſtodia (quę illi pro muro ſemper fuit) ſubtrac-  
ta eſt H  
omnium qui cōmorantur per circuitū inimicorum direptioni expo-  
ſitus, neq; eſt qui excludat illorū impetum atq; potētiam, poſteaquā  
tu manum abſtrahis à protectione. 14 Quēadmodum vineam mace-  
ria diruta omnibus patentē, apri ſylueſtres de ſyluis egredientes, &  
feræ alia quælibet demoliuntur & diſſipant: ita nos quoq; populū  
tuū beneficio tuæ protectionis priuatos, infideles & incredula natio-  
nes per circuitū (tanquā ſylueſtres apri ſordidi & immūdi, in cōcupi-  
ſcētis ſuis, & propter vagam infidelitatis errorē quaſi in ſylua vaga-  
būdi) exterminat & opprimūt grauifſime: \* & iidē ipſi ſicut ferę de-  
ſerti, ſicut beſtiæ ſolitarię, feræ ſolitudoſis, alieni à domo Dei (quę eſt  
Eccleſia) depaſcuntur & cōſumunt nos. 15 O potentiſſime domine  
Deus virtutum, cōuertere iterum ad nos, qui nunc auerſus videris, &  
benignos tuæ miſericordię oculos rurſum ad nos cōuerte: & vide pio  
cōpationis affectu, vt opem ſeras, præbeaſque auxiliū: \* & veni ad  
viſitandū vineam tuam iſtam, vt quam olim tanta diligētia plātaſti.

A

16 Et perſice eam quā  
plantaui dextera tua:  
\* & ſuper filium ho-  
minis, quem confirma-  
ſti tibi.

17 Incenſa igni &  
ſuffoſſa:

\* ab increpatione vul-  
tus tui peribunt.

18 Fiat manus tua ſu-  
per virum dextera tua:

\* & ſuper filium ho-  
minis quem confirmaſti  
tibi.

19 Et non diſcedimus  
à te:

\* viuificabis nos,

\* & nomen tuum in-  
uocabimus.

20 Domine Deus vir-  
tutum conuertere nos:

\* & oſtende faciē  
tuam, & ſaluum erimus.

atq; in tāta exaltaſti gloria, non ita nunc ſinas ab hoſtibus cōculcari,  
ſed eam de manibus cōculcantū & diripientū potius excutias, & tuā  
protectionis maceria, vt olim, circundes atq; cuſtodias. 16 Et quam  
olim tua omnipotens dextera plātauit de Aegypto tranſlatā, eā nunc  
quoq; dignāter promoue, benigne dirige, gubernare, tuere, defende, &  
perfectā redde: \* cōuertere quoque, reſpice, & vide ſup filiū hominis,  
ſuper Meſiā tuum, attende in faciē Chriſti tui, quem de homine hu-  
manā facies aſſumere naturam, quem tibi cōfirmaſti, quē firmiſſimo  
cōſilio prædeſtināſti, & decreuiſti de hac vinea naſciturū: \* quem etiā  
conſtabiliuiſti vt corā te vnā cū ſuis viuat, ac regnet in aternū: \* quē  
etiā plenitudine ſpiritū tuū corroborabis abſq; mēſura, & fortē facies  
ad debellandū diabolu, & ſubuertendū regnū eius: vt vel propter hūc,  
qui de vinea iſta naſciturus eſt, populū tuū nō proſus deleas, nō pen-  
itū cōculcari pmittas, ſed vel reliquæ ſalutē ſiāt de quibus ille pro-  
cedat: 17 Eſt quidē iā igni ſuccēſa & ſubuerſa vinea iſta tua, eſt qui-  
dē nūc miſere dilaniata, foedē cōculcata, & ferē ad nihilū redacta, ho-  
ſtili ſauitia: \* veruntamē ſi tu cōuerſus iterū nos vulneris alpicere, ſi  
tibi viſum fuerit conuertere ad nos benignū vultū tuū, nobiſque ferre  
ſubſidiū, mox illi ab oſtēſione iræ tuæ peribunt quaſi nihilū, ad nihilū  
redigetur vltione iræ cūdia tuæ omnis virtus & poteſtas eorū: tibi  
facillimū & quaſi pro nihilo erit, omnem illorum virtutē cōfringere,  
nōſq; in ſtatū priſtinū reſtituere. 18 Fiat, obſecramus, manus tua ſu-  
per Meſiā Chriſtū tuū, qui de ſemine vineæ huius naſciturus eſt, qui  
erit vir dextera tuæ, p quē videlicet tu operaberis opera fortitudinis  
tuæ, quiq; tibi erit ſecūdū virtutē cōequalis, euſdē dextera, euſdēq;  
potentię: mitte illū quem expectamus ſaluatorem & liberatorem no-  
ſtrū, & in illo cōſtitue plenitudinem potētiae atq; virtutis tuæ, vt per  
eū ſalutē opereris toti orbi deſideratā, iuxta promiſſiones factas pa-  
tribus noſtris: \* ſuper virū (inquā) hunc Meſiam noſtrū, quem tu cō-  
firmaſti tibi, quē firmiſſime decreuiſti, pordinaſti, & definiuiſti mit-  
tēdum ex ſemine Iſrael ſecūdū carnem, ad ſalutem humani generis:  
\* quēmq; etiā promiſſionib; & prophetiis multo ante factis firmiter  
ſanxiſti veturum: \* quem etiā fortitudine diuinitatis tuæ adimplebis  
& corroborabis, vt ſufficiēs ſit ac validus ad regnū mūdi & principis  
eius deſtruendū, ac pro eo regnū Dei erigendū. 19 Et nos, o piſſi-  
ſſime Deus, quātumuis grauib; affligamur moleſtiis, quātifcunq; op-  
primamur afflictionibus, quātumlibet diu diſtuleris auxiliū tuū, no-  
lumus tamen vnquā à te decidere, nolimus per impatientiā tuam cul-  
tum deſerere, aut proicere quam in te habemus ſpem noſtrā, imō cō-  
ſtātes permanere volumus, & perſeuerātes vſq; ad mortē in cultu tuo:  
& ſi morā feceris, neq; ſtatim impleueris quæ poſtulamur, expectabi-  
mus te, & in ſilētio ac ſpe præſtolabimur ſalutare tuū: \* hoc certifi-  
mo ſciētes, & firmiſſimē ſperātes, qd nō imperpetuū nos ſis abiectur;  
neq; derelicturus, quaſi penitus deſperatos: ſed in tēpore beneplaciti  
tui, cū tibi optimum videbitur, miſereberis noſtri, & vitā adferes no-  
bis per filium hominis illum virum dextera tuæ, vitā dabis nobis, re-  
ſtituēſq; nobis omnia, & ab omnibus inimicis facies ſaluos: \* & nos  
tuū nomē quod colimus, deuote inuocabimus: nos interim donec tibi  
placitū erit noſtri miſereri, nō ceſſabimus ab inuocatione tui nomi-  
nis. Præſtolātes enim inuocabimus, & inuocādo præſtolabimur. Tunc  
quoq; cum vitā per tuū Meſiā populo tuo attuleris, toto ex corde in-  
uocabimus nomē tuū, omnes qui credituri ſumus in nomine eius, &  
inuocātes cōſequemur ſalutē. 20 Tu ergo domine Deus ſupernarum  
virtutū, & cæleſtium exercituum, cōuerte nos ad te, vt toto corde, to-  
tāq; mēte, & omnibus viribus tibi ad herreamus, tuōq; inſiſtamus cul-  
tui, vt nō indigni habeamur in cōſpectu tuo, quibus tua impēdas be-  
neficiā: \* oſtēde nobis benignum vultum tuum, benignitatem exerce  
& fac benignē nobiſcum, iuxta dulcedinem miſericordiæ tuæ, & ſalui  
erimus ab omni malo. Solus nanque benignus aſpectus tuus, ad pellē-  
dum omne malum & omne bonum conferendum, ſufficit.

Roma. 8.  
Roma. 9.

Thren. 3.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXXIX.

V Erſu primo, Qui regis Iſrael intende, qui deducis velut ouem Ioseph. In Græco eſt partici-  
pium ποιμαίνω, quod ſignificat paſcentem, vel (vt plenius exprimamus) paſtoraliter regen-  
tem: quemadmodum ſuprà etiā admonuimus in Pſalmo ſecundo, circa verſum illum, Re- Pſal. 2.

**Pfal. 22.** ges eos in virga ferrea. Et in Psal. 22. in versu primo, Dominus regit me, & nihil mihi deerit. In his enim locis, eadem in Græco dictio ponitur. Sed & in aliis quibusdā Psalmorum locis, eandē hanc dictionem Græcam interpretes Latini verterunt, pascere. Nam supra Psalmo. 77. vbi in fine Psalmsi de Dauide dicitur, Pascere Iacob seruum suum. Ac rursum, Paut eos in innocētia cordis sui: in Græco idē verbum ponitur quod supra diximus. Vnde manifestum est, pascere & regere pro eodem debere accipi. Insuper & in Hebræo hoc loco participiū ponitur, significans pascētē. Quod autem sequitur, Qui deducit velut ouē Ioseph, à quibusdā exponitur de ipsa persona Ioseph, quem Deus sibi fidentē & seruiētē deduxit velut ouem, qui semper vt ouis & innocēs manuetū se gessit in omnibus, tam apud patrē in terra Chanaan, quā apud extraneos in Aegypto: & Dominus illum semper vt pastor bonus comitabatur, in omnibus seruās eum à fratru nece, suāq; prouidentia ad principatum Aegypti prouehēs. Cui expositioni cōsonat Chald. Paraphrasis sic legēs, Qui deducis velut ouem patrum nostrum Ioseph. Atque ita quod præcedit, Qui regis vel pascis Israel, simili ratione de persona Israelis posset intelligi, iuxta illud quod Israel ipse pueris Ioseph benedicens, ait, Deus qui me pascit à iuuentute mea, &c. Nos tamē in Elucidatione maluimus ad totum populum Israeliticū referre sermonem, Cui sentētīe magis fauet quod ex Hebræo secundo loco vertit Hieronymus, Qui deducis velut gregē Ioseph. Et Felix per numerum pluralem vertit, velut oues. Id enim ad populum totum magis spectat. ¶ Versu. 2. Qui sedes super Cherubim, manifestare coram Emphraim, Beniamin & Manasse. Hanc manifestationem coram Ephraim, Beniamin & Manasse, in Elucidatione generaliter sumus interpretati, de apparitione coram populo domini. Potest tamen specialis assignari ratio, quare de his tribubus specialis fiat mentio, non autem de tribubus aliis. Arca nanque Domini, vbi supra propiciatorium inter Duo Cherubim locum sibi elegerat, in medio erat totius multitudinis filiorum Israel: omnes autem tribus. 12. erant per circuitū: ab oriente quidē erant Iudas, Issachar & Zabulon: à meridie, Ruben, Simeon & Gad. Et hi præibant, cum esset proficiscendum, Ab occidente verò erant castra Ephraim, Beniamin & Manasse: & ab Aquilone, Dan, Aser & Neptalim. Itaq; erat præsentia Domini peculiariter ante Ephraim, Beniamin, & Manasse, qui in postrema parte erant ad occidentem. Nihil ergo aliud sibi vult hæc postulatio, quā vt præsentiam suā Deus populo exhibeat, vt ad propiciatorium suum velit descendere, & se populo toti exhibere præsentē. Sic enim quoties De⁹ manifestatur ante tres illas tribus, intelligitur toti populo sese exhibere præsentem. Cum enim Deus populum suum derelinquebat in manus hostiū, & duris afflictionibus subiacere patiebatur, quasi absens, propiciatorio derelicto, reputabatur, eo quod defensione solita non monstraret suā præsentiam. Orant proinde vt appareat, & ad propiciatorium redeat. ¶ Versu. 3. Excita potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos. Nonnulli hic intelligūt postulari aduentū Christi in carnem, ad humani generis salutem. Quod quidem secundum intelligentiam mysticam rectē incipitur, quemadmodum & Psalmus totus huic proposito de Christi incarnatione nō incommode posset applicari. Videtur tamen ex Psalmsi deductione, de aduentu in auxilium fieri sermo, quem admodum monstrant querimonīe quæ mox enarrantur, præsentiumq; miseriarum simul & beneficiorum corporalium patribus olim exhibitorum propositio. ¶ Versu. 6. Cibabis nos pane lachrymarum, & potū dabis nobis in lachrymis, in mēsurā. Panis lachrymarum est, qui in dolore, & cum lachrymis à lugentibus sumitur. Simile est de potu in lacrymis. Sic & in alio Psalmsi dicitur, Cinerem tanquam panem manducabam & potum meum cum fletu miscebam. Illud autem, in mensura, quod ad arētudinem & tenuitatem cibi ac potus referunt, nos in Elucidatione exposuimus, maximam abundantiam lachrymarum atque doloris. Cui consonat quod Felix vertit ex Hebræo, Fecisti illos (scilicet de populo tuo) comedere panem lachrymarū, & fecisti illos bibere lachrymas in maxima mēsurā. Nec dissonat quod habet Paraphrasis Chaldaica, Cibasti eos panibus in tintis lacrymarum, & bibere fecisti eos vinum lacrymarum affluens. Neque aliud velle videtur quod Hieronymus acceteri vertit, Potasti nos in lacrymis tripliciter, de quo in annotationibus ex Hebræo nō nihil dicemus. ¶ Versu. 7. Posuisti nos in contradictionē vicinis nostris. Habet hæc enuntiatio duplicem intelligentiam. Prior est, quam in elucidatione explanauimus, de hostium adinuicem contentione pro direptione populi fidelium. Quando enim populus fidelis ita ex omni parte ab hostibus per circuitum opprimitur, vt nunc ab illis vim patiatur, rectē quasi in contradictionem & contentionem positus dicitur, vt pote pro quo hostes adinuicē contendunt, quis illum possideat, quis in illū vsurpet dominium, quis illum affligat miseris: quomodo ager quilibet in contentione vel contradictionem poni intelligitur, cum de eo, in cuius possessionem veniat, contenditur. Hæc autē diuersorum pro eiusdem afflictione, contentione, exprimit magnam patietis, pro quo contenditur, miseriam: dum scilicet quisq; pro viribus molestare & affligere nititur miserum. Et plane quomodo de Sinoe capto ait Vergilius, dicens, Certant que illudere capto, ita Israelitis quoque legimus accidisse, vt certarent adinuicem hostes populum istum opprimere, affligere, atq; cōterere: quod ex sacris historiis sit manifestum, in quibus quā saepe legimus populum Israeliticum, Deo permittente, nunc ab Assyriis, nunc ab Aegyptiis, nunc ab aliis per circuitum nationibus spoliatum, ac grauiam passum. Posterior intelligentia est, Posuisti nos in contradictionem & oppugnationem hostium, id est, fecisti nobis contradictiones, contentiones, oppugnationes, & prælia suscitari, ab aduersariis vicinis nostris. Secundum quem intelligitur contradictio ista siue contentio aduersariorum non adinuicem, sed contra populum Israeliticum: quomodo & de Salvatore nostro Christo Hebræis scribēs ait sanctus Apostolus, quod passus sit aduersus semetipsum contradictionem. Recogitate (inquit) Iesū qui talē sustinuit pro nobis aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris

Heb. 12.

**A** deficiētes. ¶ Versu. 8. Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. Versus iste tertio in hoc Psalmsi repetitur. Est enim versus quartus & octauus, est & nonissimus, totisq; orationis clausula. Quæ trina repetitio, ad sanctæ ac superbenedictæ Trinitatis inuocationem rectē intelligitur pertinere. Dignus autē versus est versiculus iste, qui non dico tertio repetatur, sed perpetuo in ore vestro versetur. Vt vide, quæso te, q̄ apto ordine procedat hæc postulatio. Primum enim oramus à Deo cōverti, ac deinde mōstrari nobis faciem domini, sicq; salutem percipere. Prius enim est, vt iracundia causa tollatur, ac deinde vt placidus redeat vultus eius qui iracundiā posuit. Quid autē est in nobis, quo Deū cogimus à nobis vultum suum auertere? Quid, nisi quia nos prius auertimur ab eo? Semper enim oculi domini super iustos, & metuentes eum, sunt in bonum. Itaque, nisi nos priores auertamur ab eo, nunquā ille faciem suam auertet à nobis. Aptissime ergo qui faciē Dei placidā sibi cupit restitui, prius se postulat ad dominum cōverti. Quis autem ex auersis faciat conuersos, nisi solus ipse cui in oratione loquitur Popheta, dicēs, Conuerte nos domine, & cōuertemur ad te? Scio enim (inquit idē Propheta) quoniā non est hominis via eius, nec viri est, vt dirigat gressus suos. Est enim homo spiritus vadēs, & non rediēs: à Deo per suam malitiā recedens, ad Deum autem per suam propriā solam virtutem redire non potens. Ergo tu domine virtutū (cui nihil impossibile neq; difficile est) cōuerte nos, ac deinde conuersus, faciem ostende placibilem, qui auersis iuste auertisti vultū iratum. Si autem faciem tuā nobis ostēderis, si nobis solita miseracionis placiditate illuxeris, non poterit nō ex hac tuā faciei cōuersione & vultus illuminatione, salus nobis procedere. Vnde quasi hæc de re certus, neq; quicquā dubitās, ait, Ostende faciem tuam, & salui erimus. Sic & in alio Psalmsi dicitur, Deus miseretur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultū suum super nos, & miseretur nostri. Est autem notatu digna hoc in loco Chald. Paraphra. pulchrē admodum præsentē versiculum exponēs, in hunc modum, Deus exercituum, cōuerte nos de captiuitate, illumina splendore iocunditatis faciei tuę super nos, & salui erimus. Illam autem captiuitatē: præcipue intellige captiuitatē peccati & mortis, deinde etiā eam quæ temporaliter premit populum. Ex priore nanque posterior proficiscitur. ¶ Versu. 9. Vineam de Aegypto transtulisti. Populum Israeliticum hoc in loco intelligendum monstrat Chaldaica Paraphrasis, quæ sic habet, Domum Israelis quæ assimilatur vineæ, de Aegypto transtulisti. Et pro eo quod in sequenti versu habemus, Dux itinēris fuisti in cōspectu eius: eadē Paraph. habet, Expulisti à facie eius Chanaanos. Et aliās in scriptura legimus, hunc populū vineæ assimilatum, & vineā domini nuncupatum, veluti apud Elaiā cap. 6. Vineam facta est dilectio meo, in cornu filio olei. Ac post pauca, Vineam enim domini exercitū, domus Israel est, & viri Iuda germē delectabile eius. Et de eadē Saluator ait in Euangelio, Vineam passinauit homo, & sepē circumdedit, & fodit in ea torcular, & locauit eā agricolis, & cetera. Pulchrē verò in metaphora persistēs Propheta, populū istius de Aegypto educationē, vocat translationem vineæ, ipsiūsq; populū in terra promissa firmationē appellat vineam translata plantationem, ac deinde eius populū exaltationem, & multiplicationē describit per similitudinē vineæ in altum cōscendentis supra sublimitatē montium, & in latum sese expandentis vsq; ad mare. Demum vbi querimonia proponitur desolati populū, cōtinuata vineæ metaphora, dicitur maceria eius diruta, ipsa verò omnium vindemiationi, de prædationi atq; rapinæ exposita, ita vt feris syluarū & bestiis agri liber pateat introitus ad concalcandū & eradicandū omnia. Ita cōsideratione aptissima, quæcunq; de populo hoc proponuntur, siue ad cōmemorationē prioris beneficii, siue ad querelam præsentis miseriarum, sub vineæ cōparatione, metaphorē semel assumpta continua prosequutione, pulchrē admodum explicatur. Si verò secundum mysticam intelligentiam, vineam istam intelligamus spirituales & verā domum Israel, quæ est Ecclesia fidelium, domus Dei, aptissime hæc omnia in nos competent, quoties in prædam & in direptionē infidelibus damur: quæ admodum ex iis quæ frequenter supradicta sunt, facile per se intelligens quisq; poterit animaduertere. ¶ Versu decimo, Dux itinēris fuisti in conspectu eius. Intellige, viam preparasti, & viā fecisti ante eā. In Græco enim vno verbo dicitur *ὁδον ὁμοιωσας*, quod est viam fecisti, quomodo etiam habet Psalterium Romanum. Et Felix ex Hebræo, Preparasti viam vel semitam in cōspectu eius. In sequenti autem versu, per arbuta, intellige propagines vel ramos: & per cedros Dei, cedros electissimas atq; altissimas: quæ admodum Psalmsi. 35. per montes Dei intelligimus montes altissimos, iustitia tua sicut mōtes Dei. Hæc autem de exaltatione vineæ & dilatatione, si iuxta mysticam intelligentiam ad populum fideliē in Ecclesia noua referatur, aptissime intelligi poterūt de Ecclesię exaltatione, dilatatione, & profectu. Operuit enim mōtes Ecclesię vmbra, quando sub fide & vnitate Ecclesię, principes orbis & regna gentium elegerunt requiescere: arbuta autē eius cedros Dei operuerunt, quado filii Ecclesię omnem mundi sapiētiam & sublimitatē superantes, omnem altitudinem & omnem sublimitatem aduersantē scientię Dei nouerūt in captiuitatem redigere, potentissimorumq; principum secularem potentiam, & sapientissimorum hominum secularem sapientiam, suæ fidei stabilitate destruere. Vsq; ad mare verò palmites extēdit, & vsque ad flumen misit germina, quando missis per orbem terrarum Apostolis aliisq; veritatis predicatoribus, in omnem terrā exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę peruenerunt verba eorum, sicq; per orbē dilata est fides catholica. Cui mysticę expositioni nō dissonat quod habet Paraph. Chald. Expandit ramos suos, misisti discipulos eius vsque ad mare magnum, & vsque ad flumen Euphraten germina eius. ¶ Versu decimo quarto, Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Potest singularē accipi pro plurali secundum cōmunē loquendi consuetudinem, vt significetur, apros de sylua & feras solitarias, vel feras deserti demolitas esse vineā domini. Aut sub numero singulari (quod in idē redit) intellige populū gētilem, qui est velut aper de sylua egrediēs, idē-

Psal. 22.  
Psal. 23.  
Thre. 5.  
Hiere. 10.  
Psal. 102.

Psal. 6.  
Matt. 21.

1. Tim. 3.

Psal. 35.

1. Cor. 13.

Psal. 18.



que velut singularis ferus. Est enim loquutio à similitudine vineæ sumpta, quā collapsa maceria be-  
 itia huiusmodi solēt demoliri. Vigilanter autem attende, quomodo homines infideles apris cōpa-  
 ratur, quos etiam dominus in Euāgelio interdū porcos, interdum verò canes appellat. Veluti cum  
 Matt. 7. discipulis ait, Nolite dare sanctū canibus: neq; mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte cō-  
 Matt. 25. culcent eas pedibus suis, & canes conuersi dirumpant vos. Alibi verò etiam hœdis comparat, di-  
 cens, Cum venerit filius hominis in maiestate sua, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes, &  
 1. Tim. 3. separabit eos abinuicem, sicut segregat pastor oues ab hœdis. Sed & hoc notādum diligenter, quod  
 apri isti non de domo exeunt, sed de sylua. Domus enim Dei (teste magno gentiū Apostolo) sancta  
 Ecclesia est. Infidelitatis autē & peruersitatis natio, sylua est, quia à Deo deserta: & quicūq; in ea in-  
 habitāt, à domo Dei sunt alieni, syluestres sunt, nō ciues sanctorū, & domestici Dei. Vbi autē nos ha-  
 bemus singularē ferum, Græce habetur *μόνος*: hoc est, solitarius ferus vel singularis agrestis  
 .i. fera deserti. Nō enim ita accipi debet quod dicitur, singularis ferus, vt idem valeat quod singula-  
 riter vel eximie ferus. Nō enim significatur ista superexcellētia, quæ admodū Græci sermonis pprie-  
 tas manifestus indicat: sed singularis potius vnicum vel solitariū significat. Inuenimus autē &  
 Marc. 4. in sacris literis vocabulū istud singularis, in hac significatione vsurpatum, velut Marci. 4. Et factū  
 est, cum esset singularis, interrogauerunt eum discipuli, hoc est, cū esset solitarius, & extra multitu-  
 dinē. In Hebræo autem, vnica dictio ponitur ziz, quam interpretes admodum diuersimode reddūt.  
 Hieronymus vertit, Omnes bestia, agri depasta sūt eam: intelligēs scilicet per ziz, generaliter omnē  
 bestia agri. Felix etiam vertit, Fera agri depasta est eam, asserēs, hac dictione significari omne genus  
 animalis syluestris. Atq; horum versiones magis nostræ lectioni consentiunt. Plura de hac eadē di-  
 ctione Hebraica diximus in annotationibus ex Hebræo Psal. 49. pertractantes partem illam, Et pul-  
 chritudo agri mecum est, vbi in Hebræo eadē dictio ponitur. ¶ Versu. 16. Et super filium hominis,  
 quem confirmaſti tibi. Hoc loco quidam codices Latini non habent additum genitiuum hominis,  
 sed habent tātum, Super filium quem confirmaſti tibi qua in parte Hebraicæ consentiunt lectioni,  
 quæ genitiuū hoc loco non habet. Græci tamen codices atq; etiam pleriq; Latinorum addunt, & que  
 atq; in versu. 18. Intelligunt autem quidā per hunc filium, non mesiam, sed ipsum populum Israe-  
 liticum, qui per vineam hætenus significabatur. Tanquā filium nanque Deus habuit populū Israe-  
 liticum, iuxta quod in Exodo legimus, Filius meus primogenitus Israel. Ac rursum ex voce domini,  
 per Moysen, ad Pharaonem, Dixi tibi, dimitte filium meum, vt sacrificet mihi: eundēq; populum  
 intelligūt in versu sequenti, per virum dexteræ Dei: quoniam scilicet dexteræ suæ illum Deus solitus e-  
 rat protegere. Verū quod sequitur in versu. 18. Et super filium hominis quem cōfirmaſti tibi, nō sa-  
 tis cōmodē videtur posse alio, quā ad Mesiam accommodari, Illic enim, & in Hebræis & in Græcis &  
 in Latinis exemplaribus legitur, filius Adam vel hominis. Nusquam autem in Scriptura legimus totū  
 populū Israeliticū filium hominis, vel filium Adam appellatum. At verò Mesiam nostrum filiū  
 hominis fuisse etiam peculiariter appellatum, ex Euangelica historia nimis est manifestum, cum &  
 seipsum plerunq; hoc nomine appellauerit. Nos itaq; hunc filium hominis, in Elucidatione sumus  
 Psal. 109. interpretati Mesiam Christum. Cui expositioni aperte subscribit Chald. Paraph. quæ sic habet: Et su-  
 per regē Mesiam, quem confirmaſti tibi. Et in versu. 18. Sit manus super virum cui iurasti in manu  
 dextera, quod rectē in Mesiam cōpetit, cui vt in alio loco dicitur iurauit dominus, & non pœnite-  
 bit eum. ¶ Versu. 17. Incensa igni & suffossa, ab increpatione vultus tui peribunt. Quidam versum  
 præsentem sic accipiunt, quasi incensa & suffossa nominatiui casus existant, in neutro genere, & sup-  
 ponantur verbo, peribunt, vt sit sensus, Incensa igni & suffossa peribūt ab increpatione vultus tui.  
 Verum hanc constructionem manifeste cōdemnat lectio Græca, quæ nominatiuos habet singulares  
 genere femineo, hoc modo: *καὶ πῦρ καὶ σφοδρὰ ἀπὸ τῆς ὀφθαλμοῦ σου*. Rectius ergo diuissim ita accipiunt sentē-  
 tiam, Vineâ succensa est igni, & suffossa: ab increpatione tamen vultus tui, hostes incēlores & effo-  
 fores peribunt, & reuertetur vinea tua in statum pristinum. Iuxta quam sententiam ita vertit Felix,  
 verbo substantiuo suppleto, Cōbusta est igne, excisa est: ab increpatione vultus tui peribunt.

LXXX. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste octagesimus, exhortatio videtur esse veteris populi, ad celebrandum in letitia festiuitates  
 domini Dei sui, maxime illam quæ in mensis septimi principio tubis clangentibus erat celebranda, simulq;  
 rememoratio veterum beneficiorum populo exhibitorum, & commonitio contestatioque domini ad popu-  
 lum, de fidei cultu & pura seruitute, quam sibi vult impendi, & quam serio exigit à seruis suis, non compatiēs  
 secum deos alienos: vbi accepta occasione, commodè exprobratur populo, post tot accepta beneficia, & propo-  
 sita promissa amplissima, pertinax ipsius incredulitas, cuius etiam penam tam tēporalem, quā eternam describit.  
 Nos verò ad spiritualem exhortationem, siue admonitionem, ad spiritualiter Deo festa dignè celebranda, ipsique  
 cultu debito famulandum, præsentis Psalmi textum commodè poterimus referre.

LXXX. PSALMI ELVCIDATIO.

1 Exultate Deo adiu-  
 tori nostro: \* iubilate  
 Deo Iacob.  
 2 Sumite Psalmum,



um exultatione laudate fideles vniuersi dominum Deum,  
 fortissimum, fidelissimūque adiutorem nostrum \* cum  
 iubilis & laudibus celebrate Deum Israel, Deum fidelis po-  
 puli sui. 2 Assumite Psalmos ad illi canendum in gau-  
 dio & exhibete tympana, vt personetur in eis sonitus letitiæ: \* psal-  
 terium, iocundum simul exhibete cum citharis, & omnis generis mu-

A *Et date typanum:*  
 \* psalterium iocundum  
 cum cithara.

3 Buccinate in neome-  
 nia tuba, in insigni die  
 solennitatis vestrae.

4 Quia præceptum in  
 Israel est, & iudicium  
 Deo Iacob.

5 Testimonium in Io-  
 seph posuit illud, cum  
 exiret de terra AE-  
 gypti: \* linguam quā  
 non nouerat, audiuit.

6 Diuerit ab oneri-  
 bus dorsum eius: \* ma-  
 nus eius in cophino ser-  
 uierunt.

7 In tribulatione in-  
 uocasti me, & liberaui  
 te: \* exaudiui te in ab-  
 sccondito tempestatis:

\* probaui te apud a-  
 quam contradictionis.

8 Audi populus meus  
 & cōtestabor te: \* Is-  
 rael, si audieris me, non  
 erit in te Deus recens,  
 neque adorabis Deum  
 alienum.

9 Ego enim sum do-  
 minus Deus tuus qui  
 eduxi te de terra AE-  
 gypti: \* dilata os tuū,  
 & implebo illud.

10 Et non audiuit po-  
 pulus meus vocem me-  
 am: \* & Israel non  
 intendit mihi.

fica instrumenta proferte domino, vt in eis laus plenior resonet, non  
 solum voce oris deprompta, sed & foris per artis instrumenta sese ef-  
 fundens. 3 Clangite tuba in nouilunio, in ipsis Calendis, & prima die  
 mēsis septimi: quæ dies est vobis solēnis, & insigniter celebris ex præ-  
 cepto domini, vt omne opus seruale nō faciatis in ea, quoniam dies clā-  
 goris est & tubarum. 4 Quia de hac solennitate celebranda præce-  
 ptum accepit populus Israel, & decretum est, siue lex à Deo Israel cō-  
 stituta populo suo. Voluit enim ipse, & præcipiēdo decreuit, vt prima  
 dies mēsis septimi esset filiis Israel sabbatum memoriale, clāgētibus  
 tubis, quod vocaretur sanctū, in quo nullum facerēt seruale opus, sed  
 ac deinde etiā ad festiuitatē tabernaculorū, quæ erat die decimaquin-  
 ta mēsis eiusdē. 5 Posuit autē Deus præceptum illud iū testimonium  
 & memoriale in populo Israel, cū educeret eum de terra Aegypti: hoc  
 præceptum illi cōstituit in cōmemorationem beneficij educationis de  
 Aegypto, atq; cæterorum post exhibitorum omnium beneficiorum:  
 \* in qua terra Aegypti aduena fuerat, & sub iugo ac seruitute barba-  
 ræ & incognitæ gentis seruiat, cuius linguam non intelligebat, sub  
 Aegyptiorum seruitute, quorum lingua illi fuit peregrina. 6 Verū  
 Deus ipse ab oneribus grauissimis luti & lateris, sub quibus miserrime  
 seruebant, liberauit eos, ne dorsa amplius deberēt eiusmodi oneribus  
 subdere, ipse eos de grauissima hac seruitute qua premebantur  
 redemit: \* siquidē manus eorum seruiant in cophinis, ad colligē-  
 dū paleas, ad portandū lutum & lateres, iuxta numerum præfixū sibi,  
 vsq; ad amaritudinem animæ suæ. 7 Vox domini, Ecce popule meus  
 cum in tribulatione essecū Aegyptii perducerent ad amaritudinem  
 vitam vestra, grauissimis oneribus luti & lateris clamaſtis ad me do-  
 minū Deum patrum vestrorum: & ego non oblitui ad clamores ves-  
 tros, sed iuxta petitionē vestra liberaui vos de fornace ferrea Aegy-  
 ptii: \* exaudiui te in occulto tēpestatis & tonitruū, cum ego sub colū-  
 na nubis latens, tonitruū tēpestatis concitata, Aegyptiorum curru in  
 profundū maris rubri subuersis rotis agitarē, sicq; illos in mediū flu-  
 ctuū iniicerē: ita pro vobis mirabiliter pugnādo, vt nō euaderet nec  
 vnus ex eis, cum tamen ego velut ex abscondito pugnāre, nec exterius  
 in pugnotis forma me ostenderē: \* post hac autē tātum tuā libera-  
 tionis beneficiū, & alia huiusmodi plura, probaui ego te apud aquas  
 quæ ex murmuratione vestra nomē acceperūt, vt cōtradictionis appel-  
 lētur: ibi te probaui cū esset aqua defectus, vt viderem an fidelis es-  
 set: tot acceptis beneficiis, an non: & ostēdisti te, post tot accepta benefi-  
 cia, & tam patētissima cōspecta prodigia, adhuc infidelē murmurato-  
 rē & cōtradictorē. 8 Audi proinde popule meus, & ego serio loquar  
 tibi, & cū obtestatione aperiā tibi voluntatē meā, vt scias quæadmo-  
 dū corā me debeas ambulare, ne tibi dicas nō prædictum, aut ne excu-  
 ses per ignoratiā \* ecce Israel popule meus, si me audire velis, & mihi  
 verē esse obediēs, hoc antē omnia providebis, vt nō sit in te Deus ali-  
 quis nouus & extraneus, quem non coluerunt patres vestri, vt nō vo-  
 bis ipsis aliquod idolum fabricetis, neq; vllā speciem cuiusq; rei quam  
 pro Deo colatis: neq; vllū omnino Deū alium præter me adorabitis,  
 sed mihi vni & soli cultum diuinitatis impendētis. 9 Ego enim solus  
 sum verus dominus & Deus vester, qui vos in potentia virtutis meæ  
 eduxi de terra Aegypti, quique & ante educationem hæc stupēda pro-  
 digia exercui in Pharaonem & seruos eius, vestri causa: item & post  
 educationem in deserto, mirabilia corā oculis vestris exhibui: \* & nūc  
 latē aperi os tuum, postula quæcunque volueris, & quantacunque vo-  
 lueris, & ego quæcunque postulaueris, abundanter tribuā tibi iuxta  
 desiderium cordis tui: tantum postula, tantum quid velis indica, imō  
 & quicquid volueris pete, & ego absque tuo labore abundantissime  
 tuis votis satisfaciam, si te modo in veritate fidelem inueniam. Vnde  
 nihil opus habes, ad alienos deos confugere, posteaquam per me om-  
 nia consequeris. 10 Quancquam autem ita blanda promissa propo-  
 fuerim populo meo, noluit tamen obedire voci meæ, nec tam blandis  
 propoſitis conditionibus suscipere voluit obedientiam præceptorū  
 meorum: \* populus Israeliticus, cui tanta præstiteram beneficia,  
 cui tam egregias offerebam pollicitationes, nō acquieuit sermonibus

11 Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum: \* ibunt in adiuuentionibus suis.

12 Si populus meus audisset me: \* Israel si in viis meis ambulasset.

13 Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliasset: \* & super tribulantes eos misisset manum meam.

14 Inimici domini mentiti sunt ei:

\* & erit tempus eorum in sacula.

15 Et cibauit eos ex adipe frumenti: \* & de petra melle saturauit eos.

meis, non credidit, neque adhaerere voluit mihi. 11 Et quoniam me diligentem, vocantem, & benefacere volentem spreuerunt & abiecerunt, semper inobediētes voci meae: idcirco & ego vicissim abieci illos propter suam ingratitude & inobediētiam, & permisi illos duci prauis concupiscentiis cordis sui, dimisi illos sequi prauitatem & praua desideria peruersi affectus sui: \* ambulabunt a me dimissi secundum prauas adiuuentiones suas, secundum malas cogitationes & pessima consilia carnalis cordis sui, perficiēt quaecunque illis suggererit maligna sua cogitatio. 12 At verò si populus quem elegeram, gratum se delectatione atque vocatione praestitisset debitam mihi praestās obedientiam: \* si Israeliticus populus ambulasset in praecipitis atque iustificationib⁹ meis quae illi proposueram vt ambularet in eis. 13 Pro nihilo vtiq; inimicos eorum humiliasset, pro minimo sanē, imò pro nihilo mihi fuisset, eorum aduersarios omnes expugnare, ipsiq; sub iugare, & ante faciem eorum contere: minimo vtiq; negotio, & nullo penitus labore ab omnibus aduersariis illos seruasset securos: \* & super aduersarios eorum volentes eos affligere, ego aggrauassem vltimam manum meam, potentiam vltionis meae exercuissem aduersus omnes qui voluissent nocere populo meo: quem admodum abunde satis re ipsa ostenderam in contritione terribili Aegyptiorum, & Chanaanorū eiectione valida. 14 At verò isti rebelles semper & increduli, semper aduersantes & repugnātes domino, obstinati in dura ceruice infidelitatis suae, mentiti sunt aduersus dominū, nihil eorū obseruantes opere quae ore polliciti fuerāt, egerunt; mēdaciēter cōtra dominū: \* & erit tēpus punitionis eorū in aeternum, punitione aeterna vltio sumetur de ipsorum tanta ingratitude, in fidelitate, & inobediētia. Si quidem ignis aeternus deuorabit inobedientes huiusmodi & incredulos: vt qui in hoc tēpore tot beneficiis suauissime inuitantem, peruicaciter nimium contēpserunt, in futuro vltionis tēpore durissima sine fine sustineāt tormēta. 15 Attamē Deus gentē illam repugnantem & inobedientem cibauit ex pinguedine frumenti, ex medulla tritici, id est, pane electissimo & delicatissimo: \* & comedere dedit eis ad abundantiam mel, quod de petris colligebāt, vbi absq; hominū studio vltro apes mellificabāt: dedit eis terrā lacte & melle manātem, proferentem fructus pinguisimos, & electissimum triticū, vbi & tanta mellis erat copia, vt de petris abundāter mel possent colligere, quod sanē beneficiū valde illorum impietate exaggerat, qui nec sic emolliri poterunt, aut in Dei seruitutem saltem beneficiorum dulcedine inescari.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXXX.

Gene. 22. V Ersu. 3. Buccinate in neominia tuba. De festo tubarum, quod initio mensis septimi celebrabatur, legimus Numeri. 29. Dicunt autē quidā, clangorem istum tubarum fuisse in tubis cornibus: qua in re typum gessit post immolandi agni, pro peccatis mundi. Alii, in rememorationem acceptae legis Dei. Cum enim legem daret dominus, audita fuit vox buccinae terribiliter buccinantis, & cōcrepātis admodum terribili sonitu. Pro quo facit, quod in hoc Psalmo principāter sermo fiat de obediētia legis Dei, & de trāgressione querimonia, cum dicitur, Audi popule meus, & contestabor te, & cetera. Ego sum dominus Deus tuus, & cetera. Si populus meus audisset me, & cetera. H. Psal. 76. 76. Redemisti in brachio tuo filios Iacob & Ioseph. Et Psal. proxime hunc praecedente, Qui regis Israel intēde, qui deducis velut ouem Ioseph. Fieri autē de ipso toto populo sermonem, manifeste satis indicāt verba textus. Nō enim Ioseph ipse egressus aliquādo fuit de terra Aegypti, neque in suo egressu huius festiuitatis praecipitū vllum accepit: sed populus vninersus, post liberationē in deserto, loquēte domino in mōte Sinai, mādatum huiusmodi de festo tubarum ac ceteris celebrādis accepit. Quod autē sequitur, Lingua quam non nouerat audiuit, nos in Elucidatione exposuimus de lingua Aegyptiorū, quae filiis Israel erat peregrina, cum primum in Aegyptum descēderēt. In quo significatur, ipsos in Aegypto aduena s fuisse & peregrinos: ac proinde cū educerētur, de gente barbara, & sibi peregrina fuisse eductos. Alii verò intelligunt de loquela domini, in legis donatione in deserto. Nō enim soliti fuerāt: donec in Aegypto manerēt, audire vocē tonantis domini, quā in deserto in datione legis audierunt cum maximo terrore, vt tanto fixius proposita inhaererēt cordib⁹ audientium. ¶ Versu sexto, Manus eius in cophino seruiert. In cophino seruiert manus populi Israelitici, quoniam in corbis portare debēt lutum & lateres, ac paleas colligere per totā terrā, Quod autem ex Hebraeo vertit Hieronymus, Manus eius a cophino recefferūt: significat liberationē ab huiusmodi seruitute, quē admodum id quod statim antecedit, Diuertit ab onerib⁹ dorsum eius.

A Eandem etiā habet sententiā, quod vertunt alii, Manus eius ab olla recefferunt, vel transferunt, hoc est, ab ollis conficiendis liberati sunt. Nō enim solum ad lateres coquēdos cogebātur filii Israel, sed & ad alia opera fictilia, quacūq; ex luto erāt faciēda. Vnde legimus Exod. 1. cap. quod Aegyptii ad amaritudinē perducebant vitam eorū, seruitute dura in luto & lateribus ac omni opere. Consentit & quod Chald. habet Paraph. in hunc modū, Manus eius a ferendo ad ollas luto transferūt. Idē etiā vult, quod alii vertūt, Manus eius a fumo vel a fumo recefferunt. In omnibus enim his, nō aliud significatur, quā populū de grauissima seruitute liberatio. Et per contrariū idem erit, siue dicamus in cophino seruiert, siue in ollis seruiert, siue in fumo, vel ad summum seruiert. ¶ Versu. 7. Exaudiui te in abscondito tempestatis, Istud, in abscondito tempestatis, diuersi diuersimode intelligūt. Elucidatio exponit, in occulto columnā nubis, vbi velut occultabatur praesentia deitatis pro filiis Israel, tēpestate horribili tonitruū & fulminis terribiliter pugnātis. Cui expositioni satis consonat Exod. 14. modus ipse loquēdi, quo in Exod. historia factū istud memorabile describitur. Sic enim legimus, q̄ respiciēs dominus per columnā nubis interfecit exercitum Aegyptiorū, & subuertit rotas curruū. In hoc autē quod dicit, per columnā nubis respexisse dominū, significat, quasi de occulto suo latibulo super hostes eum prospexisse: quē admodum solēt, qui ē turri aut munitione qualibet mittunt in hostes iacula. Nec dissonat ab hac expositione Para. Chal. quae sic habet, Exaudiui te, vel respondi tibi in loco occulto, domo diuinitatis meae, vbi ardebāt coram me rotae ignis, Nam hoc vltimum tēpestate significat. Alii verò quasi per antiphrasim dictum accipiunt istud absconditum tempestatis siue tonitruū, quoniam minime in abscondito perfecta fuit hac liberatio, sed palā & manifestē corā oculis omniū, dū horribili tonitruo & terrificis coruscationibus rotas curruū subuerteret, & currus ipsos ageret in profundū. Alii intelligūt, in occulta & abscondita tribulatione tua: cum grauisi me scilicet affligereris & opprimereris vehemētissime, tamē filere cogebaris, & palā non audebas exclamare ad me propter duritiem praefectorū, sed quasi in silentio & in abscondito. ¶ Versu. 8. Israel si audieris me, non erit in te Deus recens, Dii recensentes sunt, quicūq; artificis manu de nouo fiunt, cuiusmodi erat vitulus ille quem ad petitionem populi opere fusorio formauerat Aaron, item & vituli duo quos aedificauit Hieroboam: aut omne quod humano ingenio cepit tanquam numē haberi, & vt Deus colitur: quē admodū gentiles, Iouem, Belum, & huiusmodi, vt deos coluerunt. Deos autem alienos siue peregrinos vocat Deos aliarum gentium, vt non exemplo aliarum gentium per circuitum traherent ad idololatram. ¶ Versu. 10. Dilata os tuum, & implebo illud. In ista oris dilatione & adimpletione duo accipimus. Primo facilitatē qua domin⁹ pollicetur populo suo bonorum imperatorē, si fidē sibi praestiterint seruitutē. Quid enim facilius, quā os aperire: quid facilius, quā os dilatare? Secūdo intelligimus abundantiam omnis boni, quā seruis fidelib⁹ promittit domin⁹. Fgo, inquit, implebo illud. Quid amplius potest quā implere? Mira verò est in hoc sermone emphasis. Non enim dicitur, Extēde ad opus manus tuas, & ego implebo eas, sed dilata tātum os tuum. Neq; rursum dicitur, Aperi os tuū, & ego in illud iniiciam aliquid, vel non finam illud vacuum: sed ait, Dilata. id est, late aperi, & ego totum implebo, quātumcūq; tu dilataueris. Iuxta cōmunē autem modum loquēdi dicuntur dilatare homines os suum, quādo magnum aliquid, & quasi incredibile proferūt. Veluti si quis historia aliquam narrās, loquatur aliquid incredibile, aut quod nō videatur verisimile, dicimus illū dilatare os suum, id est, late aperire. Ita in oratione postulādo, dilatat os suum, qui magnum aliquid, & quod secundū humanum iudicium non ita videatur impenetrabile, postulat. Vult ergo domin⁹ sententiā, Popule meus, tantū fidelis esto: & ego quicquid postulareris, quantumvis magnum, quātumvis videatur humanam facultatē excedere, opportuno tēpore praestabo tibi. Siquidē apud me nō est impossibile, neq; difficile omne verbum. Implebo autem, id est, copiosissime & abundanter supra quā petere possis, faciā. Cui consonat quod Paulus Apostolus ait, Ei autem qui potens est omnia facere superabundāter, quā petimus, aut quā intelligimus, & cetera. Quod autē in hoc Psalmo per Prophetam Deus loquitur veteri populo, idem in tēpore gratiae, nouissime loquitur est nobis per filium suum in Euāgelio clamantē & dicentē, Si quid petieritis patre in nomine meo, hoc faciā. Petite, & accipietis. Et iterum, Omnia quaecūq; petieritis in oratione, credite quia accipietis, & enient vobis. Quid sunt hac aliud, quā late aperi os tuū, & implebo illud? ¶ Versu. 13. Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliasset. Aduersariū illud forsitan, non in Deo significat dubitationem aut mutabilitatem, aut vacillationem, quasi ignoret De⁹ quid facturus fuisset, si obediētē se praestitisset populus, sed vel libertatem tantum indicat voluntatis diuinae, vel etiam iuxta cōmunem modum loquentium accipitur, vt quādam sermonis notet modestiam, cum tamē firma intendatur asseueratio. Veluti cū pater dicit rebelli filio, Si obediētē te praestitisses meis consiliis, forsitan ditioerem te & gloriofiorem reddidissēm, quā nunc sis, significat hoc sermone, filium indubie futurum fuisse feliciorē, si suis obtemperasset cōsiliis. Ita cum domin⁹ loquitur seruo, Si mihi fideliter in seruiert, forsitan non damnū inde referes, sic modeste loquēdo, multum in sinuat: simul & indicat sibi liberū esse facere quod velit, & tamē volūtarie se multa facturū. Sic & in alio Psalmo dicitur, Nisi quia dominus erat in nobis. Cum exurgerēt homines in nos, forte viuos deglutissent nos. Cū irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos: vbi nulla indicatur dubitatio asseueratis. In Graeco verò etiam manifestius est, nullā indicari dubitationē. Nā particula & ponitur, quae significat potius vtiq; vt ita legatur, Pro nihilo vtiq; inimicos eorum humiliasset. Quod autē dicitur pro nihilo, Graece est & μὴ οὐδὲν, hoc est in nihilo. Quod intelligi potest, tanquā pro nihilo, minimo labore, nullo negotio, quē admodum in Elucidatione explicauimus: vel quasi nihilū sic eos humiliasset. i. vsq; ad nihilum redegisset eos, vel pro nihilo &

Exod. 14.

Exod. 23. Reg. 12.

Luca. 1. Gene. 18. Ephes. 3. Ioan. 14. Luca. 11. Marc. 11.

Psal. 123.

gratis, nulla cōductus mercede. Iuxta quam intelligentiā respicere, videtur hic sermo illud quod in hīstoris sacris legimus, filios Israel magno nonnunquā are, multiq; auri & argēti & diuersorum ornamentorū sumptibus cōduxisse auxilia regū ac principum, cōtra insurgentes quos metuebant aduersarios: quos Deus gratis & pro nihilo, nulla cōductus mercede, sola oratione postulat, citissime abegisset & contriuisset, si iustā ei prestissent obedientiam. ¶ Versu vltimo, Et cibauit eos ex adipe frumēti, & de petra melle saturauit eos. Significatur hoc modo loquēdi maxima fecunditas & amœnitas terræ promissionis, suppeditantis abundāter, non solū quæ ad victum sunt necessaria, quæ in frumēti adipe intelliguntur: verum etiā quæcūq; ad oblectationē & delicias pertinet, quæ in mellis dulcedine accipimus. Hæc ob causā frequēter in scripturis dicitur terra ista manare siue fluere lacte & melle. Quātum verò ad mel, dicunt, in terra illa apes mellificare in petris, sicque magnam ibi vltro se offerre mellis copiā, id quod ex hīstoria libri Regū possumus cognoscere, vbi Ionathas filius Saul in agro mel reperit, in quod virgæ summitatē intinxit. Quid verò per istum frumēti adipe, & petram mellis, debeat mystice intelligi, non magnā habet difficultatem. Adipe enim frumēti in ecclesia nos dominus cibatur, dum preciosisissimi corporis & sanguinis sacramēto, frumento electissimo, medulla tritici utiq; pinguisima, & placētula tritici delicatissima nos pascit, vitā veram præbēs, eamq; sempiternā. De petra autem melle nos sctiat, quando suauibus, & plusquam melleis de petra Christo fluentibus Euangelicis doctrinis, animas nostras reficit, aut cum spiritaliū gratiarum dulcissimis charismatibus, de plenitudine Christi effluentibus, mentes implet fidelium.

3. Reg. 14.

Ioan. 1.

LXXXI. PSALMI ARGUMENTVM.

In hoc Psalmo, dura & terribilis sit increpatio eorum qui potestate iudiciaria à Deo accepta, nō recte vtuntur ad iustum iudicium, sed per iniquitatē illud peruertunt. In primo versu Prophetā loquitur, itē & in vltimo. Cætera omnia intermedia, tanquā ex ore domini accipimus, cū terrore & auctoritate pronuntata. Prophetā ergo nō nisi præfatur, vt dominū introducat loquentē: & oratione cōcludit, postulat Deum aduenire iudicē, postquam in terris corruptum est omne iudicium. In alijs autē versibus, Deus vt iudex primus malos & iniquos iudices seuerā increpatione redarguit, & quid ab illis velit fieri proponit, ac tandē vltionē eternā male administratibus cū terrore denunciat, tunc vtiq; manifestādam, quando per mortē omnis ab eis auferetur potestas.

LXXXI. PSALMI ELUCIDATIO.

1 Deus stetit in Sinagoga deorum:

**D**ominus Deus omnipotens stat in medio congregationis deorum, id est iudicum & principum, qui eius vicem & locum in terra gerentes, eius iudicium tanquam vicarii Dei exercent, propter quod etiam dii mererentur appellari: in horum (inquam) deorum cœtu Deus stat, tanquam omnibus præsidens, tanquam iudex primus, cuius ceteri omnes ministri sunt atque vicarii: \* sic autem in medio eorum consistens, diiudicat eos, diligenter attendit quis potestate sibi cōmissa, & gladio quem portat recte vtatur, ad vindictā malefactorum, laudem verò & defensionem bonorum: aut quis ecōtrario potestate sibi tradita, & cōmisso gladio abutatur in bonorum oppressiōnem, malorum verò exaltationem: ita hos tantū vicarios, ille primus & verus iudex, à quo est omnis potestas, cōsiderat, cōspicit, diiudicat, vt si quidē probe cōmisso sibi fungitur officio, beatam illis donet pro fideli seruitute mercedem: sin ad tyrannidem verterint suum principatum, aut per auaritiā eo abusi fuerint ad iniustitiam, vt pœnas de illis sumat in tormentis æternis. 2 VOX DOMINI CONSISTENTIS IN IVDICVM MEDIO, Quādiū tādē vos iudices terræ, quibus vicem meam cōmisi in terris, abutentes tradita vobis potestate, peruertitis iudicium, non quod a-

\* in medio autem deos diiudicat.

Rom. 13.

2 Vsq̄quo iudicatis iniquitatem?

quū & iustū est, sed iniqua & iniusta iudicia iudicātes? \* & quousque tandē vos prauī iudices accipietis personā in iudicio? quousque considerabitis & accipietis personā impiorū, diuitum & potentū huius sæculi, propter illorū vel gratiā vel metum peruertentes iudicium? cum tamen ego vobis mādauerim, iustum iudicare iudicium, & vultū non respicere potentū, nec cuiuscunq; in iudicio accipere personā. 3 Facite iudicium iustum pauperibus & orphanis, & viduis, quibus nō est inter homines aliud auxiliū præter æquitatē iustitiæ, cum opprimātur ab impijs omnibus: \* humilibus, vilibus & pauperibus, æque atq; magis potētibus & diuitibus facite iustitiā, absq; personarū respectu, omnibus cōmuniter ex æquo administrantes iustū iudiciū, nec reuereamini vultū potētis, vt porpterea nolitis pauperū suscipere iudicia nec ad illorū artēdatis fauorē, vt eius gratiā aduersum pauperes proferatis pro potentibus falsam sententiam. 4 Pauperes, & egenos, orphanos, & viduas, & derelictos (quibus non est aliud humanū auxiliū

Leuit. 19.

Leuit. 14.

Leuit. 19.

\* & facies peccatorū sumitis?

3 Indicate egeno & pupillo:

\* humilem & pauperem iustificare.

4 Eripite pauperem,

A Egenum de manu peccatoris liberate.

præter æquitatem iustitię eripite & saluate de potestate peccatorum diuitum atq; potentum, volentium illos opprimere: commissa vobis auctoritate & potestate iudiciaria, hos compescite ab iniuria, à calumnia, à rapina, & qualibet oppressiōne: illos autē, paterno affectu, vt commissos vestra tutela filios, defendite ab iniuria. Ad hoc enim potestatem vobis contuli, propter hoc gladium portatis, vt sitis ministri mei, vindices in iram male agentibus, bonis autem in defensionem atq; tutelam. 5 Verum hi excæcati muneribus, corrupti affectu prauo, nō scierunt neq; intellexerunt iudicium & æquitatem: noluerunt attendere, quid æquum, quid iustum, non intelligunt, meum esse iudicium non attendunt, q̄ ego in medio eorum consistam, iudicaturus de singulis eorum iudiciis: non considerant, q̄ corā meo tribunali sint rationem reddituri suę administrationis, non habent ante oculos districtum iudicium meum: \* & in hac sua cæcitate cuncta agunt, non secundum æquitatem, sed pro libito, quasi non alium habeant superiorem iudicem, quasi potestatem omnē à seipsis habeant, nec ab alio acceperint: \* veruntamen post paululum veniet tempus, quando à fundamentis commouebitur terra: ad huc modicum, & ego commouebo cælum & terram: veniet hora iudicii mei, quando terra à fundamentis commouebitur, & dabit mortuos suos: quando de omnibus eis vna hora faciam iudicium, cuiq; pro merito suæ administrationis: quando simul ipsi cum pauperibus vno momento resurgent, simulq; accipient iustum super se iudicium. 6 Ego quidem mirifice vos exaltaui, vobis in terra committens meam potestatem, meamq; auctoritatem, ad exequendum iudicium: dans vobis super alios proximis generis vestri potestatem & imperium, etiam vitæ ac mortis: sicq; vos loco meo positos feci tales, vt merito appellemini dii, quod niam Dei estis vicarii: \* & estis omnes vos (ratione huius exaltationis super ceteros confratres vestros, eiusdemque naturæ consortes) quasi filii Dei altissimi, qui vos loco sui constituit administratores iustitiæ: estisq; nunc super terram, ratione commissa potestatis, admodum præcellentes, magnificati vehementer, & gloriosi, ac Deo proximi. 7 Veruntamen non hoc vos eleuet, non securus reddat, vt propterea negligatis iustitiam: quoniam quidem vt homines (iuxta communem omnium legem) aliquando moriemini, ac tunc quidem auferetur à vobis omnis potestas & præcellentia vestra, succedentibus alijs in locum dignitatis vestrę: nec erit tunc vlla, quantum ad vos ac ceteros pauperes, hac in parte differentia: neq; tunc, nisi de bona administratione, fiet inquisitio. Statutum nanque est hominibus semel mori, & post hoc iudicium, neque hanc legem generalem vlla potestas effugere: \* & sicut vnus quilibet de principibus cadere so-

Roma. 13

Aggai. 1.

Apoc. 20

5 Nescierunt neq; intellexerunt:

\* in tenebris ambulāt:

B \* mouebuntur omnia fundamenta terre.

6 Ego dixi, dii estis,

\* & filij excelsi omnes.

C 7 Vos autem sicut homines moriemini:

\* & sicut vnus de principibus cadetis.

D 8 Surge Deus, iudica terram:

\* quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.

Hebr. 9.

Luce. 10.

Esaia. 1.

2. Par. 19.

Psal. 7.



**V**ersu primo, Deus stetit in synagoga Deorum. Quemadmodu vulgo is qui vice fungitur pre-  
 fefti, appellari consuevit prefectus, maxime vbi in eodem loco non comoraturis cuius vice  
 gerit: ita indices terræ, quia vice Dei funguntur, & locu eius tenent, iccirco in scripturis me-  
 Exod. 22 rentur elohin & elim, id est, dii appellari. Vnde Exod. 22. dicitur, si quis comendauerit amico pecu-  
 niam, aut vas in custodia: & ab eo qui susceperat fuito, ablata fuerint, & c. si latet fur, dominus do-  
 mus applicabitur ad deos, & iurabit, q non extenderit manu in rem proximi sui. Et post pauca, Ad  
 deos vtriusq; causa perueniet, hoc est, ad iudices. At rursus eodẽ in loco, Diis non detrahes, id est,  
 iudicibus & principibus populi. Manifestu tamen est, quicquid præter vnum verum Deum nomine  
 Dei appellatur, analogice dici nec posse secundum vnam rationem & propriam suam significati-  
 onem, nisi de vno dici. Ceteri enim per participationem vel assimilationem quandã dicuntur dii, aut  
 1. Cor. 8. etiam secundum opinionẽ, vel appellationem tantum: quemadmodum Paulus Apostolus ait, Deos  
 multos esse, videlicet qui dii appellantur in celo & in terra. At verò Deus noster nõ secundum par-  
 ticipationem hoc nomen habet, sed secundum suam propriã substantiam, secundu suam propriam  
 essentiam Deus est, videlicet ens summũ & primum, quo nihil potest cogitari maius aut melius, &  
 summum quod cogitari potest. ¶ Quod autem indices super terram sint Dei tantu vicem gerentes,  
 in credita sibi potestate, ex verbis Iosaphat regis Israel discimus, cuius in secundo libro Paralipo-  
 2. Par. 19. monen talem legimus ad constitutos iudices exhortationem: Videte (ait) quid faciatis. Non enim  
 hominis exercetis iudiciũ, sed domini: & quodcunq; iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor do-  
 mini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Non est enim apud dominũ Deum nostrum iniqui-  
 tas, neq; personarum acceptio, neque cupido munerum. Et eodem in loco subditur, In Hierusalem  
 quoq; constituit Iosaphat Leuitas & sacerdotes & principes familiarium ex Israel, vt iudicium &  
 causam domini indicarent habitatoribus eius. In quibus verbis, iudicium quod iudicibus comitti-  
 tur, audimus iudicium domini & causam domini appellari. Nec minus clare Paulus Apostolus mul-  
 tis verbis hoc ipsum testatur, cap. 13. Epistola ad Romanos, in hæc verba, Omnis anima potestatis  
 Rom. 13. sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas, nisi a Deo. Quæ autem sunt, a Deo ordinatæ  
 sunt. Itaq; qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi damnationem ac-  
 quirunt. Et post pauca, Nõ sine causa (potestas) gladiũ portat: Dei enim minister est, vindex in iram  
 ei qui male operatur, & alia huiusmodi plura ibidem commemorat. ¶ Versu secundo, Vsq; quo iu-  
 dicatis iniquitatem, & facies peccatorũ sumitis? Iudicare iniquitatem, positu est pro iudicare quod  
 iniquum est, vel iudicare iniuste: quemadmodum facere iniquitatem vel bonitatẽ, ex scripturarum  
 consuetudine dici solet, pro bene vel male facere. In secunda autem parte pro facieb; Græce est  
 προσομοια: quod ambiguum est, & verti potest indifferenter facies siue personas. Siquidem προσομοια &  
 faciem & personam significat. Eadem autem videtur esse sententia, siue dicamus, sumere facies, siue  
 personas sumere. Qui enim non ipsam in se causã iustitiam attendit, sed aliud aliquid considerat  
 causã extraneã, propter quod vel fauore attractus, vel odio aduersus, vel timore perterritus, cõtra  
 æquitatem iudicat, hic faciem sumit, & personam accipit. Quidam verò præsentem locum sic intel-  
 ligunt, Quousq; similes vos facitis peccatoribus? quousq; vestro iniquo iudicio efficiis, vt peccato-  
 res appareatis & iniqui iudices? Verum prior sententia videtur verior, magisq; probanda. ¶ Ver-  
 su tertio & quarto, Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iustificare. Eripite pauperem,  
 & egenum de manu peccatoris liberate. Hæc sunt, in quibus Deus indices vult sibi potissimum simi-  
 les fieri: & dum hoc fideliter agunt, deorum appellatione dignos se faciunt. Quemadmodum enim  
 Psal. 67. primo est Deo cura eorum qui humana sunt ope destituti, quibus non est consiliũ, non est auxi-  
 lium ab homine, cuiusmodi sunt orphani, vidua, pauperes & abiecti, adeo vt peculiari etiam appel-  
 latione voluerit in sacra scriptura pater orphanorum, adiutor pupillorum, iudex viduarum, refu-  
 gium pauperum, saluator rectorum & humilium, nuncupari: ita nihil æque a iudicibus Deus expo-  
 scit, quã vt huiusmodi hominum curam gerant, vt pro his iudicent cõtra aduersantes aut oppri-  
 mēre molietes iusta iudicia. Neq; in aliqua re tam possunt assimilari Deo iudices quã in hac pau-  
 perum defensione. Plane enim diuinum quiddam est, & supra hominem, saluare, defendere, eripere,  
 vindicare, tutari. Et plane tyrannicum, imò diabolicum est, pauperem iniuste opprimere tuã com-  
 missum fidei, aut in manus opprimentium derelinquere, cum ex officio possis & debeas, vel omniũ  
 bonorum atq; etiam tuã vitã impendio, liberare. Quapropter, nunquam minus dignum aliquid fa-  
 ciunt iudices suo vocabulo, quã quoties personam accipientes, contra Dei præceptum, huiusmo-  
 di miserorum curam & iudicium postponunt. Hinc apud Prophetas huius rei tam frequens inueni-  
 tur admonitio, tam multa passim eius comemoratio, vt vix aliud quicquam ita inuenias replicatũ  
 atq; inculcatum. Considerent ista, quibus est iudiciaria potestas comissa: attendunt etiam illi, qui  
 vel procuratoris vel aduocati (vt vocant) officia exercent: attendat qui Canonibus & legibus dant  
 administratores, & cui in suis administrationibus seruiunt. Discant, nusquã sibi quæstus esse vbe-  
 riorẽ, q in pauperum tutela, & orphanorum procuracione vel aduocatione. Sciant, non aliunde  
 sibi prouentus ampliores, neq; lucrum cumulatius posse accedere, quã ex miserorum patrocini-  
 o: neque Deo vllum se posse gratius præstare obsequium. Tametsi enim non habeant ipsi quod retri-  
 buant in presenti tempore, habent tamen in celis curatorem ditissimum, qui pro eis beatam mer-  
 Lucã. 14. cedem in æternitate ventura persoluet, qui (ne quicquã dubitemus) ipsemet voce aperta attestatus  
 Matt. 25. est, se quicquid vni ex minimis factum fuerit in suo nomine, tanquã sibi factum habere. Et ipse est

**A** Samaritanus ille, qui pro vulnerato illo Evangelico stabulario spondens, ait, Curram illius habe, & Luca. 10.  
 quæcunq; supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Ipse est insuper, qui in sancto Evangelio  
 docet, ad prandiu aut cenam non esse vocandos diuites, amicos, cognatos, aut huiusmodi, qui ha-  
 Luca. 14. bent vnde retribuunt: sed potius cæcos, debiles, claudos ac pauperes: & eos qui huiusmodi inuita-  
 uerint, pronunciat beatos, eo q non habeant isti quod retribuunt, ac proinde seruatur beneficien-  
 ti retributio in resurrectione iustorum. Ita sane multo beator est, qui orphano, vidua, pauperi pa-  
 trocinium impendit iustitig, multo suis rebus cõsultat, vere pinguiorẽ nactus est venationẽ,  
 eo qui diuitis aut potentis retribuete causam agit. Sed (quod cũ maximo animi dolore proferimus)  
 obtenebrati sunt mortaliũ plurimorum oculi, execranda avaritia ac philargyriæ pessima cupidita-  
 te, excæcata sunt eorũ mens & conscientia, vt in futuram retributionem minime intendentes, solis  
 intenti tẽporariis mercedibus, nullis minus libenter, minus fideliter, minus alacriter administret  
 iustitiam, q iis quibus maxime debuerant, & quibus Deus potissimum impendi volebat, id est, pau-  
 peribus non habentibus retributionem. Ita sunt plerique auribus corrupti, vt libentius nummuli  
 vnus impræsentiarum tinnientis sonitu exaudiant, quã celestium retributionum suauissimas  
 Deut. 32. promissiones: suam quoq; operam & studium libentius vilissimo obulo diuendant, quã pro am-  
 plissimo æternæ hereditatis præmio collocent. Qui vtinam saperent, vtinam intelligerent, & no-  
 uissima prouiderent, quando de cõtemptis ac neglectis misericordie operibus, gloriosus ille pupil-  
 lorum pater, & viduaru iudex, in maiestate sua, de supernis progrediens sedibus, districtam exqui-  
 Matt. 25. ret rationem, & horribilẽ exercebit vltionem. Si enim veterem illum Iudaicum populũ toties au-  
 didimus per Prophetas reprehensum acerrime, q pupillis non iudicarent, quod causa vidua non in-  
 grederetur ad eos, & alia huiusmodi: quid arbitramur Christianis illis euenturũ, qui diuitum perso Iudas.  
 nas venerantes & mirantes (iuxta Apostoli vocem) quæstus gratia, pauperibus vel iudiciũ vel pa-  
 Iacob. 2. trocinium denegant: aut si non plane denegant, certe nimiu frigide & cõscianter, ac nihil minus, q  
 ex animo agunt, protrahentes ad annos multos iudicii sententiam, & vanis verbis inanibũq; spe-  
 bus miseris lactantes, donec omnes illorum pilos vsq; ad nouissimum abraferint, & ex mise-  
 Gene. 4. ris effecerint miserimos? An putamus Deum, qui olim sanguinis Abel de terra clamorẽ audiuit, nõ  
 iam exaudire pauperum gemitus, cum quibus ita iam in terris agitur vt libet hominibus, nõ vt vo-  
 luit Deus? Cum ergo venerit pater pauperu istorum, pater orphanorum, & iudex viduarum, susce-  
 Psal. 67. ptor humiliũ, putas quid faciet suis istis vicariis? Quæ illos manet, putamus, pro sui officii tali exe-  
 quutione retributio? Malos male perdet, & infideles seruos, per quos blasphematur nomen eius in-  
 ter gentes, proiciet in tenebris exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium. Cum autẽ interierint,  
 Matt. 22. non ferent secum munera quæ a diuitibus corraferunt, peruertentes iudicium, neq; descendet cum  
 Psal. 48. eis gloria eorum quã sibi parauerant in abusu potestatis suæ. Si quis autem fidelis inuẽtus fuerit in  
 eis, omnia quæcunq; pauperibus impendit, accipiet secum: & non apparebit vactus aut nudus in  
 die illa coram domino. Vtinam hac in re sapiant, quorum oculos plus fulgor oblectat argenti, q  
 spes omnis promissionũ Dei. Ista forsitan tibi, lector bone, dicta videbuntur tam vehementius, q  
 etiã prolixius. Nos tamen nostro dolori nondũ satisfecimus. Qui potens est in omnibus Deus, ipse  
 pro sua bona voluntate cuncta restituit. ¶ Versu quinto, Nescierunt neq; intellexerunt, in tenebris  
 ambulat, mouebuntur omnia fundamenta terræ. Chald. Paraph. hoc loco sic habet, Nescierant  
 bonum operari, & non intellexerunt legem, in tenebris ambulat. Quod accipi potest, vt nostrã le-  
 sionis vulgata cõplexio. Quod autem sequitur, Mouebuntur omnia fundamenta terræ: præter ex-  
 1. Ioan. 5. positionem suppositã de terrore diei nouissimi, potest etiam exponi continue ad præcedentia,  
 in hunc sensum, Iudices ipsi nõ intelligunt, neq; sciunt quæ Dei sunt, in tenebris ambulat, peruer-  
 tentes iudicia, nec secundũ legem Dei iudicantes aut dirigentes populum: & ob hoc omnia contur-  
 bantur, ob hoc totus mundus in maligno positus est, omnia sursum ac deorsum voluuntur, peruer-  
 tuntur & euertuntur omnia, neq; quicquam est integrum. Sic enim exprimerẽ solemus grauẽ con-  
 turbationem & inordinationem, cum dicimus, vsq; in fundamenta aliquid commoueri. Secundum  
 quem modum in Psalmo. 74. dicitur, Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea, iuxta expõ-  
 sitionem quã in elucidatione supra assignauimus. Cũ enim Deus cõfirmasse se dicit terrã liquefactã  
 D columnas, profecto monstrat eas fuisse commotas, præ abundante videlicet malitia, quæ columnas  
 conturbauerat, atq; a sua stabilitate dimouerat. ¶ Versu sexto, Ego dixi, dii estis, & filii excelsi om-  
 nes. Hunc versum Saluator, Ioannis 10. cap. adducens contra Phariseos, ex eo conuincit, non ma-  
 Ioan. 10. le se fuisse loquutum, cum Deum aut filiũ Dei se dixisset. Sic enim Iudais lapidare ipsum vt blasphe-  
 mum volentibus, respondit, Nonne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi, dii estis? Si illos dixit  
 deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura: quæ pater sanctificauit, & misit in  
 mundum, vos dicitis, quia blasphemus, quia dixi, filius Dei sum? Est autẽ talis eius argumentatio:  
 Deus homines alloquens, ipsemet deos illos appellat: nõ ergo ob hoc blasphemũ me potestis osten-  
 dere, q dixerim, me esse filiũ Dei. Nam si Deus homines etiam deos appellat, quor blasphemia re-  
 putatur, si homo dicatur filius Dei? maxime vbi quod verbo dicitur, operibus cõfirmatur? Propter  
 quod & subiungit, Si nõ facio opera patris mei, nõ site credere mihi. Si autẽ facio opera patris mei,  
 et si mihi nõ vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis & creditis, quia pater in me est, & ego  
 in patre. ¶ Versu vltimo, Surge Deus, iudica terram, quoniã tu hereditabis in omnibus gentibus.  
 Potest istud accipi, vt prophetia & postulatio de aduentu regis Messia, ad quem spectat omniũ gen-  
 tium hereditas, & ipse tanquã iudex aduenit in terram facere iudicium mundi, & principẽ mundi  
 condemnare. Veruntamen altera expõsitiõ, quã in elucidatione dedimus, Deũ postulans superiã-


tendere rebus humanis, & iusta ferre iudicia, posteaquam apud homines omnia sunt peruersa, totius processui Psalmi videtur magis quadrare. Atque in hanc sententiam etiam illud supra exposuimus, quod Psalmo septimo dicitur, Exurge domine Deus in precepto quod mandasti, & synagoga populorum circumdabit te. Et propter hanc in altum regredere, dominus iudicat populos.

LXXXII. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste oratio est veteris populi Israelitici, deprecantis Deum pro vltione contra insurgentes aduersarios: quorum primum quidem, malignum propositum, & copiosam multitudinem congregatarum gentium domino proponit, ac deinde exempla aliquot insignia diuinae vltionis, prateritis seculis coram patribus eorum iudicum tempore exhibita commemorat, postulans similem nunc contra insurgentes aduersarios fieri vindictam maxime aduersum principes hostilium exercituum, vt manifesti Dei vltione conuicti cognoscant magnitudinem diuine potentiae, quod solus ipse sit dominus Deus super omnia altissimus, cui nemo possit comparari. Poterit nihilominus fidelis Ecclesia accommodatissime hoc Psalmo vti pro supplicatione ad Deum, quoties idololatrarum obruitur impetu, aut infidelium nationum crudelitate opprimitur. Neque quicquam obstat, modo sub illis gentium nominibus quae in Psalmo exprimitur, Idumaeis videlicet & Ismaelitis, Moabitibus, Agarenis, Gebalitis, Ammonitis, Amalechitis, Philistinis, Tyriis, & Assyriis, generali acceptione intelligantur infideles quae libet nationes contra Christi fidem & Christianum populum insurgentes. Si quidem illi olim oppugnantes Synagogam, figuram erant immanissimorum hostium, qui nunc Ecclesiam non cessant iugiter bellis atque omni armorum vi oppugnant.

OCTVAGESIMISECVNDI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Deus quis similis erit tibi?*  
\* *ne taceas, neque contempseris Deus.*



**D**ominipotens Deus, tu ita es sublimis & excelsus super omnia, vt nemo possit inueniri similis tui, qui tibi possit comparari, vel in potentia, vel in sapientia, vel in alia qualibet perfectione: \* proinde nunc, o potentissime Deus, quando oportunitas maxima se offert demonstrandi tua istam magnitudinem, & nostra

2 *Quoniam ecce inimici tui sonuerunt.*

ex parte luprema occurrit necessitas, ne filias, ne quiescas, ne cesses, ne dissimules, ne nos populum tuum in manus persequentium derelinquas: sed extende potius manum tuam contra illos, & te nobis ostende placabilem, & exhibe defensorem. 2 Ecce enim opportuna sese offert occasio, & nostra ex parte magna occurrit necessitas, quoniam infideles nationes per circuitum, aduersarii nominis, fidei & cultus tui, rumores suscitant bellorum, magno fragore & strepitu ad bella se parantes, & in finibus nostris sua praesentia sonitu exhibentes: \* & qui tuum cultum oderunt impii idololatras, caput suum eleuauerunt per superbiam, erigunt cornua sua, superbia efferuntur, & eleuantur contra te & populum tuum, sperantes posse praeualere nobis, & tui nominis cultum extirpare. 3 Contra populum sanctum tuum, pius, iustum, & innocentem, malitiose tractauerunt, & nequiter excogitauerunt consilium: \* & secundum astutiam saecularis prudentiae suae cogitauerunt contra fideles tuos, quibus modis illos possent opprimere, & vel prorsus delere, vel in suam subiectionem perducere. 4 Dixerunt seiniuicem excitando & cohortando ad oppugnationem nostram: Venite, pariter iungamus vim exercituum nostrorum, sicque iunctis copiis coadunati illos inuadentes disperdamus illos ex gentibus & populis, vt amplius non sit populus: neque cessemus, donec ita deleamus totum hunc populum, vt ex populo fiat non populus, & ex gente non gens: \* deleamus memoriam gentis huius, adeo vt non ultra nominetur gens vlla ab Israelis nomine, cum ea, quae hoc nomen iam tenet, prorsus fuerit deleta, & vsque ad radices extirpata. 5 Quoniam cogitauerunt vnanimiter, consilium fecerunt vnanimis, vno consensu, vna mente, vno proposito, vna voluntate: \* pariter inierunt pactum, & foedus pepigerunt contra te, vt tuum populum delerent, & cultum tuum annihilarent: in hoc proposito malitia, contra te & populum tuum pene omnes gentium nationes per circuitum conspirauerunt, & velut pariter coniurauerunt: \* videlicet Idumaei & Ismaelitae, primi & inquietissimi hostes nostri, qui sic nos modo sine causa persequuntur a Iacob & Isaac patribus progenitis, quomodo olim patres eorum Edom siue Elau, & Ismael filius ancillae Agar, persequabantur innocentes fratres suos, Iacob & Isaac, patres nostros, absque omni iusta causa, cum magis vt fratres diligere eos debuissent: hoc scilicet vetus odium contra nos innoxios, absque omni causa, etiam nunc isti exercent malorum patrum mali filii, cum magis diligere nos & adiungere debuissent, ratione cognationis progenitorum nostrorum. 6 Insuper & Moabitae, & filii Agar, Gebalitae quoque, & Ammonitae, & Amalechitae, qui primi oppugnaverunt patres egressos

6 *Moah & Agarenis, Gebal & Ammon,*

A *Amalech alienigena cum habitantibus Tyrum.*

7 *Etenim Assur venit cum illis:*

\* *facti sunt in adiutorium filius Loth.*

8 *Fac illis sicut Madian:*

\* *Sisara sicut Iabin, in torrente Cyson.*

9 *Disperierunt in Endor, facti sunt vt stercus terra.*

10 *Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb, & Zebec & Salmana.*

11 *Omnes principes eorum qui dixerunt:*

\* *hereditate possideamus sanctuarium Dei.*

12 *Deus meus, pone illos vt rotam:*

\* *et sicut stipulam ante faciem venti.*

13 *Sicut ignis qui comburit syluam:*

\* *et sicut flamma comburens montes.*

14 *Ita persequeris illos in tempestate tua:*

\* *et in ira tua turbabis eos.*

de Aegypto, ipsi nec laesi, nec provocati: alienigena quoque; Philistinis qui nobis per multa tempora maximum exhibuerunt negotium, in super etiam Tyrii, qui licet aliquando tempore Hiram regis, amici fuerint cum Salomone & populo eius, postmodum tamen cum ceteris versi sunt ad inimicitias. 7 Neque vero isti solum viciniore contra nos coniurauerunt in malum, sed etiam qui longius distant, Assyrii illi sunt associati, pariterque cum illis venerunt contra nos: \* nimirum aduocati & conducti in auxilium a filiis Loth, in subsidium & adiutorium Ammonitarum & Moabitarum: qui, vt certior esset faciliusque eorum victoria, Assyriorum etiam virtutem studuerunt sibi coniungere. Omnes haec gentes, vniuersi populi isti, quantum inter sese maxime discrepantes, quam sibi inuicem alias aduersarii, in nostri tamen oppugnatione conuenerunt vnanimis, & focii facti sunt, isto contra nos pariter foedere quasi testamento disposito, & pacto firmato de perditione nostra. 8 Vt tamen tu (qui es cunctis nationibus longe fortior, cuius potentia nemo potest resistere, eo quod non sit similis tui) age cum illis per virtutem tuam fortitudinis, quemadmodum egisti olim cum Madianitis, tempore Gedeonis, qui per annos septem grauius oppresserant Israel: \* & sicut tempore Delborae prophetis, per Barach fecisti Sisaram principem exercitus Chanaanitarum: & sicut Iabin regi Chanaan, qui per annos viginti vehementer oppresserat filios Israel, habens iam nominatum Sisaram ducem exercitus sui, qui apud torrentem Cyson, per manum Barach, tua virtute ita sunt contriti, vt ipse Sisara dux exercitus de curru coactus fuerit desilire, ac pedes ad latibulum confugere, vbi a muliere quadam susceptus, clauo per tempora percussus interiit, & omnis exercitus eius ad internitionem usque percussus interiit. 9 Disperierunt omnes isti, & ad nihilum redacti sunt in Endor, loco vicino iuxta torrentem Cyson: facti sunt quasi stercus & fimus super faciem terrae, dum praeter multitudinem, insepulta eorum corpora remanserunt, & computruerunt in fetore stercoreo: sic etiam conculcati sunt, & pro nihilo contriti atque prostrati, quasi stercus fuissent terrae vilissimi atque impotentissimi. 10 Ita fac cum principibus & ducibus istorum hostium nostrorum, qui nunc contra nos in pugnam veniunt, sicut quondam fecisti principibus Madianitarum, Oreb & Zeb: quos fugientes a facie Gedeonis & filiorum Israel, comprehenderunt & interfecerunt filii Ephraim, capitibus eorum missis ad Gedeonem Zebec quoque; & Salmana regibus Madianitarum, quos Gedeon persequutus proprio interfecit gladio, omni eorum exercitu interfecto, circiter centum triginta milia. 11 Tales, inquam, pone omnes principes, ita age cum omnibus principibus eorum qui in superbia & malitia cordis sui mutuo sese in malum exhortantes & confortantes, dixerunt: \* hereditate possideamus terram filiorum Israel, in qua est tabernaculum Dei venite, subiiciamus illam ditioni nostrae, vendicemus eam nobis, vt de ea faciamus quicquid libuerit, & vel deleamus per libito nostro, vel seruituti nostrae subiiciamus. 12 Deus noster, vltor & defensor noster, fac illos similes rotis quae voluuntur in orbem, fac agitentur spiritu vergitinis in modum rotarum, ita volue ac reuolue eos tua virtute, quemadmodum rota minimo negotio in curru vel alibi vertentis manu voluitur atque reuoluitur. \* Fac etiam eos instabiles & mutabundos, in omnibus consiliis & cogitationibus suis: \* & quemadmodum stipula abripitur flatu validi venti, sic a facie irae tuae illi dispergantur, & omnis eorum fortitudo dissipetur, redigaturque ad nihilum. 13 Sicut ignis corripiens & inflammans syluam aliquam, magno impetu & stridore ligna consumit: & licet ob viriditatem multum repugnet, praeualeat tamen ignis, & deuorat vniuersa magno stridore & terribili sonitu: \* & sicut flamma cum montes sulphureos forte comprehenderit, grauissime saeuit ac grassatur vehementissime in materia illam montis quem inuaserit, vt non sit qui possit ignis grassantis impetum extinguere, aut vel contempescere, cum nec a longe accedere quisquam audeat. 14 Ita tu domine pro nobis egrediens ad pugnam & vltionem, persequere inimicos nostros vehementi indignatione tua, quasi ad modum tempestatis vehementissime perterrefacietis & conturbabis aduersarios: \* sic tu in furore irae & indignatione conturbabis eos, & grauissima feries vltione. Erit namque eis ira indignationis tuae, quasi ignis rapidissimus, quae eos in impetu magno consumet, cui nemo vel audebit vel poterit resistere, multo minus quisquam eam poterit extinguere.

Iudic. 7.

Iudic. 4.

Ibidem.



15 Imple facies eorum ignominia: \* & quaerent nomen tuum Domine.

16 Erubescant & conturbentur in saeculum saeculi: \* & confundantur, & pereant.

17 Et cognoscant quia nomen tibi Dominus, tu solus altissimus in omni terra.

15 Ita tu domine pro nobis iudicans, reple facies eorum confusione & ignominia, fac tua manifesta punitione turpiter percussis confundantur & erubescant coram omnibus gentibus: \* vt sic humiliati quos ex eis forte elegeris ad sanam mentem, vexatione dante intellectum conuertantur, teque incipiant cognoscere, quem tam manifestissimis signis vident praedicari: & qui prius tuum nomen oppugnaverant increduli & idololatrae, tuae potestatis conuicti testimoniiis, ipsum iam fidenti corde inuocent facti fideles. 16 Erubescant tua ultione, & conturbentur confusione sempiterna, qui post conspecta tam evidentia tuae virtutis testimonia obstinari permalerunt in incredulitate & duritia cordis sui: \* confusio sempiterna & interitus aeternus portio eorum erunt in profundo abyssi. 17 Et cognoscant omnes gentes (evidentissimis & quibus contradicere non possit, efficacissimis signis conuicti) quia tu es verus Deus, cui soli secundum veritatem competit nomen domini, qui solus es verus dominus, & quod tu solus excelsus sis & altissimus, super omnes qui sunt in terra, quod tu sis rex omnium regum & omnium dominantium dominus, magnus dominus & rex magnus super omnes deos, super omnes gentes excelsus, & cui prorsus nemo potest vel in caelo vel in terra comparari: vt sic nomen tuum cum gloria & honore magnificetur super omnem orbem terrarum, quemadmodum dignum est laudari & benedici in saecula saeculorum, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXXXII.

Versu primo, Ne taceas, neque compescaris Deus. Ne compescaris, dictum est, pro non quiescas, quomodo ex Hebraeo vertit Hieronymus. Reputatur autem Deus velut cooperari, id est, quiescere vel desistere ab ultione, cum dissimulat, cum fert patienter (absque praesenti ultione) malorum impietatem. Versu secundo, Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput. Sonitus iste, apparatus bellicus est non incognitus. Non enim possunt multa milia hominum galeis, loriceis, aliisque id genus armis bellicis armatorum & accinctorum coire in vnum absque fragore & strepitu maximo. Dum ergo inimicos dicunt sonuisse, significant eos sibi bellum intentasse. Illa quoque capitis elatio, de qua secundo loco dicitur, manifestum est quod secundum prouerbialem consuetudinem intelligatur, iuxta quam dicunt homines efferre illos caput, qui superbe se eleuant, quod alibi dicitur exaltare cornua: vt Psalmo 74. ex voce domini, Nolite inique agere, nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu vestrum. Et alterius caput dicitur exaltare vel extollere, qui magnificat alterum, quemadmodum ultimo capite. 4. libri Regum legimus, Euilmerodach regem Babylonis subleuasse caput Ioachim regis Iuda de carcere, quando benigne ei loquutus est, & thronum eius posuit super thronos regum qui secum erant in Babylone. Sic per Sapientem dicitur, Sapientia humiliati exaltabit caput illius. Et in alio Psalmo is qui super inimicos victor per Deum euasit. Et nunc, inquit, exaltauit caput meum super inimicos meos. Per contrarium vero, caput deprimere, vel demittere, vel humiliare, significat submissum esse, ac humile esse atque subiectum, quomodo in Ecclesiastico dicitur, Magnati humilia caput tuum. In sequenti autem versu, malignauerunt, intellige nequiter traxerunt, quemadmodum ex Hebraeo vertit Hieronymus, atque etiam Felix. Versu quinto, Quoniam cogitauerunt vnanimiter, simul aduersum te testamentum disposuerunt, &c. Aduerbia illa vnanimiter & simul, quidam pariter annectunt eidem verbo cogitauerunt, ad hunc sensum: Cogitauerunt vnanimes pariter: ac deinde separatim legunt, Aduersum te testamentum disposuerunt. Cui distinctioni non male consonat lectio Graeca, quae sic habet *ὅτι ἰσθμὸς αὐτοῦ ἐκ ἐναντίας ἐστὶν ἡ ἀντιθέσις αὐτῶν*, hoc est, Quoniam cogitauerunt in vna mente, vel in vno corde, vel in vnanimitate in idipsum, contra te testamentum disposuerunt: vbi in idipsum aptius videtur cum praecedentibus iungi. Manifestius vero eandem connexionem monstrat Chaldaica Paraphrasis quae ita legit, Quoniam cogitauerunt in toto corde aduersum te pariter, & propterea aduersum te pactum pepigerunt. Communius tamen solent praedicta aduerbia abinuicem separari, hoc modo, Quoniam cogitauerunt vnanimiter, simul aduersum te testamentum disposuerunt, quomodo nos in Elucidatione explicauimus. Hebraica autem lectio ambigua est. Caterum, tabernacula Idumaeorum dicit, vel quia de bellum parantibus & terra alienam inuadentibus loquitur, qui in tabernaculis & tentoriis habitare solent, vel quia populi illi orientales magna ex parte (vt ferunt) in tabernaculis & tentoriis habitare solent, vel quia populi illi orientales magna ex parte (vt ferunt) in tabernaculis & tentoriis habitare solent. Versu sexto, Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalech, alienigenarum habitantibus Tyrum. De istis in Agareni dubium est, an a praecedentibus differant, scilicet Ismaelitis. Nam Ismael filius fuit Agar, a qua Agareni. Videbuntur ergo iidem esse Ismaelite, qui & Agareni. Forsitan autem praeter Ismaelem habuit Agar & alios filios, a quibus descendentes populi, Agareni vocentur: qui vero ab Ismaele, specialiter appellantur Ismaelite. Et sunt qui dicunt, Agar eandem esse quae alio nomine appellatur Cethura, quam post mortem Sara (vt legimus Genesis. 20. capitulo) Abraham duxit uxorem, procreauitque ex ea filios plures, quos omnes separauit ab Isaac electo filio suo, ad orientalem plagam. Populi autem isti qui hic commemorantur, orientales sunt populo Israelitico De populo autem Gebalitarum, nihil vsquam peculiare in scripturis possumus inuenire, qualis aut quantus fuerit, aut quid contra Israel, aut quantum egerit. Alienigenas autem sin-

gulariter intelligi debere Philistaeos, ex Hebraeo est manifestum. Pro alienigenis namque singulari numero habet Philistaeum, quomodo Hieronymus & Felix ac caeteri interpretes vertunt. Quod autem habitatores Tyri inimici fuerint & aduersarii populi Israel vt caeteri, vel ex Esaię Prophetia cognoscimus, qui contra omnes gentes per circuitum prophetans, Israel fuerant aliquando molesti, & suum cuique onus praedicens, nonissime omnium & Tyro suum onus denunciat, quemadmodum videre potest Esaię vigesimo tertio. Versu septimo, Etenim Assur venit cum illis, facti sunt in adiutorium filiis Loth. In historia Genesis legimus, quemadmodum Loth per filias inebriatus, ex coitu cum filiis Loth, nocte prima, genuit Moab altera autem nocte, ex filia minore, genuit Ammon. De Moab vero dicit eadem historia, quod ipse pater sit Moabitarum vsque in praesentem diem, & de Ammon, quod pater sit Ammonitarum vsque hodie. Moabita ergo & Ammonita, generali appellatione nominantur filii Loth. De hoc autem adiutorio ab Assyriis impenso filiis Loth, id est, Ammonitis, particulare quoddam factum legimus, secundi libri Regum 10. capite: quando nuncios regis David per rationem dimittit ad Nabab barba & vestium precisionem vsque; ad nates illius, & turpiter valde confusus, ab Anon rege filiorum Ammon, conscii scelere, & ultione David metuentes Ammonita, propter illam iniuriam, miserunt, & mercede conduxerunt Syrum Roab, & Syrum Soba, viginti milia peditum: qui fugati sunt a facie Ioab. Rursum tamen miserunt & adduxerunt Syros qui erant trans flumen, in multitudine magna, ita vt ex eis percussit David septingentos currus, & quadraginta milia equitum. Versu octauo, Fac illis sicut Madian & Sifara, sicut Iabin in torrete Cydon. Ultio illa Madianitarum, quam vnico verbo attingit in principio sermonis, dicens, sicut Madian, non eadem est cum ea quae statim sequitur contra Sifaram & Iabin. sed tempore fuit posterior, quemadmodum ex libro Iudicum est manifestum. Quarto enim & quinto capitibus eius libri, ultio describitur contra Iabin regem Chanaan, qui per viginti annos vehementer Israel oppresserat, & Sifaram principem militia eius, atque vniuersum exercitum eius. Idque factum fuit sub Delbora prophetissa, & Barach filio Abinoen. De afflictione autem qua Israelita a Madianitis fuerunt oppressi, & de victoria per Gedeonem contra Madianitas mirabiliter obtenta, & ultione in eos grauissima, tractatur per capita tria sequentia, fluxeruntque inter victoriam Barach & Madianitarum oppressionem, anni quadraginta. Post namque victoriam Barach contra Sifaram, quieuit terra per annos quadraginta, ac tunc demum filii Israel malum facientes in conspectu domini, traditi sunt in manu Madian septem annos. Itaque, ordo ille, sicut Madian & Sifara, nequaquam secundum historiae veritatem, & rei gesta seriem intelligitur, sed quod posterius est (vt frequenter in narrationibus fieri solet) breuiter ante prius gesti narrationem perstringuntur, postmodum vero versu 10. latius explicatur: vbi principes Madianitarum propriis suis explicantur nominibus, Oreb videlicet & Zeb, Zebee & Salmana. Notandum vero, quod hic dicitur de Iabin, Fac illis sicut Iabin in torrete Cydon, non intelligendum secundum personam ipsius Iabin. Nam Iudicum historia non meminit, nisi de duce exercitus eius Sifara clauo percusso, & contrito exercitu. Ipsum autem regem non legimus fuisse in praesentem, neque ipsius personam mali aliquid accidisse. Nihil autem dubium est, quin regi factum dicitur, quicquid eius duci & exercitui cognoscitur euenisse. Idem de Endor, in historia Iudicum nulla fit mentio. Ex libro autem Iosue cognoscimus, locum esse in tribu Manasse: quod locum credendum est propinquum esse torrenti Cydon. Cuius etiam loci fit mentio primi libri Regum cap. 28. de muliere Phytionissa, quae habitabat in Endor. Chaldaea translatio per Endor fontem intelligit. Sic Iosue 17. enim habet, Dispersi fuerunt ad fontem Dor. Ex loco autem iam citato libri Regum, magis apparet ciuitas vel viculus aliquis fuisse. Stercus autem terra facti intelliguntur percussis aduersariis, secundum duplicem similitudinem: vel quoniam tanquam fimus facti sunt, computrescentes, & dispersi super faciem terrae: vel quoniam sic conculcati sunt absque resistentia virtute Dei, quomodo stercus calcatur in plateis. Cui posteriori expositioni consonat quod Chaldaea habet, Facti sunt sicut stercus conculcatum in terra. Versu 12, Deus meus, pone illos rotam. Pro rota in Hebraeo habetur galgal, quod significat sphaeram, circulum, rotam, & quodlibet rotundum ac volubile, propter volubilitatem & girationem. Nam verbum radicale galgal, idem est quod girauit, mouit, voluit, rotauit. Vnde in Graeco habetur *ῥότος*, quod manifeste est significationis. Est ergo sensus, Ita illos tuo terrore conturbatos volue, quomodo voluitur rota, vt non sint apud sese praemiseria: sic illos torque, quomodo solet trochus torqueri a pueris, aut quomodo solet sphaera aut globus rotari atque iactari super terram. Vulgo autem dicere solent homines, de eo quem pro libito tractant absque resistentia, quod quasi sphaeram eiusmodi possint voluere, & quod tanquam trochum possint circungirare, aut tanquam rotam circuuoluere. Videtur autem in hoc sermone, de illo spiritu vertiginis fieri sermo, de quo apud Esaiam legimus cap. 19. in haec verba, Dominus miscuit in medio eius (scilicet Aegypti) spiritum vertiginis, & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius & vomens, vnde & aliter praesens locus potest intelligi, lumpa metaphora ab iis qui in capite patiuntur vertiginem. Nesciunt enim quid agant, aut quo vadant, quasi priuati sensibus. Ita hoc loco intelligi potest postulatio fieri, pro eo vt mittatur in principes aduersariorum talis pauor ac tremor, vt praepaore nesciant quid agant, fiantque sine omni consilio. Et quemadmodum facillimum est vertigine capitis laborantes in terra prosternere, vt sic illi quoque absque resistentia, terrore Dei conturbati, possint prosterni atque deuinci. Sunt tamen, qui dictionem Hebraeam hic positam putant significare cardum talem, qui facit lanuginem quandam de super, quae ad modicum venti flatum dissipatur & fugit. Quae expositio est Rabbi Salomonis. Verum doctiores & potiores nostrae potius fauent versioni. Vnde B. Hieronymus & Felix non aliud quam rotam verterunt, neque alii vlli ex Hebraeo interpretes, quos mihi contigit videre, aliud quam rotam verterunt. Sed & Chal. Paraph. manifestissime rotam intelligit. Sic enim habet, Pone eos sicut rotam,



que voluit & mouetur, & non consistit in declini. Si cui tamen placeat illam Rabbi Salomonis sententiam sequi, poterit etiam in communi lectione eam accipere, si rotam secundum similitudinem accipiat. Lanugo enim illa que super herbas quasdam post florem apparet in modum rotæ currus disposita videbitur, si quis contempletur exactius. ¶ Versu decimoquinto, Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine. In elucidatione ita explanauimus, Quærent ipsi impleti ignominia nomen tuum. Tametsi enim maior pars populi infidelis peruerfa remanserit, quantiscunq; signis conspectis: non tamen dubitandum est, multos ex gentibus, visis tamè manifestissimis diuine virtutis indicis, Deo dedisse gloriam. Vnde in libro Iudith, Achior dux filiorum Ammon coram Holoferne manifestissime de Deo populi Israelitici loquebatur, attestans, quod si non in populo peccatum inueniretur, nequaquam vilius quantacunq; virtute possent deuinci, talem habentes protectorem. Et quomodo de isto legimus, quod postmodum cum omni sua gente, conspecta virtute per Iudith contra Holofernem facta, se adiunxerit populo Dei, & Deum Israel coluerit: non dubium est, multos alios extitisse, qui similibus diuina virtutis signis credentes, ad fidem Dei veri fuerunt conuersi. Posset tamè aliter predictus versus intelligi hoc modo, Imple hostium facies ignominia: & pii serui tui, cum illi confusi fuerint, quærent nomen tuum, id est, fidelius & perfectius tibi adhibebunt, & seruient: iuxta quem fere modum, vltimum Psalmi versus explanauimus.

LXXXIII. PSALMI ARGUMENTVM.

Idem argumentum habet præsens hic Psalmus cum eo qui ordine est. 41. Quemadmodum desiderat, & c. vehementer scilicet æternorum desiderium hominis cuncta ista temporalia fastidientis, & ad celestia non peritura toto cordis affectu transeuntis. Mox enim in principio desiderii ardentissimi profert tabernaculorum celestium, adducens auicularum passeris & turturis exemplum, ad sui desiderii confortationem: ut quomodo irrationales illæ habitationes suas quærunt & inueniunt, sic & ipse homo spiritalis æternam mansionem quærere non desinat, donec inueniat, propter quod, magna admiratione ad illa superna altaria suspirans, eorum qui in domo illa iam commorantur, beatitudinem predicat. Et quia nondum hanc sibi videt posse contingere, ad id quod proximum est, nempe spem bonam, se conuertens, illos quoque secundum spem beatos nunc commemorat, qui meliora in dies proponentes, atque in via Dei semper progredi satagentes, Dei benedictionibus corroborati, diuinis gressibus ad illam primam beatitudinem pergunt. In quorum numero ut ipse quoque, possit inueniri, versus. 8. precatur suam orationem a Deo exaudiri: & quo magis ad misericordiam Deum fleat, nomen benedicti Messie interponit, iterum replicans celestis mansionis quam tantopere concupiscit præcellentiâ: ac tandem versibus duobus vltimis, in Dei misericordia & veritate seipsum consolando, fiducia sancta confirmat, sollicitamque animam spe bonæ quietis in pace componit.

OCTVAGESIMITERTII PSALMI ELUCIDATIO.

1 Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum:

\* concupiscit & deficit anima mea in atria domini.

2 Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

3 Etenim passer inuenit sibi domum.

\* & turtur nidum, vbi reponat pullos suos.

4 Altaria tua domine virtutum:

Apoc. 4.



Viam sunt amabilia, quam desiderabilia illa superna tabernacula, & exercituum celestium dominator Deus, quam iocunda & expetibiles sunt paternæ mansiones illa domus tua, in quibus commorantur tui exercitus, in quibus tui inhabitant domestici, qui coram te sunt omni tempore: \* profecto tam sunt amabilia amplissima illa atria tua, tam sunt illæ mansiones expetendæ, ut iam in corpore adhuc mea anima inhabitans, vehementissimo illo teneatur desiderio, ac velut mora impatiens deficiat, præ nimio desiderii ardore. 2 Neque verò solum anima mea mansionum harum celestium æstuat desiderio, sed & omne quod intra me est, cor meum, & corpus hoc meum, & cuncta corporis vires (quasi diffundente ac spargente sese desiderio superabundanti anima) cum exultatione oblectantur in te domino Deo meo, qui es Deus vnus, viuus & verus: tantus est affectus anima, ut & in corporis quoque; membra redundans, in te ea faciat velut exultantia præ lætitia. 3 Ecce enim passeris, irrationalia animacula, & quibus nulla est spes immortalitatis, naturali ductu instinctu, solo sensu ac natura impulsu, quærunt & inueniunt sibi domos, loca iuxta suam naturam conditionem apta ad inhabitandum: \* & turtures similiter, natura ac sensus tantum ductu, possunt inuenire sibi nidos in quibus habitent, progignantque; & enutriant pullos suos. Ita, inquam, animalia rationis expertia, solo prædita sensu, immortalitatis spem minime habentia, congrua suæ naturæ loca quærunt & inueniunt: & non quæram ego, creatura rationalis, certam habens spem immortalitatis, habitationes tuas æternas, solas mihi iuxta naturam meam conditionem conuenientes, ut mortales illi passeris ac turtures quærunt ac inueniunt temporales sibi congruas? 4 Mansiones autem istas quas desidero, ad quas suspiro, illa sunt tua sacrosancta altaria, o fortissime Deus exercituum, quæ sunt in conspectu præsentis diuinitatis tuæ, in quibus sacrificium perfectæ laudis iugiter & incessanter tibi offertur, vbi requiem non habent sacrificantes nocte ac die, dicentes, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus noster omnipotens, qui est, qui erat, & qui ven-

A \* rex meus & Deus meus.

5 Beati qui habitant in domo tua domine:

\* in sacula seculorum laudabunt te.

6 Beatus vir, cuius est auxilium abs te:

B

\* ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum:

\* in loco quem posuit.

7 Etenim benedictionem dabit legislator:

\* ibunt de virtute in virtutem.

\* videbitur Deus deorum in Sion.

D 8 Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam, auribus percipe Deus Iacob.

9 Protector noster aspice Deus:

\* & respice in faciem Christi tui.

10 Quia melior est

turus est: hæc, inquam, sunt illa tabernacula, o rex meus & Deus meus, ad que suspirat gemens anima mea in quibus quærat mansionem sibi, ut & ipsa his aliquando assistere, & in eis iuge sacrificium laudis ineffabilis tibi possit offerre. 5 Verè beati sunt, & non solum terque quaterque beati, sed in infinitum beati, qui iam inhabitant illam amplissimam iocundissimamque; domum tuam, a qua ego adhuc peregrinans in corpore longè absum, tametsi illuc contendam spiritu: verè beati illi sunt, quibus iam concessum est stare coram te omni tempore, dulcissimumque; vultum tuum contueri: beati, qui iam panem manducant in regno tuo, facti conuiuæ mensæ tuæ: \* hi profecto à laudibus tuis nunquam cessabunt, & indeficienti cantico te collaudabunt in perpetuis æternitatibus: ab his æternæ laudis perpetuum accipies sacrificium. 6 Nihilominus & illi aliqua in parte secundum spem bonam sunt beati, quantum beatus esse potest adhuc in mortali degens corpore, qui licet nondum ante conspectum vultus tui sunt admissi, tamen in hac sua peregrinatione omni studio adnituntur, dignam tibi; placitam ducere vitam, omnem suam spem in te habentes repositam, omne suum auxilium à tua misericordissima bonitate sperantes: Luc. 4. non vane sibi ipsi fidentes, sed solidam in te spem suam constituentes: Philip. 3. \* quique; ita in tuo auxilio sperantes, in dies meliora proponunt, pedem non referunt, neque progredi cessant in viis tuis, neque manum retrahunt femel missam ad aratrum, sed ad anteriora extendunt semetipsos, & al- Philip. 1. tiora continuo meditantur: semper videlicet solliciti, quomodo magis ac magis placeant tibi suo domino, ut abundant magis: qui sic, inquam, ascensiones disponunt in cordibus suis, interim dum in hac valle lachrymarum degunt, in hoc loco exilii & ploratus, vbi multo vtilius est sanctis lachrymis rigari, quàm inepta lætitiâ dissolui: \* in loco isto quem posuit atque constituit eis dominus in loco exilii, cui diuina sententia sunt additi, ut in eo poenitentiam agentes, & vitam Deo dignam ducentes, possint tandem aliquando post peractum suam peregrinationis cursum, ad illas beatas pertingere mansiones. 7 Hi sanè spe beati sunt, qui se tales in hoc exilio præstiterint. Nam is qui legem tulit Deus benedictus, qui mandata atque præcepta hominibus dedit, idem ipse benedictionem gratia sua paratus est omnibus qui bonæ sunt voluntatis conferre: ut qui legem tulit, idem ipse ad legem suam implendam adiuet eos qui bonæ fuerint voluntatis, cognoscens figmentum nostrum, & nostram ex nobis ipsi infirmitatem, ut pote quod sine ipso nihil possumus: \* ipsi verò ex legislatoris suauissimis benedictionibus continuè accipient in spiritu profectum, efficiunturque; in dies robustiores seipsi, progredientur de fortitudine in fortitudinem, adicietur robori robur: Psal. 118. corde dilatato perambulabunt, imò percurrent, imò perueniant via mandatorum Dei: volabunt, & non deficient: \* donec tandem pertingant illuc quo peruenire omnibus votis desiderant, videlicet ad videntem dominum Deum, qui est rex magnus super omnes Deos, in superna patria, in Sion celesti, vbi est cõtemplatio aperta vultus Dei facie ad faciem: venientque; tandem à labore itineris ad requiem æternitatis, à desiderio fidei & expectatione spei, ad conspectionem beatæ faciei, & plenissimam fructum rei semper desideratæ. 8 O domine Deus celestium exercituum, potentissime & gloriosissime princeps, exercitibus mille milium semper stipatus atque circumdatus, exaudi (quæso) orationem meam, & ad aures benignitatis tuæ, o Deus Iacob, introire permittas, ut fiat exaudibilis, quam ego ex hac valle lachrymarum ex intimo affectu effundo; toto desiderio anhelas atque suspirans ad æternam illam tabernacula. 9 Protector, defensor, adiutor, & pugillator noster, o Deus, aspice ad miseriam paupertatis & infirmitatis nostræ, aspice ad locum exilii huius in quo nihil est nisi fletus, nihil nisi miseriam: ut tua benedictione abundantius conferas, quod ex nobis penitus abest: \* attende etiam ad faciem Messie Christi tui, quem vnixisti in salutem generis nostri: in eius nomine petimus, ut tua nos misericordia aspicias, ut qui ex nobis fortè beneficio indigni sumus, eius nomine, qui tibi non potest non esse acceptissimus, impetremus que nobis in hac misera vita sunt necessaria, ut tandem aliquando ad illam amabilissimam tabernacula peruenire mereamur, & non frustra sit omne nostrum suspirium. 10 Ecce enim hoc certo scio, quod dies vna in tuis mansionibus melior sit, quàm multa dierum milia in hac valle miseriam: longe magis o-

dies vna in aruis tuis, su-  
per milia.

11 Elegi abiectus esse  
in domo Dei mei, ma-  
gis quam habitare in  
tabernaculis peccato-  
rum.

Matt. 11.  
Luca. 7.

12 Quia misericordiam  
& veritatem diligit  
Deus:  
\* gratiam & gloriam  
dabit dominus.

13 Non priuabit bonis  
eos qui ambulant in in-  
nocentia:

\* Domine virtutum,  
beatus homo qui sperat  
in te.

ptandū est, vel vnus dici spatio inhabitare in mansionibus tuis am-  
plissimis atq; iocundissimis, vbi est omnis boni plenitudo, q̄ mille an-  
nos, imò multa annorum milia in hac valle miseriam habitare, vbi om-  
nis est boni egestas. 11 Optarem magis ego quidē esse infimus seruu-  
lus abiectissimus custos ostii, & omnium nouissimus, in domo domini  
Dei mei, in supernis illis mansionibus beatissimis, q̄ habitare in hac  
vita in habitationibus peccatorū, q̄ hic inter peccatores vitam duce-  
re, etiam si primatū hic gererem, & omnium essem primus. Qui enim mi-  
nimus est in regno caelorum, maior est, & infinito felicitior eo qui in ter-  
ris videtur maximus, & omnium primus. 12 Et quidē dominus Deus  
misericordiam diligit, & veritatē, ea diligentissime seruans in cunctis  
operibus suis, misericordissimus pariter & veracissimus: vt nō potens  
non misereri, ita nō potens fallere: propter quod, optimē cōfido, iux-  
ta p̄missum, ad illa, ad quae nunc suspiro aeterna tabernacula aliquan-  
do me peruenturū: \* ipse est qui nobis (iuxta p̄missum) si bonae vo-  
luntatis fuerimus, gratiā dabit suae benedictionis, per quā in omni bo-  
no cōfirmati, tandē aliquando ad aeternam illam gloriā adducamur. F  
A quo enim nunc benedictionē gratiā misericorditer suscipimus, ab  
eodem, perfecto cursu peregrinationis nostrae, supernae gloriā brauiū  
& beatę retributionis coronā p̄estolamur. 13 Illud enim certissimū  
habeo, q̄, eis qui nunc iustitiā student ambulantes in simplicitate  
& innocentia, neq; aduersus Deum impium aliquid, neq; aduersus  
proximum iniustum quid meditantibus, huiusmodi, inquam, non sit  
Deus negaturus sua bona, neq; in hac vita, neque in futura: sed dabit  
illis nunc in praesenti gratiā, & in futuro consummatam gloriā: \* ac  
proinde cōcludens dico, verē beatum esse hominē illum pro statu hu-  
ius vitae, vt pote de futura beatitudine securū, qui in te, o domine su-  
pernorum exercitiū, habet rectam ac bonam fiduciam: videlicet qui  
ob spem tuarum p̄missionū, & bonorum quae à te expectat in ven-  
turo saeculo, cuncta huius mundi blandimenta despiciens, vni tibi  
placere totis viribus studet.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXXXIII.

Versu primo, Quam dilecta tabernacula tua, domine virtutū. Hunc Psalmum quidā, maxime  
Hebraei, intelligunt literaliter nimirū de absentia Dauidis à tabernaculo domini, cū videlicet  
in persequutione aliqua degens, nō permitteretur adesse tabernaculo domini: vt totū istud  
desiderium ad praesentiā materialis tabernaculi domini referatur. Verū multo est sensus fecundior,  
& spiritalior, ac spiritali Psalmista dignior, vt de absentia ab illis celestibus mansionibus, ad quas  
subinde solebat in extasi spiritus hinc cōmigrare, deq; ipsius ardentissimo ad has mansiones deside-  
rio, omnia exponamus. Sed quare tabernacula appellat caelestes mansiones? Tabernacula enim, mili-  
tantium sunt, triumphantibus nō videntur cōuenire. Quare ergo nō potius dixit palatia, aut certe a-  
tria, vt statim subiungit? Nam haec magis triumphantibus in gloria cōgruunt. Sed attende qui ista  
quæris, caelestes illas myriades supernorū ciuium, in sancta scriptura exercitus appellari. Sapientis-  
simi enim legimus Deū appellari Deum sabaoth, id est, Deum exercitiū. Et quoties in Græco habetur  
δυνάμεις, hoc est, Deus virtutū: in Hebraico ponitur, Deus sabaoth, id est, Deus exercituum: vt satis  
probabile sit, per virtutes in his locis exercitus illos fortissimos intelligi, qui semper astant in cir-  
cuitu regis sui, vt in numero inastimabili, ita in incōparabili fortitudine. At qui, ad exercitus spe-  
ctant tabernacula. Militantium enim dicuntur exercitus. In nouo quoq; testamēto, angelorū multi-  
tudinē vocari inuenimus nomine militiae, cum apud Lucam de angelorū multitudine in Christi  
ortu apparentiū, ita scribitur, Facta est cum angelo multitudo militia caelestis, laudantium Deum  
& dicentium, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis, vbi in Græco  
σπάρτας ponitur, quod propriissima significatione valet militiam. Quis autem ignorat, ad militiam  
spectare tentoriorū atq; tabernaculorū habitationem? Ergo caelestes istas mansiones tabernacu-  
la appellat Propheta, non tanquam peregrinantium instabilem, & cito transeuntem incolatum, sed  
tanquam caelestis militiae semper stabilem, & imperpetuum duraturam habitationem. ¶ Aduerten-  
dum quoq; est, pro eo quod nostra habet lectio, Quam dilecta tabernacula, in Græco haberi  
quod saepe verti solet, charissima: vt sit sensus, Quam amabilia, quam desiderabilia, quam summe  
expetenda. Charissimum enim dicimus, quod nobis est maxime amabile, & desiderabile. Atque ita  
legit Romanum Psalterium, Quam amabilia tabernacula tua. ¶ Versu eodem, Concupiscit & defi-  
cit anima mea in atria domini. Quod eadem illa caelestes mansiones, quae paulo antē appellatae  
sunt tabernacula, iam appellantur atria, diuersa sit consideratio: videlicet ob significandam glo-  
riosam amplitudinem, quam alius quidam in spiritu Propheta contemplan, exclamando dicebat,  
O Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius. Solēt enim atria magna esse  
amplitudinis & capacitatis, amplius quam interiora, cubicula, aut partes alię domus interiores. Se-  
cundum quam amplitudinis considerationē, optimo utiq; iure superna mansio, atriorū appellatio

Luca. 2.

Baruch. 3

A nem meretur, in quā tam infinitus mille milium numerus, absq; vlla coartatione susceptus est initio:  
suscipitur etiā nunc, & suscipietur vsq; in finem saeculi, ita vt posterius aduenientes prius ingressis  
nullam faciant angustia compressionem: & cum tam multa milium milia iam illi accumbant mensę,  
etiam ex plateis & vicis, imò & à viis ac sepibus collectis omnibus, quantumuis miseris, renunciatur  
nihilominus, q̄ adhuc locus sit. Denique, vbi magnum quodlibet festum, videlicet nuptiarum, aut  
aliud cōsimile fuerit celebrandum, aut triumphus aliquis exhibendus, ad atria cubilibus neglectis  
confugitur. Secundum quam considerationem, in atriorū appellatione (qua frequenter a pud hunc  
Psalmistam inuenimus diuinas mansiones nuncupari) præter amplitudinē supradictam, etiā gaudii  
festiq; nuptialis, quod illic perpetuo celebratur, possumus intelligere indeficientē iucunditatem.  
Mirumne igitur nobis videbitur, si ad hæc tam amabilia atria desiderado deficiat fidelis anima? Nā  
si operarii lerni perpetuo grauem in agris colendis, aut alio quolibet graui opere, ferentes laborē,  
magna anhelatione festos expectant dies, aut nuptiarū celebritatem, quo vel paululū requiescant  
à laboribus: quomodo nō multo magis fidelis anima cognoscens illic paratā sibi, non diei vnus re-  
quiem nō paucularum horarū tenuē gaudium, sed indeficientis aternitatis suauissimā quietem, &  
infinitorū saeculorum interminabilem lætitiā, summo desiderio ad hæc tanta sibi reposita anhelat  
bit gaudia: ¶ Versu 2, Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Huic satis consonat,  
B quod Psalmo 62, dicitur, Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea: de quo iam su-  
pra tractauimus in annotationibus. Nisi fortē aliud singulare videatur, quod hic dicit, cor & carnē  
exultare in Deū viuum, illic verō sitire Deum. Non sunt tamen ista abinuicē multum diuersa. Quo  
modo enim cor & caro exultet in Deo, quin simul etiā sitiāt ad Deum? atq; e contrario, si in Deum  
sitiit caro, utiq; & exultat in eum, quoties illum fideliter cum affectu mens recogitauerit. ¶ Versu 3,  
Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum. Vade ad formicam (inquit Sapiens quodam lo-  
co ad pigrum) & discite sapientiam. Hic verō Psalmista noster, etiam ad passerē & turturē nidifi-  
cantes suam dirigit considerationē, & nostram reuocat attentionem. Ita sanē vir Deo deditus, & vi I. Cor. 2,  
ta spiritali totus intentus, in omnib; vel minimis animalculis inuenit, vnde boni aliquid discat:  
discit, vnde seipso melior euadat: cum ecōtrario, animalis homo nō sapiens neq; intelligēs quae dei  
sunt, ac minus etiā qui secundum carnem omnia iudicant bestiales homines, nullam omnino reci-  
pant ex rebus quantumuis maximis bonā eruditionem. Quid autem est, quod hic Propheta sanctus  
in passerulis considerauit: quid vidit in turture, quod sit memoratu dignū? Vtiq; multa & magna,  
quae spiritalē hominē valeant edificare, si iuxta suae modū naturā satageret animalcula illa in  
naturalibus conditionibus imitari. Præcipuum tamen ob quod nunc auicularum istarū introducit  
considerationē, videtur esse, vt seipsum hortetur ad quærendum congruam sibi domum, neq; ces-  
sandum, donec illam assequatur: simul vt seipsum bona spe confirmet, quod diligenter quæsita ali-  
C quando sit inuenturus. Quomodo enim auiculae istae habitationis loca apta sibi quærunt, passer  
quidē in tectis, turtur autē in locis maxime solitariis, vtraq; iuxta conditionē suae naturae (quonia  
illud gregale satis & sociale animal est, hoc solitudinis amantius) nullo verō modo contenta sunt  
hæc animalcula loco oblato, vt p̄nta ramusculo cui casu insiderint, nisi domū alicubi propriā ha-  
beant quam norunt, & ad quā confugiunt, in qua generationi & nutritioni insistent, & ad quā sem-  
per post multā euagationem redeunt: ita & homo spiritalis, diuina atq; caelestis creatura, ad Dei  
imaginē & immortalitatis bonū singulari priuilegio creata, iuxta hanc suae naturae conditionem,  
congruā domum sibi debet quærere, nec vlla ratione à quærendo desistere, donec inuenierit. Neque  
cōtēntus esse debet casualis istis & antris huius mundi, quonia nulla est hic stabilitas, nulla securi-  
tas: neq; multū diu hic licebit persistere. Cito enim adueniet qui te conturbabit, faciēq; auolare,  
vbicunq; tandē resederis, etiam si in altissima arbore aut in summis montū fastigiis. Veniet (dico)  
veniet, qui te auolare faciet, neq; securus vsquā locorum esse poteris, nisi nidū tibi congruū elegeris,  
nisi habitationē propriam iuxta tuę naturę exigentiā adinuenias. Vbi verō nidus iste erit, & quę  
hæc domus, quae homini quærenda est ad securitatem? Nimirum caelestes ille mansiones, ad quas possi-  
dendas creati sumus. Quicquid enim corporale est, quicquid temporariū, quicquid perituum, nō  
potest esse creaturę rationali & immortalī cōgrua domus. Et cum in his homo affectu insiderit, si-  
D milis est auiculę ramo quilibet extra propriū nidum insidenti, cui donec insidet, proculdubio peri-  
culo nō caret. Quod nec ipsa ignorantes, ad leuissimū quēmq; transeuntū ramusculū magna cele-  
ritate auolantes, ad locū refugii sese cōferunt, id est, ad nidū & habitationem propriā. Ita videlicet  
nostram tarditatē admonentes, vbicunq; tandē animus noster conquieverit, nō fore absq; periculo  
vitam nostrā, nisi quanto cius in propriā habitationē, in nidum refugii, studeamus auolare. Vi-  
delicet in hoc nido iam delitesceret ille minimus apostolorū, & peccatorum omnium primus, humi-  
lis passerulus, cū diceret, Nostra autē conuersatio in calis est. Ad eundē hunc nidum volabat ille,  
cuius in alio Psalmo vox est, Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Expectabā eum qui saluū  
me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate. Quod enim elongasset fugiens, qui sibi metuebat de  
periculo malitię, nisi ad nidū propriū? Quare in solitudine mansit, nisi quia illic nidū suū habuit?  
Atq; hæc quae haecenus dicta sunt, nihil adhuc peculiare, quantum ad speciem hic expressarū auium  
aperuerunt, sed tantū generalis auium conditionis faciunt mentionem. Neq; opus est ad speciales  
eius conditiones, pro textus sententia, singularius descēdere. Nam si quem dubitatio moueat, quare  
duarum istarum specierū tantum fiat mentio: huic responderi potest, vt magis notas magisq; fami-  
liares duas istas species pro toto genere positas. Fuisse enim aues huiusmodi in maxima abundantia  
in terra illa p̄missionis, ex Moisaica lege & Euangelica historia ostenditur. Nam pauperū oblatio  
Leuit. 5.



**Mat. 10.** erat par turturū, videlicet quod ob multam copiam vili emerentur pretio. De passeribus quoque; salua-  
**Luca. 12.** tor testatur, passeres duos esse vendi, & quinque; dipondio. Sic ergo duas has species, vt in genere auium  
 notissimas & vulgatissimas posuit, significare volens, etiam infimas & vilissimas auiculas hanc ex  
 natura habere prudentiam, quam debeant spirituales homines imitari. Forsitan & duas istas species  
 expressit, vna non contentus, propter conditionē diuersam. Nam passer, auis est admodū garrula,  
 audax & temeraria, non multū metuens humana confortia, etiā in testis, & proxime ad fenestras ni-  
 dificans. Turtur verō admodum quieta est, & medita bunda, nō garrula sed gemebunda, meticolosa  
 magis & solitaria: vt his diuersarum conditionū speciebus duabus totam comprehendat auium ge-  
 neralitatem, significans, omnes auiculas cuiuscunq; sint cōditionis, tam eas quæ frequentiam amant  
 hominum, quæ quæ solitudinem quærunt, habere hanc naturalem prudentiam, vt locum aliquem  
 tutum firmæ habitationis sibi quærant. Quod si descendere nobis liberet ad peculiare cōditiones,  
 hisce auiculis secundum speciem convenientes, easque; liceret per atramentum & calamus latē de-  
 pin gere, ac spiritualibus hominibus spiritua-liter applicare, multa pagina nequiret cōprehende-  
 re quæ super his in spiritus dulcedine posset pius animus meditari. Quapropter nimiam effugere cupi-  
 entes prolixitate, quæ dicta sunt, arbitantes sufficere, generali expositione cōtenti, specialibus  
 quæ dici poterant super sedemus, atque; ad sequentia pergimus. ¶ Versu quarto, Altaria tua, domine  
 virtutū. Quidam hunc versum secundū sententiam cum præcedentibus cōnectunt, hoc modo, Pas-  
 ser inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos, nempe altaria tua o domine virtu-  
 tum: significando videlicet, aues istas interdum habitationes sibi eligere, & nidos cōstruere circiter  
 altaria in templis, quemadmodum nonnunquā videmus, columbas in templi parte aliqua nidifica-  
 re: vt sic moneat etiā se spiritualis homo, circa altaria Dei nidum facere, & habitationē firmare. Ve-  
 rum id, quantum ad turtures, non satis probabile est, cum sint animalia solitudinis amantiora, quæ vt  
 circa altaria in templis (vbi quotidie fidelium sit conuentus & tumultus plurimus) velint nidifica-  
 re. Quapropter nobis cōuenientius vilius fuit, hanc partem separatim legere, quasi cū resumptio-  
 ne suspirii: vt sit oratio incompleta, defectum patiens propter desiderii vehementiam exprimendam,  
 suspirio videlicet cōplementum deuorante: quemadmodum accidere solet hominibus profunda su-  
 spiria emittentibus, aut ex magno affectus desiderio sermonem proferentibus. ¶ Versu quinto &  
 sexto, Beati, qui habitant in domo tua domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Beatus vir cuius  
 est auxilium abs te. Quidam vtrunq; versum referunt ad incolas militantis Ecclesie, quæ apud Apo-  
 stolum appellatur domus Dei. Neque; mala sententia est, eos qui nunc Ecclesiam sanæ fidei & bonæ  
 conuersationis merito inhabitant, dignè ambulantes secundum vocationē in qua vocati sunt, lau-  
 duros Deum in sæcula sæculorum. Qui enim in finem vsque; perseverauerint, & in finem opera Dei  
 custodierint (iuxta veritatis promissionē) salutis æternæ fient participes, vbi laus diuina nunquā,  
 non dico deficiet, sed nunquā intermissa cessabit. Nobis tamē in Elucidatione placuit versum quin-  
 tum ad beatitudinē rei, sextum autem ad beatitudinem spei accommodare. Pro quo vt cunq; facit,  
 quod in quinto mentio fit de vnico illo opere quod est in beata patria præcipuū, Deum videlicet  
 indefessis laudibus celebrare: in sexto, verō, illa exprimitur opera quæ miseris peregrinis cōueniunt,  
 expectare scilicet à Deo auxilium, ascensionem in corde disponere, per vallem lachrymarū transire,  
 de virtute in virtutem procedere. ¶ Versu sexto, Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensionem  
 in corde suo disposuit. Nota eorum quæ hic dicuntur pulcherrimum ordinem: quæ vt in se habeat  
 spiritualis quilibet, summo studio conari debet. Primū enim, quia via mandatorū Dei angusta est,  
 & ascensus ad Deum vsque; homini mortali crasso isto corpore circumdato difficilis, admodū stolidus  
 sit necesse est, qui se putet suis viribus posse viam istam percurrere, & terminū præfinitum attin-  
 gere. Oportebat enim illud attendere quod ait in Euangelio Saluator, Sine me nihil potestis facere.  
 2. Cor. 3. & quod ait Apostolus, Nō sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficien-  
 tia nostra ex Deo est. Atque; ob hoc, qui ad patriam vult proficisci, primū omnium sibi ipsi pœnitentis  
 diffidens, totam suam spem fiduciamque; in Deo constituat, quomodo sanctus Petrus nos monet di-  
 cens, Omnem vestram sollicitudinem proicietes in eum, quoniā ipsi cura est de vobis. Absque; hoc  
 fundamento, vt nihil sunt omnia quæcunq; proponit homo: ita eo firmiter iacto, quantumuis homi-  
 num iudicio impossibilia, imbecillibus etiam hominibus fiunt possibilia, imo facilia, imò incunda  
 & desiderabilia. Absque; hoc fundamento, vt quidā iuxta humanum iudicium fortes & validi magna  
 conati turpiter lapsi sunt de sublimi, quo iam cōscendisse videbantur: ita in huius fundamenti ita-  
 bilitate, multos cōperimus secundū hominē infirmissimos, nimis, excelsa petiuisse, & feliciter obtē-  
 nisse. Ita sanè Apostolorū ille minimus, qui ex se neque; cogitare aliquid sufficiebat, in eo qui se con-  
 forat omnia posse magno animo confidit, & confidenter iactat. Apud Esaiam quoque; huius funda-  
 menti efficacia pulcherrime describitur, his verbis, Qui sperant in domino, non turbantur fortitudi-  
 nem, affument pennas sicut aquila, current & nō laborabunt, ambulabunt & nō deficient. Iacto autē  
 fundamēto hoc stabili, pergat deinde ascensionem in corde disponere, in omni sanctitate & iustitia  
 domino Deo suo instituat seruire, de die in diem studeat proficere, ac suo domino magis magisque;  
 placere. Consideret, quæ illius maxime placita sunt voluntati, atque ea potissimum sectetur ( vt mi-  
 les fidelis) quibus maxime se commendari nouerit suo domino, cui se probauit atque addixit in-  
 militiam. Vbi vigilanter intendendum est, quod non dixit Propheta, beatum illum qui semper  
 ascendit, sed qui ascensionem disposuit in corde. Semper enim ascendere, paucissimis datur: cum  
 Prou. 24 (iuxta Iacobi Apostoli vocem) in multis offendamus omnes, & (iuxta Sapientis testimonium):  
 1. Ioan. 1. septies in die cadit iustus. Insuper (quemadmodum dilectus ait Christi discipulus) si dixerimus:

**A** quia peccatū non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis nō est. Si ergo solus ille spe bea-  
 tus pronuntiaretur, qui ascendit semper in opere, quæ foret spes toties à disposita ascensione laben-  
 tibus? Miti⁹ ergo dixit, quia ascensionem in corde suo disposuit. Videlicet hoc illud est, quod in nouis  
 Dominici natalis gaudiis, angeli gloriam Deo personantes, simul pacem nunciant hominibus bona  
 voluntatis, iuxta Latinæ Ecclesie receptissimā lectionem. In terra, inquit, pax, hominibus volun-  
 tatis. Qui autem bona sunt voluntatis, ipsi sunt & qui ascensionem in corde disponunt: qui quoties-  
 cunq; quacunq; tandem occasione lapsi fuerint, non in sordibus permanent iacentes, vt fordescat  
 amplius, sed quanto citius à casu student exurgere, rursusque; ascensionem à quibus ceciderunt erigere.  
 Tam enim miserum sumus, tam in bono impotētes, & nimium instabiles, vt vix inueniatur qui in eo-  
 dem iustitia statu, non dico perpetuo, sed diu permaneat, qui non sæpe vel carnis propriæ fragilita-  
 te, vel suggestione demonis occulta, vel malis proximorum exemplis, aut mundi huius blandimen-  
 tis, aut alio quolibet modo tepelcat à bono proposito, sicque; ab ascensionibus quas disposuerat deci-  
 dere incipiat. Nō ergo beatus ille solus, qui semper ascendit, & ab ascensionibus nunquam decidit;  
 sed qui ascensionem in corde disponit, qui semper proponit meliora: & licet non semper assequatur  
 quod optat, neque; quæ proponit, semper inuoluta custodiat, propositū tamē bonum nunquam abii-  
 cit nunquā despondat animum, donec in hac vita volui se conspexerit. Denique, ascensionem dixit  
 in corde disponens, videlicet quoniam finis præcepti est charitas, & quoniam super omnia Deus  
 cor hominis sibi dari postulat, & corda multo magis quam manus intuetur. Nam in exteriori opere  
 potest quis multū feruidus cito eoulsque; concendere, vt vltiorē non possit ascensum disponere. In  
 corde verō quantumcunq; ascenderit, semper altior vltiorque; ascensus relinquitur. Potest quis (ver-  
 bi gratia) tantam elemosynam exteriori dispensatione largiri pauperibus, vt vltra non possit ascē-  
 dere, vt ampliora dare non possit. Potest item quis tandiu pauperibus ministrare, in firmos visitare,  
 vt non possit amplius orationem adeo potest protrahere, vt non possit diutius similiter & ieiunium  
 in summum facile potest adducere, & quicquid est corporalis exercitii, suum habet terminum. Est  
 enim modus in eiusmodi rebus omnibus, sunt certi denique; fines, quos vltra citraque nequit cōstitu-  
 re rectum. Verum in cordis ascensione nullus est definitus terminus. Deum amandi (quod ad cordis  
 voluntatisque; affectum pertinet) nullus est finis: via est latissima, quam penitus percurrere, quantum-  
 uis velocissimus cursor nunquā poterit. Vnde & in alio loco idem hic Propheta velut præ admira-  
 tione exclamans, ait, Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis. ¶ Interim  
 verō, dum hæc agit homo, Deum videlicet ponens suum adiutorium, ac deinde super hoc fundamē-  
 to innixus, ascensionem in corde disponens, quid ex parte altera agat benignus Dominus (qui p̄is nū-  
 quam deest hominum conatibus) versu subsequenti nobis explicat diuinorum secretorū optime cō-  
 scijs Propheta, dicens, legillatorem illis sic conatibus daturum benedictionem, vt eant de fortitu-  
 dine in fortitudinem, donec tandem perueniant ad vidēdum Deum facie ad faciem. O mira Dei be-  
 nignitas. O nimia piissimi patris facilitas. Quam minimū est, quod à nobis exigit. Quam maximum  
 verō, quod ipse præstiturum se promittit. Tantum duo sunt, quæ à nobis exiguntur, auxilium vide-  
 licet nostrū in Deo cōstituere, ac deinde in eius fiducia ascensionem in corde disponere. Quibus duo-  
 bus quid potest esse facilius? Quid enim facilius, quam in tam piissimo patre ponere fiduciam? quid  
 leuius, quam ascensionem corde saltem & voluntate disponere? Atque; hæc tantum sunt, quæ nostra ex  
 parte postulatur. Quicquid superest, ipse se cuncta præstiturū promittit. Nos illi fidamus, & melio-  
 ra semper proponamus. Cæterum, ab ipso qui dedit velle expectandum est vt det etiam perficere, pro  
 sua bona voluntate: quæ admodum ait sanctus Apostolus. Idem enim est quod ipse bonam appellat  
 Dei voluntatem, & quod noster hic Psalmista appellat benedictionem. A Dei namque bona volun-  
 tate, vt ait Apostolus, sine à legillatoris benedictione, vt loquitur Psalmista, expectanda nobis est o-  
 mnis boni propositi adimpletio, quomodo pulchrè alio quoque; in loco idem hic Psalmista ait, Reue-  
 la domino viam tuam, & ipse in eo, & ipse faciet. Quam optime nobiscum agitur, qui tam mitem  
 atque; suauem habemus legillatorē, tam suauia nobis suis legibus proponētem, vt verè dicere possit,  
 Iugum meum suauem est, & onus meū leue. Et nihilominus eundem tam fidelem, tam suauem, tam for-  
 tem experimur adiutorem, vt sua propria virtute, quicquid nobis præceperit, ipse in nobis, aut (vt  
 verius dicam) ipse nobiscum velit operari, quemadmodum beatus ait Apostolus, Non ego autē, sed  
 gratia Dei mecum. Et hæc quidē, quantum ad generalem sententiam duorum horum versuum, la-  
 titius diximus. ¶ Sunt tamen, quantum ad particulas horum versuum, quædam adicienda, Nam circa  
 illud quod dicitur versu sexto, Ascensionem in corde suo disposuit in valle lachrymarū, in loco quæ  
 posuit. Notandū, quod verbo posuit diuersa assignant supposita. Nos in Elucidatione expo-  
 suimus, in loco quem posuit homini Deus. In hac enim valle lachrymarum nos Deus posuit, post  
 primi parētis peccatum è paradyso eiectos: quemadmodum Genesi. 3. cap. legimus, in hæc verba, E-  
 misit eum (videlicet Adam) dominus de paradyso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus  
 est. Alii verō intelligunt, in loco quem posuit sibi homo: eadem videlicet ratione: quoniā per pro-  
 priam culpam, primus parens à paradyso in hanc miserie vallem eiectus fuit, sicque modo quodam  
 sibi ipsi locum hunc miserie posuit, quem sua propria culpa promeruit, cum illi Deus locum cōsti-  
 tuisset longè alium, ac iam in illum instituisset. Iam enim tulerat Adam Deus, posueratque in para-  
 dyso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illū. Ipse verō inobediens factus, inde se eiecit, quo fue-  
 rat per Deum introductus. ¶ In versu quoque; sequenti, caue, ne id quod dicitur de virtute in virtutē,  
 intelligas de moralibus aut Theologicis virtutibus: humilitate videlicet, castitate, iustitia, & simi-  
 libus. Virtus enim hæc pro robore & fortitudine sumitur, quod in Græco manifestum est, vbi nobis

In 1. Cor. 2.

1. Tim. 1: Prou. 23;

Psal. 118:

Philp. 2.

Psal. 36.

1. Cor. 15:

Gene. 3.



ponitur, quod virtutē (à qua boni dicimur) significat, sed dicitur, quod significat virtutem potētiae, siue robur fortitudinis. Vnde & beatus Hieronymus ex Hebraeo vertit, libunt de fortitudine in fortitudinē. Hoc autem quid sit, satis in Elucidatione explicatum meminimus. ¶ Versu. 9. Respice in faciem Christi tui. De Messia peculiariter exponit Elucidatio, cui aperte cōsonat Chald. Paraph. quæ hoc loco sic habet, Meritum patrum nostrorum respice Deus, & attende faciem Messiae, Possit verò intelligi David de sua ipsius persona loquēs, vt sui faciens peculiarem apud Deum memoriam. Quod si ab alio vel aliis hic Psalmus factus afferatur, accipere possumus, ipsos voluisse regis Israelitici (qui ab vnctione Christus domini appellabatur) specialem facere memoriam. Potest etiam fidelis quilibet se spiritu sancto vnctum confidens, vnctione interna, vericulum istum cū timore & verecundia sancta sibi metipso applicare (postulādo videlicet à Deo) vt quem spiritu suo sancto voluit vngere, quēmq; tanto est beneficio dignatus, velit benigno semper fauore aspiciere, & in omni bono ad finem vsq; constabilire, donec ad finem desideratum pertingat.

LXXXIII. PSALMI ARGUMENTVM.

Myfterium omne redemptionis humanæ, apertè satis hic Psalmus videtur explicare, statim in ipso exordio, pro maledictione collatam benedictionē, pro captiuitate libertatem, pro culpa veniam, pro ira reconciliationem, in temporis plenitudine per Christum Saluatorem factam, iucundo versus processu commemorans, euestigio subiungens orationem, qua Dei misericordiam populo petit ostendi, & omnē auerti iracundiam. Moxque finita oratione, Propbeta se ad audiendum vocem interius loquētis spiritus sancti conuertens, pacem & salutem audit sibi denunciari, super omnes qui essent credituri in venturum Messiam. In cuius aduentu, mirabili modo dicit obuiam sibi processisse misericordiam & veritatem, iustitiamque & pacem siue misericordiam redactas esse in osculi concordiam, posteaquam ipse Dei filius prima veritas in terra voluit incarnari, & de cælo ipse, vera iustitia, in hæc infima descendere: idque modo supernaturali, vt in terris sine patre de virginis matris vtero, sancto spiritu de super fecundato, procederet: quomodo è terra germen, de super veniente fecunditate, generatur. Ante cuius Messie aduentum, venturum prophetat præcursor em, iustitiæ præconem: cuius deinde serui vestigia, statim de syderatis cunctis gentibus Messias sub sequatur.

LXXXIII. PSALMI ELUCIDATIO.

1 Benedixisti domine terram tuam:

\* aueristi captiuitatē Iacob.


2 Remisisti iniquitatem plebis tuæ:

\* operuisti omnia peccata eorum.

3 Mitigasti omnem iram tuam:

\* aueristi ab ira indignationis tuæ.

4 Conuerte nos Deus salutaris noster:



Onuersus tādē in temporis plenitudine abstulisti, piissime deus, maledictionē, sub qua vsq; tunc fuerat detenti homines habitantes in terra, & pro maledictione contulisti benedictionem: tandem tibi cōplacuit misereri humani generis, atq; dilectionis cōplacuit, & miserationis signa ostendere: \* captiuitatē illam durissimā, cui populus tuus ab initio per primi parentis transgressionē factus fuerat subiectus, in illius manibus cui seipsum subiecerat per cōsensum in malū: hanc captiuitatē populi tui, tam miserandā, tam diutinā, placuit tibi tandē, definito ad hoc tēpore, auferre atque auertere à nobis: vt ex seruitute, imò tyrānide grauissimā, nos restitueres ad libertatē gloriæ filiorum Dei, & ex filiis miserandā captiuitatis, filios faceres beatae libertatis. 2 Et quoniā nos ex nobis ipsis omnino soluēdo nō fuimus, neq; vlla ratione potētes ad satisfaciendū pro peccatis nostris, tibi placuit, liberaliter dimittere iniquitates nostras: \* neq; tantū vnam aliquā iniquitatē, sed omnia in vniuersum peccata, quibuscūq; te quomodocūq; offendimus, ita voluisti velare & operire à cōspectu tuo, sicq; penitus dimittere, vt nō ea nobis amplius velis imputare, neq; vltra ad vltionē ante oculos tuos adducere. Hæc perinde quasi nunquā gesta fuissent habere. 3 Omnis illa ira & indignatio tua, qua ante tēpus illud aduētus benedicti filii tui indignabaris humano generi, in ipsi⁹ aduētus sedata atq; mitigata est, & quasi secundū modū aliquē extincta siue sopita: quēadmodū cū homo iracūdia exardefcēs aduersus alterū, occurrente amico ac loquente pro eo, aduersus quē fertur indignatio, statim furorē ponit, & iracūdiam mitigat, velut flāma aquæ superfusione extincta, aut certē mitigata: \* auertisti te atq; cessasti ab ira illa indignationis tuæ, desisti indignari aduersus genus humanum, & factus es nobis placabilis. 4 Veruntamē quid nobis proderit, te primā illam posuisse semel iracundiam, cū per filium tuum genus redimeres humanū: si nos in nostra vel infidelitate, vel vitiorū quorumlibet prauitate remanentes, iustam super nos iram tuā nō amoueamus, sed magis etiam duplicemus? Idcirco te oramus, domine, iam factum nobis placabilē, Deū salutis nostræ, te Deum salutarē ac saluatorē nostrum, vt nos ad te ex toto corde conuertas. Cum enim ex nobis ipsis vt oportet cōuerti sufficienter haudquaquam valeamus, ad te cōfugimus: vt postquam tu conuersus es ad

A \* & auerre irā tuam à nobis.

5 Nūquid in æternum irascers nobis?

\* aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

6 Deus tu conuersus viuificabis nos:

B \* & plebs tua letabitur in te.

7 Ostende nobis domine misericordiam tuā:

\* & salutare tuum da nobis.

8 Audiā quid loquatur in me dominus Deus:

\* quoniā loquetur pacem in plebem suam.

C 9 Et super sanctos suos: \* & in eos qui conuertuntur ad cor.

10 Veruntamen propertimentes eum salutare ipsius: \* vt inhabitet gloria in terra nostra.

11 Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: \* iustitia & pax osculate sunt.

nos, nos etiam facias conuerti ad te: \* sicq; tuā iram penitus auferas à nobis, quam certe non euaderemus, si te cōuerso nos adhuc permaneremus auerfi: imò verò iram tuā ita super nos aggrauaremus, quēadmodum faciunt omnes qui hoc tempore gratiæ te facti placabilis, adhuc veteres tenēt inimicitias in suis iniquitatibus vt ante permanētes, nec ad lucē diuinarum miserationum respicientes. ¶ Scio enim quòd non patiat hoc tua infinita misericordia atq; benignitas immēsa, vt perpetua permanere possit tua illa aduersum nos indignatio: \* neq; poterat hoc ferre tua immēsa misericordia, vt protenderetur ira tua in omnes generationes: sed in tēpore placito, in tempore definito, debuit ira tua cōmutari in mansuetudinē, & debuisti redire placatus nostro generi. Alioqui vbi nobis apparuisset tua misericordia, in qua gloriaris corā filiis hominū, si nunquā cessatura fuisset illa seueritas iustitiæ? 6 Proinde tu Deus piissime (qui olim auersus à nobis per tēpus iracūdiæ permittebas nos detineri sub mortis imperio) cōuersus nunc ad nos, iterūmq; ad nos rediens, per placationem tuam gratiæ, ad vitam nos restitues, deque morte ad vitam reduces, ex filiis mortis & damnationis faciens filios vitæ atq; salutis æternæ: \* populus autem tuus, tanto der te accepto beneficio, gratum erga te animū gerēs, letabuntur ex toto cordis affectu, & exultabūt in bonis tuis. 7 Ostēde nobis tu domine, & palām exhibe misericordiam tuam, innotescat corā omnib⁹ tam suauissima misericordia tua: \* & salutem tuā illam ad quam nos præordinaisti, ipsūmq; illum saluatorē, quem nobis ab æterno prædestinaasti dare in tēpore suo, da nobis in cunctis populis, vt in ipsum credētes, per eum salui fiamus ab ira in vitā sempiternam. 8 VOX PROPHETICA, Volo ergo aurē cordis meī adhibere ad arcanū diuinæ alloquutionis, vt audiam in silentio quid intra me loquutus sit dominus de venturæ redemptionis mysterio, & de vtrūq; salutis ordine ac tēpore scrutabor, in quod, vel in quale tempus spiritus prædicat futurum illud iucundissimum, & optatissimum humanæ redemptionis beneficiū, quibusq; rationibus id sit adimplendū: \* id enim certo iam percepi, quòd loquetur dominus verbum pacis & propitiationis super populum suum, super genus hominū, aduersus quem olim verbū indignationis protulit & maledictionis. 9 Super populum suum (inquā) hoc est, super omnes electos suos & fideles, qui credituri sunt in eum, quicunque oblatam sibi gratiam nō respuerint, preligētes in suis pristinis remanere impudicitias: \* & super eos qui cōuertuntur ad cor, quicunq; suorum peccatorum cōsiderata turpitudine, in semetipsis ad cor redeūtes meliora proposuerint, veram agentes pœnitentiam, dignōsq; facientes pœnitentiæ fructus. 10 Et (vt generaliter dicam) salus ipsius propertimentes erit omnibus timētibus eū, offerretur salus ista omnibus qui ipsum suscipiēt cū timore & reuerētia, quiq; verbis illius credulos se & obediētes præstabūt, neq; quisquā omnino hominum excludetur ab ea: \* vt magnificētia gloriæ ei⁹ reueletur atq; inhabitet in ista terra nostra, ita vt gloria diuinitatis inhabitet in loco isto miserię, quando ex filiis mortis & damnationis efficiētur filii vitæ & glorię sempiternę. 11 In hac autem generis humani amabilissima reconciliatione, misericordia & iustitia modo mirabili occurrerunt sibi, & velut obuiā processerūt in amplexu mutuos, \* iustitia (inquā) & pax se inuicē amplexatę atq; osculate sunt, in amicitia & cōcordiæ signū, siquidem in hoc tēpore reconciliationis & gratiæ, misericordia & veritas siue iustitia & pax in vnitate & concordiam mirabiliter tādē redactę sunt, quę ab initio velut ex aduerso videbātur cōtendere, & vsq; tunc modo quodā dissentientes, videbantur non posse in eandem conuenire sententiam. Exigebat enim seueram nimum satisfactionem iustitia, pro offensa humani generis, cum homo ipse nequaquam haberet quod pro reconciliatione persolueret: ecōtrario autem misericordia infinita remissionem querebat liberalē, neque exigendam putabat districtā talem solutionē, A pœ. 3. maxime cū is à quo exigēda erat nequaquā esset soluēdo, imò pauper esset, miser, & miserabilis, quo etiam amplius illi videbatur exhibenda miserationis liberalitas. Ad hunc ergo modū videbantur ab initio cōtendere misericordia atq; iustitia, & iustitia paci se videbatur ex aduerso opponere. Pacē enim hominis erga Deū iustitiæ seueritas prohibebat, reconciliationis pœccium expolcēs, nec aliter pacem volens

tribuere, quantumis misero. Attamē in tēporis plenitudine, cum Deo placeret terrā misericorditer respicere, & generis humani salutē operari, modo mirabili in cōcordiā redacta sunt iustitia & misericordia, vtraq; in parte aliqua cedēs alteri, vtraq; alteri secundū aliquid condescendēs, vt sic redigi possent in concordiam. Tali enim medio prouisum est, vt & iustitia satisfieret & misericordia, ita vt neutra iure possit cōqueri. Et tamē neutra totū quōd à principio videbatur postulare, accepit. Atq; huiusmodi facta cōpōitione, in diuinitatis secreto concilio, quā vsq; dum disenserant, redacta sunt in amicitiam, sūntq; inuicem se in testimonium pacis (vt ita loquamur) amplexata & deosculata. Quē admodum facere solent qui à veteri inimicitia reuertuntur ad concordia. 12 Quōd si quis in terroget quomodo id fieri potuerit, ecce in hoc totū est mysteriū ei⁹ quod sub parabola verborum dicitur, quōd verbū caro factū est, quod filius Dei aeterna veritas ipse carnem assumere, & de homine homo fieri est dignatus: ita de purissimo ac sanctissimo virgineo vtero absque virtute virilis feminis sola operatione spiritus sancti, procedens, quomodo de terra gramen exurgit, à fecunditate quā illi inest ex diuino munere: \* & in eo quōd ipse, qui est vera iustitia, de celo voluit prospicere, atq; ad nostra exire, nostram assumere carnem, rēque nostras omnes & cuncta disidia cōponere. Quid verò nō possit ipse, qui veritas est atq; iustitia? Quomodo non sibi ipsi possit satisfacere iustitia, posteaquam id quod ab homine exegit, per semetipsam voluit persolvere? 13 Et hoc quomodo intelligi possit, si dubitas, a pertius audi, non humanū, sed pure diuinum esse huius operis mysterium. Dominus enim Deus omnipotens desuper dedit benignitatē gratiā suā, omnium artifice spiritu sancto misso de celo: cuius mirabili operatione fecūdata terra illa super benedicta virginei vteri, protulit nobis fructum salutis, filiū Dei benedictum, per quem salus venit mūdo. Spiritus sanctus enim superueniet in terrā vteri virginei, & virt⁹ noua altissimi obumbrabit illi: idēq; & quod ex ea natū est, sanctum vocatum est, filius Dei. 14 Prius autē quā hic veniret humani generis redeptor atq; saluator, cōplacuit patri mittere angelū siue nuntiū, qui prae pararet viam ante eum: praecursorē seruū voluit praemittere, iustitiā praecōnē, Ioannem Baptistam, qui pēnitentiā praedicando, & ad iustitiam homines erudiendo, plebē Israeliticam pararet venturo domino: \* cuius peracto cursu, posuit deinde dominus ipse pedes suos in via, ad veniendū post illum praecursorem suum: postquā ille suum praecursionis officii peregrisset, inaccessit euectigio dominus, ante cuius faciē praecurrerat ille seruus, vt regnum calorū euangelizaret pauperibus, & sua doctrina illuminaret mundum, operareturq; omnia ad quā missus fuerat à benedicto patre suo, cum quo viuūt in vnitāte spiritus sancti Deus in omnia saecula benedictus. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXXXIIII.

**V**ersu quarto, quinto, sexto, & septimo, Cōuerte nos Deus salutaris noster, &c. Ita exposuim⁹ in Elucidatione hos versus, vt sint oratio populi fidelis, facta iam generis humani redēptione, postulantis conuerti ad Deum, iram auferri, & misericordiam ostendi, ne perfecta per Melsiam salute frustrentur. Non enim omnino ad omnes homines hāc salus ita se extendet, vt eam omnes assequantur. Plurimi enim seipsos facient oblata salute indignos, eo quōd non conuertantur ad Deum salutis authorē. Propter hoc videlicet, populus domini pēit à Deo cōuerti. Scit enim non posse nos cōuerti ad dominum, nisi ille nos ad se conuertat. Id quod Hieremias Propheta aper- Hier. 31. te satis indicat, cum orando dicit, Conuerte nos domine, & conuertemur ad te. Et iterum, Scio, quoniam non est in manu hominis via eius, nec viri est vt dirigat gressus suos. Possent tamen isti versus accipi vt prophetica oratio, in spiritu facta, pro adimplētionē eorum quā iam tribus primis versibus commemorauerat, id est, pro generis humani redemptione: vt eo quod venturum erat per modum praeteriti proposito, ad illius eiusdē vt nondum exhibiti considerationem Propheta transiens, oret ipsum adimpleri in tēpore suo. Cum quo recte etiam cōcordat, quod versu octauo, ac deinceps, accepta reuelatione interna de futura humani generis restitutione, pulcherrimo canit vaticinio. ¶ Versu sexto, Deus, tu cōuersus viuificabis nos, & plebs tua letabitur in te. Psalterium Romanum pro passio conuersus, legit actiuum, conuertens, hoc modo, Deus, tu conuertens viuificabis nos. Et habet quidē lectio ista sensum bonum & commodum, Tu Deus conuertendo nos ad te, facies nos viuere. In hoc enim est hominis vita, si ad dominum Deum suum fuerit conuersus, quemadmodum ecōtrario mortuus est omnis qui à Deo est auersus. Veritas tamen lectionis huius habet, conuersus. Nam in Græco habetur *ἐπιστρέψας*, quod significat cōuersus vel reuersus. In Hebræo quoq; passiuum

12 *Veritas de terra orta est:*

Ioan. 1.

Luc. 1. *\* & iustitia de celo prospexit.*

Matt. 1.

Ioan. 4.

13 *Etenim dominus dabit benignitatē, & terra nostra dabit fructum suum.*

Luc. 1.

Mal. 3. *14 Iustitia ante eum ambulabit:*

Mal. 3.

Luc. 1. *\* & ponet in via gressus suos.*

Matt. 3.

Flaie. 49. Luc. 3.

**A** ponitur, hoc modo, Nōne tu cōuerteris, viuificabis nos? vel, Certē tu cōuerteris, siue reuerteris, viuificabis nos. Quod nostra quidem lectio verbo priori cōmutato in participium, pulchrē secundū eandem sententiā dixit Deus, Tu cōuersus viuificabis nos. Quod autem beatus Hieronymus vertit, Deus tu reuertens viuificabis nos, quāuis secundum terminationem videatur magis cōuenire cum participio cōuertens, tamen secundum rem & significationem idem est quod conuersus. Conuertitur enim Deus ad hominē, dum ad ipsum reuertitur: & auertitur ab homine, quoties ab homine recedit. Quantum verò ad sententiā, notandum, quōd sicut sole cōuerso ad terram, atq; ex latibulo hyemis, verno tempore ad terram redeunte, omnia letificantur, resumuntq; vigorem, quā eius autumnali hyemalique absentia fuerant velut emortua, omni que destituta virore: sic hominū corda Dei abscessū & auersione omnino sterilia & infœcunda, omniq; virore virtutū & vigore gratiā destituta, Deo cōuerso per gratiā suā placationem, viuificatur iterum, & accipiunt vigore atque virorem admirabilem in omni ornamēto spiritualium virtutum. ¶ Versu. 8. 9. & 10. Quoniam loquitur pacem in plebem suam, Et super sanctos suos, &c. Videntur hāc sic per coniunctiones adiuuicē iuncta, non diuersis modis esse exponenda, sed pro eodem accipiēda, vt sequentia exponant praecedentia, quomodo frequenter fieri solet. Plebs enim Domini qui sunt, nisi sancti eius? & sancti domini qui sunt, nisi qui conuertuntur ad cor? & agentes pēnitentiā mali praeteriti, credunt & obediūt Deo. Et hi ipsi sunt qui verē cōsentunt timere dominum, quibus salus est propinqua. Vnde illud veruntamē, versu decimo, non significat aduersationem, sed prius dictorum potius completionem vel explanationem. Valet enim illud veruntamen, ac si dicas, quinetiam: vt sit sensus, Quin prope timētes eam: vel, Imō verò prope timentes eam, salutare ipsius. Nonnulli tamen particulas istas omnes distinguunt, dicentes, per sanctos intelligi perfectos: per eos qui conuertuntur ad cor, pēnitentes & imperfectos. Per timentes autem, Iudæos timore pēnarum seruientes, prope quos fuit salus, quoniā salus ex Iudæis orta est, iuxta Saluatoris testimonium. Prior tamen expositio videtur cōuenientior. Neque scripturis est infrequens, ita rem eandem pluribus dictionibus explicare. ¶ Versu. 11. Misericordia & veritas obuauerūt sibi. Prouerbialis vsus loquēdi habet, vt qui mutuo sibi aliqua in parte te cedendo, in vnitatem pacis atque concordia conueniunt, dicantur sibi inuicem occurrere vel ire obuam, quod est obuare: quomodo vulgo dicimus, virum vt perfectiorem, debere subinde mulieri obuam ire, & mulierem vt subiectam & inferiorem debere frequenter suo marito ire obuam. Nam inter coniuges sibi mutuo obuare nescientes aut nolentes, rara admodum pax esse poterit. Quoniam videlicet non semper extremum iustitię rigorem mordicus tenere debent coniuges pacē querentes, sed frequenter inuicem donare & condescendere debent, & suo iuri frequenter cedere, ac dissimulare aliquid & tolerare, paci gratia: id est, non semper expostulare, neque semper iurgia concitare ad omnem occasionem. Ac iuxta hanc loquendi consuetudinem, in Elucidatione obuatiōnem istam sumus interpretati, insequētes hanc in parte mellissimi Bernardi sententiā, qui ad eundē modum pulcherrime dulcissimēque praesentem locum enarrat in sermone de annunciatione: vbi prolixis dissertationibus introducit loquentem misericordiam pro hominis redemptione, iustitiā verò ex aduerso pro hominis condemnatione, easque facit velut ex aduerso causam dicere coram tribunali & cōsistorio beatissimæ Trinitatis: atq; post multa, iudicis sententiā proponit, dissentientes (vt videbatur) concordantem: in eo scilicet quōd beata Trinitas, pro homine redimendo, filium in diuinis voluit carnem assumere & humanari, vt homo factus ipse manens verus Deus, pro omnium hominum peccatis moriens, iustitiā satisfaceret vindictam expōcenti, nec absque condigna satisfactione volenti peccatum dimittere: & nihilominus satisfieret misericordia, pro humani generis reconciliatiōe sollicitissime agēti: ita tamen, vt neque hāc, neque ita totū quod videbatur postulare obtinerent. Misericordia enim voluisset gratis statim peccatū omne & debitum vniuersum dimitti. Iustitia verò voluisset illum ipsum qui peccatum cōmiserat satisfactionem dare, & reconciliatiōis de semetipso persolvere precii. Neutra verò totum hoc quod postulare videbatur plane accepit, sed vtraq; aliqua in parte rigori suae exactiōis debuit cedere. Iustitia enim non potuit summū ius persequi, neq; cōsequuta est. Misericordia etiā non totū potuit gratuita donatione impetrare. Per mediatorē tamen Christū, iustitiā satis est factum, vt nō habeat quod cōqueratur, pro homine puro volūtate ex charitate summa illo mortuo, qui homo simul & deus erat. Misericordia quoq; licet cum multa difficultate, ac tandem post multa tempora, obtinuit tamen, vel tandē, quod voluit, nempe hominis reconciliatiōnem: ac proinde non est in totum frustrata. Hāc omnia mellissimus ille Bernard⁹, loco supra allegato, diffusius & dulcissime prosequitur. Alii verò hāc obuatiōnem intelligunt cōcursum & coniunctionem. Cōcurrerunt enim, & pariter conuenerunt, atque coniuncta sunt misericordia & iustitia in redemptione generis humani. Neque enim solius misericordia hoc opus erat, quā sola maluisset hominē simpliciter absque satisfactione recipere in gratiam. Neq; solius erat opus iustitiā, quā sola nunquam Deum innocentem fecisset pro homine impio ad tam vilia descendere. Sed misericordia & iustitia simul conuenerunt, hocque admirabile effecerunt consiliū. Quāuis possit per veritatē etiam aliud intelligi, nempe fidelitas & veritas promissionum Dei. Misericordia enim & veritas simul adfuerunt in Christi incarnatione, & humana reconciliatiōne. De misericordia, id est manifestum. Erat enim hoc opus maximā profundissimāq; miseratiōnis. Veritas autem & fidelitas non defuit. Quia enim mentiri Deus aut fallere non nouit, promissiones patris factas in tempore suo debuit implere. Vnde & aliās in sacris literis hāc duo, videlicet misericordiam & veritatem, coniuncta inuenimus, cum humanā reconciliatiōnis faciūt mentionē. Beata namq; virgo Maria, in suo gratulatorio cōitico mysterium humanā reconciliatiōnis pandens,



**Luca. 1.** ita cecinit, suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae: Sicut loquutus est ad patres  
**Ibidem:** nostros, Abraham, & semini eius in saecula. Vbi dum priore loco dicit, Recordatus misericordiae suae:  
 aperte misericordiae exprimit. In eo autem quod sequitur, Sicut loquutus est ad patres nostros, Abra-  
 ham, & semini eius, tacite veritas atque fidelitas indicatur. Zacharias autem & ipse plenus spiritu san-  
 cto, licet priore loco veritatem proponat, dicens, Sicut loquutus est per os sanctorum, &c. Insiuran-  
 dum quod iuravit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis, &c. ante tamen confessionem can-  
 tici, a pertissime meminit misericordiae Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto, &c. ¶ Versu  
 eodem, Iustitia & pax osculatae sunt. Quaequam haec pars conformiter ad praecedentem rationabi-  
 lius videatur intelligenda de reconciliatione iustitiae & pacis, quae ante Christi incarnationem adiu-  
 nicè videbatur repugnare (quoniam iustitia pacem super humanum genus prohibere videbatur) Chri-  
 sto autem humano amicitiae sunt coniunctae, & admittit iustitia pacem, quoniam adiuuicem coniunguntur  
 posset etiam aliter intelligi, de iustitia non ipsius Dei sed hominis, qua coram Deo iustus est, & quae à  
 Deo homini procedit, de qua pace non totius generis humani, sed qua anima iusta pacem habet cum  
 Deo. Hoc enim modo iustitia & pax in tempore gratiae se osculantur, quoniam adiuuicem coniunguntur  
 & coniunguntur nexu admirabili, ita ut non sit vnum absque altero. In quo tunc, enim est iustitia, in eo-  
 dem & pax est erga Deum: & qui iustitiam non habet, pacem non habet erga Deum. Per iustitiam enim  
 veram, quae coram Deo est, pacem quoque veram habemus. Non enim iuxta prophetam testimonium ¶  
**Esai. 57.** pax est impiis. Hoc ergo modo secundum metaphoram, iustitia & pax se osculantur, siue amplexan-  
 tur, sibi; inuicem cohaerent, & mutuo se comitantur. ¶ Versu. 12. Veritas de terra orta est, & iustitia  
 de caelo prospexit. Nos in Elucidatione illa intelligimus veritatem, quae de semetipsa in sacro Euā-  
**Ioan. 14.** gelio loquitur, dicens, Ego sum via, veritas & vita: tunc iustitiam illam de qua Paulus scribit A-  
**1. Cor. 1.** postolus, Qui factus est nobis (inquit) sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.  
 Haec enim veritas de terra orta est, siue de terra germinauit aut pullulauit, quando de virgine bene-  
 dicta Maria carne assumpta, Dei filius nasci dignatus est. Prospexit nihilominus de caelo haec ipsa no-  
**Ioan. 16.** stra iustitia & veritas, quoniam exiit à patre, & venit in mundum, ut res humanas restitueret. Prospi-  
 cere autem istud intelligere possumus, vel deorsum aspiciere, ut significetur, iustitiam quae usque ad  
 temporis plenitudinem auersa videbatur à nostro genere, iam tandem caput extulisse ad prospicien-  
 dum super nos, & ad cōponendum nostrum miserabile negotium: quomodo & in alio Psalmo scri-  
**Psal. 101.** bitur, Quia prospexit de excelso sancto suo, dominus de caelo in terram aspexit: ut audiret gemitus  
 cōpeditorum, ut solneret filios interemptorum. Vel prospicere istud intelligatur prodire, siue exire  
 & descendere, ut iustitiam prospexisse de caelo sit, Dei filium de patris sinu prodixisse, & exiisse de sum-  
 mo caelorum ad ima mundi, Quamuis posset haec iustitia rectè intelligi ipsa quae in animalibus no-  
 stris à Deo gratuito ipsius munere infunditur. Incarnato namque Dei filio, & veritate de terra exor-  
**Roma. 3.** ta iustitia simul & pax vera de caelo manauit in corda nostra, ita ut clamaret Apostolus ac diceret,  
**Roma. 5.** Iustitia Dei per fidem & ex fide, in omnes qui credunt in eum. Et rursum, charitas Dei diffusa est in cor-  
 dibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quidam etiam veritatis de terra ortum siue  
 germinationem secundum metaphoram exponunt, dicentes, per veritatis germinationem de terra, &  
 iustitiae prospectum vel emanationem de caelo; non aliud significari quam fecunditatem spiritua-  
 lium charismatum, & omnis verè boni abundantiam, in tempore gratiae: quasi dicat Propheta, Tanta  
 erit in tempore gratiae spiritualium bonorum abundantia, ut terra non aliud videatur quam veri-  
 tatem germinare, neque caelum aliud quam iustitiam depluere. Cum enim quid desuper simul & de-  
 subtus prouenit, non potest non esse illius rei maxima abundantia: quemadmodum in diluuiio illo  
**Gene. 7.** celeberrimo quod per arcam euasit Noe, desuper veniente pluuia per dies plurimos absque cessatione  
 & ruptis abyssi fontibus à subtus ascendentibus, aquas copiosissimas legimus excreuisse. Atque ita  
 etiam quod sequitur, Etenim dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum, expo-  
 nunt non de fecundato virgineo vtero, nec de spiritus sancti super illam obumbratione, sed de ir-  
 rigatione spirituali animarum fidelium, totiusque Ecclesiae. Dat namque dominus, & mittit desuper be-  
 nignitatem beneplaciti sui, benedictionemque gratiae suae, & terra cordis nostri huiusmodi salutari  
**Philp. 2.** imbre irrigata profert fructum suum. Deus enim iuxta Apostoli sancti testimonium est qui operatur  
**1. Cor. 15.** in nobis velle & perficere pro sua bona voluntate: quique nobiscum, & in nobis operatur omne  
 bonum: quemadmodum idem ille testatur, dicens, Non ego, sed gratia Dei mecum. Itaque, terram in-  
 telligunt, vel ipsam fidelium Ecclesiam: quam rectè terram nostram appellamus, quicumque in Chri-  
 stum credimus: vel ipsa singulorum fidelium corda, quae singuli velut singulos agros suscepimus co-  
 sedos de manu Domini. Conformiter quoque; & nouissimum illum versum, Iustitia ante eum ambu-  
 labit, & ponet in via gressus suos, exponunt non de praecursore, iustitiae praecone, ut nos exposuimus,  
 sed de iustitia in cordibus fidelium: quam ante Deum quodammodo ambulare dicit, quatenus ha-  
 bitaculum Deo in cordibus fidelium praeparat, videlicet quia non nisi ad illos Deus accedit, neque  
 nisi in illis habitare dignatur, qui poenitentiam agunt veterum delictorum, & in sanctitate iustitiaeque  
 Deo placere student. Quae expositio licet nequaquam videatur improbanda, nos tamè in Elucidatio-  
 ne maluimus versus quatuor istos nouissimos de mysterio incarnationis Christi, & humanae recō-  
 ciliationis apertius interpretari. Omnino enim singularia quaedam in hoc Psalmo sacer vates sibi in-  
 dicat reuelata, cum ante horum descriptionem speciali modo praemittit, Audi quid loquatur in me  
 dominus Deus. Propter quod omnia ista ad mysterium incarnationis, & modum humanae reconci-  
 liationis specialiter accommodauimus, uti monstrat aperte satis Elucidatio. Et ne quis arbitretur hanc  
 expositionem nos de capite nostro confingere, & in fauorem sacratissimae nostrae fidei, sciendum est,

**A** prater antiquorum patrum Latinorum expositiones, etiam veteres Hebraeorum Rabbinos ad singularem  
 Messiae natiuitatem ista retulisse, quae hic de ortu veritatis terra dicuntur. Nam Rabbi Moses, in  
 annotationibus super hunc locum, Veritas de terra orta est, & iustitia de caelo prospexit, ita scripsit.  
 Et quare dixit, crescit, siue oriatur, siue pullulabit, & non dixit, nascetur? Quoniam nimirum gene-  
 ratio, siue natiuitas eius, non erit similis generationi siue natiuitati creaturarum quae sunt in mundo,  
 imò diuersa & distans erit absque socio & coniunctione. Et hic erit saluator noster & iustus noster quem  
 mittet Deus. Et hoc est quod dicit, Vtique; Deus dabit bonum vel benignitatem, & terra nostra dabit  
 fructum suum. Haec ille. In qua expositione manifeste cernimus, indicari virginitatem matris Messiae  
 nostri, quare dicitur absque socio & coniugatione fructum editura, & nouo generationis modo prater  
 naturam paritura. ¶ Versu penultimo, Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit  
 fructum suum. Cum de beata virgine praesentem versus exponimus, hanc benignitatem referre pos-  
 sumus non solum ad ipsam vteri eius fecunditatem, verum etiam ad animam eius in omnibus spiritua-  
 libus bonis copiosum ornatum. Prius enim Dei Benignitas copiosissime implevit eius mentem quae  
 ventrem, prius animam omnibus ornatu preciosis donis, quam vterum grauidauit puerilibus  
 membris: prius arcam omni ornatu fecit expolitam, quam caeleste manna in ea reposuit. Et in utro-  
 que horum dominus suam dedit benignitatem, ut digna fieret haec nostra terra talis nobis dare fructum  
 ut de tam sancta terra tam sanctus procederet fructus, ut esset sancta delibatio sicut & massa: esset ra-  
**B** dix sancta, ut erat ramus ille sanctus à principio, qui in tempore ex ea erat processurus: esset denique  
 virga sancta de radice Iesse, unde flos ille Nazareus debuit ascendere, in quo erat accepturus requiem  
 spiritus domini. Ceterum, quomodo haec virgo beatissima simul & fecundissima, terra nostra dicatur, Rom. 11.  
 fideli culibet non est obcurum. Quomodo enim non nostra terra est, quae nobis ab aeterno ordina-  
 ta atque preparata est, & in tempore nata, in tempore sanctificata, in tempore spiritu sancto fecunda. Flaia. 11.  
 ta, ut nobis fructum proferret nostrae salutis aeternae? Nonne enim terram nostram iuste appellabi-  
 mus, quae nobis suum proginat fructum, unde pascimur, nutrimur, & viuimus? ¶ Versu ultimo, Iu-  
 stitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos. Partem istam in Elucidatione exposuimus de  
 praecursore Ioannis Baptistae, qui praeco fuit iustitiae, quae admodum ex factis Euangelis manifestis-  
 sime cognoscimus. Quicquid enim docuit, iustitia erat. Docuit enim homines agere poenitentiam, &  
 quid iustus: Docuit poenitentiae fructus dignos facere, & quid iustus? Turbas docuit mutuo sibi suc-  
 currere alimeta & vestimenta impartiendo non habentibus: & quid iustus? Milites docuit neminem  
 cocutere, nemini calumniam facere: publicanos monuit non amplius, quam quod constitutum est, exi-  
 gere: & haec nonne ad iustitiam spectant? Denique; quod Herodem arguit propter uxorem Philippi fra-  
 tris sui Herodidae, dicens, Non licet tibi habere eam, nonne & hoc palam ad iustitiam attinet? Me-  
 rito ergo iustitia praeco speciali appellatione nuncupari potest Ioannes, qui tandem pro iustitia,  
**C** ultra omnem exhortationem, etiam vitam impendit, & seipsum superimpendit. Quod autem Pro-  
 pheta occultum non fuerit mysterium praecursoris huius, etiam ex alio Psalmo aperte satis cogno-  
 scimus, cum in fine Psal. 131. de populo fideli loquens, ita ait, Illuc producam cornu Dauid, para-  
 ui lucernam Christo meo. Quo in loco per cornu Dauid, Christus Dominus: per lucernam verò, ipse  
 Christi praecursor Baptistae intelligitur, quae admodum in expositione eius Psal. 131. prolixius tractatum  
 videre licet. In sequenti autem parte, Et ponet in via gressus suos, satis ambiguum & incertum videtur,  
 quid debeat subaudiri pro supposito verbi, ponet. Quidam pro supposito intelligunt iustitiam, ad hanc  
 sensum, Iustitia ponet in via gressus suos, quod ita intelligunt. Iustitia disponet suos gressus ad viam,  
 quia videlicet iustitia facit hominem non stare, non quiescere, sed ambulare de bono in melius, facit-  
 que homines perambulare vias rectas & bonas. Alii iustitiam pro supposito accipiunt, sed pro suos  
 legunt eius, ut sit sensus, Iustitia ponet gressus Domini in via, id est, facit dominum aduenire in cor-  
 da fidelium. Facilius tamè est & melius, ut pro supposito verbi ponatur ipse dominus, iuxta sensum  
 in Elucidatione expositum, Iustitia ante eum ambulabit, & ipse ponet gressus suos in via, id est, pra-  
 curret Christum iustitiae praeco, & ipse deinde subsequetur euestigio Dominus, ante quem seruus il-  
 le fuit praemisus. Cui consonat quod tunc praedicans Ioannes, dicebat, Veniet fortior me post me, Ioan. 1.  
 cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum eius. Et est haec constructio omnium aptis-  
 sima. Nam qui iustitiam pro supposito ponunt, & gressus suos proprie accipiunt, his lectio Graeca  
**D** reclamatur, quae relatiuum habet masculini generis, hoc modo, καὶ θεὸς ἐστὶν ὁ δὸν τὰ δὲ αὐτῶν. Qui ve-  
 rò iustitiam pro supposito ponunt, & gressus suos exponunt gressus domini, his proprietates relatiui  
 suos, obssit. Iuxta nostram autem suprapositam expositionem, nullum est incommodum, neque in  
 sermone, neque in veritate.

LXXXV. PSALMI ARGUMENTVM.

**F**orma orandi est hic Psalmus, quae admodum et titulus indicat: in quo considerans homo suam ex semetipso  
 imperfectionem & indigentiam, à Deo postulat custodiam & misericordiam, cuius bonitatem & potentiam  
 miris extollit modis, usque ad verbum decimum: ubi deinde à Deo in via bona dirigi, & in spiritu latissi-  
 cari deposcit, promittens confessionem laudis Deo misericordiae suo liberatori, per quem se agnoscit ab inferni pro-  
 fundo liberatum, per quem & in posterum orat ab inimicis in surgentibus liberari, sibi que in bonum fieri signum  
 salutis, ut confusus impiis persequentibus, ipse letetur in domino. Quidam hanc orationem peculiariter Chri-  
 sto tribuunt, illum introducentes loquentem ad patrem pro se ac suis fidelibus. Nos autem in Elucidatione ma-  
 luimus generali expositione ad quemlibet fidelem Psalmum accommodari.



Pfal. 144.  
Pfal. 9.  
1 *Inclina domine aurem tuam, & exaudi me: \* quoniam inops & pauper sum ego.*

Apoc. 3.

2 *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum:*

Pfal. 9.  
\* *saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.*

3 *Miserere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die: \* lacerata animam serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui.*

4 *Quoniam tu domine suavis & mitis, & multa misericordia: \* omnibus inuocantibus te.*

5 *Auribus percipe domine orationem meam, & intende voci deprecationis meae.*

6 *In die tribulationis meae clamaui ad te: \* quia exaudisti me.*

7 *Non est similis tui in diis domine:*

\* *non est secundum opera tua.*

8 *Omnes gentes quas tu fecisti venient,*

**D**Eus piissime, qui propè ades omnibus inuocantibus te in veritate, qui adiutor es in tribulatione, & in oportunitatibus, in flecte nunc aures misericordiae tuae ad precem meam, & benignum mihi praebe auditum, orantemque exaudi pro tua misericordia: \* ego enim qui coram te nunc fundo precem meam, verè egeus sum & pauper, a memetipso nihil habes, nisi quae tua liberalitate accipio: qui absque te sum caecus, nudus, pauper, miser, & miserabilis: propter quod meam paupertatem agnoscens, ad te ditissimum dominum confugio, ut de de tua liberali abundantia nimiae meae succurratur inopia. 2 Conserua me domine in vita, protectione custodiae tu me custodi, ut non morte afficiar, & non mihi auferatur vita animae ab aduersariis meis, quorum est hoc summum studium: sum enim sanctificatus munere spiritus sancti tui, tu sanctificasti animam meam tibi in habitationem, & in templum me consecrasti, per vnctionem spiritus tui: propter quod, me consecratum tibi ac dedicatum, oro, diligenter fideliterque custodias, ne fortè pollui me cõtingat ab hostibus, id super omnia quærentibus: \* ita domine saluum fac me pauperculum famulum tuum, ex bonae voluntatis desiderio tibi seruire cupientem, ab omnibus periculis in quibus versatur anima mea: maxime cum ego omnem habeam in te repositam fiduciam, & de tua bonitate tuoque auxilio confidam plenissime, qui nunquam derelinquis sperantes in te. 3 Ostende mihi misericordiam tuam, miserator Deus, quam iugiter continuis precibus clamans ex toto cordis affectu postulo, pro qua consequenda tota die clamo ad te: \* latam fac animam serui tui benigna exauditione tua, quoniam toto conatu cor meum in oratione ad te eleuaui, quoniam ab omnibus quæ sunt in mundo visibilibus atque delectabilibus auulsi mentem meam & desiderium meum, ut tibi pura mente & mundo corde totus intenderem, siquæ fieret mea oratio tibi magis accepta & exaudibilis. 4 Cognoui enim, & certe mihi persuasum habeo de te, quod non sis tu (ut vulgo sunt potentes inter homines) durus, morosus, & crudelis, sed magis benignus, placidus, & dulcis, quem facile sit prece flectere: mitis quoque & propiciabilis, ad dimittendum poenitentibus pronus ac facilis: item quod sis magna & infinita misericordia, ad concedendum postulata humiliter poenitentibus: \* idque non erga vnum tantum aut alterum, non erga hanc gentem solam aut solam illam, sed erga omnes indifferenter, absque personarum acceptione, quicumque ex fidei corde te inuocant in veritate, ad eum modum quo tu vis & nos decet te inuocare. 5 Qua consideratione ego animatus, spe exauditionis cõcepta, fidenter ad te fundo orationem meam, petens, ut aures tuæ misericordiae ad eam dignanter accomodes, utique voci deprecationis meae benignus intendas: ut si iustum & bonum inueneris quod propono, benigne illud adimpleas. 6 Hoc enim mihi consuetudinarium est hoc vetus ac solitum mihi est refugium, in omni mihi obuiente tribulatione, ut ad te leuè vocè clamoris mei, ut ad te clamās, & orsam confugiā: \* quoniam te domine fidelè semper iueni auxiliatorè, non soles repellere humiliter deprecantem, sed benigne potius exaudire & opportunè ferre auxilium pro tuo beneplacito. Propter quod, olim non semel tui auxiliū fidem expertus, semper in angustiis ad te volo confugere. 7 Et quem aliū possiem ego cõmodiorem inuocare auxiliatorem, aut ad quem confugere protectorè meliorè, quam ad te domine Deus meus? Non est enim in omnibus diis, qui sit tibi similis: non est in omnibus potentibus, siue angelorū bonorū vel malorū exercitibus, siue in saeculi potētibus quicquam, qui tibi valeat cõparari: siue potentiam spectemus, siue veritatem & fidelitatem, siue etiam bonitatem & misericordiam: neque in omnibus diis gentiū qui falsa appellatione dii nominantur, quicquā potest inueniri similis tui, qui sic possit subuenire inuocantibus: \* & non est quisquam similis tui in operibus, qui possit operari similia eorum quae tu facis, opera tanta potētiae & virtutis, cuiusmodi tu monstras in omnibus. 8 Propter quem super omnes præcellentia, cunctae nationes populorū, quas tu tam secundum animam, quæ secundum corpus creasti, veniant ante conspectum tuum, tēque adora bunt, & rex regum & domi-

A *& adorabunt coram te domine:*

\* *& glorificabunt nomen tuum.*

9 *Quoniam magnus es tu, & facies mirabilia: \* tu es Deus solus.*

10 *Deduc me domine in via tua, & ingrediar in veritate tua:*

B \* *letetur cor meum, ut timeat nomen tuum.*

11 *Cõfitebor tibi domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in aeternum.*

12 *Quia misericordia tua magna est super me \* & eruisti animam meam ex inferno inferiori.*

13 *Deus iniqui insurrexerunt super me, & Synagoga potētium quaesierunt animam meam: \* & non proposuerunt te in conspectu suo.*

14 *Et tu domine Deus miserator & misericors: \* paties, & multa misericordia & verax.*

15 *Respice in me, & miserere mei: \* da imperium tuū puero tuo:*

\* *& saluum fac filium ancillae tuae.*

ne dominantium: \* dabuntque gloriam, & honorem exhibebunt magno nomini tuo. Veniet enim tempus, quando tibi flectetur omne genu caelestium terrestrium, atque infernorum: quando ante te congregabuntur omnes gentes, quando omnes manifestabuntur & exhibebuntur ante tribunal tuum, ut referat vnusquisque prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum: quando, velint, nolint, cogentur omnes tua maiestatis superexcellētiam agnoscere, tēque solum ut verum Deum & supremum iudicem adorare, ac tuae obedire sententiae. 9 Et id quidem optimo iure. Tu enim verè es in omnibus, & per omnia magnus, id quod & in opere potēter ostendis, dum operaris pro tuo placito admirabilia quaecumque volueris: \* profecto tu solus es Deus viuus & verus, & non est extra te alius. 10 Ut autem tibi sicut iustum est sincera valeam seruitute placere, quæso, sis tu mihi ductor atque director in via præceptorum tuorum, per quam tu nos ambulare voluisti, nequædo aberrem à via recta aut declinem, siue ad dexteram, siue ad sinistram: & tuo ducatu directus ambulè in veritate & æquitate iustitiae tuae, alienus ab omni iniquitate & iniustitia: \* fac letari in te sancta lætitia cor meum, fac me sancto gaudere gaudio in dulcedine spiritus tui, ut debito timore & amore reuerear nomē tuum, ut gustata paternae suauitatis dulcedine cor meum in hilaritate te dilectat reuereri, ad eum modum quo filium decet timere atque reuereri nomen paternum. 11 Confessione laudis ego te celebrabo domine Deus meus, ex toto affectu cordis mei: & nomē tuum sanctum atque in saecula benedictum ego laudabo & glorificabo, donec viuam in perpetuis æternitatibus, ita ut in perpetuum nunquam poenitus deficiat laus tua ab ore meo. 12 Neque illud quidem immerito, quoniam quidem misericordia tua erga me magna est nimis, quoniam misericordiam maximam mihi demonstraisti, egistique mecum misericorditer valde, supra quam explicare aut etiam cogitare possim: \* & tu saluasti animam meam à profundo lacu inferni, tu me tua benignissima custodia præseruasti & custodisti à damnatione mortis & inferni, in quo paupolominus habitasset anima mea, nisi tu Domine me adiuuisses. 13 Ecce enim, Deus piissime, impii demones, eorumque ministri & membra, homines peruersi, feroci animo & crudeli proposito insurrexerunt aduersum me: & congregatio fortium, qui me (quantum ex memetipso) multo sunt potētiores, conatur me perdere, & morte afficere: \* & non habent te dominum Deum ante oculos, non te metuunt, non est timor tuus ante oculos eorum, ut desistant à suo peruerso proposito, à perditione innocentis. \* Non etiā attendunt te, neque considerant, quod tu sis mihi auxiliator: atque idcirco tantum me in memetipso considerantes, & meam debilitatē cum sua fortitudine conferentes, ita confidunt se mihi posse præualere, nec verètur oppugnare seruum tuum. 14 Ego verò nequaquam in memetipso cõfido, neque in propria virtute spē habeo, sed in te domine Deus meus, qui semper tuis supplicibus misereri es solitus, & cuius sunt milerationes à saeculo super omnia opera tua, quæ admodum & es natura misericors, imò ipsa immensa & inexhausta misericordia: \* quies in super longanimis & patiens in dissimulando peccata hominum & differendo vindictam, quo sic per longanimitatē peccatores inuites ad poenitentiam: multa quoque misericordiae, nimirum infinita & inexhausta, per quam semper es paratus redeūtes per poenitentiam recipere in gratiam, & nihilominus verax, iustissimus videlicet remunerator omnium humanarum actionum, & fidelis in omnibus verbis ac promissionibus tuis. 15 In te (inquam) est spes mea omnis & tota fiducia, tu benignis misericordiae tuae oculis in me seruum tuum aspice, & misericordiam tuam ostende mihi: dum illi e contrario, omni studio & toto conatu mihi machinatur mala, ut tua misericordia adiutus illo- rum possim feritatē effugere, ne mihi inusta desiderium suum præualeat: \* da mihi seruo tuo ex bona voluntate tibi famulari cupienti, imperium, dominium, & victoriā super inimicos meos: da mihi fortitudinem per quam illos possim superare atque subiicere mihi, per quam exaltari valeam, super illos, illisque enadere superior: \* ab omnibus inimicis saluum fac me, qui sum filius ancillae tuae, Ecclesiae sanctae ancillae tuae, quæ me tibi per fidem & verbum tuum in spiritu sancto genuit: \* qui etiam sum pauperculæ matris meae, humilis tuae ancillae, filius. Sum enim ego seruus tuus & filius ancillae tuae, quoniam & ego seruus tuus sum, & mater mea tua est vernacula atque ancilla: quoniam æque & ego & omnes pro-

16 Fac mecu[m] signum in bono: \* vt videat qui oderunt me & cofundatur, quoniam domine adiuuisti me, & cofolatus es me.

genitores mei, serui tui sumus. 16 Ostende erga me signu[m] aliquod misericordiae & beneplaciti tui, quo possint cognoscere aduersarii mei, q[uo]d te habeam mihi propiciu[m] & protectorem: demonstra indicio aliquo liberationis gratuita, quod tibi sit in me beneplacitum: \* vt hostes mei qui me implacabili odio persequuntur, id videtes, confundantur & erubescant, cum viderint me tuo auxilio defensum atq; munimentum, & tua consolatione sancta corroboratum, vt nulla illis spes esse possit de me obtinendi impium suum desiderium & iniquum profectum.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXXXV.

Versu. 2. Custodi animam meam, quonia[m] sanctus sum. Si de Christo domino singulariter Psalms exponatur, nullum est dubium, quomodo sanctum ipse se iuste possit asserere, cu[m] sit sanctus sanctorum, sanctificans omnia: qui non ad mensuram accepit spiritum, vt esset absque mensura sanctus. Si vero ad vnumquemque fidelem dicamus pertinere Psalms (iuxta Elucidationis processum) nec sic quide[m] difficile est intelligere, quomodo fidelis ex testimonio bonae conscientiae se dicat sanctum, videlicet participatione plenitudinis Christi. Nam vt ille per spiritum acceptu[m] non ad mensuram, sanctus est non ad mensuram: ita singuli nos de eius plenitudine accipientes, sanctificamur in spiritu eius, efficiamurq; ad mensuram sancti. Vnde Paulus Apostolus ab idololatria ad Christum conuersis Corinthiis, Et haec (inquit) aliquando quidem fuistis, id est, idolis & peccatis seruientes, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. In eodem quoq; capitulo, etiam membra & corpora nostra quomodo sancta sint, declarat, dicens, Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Et iterum, An nescitis quia membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, & non estis vestri? Sanctificamur ergo quicumque spiritum Christi accipimus, primum quidem in membra Christi, vt illius sancti sanctorum membra simus, sitq; ille caput nostrum. Deinde, vt templum simus spiritus sancti, atq; adeo totius superbenedictae Trinitatis. Merito proinde incessanter clamemus ad dominum, dicentes, Custodi animam meam, quoniam sanctus sum. Nisi enim dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilant custodes. Attamen omni diligentia curandum nobis est, vt in quo sanctificati sumus, in eo permaneamus: ne semel facti membra Christi, iterum efficiamur membra diaboli & ne semel facti templum spiritus sancti, iterum efficiamur mancipia & habitaculum spiritus maligni. Non est enim aequum tollere membra Christi, & facere membra diaboli: neque iustum est conspurcare templum Christi, & facere habitaculum diaboli. ¶ Versu. 3. Latifica animam serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuauit. Diligenter nota, quod addit, Quoniam ad te domine animam meam leuauit. Hic enim ordo seruandus est, vt qui latificari quaerit a domino Deo suo, qui diuinis refici exoptant consolationibus, ad Deum studeant toto conamine leuare suas animas. Quae enim in imis huius mundi, in facibus & caeno temporalium voluptatum adhuc immerse iacent, capaces non sunt caelestis illius & diuinae laetitiae. Quae autem semetipsas ex luto illo caeno temporalium extricantes, ad aeterna erigunt, ad Deum se leuant, temporalem & vanam letitiam abnegantes, iuxta quod in alio Psalms spiritualis homo loquitur, dicens, Renuit consolari anima mea. Huiusmodi merebuntur diuinis consolationibus & castissima spiritus iocunditate visitari & oblectari. Sed & in aliis copluribus locis, quoties Propheta magnum aliquid a Deo postulat, hoc inuenimus specialiter ipsum premittere, quod animam suam eleuauerit ad dominu[m]. Veluti Psalms. 24. Ad te domine (inquit) leuauit animam meam, Deus meus in te confido, non erubescam, Neque irideant me inimici mei. Et Psalms. 142. Notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te leuauit animam meam: Eripe me de inimicis meis, domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam. Videlicet hoc modo orandi significare volens, frustra nos quae sunt Dei expectare aut postulare, nisi ad illum satagamus leuare animas. ¶ Versu. 4. Quoniam tu domine suavis & mitis, & multae misericordiae omnibus inuocantibus te. Datius ille nouissimo loco positus, omnibus inuocantibus te, refertur ad singula precedentium trium, hoc modo, Tu Domine suavis es omnibus te inuocantibus, tu mitis es omnibus te inuocantibus, tu es multae misericordiae omnibus inuocantibus, id est, erga omnes inuocantes es copiosus in misericordia & multum misericors. Potest autem inter haec tria apta quadam poni distinctio. Est enim Deus suavis, id est, benignus & dulcis. Nam in Graeco ponitur χρηστός, quod significat benignum, & in Hebraeo τωφ, quod significat simpliciter bonum. Est enim Deus benignus omnino & bonus, benigne & dulciter agens cum seruis suis, pauca ab illis & factu facilia exigens, neque nisi quae illis vtilia sunt, insuper etiam ad perficiendum illos fideliter adiuuans. Secundo autem loco in Graeco habetur εμενής, id est, modestus & mitis, videlicet qui non a penitentibus peccatoribus extremum exigit, neque extremum sequitur iustitiae rigorem, summum ius exigendo, extremamue solutionem exposcendo, sed facile placari permittit, facile recipit in gratiam redeuntes. Nam haec est virtus iustitiae, non extremum sequi iuris rigorem, sed dispensare ac dissimulare nosse pro loco & tempore, conditione personarum expensa. Et hanc significationem habet etiam vox Hebraica hoc loco posita, quae venit a verbo salach, quod significat dimisit vel propiciat est. Vnde dictio hoc loco posita valet fere idem quod propiciabilis, vel facilis ad dimittendum: quemadmodum & beatus Hieronymus vertit, bonus & propiciabilis. Felix adiicit, vel parcens, id est, ad parcendum facilis. Apertius etiam hoc ipsum indicat Chalda. Paraphrasis, quae sic habet, Quonia[m]

Ioan. 3.

Ioan. 1. 1. Cor. 6.

Psal. 126.

Psal. 76.

Psal. 24.

Psal. 142.

A tu Deus bonus es, iustus, & remittis iis qui conuertuntur ad legem. Inueniuntur autem duo haec, quae Psalms hic connectit, etiam Paulus quodam in loco coniunxisset, vbi Corinthios obsecrat per mansuetudinem & modestiam Christi. Quod enim mansuetudinem dicit, ad suauitatem pertinet: quod vero modestiam, ad istam mititatem. Nam pro modestia idem vocabulum ponitur iustitia, cuius hic ponitur adiectiuum. Quod autem tertio loco ponitur multa[m] misericordiam, siue copiosus misericordia, id generale est tam ad peccatorum dimissionem, q[uam] ad beneficioru[m] exhibitionem spectans. ¶ Versu. 8. Omnes gentes quascunq; fecisti, veniet, & adorabunt coram te domine. In Elucidatione huic versum exposuimus de nouissimo iudicio magni die, quado omnes exhibebuntur ante tribunal iudicis: & palam omnes boni atq; mali coram eo astabunt iudicandi, iuxta illud Propheticu[m], Vio ego, dicit dominus, quonia[m] mihi flectetur omne genu, Potest tamē intelligi de conuersione populorum in tempore gratiae, quando exeunte sono praedicationis Apostolicae in omnes fines orbis terrarum, ex omnibus gentibus aliqui conuerfi sunt ad fidem Christi, qui ipsum adorauerunt & glorificauerunt, vt summum & verum Deu[m]. ¶ Versu. 10. Deduc me domine in via tua, & ingrediar in veritate tua. Ingreddiar potest accipi, vt sit imperatiui siue deprecatiui modi, sicut quod praecedit verbum, deduc, & quod subsequitur, letetur: cui consonat quod ex Hebraeo vertit beatus Hieronymus. Deduc me domine in via tua, vt ambule in veritate tua: secundum quemmodum & nos in Elucidatione exposuimus. Vel potest accipi vt indicatiui modi B futuri temporis: eritq; sensus, Tu esto mihi ductor, & ego ambulabo, te ductore, in veritate tua. ¶ Versu. 12. Eruiisti animam meam ex inferno inferiori. Si Christo applicetur Psalms, intelligenda erit haec liberatio animae ipsius ex inferno inferiori, secundum id quod in alio Psalms ex persona eiusdem domini nostri ad patrem dicitur, Quonia[m] non derelinques animam meam in inferno, quonia[m] videlicet animam Christi omnipotes pater non permisit descendere in damnationem inferni cum reprobis, qui infernus merito dicitur infernus inferior, pro quo beatus Hieronymus vertit infernu[m] extremu[m]. Imo neq; in limbo patrum (qui superior quidam infernus merito appellari potest, respectu loci damnatorum) detineri animam eius permisit, sed loco illo tantu[m] visitato, patribusq; de captiuitate liberatis, fecit eam in corpus reuerti, atq; ita in calum vnā cum resuscitato & glorificato corpore gloriose ascendere. Cum vero generaliter fideli consiliet Psalms applicatur, accipitur versus iste vt gratiaru[m] actio pro liberatione ab inferno, videlicet quonia[m] per Dei magnam misericordiam agnoscit se a mortalibus peccatis (in quae ceciderat, & pro quibus inferioris inferni damnationem comererat) liberatu[m], ex misericordia & liberali peccatoru[m] dimissione. Vel quia agnoscit Dei esse beneficium, q[uo]d non in peccata talia ceciderit, & q[uo]d non filius sit mortis effectus. Id enim quotquot omnes fateamur necesse est, Dei gratia & munus esse, siue q[uo]d a peccatis nostris penitentiam agentes reuertimur, siue quod in eiusmodi peccata non cecidimus, pro quibus mortis damnationem fuisset comeriti: vt tamen immaculata sanctitas, q[uo]d penitentiae veritas, Deo referatur accepta, & pro vtraq; merito illi agatur debita gratia. Veritatem posset infernus iste inferior recte etiam intelligi carcer malae & desperatae conscientiae. Vere enim infernus est, & inferior atq; extremus infernus est, carnificina malae & desperatae conscientiae. Et erit hic infernus multo damnatis intolerabilior, q[uam] ipse ille corporalis locus horrois, quē illis Deus deputauit, vt in eo cu[m] angelis malis in aeternum puniatur. Ab hoc autem inferiori inferno subinde Deus homines in hac vita degentes liberat, & velut a morte ad vitam reducit, atq; ex profundo horrois puto in claritate aerae supernae educit: qui proinde, agnito Dei beneficio, tanto post maiore affectu suo liberatore afficiuntur, agētesq; gratis tanto affectuosius insunt, quanto maioris miserationis circa se perfectu[m] opus, reuelato mentis oculo, conspiciunt. ¶ Versu. 15. Da imperium tuu[m] puero tuo. Graeca dictio quae respodet imperio, nepe *κράτος*, ambigua est significationis. Interdum enim significat potentiam, vt apud Luca[m] in catico beatae Mariae virginis, Fecit potentiam in brachio suo, vbi Graece legitur *ἐποίησε κράτος*. Hinc Graeco vocabulo Deum appellamus *παντοκράτωρα*, id est, omnipotentē. Interdum vero significat imperium vel potestatem, qualem habet superior super inferiore. Vnde Deu[m] vocamus *κράτωρα*, id est, mundo imperantem, vel mundi dominantem, id est, super omnia quae in mundo sunt potestate atq; imperium habentem. Neq; sunt iuxta veritatem haec duae significationes abinui-cem diuersae, si potentiam intelligamus imperialem & potestatiuam (vt ita loquar) per quam quis super alium obtinet imperium. Non enim nisi per imperialem suam potestatem Deus omnium dominatur, neq; aliter super cuncta habet imperiu[m], nisi quia ipse est omnipotens. Secundum haec ergo diuersimode locus praesens a diuersis inuenitur translatus. Na lectio Psalterii Romani pro imperio habet potestatem. Da potestatem (inquit) puero tuo. Hieronymus autē legit, fortitudinē. Quae lectiones facile redduntur in concordiam, si intelligamus tale postulari a Deo fortitudinem, qua inimicis persequētibus possumus euadere superiores, vt non nos illis veniamus in subiectionem, sed ipsi eccontrario nobis in potestate veniant, & iubiiciantur confusi atq; deuicti. Talis est fortitudo, quam a Deo petimus, talis potestas, tale imperiu[m], quod postulat in persequutione positus homo spiritualis. Illi tamen qui Psalms peculiariter accommodant Christo, imperiu[m] istud poterunt exponere absq; incommodo, potestatem illam quam ipse accepit a patre post resurrectionem, de qua in Psalms. 2. ex patris persona dicitur, Postula a me, & dabo tibi gentes haereditate tua, & possessionem tuam terminos terra: & de qua ipsemet Christus a discipulis abscedens loquitur in Evangelio, dicens, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. De qua etiam potestate, multis in locis multa loquitur sanctus Apostolus. At tunc quidem ancilla illa, cuius se filium Christus loquitur, manifestum est debere intelligi illam benedictam terram de qua in Psalms precedenti fecimus mentionem, Deiparam virginem Mariam: quae etiam seipsam ancilla Dei in suo iucundo catico humiliter nūcupauit, vt nūc a filio hic loquēte eam audimus nūcupari. Conformerter quoq; in versu sequenti illud signum in bono quod secum fieri optat, intelligeretur Christi

2. Cor. 10

Flaie. 45

Rom. 14

Psal. 18

Psal. 13

Luca. 1

Psal. 2

Psal. 28

Luca. 1



resuscitatio, & in caelum assumptio. Na hoc signum fuit, quod omnipotes pater cum Christo fecit, E quod erga ipsum demonstrauit in bonu, quo se ostendit illi diligere, sibiq; in illo esse beneplacitu: in quo etiam signo, euidentissime omnium aduersariorum Christi apparuit confusio, ita ut medacio & pecunia cogeretur rubore suae verecundiae palliare, quando custodibus data copiosa pecunia, ut veritatem tacerent, medacibus linguis rumorẽ fallum sparserunt in populo, dicentes, quod custodibus dormientibus fuissent illum suffragati discipuli. Quidam etiam personam Dauid applicant Psalmum, neque omnino incomode. Iuxta quam applicationem, Dauid in persecutionibus positus postulat, calidus sibi dari contra hostes fortitudinẽ, qua possit illorum superare persecutionẽ, petiitq; liberationis signu & salutis erga se a Deo monstrari, ut confusi hostes abscedant, desistantq; a proposito malitia, cum dominu viderint pro seruo suo dimicantẽ, quẽ admodum non semel in sacris regnorum historiis legimus accidisse. Vique adeo enim nouis admirabilibusq; modis subinde Deus suum Dauid liberavit de manibus Saulis, ut nemini non esset perspicuu, solius Dei fuisse talẽ liberationẽ, ita ut nimia coactus euentia ipsemet Saul, licet obstinatissimo animo esset contra Dauid, aliquoties legatur a persecutione populũ reduxisse in propria. Quod si etiam Dauid introducamus postulante dari sibi imperiu, & regnu super populũ domini, non ambitionẽ aut superbiam illi impingimus. Poterat enim is qui regẽ se a Deo vnctum sciebat, postulare, ut Dei in se propositum adimpleretur. Illa tamen sententia, qua in Elucidatione explanauimus, potior videtur. ¶ Versu eodẽ, saluum fac filium ancillę tuę. In Elucidatione duplex est monstrata intelligentia, secundum quarũ vtranq; singulis fidelibus versus iste possit conuenire. Secundum priorẽ nanq; intelligentia, ancilla ista accipitur Ecclesia, qua dicitur ancilla Dei, ipsi videlicet seruis deuotione fidei & operibus placitis. Posterior autẽ magis videtur probada, qua ad maiorẽ perfectiorẽq; humiliatõẽ seipsum nominat non solum seruum Dei, sed etiam ancillã eius filiu. Pro cuius intelligentia nota, quod idã esse seruos qui casu aliquo vel euentu in seruitutẽ venerunt suis dominis, ut qui sunt quidẽ liberi natiuitate, sed bello superati, in captiuitatẽq; abducti & vendati in seruos, tali sic euentu ex libertate veniunt in conditionẽ seruile. Id ipsum & aliis variis modis contingit. Et qui sic facti sunt serui, licet dominos appellẽt illos quibus venerunt in subiectionẽ, non tamẽ matres illorum ancillã fuerunt eorundẽ dominorum. Na ex progenitoribus liberae sunt conditionis, tantũ ex euentu facti serui. Sunt verõ alii, qui ex ipsa sua origine sunt serui, ut pote qui in seruitute sunt geniti, quorum patres matresq; in seruitute domini alicuius tales proles genuerunt. Atq; hi longe magis sunt viles & humiles prioribus, estq; maioris humilitatis sic ex progenie natũ esse seruũ, q̃ ex accidente seruũ tantum fieri. Volẽs ergo significare seruos Dei maximã suam erga Deũ subiectionẽ, & summã humilitatem indicare, non tantũ se fatetur seruum Dei, sed & matrem suam fatetur eiu (idẽ ancillã, cum se nominat filiu ancillã eius. Aperto enim cõsequo elicitur, meã matrẽ esse ancillam Dei, si ego me fatear esse filium ancillã eius. Intelligit autẽ in matre totã progeniẽ, patrem, auum, atauum, tritauum, & vniuersum genus vsq; ad primum parẽtem. Omnes enim progenitores nostri, viliissimi serui & ancillę Dei fuerunt. Secundũ hunc quoq; modũ in Psalmo. 115. positus in extasi vir fidelis, magno deuotionis affectu loquitur, dicens, O domine, quia ego seruus tuus, ego seruus tuus & filius ancillã tuã. ¶ Versu vltimo, Fac mecu signum in bonũ. Nos simpliciter interpretati sumus, Demõstra erga me indiciu aliquod bonitatis tuã & beneplaciti, atq; amoris erga me, ut vidẽtes inimici tuo me saluum auxilio, cõfundantur. Potest etiã sic intelligi. Exhibe circa me signum & prodigium in bonum, id est, prodigioso aliquo signo me libera ab inimicis, ut aperte vidẽtes inimici tuo me iuuari auxilio, cõfundantur. Vnde quidã ex Hebręo sensum hunc magis q̃ textus verba sequutus, ita vertit, Insigniter benefac mihi, &c. Optime autẽ hanc postulationẽ impletã cognouimus, tam in persona Christi (in cuius resurrectione signũ Ionã Prophetę, & prodigiu maximũ fuit exhibitum) q̃ in persona Dauid, qui non sine maximo miraculo de summa miseria in qua erat, cum fugitiuus ageret in desertis & montibus, ad gloriosi regni magnificentiam tandem fuit subuectus. Vere enim prodigium magnum erat, videre iam super omnẽ Israelẽ longẽ latẽque dominantem, cui pridem vix pro corporis salute tutũ erat angustã alicuius spelunca latibulum. Cum omnibus quoque fidelibus signum faciet Deus in bonum, & prodigiosum aliquid erga eos operabitur, quando eos tam ex se imbecilles & miseros, de tantorum hostium, tamque fortium & crudelium potestate liberatos, sublimabit in gloria felicitatis æternã, impiis ad suam perpetuam cõfusionem, id cum dolore dentiũque stridore cernentibus.

LXXXVI. PSALMI ARGUMENTVM.

Ex abundantia cordis in hoc Psalmo, verborum quidem numero modico, sed maiestate sensus multum dissimili, prorumpit Psalmista in laudes Ecclesie, quam dicit in montibus fundatam, portas habentem Deo super omnia tabernacula Iacob dilectas, de qua gloriosa dicit esse predicta. Cuius etiã versu tertio & quarto miram describit amplitudinem, utpote quæ intra sese concludat cunctarum gentium quondam a Deo alienarum nationes. Versu autem quinto admirabilem eius depingit gloriam, quod in ea natus sit qui ipsam fundauit & condidit, quod in ea Deus homo factus sit, quemadmodum in scripturis predictum id fuerat & presignatum, ad instructionem populorum: nouissimo tandem versu, huius ciuitatis & omnium in ea habitantium prospiciẽs præzuncianq; lætitiã. Parum autem refert, an de Ecclesia militate, an de triumphante, Psalmũ intelligamus, utriq; enim recte omnia conueniunt, sed huic perfectius, illi secundum suum modum imperfectius. Præstat autem, ut simul de vtraque Ecclesia Psalmus intelligatur. Ad vnum nanque spectant, & est vnus vtriusque Dominus: ciues quoque iidem sunt, qui ab vna transiunt in alteram, quasi ab anteriori atrio ad interiorẽ thalamum.

A  
1 Fundamenta eius in montibus sanctis:



uitatis illius quam mente contemtor in tempore gratia per Messiam adificandum, Ecclesia illius sancta quam sibi in domũ & ciuitatẽ adificabit rex magnus in plenitudine tẽporis adueturus, huius, inquam, ciuitatis, domus & adificii fundamenta erunt in sublimibus illis montibus, Apostolis atq; Aposto Roma. 8. licis viris, quos sui spiritus primitiis copiose sanctificabit adificator huius adificii Deus, facietq; in veritate sublimes & immobiles. Qui. 1. Petr. 2. cunq; enim in hoc adificio coadificabuntur in habitaculum Dei, tan Ephe. 2. quam lapides viuũ, superadificari eos necessum erit super fundamentum Apostolorum & Prophetarũ: quemadmodum & ipse consequen. 1. Cor. 10. ti ordine super Petram Christum, & super fundamentum illud preter quod nemo potest aliud ponere (quod est Christus Iesus) erunt firmiter adificati: \* neq; mirum, si super talia tamq; pretiosa & sublimia fundamenta edificabitur ciuitas illa, spiritualiter dicta Sion (propter lucentis in ea fidei speculationem, atq; etiam propter singularem Dei electionem) quoniam quidem diligit dominus eam multo amplius, quam veterem illam Synagogam, imò ipsas portas, ipsum tantum introitum huius Ecclesie nouæ, quam in spiritu præuideo adificandã, magis diligit, quam omnia tabernacula, omnes habitationes veteris illius Israelitici populi, adeo ut præ nimio illius amore videri possit hunc populum non amasse. \* Ipsa etiam stabilitatem Ecclesie nouæ, quam sibi mansionem stabilem & nunquam commutandam elegit, diligit multo amplius, quam Synagogam veterem, quam ad tempus tantum inhabitare voluit, magis ut in tabernaculis q̃ in domo & ciuitate stabili. 2 O ciuitas nobilis magni Dei, qua artificem & conditorem es habitura, non Beseleel, non Moysen, nõ alium quemlibet hominẽ, sed Dei filium, quãmq; Deus ipse ut domũ suam inhabitabit: q̃ gloriosa, q̃ magnifica, q̃ eximia sunt, quę de te per sanctos patres & prophetas sunt predicta: \* quæq; de te sunt in secretis diuinitatis concilio definita, & ab æterno ordinata: quã magna sunt, quã in te implebuntur in tempore suo, iuxta quod a Deo præordinata sunt, atq; per viros sanctos prænunciata. Talia profecto sunt & tanta, ut eorum comparatione nihil videri possint, quęcunq; olim veteri illi Iudaico populo fuere exhidita. 3 Vox domini. Intra hanc ciuitatem non solum vnã aliquam gentem concludã, aut vnus generis populum, quemadmodũ olim synagogam mihi ex sola natione Israelitarũ segregaueram: sed ex omnibus gentibus, populis & linguis, ex omnibus nationibus quę sub celo sunt, edificabo eam. In adificando enim ciuitatem istam, etiam Aegypti & Babylonis ero memor, etiã Aegyptios & Babylonios qui antẽ fuerant idololatra & alieni a me, ego tum agnoscam, eos videlicet qui ad Apostolorum prædicationem me voluerint agnoscere, quicunq; sunt ex eis me per fidem cognituri, & in nomine meo credituri. 4 Imò verò Philistęi alienigenæ, qui antẽ fuerant a me alienissimi, imò populi mei aduersissimi hostes, Tyrii quoq; & Sidonii, quique longẽ habitant in extremo terrę Aethiopes, ecce omnes hi illic erunt in adificio ciuitatis illius, hi oēs inueniuntur. Ex omnibus enim gẽtibus, populis, tribubus, & linguis, ex omnibus sinibus orbis terrę congregabo mihi electos meos, quos oēs vno eodemq; spiritu regeneratos in vnã Ecclesiam coadificabo, tanquã 1. Cor. 11. lapides viuos, in habitaculum meum in spiritu sancto. Neq; omnino 1. Petr. 2. quisquam excludetur a ciuitatis illius glorioso adificio: sed absq; per Ephe. 2. sonarũ acceptione, in omni gẽte, qui crediderint in nomine filii mei, Actũ. 2. eumq; aduenientẽ receperint, coadificabit eos in habitaculum Dei, Ioan. 1. facietq; filios Dei illos fieri, qui vsq; tũ alienissimi fuerant a Deo, & testamento promissionũ meorum. 5 Vox prophetę. Illud quoque summe admirabile mysteriũ, nunquid homo dicit aut explicabit Sion? nunquid explicare vllus homo, aut persuadere ipsi Sion poterit hoc mysteriũ & enigma quod proponitur? videlicet q̃ in ea esset homo & vir quidem temporali natiuitate nasciturus, qui tamen idem ipse secundum veritatem omnibus excellior & maior, eam fundaturus esset atq; edificaturus: quomodo mysteriũ hoc vllus hominũ posset dicere & explicare Ecclesie, quod ipse huius ciuitatis adificator, in ipsa, quã ipse erat edificaturus, ciuitate nasceretur? Nonne gloriosum, hoc est, & inauditũ, humanõq; ingenio incomprehensibile? Et hoc tamen ita

\* diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

2 Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.

3 Memor ero Raab & Babylonis scientiũ me.

4 Ecce alienigena & Tyrus & populus Aethiopum hi fuerunt illic.

5 Nunquid Sion dicit homo? & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus.



6 Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum horum

2. Tim. 3. qui fuerunt in ea.

2. Petr. 1.

7 Sicut letantium omnium habitatio est in te.

Ephe. 2. Ioan. 16.

in te futurum est, o civitas Dei, cu[m] Dei filius ex virgine fidelissima & immaculatissima carne assumens venerit in mundum, ad te ex omnibus gentibus (vt iam vox domini protestata est) edificanda. 6 Et quoniam id prorsus foret incredibile humano ingenio, ne ob nostri sensus crafitiam non acceptaretur Dei veritas, voluit Deus mysterium illud in scripturis sanctis patefacere, vt per fide[m] fieret credibile quod per ingenium humanum non potuisset comprehendere: quae sane scripturae sunt fidelium populorum, & principum atque rectorum, isti fuerunt, vel futuri sunt in ea ciuitate principes. Sanctae enim scripturae a Deo datae sunt Ecclesiae sanctae, in maximu[m] beneficium, ad edificationem & instructionem populorum, quandoquidem omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonu[m] instructus. Sunt quoque scripturae istae principum & rectorum qui in Ecclesia fuerunt vel futuri sunt, vel quonia[m] per ipsos sunt descriptae ex inspiratione Dei. Nam spiritu sancto inspirati, loquenti sunt atque descripserunt eas sancti Dei homines. Vel quia ipsi ex his hauriunt quae populis effundant, veritatem omnem ex eis quasi ex ore Dei addiscentes, quae commissos sibi populos pascunt. 7 Sed quid multa de te o gloriosa Dei ciuitas, tentamus dicere? Magna quidem & multa sunt, sed adhuc abscondita quae de te dicta sunt, & in te implebuntur in tempore suo. Neque ego nunc plura adiciam, nisi hoc tantum, quod propter abundantiam bonorum quae in te erunt, in laetitia vera & sempiterna viuent omnes habitatores tui, inhabitatio omnium qui intra te erunt, erit sicut magnificentium, exultantium, atque tripudiantium: quicumque intra portas tuas habitabunt, ciues sanctorum & domestici Dei, in maximo utique gaudio (quod nemo ab eis auferre poterit) & in maxima pace cordis (quam illis Deus dabit, & mundus vt non dare, ita nec auferre poterit) illic habitabunt.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXXXVI.

Versu primo, Fundamenta eius in montibus sanctis. Quomodo Euangelio amore ardens illa peccatrix femina, perditu[m] medici corpus, ab eo quae hortulanu[m] existimabat requirere, ex cordis abundantia prorupens in verba dicebat, Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi, & ego illum tollam: cum nihil in sermone praemississet, quod in pronomine illo posset accipi: ita & in proposito sermone, ex magna affectus abundantia, qui secum longa meditatione multa voluerat cordis suae tacita cogitatione, tandem spiritus seruore impulsus in verba prorumpens, ita loquitur ac si omnibus quid ipse mente gestat foret notum, neque aliter quam si ante de illo verba multa fecisset quod sola cogitatione apud sese reuoluit. Vnde patet, pauca haec verba & pauca syllabas, quibus constat hic Psalmus, ex profunda mentis consideratione, & abundantia[m] spiritus dulcedine procedere: quae ob causam, multa etiam in eis inuenitur difficultas & obscuritas. Nam sic fere obscurioribus sermonibus solent Prophetae depromere sacra mysteria, cum in ea totus animus reperetur profundius. De fundamentis autem istis, in Elucidatione latis indicauimus quae potissimum debeant intelligi, nimirum Apostoli sancti, quos & alias diximus montium nomine significari, vt Psal. 71. Suscipiant montes pacem populo. Et alibi, Illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis. In his autem montibus esse fundamenta ciuitatis Dei, nihil aliud sibi vult, quam montes istos eius esse fundamenta. Quod autem montes isti fundamenta sunt Ecclesiae Dei, Paulus apostolus manifeste indicat, cum Ephesius scribens, ita ait, Ita quae iam non estis hospites & aduenae, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, superedificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Quis vero melius nouit aedificii cuiuslibet fundamenta, quam architectus ipse aedificii? Paulo ergo credamus necesse est, qui (quod ad hoc aedificium attinet) sapientem se architectum alio in loco epistolarum suarum appellat. Neque vero hic solus Apostolorum minimus & abortiuus foetus fundamenta appellat sanctos Apostolos, verum etiam singulari priuilegio dilectus ille discipulus, in sua sancta Apocalypsi, ciuitatem quam conspexit, vidit habere fundamenta duodecim: in quo non dubium est, sanctum duodecim Apostolorum ceterum intelligi. Nam duodecim Apostolorum nomina, simul & agni, illis fundamentis duodecim vidit inscripta. Notandum vero quod vtrobique pluralem numerum ponens, fundamenta ciuitatis dicit esse in sanctis montibus: videlicet magna illuminatione numerum singulari illi fundamento & illi monti seruans, qui est fundamentum fundamentorum, & mons montium. Quod vnum fundamentum ille iam ante citatus architectus respiciebat, cum diceret, Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Cui etiam fundamento vnico, priora illa plura fundamenta initi, & in quo vno multa illa contineri & firmari insinuat, cum post fundamentum Apostolorum & Prophetarum, subiungit, dicens, Ipse summo angulari lapide Christo Iesu: in quo omnis aedificatio constructa crescit in templum sanctum, in domino. Quod & in praedicta Apocalypsi alter ille discipulus indicat, cum duodecim Apostolorum nomina dicit duodecim fundamentis inscripta, adiciens, & agni: quasi significare volens multorum fundamentorum vnum hoc praecipuum. Hunc eundem montem vnicum super omnes eleuatum, alius Propheta in spiritu conspiciebat, cum in

ventura tempora eminens prospiciens, clamaret, Erit, inquam, in nouissimis diebus praeparatus mons domus domini, in vertice montium, & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi. Sic ergo in sanctis montibus sunt ciuitatis huius fundamenta, vt haec vterius fundamenta vnum habeant fundamentum primum, in monte illo qui est sanctus sanctorum, altior omnibus. Aduerte autem, quod non solum Apostolos, verum etiam Prophetas & Patriarchas dicere possumus nouae Ecclesiae fundamenta, quatenus eadem est fides Patriarcharum & Prophetarum, qua ante Christi aduentum cuncta fidei nostrae mysteria credebant, & praedicebant, praesignabantque implenda, & qua sancti Apostoli post Christi aduentum cuncta salutis nostrae mysteria crediderunt, & docuerunt implenda. Praedictae expositioni non male consonat, quod habet Chaldaica Paraphrasis: Fundamentum eius super ore patrum qui fuerunt a principio. Versu eodem, Diligit dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob. Vide comparationem. Non dicit, Diligit dominus Sion, plusquam Iacob. Non dicit, Diligit dominus portas Sion, super portas Iacob. Non dicit, Diligit tabernacula Sion, super tabernacula Iacob: sed portas tribuens Sion, & tabernacula Iacob, hoc asserit, quod portas Sion diligit dominus super tabernacula Iacob. Qua in re illud primum enadit manifestum, distinctio hic poni inter Sion & Iacob, neque per duo haec idem intelligi. Vnde Sion recte putamus nouam Ecclesiam significari, Iacob vero synagogam veterem, Israeliticam plebem. Quid vero est, quod portas tribuit Sion, id est, Ecclesiae: Iacob vero, id est, Synagoga[m] veteri, tabernacula? Si tu melius aliud non habes, puto ego in hoc stabilitatem Ecclesiae nouae designari, & Synagoga[m] repudiationem. Portae enim non nisi munitorum locorum sunt, & fundamenta ac munitiones firmitatemque & stabilitatem habentium ciuitatum. Tabernacula vero non habent stabilitatem neque firmitatem. Et quidem donec in Synagoga Iudaeorum tantum Deus habitabat, quasi in tabernaculo potius quam in domo: in castris siue in tentorio, potius quam in ciuitate habitabat, nimirum vnde post modicum erat emigraturus. In noua autem Ecclesia stabilem sibi posuit mansionem, non eam relicturus vsque in consummationem saeculi. Nisi forte mentiri ipse potest, ex cuius ore audiuius, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem saeculi. Atque hanc sententiam in Elucidatione posteriori loco indicauimus. Praeterquam, alteram loco priori, nec illam quidem incommodam locauimus: vt secundum vulgatum loquendi modum significetur, longe maiorem & longe alium esse amorem Dei erga Ecclesiam, quam erga Synagogam: quod significari videtur, cum portas ipsius Sion dicit esse Deo magis dilectas, quam ipsa Synagoga tabernacula. Velut si dicam ego ad praefendum ciuitatem alteram alteri, huius solum introitu[m] esse meliorem vniuersis illius plateis & habitationibus. Alii vero per portas Sion intelligunt sacramenta nouae Ecclesiae, per quae est in hanc ciuitatem ingressus, sicuti per portas est in ciuitatem ingressus. Per tabernacula autem Iacob intelligunt umbras illas quas lex habebat, & in quibus sub lege Iudaei habitabant, in illis & sub illis ad tempus conclusi, vt coercerentur a grauioribus malis, sed in temporis plenitudine amouendis & abrogandis, vbi aduenisset lex libertatis: Versu tertio, Memor ero Raab & Babylonis, scientium me. Per Raab, Latinorum plerique intelligunt mulierem illam quae in Hiericho exploratores suscepit hospitio, & saluauit. Atque ita per Raab, quae meretrix fuisse dicitur, & Babylonem, per quam solet peccatorum congregatio designari, intellegimus facitores nominatissimos: quorum Deus memor fuit in tempore aedificationis Ecclesiae, quando illorum plurimos fecit poenitentiam agere vite prioris, & veteri exuto homine in nouitate vitae diligentissime ambulare, iuxta quod & Saluator ait in Euangelio, loquens Pharisaeis, Publicanis & meretricibus praecedent vos in regno Dei. Et alio in loco, Multi, inquit, venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham Isaac & Iacob in regno caelorum: filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Apte vero iuxta hanc expositionem, Raab fit specialis mentio, quae nuncios missos a Iosue suscipiens saluata est ab internicione & populo Dei adiuncta est, videlicet ad significandum in tempore gratiae peccatores omnes Apostolica praedicatione conuersos, qui per fidem & obedientiam ad Deum conuersi, salutem suam ex nunciis Dei consequuti per Christum. In Babylone quoque extitit Ninive, quam post tempora Dauid ad praedicationem Iona missi a domino & ex ore domini praenam praedantis, insignem legimus egisse poenitentiam, adeo vt eam Saluator dignam duxerit proponere in exemplum, ad perniciem Iudaicae ceruicis confusionem. Secundum hanc ergo intelligentiam, significatur peccatorum vilissimorum tempore gratiae conuersio, & in Ecclesiam cum caeteris coaedificatio, omnium eorum qui veram egerunt poenitentiam: vt deinde in versu sequenti, specialiter gentium intelligatur poni conuersio ad Ecclesiam. Si tamen Hebraeum consulamus, videbitur non hic nomen haberi mulieris illius supra nominatae quae Rachab per heth in medio scribitur, cum hoc in loco per heth in medio Rahab legatur. Propter quod in Elucidatione aliorum sequimur sententiam, qui per Rahab dicunt significari Aegyptum, cuius sententiae plures sunt Hebraicarum literarum periti: vt sit sensus, Memor ero Aegypti & Babylonis. Cuius etiam sententiae fuisse Chaldaica Paraphrasis aut horae, manifeste conspiciunt, qui pro Rahab posuit Mezraim, quod Hebraeis vbiq; significat Aegyptum, a Mezraim filio Cham: a quo vt originem, ita & nomen acceperunt Aegyptii, quemadmodum diximus in annotatione versus 55. Psalmi 77. Quidam etiam illud Esaias 31. Nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? id est, caput Aegyptiorum Pharaonem? Et in hoc loco penitus eadem distinctio inuenitur in Hebraeo, quae in presenti versu est posita, Rachab, per heth in medio distinctio. Beatus quoque Hieronymus non videtur illorum accedere sententiae, qui Rachab hic intelligunt meretricem. Nam in sua versione ex Hebraeo, non vt nomen proprium, sed vt appellatiu[m] transtulit, dicens, Commemorabor superbiae & Babylonis scientium me.

Nam Rahab per he in medio significat etiā superbum vel superbiā, à verbo Rahab, quod significat E excellit vel superbiuit. Et fieri potuit, imò verisimile est sic factum esse, vt à superbia siue excellētia Aegyptus tali denominatione fuerit appellata, q̄ insignis eorū fuerit semper superbia siue excellētia & gloria, propter omniū rerum abundantiam & potentia sublimitatē. Notandum quoq; est vbi iam vulgo legimus per genitiū scientium me, in Græco haberi datiuū, scientibus me, quo etiam Psalterium Gallicanū dicunt habere. Nam quod nos vulgo legimus per genitiū, videtur ex Romana lectiōe mutuātū. Facit autem casus datiuus aliam q̄ genitiuus sententiā, videlicet istam, Memor ero Rahab & Babylonis cognoscentibus me, hoc est, memoriā faciam apud cognoscentes me Rahab & Babylonis, memorabor istorū apud fideles meos, de eis loquar, & eos intra numerū fidelium meorum computabo, ceterisq; me agnoscentibus adnumerabo. In quem sensum quidā ex Hebræo, licet sententiā potius q̄ verba sequutus, sic vertit, Adnumerabo cognoscentibus me Rahab & Babylonē. ¶ Versu 4, Ecce alienigenæ. Per alienigenas intelligi Philistinos (quemadmodū in Elucidatione indicauimus) manifeste demonstrat lectiō Hebraica, quæ pro alienigenis habet nomen Palestina. Vnde Hieronymus ex Hebræo vertit, Ecce Palestina & Tyrus, &c. Id ipsum admonimus & in annotationibus Plal. 82. in versu. 6. ¶ Versu 5, Nunquid Sion dicit homo: & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus? Ex Hebræo patet, Sion esse casus datiuus. Propter quod ita in Elucidatione exposuimus, Nunquid homo dicit ipsi Sion, hoc est, nunquid aliquis hominū hoc sufficit ipsi Sion exponere, enarrare, & explicare, quod sequitur: videlicet, q̄ homo fit natus in Sio, qui idem ipse fundauit eam? Neq; enim secundum humanum ingenium id credibile aut persuasibile videtur, q̄ in ciuitate aliqua esset nasciturus infans, qui illam edificauit. Videtur enim includi in hoc repugnantia. Si enim ciuitas hanc ipse edificauit, fuit ergo antequam edificaretur ciuitas. Est enim efficiens causa, prior effectu: & artifex opus suum tempore antecedit, velut fabricator domum. Et si in ea hic natus est, fuit ergo illa (vt videtur) ante hunc qui in ea natus est. Locus enim in quo quis nascitur, præfuit ante eum qui in illo nascitur. Sed licet hoc mysteriū ipsi Sion homo dicere non potuit, licet nō homo id persuadere & credibile efficere potuerit, Deus tamen reuelans mysteria, fecit nobis id esse credibile. Propter quod subiungitur, versu sequenti, Dominus narrabit in scripturis populorum. Et hæc quidē sententiā iam assignata facilius est aliis quibusdam, quas in hoc loco ponunt cōmentatores. Veruntamen si ad originale lectiōē respiciamus Hebræam, profecto non magnam inuenimus cum prædicta expositione consonantiā, neq; in hoc versu, neq; in sequentibus. Propter quod, in annotationibus ex Hebræo aliam præter suprapositam dabimus huius loci intelligentiā, Hebraica lectiōni magis conformem: quam tamen hoc in loco effugiendam confusionem noluius constituere. Illuc te mitto, si tibi non satisfaciunt hic proposita.

LXXXVII. PSALMI ARGUMENTVM. G

**I**n toto Psalorum libro, vix est inuenire alium sequenti huic Psalmo similem. Alii enim Psalmi qui à tristitia incipiunt, tandem in letitia finem accipiunt: & plerumq; tanto maiori finiuntur gaudio, quanto à grauiori inciperunt ploratu, id quod in Psalmo tertio & sexto, atq; alijs plurimis apertissime quilibet videre poterit. Hic verò sicut in luctu incipit, ita & finit, non lenito dolore, non reddito gaudio, animo prorsus in nullo reuato. Est itaque oratio pauperis penitus derelicti in grauissimis afflictionibus & tribulationibus, siue corporis, siue animi, vel potius vtriusque: in qua pauper & afflictus multis verbis suam proponens miseriam, affectu maximo postulat misericordiam. Poteſt verò Psalms totus recte admodum Christo domino applicari, de passionis afflictione ad patrem clamanti, quemadmodum in annotationibus monstrabimus. Nos tamen in Elucidatione ita omnia temperauimus, vt vnicuique grauius tribulato possit apta esse forma clamandi ad dominum, ita tamen, vt Christum clamantem nequaquam excludamus.

OCTVAGESIMISEPTIMI PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 Domine Deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te.
- 2 Intrret in conspectu tuo oratio mea: \* inclina aurem tuam ad precem meam.
- 3 Quia repleta est malis anima mea: \* & vita mea inferno appropinquauit.
- 4 Aestimatus sum cum descendentibus

**D**omine Deus saluator meus, in quo omnis est spes salutis meæ, cuius solius est saluare, à quo vno salus vera est expectanda, eleuata voce orationis meæ, magno affectu, clamaui ad te per diem atq; noctē, in oratione iugiter perseuerans ante conspectū tuum, non abiiciens fiduciā, orationē non remittens, quo vel sic assidua te prece & clamore importu no flecterē. 2 Ingrediatu r p inde ante conspectum tuū deprecatio mea, non illā repellas, nō abiicias, sed dignāter ante misericordiē tuę sacrariū ascendere permittas: \* & ad exaudiendū quod postulat mea oratio, benignē inſecte, & accommoda auditū tuū. 3 Neq; verò absq; causa est quod oro, non frustra clamo ad te, domine Deus meus. Ecce enim iam plena est malis anima mea, in grauissimis animę & corporis versor angustiis & tribulationibus permaximis, ita vt plenum sit cor meum amaritudine atq; dolore: \* & vita mea penē ad nihilum deducta est: iam inferno mihi & morti videor p̄roximus, tædet animam meam vitæ huius: tristis est ad mortem vsq; anima mea, præ horrore & pauore nimio, & iam in portis inferni mihi videor constitutus. 4 Deputatus sum cum iis qui iam descenderunt in foueā sepulchri, atq; in lacum profundum inferni: cum illis iam computatus sum, &

**A** in lacum: \* factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.

**5** Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: \* & ipsi de manu tua repulsi sunt.

**6** Posuerunt me in lacu inferiori: \* in tenebris & in umbra mortis.

**7** Super me confirmatus est furor tuus:

**C** \* & omnes fluctus tuos induxisti super me.

**8** Longe fecisti notos meos à me: \* posuerunt me abominationem sibi.

**9** Traditus sum, & non egrediebar:

**D** \* oculi mei languerunt præ inopia.

**10** Clamaui ad te, domine:

\* tota die expandi ad te manus meas.

**11** Nunquid mortuis facies mirabilia?

\* aut medici suscitā-

nihil vel parum admodū ab illis videor abesse, quandoquidē præ nimia afflictionis & tribulationis angustia nihil inter me & illos distare videtur, neq; multo melior est hæc mea vita tot plena doloribus, q̄ sit mortuorū illorum conditio, iamq; cum illis penitus videor deputatus, vt qui iam iam illis sim adnumerāus, nisi tuæ cōsolationis ope subleuer: \* factus sum quasi homo vacuus & destitutus omni auxilio, quasi desperatus, cui nulla sit spes euasionis, quasi derelict⁹ inter mortuos, de quo vltra erigēdo nemo cogitat quemadmodū solent qui inter mortuos derelicti sunt à nullo vltra curari. Sic enim & mihi nunc viuere video, vt de me erigendo, liberando, consolando nemo cogitet, nulla ex parte vllum percipiā cōsolationis leuamen. Mañeo totus aridus, desolatus, afflictus, plenus angustiis: & quantumuis clamem, nō sentio subleuantem. 5 Quemadmodū interfectis cōtingit qui iam in sepulchris mortui quiescūt, & manent in morte, quorū nō amplius memor videris vt eos ad vitā reducas, sed eos relinquis in puluere suo donec resuscitationis dies vltima aduenerit: \* & ipsi repulsi abieciuntur de manu tua, videris illos abieciſſe à cura tua, vt pote te quos ita relinquis in puluere suo, nec manū apponis vt ad vitā resuscites eos: ita planē & mihi nunc videor à te penitus inter mortuos cōputari, & tanquā vnus aliquis ex illis prorsus videor de manu tua abiectus, quoniam quidē manum tuam non vltra ad meam protectionem aut cōsolationem extendis, sed penitus me absq; omni cōsolatione relinquis. 6 Tribulatores & persequutores mei sua afflictione nimia cōstituerunt me velut in profundo inferni, doloribus maximis (cuiusmodi in inferno sunt) implentes animam meā, exterius interiusq; grauiſſime me affligentes: \* posuerūt me in locis tenebrosis inferni, & quasi in umbra mortis, ita vt super me viderē se mors ipsa expandere, & totū me obumbrare. Dolores enim mortis circumdederunt me, & inuenerunt me inferni pericula, vt iam in inferni profundo, & sub mortis miseria mihi videar vitā agere. 7 Omnis autē hæc mea miseria inde mihi processit, quoniā tuæ misericordiæ solitū non persentio influxum, consueta tuæ cōsolationis non percipio visitationem: clausisse mihi videris misericordiæ puteū, fontem cōsolationis tuæ, & omnino apparet confirmata esse aduersum me ira tua, dum afflictio super afflictionē venit, nec percipitur cōsolatio: \* & omnes tribulationū afflictionūq; inundationes tu venire permisisti super me, quibus velut aquarū fluctibus obruor, & vehemētissimè timeo mergi in eis, vt non videā quid vltra ad afflictionē meā possit adici. 8 In tantam abominationē, afflictionem & miseriam venire me permisisti, vt etiā noti mei, cōsanguinei, affines, vicini, & quondā familiares mei, fugiant à me: \* posuerūt me sibi quasi abominationē, ita me existimauerūt quasi abominabile, ita vt illos mei pudeat, erubescātq; vel me alloqui, tam despectū & cōtemptibile, vel mecū vllam habere familiarē cōuersationē. \* Insuper & præ timore me fugiūt, quasi abominationē, ne fortē ex mea familiaritate, si vllum amicitie mihi signū ostēdant, & ipsi veniāt in periculū à meis persequutoribus: qui ita me persequuntur crudeliter, vt oēm mihi propitiū habeāt exosum. 9 Veni in manus hostiū meorū, permixtus sum & traditus in potestatem persequutorū, venit hora & tenebrarū potestas, vt operentur in me persequutores mei tua permissione quæ voluerint & non datū mihi exitus, non apparet liberatio, nō video vsquam mihi patere exitum, non video malū leuari, sed cōtinuo aggruari magis & cōcludi me ab hostibus: \* atq; hoc, oculi mei huc & illuc cōsiderantes ac perspectantes ad auxiliū, præ inopia & defectu vigoris languescunt ac deficiūt. 10 Et ego in tanta positus aduersitate, in tanta desolatione constitutus, necdum tamen spem tuæ misericordiæ abiiciens, neq; in tam desperatis rebus desperans, fidenter ad te in oratione mea clamaui: \* iugiter per totam diem in oratione extendi ad te manus meas, absq; intermissione toto cordis affectu, in super & corporis gestibus orans à te postulani misericordiā: hoc sciens, q̄ nec in rebus desperatissimis tibi sit difficile succurrere periclitantibus, tēq; vnū esse sciens, qui in tanta necessitate mihi possis ferre suppetias. 11 Clamabam autē ita hunc modū, dicens, Nunquid tu domine in illis qui iam morte perierunt, ostēdis tua mirabilia, & nō magis in viuīs exhibes tua magnalia; & in illis glorificare soles potentia tuā qui adhuc in viuīs agūt: \* &

bunt, & confitebuntur tibi?

Pfal. 113.

12 Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam?

Matt. 8. & 13.

\* & veritatem tuam in perditione?

13 Nunquid cognoscetur in tenebris mirabilia tua?

\* & iustitia tua in terra obliuionis?

14 Et ego ad te domine clamaui: \* & mane oratio mea praeueniet te.

15 Ut quid domine repellis orationem meam? \* auertis faciem tuam à me.

16 Pauper sum ego & in laboribus à inuentu te meam: \* exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus.

17 In me transierunt irae tuae:

\* & terrores tui conturbauerunt me.

18 Circudederunt me sicut aqua tota die:

cum homo morte absumptus fuerit, non est vlla virtus humana, nulla medicorum industria, quae possit mortuū ad vitam reducere, vt refuscitatus det confessionem & laudem tuo nomini. Non enim mortui vltra laudabūt te domine, in vita corporis neque semel mortuus reduci potest humana virtute, vt redeat ad iterū laudādum te in vita corporis. Proinde nūc, o suauissime Deus, donec adhuc in viuīs ago, latifica animā meam & spiritum meum, vt te donec fuero laudem in latitia: quandoquidē tempus breue est quo te laudare possum in vita ista corporis, nec erit semel egresso reditus. 12 Nunquid aliquis ex iis qui iam mortui sunt, iamque secundum corpus in sepulchro cōditi enatrat bit vltra, aut eloquetur per os suum opera misericordiae tuae, ad laudem tibi dandum in eis & gloriae? \* & iustitia tua atque veritas nequaquam ad laudem tuā narrabitur in damnatione & morte inferni, sed erunt illic potius omnia lamentis & fletibus, dentiumque stridoribus plena: nec audietur ibi vox laudis aut gratiarū actionis, vbi nō nisi fletus audietur & stridor dentium. Nos itaque, qui viuimus, fac in spiritus gaudio benedicere sancto tuo nomini, & ne illis nos similes fieri patiaris derelictione nimia. 13 Profecto in loco illo horroris, in exterioribus illis tenebris nō agnoscentur ad laudē, aut vllam gratiarū actionem, nec cōmemorabuntur aut recensentur mirabilia opera tua: \* & iustitia tua nequaquam agnosceatur ad laudem, nō commemorabitur ad gratiarū actionē, in terra illa obliuionis, in qua nulla erit tui vel tuorum beneficiorū grata recordatio, in qua nullius est bonae aut laetae rei memoria, in qua nulla est rerum preteritarū laeta aut consolatoria recordatio: \* quam etiā tu prorsus obliuioni dedisti, & abiecasti penitus à facie tua, vt non eorū miserearis imperpetuū, nullaque eis mittas in aeternum redemptionē. Quapropter, ad tui nominis gloriam te rogo, donec adhuc in loco isto peregrinationis dego, donec à misericordia tua nō sum abalienatus, vt mihi tēpestiue succurras: ne in locum illum tenebrarū & obliuionis descendam, sed tua gratis & cōsolatione sustentatus, in tua semper laude permanē. 14 Et ego, piissime domine, illorum considerans sortem miserandā, & meum attendens maximū periculū, ego magis ad te exaltaui clamorē orationis meae: \* adeo vt summo mane exurgēs de strato lecti mei, spreto cubili requiei, praenirem ante conspectum tuum, antequā exoriretur dies, & donec adhuc molliter cubarēt in stratis suis ceteri homines, vt vel tanta diligentia & importunitate quasi extorquerē à te quā petebam misericordiam. 15 Ecquid est, piissime Deus, quod orationem meā non admittis ante conspectum tuum, quod non exaudis tam solite, tamque assidue & importune clamantem? \* & quare auertis à me benignum aspectum fauoris tui? quare nō acquiescis clamanti? quomodo ita permanes obfirmatus, neque flecti te sustines? Nō enim soles humilium & supplicum vota aspernari, neque obicere humiliter & fidenter tuam faciem orātes. 16 Ecce ego (quemadmodum optime tu nosti) pauper sum, & in laboribus ac malis plurimus versatus sum per omnē decursum vitā meae, ab infantia mea vsque nunc multas arumnas, calamitates atque miseras sustinui in diuersis aetatibus, priusquam in hanc aetatem peruenerim: \* nunc autem tandē, cum videar ex tua ordinatione ad aliquā conscendisse celsitudinē, cum ad aetatem grandiorē perueniens viderer, vel tēporalibus bonis exterius, vel spiritualibus interioribus sublimatus, iam vel maxime humilior, deicior, atque conturbor, adeo vt quicquid laborū in prioribus aetatibus (quando humilis erā & abiectus) pertuli, nihil videri possit, praeter malis istis quae nunc mihi in aetate grandiori & statu altiori (quantū videtur) cōstituto exurgunt. 17 In me nūc transire videntur omnes irae tuae, videtur super me & aduersum me nūc irruere perfecta & obfirmata iracūdia furoris tui: tot mihi simul mala ex omni parte interi⁹ & exteri⁹; immittis, vt non videā quid vltra possit mali accedere, nisi viuēs mergar in infernum: \* & praeter hanc ipsa quae nūc iam sustineo, etiā terrores tui quibus de subsequuturis aeternae dānationis angustiis cōscientia vexante metuo, valde cōturbabāt anxiā, scrupulosam, & in pusillanimitate cōstitutā animam meā. 18 Ex omni parte me circudederunt tā punitiones irae tuae, quā terrores illi, ad modū aquae vndiquaque; circūdantes animā, nullā relinquētes partē corporis vel animae quā non affligāt, quā non cōtingant: quomodo aqua cum circudederit quempiā, nullam

A

\* circudederunt me simul.

19 Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria.

B

partem nō contingit, ita vt vehementer mihi metuam ne obruar aut immergar in illis: quemadmodū in maximo est mortis discrimine, qui ex omni parte aquis cōstitit circūdatus, maxime si cōtinuō increscāt aquae, & nulla videatur imminutio: \* pariter in vni⁹ agglomeratae afflictiones praesentes, & terrores malorū imminentiū, ex omni parte circūdant, vt nullū videatur effugiū: quemadmodū cū ex omni parte se aquarum fluctus agglomerant, vt nō possit qui in aqua cōstitit euadere. 19 Et foret id quidē vtcunq; tolerabile, atque ad ferendum leuius, si in tātis malis adesset aliquis qui mihi tam afflicto assisteret, qui compassionis affectu commotus, vllum mihi siue verbo siue facto praeberet cōsolationis leuamen. Nunc verò, ad cumulū totius meae miserie, omnis à me amicorū, proximorum, & familiarū elongata cōsolatione, praeter nimiam miseria: dum illi propter nimiam meā humiliationē, vel de me erubescunt, vel assistere mihi metuūt, ne & ipsi per me in periculū veniant. In tantis malis, ecce domine quomodo derelinquis seruum tuum, iugiter tamen ad te clamantē, & haecenus non est exauditi⁹. Thren. 3. Expectabo tamē in silentio salutare tuū domine, & possidebo in patientia animam meam, donec tu quem expecto liberator aduenias. Lucae. 21.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXXXVII.

**V**ersu tertio, Quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit. Per metaphoram dicitur quis appropinquare inferno, quando tantos sustinet cruciatu, vt videatur sibi existentibus in inferno similis, aut ab illis non multū abesse. Vel inferno appropinquare accipiatur, pro appropinquare morti. Secundū quem modū dicere solem⁹, eos qui morti corporis sunt propinqui, iam alterū pedem habere in sepulchro. Applicando autē Psalmum hunc peculiari ter Christo domino, intelligendus est hic versus secundū id quod Apostolis dicebat ipse, agoniam illam grauissimā ingrediens, Tristis est anima mea vsque ad mortem, quando cepit pauere & tādere, cōtristari & moesus esse: quando in agonia positus, guttas sanguinis in terrā decurrentis sudauit. Lucae. 22. Verē tunc oportuit repletā esse malis animā eius, tunc (vt ita loquamur) via eius inferno erat vicina. Quomodo etiā Dauid non nunquā in tanta angustia extiterit, vt esse anima ipsius plena malis, & vita inferno proxima, nemo ignorat, nisi cui nō est nota persecutionum impij Saulis saeva & insignis crudelitas. Idipsum quoque; subinde experiuntur, qui piē volunt in Deo viuere, dum ad tempus, Dei dispensatione, ad suam probationē, à suo consolatore vidētur derelicti: quomodo de seipso satis aperte testatur gentiū Apostolus, in Epistola secunda ad Corinthios ita scribens, Nō enim volumus ignorare vos, fratres, de tribulatione nostra qua facta est in Asia, quoniam supra modū grauatissimum supra virtutē, ita vt taderet nos etiā viuere: sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt nō simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitatur mortuos. ¶ Versu quarto, Aestimatus sum cū descenditibus in lacū. Potest hoc intelligi, Assimilatus sum mortuis atque; damnatis, & illis factus sum similis. Vel sic, Aestimatus sum ab inimicis cū descenditibus in lacum, hoc est, inimici me aestimauerunt & reputauerunt quasi vnum ex illis qui descendunt in lacū. Secundum quem modū intelligi etiā potest quod sequitur versu quinto & sexto. Omnia enim ista exponi possunt de aestimatione inimicorū, qui existimabant nō posse illum quē persequerentur infernū & mortem effugere, & iam quasi inter mortuos atque; habitatores inferni cōputabant, quē morti apud se destinauerant, definito cōsilio. Atque; id si Christo aptauerimus, optime in eum quadrabit, aduersus quē mortis definita sententia nō semel fuit à publico inimicorū concilio: quemadmodum apud Ioannē legimus. Ab illo ergo die cogitabant Iudei interficere eum. Et alibi, Reus, inquit, est mortis. Opina ti etiā sunt, nullam fore curam Deo, de Christo resuscitando ad vitā, si eum potuissent semel interficere, sicque de eo censebant quemadmodū de ceteris, qui vulnerati & interfecti cadunt in ore gladii, quos nemo cōspicit ad vitam redire, sed dormientes manere in suo puluere. Sic enim censebāt & de Christo futurū, si tantum ad mortem semel illū potuissent deducere. Nequaquam enim resuscitandum illum credebant. Item quasi vnum ex damnandis in inferno illum reputauerunt, quoniam ab eis quasi blasphemus, quasi seductor populi, quasi seditiosus aduersus potestates ac principes, quasi potator vini & homo vorator, iudicabatur: cuiusmodi hominibus scimus esse deputatū lacum inferni, loca tenebrosa, & mortis vmbra. Ad eundem modū & de nobis existimant nostri inimici demones peruersi, semper nos circūeuntes vt deuorent, cū fortē nos viderint à Deo derelictos ac deiectos animo, viribusque; deficientes. Nos tamen in Elucidatione ista omnia non secundū inimicorum opinionē vel existimationē exposuimus, sed de ipsis afflictionibus & miserijs, quarū ratione a similari videtur homo desolat⁹ iis, qui in morte sunt vel in inferno. ¶ Versu eodē, Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Hæc pars nonnullā videtur habere difficultatē, ex nomine, liber. In Elucidatione exposuimus per vacuū vel derelictum: vt sit sensus, Factus sum sicut homo siue adiutorio, derelictus ab omnibus, vel vacuus absque; omni adiutorio. Potestque; secundum hunc sensum duplex haberi cōstructio. Potest enim dictio, liber, cōiungi cum illo quod praecedit, sine adiutorio, vt sit sensus, Aestimatus sum sicut homo liber sine adiutorio, inter mortuos, id est, destitutus & vacuus sine adiutorio, secundū quem modū loquendi interdū dicunt homines, se esse



nudos absq; vestimento, pauperes absq; pecunia. Potest etiã nomen liber copulari immediate cum E illo, inter mortuos, ac tunc sonat derelictũ, estq; tunc sensus: Derelictus inter mortuos, vt ad quem nemo vltra respiciat. Atq; horũ sensuum vtrunq; nos in Elucidatione paucis indicauimus. Secundum verò priorẽ sensum illum de vacuitate siue destitutione & carentia, ferẽ etiã Paulus Apostolus eodem vocabulo vsus inuenitur, cap. 6. Epist. ad Romanos, ita scribens, Cũ serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiã, id est, à iustitia vacui, nudi, iustitia destituti, iustitia carẽtes. Quidã intelligũt, liber à rebus huius vitæ: vt exprimat mortuorũ conditio, qui hac vita defuncti, à rebus huius vitæ sunt liberi. Si verò hunc versum peculiariter personã Christi voluerimus accommodare, præter expositionẽ supradictã alia admodũ digna & iocunda pro illius gloria in hoc versu accipi poterit intelligentia, sed erit alia accipiendã cõstructio. Nam illud quod nouissimo loco ponitur, inter mortuos liber, debet secundum constructionẽ verbo factus sum præponi, & à parte suppositi consistui, ad hunc modũ, Ego qui sum inter mortuos liber, factus sum sicut homo sine adiutorio. Nam in passionis humilitate, Christus dominus qui solus est inter mortuos liber, factus fuit sicut homo omni destitutus adiutorio, patris ac sua voluntate in tantã destitutionem derelictus, vt secundum serui formã clamaret, dicens, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? Reuersimẽ verò Christus dominus se dicit inter mortuos liberũ, & hoc illi peculiariter in omnib; mortuis cõpetit. Neq; aliorum hominũ quisquam se poterit inter mortuos appellare liberũ, præter vnum Christũ dominum. Idcirco autẽ inter mortuos liber est, quoniã non aliqua necessitate mortẽ sustinuit, quasi fur aut latro, aut ceteri homines, quibus volẽtibus nolentibus vis inferri potest vt mori cogantur, sed propria sua voluntate, quãdo voluit, & sicut voluit, mortẽ suscepit: neq; potuisset, nisi propriã voluntatis permissione & acceptatione, à morte apprehendi. Deinde, cum ad triduum in morte ex sua propria voluntate permaneret, iuxta patris voluntatẽ, & iuxta quod ipse prædixerat, nõ habuit ne tunc quidẽ mors potestatem illũ detinendi: sed liberrime quando voluit exurrexit, & morte relicta ac superata, iterũ ad viuos rediit: factusq; est viuus post paululũ qui fuerat mortuus, vt vltra mors illi nõ dominaretur in eternũ, & amodo viueret in sæcula sæculorũ: quem admodũ ipse in Apocalypsi apparet dilecto suo discipulo loquitur. Pulcherrime verò hanc suam libertatẽ ante passionem habeo iterũ sumendi eam. Et iterũ, Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso. Qui enim sic talem habet potestatem, & animam ponendi, & iterũ pro placito resumendi: nihil dubiũ, quin huiusmodi sit liber etiã inter mortuos. Hoc ergo cõqueritur (secundũ hanc applicationẽ) Christus, q; ipse Dei filius etiã inter mortuos liber, factus sit quasi homo impotens absq; adiutorio, vt existimetur nõ posse de manibus inimicorũ sese defendere. Verũ ista intelligentia nõ videtur quadrare, nisi cũ ad Christũ Psalmus peculiariter applicatur. Et si Hebræam respiciamus lectionẽ, obliuit huic quoq; intelligentia, q; illud inter mortuos liber ita distinguatur, vt sit principiu versus sequentis, vt videatur non connectendũ cum præcedentibus, ac proinde sensum prædictũ non satis cõmode posse haberi. Sic enim distinguunt, Factus sum sicut homo sine adiutorio. Ac deinde, Inter mortuos liber sicut vulnerati, &c. Cũ verò generaliter applicare voluerimus Psalmũ, accipiendã est altera illarũ expositionũ, quã in Elucidatione indicatã sunt, & in annotationib; priori loco exposita, quẽ etiã originali lectione Hebraicã magis cõsonant. ¶ Versu 8, Longe fecisti notos meos à me, puluerunt me abominationem sibi. Hoc ipsum vt magnũ miseriam suã grauamẽ repetit versu vltimo, dicens, Elongasti à me amicũ & proximum & notos meos à miseria. Experitur enim hoc in se quilibet, q; grauẽ sit, ab iis quos prius amicos habuit, in tempore aduersitatis derelinqui. Quomodo autẽ istud tã in Christo domino, q; in persona David valde fuerit impletũ, manifeste docent sacra historia: de illo quidẽ noui, de hoc autẽ, veteris testamenti, & nos in Annotatione ver. 14 15, & 16. Psal. 30. latius deduximus. ¶ Versu 13, Et iustitia tua in terra obliuionis. Terra obliuionis dicitur locus damnatorũ duplici ratione: videlicet quia nõ sunt vltra memores Dei in bonũ qui illic sunt, neq; etiam memoriã vllam habent priorũ, quã ipsi in aliquam esset consolationẽ. Omnium enim pomparum, deliciarũ, voluptatum, quibus in hoc mũdo vacabant, iam nõ est illis ad consolationẽ quãcumq; vlla memoria: sed prætereunt omnia, ac si nunquã fuissent. Secundo, terra obliuionis est, quia à Deo obliuioni data, sic vt nunquã qui in ea degunt inde sint eliberandi. Siquidẽ in inferno nulla est redemptio. Neq; verò solus Deus obliuioni dat terrã illam, verum etiã sancti angeli & super terrã viuentes. Nec enim sancti angeli vllam de illis adiuuandis curã gerunt, scientes definitã Dei sententiam: neq; qui super terrã sunt, illorum vltra recordantur, vt quicquã eis impendant vel solatii vel auxiliũ. Atq; hanc posteriorẽ intelligentiã indicat versio Hieronymi ex Hebræo, quã sic habet, In terra quã obliuioni tradita est. Neq; male cõsonat quod habet Felix, In terra desolatõis, vel in terra desolata & deuastata. ¶ Versu 16, Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Quod istud quidã ad laborẽ manuum referunt, dicentes intelligi, q; Christus simul cũ nutritio Ioseph in exercendo fabrile artem laborauerit, propter pauperiẽ, id huic loco non admodũ videtur conuenire, etiam si de Christo totus Psalmus peculiariter exponeretur. Labor enim in scriptura plerunq; pro afflictione quã quis sustinet accipitur, & pro difficultatibus quas perpetitur: quem admodũ ex plurimis locis facile posset declarari, si nõ vt rem certam & notã præsupponeremus. Vnde & hoc in loco B. Hieronymus vertit, Pauper ego & ærumnosus ab adolescentia mea. Neq; ego nunc differo, an nõ verum sit aliquãdo manibus Christum laborasse: sed hoc tantũ dico, huic scripturã nõ esse illud accommodum, neq; de tali labore intelligendũ, sed de ærumnis, afflictionibus, & miseris modis, quas ipse pro nobis in sua tenera carne Dei filius portauit à principio suã natiuitatis: quan-

Roma. 6.

Psal. 21.

Roma. 6.

Apoca. 1.

Ioan. 10.

A do in loco extraneo, in parentum peregrinatione nasci voluit, in loco ad puerperũ inepto & impato, minimẽq; idoneo, nempe in stabulo, vbi pro lecto erat durum præsepũ: mox verò in fuga ad Aegyptũ à facie regis Herodis, ac deinceps vsq; ad horã mortis. Admodum verò pulchrẽ subiugit, Exaltatus autẽ, humiliatus sum & cõturbatus. Nã ea quã Christi pertulit pro nobis, donec latebat absconditus, donec vt infans, vt puer, vt adolescens viveret mundo incognitus, vt cunq; lenia erant, neq; ita ad tolerandũ graua. At verò postea quã tricesimo ætatis suã anno, patris voce desuper intonante, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui, ipsum audite: sic magnifice exaltatus & mirabiliter glorificatus est, cõcepit iam multo grauioribus laboribus obrui, multo pluribus iisque difficilioribus molestiis grauari: vt priores ætates dulces videri potuerint præ huius status amaritudine. Ab eo enim tẽpore quo ita exaltatus fuit, ex quo cõcepit patris iussione prædicando Euangelio intendere, extunc cõcitati sunt aduersus eum Scribarũ & Pharisarorũ animi, qui ipsum odio implacabili per totũ prædicationis tempus obseruabant amaro inuidõq; animo, & persequebantur: qui multas illi exhibuerunt molestias & cõturbationes secundum hominẽ, donec tandem in mortẽ crucis ignominiosissimã illum adegissent. Peculiariter etiã ex illa exaltatione maxima, qua paulo ante suam passionẽ in Hierosolymã introiuit cũ summa gloria, ipse in asino sedens, turbis illi piũ Osanna acclamãtib; & Benedictus qui venit in nomine domini, eleuata voce canentibus, in summam post paululũ venit humiliationem & cõturbationẽ. Extunc enim cõsummatũ fuit ludgorũ furor, vt illum irreuocabili sententia, quocunq; tandẽ mortis genere auferret de medio: quomodo & post paululũ, vbi aduenisset statuta hora, in manus illorũ traditus, verẽ multum cõturbatus fuit, vt diceret, Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ, & humiliatus valde, nimirũ (iuxta Apostoli vocẽ) vsq; ad mortẽ crucis. Atq; ita quidem Christo domino ista peculiariter rectẽ accommodamus, Neq; minus cõmode ipsi quoq; Davidi hæc valebunt applicari: qui licet ab adolescentia gregẽ patris paciscens, & post fatigantẽ incedens, multos fuisset perpeffus labores. (Nõ enim parui laboris erat magnos greges paciscere, quẽ admodum Iacob corã vxoribus suis de patre illarum cõquerens, satis luculenter exponit) multo tamen maiora, & his nequaquã conferenda sustinere debuit, post immanẽ illum gigantẽ blasphemum Goliath gloriose deuictum, quãdo triumpho illo tam magnifico ita sublimatus est, vt ab eo penderent oculi omnium, essetq; ipse dux populi ante illos ingrediens & egrediens, velut locũ regis tenens, factus populi dux & gener regis. Post hanc enim exaltationẽ, in quantum venerit laborẽ, ex Saulis persequutione, nemini est incognitũ. Id ipsum & in nobis ipsi passim experimur, quo altius euehimur & subleuamur, eo maiores nobis cõtinuõ labores superaddi: vt illos quos vulgus putat propter gloriã sublimitatẽ beatos, prudentes viri iudicent omnĩ hominũ ærumnosissimos, ac laborũ præ cunctis mortalibus plenissimos, si modo sibi cõmissa potestate pro dignitate & iustitia rectẽ fungi velint. Spiritualiter verò hoc ipsum subinde solet accidere, vt post summã exaltationem veniant spirituales viri in maximã humiliationem atq; cõturbationẽ. Interdum enim Deus abundantĩ cõsolatione suã presentia atq; visitationis, adedõ laetificat corda seruorum suorũ, vt sibi videantur in maximo gaudio ac summa lætitiã & libertate vitã ducere, vt sibi videantur intra caelestes agere ciues. Vicissim verò nonnunquã prorsus se elongans Deus, & inimicis ad tentandũ concedens aditum, eum quẽ prius tanta cõsolatione sic exaltauerat, vt in celo sibi videretur digere, ita permittit grauissime interius exteriorũq; affligi, ita permittit cõturbati illum & cõtternari, vt sibi videatur in inferno vitã ducere, & iam se morti iudicet proximũ: dum cõtinuõ accrescente afflictione, nullã alicunde percipit consolationẽ releuantem. Tale aliquid in Psal. 29. Psalmista indicauit, dicens, Ego autẽ dixi in abundantia mea, nõ mouebo in eternũ: Domine, in uoluntate tua præstitisti decori meo virtutẽ. Hic certẽ exaltatio est. Sed audi quod sequitur, & videbis cõturbationẽ. Auertisti, inquit, faciem tuã à me, & factus sum cõturbatus. Videlicet manifesta est hæc cõmutatio, quã etiam proluxa sequitur lætatiõ. Ad te domine, inquit, clamabo, & ad Deum meum deprecabor. Quã vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciat bit veritatẽ tuam? Vide fletum cõturbati, vide gemitũ hominis terribus diuinis cõterriti. Ita sanẽ dispensatione occulta sapientissimus Deus electos suos nunc humiliat, nunc exaltat, nunc subleuat, nunc deprimit pro suo beneplacito: omnia verò propter illorũ pbationem & lucrum salutis, vt ab ea quã tenent, non cadant iustitia, & ad altiora Dei munere, cũ probati fuerint, mercator promoueri, donisq; maioribus cumulari, quem admodum de beato viro Iob in exemplum legimus, quod post probatã patientiam, reddita sint illi cuncta duplicia. Iob. 22.

Matth. 3.

Matth. 21.

Matth. 26

Philip. 2.

Gene. 1.

Psal. 29.

Iob. 22.

LXXXVIII. PSALMI ARGUMENTVM.

Prophetat in hoc Psalmo sacer uates sub typo Dauid, de regno regis Messie, in cuius typum ille præcessit: prius tamen versibus aliquot in præcõmo multiplicis Dei laudis occupatus, videlicet in efferendo Dei ueritatem, magnificentiã & gloriã incomparabilem sublimitatem, summam potestatem, qua etiam mari imperat, qua quẽ superbos omnes & inimicos conterit: domini latitudinem, q; se latissime spargit in cælum vsq; & in omnes partes terræ: iustitiam quoque & iudicium, misericordiam & ueritatem, in quibus est præparatio, sedis Dei: iustis rationibus beatum prædicans populum, qui nouit iubilare suo domino, quod illa a domino fuit futura proteccio, & mirabilis danda sublimatio. Atq; hæc vsque ad uersum decimumnonum. Hinc uerò Deus pater introducit, magnifica promissa Dauidi etiam iuramento confirmans, de seminis sui perpetua conseruatione, de throno regii æterna sublimatione, de misericordia imperpetuum semini ipsius seruanda, & alia huiusmodi multa: quæ omnia ad Dauid quidem utrunque pertinent, & ad semen eius, secundum temporalem quandã fœ-

licitatem ipsius ac filii Salomonis post eum: præcipua tamen intentione, verum illum Messiam (cuius typum ges- sit filius Isai) spectant, ad quem præcipua & primaria referenda est intelligentia omnium eorum quæ de æterna illa felicitate multis versibus describuntur, vsque ad versum 37. Post hæc verò ad finem vsque Psalmi grauis proponitur querimonia, super fidelis populi derelictione & afflictione, cui tam magnifica sunt in Dauide & Christo promissa: quorum etiam commemoratio Deo qui promissis obicitur, vt vel sic ad miserendum cogatur: qui cum sit veracissimus, non potest non implere promissa. Nouissime verò circa finem Psalmi graue opprobrium proponitur Deo ante oculos, quo ab impiis populus fidelis afficitur, imò ipsum Dei nomen blasphematur, quo vel sic Dei misericordia ad subueniendum insectatur.

OCTVAGESIMIOCTAVI PSALMI E LVCIDATIO.

1 Misericordias domini in aeternum cantabo.



Misericordiam domini maximam & multiplicem, quem semper erga humanum genus monstravit ab initio, & quam exhibere erga electos nunquam desinet, ego, vt dignum ac iustum est, perpetuis celebrabo canticis, vt sempiternæ misericordia perenniter respondeat laus, & carmen æternum.

2 In generatione & generationem, annuncio veritatem tuam in ore meo.

Veritatem quoque & fidelitatem tuam, qua verax es in cunctis sermonibus, & fidelis in promissionibus tuis, ego prædicabo & celebrabo, notamque faciã per mea cantica in subsequituris ad cõsummationem vsque; iaculi eunctis generationibus, per Psalmos & cantica, quæ super his dictabo, & canam per os meum, ad tuam sempiternam gloriam. 3 Tu enim dixisti, tu ita apud te statuisti ac definituisti, quod in cælis sempiternam ædificares ac præparares misericordiã tuam, quodque veritatem & fidem tuam præparares & ædificares sempiternam in cælis: Ita tibi placuit ab æterno prædestinare & definire apud te metipsum in cælis, quomodo in temporis plenitudine præordinatam ab æterno misericordiam & veritatem opere exhiberes in tempore suo.

3 Quoniam dixisti in aeternum misericordia ædificabitur in cælis, præparabitur veritas tua in eis.

4 Vox domini. Patribus prioribus, quos elegi & segregavi mihi de co iniquatione secularis malitia, ego disposui, ordinavi; testamentum, percussit cum illis fœdus, feci promissionem illis de exhibenda in temporis plenitudine misericordia femini eorum, cum Abraham videlicet, Isaac & Iacob atque horum similibus, primis illis Patriarchis: \* peculiariter verò in posteris generationibus pollicitationem stabilem, sic quasi iuramento firmatã feci seruo meo David, quem inueni hominem secundum cor meum, promittens illi, quod in aeternum esset conseruatus & stabiliturus posteritatem & semen ipsius. 5 Quodque thronum regni eius ita stabilirem in omnes generationes, vt esset de semine eius qui regnaret in domo Iacob super populum Dei in aeternum, & cuius regni non esset finis. Huic enim Davidi cum iuramento firmavi, quod de semine eius nasciturus esset in temporis plenitudine Messias filius meus, qui regnaturus esset super populum meum, cui ego darem sedem David patris ipsius secundum carnem, vt regnaret in domo Iacob, in populo fidelium, in sancta Ecclesia in aeternum, & cuius regni non foret finis imperpetuum. 6 Vox Propheta. Mirabilia ista quæ tu domine decreuisti & cogitasti, ac ab æterno præparasti exhibere generi hominum, in tempore suo, cõfitebuntur & prædicabunt sancti tui Apostoli viri planè cælestes: \* & quidem veritatẽ tuam ac fidem qua fidelissime seruas pmissã & impleas, ipsi annunciant, prædicant, & divulgant per orbem vniuersum in congregationibus sanctorum, per vniuersam Ecclesiam sanctam tuam: in super & veritatẽ tuam omnem quam notam facies eis, & quam illos docueris per spiritum veritatis, ipsi diligentissime annunciant per vniuersam Ecclesiam. 7 Nec immerito te cæli prædicabunt vbiq; terrarum, quoniam quidem tu omnibus es excelsior, & dignus qui esseris, quiq; prædiceris super omnia. Nemo enim vel in nubibus desuper, nemo in supernis cælorum habitaculis inueniri potest, qui æquetur tibi, qui possit aut debeat astringi æqualis tibi, ò altissime: \* nemo vel in filiis Dei, in sublimibus illis angelicis spiritibus, qui in cõspectu tuo sunt, assignari poterit similis tui, qui tecum in vilo valeat conferri. Quantominus hic in terra, aut subtus terrã in inferno poterit inueniri aliquis, qui tibi possit secundum aliquã æqualitatẽ vel similitudinẽ cõparari? 8 Tu Deus es qui glorificaris, qui magnificaris, & gloriosus redderis in beata cõgregatione sanctorum tuorum, cuius maiestas summa reluet, ac sese monstrat siue ostentat in medio angelorum sanctorum, sanctorumque patrum, in quorum medio habitas: sicut glorificatur regia maiestas in-

4 Disposuisti testamentum electis meis:

\* iuravi David seruo meo, vsque in aeternum præparabo semẽ tuum.

5 Et ædificabo in generatione & generationem, sedem tuam.

6 Confitebuntur cæli mirabilia tua domine: \* etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum.

7 Quoniam quis in nubibus æquabitur domino?

\* similis erit Deo in filiis Dei?

8 Deus qui glorificatur in consilio sanctorum.

\* magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.

9 Domine Deus virtutum, quis similis tibi?

\* potens es domine, & veritas tua in circuitu tuo.

10 Tu dominaris potestate maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.

11 Tu humiliasti sicut vulneratum superbum: \* in brachio virtutis tuae dispersisti inimicos tuos.

12 Tui sunt cæli, & tua est terra:

\* orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti:

\* Aquilonem & mare tu creasti.

13 Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt:

\* tuum brachium cum potentia.

14 Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua:

\* iustitia & iudicium preparatio sedis tue.

medio sine in cõsilio magnatum suorum, cum in eorum medio secundum magnificentiam suam regalibus indumentis adornatus refidet: \* verè magnus in omnibus tu es, & terribilis ac metuendus, præ omnibus qui sunt in circuitu tuo: tu omnium ministrorum tuorum gloriam tuam præcellentia officas & obsecras, vt in immensum tuam maiestatis repleant illos superans. 9 O magne & verè maxime domine Deus cælestium illorum & inuictorum exercituum, qui corã te sunt omni tempore, quis posset vel in cælis desuper, vel in terra deorsum, aut in extremis maris inueniri tui similis, qui ex aduerso tibi possit opponi, quasi tibi æqualis, aut tui secundum omnimodum perfectionis nobilitatẽ similis? \* tu enim domine potētissimuses, & ita potēs, vt nihil tibi sit difficile, neque sit apud te impossibile omne verbum: in super & veritas tua est in circuitu tuo, ipsa te ex omni parte circūdat: quicquid in circuitu tuo est, si des est & veritas: inseparabilis est à te veritas & fides, vt nõ possis nõ adimplere quæ es pollicitus, vt non possis obliuisci promissionum tuarum, vt mentiri nõ valeas in aeternum, neque aliud quod fides & veritas exposcit præstare. 10 Tu imperium habes & dominium non solum longè ac latè super vniuersam terrã, verum etiã super maris superbiam atque sauitiam: & tu potestatem habes mitigandi atque sedandi feritatem, elationemque; fluctuum eius pro tuo libito, vt nõ se altius quod oporteat eleuent, & ad tuam iussionis mandatũ statim cõquiescant: quod certè nemo potest ex omnibus regibus aut principibus, qui super terrã sunt. 11 Tu in virtute terribilis potētia tua humiliasti ac deiecisti superbũ illum principem exercitus angelorum malorum: tibi se volentẽ æquare Luciferum, humiliasti atque deposuisti de sede gloriæ suæ, in mortẽ eum coniciens, sicut hominẽ interfectum gladio: \* in extẽto brachio gloriose tuæ fortitudinis omnes cõplices eius tuæ gloriæ detrahentes deiecisti, & deturbasti potētes illos de sedibus suis, ac rudetibus inferni detractos de cælo in profundũ abyssi demersisti eos: \* Superbam quoque Aegyptum tu humiliasti, & interfecisti in plagis tuis pluribus: & rebellantẽ tibi Pharaonem cum vniuerso populo suo demersisti in profundũ maris, & morte eos perire fecisti, quomodo solent qui iugulantur & interficiuntur gladio. 12 Tua sunt quæcunq; creata subsistunt, suprema & infima, cælestia atque terrestria: tu omnia potētĩ verbo iussionis tuæ suscitasti de nihilo, propter quod & ad te vt verum dominum spectant vniuersa, ita vt solus potestatem habeas de eis agendi quicquid libuerit: \* vniuersum orbem terrarum, & quicquid in eo continetur, tam animatum quàm inanime, tam sentiens quàm insensibile, tam rationalia quàm rationis expertia, omnia tu potētĩ verbo tuo creasti de nihilo: \* vniuersas quoque orbis partes cum omnibus quæ in eis sunt partem videlicet Aquilonarẽ, quæ est ad sinistram, & partem meridionalem, quæ est ad dexteram, & ad quam situm est mare, æque tu creasti, cum omnibus quæ continentur in eis. 13 Plaga occidentalis in qua situs est mons Thabor, consideratione ad alterã Israel, & plaga orientalis ad quam situs est mons Hermon (qui sunt duo præcipui montes terræ Israel) exultabunt in nomine tuo: omnes habitatores terræ populi tui, siue qui ad orientẽ habitant, siue qui ad occidentẽ, in te domino Deo creatore suo latantur, cum exultatione magna, quando tibi placitum erat respicere & visitare populum tuum: \* tuum brachium nequaquam impotens est, vt est omne humanum brachium: tua potentia minime debilis aut infirma est, sed est tuum brachium præualidum, & tua potētia est robustissima, ita vt nihil tibi sit impossibile, neque difficile: neque quisquã illi possit resistere, aut impedimentũ præbere in omni eo quod agere tibi libuerit. 14 Et quidẽ de fortitudine tui brachii, de tua præualida potentia omnino nihil hæsitamus, nihil diffidimus. Tantũ oramus, vt manus tua ista cõfirmetur super nos in bonum, ad protectionẽ, defensionẽ, & custodiã nostrã, vtque robustissimã istam dexterã tuam non sinas in tuo sinu marcescere, & ociosam esse: sed ad operationẽ mirabilem extendas eam, vt in ea pro tui populi salute operari velis mirabilia opera potentia tua, sicque exaltetur ipsa & glorificetur in mirabilibus tuis: \* iustitia & iudiciũ sunt, quæ tibi præparant sedem tuã, thronus tuus in æquitate & rectitudine cõstitutus est, fundatus & cõstabilitus, vt nõ possis tu nisi quod iustum & æquum est peragere: ac proinde nullũ est bonis & rectis est periculũ à tua potētia: neque est quod metumamus, nõ tu in nos tyrannidẽ exerceas

Gene. 18. Luca. 1.

Ibidem. 2. Petr. 2.

(quæ ferè apud mortales magnâ & eximiam solet consequi potentiâ, & cum vnum aliquè fuerit combusta) eo q̄ stabilitū habeas tuum thronum regium & iudiciariâ sedem in iustitia & iudicio, neq; possis nisi quod iustum est & aequū iudicare vel agere. 15 Misericordia & veritas antecedunt faciē tuam, nusquam a te absunt misericordia & iustitia, aut misericordia & fides sine fidelitas: semper his comitatus incedis, suntq; tibi velut indiuidui comites & conciliarii, neq; omnino quicquā agis absq; horum presentia simul & consilio: quoniam quidē vniversa via tua sunt misericordia & veritas, & hæc duo monstrant vbiq; in cunctis operib; tuis: \* Beati proinde sunt illi, qui cognoscentes fide dominū Deum suum, quantum habeant & qualem, q̄ iustum, quam veracem, quam misericordem, quam fidelem, qui hæc, inquam, fide recta cognoscentes, norunt iubilare atque latari in domino Deo suo, qui spem habentes in domino Deo suo, omni p̄cul pulsa tristitia gaudere norunt in illo, in pace Dei exultantes in cordibus suis, q̄ talem se cognoscant habere dominū. 16 Domine, huiusmodi qui recta te fide cognouerint, ambulabūt in directione atq; ducatu cælestis & spiritualis luminis, quod a vultu tuo radiare facies, ac resplendere in cordibus eorū: a resplendentia lucis tuæ facies in mentibus illorū lucere claritatē spiritualis luminis, permissionē & vocationem internam spiritus tui, in cuius ducatu ambulabūt atq; proficiēt de virtute in virtutē, & nequaquam torpidi iacebunt aut quiescent: \* sic autem ambulantes in lumine tuo nequaquā degent in tristitia, sed erunt in cōtinuo gaudio, quod nemo tollet ab eis, eruntq; semper in te gaudentes, utpote in cordibus suis tuā pacem habentes, quā mundus ut nō dare, ita nec auferre potest: sed quā tu dabis, & relinques eis, quæ omnē lōge sensum exuperat: \* & in tua iustitia vera, quā d. bis illis, magnifice exaltabuntur, Per iustitiā enim fidei, quā a te iustificabuntur credentes in nomine tuo, potestatis accipient, ut fiat ex filiis diaboli filii Dei, quæ sanè exaltatio est omnī maxima. 17 Tu enim es gloria fortitudinis omnī seruatorum tuorū, vniuersi populi tui gloria tu es: nō est quod gloriemur in nobis, cū non simus sufficientes ex nobis, quasi ex nobis, vel cogitare aliquid, neq; sine te quicquam possumus facere, absq; te nulla prorsus sit virtus nostra, nisi nobiscū operetur gratia tua, quæ iustificat animas nostras: propter quod, oportet nos nō in nobis gloriari, nō fidere in ppria fortitudine, sed in te domino Deo nostro, qui operaris in nobis & velle & perficere pro tua bona voluntate, qui omnia opera nostra in nobis, & nobiscū operaris, a quo denique est omnis nostra sufficientia: \* & in tua bona atq; benigna voluntate magnifice sublimabitur atq; eleuabitur fortitudo & virtus nostra: cum tibi fuerit in nobis placitū, ut tua nos adiuues gratia, & fauore tuo benigno psequaris, tunc subleuabimur & exaltabimur super omnes inimicos nostros. 18 Ad te enim domine spectat susceptio nostra, a te esse debet, & est nostra defensio, p̄tectio, liberatiōq; populi tui, ab omnib; inimicis nostris, & ad te solū id spectat, a te vno id expectamus, o sancte Israel rex noster, qui sanctificaris in populo tuo, & solus verè regnas in eo, ut in electo regno tuo. Nō enim est nobis susceptor alius, nō alius p̄tectio, defensor, aut liberator: tu solus es qui nobis potes, vbi fuerit tibi beneplacitū de inimicis nostris dare salutem. 19 Illo in tēpore, quando tibi placuit respicere & assumere tuū populū, eūmq; ab inimicis & omnib; qui eum oderant & opprefferāt liberare, tunc per spiritū in visione interius reuelasti aurem sanctorū tuorū, indicasti sanctis Prophetis tuis, Samueli, Nathan, Gad, & si qui alii erant horum similes, consiliū beneplaciti tui, dixistiq; eis, \* Vox domini, Elegi mihi virum secundū cor meum, quem ego meo adiutorio faciam potentē, ad liberandum populum meum & saluandum de manibus inimicorū, & de populo meo ego elegi quem volo exaltare & vngere in regem, ut regnet super populum meum, eūmq; defendat. 20. Hic quem loquor David est, filius Isai, quem ego inueni virum secundum cor meū, quem ego aptavi mihi seruum meum fidelem, quem ego talibus ornavi dotibus & bonis, ut sit mihi bene in illo complacitum: \* hunc ego per Samuelem Prophetam meum volui sancto consecrationis oleo vngere in medio fratrum suorum, atq; hac consecratione regē populi mei, Saule abiecto, cōstituere: \* Simul verò in hoc Dauide temporaliter regante super Israëlitiū populum secundum

15 Misericordia & veritas antecedunt faciē tuam.

Psal. 24.

\* beatus populus, qui scit iubilationem.

16 Domine in lumine vultus tui ambulabunt.

Ioan. 16.

\* & in nomine tuo exultabunt tota die.

Ioan. 14. Philip. 4.

\* & in iustitia tua exultabuntur.

Ioan. 1.

17 Quoniam gloria virtutis eorum tu es:

2. Cor. 3. Ioan. 15.

Philip. 2. Esa. 26.

\* & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

18 Quia domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri.

19 Tunc locutus es in visione sanctis tuis, & dixisti:

\* posui adiutorium in potente, & exaltavi electum de plebe mea.

20 Inueni David seruum meum:

\* oleo sancto meo unxi eum.

1. Reg. 16.

21 Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.

22 Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

23 Et concidam a facie ipsius inimicos eius.

\* & odientes eum in fugam conuertam.

24 Et veritas mea & misericordia mea cum ipso:

\* & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

25 Et ponam in manum eius, & in fluminibus dexterā eius.

26 Ipse inuocauit me pater meus es tu, Deus meus, & susceptor salutis mea.

carnem, præcipuum alium specto verū David & Mesiā, in cuius typum prior ille præcessit, ut typicus David in figura veri Davidis, in quo, cum aduenerit in tēporis plenitudine, ponam ego præualidum adiutorium meū, quem oleo lætitiæ & spiritus mei præ omnibus participibus & consortibus ipsius vngā, non ad mensuram positurus in eo spiritū meum, ut regnet in domo Iacob, in Ecclesia mea in aternū. 21. Et quidem fortitudo manus meæ adiuuabit tam illum typicum, q̄ hunc verum Davidem: \* & præualidum brachium meum confortabit eum & corroborabit: typicum quidē illum, ut tēporaliter sufficiat de corporalibus hostibus per circuitum liberare populum, qui secundū carnē Israeliticus dicitur, sibiq; armorū vi omnes per circuitū possit subiugare nationes, ut reddere tributarias: hunc autē verum Davidē, ut possit Israelem secundū spiritum, fidelem populum meum, saluare a peccatis eorū, & de crudeli tyrānide principis tenebrarum. 22 Nihil poterūt aduersus eū omnes inimici eius, nō illi aliquo modo præualere, sed neq; resistere poterūt: iniqui & mendaces non apponet ut nocēt illi, non ad hoc pertingere poterūt, ut quicquā illi inferat nocumētū. Nam illum quidē typicum Davidem ita ego mea protectione defendam, simul & regnum eius, ut nullus inimicorū illi possit præualere, imò neq; resistere: neque filii Belial alienigenarū nationū quæ sunt in circuitu eius aduersus illū quicquā promouere, sed ecōtrario omnes subiugabūt ipsius imperio, reddamq; illi cūctas per circuitum nationes tributarias. Hunc autē verum Davidē ita exaltabo super omnes inimicos populi sui, super etiā spiritualia nequitia demones puerfos (qui sunt veri iniquitatis filii, omnis iniquitatis inuētores, iuasores & promotores) atq; adeo super ipsum principē tenebrarū, & principē huius mūdi, ita ut aduersus ipsum nihil habere valeāt, quinimo omnibus his cōdemnatis & foras eiecctis, absq; resistentia & nocumēto eripiat de manu illorū populum suū, & de captiuitate durissima in gratisimā restituat libertatē filiorum Dei. 23 Atq; ad hūc modū ego percussit & interficiā coram eo inimicos ipsius, per virtutē omnipotentia meæ: & temporales illius hostes, & huius spirituales (q̄ populum ipsius tyrānide iniusta opprefferant) ego confringam, comminuam atq; humiliabo: \* & omnes qui eum oderunt, ego confusos reddā, & in fugā conuertā, disperdam, ad nihilum redigam, faciāmque nihil eorum quæ moluntur obtinere. 24. Et itq; cum eo semper veritas siue fidelitas mea & misericordia mea, quæ illū defendet ad quæcū que perrexit, & prosperari faciet in omnibus quæcūq; fuerit operatus, per quā in omnibus semper tutus ipse erit & securus, etiā in medio vmbra mortis, & ad omnia quæcūq; voluerit, forte habebit auxiliū: \* & in nomine meo sublimabitur cornu illius, ex virtute quæ ego ostendā per illū aduersum inimicos glorificabitur virtus eius, & extolletur caput eius, imperiūque & gloria efferetur per vniuersum orbē terrarū, vbiq; fuerit audita fama virtutū gloria eius, quas per illū ego fuero operatus. 25. Tam latē autē regni illius protendā terminos, ut nō solum intra mōtana habeat suę dominationis imperiū, neq; in terra solum Iudææ, verum etiā in insulis maris obtineat principatū, & in regionibus lōginquis (quæ per flumina varia diuiduntur ab inuicē) habeat principatū & imperium, ut illas habeat suæ subiectas dexterā. Nā & typici mei Davidis imperiū latē admodum propagabo, ita ut agnoscat aliquādo eius imperium cuncti Syri vsq; ad Euphratē, totaq; Mesopotamia dicta Syria fluminum, itē & Palesini, qui ad mare habitāt. Ammonitē quoq; Moabita, Edomita, & alia gentes per circuitum. Mesiæ autem mei imperium per orbem vniuersum mirabiliter dilatabo in plenitudine temporis: quando illi dabo omnem potestatem in celo & in terra, quando illi dabo gentes in hereditatē, & terminos terræ in possessionem, quādo ex omnibus gentibus & populis (tam qui in terra habitant, quam qui in maris insulis) faciā cōuertā ad verum cultū nominis eius. 26. Ipse corde fidelis me inuocabit ut patre suum, dicetq; mihi filiali affectu: pater meus es tu, Deus meus es tu, & defensor salutis meæ: solus tu saluator meus, imò tota salus mea: affectu prorsus filiali ita erga me affectus erit, quomodo erga patre filius afficitur, agnosctēs corde grato verē paternā meā beneficia, & in me quomodo pater in filio omnem collocatā habebit fiduciam. Ille quidem typicum patrem me appellabit secundum specialem cura-

Psal. 44. Ioan. 3. Lucæ. 1.

Matth. 1.

2. Reg. 8.

Matth. 28.

Psal. 25.

Psal. 17.



Pfal. 109.  
Pfal. 2

27 *Et ego primogenitum ponam illum:*

\* *excelsum præ regibus terra.*

Pfal. 8.  
I. Cor. 15.  
Philp. 2.  
Roma. 8.

28 *In aeternum serua-*  
29 *bo illi misericordiam meam: \* Et testamētum meum fidele ipsi.*  
30 *Et ponam in saeculū saeculi semen eius, & thronus eius sicut dies caeli.*

Rom. 1.  
Luca. 1.  
Ioan. 3.

Matt. 28.

30 *Si autem dereliquerint filii eius legem meā & in iudiciis meis non ambulauerint.*  
31 *Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint.*

Esaia. 28.

32 *Visitabo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorum.*

33 *Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea.*

Pfal. 10.  
Titum. 1.

34 *Neque prophana- bo testamētum meum: \* & quæ procedunt de labiis meis, non fa-*

tionem: hic autē verus, verum secundum naturā agnoscat me, & ap- pellabit patrē, vtpote qui mecum sit vnū, sitq; con substantialis meus filius, quem ego ante luciferū ex vtero & substantialia mea ab aeterno genui. 27 Et ego vt primogenitū illum constituam, & sicut vnice dilectū præ omnibus quæ sunt in terra, eleuabo super omnes, quæ admodum solet primogenitus gloria & dignitate exaltari super omnes posterius genitos, solētq; poni velut Dominus & princeps cæterorū fratrum suorum: \* excelsum illum ponā super omnes reges qui sunt in terra: gloria regni & diuitiis, latitudinēq; imperii illum faciā sublimiorem omnibus regibus qui regnāt in terra. illum quidem typicum sublimabo, per temporalis regni sublimem gloriā, dando illi potentiā nimiam & glorioſissimas victorias, quot, quales, & quantas nunquam quilibet legitur principum huius mūdi obtinuisse. Hunc autē verū gloriā & honore coronabo, & super cuncta opera manū meā constitutū, subiiciamq; omnia sub pedibus eius, nomen illi daturus quod sit super omne nomē, vt in nomine eius omne genua flectatur, caeleſtiū, & terrestrium: & infernorum: eritque ipse velut primogenitus in multis fratribus, Dominus omnium fratrum suorum, etiā princeps & iudex regum terræ, rex regū & Dominus dominantium. 28 Imperpetuū serua- bo illi misericordiam meam, semper erga ipsum ac ipsius filios meā miserationis demonstrabo effectū: \* & testamētū quod illi disposui, sine promissionis fœdus quod cum illo pepigi, erit illi fidele, firmum ac stabile, quod nunquā rumpetur, nunquam euacuabitur. 29 Videlicet semē eius iuxta promissum meum faciam in sempiternū permanere stabile & indeficiēs: & thronū regni eius firmabo & stabiliam, vt perduret imperpetuum, iuxta dies caeli secundum durationem caelorum, donec caelum perſtabit in saeculum saeculi. Quam fan- nē promissionē, in typico Dauide implebo, primum quidem secundū partem aliquā, in filiis post ipsum aliquādiu regnantibus: sed plenif- sime in filio meo, qui de eius semine secundū carnem nacetur, regna- bitq; in domo iacob in aeternum, & regni eius nō erit finis. Mesiā au- tem meo semē dabo sempiternū, electos fideles, quos sibi & mihi ex a- qua & spiritu sancto regenerabit in filios Dei, quibus vsque in cōsum- mationē saeculi, vt non ipse deficiat, ita nec ego deero, nunquā ab ele- ctis ablaturus derectionem spiritus mei, neque super eis clausurus mi- sericordiæ viscera. 30 Quod si filios illius contingat abſcedere a lege mea: & dimissis viis iudiciorum atq; præceptorum meorū ambulare per denia, declinare siue ad dexteram siue ad sinistra, relicta via, quam ego illis monstrauī, vt ambularent in ea. 31 Si iusta mādāta mea, quæ ego in iustitia & æquitate fundavi, impia sua præuacatione prophanauerint, coinquauerint, atq; cōtaminauerint per inobedientiā, & quæ mādāta non obseruauerint. 32 Si sic (inquam) inobedientes se mi- hi præstiterint, non diu morabitur vltio mea, non in lōginquum dif- ferā punitionem, quæ admodum agere soleo cum iis, quos in damna- tionem grauiorē seruo reprobato: sed quātocyus adero illis in virga disciplinae meæ, puniturus illos pro impietatibus suis, peste, fame, gla- dio, opprobrio, captiuitate, exilio atq; id genus aliis afflictionib⁹ cor- poralibus: vt his modis, vexatione dāte intellectū respiciāt, & pœni- tētes ad me reuertāt in toto corde suo: quomodo solēt boni patres suorum filiorū non dissimulare errata, neq; indulgētia mala permit- tere illos in suis iniquitatibus, donec tandē adigātur in crucē, sed vir- ga & verberibus corrigūt, mox vbi errātes viderint: ne dilata corre- ctione, in peiora prolapsi, tandem periāt incorrigibiles. 33 Affectum tamē atq; etiam effectum miserationis meæ nunquam auferā a semine eius, nunquam definam semini eius benefacere propter ipsum cuius est semen, sicq; immisericorditer cū illo agam in veritate & fide mea: nō permittet mea veritas & fides promissionis meæ aliter me agere, q̄ iuravi cum semine illius, neq; potero cum electis populis eius nō agere benigne & misericorditer secundum promissionem iuramētī mei. 34 Neq; ego fœdus quod pepigi cum illo prophana- re vel infringere vnquā potero, neq; violare promissum: \* & quæ promisi per os meū, quæ in verbis meis sum pollicitus, non faciā irrita, nō patiar fieri vana, qui sum Deus verax, & Deus vocor veritatis: qui neq; mētiri noui, neq; fallere. Propter quod, iuxta promissum meum, nunquam penitus misericordiā amouebo a semine Christi mei, vsque in consummatio-

A *ciam irrita.*

35 *Semel iuravi in san- cto meo, si Dauid mē- tiar semen eius in aeternum manebit.*

36 *Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in aeternum:*

\* *Et testis in caelo fi- delis.*

37 *Tu verò repulisti & despectisti, distuli- sti Christum tuum.*

38 *Auertisti testamē- tum serui tui: \* pro- phanaſti in terra san- ctuarium eius.*

39 *Destruisti omnes sepes eius: \* posuisti firmamen- tum eius fortitudinem.*

40 *Diripuerunt eum omnes transeuntes via:*

\* *factus est opprobriū vicinis suis.*

41 *Exaltaſti dexterā deprimētū eū: \* la- tificaſti omnes inimi- cos eius.*

42 *Auertisti adiuto- rium gladij eius:*

nem saeculi, non claudā electis & fidelibus viscera misericordiæ meæ, neq; thronū gratiæ meæ illis vnquā præcludam, sed patere illis sem- per volo fontē misericordiæ & thronum gratiæ meæ, vt liceat omni- bus qui voluerint cōfidenter accedere atq; inde aquas haurire in gau- dio, de salutis fontibus, & auxilium reportare in opportuno tēpore. 35 Semel hoc illi promissione firmisima, & fœdere certissimo cū iuramētī confirmatione pollicitus sum, in sanctitate mea: neq; men- tiar illi, sed implebo plenissime quæ fuero pollicitus, videlicet quod semē eius coram me permanebit in aeternum. 36 Quodq; (vt iam an- tē dixi) thronus eius & solium regni eius sit permanens coram me in maxima gloria & splendore, ad modum glorioſe fulgētis solis glo- riosissimum: item & ad similitudinē Lunæ absq; mutabilitatis defectū in aeternum perſtātis in perpetua plenitudine. Regnum namque Me- siæ mei, in quo Dauidis promissioni satisfaciā, absque omni defe- ctu, & mutabilitate integerrimū semper & glorioſissimū perdurabit imperpetuū: neq; regni eius vllus erit finis: \* & ne forte vana existi- mētur hæc promissiones Dauidi factæ, ecce est in caelis testis fidelis & verax, qui nouit & testatur, quod hæc promissiones factæ sint Dauidi: hoc est, ego ipse testis simul & promissor existo, quæ admodum testis idem ipse & iudex, teste nō indigens alio, neq; admittēs aliū, in omni- bus quæcunq; decrevero, vel egero. Testis sum ego ipse, quod promi- serim, testis sum fidelis qui non negabo quod scio: sed curabo fideliter, vt secundū veritatē cuncta impleantur in tēpore suo. 37 V O X P R O P H E T A E. Ista quidē tunc dixisti, hæc tū loquebaris, cum tibi fuisset placitū respicere & visitare populū tuum. Nūc verò merito la- mētari & querulari nos possumus in tēpore isto infelicitatis & mis- eria: quādo tāta est in populo tuo afflictio, vt prorsus videaris Christi tui & promissionū ex ore tuo factarū oblitus. Videris enim nūc repu- lisse, contempſisse, & elongasse, atq; remouisse longe a conspectu tuo Dauid, item & Mesiā tuum, cui tanta promiseras, dum fideles, illorū semen, in tantis derelinquis angustiis, ita miseris modis suis affigi. 38 Videris abieciſſe pactū quod cum seruo tuo Dauid atque Mesiā & semine eius pepigeras: promisi videris factus immemor, quod illi fue- ras pollicitus: \* cōtaminari permisisti in terra populū tuū, in quo vt in sanctuario, & in tēplo erat tibi firma habitatio: hunc populū tuū permisisti prophanaſti, faciēs gētes alienas dominari corū, ac sup̄ eos gerere principatū: item permittēs diuersis vitiōrū generibus cōspur- cari populū, qui olim sanctus erat & mūdus, charitatem refrigerere finēs, & exacerescere iniquitatē, mala quoq; plurima & afflictiones ene- nire inter eos, vt merito velut prophanaſt⁹ nūc cēſeatur, qui olim san- ctus fuerat & quasi sanctuarium tuum, 39 Expoſuiſti populū tuum prædē in man⁹ hostiū, munimēto tue glorioſe protectionis ablato: quæ- admodū cum a vinea sepes auferretur, patet ipsa direptioni & concul- cationi omnium qui trāsierint per viam: \* etiā munitiones & fortalicia eorum posuisti in formidinem atq; panorem: nusquam iam est nobis securitas, ne in ipsis quidē munitionibus & fortaliciis, sed omnia pa- uor & formido occupat. Dissolutæ sunt manus omnium, & non est vir- tus, non est animus, sed resistendum hostibus. 40 Quæ admodum vi- nea, confraſta sepe & diruta maceria, cōculcatur & diripitur ab om- nibus per viā tranſeūtib⁹: ita populus tuus, cōſuetæ defensionis tue munitione priuat⁹, passim opprimitur & spoliatur, nūc ab hoc popu- lo, nunc ab alio, quæcunq; contigerit ad oppugnationem ascendere: \* & omnino factus est populus tuus in opprobrium gētibus omnib⁹ quæ sunt in circuitu eorū: illi quibus olim in magna gloria & in ma- gno terrore imperabamus, nūc sibi ludū & iocū faciūt de nobis, quos olim venerabatur, nunc etiā nos oppugnare, molestare, & sibi subiū- gare tentant: & præualent, qui olim tenos protegente nec audebant aduersum nos hūcere. 41 Exaltaſti super populū tuum, dexteram inimicorum qui eum quarunt deprimere: sibiq; subiicere fecisti illos nobis præualere, & dominari nostri: \* letari fecisti omnes inimicos populi tui, propterea quod ad tātam miseriam eū permisisti deneni- re, & gloriati sunt pro victoria, quam te permittēte, obtinuerūt super illū. 42 Abstulisti adiutorium gladii eius, auxilium quod illis in gla- dio pugnatibus soles impendere iam aufers ab eis, imō eorum gladios auertis, vt nec secundum suam fortitudinē inimicis valeant resistere,

Heb. 4.  
Esaia. 12.

Luca. 1.

Hiere. 39.

& velut retundis acie gladii eorum, & istum deflectis, ne feriant ho-  
stes suos & vincant: quando quidē ita decreuisti, vt hostes reportent  
victoriā, & tuus populus victus succūbat: \* & nullū prorsus auxiliū  
eis adfers in praelio, non vltra egredieris ad pugnam cum exercitibus  
nostris, non amplius pugnas pro nobis, sed prorsus videris reliquisse  
nos. 43 Destruixisti & dissoluisti populū tuū ab emundatione in qua  
solet gloriari, auferri permixisti & violari munditiā eius, & omnino  
pristinū ille splendor munditiā & sanctitatis dissipatus est, & nūquā  
apparet, suntq; omnia cōspurcata iam & plena immūditia: \* & thro-  
num regni, dignitatē regiam, ad terram suū prostrerni: regni gloriā,  
ad summam humilitatem & subiectionē venire fecisti. 44 Minuisti  
atq; abbreviasti dies tēporum eius, fecisti illos ad modicum temporis  
durationē subsistere, morte pramatura autē tēpus occumbere fecisti  
plurimos prae nimia miseria & afflictione: \* & omnino magna cōfu-  
sione atq; ignominia affecisti illos, ac velut indumēto ex omni parte  
operuisti. Est enim illorū tanto nunc maior confusio, quāto prius gē-  
tibus omnibus lōge latēq; imperauerat gloriosius. Et qui solent in te  
gloriarī vt victores, prae omnibus iam summa operiuntur cōfusione,  
dum se vinci cernunt ab omnibus, etiā in finis gētibus, maxime à fœ-  
dissimis illis idololātris, canibus & porcis verius, quām hominibus  
quibus subiici nō minus est miserū, q̄ irrationabilibus subiici bestiis.  
45 Sed quādiu tandem, piiissime Deus, dissimulabis, & non attendes  
ad tantā istam populi tui miseriam? quādiu tādē vultu permanebis  
aucter, vt non aspicias ad omnē hanc nostrā calamitatem? \* quan-  
diu hic in nos furor iracundiā tuā defauet ad modum ignis sēuētis  
& corripētis, ac deuastātis omnia vsq; ad puluerem? Vel nunc tandē  
conuertere Domine, & benigno tuo vultu aspice in nos, atq; ad om-  
nē miseriam nostram, cui viuimus subiecti: factūque placabilis super  
malitia nostra, qua tuā iram prouocauim⁹, cessare iube furorē iracū-  
diā tuā, mitiga irā tuā indignationis, & reddere nobis placatus ac pla-  
cidus. 46 Aspice Domine, & attēde ad breuitatē vitæ huius: cōside-  
ra, quæ sit nostra subsistētia, q̄ sit breue tēpus vitæ & subsistentiæ no-  
stræ, quo subsistimus hic super terrā: attende quā brenis sit morula  
vitæ huius, & aui quod hic ducimus, vt cito slectaris ad misericordiā:  
neq; nobis hanc ipsam breuē periodum abbrevies, vt nō subito præ-  
occupemur à morte, sed tēpore pœnitentiæ nobis concessō, antequā  
hinc emigremus, te recipiamus placatum, qui per nostras iniquitates  
tuā prouocaueramus iustitiā: \* Quid enim? An tu vane, & ad nullā  
utilitatē creasti omnes filios hominum? Quis fructus erit, quæ ve vti-  
litas tibi ex nobis, si ita nos in tuo furore vniuersos pergas absumere,  
quæ admodum iam pleriq; absumpti sunt? An non hoc præstat, vt no-  
bis parcendo & indulgendo exhibeas misericordiam, & nos in gratia  
tua viuētes laudemus & celebremus miserationes tuas? 47 Nemo e-  
nim hominum est qui vitam sibi possit seruare perpetuā, & qui nō tādē  
per mortem hinc debeat exire, mortēq; vitā finire: nemo est qui  
suam animam poterit custodire, vt non veniat sub imperium inferni,  
id est, in mortem & interitum. Hæc est enim lex super omnes filios A-  
dā, lex est vniuersa carnis. Et est omnibus hominibus semel mori sta-  
tutum, vt nemo possit mortem euadere. Atque ideo interim dū adhuc  
viuimus in isto corpore, aspice ad nos per tuam misericordiam, ante-  
quam nos dies illa mortis præoccupet, aut imparatos opprimat: \* A  
morte quoq; æterna & damnatione inferni, nemo se suis propriis vi-  
ribus potest saluare, nisi tu Domine solus, qui tua gratia potes effice-  
re, vt nihil sit damnationis iis qui in te credunt. Propter quod, in te  
vnum respiciētēs, tuam salutem supplices deprecimur. 48 Vbi sunt  
illæ miserationes tuæ, quas exhibuisti in prioribus sæculis, cum  
tā manifeste ostenderes illis presentia bonitatis tuæ: quando populus  
tuus, te ductore & directore, in omni virtute & iustitia fulgebat, læto  
corde tibi seruies, toto pectore in te cōfidēs, toto animo tibi adherēs:  
quādo tam in tēporalibus, q̄ in spiritualibus omnibus abūdare facie-  
bas populū tuum? \* iuxta quod in veritate & fide tua pollicitus fue-  
ras ipsi Dauidi & Melsiæ tuo, videlicet misericordiā tuam facere cum  
ipso, & posteris eius vsq; in æternum: cum nunc longe aliter habeant  
omnia, tuo populo pene ad summam redactō miserā. 49 Attende vel  
nūc tandem ad opprobriū & confusionem quo serui tui afficiuntur

\* Et non es auxiliatus  
ei in bello.  
Psal. 88. 43 Destruixisti eum ab  
emundatione:  
\* Et sedem eius in ter-  
ra collidisti.  
44 Minorasti dies tē-  
poris eius:  
\* perfudisti eum con-  
fusione.  
45 Vsq; quo domine  
auertis in finem?  
\* exardescet sicut i-  
gnis ira tua?  
46 Memorare, que  
mea substantia:  
\* nunquid enim vane  
constitisti omnes filios  
hominum?  
47 Quis est homo qui  
viuet, & non videbit  
mortem, eruet animam  
suam de manu inferi?  
Eccl. 40. Heb. 9.  
Roma. 8.  
48 Vbi sunt misericor-  
diæ tuæ antiquæ domi-  
ne?  
\* sicut iurasti Dauid  
in veritate tua?  
49 Memor esto do-

A mine opprobriū seruo-  
rum tuorum quod con-  
tinui in sinu meo mul-  
tarum gentium.  
50 Quod exprobra-  
uerunt inimici tui, do-  
mine: \* quod expro-  
brauerunt commutatio-  
nem Christi tui.  
51 Benedictus dominus  
in æternum:

\* fiat fiat.

ab infidelibus & idololātris, quibus cōceditur à te victoriā: quod op-  
probriū à multis gentibus alienigenis nos suscipimus & continemus  
quasi intra sinum nostrū, quod nos gemētes & dolentes accipimus &  
ferimus ab impiissimis illis oppressoribus nostris, tam inuisibilibus  
quā visibilibus inimicis. 50 Quo opprobrio nō nobis Domine so-  
lum exprobrauerūt, verumetiam tibi & tuo sancto nomini, dicentes,  
non te esse potentē qui saluares nos de eorum manibus, sibi hanc om-  
nem ascribētēs victoriā non tuæ permissioni: sicque non nos solum  
blasphemant, quōd gementes vt cunq; ferremus, sed insuper etiā san-  
ctum nomen tuum, quod nequaquā ferendū est nobis: \* quo (inquā)  
opprobrio exprobrauerunt cōmutationem Christi tui, dicētes, quōd  
cōmutatus sit, & auersus à nobis atque elongatus is quē tu nobis vn-  
xisti in saluatorem. Ita enim exprobrantes dicunt nobis: Vbi est rex  
vester, vbi saluator vester, in quo soletis gloriari & habere fiduciam?  
Quare nō iam vos saluat, quare non adiuuat? 51 Quicquid tamen de  
nobis cōtingat, quicquid tādē de nobis, siue ad prosperitatem, siue  
ad aduersitatē tu disponas & facias in vero iudicio tuo, tu nihilomi-  
nus omni semper laude & benedictione dign⁹ es: nostrum semper est,  
in laude & gratiarum actione permanere, & dicere, Sicut Domino pla-  
cuit, ita factū est, sit nomē Domini benedictū: & tibi domino Deo no-  
stro semp benedictio, claritas, honor, & gratiarū actio debetur, in sæ-  
cula sæculorū: \* atq; ita optamus, vt etiam atque fiat, vt etiam atque  
etiam detur tibi laus & benedictio per omnia sæcula sæculorū. Amen.

Sapient. 12.  
Iob. 1.  
Apoc. 7.

ANNOTATIONES IN PSALMVM LXXXVIII.

Versu. 4. Iuravi Dauid seruo meo, vsque in æternum præparabo semen tuum. Abrahæ quidem  
Dominus iurasse legitur de semine, cum post summam obedientiam illam animo impletam,  
de vnigeniti immolatione, ita illum desuper secundo vocatum alloqueretur, dicēs, Per me-  
metipsum iuravi, dicit Dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedi-  
cā tibi, &c. Et post pauca. Et benedicentur in semine omnes gētes terræ. Hoc autem semen Apo-  
stolus Paulus in Epistola ad Galatas Christū interpretatur, cum ait, Abrahæ dictæ sunt promissio-  
nes, & semini eius. Nō dicit semini, quasi in multis, sed quasi in vno. Et semini tuo, quod est Chri-  
stus. Caterum, ad Dauid nūquā legitimus expressum talē fieri iuramentū, sed tantum promissionem  
& firmam pollicitationem. Quamobrem, iurare hic videtur accipiendum pro firmiter & irreuoca-  
biliter promittere. Fit enim iuramentum, ad promissi confirmationem atque firmitatem. Dei autē  
quātūvis simplex promissio, omnino firmissima est, nec minus certa, quā si multiplici foret iu-  
ramento firmata. De promissione autem hac Dauidi facta, per Nathan Prophetam ex ore Domini  
legimus. 2. Reg. 7. & 1. Paral. 17. vbi eadem fere dicta habentur ex ore Nathan, quæ hic per Psalmistā  
commemorantur. Et licet in illa sacra historia Dominus videatur prima facie Salomonem respice-  
re, cum loquitur de templo ædificando, & de regni eius pace & gloria, manifestum est tamen diligē-  
tius considerantibus, in omnibus illis præcipue Christum Dominum spectari, in quo solo perfecte  
impletæ sunt promissiones illæ factæ Dauidi, nequaquam enim thronus Salomonis stabilis fuit im-  
perpetuum, & iamdiu per multa sæcula ipsius atq; etiam posterorum eius secundum carnē cessauit  
imperii: Christi verō regnū manet in æternū, iuxta quod angelus ad matrē virginē loquitur, dicēs,  
Dabit illi dominus Deus sedē Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternū: & regni eius  
non erit finis. Aduerte autē, quōd præparabo, hæc valet stabilis, vel confirmabo. Vnde beatus Hie-  
ronymus ex Hebræo vertit. Vsq; in æternum stabiliam semen tuum. ¶ Versu. 7. Quis in nubibus  
æquabitur Domino? similis erit Deo in filiis Dei? In nubibus dictum est, pro in cælis, quōd nubes su-  
pernè locum habeant: sicut e contrario frequenter locus nubium, vel etiam locus superior appella-  
tur cælum: vt cū volucres cæli subinde appellatur in sacris Euāgeliis aues quæ volitant in aere. Filii  
autem Dei intelliguntur sancti angeli. Vnde Chald. translatio habet, Inter choros angelorum. Ita-  
dem Felix vertit, Inter ordines angelorum. ¶ Versu. 10. Tu dominaris potestati maris, motum autē  
fluctuum eius tu mitigas. Significatur hoc versu, potestatem habere Deus ad compescendam maris  
superbiam atq; elationem, in quo magna valde ostēditur Dei potentia. Nam quia & vulgo homines  
agnoscunt terribilē maris feritātē, quā nemo possit domare, cum posset ignis facile aqua extin-  
gui, idcirco magis glorificatur in hoc Dei potētia, quōd etiam maris superbiæ & elationibus possit  
imperare. Hinc & in alio Psalmo dicitur, Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. In  
Hebræo autē, loco potestatis, superbia ponitur, ad hunc sensum, Tu dominaris superbiæ maris, &  
elationes gurgitum eius tu cōprimis. Potest verō istud de superbi maris repressiōe, etiā spirituali-  
ter intelligi de superbia huius sæculi, cuius habet ipse dominium: quoniam omnem sæculi superbiam  
atq; potentiam sua potest virtute deprimere & superare, & omnes superbi huius sæculi fluctus, elat-  
iones & cōmōtiones potest, cum serenus illuxerit, mitigare. ¶ Versu duo decimo, decimotertio, de-  
cimo quarto, decimo quinto, & decimo sexto, Tui sunt cæli, & tua est terra, &c. Aliquāto apt⁹ hi ver-  
sus distingerentur, si finis præcedentis cum initio sequentis semper iungeretur, iuxta hunc mo-  
dum: Tui sunt cæli, & tua est terra: orbem terræ & plenitudinē eius tu fundasti. Aquilonem & ma-



re tu creasti, Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt. Tuū brachium cum potētia firmetur **E** man<sup>9</sup> tua, & exaltetur dextera tua. Iustitia & iudicium preparatio sedis tuæ: misericordia & veritas præcedent faciē tuam. Beatus populus qui scit iubilationē. Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & c. Quam distinctionē, ita per omnia in sua versione Felix obseruat. Notandum autem, quod per quatuor illa, aquilonem, mare, Thabor & Hermō, iuxta faciliorem & verisimiliorem expositionē, intelligi debeant quatuor partes mundi, videlicet septētrio, meridiū, occidentē & orientē. Vnde in Hebræo pro mari habetur dextrum. Sic enim vertit Hieronymus, Aquilonem & dextrum tu creasti. Per dextrum autem significari dicunt meridiem, qui est quasi dextra pars mundi, vt plaga præcipua, ad latus orientis: septentrio verò quasi sinistra, vt plaga minus digna, ad latus similiter orientis posita. Vnde Felix meridiem vertit pro eo quod Hieronymus verterat dextrum. Thabor verò montem terræ Iudææ dicunt esse ab occidente, quemadmodum Hermon ab oriente: vt manifestum sit, quatuor his appellationibus omnes plagas orbis terræ & mundū vniuersum in sua amplitudine significari. Cui expositioni pulchre admodū & aperte cōsonat Paraph. Chald. quæ sic habet, Desertum aquilonis habitatorēsq; austrī, tu creasti: Thabor ab occidēte, & Hermon ab oriente in nomine tuo laudes dicunt. Possent verò ista separatim accipi, vt per aquilonē & mare, siue sinistrum & dextrum intelligatur tota mundi latitudo: quemadmodum cum subinde in scriptura ab oriente vsq; ad occidentē, vel ab ortu vsq; ad occasum ponitur, ad significandum totam mundi amplitudinem, vt illic: **Psal. 114.** Ab ortu solis vsq; ad occasum, laudabile nomē domini. Per exultationē verò Thabor & Hermon, qui sunt montes in partibus Galilææ volunt quidā intelligi priuilegiū singulare virtutum & miraculorum Christi in tēpore gratiæ, quæ primitus in Galilæa, partibus maxime claruerunt, vbi plurima Christus ex Euangeliis & docuisse & fecisse legitur. Alii in super mysticas alias intelligentias ex aquilonis & maris proprietatibus, item ex interpretatione nominum Thabor & Hermon adinueniunt, quas nos prolixitatis vitandæ gratia omittimus. ¶ Versu. 13. Tuum brachium cum potētia. Potest hoc duplicem suscipere constructionem. Primo hanc, Tuum brachium est cum potētia: id est, brachiū quod tu habes, non est impotēs, sed cum summa potētia. Secundo hanc: Tuum est brachium cum potētia, siue Tibi est brachiū cum potētia, quomodo vertit Felix: hoc est, tu habes fortissimum brachiū, quod possit mirāda. Est autem sententia penitus eadem in vtraque constructione. Quomodo autē peculiariter id Deo attribuatur, quod habeat brachium cum potētia, euidenter cognosci poterit ex collatione nostri nimii infirmi & imbecillis brachii, cum illius potētissimo & robustissimo, de quo in suo cātico humilis illa mater virgo cecinit, dicens, Fecit potētiam in brachio suo, dispersit superbos mēte cordis sui: Deposuit potētes de sede, & exaltauit humiles. Verē enim præualidum sit brachium necesse est, per quod tanta fieri debebat cōmutatio, per quod tam potens erat expugnandus inimicus, tam fortis vincendus & alligandus armatus, suum atrii custodiēs. **Luca. 1.** ¶ Versu. 18. Quia domini est assumptio nostra. Assumptionem interpretati sumus protectionem atque defensionem. Vnde Hieronymus ex Hebræo ita vertit, Quia a domino est protectio nostra, & a sancto Israel rege nostro. In Græco etiā habetur ἀντιπαρῆς, id est, susceptio siue defensio, aut protectio: quemadmodum sapissime ἀντιπαρῆς ponitur, pro susceptore, defensore, aut protectore. ¶ Versu. 19. Tunc loquutus es in visione sanctis tuis: & dixisti, posui adiutorium, & c. Hic propheta personā Dei patris loquentem facit, de promissionibus Dauidi & Christo factis, vsque ad versum trigessimoseptimum. Quæ omnia nos in Elucidatione satis clare tam Dauidi filio Isai, quam Christo filio Dei (ad quem hæc omnia principaliter diximus spectare) accommodauimus, vt opus nō sit pro his verbis prolixiora annotamenta frustra adiciere. ¶ Versu. 22. Vistabo in virga iniquitates eorum. Per **Eccle. 30.** virgam, in scriptura, disciplina paterna intelligitur: quemadmodum per gladium, vltio iudicis. Vnde de paterna disciplina Sapiens ait, Qui parcat virga, odit filium. Et iterum, Qui diligit filium, asiduat illi flagella. De gladio autē dicitur Psalmo septimo, Nisi cōuersi fueritis, gladium suum vibrabit, id est, iudiciariam vltionem iam habet paratā, qua se de vobis vlciscatur. Et in sacra Apocalypsi, suum terribilem aduentum sub comminatione proponens, ait, Si non pœnitentiam egeris, veniam, & pugnabo tecum in gladio oris mei. Qua de re, non nihil etiā diximus in annotationibus **Psal. 117.** Psal. 117. ¶ Versu. 22. Virga tua & baculus tuus, Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Est autem differentia inter hanc virgam & gladium, quod gladius quidem non statim adest peccanti, sed differtur plerunq; in longum ictus gladii, quoniam non vult Deus mortem peccatoris, nec delectatur in perditione viuorum: sed magis vult eos conuerti & viuere, omnes cupiens fieri saluos. **1. Tim. 2.** atque ob hoc, plerunq; terribilem illum damnationis aternæ gladium diu vibrat & ostentat, antequam feriat, cupiens videlicet terrore suo feriendos a malo auellere, vt gladii ictum valeant effugere. Vnde de eodem hoc gladio, sub arcus extenti similitudine loquens alibi Propheta, sic ait, Dediti metuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcus. Quod ipsum Paulus quoque Apostolus testatur, cum benignitatem & longanimitatem Dei asserit peccatorum adducere siue inuitare ad pœnitentiam, & longanimitatem Dei illos dicit contemnere, qui diu patienter tolerati, absque vltione, recusant pœnitentiam agere. Quanto verò diutius gladii ictus differtur, & quanto magis feriendus expectatur a Deo, vt effugiat & non feriat, tanto est ictus grauior & importabilior, cum desuper aduenerit. Propter quod, eodem in loco Apostolus ait, illos sibi iram thesaurizare, in diem reuelationis iusti iudicii Dei, qui secundum duritiam cordis impœnitentis, longanimitate Dei expectatione non emolliuntur ad pœnitentiam. Virga verò e contrario, statim quidem aderit peccanti, si electus fuerit qui delinquit, nec diu differetur, imò quo magis fuerit dilectus & electus qui offendit, eo minus differtur virgæ punitio, eo celerius delinquens ictum per-

**A** sentiet: sed multo est ictus virgæ leuior quàm gladii (neq; durat imperpetuum, sed ad momētum, vel breuem morālē, & fit percussio emendatio, ipsiusq; ad corripientem patrem reconciliatio. Id mani- **2. Reg. 17.** fesse etiā in Dauid ipso, nobis mōstrat sancta historia: qui vbi per malam cōcupiscentiā deliquit. **Ibidem.** set cū Bethsabee, ac post iniquitatē iniquitati adiciēs, Vri innoxium dolo perire fecisset non diu in errore permissus est: sed quātocyus ad eum Propheta Nathan missus est, qui illum dura increpatione cōfundens, & pœnam statim denunciās, quasi virga percussit. Et licet nō statim grauis aliqua vltio super Dauid venerit: nihil tamē dubium, quin regi sic increpari, & peccatum quod occultū & latēs credebat iam reuelatum sensisse, virga aspera fuit: in super & prolis mortē, pro cuius vita impetranda tantum faciebat luctum, debuit sustinere, & alia in posterum expectare, quæ suo tēpore sustineret. Ita cū aliās in dinumeratione populi male suggerētī consensisset Satanā, statim repara per **2. Re. 24.** cussit illū cor suum, quasi virga verberet: simul & Gad vidēs ad eū missus est, qui illi gladium, famē, & pestilentiā proposuit, vt ex tribus vnum quod vellet eligeret. Vides, quomodo non in longū peccatis dilata punitio est, sed quasi euestigio est cōmissum peccatum subsequuta. Idem quoq; in Salomone & aliis pleriq; qui post ipsum regnauerunt, ex sacra historia est manifestum. Hinc ille historiarum Iudaicæ miseræ sub Antiocho descriptor, in secundo Machabæorū libro, cū horrenda quædam descripsisset, ab illo impio impie in Israelitas operata, ad suæ gentis cōsolationem, atq; legentium cōmotionem, dignissimā sententiā de hac punitioe virgæ proloquitur: quā hōc quoq; ad verbum describere non duxi inutile, Obsecro autē eos (inquit) qui hūc librum lecturi sunt, ne abhorrescāt propter aduersos casus, sed reputēt ea quæ acciderint, nō ad interitum, sed ad correptionē esse generis nostri. Et enim multo tēpore non finire peccatoribus ex sentētia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficii est indicium. Non enim sicut in nationibus dominus patietur expectat, vt eas, cū iudicii dies aduenerit, in plenitudine peccatorū puniat: ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris in fine deuolutis, ita demum in nos vindicet. Propter quod, nunquā quidem a nobis misericordiā suam amouet, corripiens verò in aduersis populum suum non derelinquit. Quæ profectō sentētia optime cum iis quæ hoc in loco ex ore domini proferuntur consentiunt, & confirmāt ea vsq; in multas generationes recte fuisse impleta in veteri illo populo Israelitico, donec Synagogē perduraret electio. Nunc autē illa reprobata in populo Christiano cōsiderāda hæc punitio est, quā etiā modo ad oculum cernimus, dum quotidianis plagis & nouis signis ciuitates omnes pene per totū Christianorū imperium experimur affligi, multo amplius quàm infideles & obstinatas idololatrias, quibus iudicium reseruatur importabile, & vltio grauisima in extremum diem, suo tēpore reuelanda. Vnde quæ in præcedētibus ad cōsolationem Iudaicæ gentis descripta proposuimus, nostra temperate, Christiani nos, rectissime ad nostram cōmotionem & cōsolationem poterimus accommodare: ne cum nouas semper & insolitas punitioes de anno in annū aduersum nos immitti viderimus, cōturbemur, quasi populum suum Deus in totū abiecerit. Donec enim id cernimus, magis iudiciū habemus dilectionis Dei. Quādiu enim patris virgæ sentit filius, certo colligit argumento, nondum se a suo patre repudiātū. Propter quod Psalmo vigesimosecundo hoc intelligēs ipiritualis homo, dicebat, Virga tua & baculus tuus, ipsa me cōsolata sunt. Et Psal. decimosextimo, Disciplina tua corripuit me in fine, & disciplina tua ipsa me docebit. ¶ Versu quadragesimotertio, Destruixisti eum ab emundatione. Clarius secūdo expositionem in Elucidatione positam vertit ex Hebræo Hieronymus, Quiescere fecisti munditiam eius: accipiendo quiescere, pro cessare: quemadmodum alibi, Quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra. Verti etiā potest ex Hebræo, Retrocedere fecisti eum a mundicia vel puritate, aut deleuisti mundiciā eius, vel destruxisti splendorē eius. Quæ omnia clarior q̄ nostra lectio eandē habent sententiam. ¶ Versu quadragesimosexto, Memorare quæ mea subsistat. Subsistat hoc loco videtur non accipi debere pro ipso quod subsistit, vel ex quo homo subsistit, videlicet pro materia & forma, ex quibus homo cōpositus subsistit, sed pro subsistentia potius vita aut duratione. Est enim sensus, Memorare quæ sit mea vita, quæ sit mea subsistentia: id est, quàm modica sit duratio vitæ meæ, quæ ego subsistam in terra. Vnde ex Hebræo vertit Felix, Memor esto, quanti temporis, vel quàm breuis momenti sum ego. Alii vertunt, Quod subitaneus sum ego, id est, subito & cito admodum absumēdus per mortem, quod cito præcipitabor, & non diu durabo. Et secundum hunc modū indicauimus subsistentiam accipi etiam Psalmo trigesimo octauo, cum dicitur, Ecce mēsurabiles posuisti dies meos, & subsistat mea tanquā nihilum ante te: quemadmodum vide- **Psal. 38.** re poteris in Elucidatione & in vtriusq; annotationibus super eo loco. Poterit tamen præfens locus non male intelligi de ipsa subsistat, siue materia & cōpositione, vnde corpus hoc corruptibile cōpositum subsistit. Atq; ita sensus erit, Memēto domine, quod de luto & de limo terræ me composuisti, propter quod necesse habeo quātocyus redire in puluerem, iuxta quod tua vox ad primum parentem meum loquuta est, dicens, Puluis es, & in puluerem reuerteris. Sicque eadem erit hæc querimonia, cum illa quā apertius proponit sanctus Iob, cum ait, Memēto, quæ luto, quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Atq; huic expositioni consonat manifeste Paraph. Chald. quæ sic habet, Recordare, quod creatus sum de puluere. Versio tamen beati Hieronymi, nec huic, nec priori nostræ fauet intelligentiæ. Sic enim diuersa ab vtraq; lectione sentētia ille vertit, Memēto mei de profundo: id est, de imo miseriarum quibus iaceo immerfus. ¶ Versu quadragesimonono, Memor esto domine opprobrii seruorū tuorum, quod cōtinui in sinu meo, multarum gentiū. Aliter dicitur opprobrium seruorum Dei, aliter gentium. Seruorum enim Dei dicitur opprobrium passiuè, quatenus ipsi hoc sustinent. Gentium autem actiue, quatenus eis infertur populo domini. Clarius autem hæc sententia efferretur, si vltimus ille gentiū ponetur in ablatiuo, ad hunc modū, Memor esto



opprobrii seruatorum tuorum, quod continui in sinu meo à multis gentibus. ¶ Versu penultimò, E Quod exprobrauerunt inimici tui domine, quod exprobrauerunt cõmutatione Christi tui. Potest, quòd, accipi coniuñtionaliter, loco quoniã: vt sit sensus, Memor esto, & cetera. Quoniã exprobrauerunt tibi domine, & cetera. Atq; hæc constructio difficultatē non habet. Verum lectio tam Græca, quàm Hebræa magis declarat, quod relatiue accipiendum. Nam & in Hebræo & in Græco relatiuum habetur, atq; ita cõuenientior esset eloquentio per ablatiuũ casum, iuxta quod ex Hebræo vertit beatus Hieronymus, & nos in Elucidatione similiter explanauiumus: cum & in Græco sit ð casus genitiui, qui apud Latinos reddi solet per ablatiuum.

LXXXIX. PSALMI ARGUMENTVM.

H Vmane vitæ breuitatem & multiplicem miseriam Psalmus iste coram Deo sub orationis forma proponit, ostendens totum hoc tempus vitæ nostræ, etiam si mille foret annorum, non nisi vnius diei spatium cõputari, nec diu in eodem statu posse hominem secundum corpus perdurare, sed debere continuo trãsmutari & transire ad finem, mox vt exordium cõeperit, donec per senectutem tandem penitus deficiat, reddeatque in puluerem, iuxta legem omnibus filiis Adam ex ira Dei constitutam. Deinde, etiam aliam afflictionem commemorat vt se septimo, & deinceps, quæ homini est ex timore diuini furoris atque districti iudicii, quod post huius vitæ finem expectatur, quando se uere nostra omnia diiudicabuntur, quæ nunc Deus ante oculos considerat, vt tunc adducat in iudicium, ad quod iudicium nostræ vitæ decursus quantocytus properat, continuo fini accedens vicinior: quæ vita & labore afflictioneq; spiritus plena est, propter quod, aranei comparatur exercitationi, frustra sese fatigantis & exhaurientis & nimia breuitate deficiens, vt pote quæ non nisi 70. aut in maximum, 80. annos habet durationis in bona qualicunq; valetudine, vt quicquid superauerit, ad laborem & dolorem pertineat. Deo sic in mansuetudine ad præteritorum delictorum expiationem in ætate nouissima corripiente hominem, vt venturam iamque de proximo imminuentem iudicii iram paterna correptione emendatus possit effugere: quæ tam est terribilis, vt nemo hominum satis possit illius terrorem comprehendere, propter quod postulat, paternam sibi dexteram notam fieri, & ex disciplina paterna erudiri corde in sapientia. Atque hæc ad verbum vsque decimiquintum. Vbi ad Deum orationem dirigens, se consolatur in misericordia Dei, qua repleti cõsedit omnibus bonis, exultareque & letari pro afflictionibus præteritis: quæ licet futura, sub tempore tamẽ præterito, quasi iam accepta significat. Duobus autem versibus nouissimis, perpetuam Dei directionem & illuminationem postulans, ita Psal. terminum humanæ miseris contemplator imponit.

LXXXIX. PSALMI ELUCIDATIO.

1 Domine refugium factus es nobis, a generatione in generationem.

2 Priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis, a seculo & in seculum tu es Deus.

3 Ne auertas hominem in humilitatem:

\* & dixisti, conuertimini filij hominum.

4 Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquã dies hesternæ quæ præterit.



Domine Deus, tu exhibuisti te nobis refugium in omnibus generationibus ab initio, protectorẽ, defensorẽ, susceptorem & auxiliatorẽ semper te præstitisti nobis atq; patribus nostris in omnibus generationibus quæ præcesserunt ab initio. 2 Tu verò, qui factus es nobis refugium in tẽpore, absq; nobis sempiternum perfuturus, neq; nobiscũ cõcepisti habere vitæ principium. Siquidẽ ante omnẽ creaturã tu eras, antequã fierent mõtes, antequã altissimã illẽ & nobilissimã angelicã mêtēs crearentur: sic & priusquã crearetur orbis terrarũ, cũ omnibus quæ sunt in ipso: ante omnia sæcula in æternitate tu verò eras Deus, & subsistebas in temetipso perfectissimus, omnium bonorũ aggregatione perfectissimãq; possessione plene beatus. Vnde cognoscimus, quòd nobis vt te refugium exhibeas, nõ hoc vilius esse tui cõmodi gratia, qui ante omnẽ creaturã cõstita in te plenissime possederis, vt nõ possis a quoquã quicquã suscipere, sed nostri cõmodi & boni gratia id facis. 3 Hinc nos populò tuus sumpta fiducia bonitatis tuæ, oramus, vt non sinas humanũ genus penitus auerti in humilitatem: ne nos patiaris, neq; nunc declinare in vtilitatem peccati, neq; post huius vitæ exitum in illam infimam & extremam vilitatem damnationis inferni, quæ verẽ vltima & extrema abiectio siue vilitas est: \* quoniã tu dixisti, ita definiuisti de omnibus filiis hominũ, quòd reuerti debeant secundum corpus, per mortẽ in terram vnde formati sunt: generali sententia & lege voluisti, vt omnes mortales sicut de puluere facti sunt, ita quoq; per mortem redirent in puluerem: quam sententiã tuam nemo poterit effugere. Quapropter, pro huius humilitatis (quæ tantum secundum corpus est) auersione, nequaquã volumus deprecationẽ facere, sed pro illa vltima & pessima quæ ad animam attinet, oramus, vt non in illam nos auertas, nunquam ad illam nos abicias, sed misericorditer ab ea custodias. 4 Ecce enim mille anni cũ iam præterierint, ante oculos tuos sunt quasi dies vna, videlicet hesternæ, quæ iam præterit, & nihil eius superest. Idem enim erit de mille annorum spatio & duratione, cum illi iam euoluti siue transacti fuerint, vt nihil illius durationis superfit. Vnde quãuis hominẽ ali-

A

5 Et custodia in nocte:

\* quæ pro nihilo habentur, eorũ anni erunt.

6 Mane sicut herba transeat:

B

\* mane floreat, & trãseat:

\* vespere decidat, induret, & areseat.

7 Quia defecimus in ira tua:

C

\* & in furore tuo cõturbati sumus.

8 Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo:

D \* seculum nostrum in illuminatione vultus tui.

9 Quoniã omnes dies nostri defecerunt:

\* & in ira tua defecimus.

quem cõtingeret mille annos viuere (quod omnino nemini datur) & huius tamen vitæ non nisi tanquam diei vnius reputaretur, neq; coram te estimaretur diuturnior mille annorum, quàm vnius diei duratio, neq; quenquã potest longa vita ab illa tua generali sententia excipere, etiã si daretur illi mille annorum duratio. 5 Eritq; illa mille annorũ duratio non nisi sicut vigilia noctis, quæ cito trãsit, & succedit ipsa abeunte adueniẽs altera posterior, quomodo & ipsa priorẽ alteram abeuntem subsequuta fuit, ab eius termino sumendo initium \* anni filiorum hominũ quibus super terram viuunt, sunt ex numero eorum quæ pro nihilo habentur, id est, quasi nihil existimatur dies humanæ vitæ, duratio mortalium pro nihilo computatur, propter successionem perpetuã, defectum continuum, siue continuum ad finem tendentiam, & celerrimum transitum. 6 Mane transeat quasi herba in ortu sui initio transeat homo, & permutabitur cõtino per augmentationem & profectum ad perfectionẽ iustam consequendam: quem admodum mane exoriẽte sole gramẽ proficit, & transeat per augmentationẽ ad perfectiorẽ valetudinẽ, augmentaturq; mole, & perficitur convenientibus qualitatibus: \* in ætate prima florebit & vigebit secundum corpus, & proficiet in augmentatione atq; perfectione corporis, donec in virile robur euaserit: quasi in meridiẽ & vitæ mediũ, sicut herba floret & transeat continua augmentatione proficiens, donec perueniat ad staturam perfectam: \* sed ad vesperam, cum diei finis, id est, vitæ terminus, siue senectus ipsa aduenit, deficere incipit vigor eius, & deperibit, imminueturq; continuo defectu a statu perfectionis & vigoris pristini: & exhaustus vigore humorẽq; naturali indurescet cõuileato corpore, vt solẽt indurari senum corpora: & profusa exiccabitur, humido naturali magna ex parte consumpto, neq; vltra sufficiens ad reparationẽ corporis & sustentationẽ caloris vitalis, sicq; tandẽ redibit in puluerẽ. 7 Hanc enim defectionẽ, hanc mortis necessitatẽ, nõ in bona voluntate tua ordinasti in nobis, sed ex ira tua in vindictã inobediẽtię nostræ nobis imposuisti. Tũ enim ab initio re cõtũ feceras hominẽ, & sic cõstitueras immortalẽ, vt potuisset si voluisset nõ mori, neq; ab initio ista lex mortis incumbere nobis: sed propter inobediẽtiã offensũ, in ira tua protulisti aduersus nos duram istam sententiã, vt iam nõ liceat cuiquã mortis statũ effugere: sumusq; non tua bona voluntate, sed nostra culpa, huic legi mortis subiecti: \* Et forsità parum id videretur huic necessitati corporalis mortis subiacere, tolerãda vtcunq; foret pœnalis illa, sed temporalis, afflictiõ. Nũc verò (quod miseriam nostram in hac vita valde aggrauat) ex alia parte, consideratione eorum quæ post mortẽ imminet iudiciorũ tuorum valde cõturbamur, a facie furoris tui, quem credimus aduersus omnes impios te ostẽsurum in die illa tremenda, merito cõtremisimus & expauescimus, ne forte post huius vitæ miseriam temporalẽ, tuo furore illo, proiciamur cum reprobis in sempiternã. 8 Et merito quidẽ cõturbari debemus in hoc tuo furore, in consideratione terribilis iudicii tui, quoniã credimus te omnes nostras iniquitates, quibus nũc tuæ voluntati cõtariamur exactissime cognoscere, & habere ante conspectum tuum, eaq; omnia quæ nunc agimus malã non te latere, sed habere ante oculos: \* totum etiam decursum vitæ credimus te habere ante oculos, atque in lumine siue cognitione vultus tui, ita vt omnes nostras operationes præteritas, præsentis atq; futuræ (quas per omnẽ decursum sæculi nostri siue durationis vitæ nostræ operati sumus, vel operabimur super terrã) tu habeas lucidissime cognitã, quẽ admodũ id quod nos ante oculos nostros positũ in medio diei lumine clarissime cõspicimus: neq; quicquã eorũ quæ nos hĩc agimus, in obscuritate positum est tibi, quasi abconditũ ab oculis tuis: vt merito cõturbari debeamus in cõsideratione v̄turi illi9 furoris tui, ob cõsciẽtiã plurimorũ malorũ quæ in te cõmissimus, & quotidie cõmittimus: cũ sciamus, distinctissimã de cõtẽtis operibus nostris à te exquirẽdã rationẽ. 9 Quid enim nõ timeamus venturum illum furoris & iudicii diẽ? Ecce ex sententiã iræ tuæ, quæ super nos irrevocabiliter prolata est, defectionis & mortis nobis incũbit necessitas, neq; est via effugiendi, nõ est fortitudo, non est cõsiliũ, non est sapiẽtia contra hoc decretũ tuũ: \* trãsieruntq; omnes dies & anni nostri: totum tempus vitæ nostræ cõtino fluxu ad finẽ proxime accedit, & necesse nobis erit

velimus nolimus, ante tuū cōspectum exhiberi, vt referat vnusquis- que propria corporis prout gēsit, siue bonū, siue malū. Nōne igitur stolidissimi fuerimus, id sciētes, nō posse nos euadere: si nō modo studeamus à cōsideratione furoris illius sic salubriter cōturbari, vt pœnitētiam agētes, illius tunc mereamur terribilem vltionem euadere: 10 In omnibus annis & toto tempore vitæ nostræ, nos plerique mortaliū meditāmur & exercemur multo labore & sollicitudine, sicut araneus: in multo & superfluo labore & afflictione trāsigim⁹ annos vitæ nostræ ad similitudinē aranei. Quemadmodū enim araneus magna sollicitudine discurret, & multa instantia laborat in texendo telā, ad cōponendum opus suū, & ob hoc seipsum euiscerat & exhaurit, vt citius ante rēpus deficiat exhaustus: e qua tamē tela, modicū admodū habet fructum, tenuem scilicet victum in ea sibi venando, neque post omnem laborem habet aliud: & frequēter post omnem laborem, post perfectā telam, ipse qui texuit, fugatur ē suo adificio, aut scopa circūducta per parietem abripit simul in momento temporis & araneū & telam eius, atq; in ignem cōiicit, sicq; omnis perditur labor & qui laborat in eo: ita & homines sup̄ terrā in annis vitæ suæ frequēter multis exercētur inutilibus laboribus, quos impendunt rebus tēporariis, maxima sollicitudine & sedulitate operantes, in illis, seipsum exhauriētes, euiscerātes, atq; mirum in modum excruciatēs: cum nō possint ex omnibus, nisi tenuē sibi victum & vestitū accipere: & nō raro post omnes labores peractos, subito homo vita priuatur, & cogitur relinquere quæ congregauit omnia, vel ipsum etiā opus subito destruitur ac perit abiq; vtilitate aliqua. Atq; ita manifestum est, totū hoc tempus nostræ vitæ, non esse nisi laborem, dolorem & afflictionē spiritus, cuiusmodi est araneorum vita: \* Est praterea humana vita etiam durationis permodicæ. Dies enim annorum hominis, duratio vitæ humanæ qua potest homo vt plurimum secundum cōsuetū naturæ, cursum in sanitate & bona valetudine viuere, sunt anni septuaginta aut circiter, vel paulo infra, vel paulo supra, iuxta cōplexionis fortitudinē & bonā proportionē hominis. 11 Si verò in magnis viribus, siue (vt ita dicam) robusticitatibus, multaque cōplexionis fortitudine, aliquibus detur octoginta annos viuere, in bona valetudine & qualicunq; robore, profecto id quàm paucissimis contigit, & optimā robustissimāq; compositionis talis esse deberet, qui ad tantum terminū in bono corporis robore posset pertingere: \* quod verò ultra hos terminos est reliquum vitæ, in afflictione est atq; dolore, propter defectum continuum. Residuum tēpus vitæ humanæ quod in plurimis secundū communē humanæ cōplexionis cursum ultra septuaginta annos viuunt, vel in paucissimis illis & fortissima cōplexione præditis ultra octoginta annos, id plenum est dolore & afflictione: eoq; magis, quo lōgi⁹ ultra terminum illum trāsitur, & fini acceditur vicinuis. Omnibus enim viribus destituuntur, neq; membris corporis sui ultra valent vti pro libito, propter caloris naturalis & spiritū defectū, morbisq; variis implētur & pœnalitatibus: cū etiam aliud nihil mali illis cōtingeret, senectus ipsa per se morbus dicatur, sicuti & vere morbus est. 12 Tūc enim in senectute venit super nos māfucta disciplina tua, per quam corripimur variis malis, & erudimur in māfuetudine tua. Afflictio enim illa senectutis, prouide sic à tua benignitate humano generi inducitur & imponitur, in expiationē errorū vitæ pristina, vt p̄ delictis iuētutis (que donec sensus carnis ī nobis viguit cōtraxim⁹) deficiens, iamq; ad finem vergens vltima illa atas, carne consumpta, velut satisfaciāt: puniatq; illa vitæ atas nouissima iudicio proxima, quod in prioribus delictum est, antequā hinc abscedere per mortem homo cogatur, districtoq; tribunali assistere: \* Superuenit quoq; nobis in senectute quadā remissio & defectus quidā vigoris atq; feruoris, corporis viribus omnibus deficientibus, & mēbris flaccēscētibus, per quam remissionem & deficientiā corripimur & affligimur, estq; ipsa nobis pro correptione & disciplina, p̄ punitione errorū atatis prioris, in qua per inordinatū carnis feruorē mala multa commisimus. 13 Quis ex hominibus nouit potestātē & fortitudinē iræ tuæ? & quis nouit dinumerare, mēsurare, cōprehēdere iram tuā, præ timore tuo, secundū timorē tuū, secundū quod merito es timēdus & formidabilis. Profecto nemo cōprehēdere potest, nemo valet intelligere, q̄

2. Cor. 5.

10 *Anni nostri sicut aranea meditabantur.*

Eccle. 1.

\* *dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.*

11 *Si autem in potentibus, octoginta anni:*

\* *et amplius eorum labor et dolor.*

12 *Quoniam superuenit māfuetudo, et corripimur.*

13 *Quis nouit potestatem iræ tuæ, et præ-*

A *timore tuo iram tuam dinumerare.*

14 *Dexteram tuam sic notam fac:*

\* *et eruditos corde in sapientia.*

B

15 *Conuertere domine vsquequo: et deprecabilis esto super seruos tuos.*

16 *Repleti sumus misericordia tua:*

\* *et exultauimus et delectati sumus in omnibus diebus nostris.*

C *17 Latati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: et annis quibus vidimus mala.*

18 *Respice in seruos tuos, et in opera tua:*

D \* *et dirige filios eorum.*

19 *Et sit splendor domini Dei nostri super nos, et opera manuum nostrarum dirige super nos, et opus manuum nostrarum dirige.*

potens, quàm terribilis, q̄ formidabilis vltio illa iræ tuæ sit futura, cum se manifestauerit: atq; ob hoc parū nobis videri debet, imò nihil, imò gratū nobis esse debet, quicquid in hoc mundo pro peccatorū nostrorum expiatione, in māfucta Dei corruptione ex ipsius ordinatione sustinemus. Paululū enim est omne quod in presenti cruciat: 2. Cor. 4. & id quod in presenti est momētaneum & leue correptionis paternæ, ab illo pōdere grauisimē iræ, quæ tunc reuelabitur, animam alleniat. 14 Ita pater sic nos affligendo disciplina tua, notifica nobis paternā dexterā tuam: fac nos tuam disciplinā qua nos percutis agnoscere, vt agnoscentes à te nobis has obuenire afflictiones, & patris nostri esse hæc verbera, patiēter ea cum gratiarū actione sustineamus, siantq; nobis in purgationē peccatorum nostrorū, & in euasionem venturæ illius iræ cundia, quā tunc sentient qui nūc extra disciplinā sunt, aut q̄ non cū patientia tuam correptionē suscipiūt: \* & fac nos sicut corpore exterius afflicti, ita corde interius eruditi per sanctā sapientiā tuā: vt dum exterius nos cædis virga tuæ correptionis, interius nos erudias institutione sanctę vnctionis: & vexatione dante intellectu, ad te penitus cōuertas, atq; in tua sapientiā perfectos facias: ne si foris tātam manum sentiamus verberantē, interiori eruditione deficientē, nihil nobis tua disciplina proficiat. 15 Quoniā itaque sic se habēt res humanæ, quoniā omnia nostra plena sunt afflictione & dolore, tandē aliquādo Deus piissime ad nos conuertere benigno aspectu tuo: \* mitētemque, placidū, benignū & exorabile te ostēde erga seruos tuos, vt flectere te possint ad misericordiā. Tota enim vitæ nostræ quam iam exposuimus miseria, nō aliud clamat, q̄ medicinalem tuam misericordiam. 16 Te verò ad nos cōuertente benignum aspectum tuum, te ad nos redeunte in fauore gratiæ tuæ, quasi in matutino tēpore (quando festinus sol exoriēs latificat orbē) abunde implemur omnibus bonis, ex diuitiis thesauri inexhaustæ misericordiæ tuæ: \* & nos in hac abundantia bonorū tuorum magno gaudio exultabimus atq; delectabimur, omnibus diebus quibus viuemus ante conspectū tuum, in perpetuis aternitatibus. 17 Tūc latabimur pro temporibus præteritis, in vita ista corporis trāfactis, in quibus afflixisti nos, & disciplina tua correxisti: quando fructum illum pacatissimum recipiemus patiētia, & hereditatem regni, quod comparatur, patientia: \* latabimur super diebus & temporibus quibus experti sumus & sustinim⁹ mala: quemadmodum ecōtrario veniet aliquando tempus vt tristentur impii qui in bonis duxerunt dies suos, pro diebus quibus fuerunt iucundati, & p̄ annis quibus viderūt bona. Erit enim in futuro retributionis tēpore mirāda cōmutatio, vt ii qui in hac vita corporis bona receperunt, mala tunc accipiāt: qui verò nunc mala, tū bona suscipiāt, vt qui in vita luxerint, tum rideant: & qui in vita riserint, tum luceāt. Quam cōmutationem dum mentis oculis attendimus, vtique modis Luca. 16. omnibus parati sumus, animo patiēti, grato & hilari, tuæ correptionis semper disciplinā suscipere. 18 Vt autē ad illam omnīs boni abundantia, & satietatem pertingere aliquando valeamus, oramus, vt nos seruos tuos & opera manuum tuarum, paterno semper, aspectu respicias, semper ad nos paternum oculum sollicitudinis, curæ & prouidentia dirigas, curā verē paternā de nobis gerens: vt nos qui sumus serui tui & opera manuum tuarū, quæ tuis manibus fecisti & plasmaisti, semper in tuo seruitio stabiles permaneamus: \* neq; verò pro nobis tantum, sed & pro filiis ac posteris nostris hoc ipsum postulamus, vt semper te eis directorē & ducem in omni bono ad consummationē vsque sæculi, exhibeas, & quasi pastor bonus baculo tuo eos dirigas, etiā necessariam corruptionem & disciplinam nunquam abstraheas ab eis, vt nō aliquādo à te aberrant. 19 Et sit splendor tuus, o domine Deus noster, super nos: tu desuper refulge, & resplende in mētibus nostris, sancta illuminatione tua, per quam dirigamur in cunctis operibus nostris, & in cūctis operibus manuum nostrarū: in omnibus nostris actionibus dirigamur, gubernemur, firmemur, & constabiliamur, vt sanctę tuę illuminationis ducatu, in omnibus tuam sanctissimam voluntatē adimplentes, ad perpetuam tuam beatitudinis nimis amabile consortiū, feliciter aliquando pertingere valeamus, ac post miseræ, laboriosæ, atq; erumnosæ huius vitæ laborem, in quietissimæ tuæ & beatissimæ mansionis requiem introire. Amen.

**V**ersu secundo, Priusquam montes fierent, Elucidatio mōtes interpretatur angelos, quomodo & aliās nōnunquam, vt Psalmo. 124. Montes in circuitu eius, iuxta vulgatiorem expositionem, vt significetur fuisse ab aeterno Deum, ante constitutionem omnis creaturae, tam spiritalis quā tēporalis. Potest tamen simpliciter intelligi de montibus corporalibus, qui sunt terra: quos fecit Deus in initio conditionis rerum, tunc (vt verisimilius creditur) quum aquis terram ex parte discooperuit. ¶ Versu. 3. Ne auertas hominem in humilitatem. Potest intelligi, in vilitatē peccati atque damnationis, vt vides in Elucidatione: vel ad humilia ista & vilia huius mundi visibilia bona: vt sit sensus, Non patiaris nos declinare, affectiue incuruari, ad humilia & vilia saeculi bona: Quod etiam sequitur, Et dixisti, conuertimini filii hominum: recipit hoc quoque duplicem intelligentiam. Prior in Elucidatione posita est, de sententia domini post peccatum super Adam prolata. Puluis es, & in puluerem reuertaris: vt accipiat conuertimini, pro reuertimini. Posterior conuersionem istam proprie intelligit, secundum hunc sensum, Tu dixisti, ac praecepisti filiis hominum, vt se conuerterent ab amore harum rerum humilium, ad amorem bonorum aeternorum & inuisibiliū. Secundum vtrāque autem expositionem, apte haec pars cum praecedenti connectitur. Merito enim postulamus, non auerti in humilitatem rerum temporalium, eo quod nobis praecepit Deus conuerti ad aeterna, & ab illis auerti. Merito etiam postulamus non auerti in humilitatē peccati & damnationis aeternae, eo quod nobis iuxta sententiam Dei sit quanto cyus secundum corpus moriendū, ne ex vtraque parte mors nos apprehendat, vt saltem spiritus saluus fiat, dum corpus ex statuto quod effugere nō potest, reuertetur in terram suam, & in puluerem terrae, de qua formatū est. Cōiunctio autē ista, & in medio versus posita, videtur accipienda pro quia, vel cum: vt sit sensus, cum tu dixeris, Conuertimini filii hominum. ¶ Versu. 5. Et custodia in nocte: quae pro nihilo habentur, eorum anni erunt. Principium huius versus secundum sententiā iūgi debet cum fine praecedenti, hoc modo, Quoniam mille anni ante oculos tuos, sicut dies hesternae quae praeterit, & custodia in nocte: ac deinde, Quae pro nihilo habentur, eorum anni erunt, qualem distinctionem habet lectio Hebraica. Apte autem tempus vniuersum vitae nostrae, imō annorum mille duratio cōparatur non tēpori noctis, sed custodiae sine vigilia nocturnae, quae tribus tantum aut quatuor constat horulis, & continuo vna succedit alteri, suntque singulae durationis minimae. Si quidem totum noctis tēpus, in quatuor diuidebatur vigiliis. Vigilia quoque ad militiam spectant, qua etiam ratione non male nostrae vitae hoc tēpus vigilia comparatur, quoniam quidem militia est vita hominis super terram. Neque vero cuiuslibet vigilia comparatur, sed nocturnae, quoniam omnia hic tenebris & obscuritate sunt plena. Nocturnā enim vigiliā custodimus, quicumque in hac vita & in saeculo isto tenebroso subsistim⁹. ¶ Versu. 6. Mane sicut herba transibit. Facilius est, vt verba incipiatur, secundum indicatum modū, hoc sensu, Mane sicut herba transibit, mane floreat & transibit, vespere decidit, indurabit, & arefcet. Nisi velimus haec, subito commutata persona, vt ex ore domini sententiam suam pronuntiantis accipere, vel secundum operationem Prophetę, optātis conformiter ad diuinę voluntatis sententiā. Quod priori tamē loco dicitur, & simplicius & facilius est. Transitus autem ille qui hic geminatur, idē est & videtur transitus esse ad statum perfectiorem, id quod fati indicat adiectum verbum floreat. In principio enim vitae proficit homo & perficitur, ad modū herbe florētis. Sed quomodo herba, postquam mane floruit, ad vespem deficit, & vigorem perdit: ita & homo postquam floruerit, & perfectionem iustam adeptus fuerit in vite medio, statim ad defactionem tendit, efficiturque aridus & senio cōtabescens, vt nos docet experientia. Transitus autem illum in priori parte versus intelligi ad perfectionem, etiam Paraphrasis Chaldaica indicat, sic legens, Similes sunt operationes eorū herbae quae de mane floreat & augetur, vespere autem decidit & siccat propter aestum. Nota etiam hoc, quod distincte tria hic de hominis defactione dicuntur. Primo enim loco dicitur, decidat: secundo induret: tertio, arefcet. Quae tria, ordinante in hominis defactione sic ad oculum conspicimus. Primum enim collabi incipit illud robur vitale, & perfectio vigoris imminui deficiente calore naturali, & ad defactionē tendente corpore: sentitque homo, sensum viribus corporis se destitui, & membrorum solito vsu priuari. Statim verō cōsequitur corporis induratio, dū corporis partes caloris naturalis actione deperditae & assumptae nequeunt reparari: sicque cōniscantur senū corpora & indurantur, succo exhausto, quomodo lutū induratur ad solem, si nō superfundatur humor cōtinuus. Postremō, cū iam ad vltimū defactionis statū res deuenierit, exiccatur penitus, & arefcit, redigiturque in puluerem. Quomodo autē haec naturaliter in hominis corpore sic pueniāt, qualiter homo secundū naturales causas a prima aetate vsque ad mediā proficiat, augmētumque sumat, qualiter ad vespem senectutis decidat, qualiter indurescat & deficiat in puluerem, haec (inquā) omnia, plenius exactiusque tractauimus in libris de consideratione rerum naturalium, libro. 8. per plura capitula. De conuersione verō & induratione seniliū corporum, libro quinto, capitulo quinto. ¶ Versu. 7. Quia defecim⁹ in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. Possent quidē duae istae partes ad idē referri, & possent non male posterior accipi, vt secundū sententiā eadē cum priori. Nobis tamē videtur cōuenientius, vt priorē de defactione corporali, quā in presenti vita ex sententia vindictę irę Dei experimur, intelligam⁹ posteriorē de cōturbatione quę in cōscientia nostra oritur, ex cōsideratione vēturi furoris Dei, cuius ira ista, quam nunc experimur in defectu & afflictione corporis, tantum indicium est & signū p̄gruiū. Nam afflictio ista quam propter primi parētis peccatū modo in corpore sustinemus, & defactionis necessitas, manifeste nos docet, quā terribilis vltio sit exercēda in reprobos, pro peccatis ipsorum

**A** propriis, cum in furore suo iudex aduenerit. Merito proinde, cū ex ira Dei semel (mansuetē tamen) irascentis, talem in nobis defactionē experimur, salubriter conturbemur a facie furoris illius quem venturum scimus: vt dum tempus est ab illo declinare, illum effugere satagamus. ¶ Versu octauo, Saeculum nostrum in illuminatione vultus tui. Saeculum nostrum appellat, totum decursum & totā durationem vniuersiuique viuentium. Nam & hoc vulgō appellamus nostrum saeculum, tempus ipsum durationis nostrae, quo super terram viuimus: quemadmodum saeculum futurū appellamus, totam illam aeternitatis durationē, in qua sine fine viuemus. Hoc autem nostrum saeculū Deus ponit in illuminatione siue in luce, quia ante suos oculos constituit, & sua limpidissima cognitionis lumine percipit, vt nihil eorū quae nos hic agimus, cogitamus aut dicimus, illum possit latere. Notandum verō, quod non dicit tantum, saeculum nostrum tu conspicias aut vides: sed dicit, saeculum nostrum posuisti in illuminatione vultus tui. Sic enim est diuinus intellectus in cognitione rerum omnium, quomodo si oculus humanus de seipso diffundere lumen, per quod rem exterius positā sibi faceret perceptibile. Nam vt oculus talis opus non haberet ad colorū distinctionem qualibet alia re illuminante, neque illius obstaret perceptioni, quae res in tenebris essent positae, quoniam quidē ipse met in suo lumine rem sibi faceret visibile, nec egeret alieno lumine, nec impediretur tenebris: ita & diuina mens super benedicta, nullo indiget lumine alieno, vt nostrum saeculū conspiciat, vt nos & nostra quae hic agimus discernat: nō opus habet aliqua illuminatione vel solis, vel lucerne ardentis: sed ipsa lux est limpidissima, in qua cernit omnia: vt merito dicatur ipse met ponere saeculū nostrum in illuminatione vultus sui. Vnde per quendam sapientem rectissime dicitur, Oculi domini lucidiores sole. Nisi enim quod praedictū est respiceret, non diceret oculos esse sole lucidiores, sed oculos eius diceret ad videndum clarissimos, supra visum omnium oculorū. Dicens autem oculos sole lucidiores, significat, ipsam mentem diuinā sua propria illuminatione omnia cognoscere, multo melius quā ea quae corporeo visui obiecta sunt, in lumine solis discernantur. Vnde & in alio loco Psalmita, Et dixi, forsitan tenebrae conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delictis meis. Quia tenebrae nō obscurabuntur a te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebrae eius, ita & lux mea eius. Cuius intellectum difficilem quidē, sed praedictis bene conformem (si libet) suo loco require. ¶ Versu decimo, Anni nostri sicut aranea meditantur. Mirum est, quod dicat annos nostros meditari siue exerceri, vt araneum. Non enim ipsi tempori vitae nostrae cōuenit meditatio vel exercitatio ista, secundum aranei similitudinem. Accipienda ergo est eloquutio illa improprie, vt idem valeat quod, Nos in annis nostris meditatur, exercetur, sicut araneus: plerique nostrum operationes similes exercent, quales exercet araneus. De hac autē cōparatione, multa satis in Elucidatione breuiter indicauimus, quae si quis dilatare velit (id quod vnicuique vel paululum mentis habenti factu per facile fuerit) inueniet, cōparatione aptissima operationi aranei vitam humanam assimilari. Quibus etiam potest adici, quod araneus omnem suum laborem videtur impendere ad hoc, vt animalcula innoxia praedetur & interimat. Opus enim eius cum perfectū fuerit, nō aliud quā laqueus est, rete quo muscae, ac huiusmodi capiuntur. Et cum venatione muscā ceperit, statim accurrit, vt exugat sanguinē. Ita plerique mortaliū, impii videlicet & iniusti homines, omnem impendunt sollicitudinem & diligentiam ad decipiendum seducendumque & opprimendum innoxios. Videmus & hoc, araneū multo minus liberum ac tutum esse, & magis coangustatum facilius posse cōprehendī atque necari, post opus telae perfectum, post domum consummatā, quā ante potuerit. Nā ante aedificatam domū, mox vbi vel statum lenem persenserit, magna celeritate longe aufugit, & euadit periculum. Cum verō intra domū aedificatam fixerit iam habitationē, non nouit nisi in cubiculū interiorius se subducere: in quo, dum nō conspicitur, securū se putans, plerumque simul cū sua aranea araneus inuoluitur, atque in terrā prostratus calcatur, vt eiciat venenosa viscera, ac pereat, qui donec viueret, innoxia oppressit, interemitque animalcula. Ita & avari homines, huius saeculi filii, multo minus tuti sunt, liberi, & securi, post suas aedificatas telas, post sua aedificia magna & alta, cōsummata, quae fuerant antequam quicquā omnino aedificassent aut possedissent. Diligunt enim telas suas: & quantumuis metus magnus ingruerit, nō volunt relinquere telas quas aedificauerunt, sed abscondunt sese in diuitiis quas congesserunt, & in operibus quae extruxerunt, fiduciā habentes, quae saluari possint in eis, donec tandē veniat qui ipsos latitantes, & videri se nō putantes, humiliet vsque ad terram, & pedibus cōculcatos, in infernum tremendū proiciat, perpetuo torquēdos: sicut & ipsi dum viuerent in telis suis, tortores fuerant simpliciu. Verum haec impiis peculiaris sunt, illa autē quae in Elucidatione posita sunt, generaliter plerisque mortaliū conueniunt, etiā iis qui absque iniustitia & fraudibus viuunt. Potest etiā ista meditatio aranei accommodari ad sollicitudinē humanę vitae in qua viuimus. Araneos enim experimur, praeter ceteris animalibus maxime sollicitos & timētes. Dū enim resident in arce sui cubilis, plerumque dimidio corpore in foramen cōclauis absconditi, ita quasi excubias videntur agere: vt quae plurimū vel leuiter tela contacta fuerit, cernantur ad interiorem suā munitionem sese retrahere, atque illic sese abscondere, donec ad experiendū, verūne periculū sit an non, iterū caput efferant. Sic in perpetua videtur agere sollicitudine. Nec aliter se habet omnis vita hominū, quae in magna sollicitudine ducitur: dum ad quēlibet lenem timorē homo metuit frequenter vbi nullus est timor. Nec illud pro simplicioribus inutile fuerit annotare, quod aranea apud pbatiores auctores lingua Latina telam ipsam potius, quā animal inuenitur significare: animal autē ipsum quod telam texit, genere masculino, araneus appellatur. In presenti tamē loco, araneā genere femineo, vulgata lectio ponit pro animali texente, nō pro tela quae textitur: quomodo etiā subinde apud Poetas, atque adeo apud ethnicorū Poetarum principem Virgiliū, aliquando inuenitur vsurpatum.



¶ Versu eodem, Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Facilius esset sermo, si tantum diceretur, in diebus annorum nostrorum septuaginta anni, aut dies annorum nostrorum septuaginta continent annos, aut septuaginta annis constant. Cum verò præmittitur dies annorum, ac deinde replicatur, in ipsis, ita difficilius redditur oratio, nominatio illo primo absq; restore propter alterum interpositum relicto. Verum id non est scripturarum vsu infrequens, & aliàs nō semel familia admonimus, velut Psalmo decimo, Dominus in celo sedes eius. Et alibi, Dominus ipse est Deus. Quantum verò ad sententiam, nota ordinem huius partis ad præcedentem: quoniam in parte prioris fiebat mentio de afflictione & labore qui est in vita hominis, hic autē de eius breuitate. Duo enim hæc sunt, quæ præsentem vitam faciunt cōtemptibilem, & aliquo modo vilem ac miseram: videlicet quòd vita sit plena laboribus, iuxta quod Sapiens ille dicebat, Omnia quæ fiunt sub sole nō esse nisi vanitatem, laborem, & afflictionem spiritus: deinde, quòd tantæ sit breuitatis, tantæ celeritatis, vt nō nisi pro vno die, imò non nisi pro noctis vna vigilia mereatur computari. Duo hæc in libro Eccle. 1. quog; Sapientia cōiungunt impij, ad impietatem sese exhortantes, Exiguū, inquit, & cum tadio est tempus vitæ nostræ. Vbi dum exigū dicunt, posterior notatur eorum quæ diximus: dum verò adicitur, & cum tadio, prius indicatur, videlicet quæ est in vita presenti afflictio spiritus. ¶ Versu vndecimo, Si autem in potentatibus, & c. Ad perfectum sensum eliciendum expedit hunc versum coniungi cum præcedenti, ipsum que hoc principium legi vt quandam parenthesis, ad hunc modum, Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni (si autem in potentatibus, octoginta anni) & amplius eorum labor & dolor: vt sit hic sensus, Duratio vitæ humanæ annos cōplectitur septuaginta (aut forte in validissimis & robustissimis quibusdā, octoginta) quod verò vitra hunc terminum est, reliquum vitæ eorū, certè labor & dolor est. Valet enim hoc, in potentatibus, ac si dicamus, in robustitatibus, in iis qui singulariter forti & robusta sunt cōplexione præ cæteris. Debet autē terminus iste humanæ vitæ hic assignatus sic accipi, vt ad quæ possint homines sani & benevalentes, cum bono robore, absq; dolore & afflictione pertinere: secundum communē videlicet cursum, vsq; que ad annos septuaginta: ex maxima autem cōplexionis fortitudine, vsq; ad octoginta. Quod satis apertè in Paraphrasi Chaldaicæ innuitur, quæ septuaginta annos dicit fortitudinis, Dies, inquit, annorum nostrorum septuaginta anni fortitudinis. Vnde patet, periodum siue durationē humanæ vitæ multum esse imminutam citra tempus Moysi, si hic (iuxta tituli prænotationē) dicatur Psalms author, vel citra tempus Dauid, si ipse Psalms dicatur conscripsisse. Quapropter, male ex hoc loco arguunt quidā, periodum & durationē humanæ vitæ iam eandem & æqualem habere speciem humanam, quantam habebat tempore Moysi, eo quòd etiam nunc multos videamus viuere vsq; ad annos septuaginta, paucos quosdā (secundum cōparationem loquendo) ad annos octoginta, imò nōnullos, sed paucissimos, ad annos nonaginta, aut centum. Sed decipiuntur qui istud asserere conantur, non rectè intelligentes quod hic de numero annorum vitæ humanæ dicitur. Non enim ipsa extrema duratio humanæ vitæ assignatur à Moysē vel à Dauide, aut quam possit humana vite perducī, etiā cum dolore & afflictione: sed illud tempus, quo in vigore potest homo permanere & bona qualicunq; valetudine absq; vitæ tadio, cum vsu bono sensuum & membrorum persistere. Nam Moyses cui hunc Psalms plerique Hebræorum ascribunt, aut saltem, cuius tempus propter inscriptionē tituli videtur cōsiderari debere, centū & viginti annis vixisse innenitur. Vnde post annū septuagesimum vixit annos quinquaginta. Iosue quoq; mortu⁹ est, centū & decem annorū. Sed & ex naturali ratione pulchrè id demonstrari potest, nō posse fieri secundum naturam, vt eadē nunc sit humanæ speciei perodus, quā tunc describitur habuisse, & nimia temporū mora intercesserit. Nos rem istā totam cū declaratione loci ex Psalmo ppositi, ex ipsa radice plenissime tractauimus in libris de cōsideratione rerum naturalium, capitulo 22. lib. 8. vbi ostendimus, quid sit in causa, quare id diuersis mundi ætatibus perodus humanæ vitæ cōtinuo deficiat, deficiētq; donec persistat cursus iste temporum, tam ex autoritate scripturæ sanctæ, quæ ex demonstratione rationis naturalis, ac naturalis Philosophiæ principijs. ¶ Versu eodem, Et amplius eorū labor & dolor. Verior sententia ista esse videtur: Quod superest, vel quod est residuū vitæ septuaginta annos, vel in fortissimis vitra octoginta, afflictione & dolore est plenum: & vix intra vitæ terminū meretur computari, cum post terminū illum vita sit quasi nō vita, estq; ille quotidianus defectus corruptionis mors potius dicenda quæ vita, & verius mortis protractio siue expectatio, quæ prolongatio vitæ. Secundū quam intelligentiam, amplius eorū, valet, amplius vitra illos annos, id est, quod vitra hos annos est. Quidā tamen sic intelligunt, Maior pars annorū vitæ nostræ est labor & dolor, quoniam maiorem partem temporis nostri in labore & dolore consumimus, varijs obnoxii corporis necessitatibus, in fame, siti, frigore, opprobrijs, curis, molestijs, extrinsecus & intrinsecus obuenientibus, & alijs mille malis. Quam sententiam videtur habere lectio Psalterii Romani, quod loco amplius, habet Plurimū, inquit, eorū, labor & dolor, hoc est, potior pars annorum nostrorū labor est & dolor. Græca autē lectio vtrāq; patitur expositionē, quemadmodum & lectio nostra vulgata Gallicani Psalterii. Nam si hanc velis secundum intelligentiam, tantum, amplius eorum, accipe, vt valeat, potius eorum, vel maior pars.

XC. PSALMI ARGUMENTVM.

Securitate hominis in Deo habentis fiduciam, mira iucunditate hic Psalms depingit, ostendens eum qui in adiutorio omnipotentis per bonā spem in habitat, & in protectione altissimi cōmoratur, dominū in protectorem atq; refugium suū eligendo, ab omnibus insidiatorū laqueis & mortis amaritudine per Deū liberari, sub eius scapulis & alijs, quomodo solent pulli sub alis maternis tutari, veritate Dei vt seuto circūdari, vt

A nullum debeat periculum metuere, neq; per noctem, neq; per diem, neq; ex insidijs, neq; in aperto, neq; à quantolibet hostium numero, de quibus omnibus ex Dei munere talem in Deo speranti promittit victoriam, hinc inde cadant hostes deuicti, & ipse saluus absque omni nocimento euadat gloriosior: adiciens etiam hoc, quod oculis proprijs aliquando sit punitorem inimicorū suorum conspexit. Quæ omnia illi hinc dicit prouenire (quæ admodum ab initio indicauerat) quod dominum Deum altissimum posuerit suum refugium, vnde sit, vt nullum malum ipsum possit accedere. Peculiariter etiam ex singulari angelorum auxilio, quibus Deus præceptum dedit su per electis omnibus in se confidentibus, quòd eis debeant in omnibus vitæ huius vijs, alioqui vix pertransibilibus absque summo discrimine, assistere, ne illum aliquando patiantur scandalum, & in mortem corrumpant filij regni, quos ad vitam Deus prædestinavit. Insuper & hoc pollicetur versu decimotertio, omne serpentium genus, & omnem inimici rabiem atque astutiam, nihil illi nocitura qui erga Deum corde fuerit bene fidenti. A versu autem decimoquarto vsque ad finem, Deus ipse bene sperantem alloquens introducit, quæcumque sub Propheta persona iam prædicta fuerant, sui verbi indubitata assertione corroborans atq; confirmans, vitæ etiam æternæ beatitudinem post liberationem ab omnibus periculis fideliter promittens.

NONAGESIMI PSALMI ELUCIDATIO.

I Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cali commorabitur.



Qui suam habitationem & mansionē elegerit in auxilio omnipotentis Dei, nō confidens in proprijs viribus, neq; spem ponens in homine, aut in diuitijs, aut in potestate, aut sæculi prudentia, aut alia quacunq; huiusmodi vanitate, sed totā suam spem cōstituit in domino, huiusmodi homo permanebit & cōmorabitur in defensione Dei altissimi, regnantis in calis: huic velut pro habitaculo firmo & securamāsonē erit benigna omnipotentis Dei protectio, à qua diuinæ protectionis securitate excluditur, qui alibi quæ in adiutorio altissimi eligunt suā habitationem. 2 Qui huiusmodi fuerit, cum multa fiducia dicit domino, Tu es defensor meus, cuius protectioni in cunctis mihi obueniētibus malis volo inniti: tu quoq; meum es securum refugium, & quasi arx valida, quasi locus munitus, ad quæ semper in omnibus periculis volo cōfugere, quasi ad asylum & salutis locum: \* denique tu es Deus meus, & mea omnia, & in te totam cordis mei ponam fiduciam. 3 Tu nanque es qui me tibi fidentem hactenus liberaisti, & liberabis (vti nō dubito) etiam in posterū, de laqueis & insidijs omnium inimicorū meorū, qui ad modum venatorū pauperulam animam meam summo studio & sedulitate maxima persequuntur, vt eam interimant: ponuntq; laqueos multiplices & varias insidias, vt illaqueatā in eis animā meam morte afficiant; quomodo solēt venatores maximis laborib⁹ persequi innoxia animalcula, & laqueos ponere, foveas effodere, alijsq; insidijs struere, tantū vt illa possint cōprehendere, & vita priuare: \* liberaisti tu quoq; me hactenus, & liberabis (vti confido) in posterū, à verbo illo aspero, ab illa terribili sententia dānationis æternæ, quæ super omnes illos aliquando est proferenda, quos illi venatores suis laqueis apprehenderint, qua cuncti iniquitatis operarij in ignem æternū iubeantur abscedere cum suis venatoribus, à quibus illaqueari se permiserint, id est, cum diabolo & angelis eius, à quo se præter necessitatem superari permiserūt, cū in auxilia Dei potuissent superare omnes illorum laqueos. Quod sanè verbū erit nimium asperum, nimium terribile, penetrabili⁹ omni gladio ancipiti, pertingēs vsq; ad internecionem & perditionem, nō corporis modo, verum etiam spiritus & animæ. Ab hoc enim aspero verbo me liberaisti, dū in laqueos venatorū non peruenire, aut certè in eis non permanere mihi destisti. 4 Vox Propheta: ad eum qui habitat in adiutorio altissimi. O tu quisquis es, qui sic, vt modo dictum est, tali cōfidentia habitas in adiutorio altissimi, quā bene tibi erit, & quā eris securus in tua ista fiducia. Ecce Deus ipse in quo habes fiduciā, suæ potentia fortitudine tibi obumbrabit, quasi scapulas suas super te expandet, suum auxiliū super te faciet apparere, vt nocumētū nihil ad te possit pertingere: quomodo cū pater scapulas suas & humeros obicit pro filio, vt is qui paruulo nocere cupit, nō possit, obstaculum præbetibus latis obumbratis patris scapulis: \* & sub expansis alis misericordia ac bonitatis eius securus ages, & confidendo tutus eris ab omni aduersariorum nocimento: quomodo pulli gallinæ sub alis & pennis maternis agunt securi, qui cum extra alas euagantur, accipitris, aliarūq; rapacium anium patent vnguib⁹, suntq; direptioni & morti expositi. 5 Quasi seuto circūdabit te veritas eius.

2 Dicit domino, susceptor meus es tu, & refugium meum: \* Deus meus sperabo in eum.

3 Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium.

\* & à verbo aspero.

4 Scapulis suis obumbrabit tibi:

\* & sub pennis eius sperabis.

5 Scuto circūdabit te veritas eius.

securum custodiet, quomodo is qui scuto vndiquaq; circūdatur, nulla ex parte vulnerari potest: \* nō erit timor tibi, neq; periculū, sed in securitate deges, quācūq; tandem tentatio obuenerit: & primū quidem nō timebis ab omni terrore qui per noctē potest occurrere, nulla tibi tētatio occulta, quasi per noctis tēpusex occulto & ex latebris proueniens, poterit praualeare: ab omnibus nocturnis huiusmodi terroribus atq; periculis eris securus, vt nō te superent in domino confidentem. In aduersissimis quoque casibus nullum patieris nocentem, Deo tibi assistente in omnibus. 6 Aequē etiā non timebis à periculis quā per diē possint obuēnre, nihil tibi nocere poterit malorum quā per diē obuenerint in aperto, etiā si sagitta aduersum te iactetur, nō tibi infigetur, non ea vulneraberis: si tētatio aliqua manifesta, sed lenis tibi adueniat, nō te feriet mortali vulnere. \* In prospero quoq; rerum statu, quando nihil apparet nubilum, sed videbuntur serena tibi & pacata omnia. Dei custodia similiter tut<sup>o</sup> perstabis, qui & in prosperis & in aduersis tibi adferet auxiliū: \* item illūsum te seruat ab omni malo quod in tenebrarū latibulis obambulat, à tentationē graui, molesta & diuturna, quā te multū, & diu quasi circūeundo & circumambulando molestat, vt tandem vel importunitate vincat, aut ex occulto tandem aliquando te opprimat, si quādo te videat minus paratum: \* tandem etiā ab omnibus insultibus apertis & manifestis oppugnationib<sup>9</sup> peris saluus, cuiusmodi sunt quę per vim sūt, claro tēpore meridiei: & ab inimicis huiusmodi sic aperte per vim tētationū oppugnantibus æque saluaberis in diuino auxilio, vt ab illis negotiis tenebrarum, hoc est, non tibi poterunt aduersarii dæmones praualeare, propter diuinā custodiam, quoscūq; tandem modos ad inueniant, quācūq; tandem viam experiantur, siue occulte nocere cupiant, quasi in occulto tenebrarum, absq; oppugnatione aperta, sub latibulo aliquo, siue etiā apertam persequutionē aut tentationē, omni sibi cōcessā virtute aduersus te exsuscitent: etiā si in omni sua virtute aduersum te conentur, & aperte te oppugnēt, nihil patieris in cōmodi. 7 Pugnantē pro te Deo tuo protectore, prosternentur in terram, & ad nihilū redigētur omnes aduersarii tui, qui tibi nocere quęsierint, cōcidētq; superati ab vtroque latere tuo in maximo numero: ab hoc quidē latere, nempe sinistro, mille, & ab altero latere dextero (quā est pars fortior) decē milia, id est, absq; numero cadēt ex omni parte, ex qua te oppugnauerint, siue à dextris, siue à sinistris, & hostium cuneos ita penetrabis sechus, sicut cū bellator robustus & praualeat, dextera læuāq; multos p̄sternens, ictu sui gladii, hostiū agmina perripit & pertrāsit illæsus: \* tibi verō nō poterit ad nocendū appropinquare ne vnus quidē aduersariorū tuorū, nullus omnino ex omnibus oppugnatibus ita tibi poterit approximare, vt expugnet, vt praualeat, vt quod molitur obtineat. 8 Quod verō amplius est, etiā tuis oculis aliquādo cernes, & videbis dignā impiorum, qui te modo persequuntur, punitionē: videbis hæc tuis oculis, illorū ex Dei iudicio condemnationē in tempore illo vltionis, in nouissimo die, quando sententiā mortis & dānationis æternę videbis aduersum illos proferri, & exequutionē terribilem accipere. 9 Omnia autem hæc tam singularia diuinæ protectionis beneficia inde tibi procedunt, quoniā dominum Deum posuisti spem tuam, & fiduciam habuisti in domino Deo tuo: \* quoniā non in caducis & inferioribus his constituisti fiduciam, sed ipsum omnipotentē, & omnium altissimum dominum tu elegisti in refugium tuum, ab illo postulans & sperans optime p̄tegi atq; tutari. 10 Et quoniā ipsum, qui est altissimus, dominum Deum posuisti tuum refugium, iccirco nō poterit tibi vllum malum appropinquare, nullū te malum valebit apprehendere, vt nocuenti quicquam inde sustineas: \* & nullum flagellum, nulla pestis, nullum verō malū poterit ad dominū mansionis tuę intrare: eris in tuo illo tabernaculo (quod in altissimo tibi posuisti) ab omni malo, & ab omni peste malitiæ securus. Is enim, in quo refugium tuum posuisti, altissimus, te sibi fidētē, ab omni malo seruabit, & noxia omnia longē profigabit. 11 Ipse enim tui sollicitā curam gerens, mandatū præceptūq; dedit angelicis spiritib<sup>9</sup> ministris suis, de tua diligenti & firma custodia: videlicet vt te diligētē custodiant atq; obseruent in omnib<sup>9</sup> viis tuis, quocūq; perrexeris, vt in omnibus actionibus, ad quas volueris

\* non timebis à timore nocturno.

6 *A* sagitta volante in die:

\* à negotio perambulante in tenebris:

\* ab incurso & demōnio meridiano.

7 *Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis:*

\* ad te autem non appropinquabit.

8 *Veruntamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorū videbis.*

9 *Quoniam tu es domine spes mea: \* altissimum posuisti refugium tuum.*

10 *Non accedet ad te malum:*

\* & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

11 *Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.*

A

12 *In manibus portabunt te:*

\* ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

B 13 *Super aspidem & basiliscum ambulabis:*

\* & conculcabis leonem & draconem.

14 *Quoniam in me sperauit, liberabo eum:*

\* protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.

15 *Clamauit ad me, & ego exaudiam eum:*

\* cum ipso sum in tribulatione:

\* eripiam eum, & glorificabo eum.

D 16 *Longitudine dierum replebo eum:*

\* & ostendam illi salutarem meum.

manū extendere assistant tibi, tēq; ita obseruent, & illuminādo perficiendūq; dirigant, vt in nullo à via recta deues, neq; ad dexterā, neq; ad sinistram declinans, neque ab vlla aduersariorum potestate te partiantur nocuentū accipere: ita videlicet angelicos suos ministros tibi administratorios & custodes cōstituens, quomodo solet pater filio vnice dilecto assignare custodes, suisq; ministris sollicitissime mandare de filii obseruatione atq; custodia. 12 Atq; hi administratorū spiritus, accepto hoc dei mandato, sollicitissime perfectissimēq; iussa complere satagent, tēq; fidelissime omni cura & studio custodient: ita vt quasi in manibus te portent per viam quam ambulare volueris, in cunctis actionibus tuis ita tibi suo adiutorio assistendo, ita manifestū præstādo auxilium, vt in vlnis te gestare videantur: \* ne quo modo cōtingat alicubi te pedem offendere ad lapidem, vel aliud quodlibet viā offendiculū, ne vllum vquam scandalum patiaris, ne vquam quicquam accipias nocuenti in viā quā ambulas diuinorum perceptorum, sitq; tibi adamantī legem domini pax multa & nullum scandalum. 13 Denique, nec vniuersum serpentum genus tibi quicquā nocere poterit: sed absq; læsionis nocumento, perambulabis super aspidem & basiliscum, similiter & super aliarum specierum serpentes, cuiuscūq; tandē malitiæ aut infectionis fuerint, nihil tibi mali illorū & venenum inferet: \* imò neq; leonem neq; draconem in viā timebis, sed securus & imperterritus in viā tua cōculcabis eorū capita, tametsi leo ferocissimū sit animal, draco astutissimum: tu tamen & illius ferocem fortitudinē, & huius nociuam astutiam æque victor calcabis atque superabis: hoc est, nulla virtus inimicorum, siue infirmorum, siue fortiorum, siue magnorū, siue paruorum, tibi nocere poterit aut praualeare. Ecce enim altissimus quem posuisti refugium & spem tuam, dedit tibi potestatem calcandi super omnes serpentes & scorpiones, & super omnem virtutē inimicū: sicut ipse prior vicit malignum, iudicatum, cōdemnatū, ac foras eiectū: ita & tibi dedit potestatem, hunc quoque vincendi malignū. 14 Vox domini. Istum cui hæcenus te meū Prophetā audio loquentem, & cui te audio magna fuisse pollicitum, ego (iuxta verum verbum tuum) liberabo, & saluum faciā ab omni malo, propter quod in me spem & fiduciā constituerit, secundum fidem ipsius faciā illi, & nō eum frustrabor, neq; confundā ab expectatiōe sua, quoniā non noui ego in me sperātes derelinquere: \* ego eum defendam ab omnibus aduersariis & omni malitiā, eo q̄ nomen meū cognouit, eo q̄ in me credidit & sperauit, atq; vt patrē, dominū, protectorem, & saluatōrē inuocauit. 15 Ipse ad me ex corde fideli nihil hæsitans clamauit, cōfidens de exauditione, q̄ postulata esset accepturus: & ego nequaquā illum frustrabor, sed quod postulauit concedā, Psal. 33: cuiq; supplicationi benignus annuam: \* adero illi in tribulationib<sup>9</sup> Psal. 144: & angustis, quoniā propē sum iis qui tribulato sunt corde, & omnibus me in veritate inuocantibus: \* adero, inquam, vt siā ei adiutor in opportunitatibus in tribulatione, vt cum de tentatione & periculo eripiam, vt eum liberē à malo: & mea singulari protectione glorificabo eum, exaltabo caput eius super omnes inimicos eius, donando illi gloriōsam de cunctis hostibus victoriā. \* Ereptum etiā de tentationibus omnibus huius malitiæ super terrā, saluum faciā, & magnifice sublimabo in regno meo & gloria cælesti. 16 Adimplebo illum de laboribus & periculis huius vitæ translātū, dierum longitudine: perducam illū ad tempora æternitatis, quorū erit sine fine in immensum longa duratio, viuere illum faciā in perpetuis æternitatibus: \* faciāq; illum meæ salutis participē, meam salutē illum videre, gustare, experiri, & possidere faciā, & meam gloriā, meā diuinitatem (quę est salus & vita omnium beatorum) ego illi ostendam, ita vt facie me contueatur ad faciem, quomodo videt homo faciem ad faciem amicū & proximum suum, vt qui in hoc tempore in me sperauit, quem non videbat, in æternitate perpetua meā diuinitatis visione atq; perfecta fruitione mecum lætetur, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Versu primo, Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli cōmorabitur. Secunda pars huius versus, quantū ex ipso modo Latine eloquutionis, incertū est, an simul debeat iungi cū præcedenti absq; sententiæ cōplemento, vt debeat ad cōplendum sententiā adiungi



proxime sequens versiculus, an ita separatim, vt cōpleat sententiā absque illius annexione. Iuxta priorem illum modū hac foret sententia, Qui in adiutorio altissimi habitat, & qui cōmorabitur in protectione altissimi, hic dicit domino, susceptor meus es tu, &c. Iuxta posteriorem modum, hac est sententia, Qui in adiutorio altissimi habitat, hic cōmorabitur, & susceptor deget in protectione Dei cali. Ac deinde diuisim subditur: Huiusmodi dicit domino, susceptor meus es tu. Quam connexionem nos in Elucidatione solam expressimus, q̄ hac sit verisimilior: id quod tam ex Hebræo, q̄ ex Græco est manifestum. Vtrobique enim ponitur nudum participiū, loco huius, qui habitat, ad hunc modum, Habitans in adiutorio altissimi, in protectione Dei cali cōmorabitur: vbi apertum est non nisi primam sententiā posse accipi. Posito enim participio, cessat illa supraposita ambiguitas. Deinde, in Hebræo verbū initio sequentis versus positum, primæ personæ est, nō tertiæ. Sic enim legunt, Dicam Deo, &c. Propter quod, nō potest versus præcedens, qui habet verbum personæ tertiæ, apte coniungi sequenti, habenti verbum personæ primæ. ¶ Versu tertio, Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium. Venatores istos quos poterimus cōmodius intelligere, q̄ ipsos illos obfirmatissimos & vigilantissimos hostes nostros, malignos dæmones: Optime enim illis venatorū conditiones conueniunt. Nam sicut venatores summa diligentia & assiduitate feram sectantur, interdū per plures dies neq; cibum neq; somnum vllum commode capientes, frigora & calores patienter tolerant, in super currendo cornu sonando, & canes insequendo, mirum in modū sese fatigantes, nullis parcentes laboribus, nō a cursu & persecutione cessantes, donec vlla est fera adipiscendæ spes reliqua: ita per omnia nostri isti aduersarii, summa diligentia & vigilantia nostrarū animarū quarunt perditionē, nihil æque optantes ac perimete nostras animas: cuius etiam gratia (vt Petrus apostolus ait) tanquam leones rugientes perpetuò nos circumeunt, quarent quem deuorent: Neque caro & sanguis ipsi sunt, cum quibus est nobis colluctatio, vt ait alter ille gentiū Apostolus: sed spiritalia nequitia in caelestibus, mundi rectores tenebrarum harum, qui eo q̄ carnē & sanguinem nō habent, nulla cibi necessitate, nulla somni indigētia, a tentatione & persecutione auelluntur: sed in sua malitia æque semper vigiles & alacres persistunt. Insuper, venatores videmus nō tam ipsa carne delectari ferarum quas persequuntur, neq; tam pretium requirere, quam ipsam animantium interfectionem (neq; enim multum solent venatores avari inueniri, neque multum in esu ferinarum carniū cōsueverunt oblectari) sed præcipuum gaudiū quod ex venatione accipiunt, tum habent, cum hasta sua venatoria datum fuerit bestiæ confodere. Ibi videlicet ferio triūphant, sibi voluptas est præcipua, quā requirunt. Et cum feram cōtigerit sua velocitate illorum manus effugere, vehementissime sibi indignantur, nō quod pellem, aut carnem perdidierint, nō causa cibi aut lucri perdidit: sed ob hanc tantum, quod bestiam nō peremerint: quæ illis nihil nocuit. Hac enim causa etiam nobiles principes, quoties magnificè animū releuare voluerint, ad sylvas cōsueverunt venatū egredi (quod indubitatum est) neq; cibum, neq; lucrum quarentes, sed gaudium illud quod ex innoxiorum animalium timida fuga, ac deinde violenta interfectione cōcipiunt. Atq; ita profecto nostri isti hostes peruersissimi, non aliud quarunt, quam nostram perditionē. Neq; enim iuum bonum quarunt, dum nos persequuntur, sed tantū nostrum malum: neq; vllum ipsi lucrū ex nostra interfectione norunt, sed nostra ipsa mors, quanquā nullum inde consequantur cōmodum, est tamen illis voluptati, & mirum in modum ad hoc anhelant, vt nos valeant morte perimere. Neq; id sanè mirum. Cum enim cōtrarii sint hi impiissimi diaboli optimo & clementissimo domino Deo nostro, consequitur, vt quomodo ipse nostri est amantissimus, & nihil æque optat ad nostram salutem & vitam, omnino nolens mortē peccatoris, neq; delectationem accipiens in perditione viuorum: ita illi nobis inimicissimi nihil æque concupiscunt, q̄ perditionem & mortem animarum nostrarum: neque maior illis potest cōtingere voluptas, quam in morte hominum & perditione viuorū. De his venatoribus meminimus dixisse nos quadam etiā in Annotationib⁹ Psalmi quadragesimi primi, in enarratione versus primi, Quemadmodū desiderat cervus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus. ¶ Versu eodē, Et à verbo aspero. Verbum hoc asperum, in Elucidatione sumus interpretati, mortis atq; condemnationis aternæ terribilem sententiā: à quo verbo per Deum liberatur, quisquis à peccato seruat. Potest enim verbum asperum, intelligi maligna persuasio, aut vana suggestio peruersorū, aut praua impiorū doctrina: quæ bonis verè asperum, verè amarū verbum est, tametsi aliter peruersis videatur. Ab hoc autē aspero verbo electos liberat Deus, cū eos mala suggestio ne aut pestifera impiorū doctrina seduci nō patitur. Potest etiā verbum accipi per re, vt sit sensus, Ab omni re praua & noxia. ¶ Versu quarto, Scapulis suis obumbrabit tibi. Vertit hic Propheta sermonem ad ipsum qui cōfidit in domino, de quo hactenus sub persona tertiæ, per tres versus loquutus fuerat: incipitq; iam illū alloqui sub persona secunda, dicens, Scapulis suis obumbrabit tibi, &c. vsque ad versum decimum quartum, vbi dominus ipse introducit loquens, & confirmans ea quæ prius per Propheta à Prophetico spiritu fuerant prædicta. Notandum verò, q̄ per scapulas rectè intelligimus Dei fortitudinē, sub qua proteguntur fideles sperantes in domino. Homines enim latas habentes scapulas, robustos dicimus, vt merito in scapulis fortitudo intelligat. Vnde obūbratio ista scapularum, rectè accipitur protectio fidelium, Ex Dei potenti adiutorio. Nihil enim aliud est, Scapulis suis obumbrabit tibi, quam, scapulis suis operiet te, sub scapulis suis te occultabit proteget. Sperabis autē in secunda parte, idem videtur valere quod, confides vel cōfidenter ages, id est, securus eris, vel tutus ages: vt sit sensus, Sub pennis eius ages securus. Confidenter enim interdum valet secure, quemadmodum cum apud Propheta dicitur, Israel habitabit cōfidenter, id est, secure. Pulchre totum hunc versum explicat Chald. Paraphrasis, hoc pacto, Vmbra diuinitatis eius obumbrat

f. Petri. 5.  
Ephē. 6.

Ezec. 37.  
Sapient. 1.

Hiere. 23.

A bit tibi, & sub vmbra gloriæ eius securus cōsistes. Manifestum est autem, sumi hic comparationē à pullis gallinarū qui sub matrum alis degunt securi, nec rapacitatem metuunt accipitrum. Secundū quam cōparationem & in alio Psalmo dicitur, Sub vmbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me afflixerunt. ¶ Versu quinto, Scuto circūdabit te veritas eius. Scuto circūdabit, id est, ad modū scuti circūdabit, tanquam scuto ex omni parte cōmuniet, faciēq; securum: vt est bene securus, qui validissimo scuto est circūdatus. Quæ autē sequuntur de timore nocturno, sagitta volante in die, negotio in tenebris perambulante, & dæmonio meridiano, à diuersis diuersimode expōnuntur. Simpliciter ita possunt intelligi, Veritate Dei te protegente, eris ab omni nocumēto securus, siue quod per noctē obuenire poterit, siue quod per diem, siue quod ex occulto, siue quod in manifestis. Nā his quatuor modis solent homines pati periculū. Quidam enim nocturnis insidiis vincuntur, aut fugiuntur terrorib⁹, quemadmodū timore nocturno Gedeon Madianitarū vicit exercitū. Quidā clara luce, arcu, hasta, aut gladio feriuntur. In horū enim vsu, diei lumine est opus. Interdū ex occulto, & quasi in tenebris ex improviso homo ab hoste opprimitur. Interdū violento incurfu, manu valida: qui mod⁹ est maxime fortū siue audaciū. Quomodo cūq; ergo tē hostes tui oppugnant, tentauerint, nō poterunt tibi scuto optime circūdato quicquā nocere. Alii timorē nocturnū ad aduersitatis tēpus referunt: sagittam in die volantē, ad tempus prosperitatis: negotiū perambulans in tenebris intelligentes tentationem grauē & molestam multo tēpore velut obambulantē & circumuentē hominem, nō sub aperta inimicitia, sed quasi sub boni specie, vt ex abscondito capta Pfall. 10. opportunitate noceat: quemadmodū in alio Psalmo dicitur, Parauerunt sagittas suas, in pharetra, vt sagittēt in obscuro rectoris corde. Et sagittent in occultis immaculatū. De quibus negotiis in tenebris perambulātibus, etiā Paulus scribit Corinthiis, dicens, Ipse Satanas transfiguratur se in angelū lucis. In cursum autē & dæmonium meridianū, accipiunt tentationē apertam & violentā, velut cū sub meridiei tempus in ciuitatē aut arcem aliquam incurfus siue insultus sit ab hostibus violentus. Vel per timorē nocturnum intelligatur tentatio occulta, & leuiter transiens, nō omnino importuna, quo modo contingit timor nocturnus, qui ex occulto est, & non multū durat. Mox enim ablato lumine aufugit, aut clarescēte die. Per sagittā volantem in die, intellige tentationē manifestam, sed celerē & velociter antequā penitus præuisa fuerit ferientē: quemadmodum sagitta licet manifeste veniat, tamē celeriter in carnē infigitur, & vulnerat hominē: attamen si mox extrahatur, & salubre medicamentū adhibeatur, modicum est à vulnere periculū. Huiusmodi sunt tentationes carnales, quæ quasi sagittæ celeriter in animū hominis immittuntur, & antequā penitus præuisa fuerint, videntur: vulnerant. Nā aliqua in parte animā lædunt. Verū si mox extrahantur hæ sagittæ, & nō permittantur malo cōsensu intra affectū habitare, non erit vulnus mortiferū. Per negotiū verò perambulans in tenebris, accipiat tentatio importuna, quæ licet nō omnino subito hominē oppugnet, vel subito cōturbet, tamen proluxa mora est mirabiliter homini molesta: & quāuis repellatur, non abscedit, nec semel repulsa desinit, sed obambulat quasi per circuitū, opportunitatē quærens ad reditum. Per meridianū autem dæmonium & incursum, intelligatur subita grauis oppugnatio cuiuslibet tentationis aut persecutionis, siue corporalis, siue spiritualis. Hanc autē quadruplicis tentationis distinctionē inuenimus virum illū humana quidē literatura simplicē, sed diuina sententiā minime vacuū, & cum beato Paulo licet sermone, nequaquā tamen scientia imperitū, beatum Franciscum, in egregia illa dominica orationis expositione, quā solet Ecclesiasticis horis præmittere, breuius apte admodū expressisse: cum orans nō induci in tentationē, ita diceret, Et ne nos inducas in tentationē, occultam vel manifestā, subitam vel importunā. Ecce quomodo singulis verbis singulas expressit tētationes. Quomodo autē omnibus his tentationū mille modis diabolus artifex vtatur ad deceptionē humani generis, hominib⁹ spiritualibus nō est incognitū: qui in seipsis, cōmunitis vicibus, nunc hanc, nunc illā experiuntur. Vtuntur namq; inimici nostri nō eadem aduersus omnes, tētationis specie: sed aduersus quosdā hæc, aduersus alios alia, iuxta quod sperant faciliore, sed hoc aut illo modo posse parare sibi victoriā. Quosdam enim melius timorib⁹ nocturnis cōcutiunt, & à bono cessare faciūt, ac in pusillanimitatē pertrahunt: alios, sagittis per diem volantibus vulnerare satagunt: alios, obambulant quasi in tenebris, vt nō percipiantur eorū fraudes, & incautos habitata opportunitate p̄sternāt, illos maxime quos aperte nō audent inuadere. Alios etiā aperto insultu grauisime oppugnat. Duæ autē hæ tētationes vltimæ, validiores sunt: priores, minis graues videntur. Alii alias adhuc ponunt expositiones. Nobis ista impræsentiarū sufficiant, ne nimia expositionum abundantia faciat, vt nulla placeat: id quod fere solet euenire, vbi nimia interpretationū congeries fuerit cōcernata. ¶ Versu 7, Cadent à latere tuo mille, & decē milia à dextris tuis. Ex similitudine eorū qui in pugnis viriliter agentes, vtraq; ex parte plurimos p̄sternunt, tam ad sinistram q̄ ad dexterā, sumpta videtur ista eloquutio. Propter quod, etiā talis sit distinctio, vt à latere sinistro cadētibus mille, à dextero dicatur cadere decē milia: quoniā multo plures solēt pugnatōres ex parte dextera, q̄ ex sinistra prosternere, eo q̄ ictus gladii & vis brachii magis feratur ad dexterā, & validius illic operetur. Iuxta hæc verò expositionē, est manifestum, fieri de cursu prostratorū aduersariorum hoc loco sermonem. Alii verò sic malunt intelligere. Alii qui in domino nō habent fiduciam hincinde pereuntibus, potissimū quatuor prædictis speciebus nocendi, ita vt à sinistris tuis interfecti cadant, mille, & à dextris tuis decē milia: tu nihilominus in Deo firmatus, ip̄i tuæ fiducia tutus & illæsus permanebis, & ab omni huiusmodi periculo securus: solūq; vel mille milibus pereuntibus, nihil per senties nocuenti, ad te vnum nullū malum appropinquabit, vt noceat. Et hæc expositio nō minus cōmoda est, quam præcedens. Quidā, duo ista latera mysticè, exponunt, per dextrā

Iudic. 7.

Pfall. 10.  
Pfall. 63.

2. Cor. 11.

2. Cor. 11.



ram intelligentes prosperitatē, per sinistram verò aduersitatē, dicentes, signanter dictum esse, q̄ a sinistra cadentibus mille, a dextris cadant decem milia: quoniam multo plures rebus prosperis, q̄ aduersis corrunt & perduntur. In tēporali nanq; prosperitate, omnia velut inuitant ad malū, mundus ad se allicit in otio prosperē agentē, diabolus facilius persuadet quā vult, & caro ipsa quā concupiscit, leuiter impetrat. In aduersis verò casibus, ipsa aduersitas velut constringit hominē, & auocat animū dolentem ab omni ordinata voluptate. Quā quidē expositio nō omnino male loco praesenti quadraret, si quod dicitur a latere tuo & dextris tuis, intelligeret de sinistra & dextera Dei. Nā ita in Deo utrunq; intelligere possumus diuersitatē dispensationis, qua quibusdā prospera, aliis aduersa in praesenti vita dispensat, quemadmodū & illam vltimā retributionis in aequalitatem, per dextrā & sinistram, ipsemet dominus in Euāgelio significauit, cū dixit, oues a dextris, haec oves a sinistris, in illo discretionis die collocandos. Verū quia in omnibus his versibus sermo dirigitur nō ad Deū, sed ad ipsum in Deo confidentē, ob hoc non satis cōueniens videtur illa expositio: quoniam nusquam legimus, per dextrā hominis significari ipsius statum prosperū aut per ipsius sinistram, statum aduersitatis. Aduertendū etiam est, q̄ in Graeco nominatiui habentur singulares, vbi nos habemus plurales. Nā pro mille ponitur χίλις, quod sonat acū dicamus, millenarius, pro decem milibus autē ponitur μυριάς, quod significat numerū decem milium. Propter quod, in secunda parte versus, illud, Ad te aut non appropinquabit, potest exponi, allato supposito ex parte priori. Ad te nec chiliās nec myriās appropinquabit, id est, neq; numerus mille hostiū, neq; numerus decem milium, ad te poterit appropinquare, hoc est, quancūque fuerint numero, & que nihil efficient: secundū quam intelligentiā verti potuisset, Ad te autē non appropinquabūt, videlicet nec mille, nec decem milia. In Elucidatione nos exposuimus, Ad te nō appropinquabit vllus ex eis, videlicet ex tanto numero nec vnus. Secundū verò aliam expositionē supra pōsitam, quē dicit cadentibus ex omni parte iis qui in Deo nō sperant, ipsum fidelē permanens illesum, ita debet intelligi, Ad te nō appropinquabit vllum malū, videlicet neq; timor nocturnus, neq; sagitta in die volans, neq; negotiū in tenebris perambulans, neq; incursus, aut dāmonū meridianum. ¶ Versū nono, Quoniam tu es domine spes mea, altissimū posuisti refugium tuū. Prima ista pars versus videtur cum toto cōtextu versus praecedentiū atq; sequentiū male coherere, quoniam tam in praecedentibus, q̄ in sequentibus verba sunt Prophetae, alloquentis sperantē in domino. Haec autē vox est ipsius in domino sperantis, sic tamen vt statim cōtinuetur sermo Prophetae, ad ipsum in domino sperantem. Operet ergo hōc accipere, quasi breuiter ex affectu ipsius sperantis in domino interiectū: vt tam magna audies sibi polliceri, quasi exultans in spe sua, illo adhuc loquente sermonē aliquantulum interrumpat, dicens, Quoniam tu es domine spes mea. Quasi dicat domino, Quicquid mihi boni pollicetur spiritus, totū mihi ex recta erga te fiducia praecedit. In Elucidatione verò, ob claritatē continuationis huius partis prioris. Quoniam tu es domine spes mea, sententiā tanquam ex ore Prophetae alloquentis in domino sperantē explicauimus, sub persona secūda, cum textus habeat primā. Mox verò Propheta ipse, siue in Propheta Propheticus spiritus, sermonē proseguitur, dicens, Altissimū posuisti refugium tuum. In quo notandū, q̄ altissimū generis est masculini, vt sit sensus, Dominum Deum omnipotentē, qui est altissimus, tu posuisti tuum refugium. Id enim manifeste ex Graeco apparet, vbi articulus additur generis masculini ὁ, hoc est, ipsum altissimū, genere masculino. Vnde quod quidā exponunt, sermonē ad Deum dirigentes, hoc modo, Tu Deus posuisti tuum refugium altissimum: ac deinde, Ad te Deum nō accedet malum, & tuo tabernaculo nō appropinquabit flagellū: tamen si possit tolerari, & habeat veritatē, non videtur tamen haec esse vera praesentis loci intelligentia: tum (vt diximus) q̄ Graeca obstat lectio, tum q̄ sequentia manifestū est non ad Deum, sed fidelē esse referenda, cum dicitur, Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te, &c. ¶ Versū vndecimo, Quoniam angelis suis mandauit de te, Hunc versum vnā cum sequente, ex Euāgelii cognouimus, tentatorem diaboli Christo obieciisse, ad persuadendum illi de templi pinnaculo praecipitū. Sed peruerse ille hanc scripturā citauit, & scripturā se prauum interpretē atq; applicatorem ostendit, pluribus de causis. Primum quidē, ratione prauae intentionis: quoniam ad malum, scripturā vsūm querebat, vide licet vt ad vanā gloriam (iuxta sanctorū Theologorum sententiā) Christum hominē alliceret, aut etiā Dei faceret tentatōrē. Secundo, quia nō secundum spiritualē sensum, vt debuit, scripturā accommodauit: cum debeat haec scriptura non secundū verborum superficiē intelligi de custodia, & gestatione manū corporali, sed potius de secura angelorū protectione atq; custodia, qua angeli electi superintendunt ex mandato Dei. Manifestissimū enim est, nō debere corporaliter ista intelligi, vel ex eo q̄ nullē sunt angelis corporea manus. Quidam etiā hinc diabolū, id est, calūniatorem malum nō male calūniantur, id est, iuste arguunt, q̄ ea adduxerit quā pro sua parte facere videbantur, eo tacito quod aduersum se faceret. Vnde quod sequitur, Super aspidē & basiliscum ambulabis, &c. (quod de diaboli p̄stratione & cōculatione intelligitur) subtrahit: quemadmodū heretici hanc in parte suam patre, mendacii omnis parentem, mendaces filii insequētes, scripturas citare sunt soliti: desumentes ex eis particulas aliquas, quē secundū aliquā apparentiam pro illorum erroribus facere videntur, dissimulantes & nolentes attendere quā antecedunt, & quā cōsequuntur, ne eliciat rectam sententiā, & veritatem inueniant. Est enim his propriū, truncatē scripturas adducere: & veritatem, si quando citent, proponunt dimidiā. Insuper & hoc reprehendunt in citationē diaboli, q̄ ea quā generaliter de quolibet fideli in Deo sperante scripta sunt, vt peculiariter de filio Dei scripta adduxerit. Sic enim ait, Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptū est enim, Quoniam angelis suis mandauit de te, &c. Cum enim praemittit, Si filius Dei es, mitte te deorsum: ac deinde ad hoc propo-

Matt. 23.

Matt. 4.

A fitum subiungit, Scriptum est, &c. indicat ista de filio Dei singulariter dicta, quā scripta sunt vniuersaliter de quolibet in Deo bonam habente fiduciam. In omnibus autem his modis, inuenimus etiam hodie plurimos sacris scripturis turpiter in suam perniciem & confusionē aeternam abuten-tes, quemadmodum & ille ex sua peruersa scripturā citatione nihil praeter confusionē reportauit. ¶ Versū 15, Super aspidē & basiliscum ambulabis. Possent hoc loco multa de proprietatibus aspidis, basilisci, leonis, & draconis adduci, & dāmonibus variis modis suū venenum fundentibus, aut ferocem malitiā exercentibus applicari. Nos tamen simpliciter putamus (vt in Elucidatione indicauimus) his quatuor nominibus totam dāmonum cohortē, cum omnibus suis artibus, omnibusq; viribus intelligi: q̄ nihil aduersa potestatis nocere valeat electo, in domino habenti fiduciā. Cui consonat quod in Euāgelio Saluator discipulis loquitur, dicens, Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebunt.

XCI. PSALMI ARGUMENTVM.

Exhortatio est Psalmus iste fidelium ad laudem Dei, bonum dicens esse laudare dominum per diem ac noctem, pro misericordia & veritate ipsius, in canticis & instrumentis musicis, ex consideratione mirabilium & imperuestigabilium operū eius, in quibus homines fideles quae Dei sunt sapientes morunt oblectari, insipientes autem & peruersi ea non attendunt: quorum damnatio ver su septimo, octauo, & nono describitur, ac demceps iustorum per Deum exaltatio, viror atque fecunditas commemorantur.

NONAGESIMIPRIMI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Bonum est confiteri domino, & psallere no mini tuo altissime.

2 Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam pernoctem.

3 In decachordo psalterio, cum cantico, in cithara.

4 Quia delectasti me domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exaltabo.

5 Quam magnificata sunt opera tua domine: nimis profunda facta sunt cogitationes tuae.

**B**onum est, o altissime Deus, nos humiles tuos serulos cōfessione laudis tuā celsitudinē cōcelebrare, & tuo magno nomini, quod est ab ortu solis vsq; ad occasum magnum & laudabile, iugiter laudis decantare carmina. Cum Psal. III. enim tu vnus & solus sis verē bonus, imō bonitas vniuersa, & cum a te vt omnis boni fontali principio cuncta nobis bona praecedant (quonia omne datum optimum, & omne donum perfectum a Iacobi. I. te luminū patre est descendens desuper) optimū dignissimūq; & acquirissimū est, vt quantūcūq; valuerimus, dignis te celebremus laudibus. 2 Bonum est ita te laudare, ita tibi confiteri, vt annunciemus Psal. 32. mane primo diluculo misericordiā tuam, qua plena est omnis terra, Sapient. I. qua misereris omnium, quāq; super omnem carnē expanditur: & etiam Eccle. 18. per noctē, fidem atq; veritatē tuam, qua fidelis es & verax in omnibus Psal. 144. Titum. I. diam & veritatem summa diligentia & alacritate primo mane vigiles decantemus: in super & mediis noctibus confurgamus, aut vigiles excubemus, ad celebrandū te condignis laudibus. Dignus enim es, in cuius laudibus vniuersum diei noctisq; tempus expendamus. Vt etiā specialiter certis horis ac statutis temporibus misericordiā & veritatem tuam laudemus, cuiusmodi sunt tempus matutinū & tempus vespertinum, dum vel a somno alacres resurgimus, vel ad quietū corpus cōponimus. 3 Laus autē ista & cōfessio quo fit plenior, bonū fuerit etiam instrumenta adhibere musica, per quā canamus cāntica domini, videlicet per psalteriū tenis decē chordis cōpositū, cum apto ad personandum in illo cāntico, & per suauiter sonantē citharā, ad melodiam dominianptissimā. 4 Omnino autem bonū est & iustū sic nos tibi canere, quonia tu domine laetificasti me, & gaudio refecisti spiritū meū in facturis, figmentis, siue creaturis tuis: & magno me gaudio perfundis in cōsideratione mirabiliū operū tuorū, quae operantur manus tuae, quae tu operaris in potentia, sapientia, & bonitate tua. Summā enim mihi adfert voluptatē, tuarū creaturarū attentā cōsideratio: & quāto pfundius pressiūq; contēplor, tanto maiori gaudio reficitur intra me spiritus meus, in singulis tuę infinite perfectionis agnoscēs vestigiū, etiā in creaturula omnium minima & vilissima cōsiderando immensam potentiam, sapientiam, & bonitatē tuā. 5 O q̄ magna facta sunt opera tua, potētissime, sapientissime, & perfectissime Deus: in quanta perfectione & nobilitate a te cōdita sunt, q̄ magna potentia & sapientia abs te fabricata. Nō est enim vlla creatura, in qua non tu & potentia, & sapientia, & bonitatis tuae infinitatem demonstraueris: \* cogitationes tuae & tua cōsilia nimis pfunda sunt & imperuestigabilia, omnē humana ingenii excedūt facultatē, ita vt tuū sensum, aut tuos cōceptus, cogitatus siue cōsilia nemo hominū possit cognoscere siue comprehendere: nemo est qui ad ea possit pertinere, quantūuis benē ingeniosus, quantūuis in apprehendendo celer, & in diiudicando extiterit accerrimus. Sunt enim iudicia tua incōprehensibilia, & inuestigabiles Rom. 11.

I. Cor. 2.

6 *Vir insipiens non cognoscat: & stultus non intelliget hac.*

7 *Cum exorti fuerint peccatores sicut fenenum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem.*

8 *Vt intereant in seculum seculi:*

\* *tu autem altissimus in aeternum domine.*

Roma. 6. 9 *Quoniam ecce inimici tui, domine, quoniam ecce inimici tui peribunt.*

\* *& dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.*

10 *Exaltabitur sicut vnicornis cornu meum:*

\* *& senectus mea in misericordia vberis.*

11 *Et despexit oculus meus inimicos meos: & ab insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.*

Psal. 90.

12 *Iustus vt palma florebit:*

\* *sicut cedrus libani multiplicabitur.*

via tua: neq; cognouit aliquis sensum tuum, aut tibi fuit cōsiliarius, vt ea possit cognoscere. 6 Homo carnalis aut animalis, qui nō percipit quę Dei sunt, neq; in cōsideratione tuorum mirabiliū se exercitat; sed vel in desiderijs cranis suę perficiendis, vel in adinnētionibus ingenij sui secundum humanā sapientiam siue prudentiam occupat animum: huiusmodi, inquam, verē insipiens nō intelligit pulchritudinē & magnitudinē istam operum domini: & stultus huiusmodi nō cognoscat ea quę diximus, vt sciat in operib⁹ domini delectari, & pro eis laudem Deo persoluere. Nō enim nouit oblectari nisi in desiderijs animę suę, vel in cogitationib⁹ cordis sui: & est ab eo aliena omnis in Deo voluptas, quę tamen sola casta & munda est, sanctū huiusmodi & castum gaudiū ille omnino non nouit. 7 Impii homines Deum nō habentes ante oculos, neq; respicientes in opera eius, cum ipsi per cogitationes cordis sui cōperint exurgere, & velut enasce de terra ad aliquam altitudinē, siue in diuitijs, siue in honoribus, siue in delitijs, vel alijs huiusmodi temporalibus rebus: cum ita, inquam, de terra enati fuerint, quasi gramen de terra, quod continuo augmento acquirit pulchritudinē viroris, donec ad staturā perfectam attingat, cum ipsi operarij iniquitatis quasi florentes mūdo se ostentauerint, & quasi magnum aliquid facti iam apparuerint, cōperintq; eminere in temporalī prosperitate, cui penitus intēderunt oculis cordis, relicta cōsideratione mirabiliū Dei. 8 Accipiant ipsi exitū huius suę glorię in summa miseria, finiatur flos iste & exaltatio in maxima ignominia, voluptas modica in pœna infinita, parua atq; horaria delectatio & gloria in immensa perpetuāq; afflictione & ignominia. Morte namq; & damnatione aeterna punientur in seculū, q̄ in hoc mūdo Deo neglecto vanitatib⁹ totos se dederint: \* tu verō domine Deus, istis in perditionē abeūtibus, permanes altissimus, super omnes gloriosus, idem qui eras ab initio in omnia secula, neq; (vt illi) vnquā viuere desinas. 9 Ita enim habet decretū aeternę iustitię tuę, vt peccatores inimici tui qui te cōtemperunt, tuo cultui donec viuerent noluerunt intendere, qui de acceptis beneficijs ingrati cōtra tuā voluntatē, in sola terrena defixos habuerunt mentis oculos, negligentes & p̄uaticacitēs aequissima G p̄cepta tua, vt isti, inquam, inimici stipendiū peccati accipiāt mortē, vt in perditionē mittātur aeternā: \* & dispergētur, dissipabūtur, atq; ad nihilū redigēt omnes illi operarij iniquitatis, qui aequissimis tuis p̄ceptis fuerunt inobediētes. 10 Et exaltabitur vehementer potestas ac fortitudo & gloria mea, omnīq; qui in te habuerunt fiduciā, qui tuis semper vacarunt laudibus, ad modū cornu monocerotis siue vnicornis, cuius est p̄ ceteris animalibus cornu admodū eleuatum: \* & licet multis fuerim in vita ista fatigatus laborib⁹, finiatur tamen senectus mea tandē in copiosa misericordia: sinē bonū ego accipiā ex dono Dei in cōsideratione abūdanti gratię, quę meā senectā cōsolabitur, & faciet quasi iuuenescētē ac validam. Et cū videbor ego secūdū corpus senio deficere, nequaquā vt illi ad perditionē ibo, sed copiosiorē tunc sentiā & pinguiorē Dei misericordiā: quę t̄to mihi erit abundantior & pinguior, quanto ad illā subsequēturā retributionis felicitatē accedam vicinius. 11 Veniet quoq; tēpus, quando ego despiciam, & pro nihilo aestimabo omnes inimicos meos, quādo mihi ultra nocere nihil potuerūt, quando etiā oculis meis illorum punitionē videbo: \* & de maligne agentibus contra me aduersarijs, qui aduersum me persequutiones suscitāt, audient aures meę iustā vltionis sententiā. Oculis meis cōsiderabo, & videbo retributionē peccatorū, & auribus meis audiā sententiā proferri in aduersarios meos. 12 Iusti verō opera domini cōsiderantes, & diuino cultui intendentes, nō perdēt cū impijs, sed virebūt virore perpetuo, & flores pducent honestatis, bonarū virtutum operationes, à virendo atq; florēdo neq; hyeme neq; æstate cessantes, neq; in prosperis neq; in aduersis omittētes benefacere, quę admodū palma in suo semper viroris flore persistit: \* neque solum ipsi in semetipsis virebūt, verum etiā in fecunditate multa (partim verbo salutaris doctrinę, partim luce bonę cōuersatiōis, partim fernore assidue orationis) plurimos ad iustitiā conuertent, iulq; similes faciet, operatē in eis & per eos gratiā Dei, ad proximorū conuersionē, quę admodū cedri qui in libano sunt, magna fecunditate vehemētē multiplicātur. \* Insuper multiplicant, id est, proficiūt vi-

A

13 *Plantati in domo domini, in atrijs domus Dei nostri florebit.*

14 *Adhuc multiplicabuntur in senectate vberis: \* & bene patientes erunt, vt annuncient.*

B 15 *Quoniam rectus dominus noster, & non est iniquitas in eo.*

ribus, & augmentū sumunt atq; corroborant in bono, quemadmodū cedri in libano quotidianis proficiunt incrementis vsq; ad naturā permaximā. 13 Iusti isti plantati in domo domini, insiti Christo, in Ecclesia sancta (quę est domus Dei) in atrijs & mansionib⁹ domus Dei nostri florebit, ibi Christo verā viti vt palmites insiti, flores & fructū dabunt in tēpore suo: quoniā qui in hac vite māserit, in hoc solo plantatus persistit, fructū multū afferet: quę admodū ecōtrario fructū nullum potest facere qui in illo nō manserit. 14 Adhuc multiplicabunt & fructificabunt pingui senectute, etiā in vltima ætate, deficiēte corpore, multiplicabunt in operibus bonis, & augmentū sument, p̄fectus ex copiosa vnctione misericordię Dei, senectutē eorum velut perungēte sua gratia: \* & bene patientes erunt, bona multa & magna patientur, multis & magnis à Deo bonis afficiētur: vt cū tantis fuerint affecti ab eo beneficijs, susceptā gratiā nō dissimulent neq; sileant, sed palam annuncient & cōfiteantur. 15 Annunciant, inquam, & cōfiteantur, q̄ rectus, æquus, iustus, & verax sit dominus Deus noster, & non est in eo vlla iniquitas aut infidelitas, qui suis seruis ipsum ex corde confidentibus omnium bonorum tribuit abundantiam, impijs autem contemptoribus iustam infert condemnationis sempiternę vindictam.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XCI.

Versu secundo, Ad annunciandum mane misericordiā tuam, & veritatem tuā per noctem. Post sunt ista distincte exponi, vt mane laudanda dicatur potissimū Dei misericordia, per noctem autem veritas: intelligēdo per mane, tēpus prosperitatis: per noctem, tempus aduersitatis. In prosperitate enim spiritali, & in alacritate animi cōstituti, Dei benignam misericordiā collaudamus: in aduersitate autē & tristitia aut tribulatione spiritali positi, veritatē & fidem Dei canimus, eam inuocātes vt adueniat ad liberandū: eamq; laudantes, q̄ nunquam nos destituerit, vt neq; nunc deserat. Nos in elucidatione, absq; huiusmodi distinctione tempus vtrunq; id est, diem & noctem, applicauimus & misericordię & veritati: vt intelligatur & mane & per noctē annuncianda misericordia, itēmq; & mane & per noctē annuncianda veritas. Sub altero enim alterū intelligimus. Simile quid diximus in Psalmum 35, super ver. 5. Domine in celo misericordia tua, & vsq; ad nubes veritas tua. ¶ Versu 6, Vir insipiens non cognoscat, & stultus non intelliget hac. Duę istę partes secundum faciliorem intelligentiā ita sumuntur, vt eandem habeant sententiā. Si tamen Hebræam respiciamus lectionē, ex vi vocabuli aliquid diuersitatis inuenimus inter eum qui priori loco dicitur insipiens, & posteriori stultus. Vox enim baar priore loco posita, significat stupidū vel bestialē: posita autē loco posteriore chefil, significat prauē stultum, vel animi prauitate desipientē. Ex quo talem possumus lumere distinctionē, vt priore loco significantur homines prorsus carnales, & omnino sensui dediti, qui potius & cōcupiscentia deuicti vel ignorantia obtenebrati peccant, q̄ ex mentis peruersitate: quales illi fuerāt de quibus scribit Apostolus, Scitis, quoniam cum gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini enutes: quales fuerant, inquam, sed esse iam desierant. Posteriorē verō loco vt illi significantur, qui nō ex ignorantia neq; ex mera infirmitate, sed ex animi peruersitate negligunt quę sunt Dei: cuiusmodi erant scribę illi & Pharisei, qui agnitā veritatem peruersa mente impugnabant, quos proinde abiurgationibus sauerissimis pius medicus Saluator noster toties redarguit, vt stultos reduceret ad sapientiā. Hoc ergo modo duas hominū species indicat hic versus, qui Dei opera nō considerant. De hac autē damnatione impiorū qui opera domini non student intelligere, alio Psalmo ita dicit Propheta, Quoniā non intellexerūt opera domini, & in opere sua manu eius destrues illos, & nō edificabis eos. ¶ Versu septimo, Cum exorti fuerint peccatores quasi fenenum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatē. Ex Hebræo aliquanto clarius sic legitur, Cū germinauerint impii quasi fenū vel herba, & floruerint omnes qui operantur iniquitatē. Vnde patet, illud apparere, quod habet nostra lectio, accipiendum pro caput efferre siue eleuari vel exaltari, quod est florere in hoc mundo. Quantū autem ad continuationē huius versus cum sequētib⁹, videtur difficultas: quoniā non apparet vlla cōnexio, nisi aliquid vsquam in supplementum adiciatur. Sciendum autē est, eandem hanc difficultatē & in Hebræo & in Græco occurrere. Nusquam enim apparet bona cōnexio absq; supplemento. Hieronymus vt habeat connexionē, omittit particulā cum, sic legens, Germinauerunt impii quasi fenenum, & floruerūt omnes qui operātur iniquitatē. vt conterantur vsq; in sempiternum. Atq; hic quidem cōmoda sententiā est, sed particulā cum omittitur, quę tamen manifeste in Hebræa lectione ponitur. Felix in sua versione vt sententiā integram acquirat, ita vertit, Dū germinabunt siue florescent impii sicut fenū, & florescent omnes operantes iniquitatē, destruentur vsq; in aeternum. Sed hic iam alteram omittit particulā, videlicet vt, quę etiā in Hebræo ponitur, hoc modo: Vt intereant vel cōterantur. Duos ergo modos assignabimus, quibus absq; omissione vllius particulę accipi poterit bona cōnexio. Prior est, ante illud vt intereant, subaudiendo, futurū est, ad hunc sensum: Cū exorti fuerint peccatores sicut fenū, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatē, tum futurum est, vt intereant in seculū seculi: vt significetur, quāta calamitas modicam felicitatem quanto cyus sit subsequutura. Quā connexionem aperte monstrat Chald. Parap. quę sic legit, Quando germinabunt impii sicut herba, & flore-



bunt omnes operarii falsitatis, futurum est q̄ destruat eos Deus vsq; in aeternum. Alius modus est, E coniungendo illud quod sequitur, Tu autem altissimus in aeternum domine, cum precedentibus, ad hunc modum, Cum exorti fuerint peccatores, &c. vt intereat in saeculū saeculi, tu quies altissimus omnium, nequaquam tūm peribis cum illis, sed in aeternum permanebis illis pereuntibus. Quae cōnexio satis esset commoda, si nō obfaret coniunctio, autem, quae connexionē istam nō satis recte ferre videtur. Ea autē dissimulata, aut secundū Emphasim intellecta, nihil erit in connexionē in cōmodo. Aliqui cum precedentibus quaerunt connexionē, hoc modo, Vir insipiens nō cognosceret, & stultus nō intelliget: quid hoc videlicet, q̄ cum exorti fuerint peccatores, &c. futurum sit vt intereat in saeculū saeculi, vt sit sensus, Homines stolidi, carnales, & animales nō hoc intelligunt, q̄ modicam felicitatē istam horariam tanta sequetur aeterna calamitas. ¶ Versu nono, Et dispergentur omnes qui operantur iniquitatē. Dispergentur, potest exponi, disperdentur, ad nihilū redigentur: id est, in perditionē aeternam abiiciētur, quomodo videlicet perire solent quae dispersa sunt. Atq; ita nos in Elucidatione interpretati sumus. Potest etiā accipi pro separabuntur, vt sit sensus, Abiiciētur aut separabuntur a conspectu tuo, vel a confortio beatorū. Vnde Chald Paraph. sic habet, Separabuntur a cōgregationē iustorum omnes qui operantur iniquitatē. Hieronymus autē legit, dissipabuntur, quod priori sententiā magis fauet. ¶ Versu decimo, Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meū. Monoceros siue vnicornis prā omnibus animalibus altū habet cornu, & in sublime p̄tensum. Propter quod, cōmode per ipsius cornu exprimitur magna exaltatio. In secunda autē parte, Et senescus mea in misericordia vberi, pro misericordia in Hebræo est oleū. Vnde Hierony. vertit, In oleo vberi: Et Felix, oleo viridi. Chald. Paraph. habet oleū recens oliuā frondosa. Quod oleū accipi potest letitia spiritualis, qua mens ex Dei gratia vngitur, aut ipsamet gratia Dei, per quā homo vngitur, de quo alibi, Vnxit te Deus Deus tuus oleo letitia. Nostra autē lectio quae pro oleo habet misericordiam, ad eandem sententiā facile reducitur. Potest etiā per hanc senescutē intelligi senectus spiritalis, id est, quidā in bono teporē & retrigescencia, de quali senectute diximus in Psal. 70. in pertractione versus illius, Ne pericias me in tempore senectutis meae, cum defecerit virtus mea me de relinquo me. Talis enim senectus siquādo homini aduenerit, ex ppria infirmitatis defectibilitate, expellitur vetustas illa per vberem Dei gratiā atq; misericordiā, per quam renouatur vt aquila non sua iuuentus, restituiturq; ad alacritatem & fortitudinem debitam. ¶ Versu 11, Et desipxit oculus meus inimicos meos. Sic & alibi dicit, Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos desipxit oculus meus. Atq; iterum, Non commouebitur iustus, donec despiciat inimicos suos. Illos enim despiciamus, quos ultra nō metuimus, neq; magnificamus. Aeditio autem Romana habet, respexit, quomodo etiā in Hebræo legitur. Atq; ita est sensus, Respiciet oculus meus inimicos meos, subaudiendo in punitione debita, videlicet cū voluptate cōtemplando eorū iustam damnationem. Quod illi cōsonat subsequenti particula, Et ab insurgentibus in me malignātib; audiet auris mea, id est, de iis qui cōsurgunt aduersum me (vt vertit Hieronymus) vel super eos audiet auris mea sententiā diuinā vltionis. In quam sententiā manifeste interpretatur Paraphrasis Chalda. sic habens, Vidit oculus meus interitum molestantiū me, qui insurgunt cōtra me vt malignentur, audient aures meae vocem confectionū eorum, id est, vocem perditionis eorū, vtpote qua ipsi confringentur, atq; redigentur ad nihilum. Quidam ad perfectius exprimentum sententiam, suppleunt grata, desiderata, vel optata, hoc modo, Videbit grata, vel optata oculus meus de inimicis meis, & de insurgentibus in me malignātib; grata vel optata audiet auris mea. ¶ Versu 12, Iustus vt palma florebit, sicut cedrus libani multiplicabitur. Palma cōparatur iustus, vel propter perpetuū virorem, quem neq; hyeme neque aestate perdit, iuxta illud primi Psalms, Et folium eius non defluet. Vel propter fructus suauitatis. Est enim fructus palmae suauissimus. Forsitan etiā ob illam nobilē conditionem, quam dicunt palmā habere, nempe q̄ oneribus impositis nō cedat neq; demittatur in terram, sed magis contranitur: quomodo vir iustus tentationū pondere nequaquam deprimitur, sed magis victor euadet: quemadmodū nobis quēdam palma patienti voce clamat, dicens, In his omnibus superamus, p̄pter eum qui dilexit nos. Et alio in loco, In omnib; inquit, tribulatione patimur, sed nō angustiāmur: aperiāmur, sed nō desituimur: persequutionē patimur, sed nō derelinquimur: humiliāmur, sed nō confundimur: deiicimur, sed nō perimus. In secunda autē parte, multiplicatio illa cedri potest vel ad multitudinē & pluralitatem referri, quomodo multiplicari dicitur homo multa prole, & arbor dicitur multiplicari, cum ab ea multa arbores enascuntur. Vel multiplicatio ista intelligitur de augmento, robore & perfectione quātitatē, vt sit multiplicabitur dictū, pro magnificabitur vel corroborabitur, aut perficietur. Vnde quidā vertunt ex Hebræo, Sicut cedrus libani magnificabitur, vel crescet, aut pollebit viribus, id est, roboris sumet augmentū. Manifestum est autē, iustus vtroq; modo in Dei gratia feliciter multiplicari. Robore enim multiplicatur, quando de virtute in virtutē quotidianis gressibus pergunt. Numero verō, dum sic lumen suum lucere faciunt corā proximis, vt glorificent patrem in caelis, dum per Euangeliū Christo gignunt animas proximorum, dum sanctis precibus sedulo Deum pro omnī salute deprecantur, peccatores velut parturientes, & iterum parturientes, donec formetur in eis Christus. Nam his tribus modis multiplicatur cedri nostra, de quibus loquimur. ¶ Versu decimotertio, Plantati in domo domini, in atrii domus Dei nostri florebut. Per domum domini & atria Dei, in Elucidatione idem intelligimus, videlicet sanctam Ecclesiam, quae (secundum Apostolum) est domus Dei. In sancta enim Ecclesia plantati iusti, florent & fructificant in ea. Altiori tamen contemplatione, possent hae duo distinguī, ita vt prius de Ecclesia militante, postterius de triumphate intelligeretur, ad hunc sensum, Iusti

Psal. 44.

Psal. 70.

Psal. 52.

Psal. 111.

Psal. 11.

Roma. 8.

2. Cor. 4.

Matt. 5.

2. Cor. 4.

Galat. 4.

1. Tim. 3.

A qui nunc plantati fuerint, radicēq; acceperint bene firmatas in hac militate ecclesia, hi florebut in illis amplissimis atrii domini, ibi apparebunt florētes & pulchri, ibi magnificati erunt & sublimes in gloria superna. Modo enim illorū flos latet, modo videntur aridi, & iudicantur quasi steriles. Illic autem apparebit flos & decor eorum. Prior tamē expositio videtur simplicior, vt per domū & atria idē intelligamus. Non enim est hoc scripturis infrequēs ita eandem rem diuersis appellare nominibus: imō est hac non minima sanctorū eloquiorum festiuitas, eadem subinde repetere, vel sub diuersis vocabulis, vel etiam sub iisdem. Veluti illud quod in eodem Psalmo antecedit, Quoniam ecce inimici tui, domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, quātam habet gratiam, quod ita voculas easdem replicando dicitur: ¶ Versu 14. Adhuc multiplicabitur in senecta vberi, & bene patietes erūt, vt annunciant. Quod verū duodecimo, de hoc verbo multiplicari diximus, idem hīc quoque dicitur, posse videlicet ipsum accipi vt dicat multiplicationē secundum numerū, vel secundū virtutē & vigorem. Vtroq; enim modo, etiam in sua senectute, iusti multiplicantur, dum neq; a benefaciēdo vnquam cessant, neque ab aliorum (quantum in ipsis est) ad virtutem institutione desistūt. Quāquam enim grandior eras corpus infirmum reddat, vt ad opera difficilia fiat homo impos manet tamen vigor mentis, & accedit per aetatem authoritas, vt tum monendo, tum cōsulendo, abunde possint etiam in decrepitate proximis proficere. Hieronymus verō, pro multiplicabuntur, vertit, fructificabunt. & Felix, germinabunt: quorum vtrūque, vtriq; praedictarum expositionum facile potest aptari. In senecta autē vberi, intelligi debet in senecta pingui, id est, copiosa Dei gratia & misericordia quasi peruncta. Nam quod quidam per vberem senectutem, intelligāt magnam senectutē, vel etiam aternitatem (quae copiosa senecta non male posset appellari, sicut Psalmo praecedēti dicta est longitudo dierum) Graeca lectio nō respōdet. quae habet ἰσχυρὸν ἰσχυρῶς: hoc est, in senectute pingui. In vberi ergo senectute intelligi debet in senectute pingui, quomodo superius in misericordia vberi, dictū est, pro pingui misericordia. In eo autē quod sequitur, Et bene patietes erunt, notanda est nouitas illius dictionis bene patietes, ne (iuxta quorundā expositionē) existimetur significare bonā patientiā, vt sit sensus, Bonam habebunt patientiam. Graeci enim ἰσχυρῶς dicunt eos qui afficiuntur beneficio. Vt enim in alios beneficia cōferentes appropriato vocabulo ἰσχυρῶς, id est, benefaciētes: ita eos qui ab aliis accipiunt beneficia ἰσχυρῶς, id est, bene patietes appellat. Bene patietes ergo hoc loco idem valet, quod affecti beneficiis. Vnde in Hebræo huius loco dicitur, Frondētes siue frōdosi, aut virides aut viuidi erunt. Ceterum, quod secundum distinctionem nostrae lectionis in eodem versu continue sequitur, vt annunciant: melius in versus sequētis caput separaretur: hoc modo, Vt annunciant, quoniam, &c. quam distinctionem habet lectio Hebraea, & nos in Elucidatione indicauimus, ad caput vltimi versus verbum praecedens replicando.

XCII. PSALMI ARGUMENTVM.

Propbetat Psalms iste de gloria regni Christi, quod accepit passione consummata rediens ad patrem: unde exierat: deque edificatione sanctae ecclesiae, quae post Christi ascensionem per Apostolorum praedicationem edificata est, nihil obstantibus grauissimis persequutionibus & insanis tumultibus, quos cōtra Apostolicam praedicationem excitauit mare mundi huius efferuefcens, id est, potentes & sapientes saeculi, cum sibi adherentibus infidelibus populis, contra veritatem pessima iracundia exarscentibus: quos Deus in altis admirabilis, testimoniis efficacissimis conuicit, vt in omni sua virtute & sapientia neque contradicere, neque resistere potuerint: sitque ex firmitate verborum & signorum quae pro veritate monstrata sunt, Ecclesiam sempiternam in sua sanctificatione permanentem, usque in consummationem saeculi, & vltra.

XCII. PSALMI ELUCIDATIO.

I Dominus regnauit:



Hristus Dominus morte denicta, cui se sua voluntate subiecerat, iam regnum habet, & imperium tenet in dextera patris, omnia habēs subiecta sub pedib; suis, omni accepta potestate in caelo & in terra: \* depositōq; habitu serui, in quo ab hominibus visus, & cū hominibus cōuersatus fuerat, iam gloria & honore circumamictus est: saccōq; humanę mortalitatis cōscisso, stola gloriose resurrectionis & perpetuę immortalitatis est vestitus: \* abiit iam ab eo procul omnis infirmitas, induitq; pro infirmitate fortitudinē: forte nunc Deū sese mōstrans in caelis, qui olim se hominē infirmū exhibuerat in terris: quēadmodū vir pugnator sese accingit gladio, vt aduersus hostē dimicet: ita Christus rex, dux, & saluator populi sui, accinctus est gladio sup̄scemur suū, ita se aptauit ad salutē populi sui, ad eiciendū ē mundo suū aduersariū, principē tenebrarū, & electorū numerū de eius tyrannide per virtutē Euangelicę praedicationis liberandū. 2 Ipse enim est, qui orbē terrę stabiluit atq; firmavit, qui Ecclesiam suam sanctā in firmitate fidei super petrā firmissimā fundauit, vt nō possit cōmoueri in saeculū saeculi, aduersus quam nec portae inferi possint praeualere. Ipse post resurrectionē & gloriosam ascensionē, missis in omnē terrā Apostolis, edificauit fundauitq; in fidei fir-

D \* decorem indutus est:

\* indutus est dominus fortitudinem,  
\* & praecinxit se.

2 Etenim firmavit orbē terrę, qui non commouebitur.

1. Cor. 15.  
Matt. 28.  
Psal. 8.  
Psal. 29.

Psal. 44.

Matt. 16.



**V**ersu primo, Dominus regnavit, decoré indutus est. Regnavit, nō debet exponi, rex fuit, quasi significetur ornatum quo se Christus ornauit decore & fortitudine: vel significetur iam illum accepisse sibi regnū & imperium: quomodo ipse de se ad patrem redeunte, post resurrectionem, aiebat, Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Quod autem dicitur, Induit decorem, induit fortitudinem; vel significat ornatum quo se Christus ornauit decore & fortitudine: vel assumptionē qua assumpti ea: vel plenitudinē designat. Ita enim abundantiam & plenitudinem, sacrae litera solent nō raro per induitionem significare. Velut cum in alio Psalmo dicitur, Induantur quasi diploide confusione sua. Et iterum, Induantur confusione & reuerentia, qui quærūt mala mihi. Item, Et induet maledictionem quasi vestimentum. Sic & in bonam partem Psalmo. 131. Sacerdotes tui induāt iustitiam. Sacerdotes eius induam salutari. Et in actis Apostolicis, Donec induamini virtute ex alto: & in aliis plus mille locis. Præcinctio verò illa, cuius meminit finis versus, intelligitur preparatio ad præliū cōtra principem tenebrarum, Christi aduersarium, in salutem electorum. Atq; hæc est ista præcinctio, ad quam in alio Psalmo Propheta dulce spōso canens epithalamium, eūdem adhortatur, dicēs, Accingere gladio tuo super femur tuum, potētissime: specie tua & pulchritudine tua, intēde, prospere procede, & regna. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, &c. Quod illic (inquā) in spiritus desiderio postulatur, vt veniat id iam hoc Psalmo, quasi peractum decantatur. Cōparatur ergo Christus, iam in patris dextera sedens, duci siue regi pugnatori, ad pugnam se pro liberatione sui populi apparantis. Posset tamen ista præcinctio considerari secundum consuetudinem eorum qui operari aliquid volunt, qui se præcingendo componunt, vt expediti possint esse ad laborem, nec patiantur impedimentum. Præcinctos enim esse oportet eos qui magni operis quippiā volunt agere. Atque ita per Christi hanc præcinctioem intelligeret ipse velut preparatio ad ædificationē Ecclesiæ, & noui orbis terrarum constitutionem. ¶ Versu. 2. Etenim firmavit orbem terrarum. Nos in elucidatione orbem terrarum spiritualem expotiuimus Ecclesiā sanctā, velut nouum mundum & nouum orbem: que non commouebitur, fundata supra firmam petram, quemadmodum ipse in Euangelio Saluator Petro ait, Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiā meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. De orbe autem terrarum materiali, quomodo firmatus sit, vt nō commoueat, vt non pereat, stabilliq; persistat, est manifestum. Notandum tamen est, cum de orbe terrarum materiali exponitur Psalmo, præcinctioem istā, de qua fit in præcedenti versu sermo, cōuenientius tum intelligi de præparatione ad opus. Cum enim ab æterno Deus decore suo & fortitudine fuisset indutus, voluit tamen in tempore ad opus se præcingere, vt orbem terrarum in sua stabilitate perpetuo mansurum conderet. Atque ita quod sequitur, Parata est sedes tua Deus extunc, intelligi debet, quod à principio creationis rerū steterit regnum eius, & quod thronus regni eius paratus fuerit ab initio: id est, quod ab initio omnium creaturarum rex & dominus fuerit. Nos tamē omnia ad Christi glorificati regnum & thronum retulimus. ¶ Versu. 4. Eleuauerunt flumina domine, &c. Mira est sermonis festiuitas & magnificentia in trina ista replicatione, cum dicitur primum, Eleuauerunt flumina domine: deinde subditur, Eleuauerunt flumina vocem suam: atq; iterum, Eleuauerunt flumina fluctus suos. Est enim quasi gradatio quadam verborum, dum in posteriori semper plus dicitur, quā in priori, quemadmodum Psalmo. 28. Afferre domino filii Dei, afferre domino filios arietum, afferre domino gloriam & honorem. Et alibi, Afferre domino patriæ gentium, afferre domino gloriam & honorem, afferre domino gloriam nomini eius. Quod autem per flumina intelligim⁹ sanctos Apostolos, id nos recte fecisse arbitramur: quoniam sicut flumina à fonte accipiūt in sui aluei capacitate abundantiam aquarum, perpetuò è fonte currentium: ita & hi in capacitate credulorum cordium suorum aquas vitales ad abundantiam capiētes, implebantur ex plenitudine sui fontis, id est, Christi domini: apud quem (vt in alio Psalmo dicitur) est fons vitæ, quiq; (iuxta Hieremiā) vena est aquarum viuentium. Neq; verò mirum videri debet, si ipsos prædicatores fidei nos flumina appellauerimus: quandoquidem Dominus non eos tantum flumina appellauit qui in ipsum credūt, sed flumina etiam dixit de eis effluere: iuxta quod apud Ioannem in templo clamat publica voce, dicens, Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viua. Non solum ergo flumina dicit credentes, sed flumina velut quosdam fontes, quatenus ex eorum ventre effluūt flumina: quæ etiam consideratione, fontes appellari diximus fideles Apostolos, Psalmo. 67. cum dicitur, In Ecclesiis benedicite Deo domino de fontibus Israel. ¶ Versu. 5. Eleuauerunt flumina fluctus suos. Quidam hæc flumina intelligunt opposita & contraria prioribus. Illa enim flumina Dei & agni erant flumina paradisi & vitæ. Hæc verò intelligunt flumina Satanæ, flumina mortis & inferni. Quæ flumina tum intellige sæcularem potentiam & sapientiam, quæ se contra Apostolos erexerunt. Secundum quam sententiam, notanda est diligenter sermonis huius proprietates. Dicuntur enim flumina ista posteriora eleuasse fluctus suos, cum illa priora dicantur eleuasse vocem suam: vt significetur, aduersus vocem Apostolicam homines mundi huius eleuasse non vocem, sed fluctus suos. Videlicet, quoniam illi efficacia verbi pollebāt, isti persecutionis insania sæuebant, neq; vocē vocī opponebant. Non enim poterant voce, id est, rationabili respōsione cōtradicere, non poterāt (quomodo de beato Stephano in Actis Apostolicis scribitur) resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. Promissum enim Saluatoris nostri irritum non cecidit, quo suis electis testificat⁹ est, dicēs, Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarii vestri, Quia ergo ortos non potuerūt sæcularia flumina opponere, quia nō vocem voce repellere, ad fluctuum impetum &

mitate Ecclesiā sanctā, velut nouum orbem terrarum, quæ vsq; in B consummationē sæculi nunquā deficiet: quæ admodum in initio creationis rerum materialē orbem terrarū fecit, qui persistabit in sæcula. 3 Ex eo autem tempore, quando tu ò rex præclare, regnum accepisti, morte deuicta, quando decorem, gloriā & fortitudinem induisti, humilitate, ignobilitate, & infirmitate deposita, paratū est tibi solū gloriæ, thronus regius & iudicialis tibi secundū humanitatis formā in calum redeunti cum victoria ad patris dexterā est constitutus, vt tāquā patri cōqualis sederes in ipsius dextera: extūc dixit tibi De⁹ pater tuus, sede à dextris meis: extunc fecit te cōsidere ad dexterā suam, iudicem te constituens viuorum atq; mortuorum, dans tibi gentes in hæreditatem, & in possessionem terminos terræ: \* neque mirum si ad tantam sis prouectus dignitatē, quoniā quidē patri tuo es secundū diuinā naturam cōæternus, ab initio & ante sæcula cum ipso permanēs, ante omnē creaturam. 4 Cum autem propositum tuum de principis tenebrarum expulsionē velles perficere, atq; ad salutem per te ope ratā tuos electos aduocare, misisti tu domine per vniuersum orbē terrarū sanctos Apostolos tuos, prædicatores veritatis: quos sic impleui si aquis salutaris sapiētiae, & scientia Euangelicæ doctrinæ, quemadmodum flumina aquis sunt salutaribus plena: quæ quidem flumina in altum eleuauerūt vocem suam, exaltauerunt quasi tuba vocem prædicationis suæ, ita vt in omnē terrā exiret sonus prædicationis eorū, & in fines orbis terræ perueniret sonus vocis eorum. 5 Eleuauerūt dico, hæc tua flumina alte resonātes doctrinas suas, quasi gurgites quosdā & fluctus mundātes, quibus totū orbem implerent, & velut concuterent orbem ad conuersionem fidei: \* ita eleuauerunt vocē & fluctus suos, præ vocibus aquarū multarum, supra & contra voces multorum populorum contraclamantium & repugnantium priorum illorum fluminum prædicationi. Vicit enim illa potēs vox fluminum, ita vt non potuerit resistere contradicō multorum infidelium populorū. Tale enim os & talis sapiētia illis data fuit, tam efficax fuit vox sonitus eorum, vt nō potuerint resistere neq; cōtradicere, multo verò minus præualere omnes eorū aduersarij. 6 Interim enim dum hæc tua flumina, flumina utiq; paradisi & gratiæ, eleuarent vocem suam, mūdus totus in maligno positus, hoc mare magnum, spaciosum, & plenū insanis tumultibus, mirabiliter cōmōtū est, mirabiliter efferbuit, seq; in altum nimis extulit: principes, potētes, & sapiētes sæculi huius cū sibi adherētibus, grauissimos persequutionū tumultus suscitauerunt fidelibus prædicatorib⁹ veritatis: & mirabiliter se aduersus tua mitia flumina extulit hoc mare superbum & semper inquietū: \* sed est in excelso celorū habitaculo mirabilis dominus, qui maris illius quātūuis mirabiles elationes sua potest virtute mitigare compescere, atque etiā in totū sedare, pro suo beneplacito: qui in hoc se mirabiliter ostēdit mirabilē, quod illis talibus maris elationibus possit pro sua voluntate imperare. 7 Testimonia ipsa quibus fluminum tuorum vocem, Apostolicā prædicationem confirmasti, signa & prodigia admirabilia in virtute spiritus tui per sanctos tuos prædicatores exhibita, in cōfirmationem Euangelicæ doctrinæ, per quæ tu illis cooperabaris prædicantibus, eorūq; sermonē confirmabas, facta sunt admodum persuasibilia, valde ad persuadendum efficacia, vt quemuis etiā inuitum (modo ratione vtentē, & mente obstinata non insanientem) possint inducere, imò cogere quodā modo & cōpellere ad credendum veritati mundo annunciata: ita vt per ea etiā barbaræ nationes plurimæ ad fidem sint persuasa siue inducæ, pleriq; etiam potentia & sapientia in mari sæculi huius admodum pollutentes. \* Et quoniam tu domine pro tua sancta Ecclesia ædificanda, tam mirabilia operari dignatus es, domum tuam istam, quam tibi per Apostolicę prædicationis ministerium ædificasti, decet sanctitas atq; munditia, tam interior quā exterior, vsq; in consummationem sæculi: & imperpetuum decens est, vt domus illa, quam sic tibi tam mirabiliter ædificasti & cōparasti, non polluatur in æternum, neq; deficiat vnquā in ea sanctificatio fidei tuę: sed iustum est, eam sic à te fundatam, in cōsummationem vsque sæculi semper in veritate persistere, & nullam vnquā malitiam prorsus illi dominati, donec secundum plenitudinem glorię tuę eam plenissime inhabites in æternum. Amen.

3 Parata sedes tua extunc:

Psal. 109. Marc. 16. Actu. 10. Psal. 2. \* à sæculo tu es.

4 Eleuauerunt flumina, domine, eleuauerunt flumina vocem suam.

Esaie. 58. Psal. 18. 5 Eleuauerunt flumina fluctus suos: \* à vocibus aquarum multarum.

Lucæ. 1. 6 Mirabiles elationes maris:

1. Ioan. 1. \* mirabilis in altis dominus.

7 Testimonia tua credibilia facta sunt nimis:

\* domum tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum.

Matt. 28.

Psal. 108.

Psal. 34.

Psal. 108.

Psal. 131.

Psal. 44.

Psal. 28.

Ibidem.

Psal. 35.

Hier. 17.

Ioan. 7.

Psal. 67.

Actu. 6.

Lucæ. 21.

gurgitum fauas cōcūfiones cōfugerunt, vt quibus ratione contradicere non poterāt, eos violētia E perlequutionū deftruerent. Vbi etiam hoc notandum, quōd flumina priora vocē dicuntur eleuare fingulari numero, nō plurali: quoniā videlicet quali ex vno ore loquebātur omnes, idipfum docē- res & pradicātes, iuxta quod ab vno magistro Christo & doctore eodē spiritu fancto acceperāt, qui nō est magister neq; Deus diffenfionis, fed pacis. Flumina autē posteriora fluctus eleuauerunt, quoniā multas & frequētes perlequutiones excitauerūt aduersus populum fidelium. Quod autē fequitur, A vocibus aquarū multarum, fecundum pradicāta expositionē ita intellige: ſæculi potētes & ſapiētes ſuperbe excitauerunt perlequutiones graues, contra Apoſtolicā doctrinam, à vocibus aquarum multarū, id eſt, ab inſanis clamoribus & cōtradictionibus multorū populorum veritati reculantū acquieſcere, & ſuorum principū atq; ſapientū infidelitati adharerentium. ſæculi enim potētes & ſapiētes, tantū ex fiducia in multitudine populorū ſibi adharerentū & ſubiectorum, auſi ſunt obſiſtere fluminibus Dei, ſuam aquam ſalutarē effundentibus, nō autē ex vilo interno bonæ cōſcientiæ teſtimonio, aut vlla rationabili perſuaſione ad hoc inducī. Verū iuxta expoſitionē noſtrā, quā in Elucidatione aſignauimus, à vocibus, idē valet quod, pro vocibus, vel ſuper voces, id eſt, pluſquā voces aquarū multarum. Altior enim fuit vox pradicationis Euangelicæ omnibus vocibus aquarum multarū, id eſt, populorum obmurmurantium. Vicit enim veritas: & nihil obſtātibus incredulorum turmis, numero plurimis, feliciter triumphauit, vt vſq; hodie non defecerit eius regnum in Eccleſia, quemadmodum neq; deficiet vſq; in cōſummationem ſæculi. ¶ Verſu. 6. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus. Nota pulcherrimā partium harum adinuicem correſpondentiā. Nō nego (inquit) elationes maris fuiſſe mirabiles, tales proſecto, vt ſecundum hominē ſpes non videretur poſſe eaſ ſupprimi. Verum hoc aduertī & ſciri debet, eſſe in calis admirabilē dominum, qui iſtas elationes maris, quantumuis mirabiles, & ſi millecuplo magis mirabiles, ſolo poteſt verbo cōpeſcere. Quod etiam de elationibus maris corporei veritatem habet. Mirabilē enim ſe Deus oſtendit, quōd mirabilibus huius maris elationibus, cum plena poteſtate & authoritate imperat, iuxta quod in alio Pſalmo dicitur, Tu dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Pſal. 88.

XCIII. PSALMI ARGUMENTVM.

**A**d uerſus impios bonorum oppreſſores Pſalmus iſte dirigitur, poſtulanſ ſimul & pradicēs Dei aduerſum illos iuſta venire iudicia, quorum impietatem pluribus verſibus deſcribit, in oppreſſione maxime illorum qui humana carent deſenſione: ac deinde eorum inſipientiam, putantium Deum ſua latere facinora: qua de re illos arguit & conuincit, impoſſibile eſſe oſtendens, vt Deus oculorum & aurium ſictor, largiēs omnibus videre & audire, ipſe non cognoſcat quæ agunt homines, dicens, etiam cogitationes hominum ſingulas Deo eſſe cognitās, & omnem illarum vanitatem non latere Deum. Quorum impietate conſutata, verſu duodecimo beatum pronunciat, quem Deus in ſua lege erudit, illique bene futurum dicit in nouiſſimo, quando peccatoribus fodietur fouea, & iuſtitia exercebit vltionis iudicium. Verſu autem. 16. ſpiritu ſeruens aduerſus malitiæ deſtructionem, optat ſibi ad id perſiciendum auxilium: ſed abſque Deo nihil fieri poſſe ipſe in ſe expertus, conſitetur dicens, quōd niſi per Deum fuiſſet aditus, in inferno iam haberet manſionem: & diuinæ aſſcribit miſericordiæ, quōd non fuerit in infernum collapſus, à qua etiam conſolationem abundantem iuxta aſſiſtionis proportionē, ſe conſitetur ſemper percepiſſe vt non deficeret. Qua de re, verſu vigeſimo, acri obiurgatione in illos ſubitano ſpiritus motu inuehitur, qui præcepta Dei vt graua & obſeruatu impoſſibilia calumniantes, ſic loquuntur, & ſic agunt, ac ſi non aliter quam male poſſent viuere: contra quorum prauitatem & fraudem, ipſe ſe in domino tutum conſidit habere reſugium, illis ſuo tempore iuſta condemnatione pro ſua impietate puniendīs.

XCIII. PSALMI ELUCIDATIO.

1 *Deus vltionū dominus, Deus vltionum libere egit.*

Pſal. 50.

Matt. 22.



**D**eus potentiffimus, cuius eſt vltionem facere aduerſus omnem impietatem & iniuſtitiam, ad quem ſpectat vltio & retributio vindictæ, vt iudicem verum & primum, cui ſoli peccant homines, ipſe Deus ſcelorum vltor, libere & confidenter egit, ſemperque agit confidenter & libere, in cunctis vltionibus quas ſecundum ſuam iuſtitiam peragit. Non enim reſpicit cuiuſquam perſonam, neque metuit vultum potentis, neque deſert vilius dignitati aut gloria, neque concedit prudentiæ aut ſcientiæ: ſed libere abſque omni perſonarum reſpectu vltionem in omnes exercet impios, ſiue magnos, ſiue puſillos. 2 Tu ita que ſclerum vltor, qui ſemper libere agis in impiorum punitione, tu qui terram iudicas, qui iudex es hominum, ad quem ſpectat cūctarum humanarum actionum diſcuſio atq; remuneratio, oſtende nunc gloriam potentia tua: & ſuperbis impiis iſtis qui nunc in mundo dominantur, & opprimunt bonos, redde viciffitudinē, debita ſcleribus præmia; 3 Quā diu enim tu, iudex cōfidentiffime atque liberrime, patieris homines impios, qui te nō agnoſcunt, neque tibi ſeruiunt: quā diu (inquam) patieris iſtos impune euadere, atque etiam gloriari in ſua malitiā, degentes in multa ſecuritate & voluptate, abiq; timore iudiciorū tuorum, eo quōd ſe videant

2 *Exaltare qui indicas terram, redde retributionem ſuperbis.*

3 *Vſquequo peccatores domine, vſquequo peccatores gloriabuntur?*

A 4 *Effabuntur & loquentur iniquitatē, loquetur omnes qui operantur iniuſtitiam?*

5 *Populum tuum domine humiliauerūt, & hereditatem tuam vexauerunt.*

6 *Viduam & aduenā interfecerunt, & pupillos occiderunt.*

7 *Et dixerunt, non videbit dominus:*

*\* nec intelliget Deus Iacob.*

8 *Intelligite inſipientes in populo:*

C *\* & ſtulti aliquando ſapite.*

9 *Qui plantauit aurē, non audiet?*

*\* aut qui finxit oculū non conſiderat?*

D 10 *Qui corripit gentes non arguet?*

*\* qui docet hominem ſcientiam?*

11 *Dominus ſcit co-*

ita lōganimitè à te tolerari, & omnino nihil ſuſtinere mali. 4 Quā diu patieris impune, vt effutiāt, & eloquantur quæ ſunt iniqua & noxia, & contra te blaſphemias, & contra proximos, dolos atq; iniuſtitiam: vt talia proponant in cordibus, & loquantur in ore, atque etiam opere exerceant operarii iniquitatis: quā diu diſſimulabis, & feres impiorum iſtam malitiā impunitā? Exurge quantocyus, & oſtende vltionem tuam, vt bonis tuo iudicio ereptis de ſtatione, impii illi iuſtā accipiat operum ſuorum mercedem. 5 Ecce enim Domine aſſiſerit populum tuum, humiles & pauperes tuos ſeruos humiliauerunt, populum humilem & ſimplicē, quem tu velut tuam peculiarem hereditatē habes & reputas, ipſi tuo timore poſt poſito crudeliter oppreſſerunt, & multis modis per ſuam potentiam atq; aſtutiam vexauerunt. 6 Homines pauperes & dereliſtos deſtitutōſque humano auxilio, cuiuſmodi ſunt viduæ, orphani, pupilli, & aduenæ, & huiuſmodi, nō habētes inter homines auxiliū vel conſilium, in hos crudelius tuā malitiā exercuerūt impii, non ſolum bonis illos ſpoliantes, verū etiam vitam eis auferētes ſine cauſa: vel propter bonorum acquirēdā poſſeſſionē, mortis falſas cauſas cōminilcendo, vel bonorū iniuſta ablatione & graui oppreſſione eorum vitā in dolore ad mortem deducendo, præ nimia animi amaritudine. 7 Iſta autem omnia ſic libere agūt pro ſua mala voluntate, quoniā perſuaſum habēt, Deum non attendere ad res humanas, dicētes, eum perambulare circa cardines cali, neq; noſtra cōſiderare, vt pro operibus reddat aliquādo condigna præmia: dicuntq; in cordibus ſuis, non videbit dominus quæ nos agimus: \* & non intelliget Deus Iſrael, Deus cali nō attendet, non conſiderabit ea. 8 Quæ nos hic in terris agimus, ſic vt ea aliquando adducat in iudiciū. Atq; ita hac perſuaſione faciūt, vt nō ſit timor Dei ante oculos eorū: propter quod, abiq; omni retinaculo ſeruntur in omnē malū præcipites, abiecto timore tuo, per quē declinat omnis à malo, quiq; ſapiētia eſt initiū, & ſine quo nemo poteſt iuſtificari. 8 Vos verō, o inſipientes in populis, qui nō ſapitis quæ Dei ſunt, ſed terrena ſolum, ponite iſtā veſtrā inſipientiam, quæ vos excæcat: & rationis veſtræ lumen quod vobis à Deo inditum eſt, conuertite ad conſiderandū & intelligendū id quod verum eſt: \* & o ſtulti, ac ſtolidi homines, qui vobis huiuſmodi tam ſtolidè perſuadetis, que nullam habēt verūſimilitudinē, que etiam ratio naturalis moſtrat eſſe falſa & vana, tandē aliquando ſapere curate, & attēte conſiderate quod verum eſt, vt non in veſtra inſipientia atq; ſtultitia pereatis. 9 Voſ ipſi quæ dico iudicate, veſtram ipſorū rationē conſtituo iudicē. An fieri poteſt, vt ille qui aures finxit, deditq; hominibus, à quo omnes homines auditum habent, & audiendi ad hoc aptū organū, qui dat omnibus vt audiant, hic ipſe nō poſſit audire ſiue percipere nunc quæ vos ſuperba & impia loquimini? \* & qui mirabili artificio hominis oculos finxit, taliq; virtute formauit, vt poſſit per eos videre, & quæ foris ſunt, obiecta apprehēdere, ipſe non poterit videre, non poterit cōſiderare, atq; percipere ea quæ vos pro veſtra mala voluntate nūc in terris agitis? An hoc perſuadere vobis ipſis poteſtis? poteſt hoc veſtro inſidere animo? patitur lumē naturale quod vobis ineſt, vt ita ſentiat, Deū qui dat hominibus vt audiat & videat, non audire neq; videre, & non percipere quæ dicuntur & aguntur à vobis? Eſt hoc proſecto omni rationi cōtrariū, neque quicquam habet apparentiæ talis exiſtimationis. 10 Deniq; ipſe qui corripit & caſtigat populos, qui vltionem facit de peccatis gētiū, exiſtimationis hunc non arguturū ſuo tempore & puniturū veſtra ſclera? putatis illum latere veſtra dicta, aut facta, vt exiſtimare poſſitis, non vos ab eo pro illis eſſe corrigēdos? \* ipſe qui docet hominē ſcientiā, à quo eſt omnis ſcientia & omnis veritas, qui cūcta manifeſtat hominibus, & cognoscere facit ea quidē quæ ad corpus per naturale lumen quod ſignauit in nobis: ea verō quæ ad animę ſalutē per internam ſpiritus ſui inſtructionē, atq; etiam per dictamen naturalis luminis: ſcilicet iſte à quo ſic eſt omnis veritatis cognitio, ſola veſtra nō videbit opera? ſcilicet hunc veſtra dicta factaq; ſola latebunt? Quā mirandum eſt, vos iſta tam irrationabilia, tam nō coherētia, tam diſſona rationi, tā nihil apparētia: probabilitatē ſe habentia poſſe inducere in animum, ſicq; agere & viuere, quali hæc vera eſſe credatis. 11 Vt autē plānā vobis enunciem veritatē, & veſtra confundatur inſipiens iſta perſua-

Iob. 22.

Pſal. 13.

Pſal. 110.

Eccle. 1.

*gitationes hominū: quoniam vana sunt.*

*12 Beatus homo quem tu erudieris domine:*

*\* & de lege tua docueris eum.*

*13 Ut miriges ei a diebus malis, donec fodiat peccatori fouea.*  
Matt. 25.

*14 Quia non repellat dominus plebem suam: & hereditatem suam non derelinquet.*  
Esaie. 40  
Ephel. 2.  
Roma. 2.

*15 Quoad usque iustitia conuertatur in iudiciū:*

*\* & qui iuxta illam, omnes qui recto sunt corde.*

*16 Quis consurget mihi aduersus malignantes? \* aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?*

*17 Nisi quia dominus adiuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.*

ho, hoc scitote, dominum Deum non solum dicta audire & facta conspiciere, verum etiam latentes in occulto cordis cogitationes & proposita omnium hominum: & hoc cognoscit, quod hominum cogitationes vanae sint ac futiles, quod homines terrena sapietes (quatum ex semetipsis) vana & inutilia cogitant, & omnem vanitatem cogitationum nostrarum ipse conspiciat: propter quod, non solum a dictis & a operibus malis, verum etiam a malis, vanisque cogitationibus sollicitissime districtissimaeque abstinere nos conuenit. 12 Et quonia homo, quantum ex semetipso, medax ac vanus est, vt de terra natus, & de nihilo factus: ita plerumque de terra & de vanitate, siue de nihilo cogitans, idcirco illum ego iudico foelicem quem tu domine erudieris, que tu interna tua vnctione instruxeris, vt sciat cogitare quae bona sunt & salutaria, eaque loqui & agere: \* & que tu instruxeris in lege tua, cui tu intelligentiam dederis praceptorum atque madorum tuorum eorum, secundum que tu nos vitam insinuare praecipisti, vt illa intimo cordis affectu percipiat, ita vt illi sapiat doctrina aequisime legis tuae, & in ea oblectetur ac meditetur iugiter. 13 Huic enim, que tu sic erudieris & instruxeris, tu mitigabis a diebus malis, huic facies bene esse in tempore angustiae, in diebus in quibus male erit omnibus impiis, quibus per sententiam districti iudicii fodietur & aperietur fouea inferni, dum iubebuntur discedere in ignem aeternum: quando his (inquam) impiis ita male erit, quando cum eis ita terribiliter agetur, vt cum fordibus hircis: tu mitigabis iusto, tu illi molliter & bene esse facies, cum illo benigne ages, vt cum tua ouicula, nimirum locaturus illum ad dexteram tuam, atque proloquutus super illum aeternae beatitudinis vocem suauissimam. Et cum impiis fodietur in inferno fouea, quando in inferno sepeliatur reprobi, iusto in supernis celorum mansionibus gloriosa sedes exaltabitur, in qua cum suo domino foeliciter regnabit & triumphabit imperpetuum. 14 Non enim a se abiciet dominus populum suum, & illos quos ipse vt suam hereditatem possidet quos ipse vt suas oues agnoscit, in suam possessionem computat, non eos derelinquet imperpetuum, sed custodiet ab omni malo, & faciet saluos in regnum suum caeleste: non eos abiciet vt reprobos in sepulchra inferni, sed colliget eos in sinum suum, & consideret facies eos secum in caelestibus. 15 Futurum est enim, vt iustitia Dei, quae ad tempus dissimulat, differtque vindictam, velut expectans peccatorem ad misericordiam, & velut inuitans ad poenitentiam, tandem aliquando reueletur, & conuertatur ad ultionis iudicium: futurum est, vt iustitia executione accipiat, atque in opus procedat, ad reddendum unicuique, secundum opera debitam mercedem, ad faciendam in impiis vindictam de omnibus quae sunt operati malis: \* & qui tunc inueniuntur iuxta illam, qui tunc adiecti erunt iustitiae Dei, omnes illi & soli illi erunt, qui nunc recto sunt corde: qui coram iustitia Dei stabunt atque consistet abique repulsa, erunt iusti, fideles, & recti corde. Nam impij qui prauo sunt corde, tunc nequaquam inueniuntur iuxta illam Dei iustitiam, non poterunt in conspectu iustitiae illius iudicium exercens consistere, sed repulsam quanto cyus patientur, & longe proiciuntur ab ea in profundum inferni, in ignem aeternum, elongati a Dei conspectu in aeternum. Tolle tur enim impius, vt non videat gloriam Dei. \* Erunt etiam omnes recti corde iuxta illum Dei iustitiam iudicantem, quando sancti omnes quasi assessores astant, vel assidebunt, vel assentientur iustitiae iudicanti, approbabuntque iudicii sententiam. 16 Cum vero tanta sit hominum impiorum in hoc saeculo prauitas, vbi potero ego reperire aliquem, qui pro me velit ac possit exurgere contra maligne agentes, & malum querentes innoxios? \* aut vbi inueniam, qui pro me ex mea parte velit ac possit stare contra operarios iniquitatis, ad illos expugnandum & prohibendum, ne sua peruersa implere possint consilia? O vtinam tale possem alicubi reperire adiutorium, quo omnia impiorum machinamenta (quod vehemensissime desidero) possem dissoluere atque dissipare, eorumque pessimis conatibus obistere: 17 Sed non inuenio in hominibus potentiam huiusmodi, quae mihi id possit praestare, neque hominis hoc est opus, tam abundanter mundi malitia effugere vel destruere, nisi que tua domine misericordia adiuuerit. Vnde de meipso hoc expertus loquor, quod nisi tu domine misericorditer adiuuisses me, periculum mihi fuisset maximum, ne iam morte absorptus in habitaculo lacu inferni, iam malitia nimia deuictus succubissem tetationi, non potuissem inuenire malorum exitum: atque id-

*A 18 Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua domine adiunabat me.*

*19 Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuae latificauerunt animam meam.*

*B 20 Nunquid adheret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in praeepto?*

*C 21 Captabunt in animam iusti: \* & sanguinem innocentem condemnabunt.*

*22 Et factus est mihi dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium spei meae.*

*23 Et reddet illis iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum disperdet eos, disperdet illos Dominus Deus noster.*

circo quoniam nunc saluus adhuc in vita consisto, non meis nudis viribus, sed tuae potissimum gratiae debeo. 18 Si existimabam ego in corde meo, motus est pes meus, si mihi videbar venisse in lapsum periculum, quotiescunque in tale discrimen me contingeret incidisse, vt mihi viderer non diu posse consistere, iamque in tetatione induci inciperem, tu domine quatenus praesentem te mihi exhibebas in auxilio tuae gratiae, per misericordiam tuam oportunitate mihi mittebas adiutorium, non patiens tentari me supra vires, faciensque cum tetatione prouentum, vt possem sustinere & inuenire exitum, misericorditerque me liberaisti ab omni lapsu periculo, vel lapsum quatenus erigendo, vel labi incipientem a casu praeseruando. 19 Neque solum a casu me custodiuisti misericordia tua, sed abundanter insuper adimpleuisti consolationibus. Secundum enim multitudinem dolorum & afflictionum, quibus affligebatur cor meum, ex proportionis aequalitate, tuae suauissimae consolationes ex altera parte latificauerunt animam meam: ita facis mihi iuxta mensuram tribulationum sufficienter existam confortatus. 20 Et cum ego ipse tantam sim expertus in memetipso diuinam miserationis dulcedinem, etiam in afflictionibus maximis nunquam me deserentem: quare vos o peruersi, falsas excusationes queritis, dicentes, praecipua Dei nimium graua esse, & obseruatu difficillima, non posse vos peccata derelinquere, & Deo seruire? Nunquid vobis qui sic fingitis laborem, difficultatem, & velut impossibilitatem quandam in equisimis praecipuis Dei, nunquid vobis (inquam) adheret sedes iniquitatis, vt non possitis iniquitatem deserere: an vlla vobis est adglutinata peccati malaeque viuendi necessitas? vt non possitis ex iniquitatis sede in qua nunc quiescitis exurgere, eamque surgendo relinquere? Si haec dicitis, mentimini, & blasphematis dulcedinem miserationis Dei, quae (vt ego certissima didici experientia) parata semper est vobis auxiliu ferre, vt a malitia vestra, in qua turpiter sedetis & requiescitis, valeatis resurgere, si vos tantum vobis ipsis non deseritis. Neque verum est quod fingitis, in eius praecipuis esse laborem, difficultatem, & velut impossibilitatem. Mandata enim eius graua non sunt, estque iugum eius suauis, & onus leue, & amanti nihil est difficile. 21 Impij isti persequutionem excitant, & quasi venationem instituent aduersus animas iustorum, cupientes eos in laqueum & perditionem inducere: \* & homines innocentes ipsi, si poterunt, ad mortem deducunt abique tuo timore, occasio nes querent, vt innocentes possint de vita tollere. 22 Verum aduersus omnem impiorum malitiam, contra omnem impietatem, dolos & machinamenta prauorum, factus est mihi dominus Deus in refugium, tanquam arx munita, ad quam semper ego confugiam, & in qua ab omnibus malorum periculis tutus abscondar: & Deus meus factus est mihi in auxilium fiducia mea, in adiutorium, in quo ego spero omnia malorum superare pericula. In ipsis enim refugio & protectione ero ab omni malo securus. 23 Illis autem impiis retribuere mercedem debitam impietatibus eorum: propter malitiam eorum condemnabit & perdet eos dominus Deus noster, Deus ultionum qui semper agit libere, ipse perditione sempiterna condemnabit illos, proicietque & separabit a facie sua in aeternum, pro omnibus iniquitatibus, quas sunt operati, redditurus illis mortem, peccati totum stipedium, a quo suos electos omnes, qui bonitatem sedulo sunt sectati, faciet saluos in vitam aeternam. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XCIII.

**V**ersu primo, Deus ultionum libere egit. Apud homines, qui iudicium funguntur officio, frequenter non possunt, vt volunt, exercere in maleficos vindictam, vel quod non satis potentes sint ad exequendum ultionem, vel quod praeter timorem, aut spei lucri, vel alicuius accipiendi beneficii non audeant, vel quia potestate habent restrictam, atque limitatam, ab eo qui est potestate & autoritate superior. Atque ita fit vt ultores & indices in terris, qui loco Dei super terram sunt ultionum domini, ad quos ex commisso officio spectat vindicta malorum, frequenter non libere agant, non secure, non confidenter, non pro voluntate: neque pro equitate: dum vel spe, vel timore, vel superiori autoritate, ita eorum brachium constringitur, vt non quantum debeant, velint, aut certe non valeant, quantum velint. Deus vero, quoniam est omnipotens, cui nihil est impossibile, neque difficile, qui omnia quecumque vult facit, sub cuius ditione cuncta sunt posita, vt non inueniatur qui possit resistere eius voluntati: ditissimus item & sibi sufficientissimus, vt bonorum nostrorum non indigeat, & a quoquam Psal. 113.

1. Cor. 10

2. Cor. 1.

1. Ioa. 15.  
Matt. 11.



Heft. 13. quicquā debeat expectare : supremus omnium dominus, rex magnus super omnes reges, vt nō possit  
 Psal. 15. vlla superiori autoritate prohiberi: quoniā talis (inquam) est dominus Deus vltionum, iccirco li-  
 Psal. 94. bere semper & confidenter agit, in exequutione suā iustitiā. ¶ Versu. 10. Qui corripit gentes, non  
 arguet? qui docet hominem scientiam? Ad vltimam partem hanc, Qui docet hominem scientiam,  
 repeti debet illud ex parte præcedenti, non arguet hoc modo, Qui docet hominem scientiā, non ar-  
 guet? Quare in eundem sensum sic dici poterat absq; repetitione, Qui corripit gētes, qui docet ho-  
 minem scientiam, non arguet? Cum autem dicitur, Qui corripit gētes, videtur respicere celebriorum  
 punitiones factas in priorib; seculis super totas gētes, cuiusmodi erat punitio diluuii super totum  
 orbem, & ignis sulphuris super Sodomam & Gomorham, plagarū per Moysen super terram Aegy-  
 pti, aliarūq; his similia. Est ergo sensus, Is qui totas gentes corripit pro suis sceleribus, vos im-  
 pios non arguet pro vestris impietatibus? Si tota gentes non possunt illius effugere vltionem, vos  
 effugietis? Si non parcat nec populis, vos impune peccabitis, quasi ignoret Deus quæ agitis? ¶ Versu  
 13. Vt mitigetis ei a diebus malis, donec fodiat peccatori fouea. Clarius ex Hebræo vertit Hiero-  
 nymus, Vt quietat a diebus afflictionis: & Felix; Vt præstes quietē illi a diebus malis: hoc est, vt il-  
 lum custodias a diebus malis, ne dies malos sentiat, tūc; illum facias habere requiem, quando im-  
 pii erunt dies mali & dies afflictionis. In eo etiam quod sequitur, Donec fodiat peccatori fouea, F  
 particula donec improprie sumi videtur: & facilius apparet sententiā, si ita diceretur, Vt mitiget  
 ei a diebus malis, quando fodietur peccatori fouea. Potest tamen etiam improprie accipi hæc parti-  
 cula, & talem efficiet sententiā, Beatus quem tu erudieris, & cætera, vt bene illi esse facias, & quietē  
 præstes per patientiā tuā doctrinā, a diebus afflictionis in quibus nunc agit, pressus nimia pecca-  
 torum malitia: vt interim ex institutione tuæ legis consoletur in aduersis, perferatq; in patientia &  
 dulcedine spiritus impiorum malitiam, donec tandem aduersum impios persequentes videat fieri  
 vltionem in nouissimo, quando illis fodietur fouea, id est, reuelabitur interitus atq; perditio mor-  
 tis æternæ, vt cum diuite illo epulone sepeliantur in inferno. Atque ita per dies malos, intelliguntur  
 dies afflictionis & tribulationis in præfenti tempore. Iuxta priorem verō sententiā, intelliguntur  
 tempora æternitatis, quibus impii in tormentis detinebuntur. ¶ Versu. 15. Quoad usq; iustitia con-  
 uertatur in iudiciū, Manifestum est, particulā quoad usq; non accipi vt denotet exclusionē, quasi si-  
 gnificetur, interim non derelinquēdos sanctos donec iustitia conuertatur in iudiciū, ac tum sanctos  
 derelinquēdos, quando iustitia cōuertetur in iudiciū: sed accipitur vt significet cōsequutio-  
 nem eius, quod posterius futurum est, secundum temporis ordinem: quemadmodum in Euaangelio de  
 Ioseph dicitur, quod desponsatam sibi vxorem Mariam non cognouit, donec peperit filium suum  
 Matth. 1. primogenitum. Et in Psalmo. 109. Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, & cætera. Iustiti-  
 am autem cōverti in iudiciū, intelligunt duobus modis, videlicet vel de iustitia Dei, vel de iustitia  
 Psal. 109. sanctorum. Iuxta priorem modum in Elucidatione diximus, iustitiam Dei conuertendam in iudiciū,  
 quia ipsa quæ nūc dissimulat & differt punitionem impiorum, & velut otiosa cessare vide-  
 tur, tandem ad vltionis iudiciū præcedet. Sicut enim nūc a iudicio cessare videtur, ita tum mani-  
 festē conuertetur ad iudiciū. Alii de iustitia sanctorū interpretantes, dicunt, iustitiam sanctorū,  
 quæ nunc contemnitur, deridetur, & persequutionem sustinet, aliquando venturam in iudiciū, quā-  
 do corā omnibus reuelabitur, & quanti sit precii mōstrabitur, pro qua gloriosam accipiet stolam  
 incorruptionis. Nūc enim quasi absq; iudicio, absq; estimatione, & velut nullius precii habetur ius-  
 titia: sed veniet tēpus, quando in iudiciū conuertetur, quādo præ subitane iniperatā salutis cō-  
 Sapiē. 5. turbati impii dicent, Ecce quos aliquādo habuimus in derisum & in similitudinē improprietatis. Ecce,  
 quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. ¶ Versu eodem, Et qui  
 iuxta illam, omnes qui recto sunt corde. Pleriq; id legunt accentu quæstionis ac subnexæ responsio-  
 nis. hoc modo, Et qui iuxta illā: omnes qui recto sunt corde. Verum si originalem Græcam lectionē  
 respiciamus, videbimus manifestē, nequaquam hanc esse rectam lectionem, In Græco enim sic legi-  
 tur: *οἱ δὲ ἐξ ὧν οὐκ ἀντιτίθενται τῷ θεῷ ἐν καρδίᾳ. ὅτι ἡ ἀρετὴ αὐτῶν ὡς ἡ ἀρετὴ σου.* Vbi manifestum est, nullum poni signū quæstionum: potest  
 que sic verti, Et existentes iuxta illam, omnes recti corde, subaudiendo verbum substantiuum, sunt. H  
 Vnde patet, quōi, in nostra lectione non esse signum quæstionis, sed indefinite positum, vt hunc faciat  
 sensum, Et omnes qui recto sunt corde, sunt illi qui sunt iuxta eam. Forētq; sermo aliquāto facilior,  
 si ita legeretur. Et iuxta illam omnes recti corde. Cæterum quod ad sententiā pertinet huius lectionis,  
 nos in Elucidatione duplicem indicauimus. Priorem de bonis in die iudicii, absq; confusione a-  
 stuturis iustitiæ Dei, quando tolletur impius, ne videat gloriam Dei: posteriorem de approbatione  
 diuinæ sententiæ, quemadmodum assessores iuxta iudicis iustitiā iudicantem assisunt per circuitū.  
 In lectione autē Græca, relatiuum posset referre iudiciū æque atq; iustitiā: quoniam in eo. idio-  
 mate vtrunq; est generis fæmīni. Vnde legi potest, Et qui iuxta illud, omnes recti corde. Quod ad  
 eundē modum potest exponi. Sancti enim iuxta iudiciū Dei erunt, quoniam ei adherēbunt, ipsūq;  
 approbābunt, tanquam assessores. Beatus Hieronymus vertit ex Hebræo, Et sequentur illud omnes  
 recti corde, quod in eandem sententiā recte potest interpretari. Dicuntur enim assessores sequi iudiciū  
 iudicis. Ad quem modum exponi potest etiam lectio nostra vulgata, per sequelam iustitiæ,  
 intelligēdo eius approbationem. ¶ Versu decimo sexto, Quis confurget mihi aduersus malignātes,  
 aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem? intelligitur hæc interrogatio pronuncianti,  
 vel ex metu periculi, propter mala & pericula quibus plenus est mundus, vel ex feruore indignatio-  
 nis bonæ secundū Deum, propter desiderium dissipandi improborū malitiam. Priori satis cōsonat,  
 quod mox sequitur, Nisi quia dominus adiuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea, Po

A steriorem tamen sententiā explicat Elucidatio, & connexionem cum versu sequenti non ineptam  
 demonstrat. ¶ Versu. 20. Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto?  
 Nos in Elucidatione hunc versum sumus interpretati, quasi interiectum ad obiurgationem impii in  
 peccatis permanere eligētis, prætextu difficultatis, quam fingit esse in obseruatione mandatorum  
 Dei. Atq; ita pronomen, tibi, demonstrat ipsummet impium, ad quem dicitur fieri sermo: qua autē  
 occasione hic ad peccatorē dicamus verti sermonem, satis id monstrat continuatio Elucidationis.  
 Et hoc incognitū non est, quomodo impii laborem fingunt in præceptis Dei, quomodo difficul-  
 tatem causantur, & querunt de labore atq; dolore, quem dicunt esse in obseruatione diuini man-  
 dati: cum secundum veritatē, impiorum viæ sint multo magis difficiles, & plenæ laboribus, quæ ad-  
 modū in lib. Sapiē. sero penitentes impii attestantur, dicentes, Lassati sumus in via iniquitatis, am- Sapien. 5.  
 bulauimus vias difficiles. Et in Psal. 13, de viis impiorum dicitur, Cōtritio & infelicitas in viis eo- Psal. 13.  
 rum. Hos autē quōi sic fingit in præcepto laborem, vbi verē labor non est, amara obiurgatione ferit  
 Propheta, cum ait. Nunquid tibi, qui sic fingis in præcepto laborem, adhæret sedes iniquitatis? Solent  
 enim dicere, non posse se vitam malam deserere, debere se hoc pacto. i. male in peccato quopiam vi-  
 uere, non posse aliter agere, vitium non posse deserere, de quo fortē commouentur: atq; ita sibi di-  
 cunt sedē iniquitatis adhærere, vt non possint ab ea, in qua sedent, iniquitatis sede exurgere, vt non  
 possint prauitatē suam: in qua firmati sunt, derelinquere. Dicunt quoq; a natura se habere vt sic vi-  
 uant, contrarium esse suæ naturæ non sic viuere vt viuunt, atq; etiā hoc pacto sedem iniquitatis si-  
 bi dicunt adhærere. Contrariū tamen indicat Propheta: hæc obiurgatoria interrogatio, cū ait, Nū-  
 quid tibi adhæret sedes iniquitatis, qui fingis in præcepto laborem? quasi dicat, Nequaquam adheret,  
 vt tu impie & obstinatē fingis. Quacunq; enim hora penitentiam agere volueris, poteris assisente  
 Dei gratia, a tua malitia exurgere. Alii verō sermonē dirigunt ad Deum, ad quem sermo fit in versu  
 mox præcedētī, hoc modo, Nūquid tibi ò Deus, adhæret sedes iniquitatis? vt significetur nequaquam  
 Deo adhærere eos qui in iniquitatibus sedent, quoniā (vt in alio Psalmo dicitur) non habitabit iu- Psal. 5.  
 xta cum malignis neque permanebūt iniusti ante oculos eius. Quod autem sequitur aliqui legunt  
 per verbum personę secūde hoc modo, Qui fingis laborem in præcepto: vt, qui, referat Deum. Fingit  
 enim Deus in præcepto laborem quia præcepta nobis talia posuit, quę in obseruatione sua propter  
 carnis nostræ ad mala pronitatem, habent quandā difficultatē: verum id propter nostrā fecit vili-  
 tatē, vt tāto fiat nobis remuneratio gloriosior. Et iuxta hæc sententiā præfens versus cum præcedē-  
 tī sermone hoc pacto poterit cōtinuari, Quādo ego in periculis eram, & ad casum tendebā, tua mi-  
 sericordia domine adiunabat me: & secundum multitudinē dolorum, in corde meo, latificatus sum  
 cōsolationibus tuis. Tibi enim nequaquam adheret sedes iniquitatis, tu in iniquitate nō resides, qui  
 laborē formas, & ponis nobis in præcepto. Et licet laborē posueris in præcepto quod dedisti nobis,  
 minime tamen id fecisti, quod iniquitatē diligas, vt labore deterriti præceptum violarem: quan-  
 doquidē ita nobis semper paratus assisisti tuis consolationibus, ne frāgamur laboribus. Alii legunt  
 per tertiā personā, Qui fingit laborem in præcepto. Nam in Græco relatiuum nullum est, sed tantum  
 participium *παρασκευάζων*, id est, formans, quod iungunt cum nomine *ὁ πρῶτος*, hoc modo, Nunquid adhæret  
 tibi thronus iniquitatis, qui fingit laborem in præcepto? Estque sensus, Nequaquam tibi domine a-  
 dhærēt throni iudicium & hominum impiorum, qui throni (id est, iudices & principes ipsi in eis re-  
 sidentes) fingunt laborem in præcepto, præcipiunt grauiā, difficillimā, & ferē impossibilia aliis, vt  
 cū non pro voto satisfecerint, iustitiam inuenisse videātur aniam ad perdendum innocios. Nequaquam  
 Deo tales throni iniquitatis adhærēt, nequaquam ad ipsum tales iniquitatis sedes pertinet. Nostra ta-  
 mē lectio, quę habet personā secūdā, fingis, rectē etiā ex Græco accipitur, nec aliter vertit ex Hebræo  
 Hieronymus. ¶ Versu. 21. Captabunt in animam iusti. In Græco est *ἐπιβουλεύουσιν*, id est, venabuntur, vel  
 venationem instituent aduersus animam iusti, vel super animam iusti: videlicet vt eam comprehē-  
 dant, & morte illaqueent. Idem valet captabunt, id est, capere, sine comprehendere studebunt & co-  
 nabuntur. Est enim hoc captare, quasi cum obseruatione diligenter venerari & sedulo quærere.

XCIIII. PSALMI ARGVMENTVM.

Inuitatio est hic Psalmus fidelium ad laudem Dei, propterea quod ipse rex & dominus sit omnium supremus,  
 qui omnia fecit, & vbiq; tam in terra quam in mari plenum & perfectum tenet imperium, qui est omnium  
 suorum fidelium pastor & curator benignissimus. Dehinc a versu octauo ad finem vsque, exhortatio ponitur  
 fidelis populi, ad credendum & obediendum illi potentissimo domino, ad cuius laudem iam antē inuitauerat, pro-  
 ponens exemplum veteris illius populi Iudaici, inobedientis & murmuratoris, ne, vt illi vltione Dei in terrā pro-  
 missionis propter suam impietatem non fuerunt introducti, ita & nos contingat a terra quietis æternæ nobis pro-  
 missa excidere, si voci domini fuerimus inobedientes.

XCIIII. PSALMI ELVCIDATIO.

1 Venite exultemus do-  
 mino, iubilemus Deo  
 salutari nostro.  
 2 Preoccupemus sa-



Enite pariter omnes qui timetis dominū, vt vnā la-  
 temur & exultemus in domino Deo nostro, laudēsq;  
 in iubilo alacriter cantemus Saluatori nostro, qui  
 nos a morte saluos facit, & vita donat sempiterna.  
 2 Maturemus, festinemus, quasi præueniētes & præ-  
 occupantes ante conspectum vultus eius, laudib;sq;

ciem eius in cōfessione:  
\* & in psalmis iubilamus ei.

3 Quoniam Deus magnus dominus, & rex magnus super omnes Deos: \* quoniam nō repellat dominus plebem suam.

4 Quia in manu eius sunt omnes fines terræ:

\* & altitudines montium ipsius sunt.

5 Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: \* & siccam manus eius formauerunt.

6 Venite, adoremus, & procidamus:

\* & ploremus ante dominum,

\* qui fecit nos, quia ipse est dominus Deus noster.

7 Et nos populus pascuæ eius:

\* & oves manus eius.

Hiere. 33. 8 Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.

& actionibus gratiarum accedere eius præsentiam festinemus, velut contententes quis prior sit aduenturus: neq; tamen appareamus ante cōspectum eius vacui, sed laudis & actionis gratiarum adferam⁹ corā eo munera: \* & in psalmis, hymnis, atq; canticis spiritualibus ei Saluatori nostro. 3 Quoniam Deus noster est magnus dominus, & rex magnus, præ omnibus qui dii nominantur vel existimantur in celo aut in terra. Ipse enim est rex regum & dominus dominantium, qui dominatur super omnes habentes potestatem vel imperium in terris, & ipsi nemo dominatur superior. Omnes quoq; qui dii nominantur, huic sunt vt primo & soli vero Deo subiecti, quomodo serui erga dominum suum: \* & ipse dominus non abiiciet in sempiternum populum suum, nunquam derelinquet sibi seruientes, & in se habentes fiduciam. 4 Est profecto Deus noster magnus dominus, & rex magnus super omnes deos, quoniam plenissimo imperio dominatur & imperat omnibus finibus terræ: tota latitudo terræ ab oriente vsq; ad occidentem, & a septentrione vsque ad meridiem eius est ditio nisi plenissimè subiecta: & quacūq; tota hac terræ latitudine continentur, ipse habet quasi in manu sua, vt de eis possit agere & cōstituire quicquid libuerit, & quacūq; voluerit facere: cū ceteri interim domini vel dii, non nisi in aliqua terræ angusta particula suæ habeant dominationis imperium, angustis valde terminis cōclusum: & illo ipso in loco vbi dominantur, nō omnia possunt agere, ac disponere pro sua voluntate, neq; omnia agere illic valent quæ volunt, vt merito horum cōparatione, Deus noster magnus dominus, & rex magnus debeat nuncupari: \* imò & altissima montium, summos vertices montium ipse possidet: adeò nihil est in vniuersa terra ipsius imperio non subditum, vt loca etiam altissima & hominibus inaccessa, in sua habeat possessione. 5 Neq; verò solum in terra suam habet imperium, verum aequè etiā in amplitudine maris. Ipse enim est, qui mare in principio creationis rerum de nihilo cōdidit, propter quod iure ipsi quoq; ascribi debet in dominium: \* cōstiti & terram (quæ propter naturalem suam siccitatem arida siccaq; merito nuncupatur) ipse formauit suis manibus, hoc est, virtute suæ potentia & sapientia ipsius industria: quomodo artifex manibus suis format opus de luto, ita ipse sua potentia de nihilo. 6 Venite vnà mecum, vt summo illi regi, & domino summum exhibeamus honorem, adorantes illum in spiritu & veritate, vt primum & supremum dominatorem, & coram eo in profundissima cordis humilitate procedentes, simul & corda & corpora nostra, hoc est, totos nos sub illius potentissima manu humiliantes: \* insuper & lachrymas fundamus coram eo, tum ad obtinendam peccatorum veniam, quibus ipsius magnificentiam vehementer, multipliciter, & frequenter offendimus, tum ad impetranda sancta dona salutis gratia eius: \* & merito coram illo procidere atq; flere debemus, quoniam ipse est qui nos de nihilo creauit, & rationales creaturas esse fecit, cum nihil fuisset, & ipse est dominus Deus noster, cui totos nos ipsos debemus quāti quanti sumus, cui debemus hoc ipsum quod sumus, & quod homines sumus, & cui insuper omnia quæ sunt in nobis debemus referre accepta, omnemq; dare gloria, honorem, benedictionem, & gratiarum actionem. 7 Nos verò sumus populus pascuæ eius, sumus quasi grex ouium, quas ipse vt pastor bonus regit & pascit ab infantia nostra: quod secundum corpus in hoc mundo nos pascit abundanter, omnibus quæ sunt ad corporis sustentationem necessaria, faciens terram germinare herbam, & fructus humano vsu aptos, terramq; fecundans & irrigans desuper, ad subministrandum nobis commoda cibaria: secundum spiritum verò, intra suam Ecclesiam ornatisimam nos pascit viuificis doctrinis atq; sacramentis, donas abunde nobis omnia quæ ad salutem sunt necessaria, ita vt nō deficiamus in villo bono siue gratia: \* & sumus nos quasi oves sub manu eius, sub eius cura vinetes, sub eius ducatu, protectione & custodia securi quomodo oves sunt sub manu pastoris, qui nos etiā facit numerando transire per manū suā, siue sub manu sua, quomodo greges ouium transiunt sub manu numeratis, per omnia fidelissimi pastoris erga nos exercēs officium. 8 Proinde vos, quicūq; Deo placere cupitis, si in hoc die salutis, in hoc acceptabili tempore gratia, vocem audieritis domini Dei vestri ad vos loquentis, siue per exteriorē sermonem, siue per internā alloquutionem, siue per aliū quolibet vocationis modum, cauete ne obduretis cor-

9 Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto.

10 Vbi tetauerunt me patres vestri: \* probauerunt, & viderunt opera mea.

11 Quadraginta annis offensus fui generationi illi:

\* & dixi, semper hi errant corde.

12 Et isti non cognouerunt vias meas:

\* vt iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.

da vestra, ne vestra voluntatis arbitrium liberum obfirmetis aduersus vocem domini vocantis, vt nolitis vocantē sequi, nolitis monentem audire, obedire præcipienti: sed mitia & mollia illi exhibete corda vestra obedientes estote vocanti, monenti, præcipienti. 9 Nolite (inquam) in hoc die vestra corda obdurare, sicut olim patres vestri, illa vetus Iudæorum synagoga, populus dura cernicis & cordis lapidei, obdurauit cor suum aduersus dominum in tempore illo quādo irritauit, exacerbauit, & ad iracundiam, siue ad amaritudinem provocauit dominum per infidelitatem in tempore tēstationis, in deserto. 10 In quo deserto patres vestri, illi dura cernicis Iudæi, me tetauerunt multis vicibus, non credentes, neq; obedientes voci meæ, qui illis per Moysen & Aaron seruos meos loquebar, & operabar pro eis mirabilia: \* ipsi experimentum quaesierunt potentia meæ, perpetuo diffidentes, non credentes, & murmurantes, & viderunt opera mirabilia quæ ego corā eis, licet incredulis & murmurantibus, exhibui: & ne sic quidem ab infidelitate & murmure eos potui prohibere. 11 Et propter hanc illorum infidelitatem, diffidentiam, atq; murmuratōnem, per annos quadraginta offensus fui veteri populo illi, generationi peruersa incredulorum & tētatorum: circūduxi eos in indignatione mea per annos quadraginta per desertum, quod iter intra quadraginta dierum spatium perfecissent, si voci meæ credidissent, fuissentq; obedientes: \* & dixi (videns illorum obstinatā malitiam, quod malum super malum adderent, quodq; nec mirabilibus beneficiis, nec terribilibus ultionibus possent à sua prauitate auerti) populus iste semper errat corde, perpetuo murmurant, diffidit, nō credunt, tētant, & me ad iracundiam prouocant: quomodo cūq; ego cū illis agā, siue beneficia conferendo, siue terrores ostendendo, nihil proficio, perseverat illi in sua malitia, nihil aliud quā tētāt & murmurant, neq; beneficiis emolliri, neque terroribus cōpelli possunt ad obedientiam. 12 Et ipsi non cognouerunt vias meas, meam iustitiam, meam misericordiam, meam veritatem, meam fidem, quibus ego ambulo & incedo in omnibus actionibus meis, non crediderunt mihi, nec in me confisi sunt, vt faciunt quibus cognita sunt viæ meæ: \* propter quod ego illis iuravi iracundia mea, propter quam infidelitatem atq; malitiam firmissimo decreto statui, & tanquam irreuocabilem sententiam protuli, quod non essent ingressuri in terram quietis, quā promiseram patribus eorum, & in quā eos introduxissem, si debitam mihi præstitissent obedientiam. Propter quod, omni attentione sollicitissime cauendum est in hac die, in hoc tempore gratia, ne illorum culpa & inobediētia similes inuēti, digni efficiamur consimili pœna: ne videlicet ob incredulitatem & inobediētiam excludamur ab illa felici re promissionis terra, quam expectāt & desiderant omnes electi, vt in ea habitent, & regnent in sæcula sæculorum.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XCIIII.

Versu primo, Venite exultemus domino. Valde iucundum est, quod in hoc Psalmo, quoties fit inuitatio vel ad Deum laudandum, vel ad Deum adorandum, nō dicit Propheta per secundam tantum personam, Venite, exultate domino, iubilate Deo salutari nostro, pręoccupemus faciem eius, &c. sed prima persona dicit, Adoremus, exultemus, procidamus, ploremus. Nō enim est hic Propheta ex illorum numero qui alios docētes, & ad bonum exhortantes, ipsi nihil agunt eorum, ad quæ adhortantur alios: qui ad fortiter bellandum cōtra hostem classicum canunt, tubā suā vocis exaltantes, ipsi interim viuētes in otio, ac sub hostili tyrānide miserè seruire præeligētes. Sanè qui huiusmodi sunt, ita dicunt, Venite, exultate, iubilate, procidite, plorate: sed prima persona negligunt se ipsos includere cum iis quos adhortantur. Videlicet tales erant illi de quibus Saluator terribiliter in Euāgelio loquitur, dicens, Super cathedrā Moysi sederunt scribæ & Pharisei. Omnia ergo quæ dixerint vobis, seruate & facite: secundum opera autē eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. Alii Matt. 23. Horū verò longe dissimilis est, qui proximis dicēs venite, statim illis se adiungens, subicit, exultemus, iubilemus, procidamus, ploremus, &c. Sic & apud Esaiam seinuicē adhortantes fideles populi, dicunt, Venite, ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. ¶ Versu secundo, Præoccupemus, faciem eius in cōfessione. Præoccupemus, idem est quod praueniamus, quæadmodum vertit Felix, siue maturemus, aut festinemus: hoc est, tempestiuè veniamus, dum tempus est laudandi, quæadmodum alibi dicitur, Anticipauerunt vigiliis oculi mei. Et rursum Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua. Poteest Psal. 76. etiam ista præoccupatio indicare quādam contentionem & vehemēs studium, quo sancti Dei serui Psal. 118.



quasi cōtendere videntur adinvicem,præueniendum in Dei laudibus,dum sancta quadā æmulatio. **E** ne vnusquisq; suum proximū conatur superare: vt sit sensus, Quasi inuicem præoccupatio sine præueniēdo, festinemus venire ante conspectū domini Dei nostri. Cōfessio autem in qua monemur præoccupare faciem domini, intelligitur confessio laudis & actionis gratiarum. Vnde Hieronymus sic vertit, Præoccupemus vultū eius in actione gratiarū. Et Felix, Præueniamus faciē eius in cōfessione, celebratione, vel laude. ¶ Versu. 3. Quoniā non repellet dominus plebem suam. Hanc particulā, quæ secundum vsum Romani Psalterii in tēplis canitur, nō habet lectio Hebræa, neq; aliquid eius loco. Et dicūt, Gallicanum Psalteriū ipsam similiter non habere, quāuis cōmuniter in libris habeatur inserta ex Psalterio Romano. Neq; habet hoc loco satis aptā cōnexionē, quæ melior esset, si illo omisso ita legeretur, Quoniā Deus magnus dominus, & rex magnus super omnes deos, Quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt. Sic enim versus subsequēs manifestē causam reddit eius quod dicit præcedens. Ratio enim magnitudinis regni & domini Dei nostri, recitē ex hoc sumitur, quia in manu sua habet omnes fines terræ, & quoniā altitudines mōtiū ipsius sunt. Propter quod in Elucidatione licet particulam illam, Quoniā non repellet dominus plebem suā adiecerimus & explicauerimus, sic tamē eam posuimus quasi impertinentē, & velut ex abundāti interiectam. Illud autē quod sequitur, Quia in manu eius sunt omnes fines terræ, &c. iunximus cum præcedēti illo, Quoniā Deus magnus dominus & rex magnus. Vbi notandū, quod regnū atq; dominiū domini nostri in duobus hīc cōmendatur, & vt magnū eleuatur. Primum quidē in hoc quod latissime expanditur, quoniā videlicet non in vna aliqua terræ parte, nō in Europa sola, neq; tantū in Asia, neq; in Africā tantū: quæ admodum qui inter homines dominantur, nemo prorsus inuenitur ex illis, qui vniuersale habeat totius terræ dominiū: sed vel vni<sup>9</sup> tantū plagā in terra, vel minimā allicuius particulæ, quæ cōparatione facta ad totius terræ magnitudinē, non nisi punctulus venit estimanda. Dominus autē Deus noster in omnibus finibus terræ imperium tenet, imō & altissima mōtiū loca hominibus inaccessa, imō incognita possidet. Secundo cōmendatur dominiū Dei nostri in perfectione imperii & perfecta subiectione, cū dicuntur fines terræ esse in manu eius. Quod enim in manu quis habet, plenissime illud suæ habet volūtati subiectū, vt possit agere de eo quicquid libuerit: quæ admodum etiā vulgo dicere solemus, illud nos habere in manu, quod in plena est nostra potestate, vt agere de eo possimus pro nostro placito. Nō sic enim alii qui dominantur super terrā, in manu habēt terras, quarū sunt domini: neq; eos omnino in manu habēt quibus dominātur, neq; agere semper possunt quodcunq; voluerint, nisi & ipsi velint aliquando pati quodcunq; subditis placuerit. ¶ Versu. 5. Quoniā ipse est mare, & ipse fecit illud. Illud posterius, Et ipse fecit illud, accipi potest, vt exprimat in eo causa dicti prioris. Ratio enim quare domini sit mare, est, quia ipse fecit illud. Vnde Hieronymus in sua versione coniunctionē causalem pro copulatiua ponit in hūc modū: Quoniā ipse est mare, ipse enim fecit illud. Quod si quis obiiciat, artifices pleraq; ædificia facere, & domos cōstruere, quorū tamen ob hoc ipsi non sunt domini: Manifesta obiectionis huius est solutio, quoniā artifices illi tantum in cōstruēdo ministri sunt ex aliena materia, ex precio & lucro alieno ædificantes, neq; sibi, sed illi qui eos conducit precio, ædificāt. Deus autē cælum, terrā, & omnia quæ cōdidit, non vt minister fecit cōductitiū, nō ex aliena materia, quam sibi alius quisquā suppeditaſset, nō ab aliquo mercede cōductus, nō operās sub lucro, nō etiā vtens cuiuscunq; adiutorio: sed de nihilo, propter semetipsum & per semetipsum omnia creauit: propter quod, merito omniū dominus habetur, & vt talis colitur atq; adoratur, ab omnibus qui incolūt locum dominationis eius. Per siccā autē siue aridā, quam in parte posteriori dicuntur formasse manus domini, manifestū est intelligi terrā, quæ sic appellatur à qualitate prima in ea prædomināte. Vnumquodq; enim elemētum, vnā ex quatuor primis qualitatibus in se habet excellentē & prædominantē, vt pote ignis dominantem habet caliditatē: aer, humiditatē: aqua, frigiditatē: terra, siccitatē. Qua de re latius ex proposito egimus in libris de cōsideratione rerū naturalium, libro. 5. quem inscripsimus de generatione & corruptione rerū naturalium. A prædomināte ergo siccitate, terra in scripturis appellatur arida vel sicca, quæ admodum Genesis primo dicitur, Cōgregentur aquæ quæ sub cælo sunt in locum vnū, & appareat arida. Et iterum, Et vocauit aridā terram. ¶ Versu. 7. Oues manus eius, Oves manus domini, intelligi possunt, quas creauit & fecit. Melius tamē videtur, vt intelligantur oves sub manu eius, vel sub cura eius, quæ admodum in Elucidatione exposuimus. Sub manu enim pastoris dicuntur oves pasci, sub cuius cura & defensione pascuntur. Pascua autē ista, cuius nos dicimur esse populus, altera corporalis est mūdi huius, de qua pascua in alio Psalmo dicitur, Spera in domino, & inhabitata terram, & pascaris in diuitiis eius: vel spiritualis, de qua iterum in alio Psalmo, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuę ibi me collocauit. Et ipse pastor in Euāgelio, Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet: nihil dubiū, quin spiritualia pascua significare volens. ¶ Versu. 8. ac deinceps, Hodie si vocem eius audieritis, &c. Totum hunc locū vsq; ad finē Psalmi prolixē tractat Paulus Apostolus, tertio & quarto capitulis Epistolæ ad Hebræos: per hodie istud, cuius sit hīc mentio, intelligendo tēpus istud gratiæ & salutis, de quo in alia Epistola Corinthiis scribens, ait, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nūc dies salutis. Monemur autem ex ēplo veteris illius increduli populi, non obdurare corda nostra ad vocem Domini, ne simili pœna pereamus, ne quomodo illi in deserto prostrati non potuerūt introire in requiem, ita & nos cōtingat à requie æterna fieri alienos: ne patrum imitatores facti in culpa, similes efficiamur etiā in pœna. Felix enim quem faciunt aliena pericula cautum. ¶ Versu vndécimo, Quadraginta annis offensus fui generationi illi. Psalteriū Romanū hoc loco legit, Quadraginta annis proximus fui genera-

tionis huic, quomodo etiam in Ecclesiastico recitatur officio, in horarum matutarū inuitatorio. De cuius lectiois veritate nō magna est difficultas, si intelligamus, Deum illis fuisse proximum in beneficiorū collatione & mirabili prouisione, qui & manna illos per annos quadraginta pavit, & vestimenta eorū custodivit vt nō detererētur, & in omnibus eos protexit atq; seruauit à nocimento bestiarum & hostium, semperq; presentem se exhibuit in tabernaculo, loquens Moyſi & Aaron. Attamen lectio Hebræica nō habet, proximus fui, neq; etiam lectio Græca: sed vtraq; habet offensus fui. Vnde ex Hebræo vertit Hieronymus, Quadraginta annis displicuit mihi generatio illa. Felix autem, Te dicit me generationis huius, vel fastidium perpeſsus sum de generatione hac, aut molestia sum affectus. Alius vertit, Iurgatus sum cū generatione hac: quæ omnia satis cum nostra lectio-  
**A** ne conueniunt. Cum enim offensus sumus, illius nos solet tædere, ab illo perpetimur molestiā, cum illo iurgamur. Posset verò etiā illa lectio Romani Psalterii ad hanc reduci sententiā, si intelligamus, Deum illi generationi quadraginta annis fuisse proximum ad vltionem & castigationē, quomodo præceptor se proximum semper exhibet discipulo commisso suæ fidei, quem perpetuò obseruat, vt mox vbi deliquerit castiget, nec impune patiatur delinquere. ¶ Versu vltimo, Vt iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. Lectio Romana pro vt, habet, quibus, hoc modo, Quibus iuravi in ira mea. Et est sententia aliquanto clarior, quàm sit in lectioe nostra vulgata. In Græco tamen habetur *ὅς ἔσται*, hoc est, vt iuravi, quomodo habet nostra lectio Gallicana: vbi vt videtur accipiendū loco quamobrē, vt sit sensus, Quamobrem, vel propter quod, iuravi in ira mea. Ex Hebræico autem quidam vertunt, Quibus iuravi: alii, propter quod, vel quamobrē iuravi. In eo autem quod sequitur, Si introibunt in requiem meam, nota modum huius enunciationis, quæ ex consuetudine hominum in ira loquentium defectu patitur, & negationem firmissimam, absq; tamen vllius negationis expressione, significat. Exprimit enim dominus in huiusmodi loquutionibus modum hominū iracundia inflammatorum, qui talibus solent egypticis siue deficiētibus vt sermonibus, velut ira supprime orationis complementum. Quod autem quidam dicunt, in huiusmodi orationibus si idem valere quod non, non videtur apte dici. Sic enim nō esset oratio deficiens, sed perfecta, si idem valeret si, quod nō. Quin enim dicit, Non introibunt in requiem meam: manifestum est, eum facere orationem completam. Hoc tamen verum est, vbi sic ponitur si cōiunctio tali modo quo hīc ponitur in imperfecte sermonis, per modum iuramenti vel protestationis, illic negationē fortem & vehementem indicari ex ipso modo loquendi, nō tamen ex vi significationis ipsius dictionis, si quæ hīc non aliter quàm solet, accipitur. Et notandum, q̄ cum absque negatione si ponitur, tunc negatio vehemens indicatur. Quando autem negatio apponitur, tunc per contrarium vehemens affirmatio insinuat. Secundum affirmationem dicitur in Psalmo, Semel iuravi in sancto meo, si David  
**C** mentiar, hoc est, nequaquam ei mentiar. Sic Esaiæ 32, Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dicit dominus Deus exercituum. Atq; hīc manifestum est indicari vehementem negationem, quasi dicat, Nequaquam mentiar, nequaquam dimittetur. Secundū negationem verò, apud Hieremiam dominus loquitur, dicens, Galaad tu mihi caput libani, si nō posuero te solitudinem, & vrbes inhabitabiles, hoc est, vtiq; ponam te in solitudinē, & vrbes tuas inhabitabiles. Et apud Esaiā, Esaiæ. 14 Iuravit dominus exercituum, dicens, Si non, vt putauit, ita erit, & quomodo mente tractauit, sic enueniet: quasi dicat, omnino vt putauit erit, & quomodo mente tractauit enueniet. Item in libris Regū, de Achab homicida innocētis Naboth interfectore, si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum eius quem vidi heri, ait dominus, reddam tibi in agro isto, dicit dominus, hoc est, indubie reddam. In omnibus his manifestum est addita negatione indicari affirmationem, absente autē negatione indicari negationem. Et interdum quidem in scripturis inuenimus completam hanc iuramenti formam, interdum incompletam. Incompletam audiuius in exemplis iam citatis. Alibi tamen nō rarò hanc formam iurandi vel promittendi completam legimus. Veluti cum Sauli interroganti de David post cęsum Goliath de qua stirpe esset. Ioab interrogatus, respondit, Viuit anima tua rex, si noui. Et vbi Saul lugens super morte Abner populo cōuenienti ad sumendum cibum, respondit, Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si ante occalum solis gustauero panem, vel aliud quicquā.  
**D** Sic Heliab ad Achab loquitur ex ore domini, Viuit dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros vel pluuia, nisi iuxta oris mei verba. Ita rex Israel, nimia commotus inedia miseria, aduersus Helizeum loquebatur, dicens, Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si steterit caput Helizei filii Saphat super ipsum hodie. Possunt huiusmodi ex scripturis plura adduci, sed quæ modo citata sunt, abundē sufficiunt. Est tamen & hoc aduertendū, maxime illa iuramenta incompleto sermone pronuciari, quæ à domino, vel per Prophetas ex ore domini proferuntur: quemadmodum in exemplis illis primis omnibus manifestum est vidēre. Quæ autē iam citata sunt, hominū erant iuramenta, & illa quidem cōpleta. Cuius differentie causa ista videtur, quia homines maiorem sui habeant per quem possint iurare, & cuius in iuramento possunt nomen interponere. Deus autem maiorem se nō habet, per quem possit iurare: & ipse vel solum verbum debet propter infallibilis veritatis certitudinē, merito sufficere ad faciendā fidem. Et licet aliquando inueniatur per semetipsum iurasse (vt cum ad Abraham de seminis promissione loqueretur, dicens, Per memetipsum iuravi, &c. Gene. 22) de quo iuramento tractat etiam Paulus Apostolus in Epistola ad Hebræos, dicens, Deum quia maior rem per quem posset iurare non habuit, iccirco iurasse per semetipsum) id tamen non passim, neq; nisi in rebus maximis facit, vt suum nomen sanctificet ipse qui nobis suum nomen sanctificare & non in vanum assumere præcepit. Tanta enim debet esse verbi eius autoritas, vt etiam si nō interponat eius nomen per quem iurat, ipse iurandi modus sufficere debeat, ac pro firmo iuramento re-



putari. Hec de modo iuramenti semel prolixius diximus, ne sapius eadem ista opus haberemus cū E minore fructu frustratim & particulatim proponere. Præstat enim, rem semel in sua plenitudine ad integrum, quantum iustum est, pertractare, quam per multa loca dispergere, particulatimq; diuide re, & nullquam pro dignitate tractari.

XCV. PSALMI ARGVMENTVM.

**I**nuitantur in hoc Psalmo omnes fines terræ, non soli Iudæi, sed vniuersæ quoque quæ procul sunt nationes, ad cantica, laudes, & prædicationem gloriæ magni Dei, cuius magnitudinē atque sublimitatē (qua omnes Deos immenso intervallo superexcedit) monentur patriæ gentium gloriā & honorem asserere, eumq; cum hostiarum vuneribus in atrio sancto adorare. Versu autem decimo, prædicari iubet Christi gloriosum regnum, & orbis correctionem siue reparationem, id est, humani generis redemptionem, & Ecclesiæ sanctæ ædificationem. Ad cuius tanti gaudii congratulationem, in ebrietate spiritus Propbeta omnem creaturam superiori pariter atque inferiorem exhortatur, dicens, Latentur celi, & exultet terra, & c. ita vt nec ligna nemorum omit- tat inuitare. Gaudii autem huius materiam duobus vltimis versibus apertius exprimit, videlicet quoniam esset venturus dominus iudex & vindex populi, qui pro orbe terrarū in sua æquitate esset facturus iudiciū, & popu- los iuxta fidem & veritatem suam redempturus. Nihil autem dubium videtur, quin hunc Psalmum Propbeta cō- ponens, illam tunc venturam, iam verò factam humani generis per Christum liberationem, in spiritu præuide- rit, de qua totum hoc tam iucundum, tam gaudio plenum cecinit exhortatorium canticum. Aequè non dubium, quin gentium futuram conuersionem, spiritu monstrante, præcognouit, qui ei sdem tam sollicite totum veritatis mysterium prædicare satagit, & vniuersos multa verborum replicatione ad gloriā, honorem, & hostias offe- rendum, atque in domini atria ingrediendum, studiosissime exhortatur.

NONAGESIMIQUINTI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Cantate domino can- ticum nouum: cantate domino omnis terra.

Mala. 1. Psal. 12.

2 Cantate domino, & benedicite nomini eius: \* annunciate de die in diem salutare eius.

3 Annunciate inter gē- res gloriā eius: \* in omnibus populis mirabilia eius.

Psal. 88.

4 Quoniā magnus do- minus: \* & laudabilis nimis: \* terribilis est super om- nes deos.

5 Quoniam omnes dii gentium demonia:

I. Cor. 10

\* dominus autem ce- los fecit. 6 Confessio & pulchri- tudo in conspectu eius:

\* sanctimonia & ma- gnificētia in sanctifi- catione eius.

**C**antate domino noua cantica in alacritate cordis vestri, ex animo hilari & gaudenti depromite cantica omnes inhabi- tantes terræ, quicunq; siue orientē siue occidentem siue me- ridiē siue septemtrionē inhabitatis, pariter absq; exceptio- ne vniuersi carmina laudum concinite domino. 2 Cantate domino, & laudē dicite nomini eius, quod ab ortu solis vsq; ad occasum est ma- gnum in gentibus, estq; ab ortu solis vsq; ad occasum est ma- gnum in diē annunciate, iugiter prædicate, & proclamare incessanter sa- lutem, quā ipse venit adferre populo suo. Nequaquā enim tanta salus premi debet silentio. 3 Neq; verò in Iudæa tantū, at in alia qualibet vnica regione, sed & in omnibus gentibus atq; nationibus per vniuer- sum orbem terrarum dispersis, prædicate magnificentiam gloriæ eius: \* & in omnibus populis, tribubus, ac linguis, absq; personarum acce- ptione, sine vllius gentis exceptione, annūciate mirabilia eius, quæ co- gitauit ab æterno, & in tempore suo exhibuit, ad ostensionē magnifi- centissimæ gloriæ suæ. 4 Et est quidē dignissimus ipse, cuius gloria sic prædicetur in vniuersis gētibus: quoniā dominus est verē & plenē magnus in omnibus, magnus potētia, magnus sapiētia, magnus boni- tate, magnus imperio, magnus duratione, magnus in iustitia, magnus in misericordia, deniq; perfectē magnus per omnia: \* & secundū hanc suam perfectā in omnibus magnitudinē, qua excedit omnia, est etiam multū laudabilis: vt omnibus incōparabiliter maior, ita laude omni- bus in immēsum superior: \* & est ipse terribilis, honorabilis, atq; me- tuendus, super omnes qui dii nominātur in celo vel in terra. Nō enim H est similis ei in diis, & nō est secundū opera eius quisquā alius. 5 Om- nes enim dii gentiū, quos idololatræ gētes pro diis colunt, omnia ido- la nationū quæ pro diis adorāt, quibus vt diis sacrificāt, & per omnia vt diis famulātur, nō sunt veri dii, sed demonia, quæ in huiusmodi ido- lis coluntur. Quæ enim ipsi immolāt, demoniis immolant, nō Deo: & in omni suo cultu demoniis seruiunt, nō Deo: \* dominus autē Deus & saluator noster, ipse est verus Deus, qui creauit celos & terrā, & om- nia quæ in eis sunt: qui suam diuinitatē operibus patentissime com- probat, quod illi facere minime possunt. 6 Ante faciem eius nihil aliud est quā cōfessio & pulchritudo, nihil aliud quā gloria & dec- or: omnia in conspectu eius sunt plena cōfessione & pulchritudine, omnia ante oculos maiestatis eius sunt cōstitenda, celebrāda, magnifi- canda, decora atq; nitidissima: nihil coinquinatū ipse patitur in con- spectu præsentie suæ, nihil fœdum, nihil sordidum, nihil turpe, nihil indecorū, aut indecorū potest esse ante oculos eius. Ab his enim ipse auertit oculos: \* in sanctificatiōe vel sanctuario eius, in tēplo quā ipse sibi ad inhabitationē sanctificauit, nihil esse potest nisi sanctimonia &

A

7 Afferte domino pa- triæ gentium, afferte do- mino gloriā & hono- rem, afferte domino glo- riā nomini eius.

8 Tollite hostias, & in- troite in atria eius:

B

\* adorate dominum in atrio sancto eius.

9 Commoueat a fa- cie eius vniuersa terra: \* dicite in gentibus, quia dominus regnauit.

C

10 Etenim correxit or- bem terræ qui non com- mouebitur: \* indicabit populos in æquitate.

11 Latentur celi & ex- ultet terra, commouea- tur mare & plenu- do eius:

D

\* gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sūt.

12 Tunc exultabunt om- nia ligna sylvarum: \* a facie domini: quia venit, quoniam venit in- dicare terram.

13 Iudicabit orbem ter- re in æquitate: \* & po- pulos in veritate sua.

magnificentia, debent illic omnia esse sancta, munda, nitida, pretiosa, & magnifica. Nihil enim illic immundū, pollutum, aut sordidū potest ineffe: sed debēt omnia pro dignitate tanti regis esse sancta, magnifice ornata, polita, atq; fulgida, ita vt præ decore illic cuncta resplēdeant. 7 Huic proinde tam magnifico domino, cunctæ patriæ & familia gen- tium, omnes tribus nationū adferre & offerre quasi pro munere & sa- crificio, nō dico vitulos & hircos, oves & boues, aut alia huiusmodi, sed gloriā & honorem: adferre, inquam, & offerre domino & nomi- ni eius gloriā in laude & debita actione gratiarum. Hoc est enim sa- crificium quod super omnia postulat dominus Deus noster, videlicet immolari sibi sacrificiū laudis, quod omnibus corporalibus oblatio- nibus habet gratius. Nō enim ipse nostrorū honorum indiget, vt expe- ctare à nobis quicquam debeat: attamē quia dominus & pater noster Psal. 15. est, paternū honorem à filiis requirit, nōq; seruos & creaturas æquif- sum est domino & creatori nostro dare gloriā. 8 Accipite ho- stias, quas illi nostis habere acceptissimas, hostias videlicet laudis & gratiarum actionis: & cum hostiis istis cōfidenter ingredimini etiam vos gētium nationes in atrium eius. Ne appareatis ante conspectū do- mini Dei vestri vacui, assumite vobis hostias laudis, sicq; cōfidenter & 34. introite in aulam eius, in sanctam Ecclesiā, in qua tanquā in aula sua residet atque inhabitat: \* non vos alienos putate, & patriæ & familia- gentium, tametsi olim longe fuistis à domino Deo, sed accedite nunc Ioan. 4. cōfidenter, & adorate illum in spiritu & veritate: qui non Iudæorū Roma. 3. est Deus tantum, sed etiam gentium, atq; adeo vniuersæ terræ, & om- nium finium eius. 9 A facie eius commoueat vniuersa terra, ipso ad- ueniente à conspectu eius salubriter commouentur omnes inhabitato- res vniuersæ terræ, salubriterq; commouentur & cōturbentur ad pec- nientiam veteris idololatriæ & paternæ malitiæ: \* & hoc in omni- bus gentibus prædicetur atq; proclametur, qd dominus verus mundi & 16. huius iniquo principe condemnato ac foras eiectō, regnum iam sibi accepit, & imperat in omnibus populis: quod morte deuicta regnum mundi huius de principis tenebrarum tyrannide per filium suum vin- dicauit, atq; in se, ipsūque suum filium suo iure transtulit, omnibus I. Cor. 15. subiectis sub pedibus eius, omniq; illi potestate tradita in celo & in Matt. 28. terra. 10 Etenim ipse reificauit, ad reitudinē restituit, reparauit, & velut innoauit orbem terrarū, qui in aternū iam ab illa restaura- tione & innoauatione nō mutabitur, aduersus quē vltra nec portæ in- feri præualebunt: per filii mortē & Euangelicam prædicationē mun- dum perditum reparauit, Ecclesiāq; sanctam fundauit, quæ in æter- num non commouebitur, neque deficiet: \* & ipse dominus facit iudi- cium pro populis in æquitate iustitiæ suæ, iudicabit pro gentibus con- tra principem tenebrarum, hunc cōdemnando, illos saluando & eri- piendo de illius tyrannide. 11 Et quoniā tam immensa est hæc læti- tia, quia tam magnū est huius salutis beneficium, ad congratulationē super tantis bonis debet inuitari vniuersus creaturarū superiorum si- mul atq; inferiorum ordo. Celi proinde latentur, & terra exultet ad congratulationem: mare quoq; velut plaudendo, suis fluctibus como- ueatur, ad ostendendū exultationis signum: & omne quod in ipso est, simul plaudat & commoueat: \* camporum quoq; planities & om- nia quæ sunt in eis, agri & omnes segetes fructūque crescentes in eis, latentur & exultent, vnā cum creaturis cateris. 12 Neq; erunt ne- mora expertia exultationis huius, sed debebunt etiā ipsa exultando cōgratulari, vnā cum arboribus, quæ nascuntur in ipsis. Dignū est enim, vt omnis omnino creatura hominis reparationi cōgratuletur & cōgaudeat, propter quæ facta sunt omnia: \* exultatio autē ista & con- gratulatio, ad quam omnē modo inuitauimus creaturam, erit à con- spectu domini, propter præsentia aduentus domini: videlicet quoniā venit facere iudiciū pro terra & habitatoribus eius, iudicare contra Matth. 7. principem tenebrarū pro orbe terrarum: ad saluum faciendum popu- lum suum, eumq; de potestate tenebrarum eripiendum, & transferen- dum in regnum lucis suæ. 13 Ipse iudicabit pro orbe terrarū in æqui- tate, iuste cōdemnato impio tyranno, & liberato humano genere: \* & populos vniuersos, qui omnes detinebantur sub morte, & erant natu- ra filii iræ, ipse vt iudex ac vindex liberauit in veritate & fide sua: quā- do visitauit & fecit redemptionē plebis suæ, sicut loquutus fuerat ad

patres nostros, & per os sanctorum Prophetarum suorum à saeculo. E  
Olim etiam in consummatione saeculi adueniet in iudicis forma, in  
gloria patris sui, cum angelis suis: & tunc reddet vnicuique secundum  
opera sua, iudicabitque viuos & mortuos in aequitate & veritate.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XCV.

**V**ersu quinto, Quoniam omnes dii gentium demonia. Quomodo hic dicuntur omnes dii gen-  
tium esse demonia, cum sint dii gentium simulacra, vel sculptilia, vel fusilia, artificis manu  
facta? quemadmodum in alio Psalmo dicitur, Simulacra gentium, argentum & aurum, opera  
manuum hominum. Haec autem demonia non sunt, quae nulla artificis manu, non ex vlla praeracien-  
te materia facta sunt, sed de nihilo, sola diuinae potentiae virtute, creata ab initio. Sed aduertendum  
est, quod gentiles idololatrae in simulacris illis suis manufactis & arte fabricatis, adorabant spiritus il-  
luderes, qui illudetes miseris, simulabant aliquid numinis inesse lignis illis & lapidibus, & diuinita-  
tem illis inesse fingebant, dantes responsa, & signa quaedam edentes permissione Dei veri, per quae  
seducebant populum, vt coram illis sua vota & sacrificia offerrent, sicque debitum Deo summo ho-  
norem sibi usurparent serui profugi & infidelissimi. Vnde manifestum est, in idolis gentes non co-  
luisse ligna & lapides, sed magis ipsa illa demonia, quae in illis venerabatur, quasi numina Deitatis,  
cum non essent nisi figmenta vanitatis & effectores illusionis. In Hebraeo autem hoc loco non habe-  
tur, demonia, sed sculptilia, vt vertit Hieronymus: aut vanitates, & nihil, quomodo ad maginon po-  
nit Felix, vt iuxta Hebraicam veritatem sic legatur, Omnes dii gentium sunt sculptilia, aut sunt va-  
nitates, & nihilum. ¶ Versu sexto, Confessio & pulchritudo in conspectu eius. Accipiendum hoc est  
secundum eum modum, quo dicitur in Psalmo centesimo decimo, Confessio & magnificentia opus  
eius, hoc est, omne opus eius est confessio vel laude dignum, & plenum magnificentia: omne opus  
eius est laudabile & magnificentum. Ita propositi sermonis hic sensus est, Quicquid in conspectu Dei  
est, confessione dignum est, & plenum pulchritudine, summe laudandum est, & maxime decorum. Atque  
ita & in eo quod proxime sequitur, Sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius, dicendum.  
Vbi sanctificatio accipienda videtur pro sanctuario, quemadmodum ex Hebraeo vertunt Hierony-  
mus, Felix, & ceteri ex Hebraeo interpretes. Nam & alias sanctificatio inuenitur posita in scripturis  
pro sanctuario, vt apud Hieremiam, Venerunt alieni super sanctificationem domus domini. Et primo  
Machabaeorum, de Antiocho dicitur, quod intravit in sanctificationem cum superbia magna. Ac  
rursum quarto capite, Iudas debellato hoste cum suis ad templum ascendens, dicitur sanctificationem  
vidisse desertam, hoc est, desertum templum & sanctuarium. Psalmo autem septuagesimo septimo, san-  
ctuarium, quod hic dicitur sanctificatio, etiam sanctificium inuenitur appellatum, cum iuxta nostram  
lectionem dicitur, Et edificauit sicut vnicornis sanctificium suum, in terra quam fundauit in saecula. G  
Per hanc autem sanctificationem siue hoc sanctuarium, in Elucidatione intelligimus sanctam Ecclesiam,  
quam etiam postmodum per atrium siue aulam domini accipimus. Potest tamen similiter & ad vniuersum  
cuiusque fidelis mundum & sanctificatum cor intelligentia accommodari, quatenus omnes sanctifica-  
tio & sanctum templum Dei sumus, quicunque spiritum Christi habemus inhabitantem in nobis: quem-  
admodum sanctus ait Apostolus, Templum Dei sanctum est, quod estis vos. Et iterum, Vos estis tem-  
plum Dei. In hoc autem templo cordis nostri oportet sanctimoniam esse & magnificentiam, oportet  
omnia sancta esse, ornata, nitida, siue magnifica, & velut splendore quodam resurgentia. Hinc idem Apo-  
stolus ait, Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei  
violauerit, disperdet illum Deus. Et rursus, An nescitis quia membra vestra templum sunt spiritus  
sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri: videlicet vt non liceat vobis contami-  
nare vos ipsos pro vestro libito, sed sanctimoniam intendere debeatis propter honorem eius, qui vos si-  
bi in sanctificationem & templum elegit. Et iterum, Quis consensus templo Dei cum idolis? Vos e-  
Leuit. 26. nim estis templum Dei viuus, sicut dicit dominus, Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo in-  
Esa. 52. ter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod, exite de medio eorum, & separa-  
mini, dicit dominus. In his omnibus manifeste cernimus, quomodo nos Apostolus moneat & iubeat  
sanctimoniam & magnificentiam spiritualem sectari, ex eo quod corda nostra sunt sanctificatio Dei. H  
Omnino enim iustum est, vt ille qui est sanctus sanctorum, magnificus super omnes, habeat etiam sanctum  
& magnificentum habitaculum. Non enim conuenit, sanctum dominum, pollutum inhabitare taber-  
naculum, neque magnificentum regem vile habere habitaculum. Propter quod, ipsa etiam voce domini  
non semel admonemur, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et in Euangelio, Estote misericor-  
des, sicut & pater vester caelestis misericors est. Estote vos perfecti, sicut pater vester caelestis perfe-  
ctus est. ¶ Versu septimo, Afferre domino patriam gentium. In Hebraeo est familia gentium, vel popu-  
lorum. Atque ita etiam vox Graeca sonat πατρις. Significat enim familiam vel cognationem. Et veri-  
simile est, quod nos modo patriam, totos alicuius regionis incolae appellamus, ab illa significatione  
prima sic denominari, quod in numero populorum sint quasi vna πατρις siue familia vna, ortum tra-  
hens, vim, genusque; duces ab eodem patre. Neque secundum vim significationis aliud esse videtur pa-  
tria vna, quam familia, siue stirps vna, aut vnus genus: tota videlicet aliqua collectio magna ab eo-  
dem patre originem longam trahentium. In postrema autem parte, cum dicitur, Afferre domino glo-  
riam nomini eius: nota, praeter consuetudinem duos datiuos abique coniunctione eidem verbo, ex abun-  
dantia spiritus, appositos, videlicet domino & nomini. Cuius effugiendi incommodi gratia, quidam  
subintelligunt dignum, hoc modo, Afferre domino gloriam, dignam nomini eius. Verum id non

**A** admodum videtur probandum. ¶ Versu octauo, Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate do-  
minum in atrio sancto eius. Tollite hostias, id est, accipite hostias, vel (vt ex Hebraeo vertit Hiero-  
nymus) leuate munera. Atria autem dixit pluraliter, pro atrio. ¶ Versu nono, Commoueat a facie  
eius vniversa terra. Commotio ista non mala, sed bona intelligitur, videlicet qua quis per timorem  
iustum salubriter commouetur. Idem enim est cum eo, quod in alio Psalmo dicitur, Metuant cum om-  
nes fines terrae. Et alibi, Timeat dominum omnis terra, ab eo autem commoueantur omnes inha-  
bitantes orbem. Vnde ex Hebraeo hoc loco vertit Hieronymus, Paueat a facie eius omnis terra: hoc  
est, timeat dominum omnis terra. Quod exponit Paraph. Chald. dicens, Contremiscite vel expaue-  
scite a conspectu eius omnes inhabitatores terrae. ¶ Versu eodem, Dicite in gentibus, quia dominus  
regnavit. In Psalterio Romano, ad finem huius versus additur, a ligno. Sic enim habet, Dicite in na-  
tionibus, quia dominus regnavit a ligno. Atque ita per tempus illud quod inter octauam Paschae &  
Pentecosten interiacet, in commemoratione victoriae crucis Christi, pro versiculo cantatur, secun-  
dum ordinem Ecclesiae Romanae, in martinis atque vespertinis horis. Quam etiam lectionem sequun-  
tur est, qui crucis triumphale hymnum composuit, cuius est initium, Vexilla regis prodeunt. Nam  
versu tertio ita canitur, Impleta sunt quae cecinit David fidelis carmine, dicens, In nationibus re-  
gnauit a ligno Deus. Neque difficile est intelligere, quomodo dicatur dominus regnasse a ligno: vi-  
delicet quia per lignum crucis de diabolo triumphauit, mundumque de potestate illius exemit, & si-  
bi in regnum comparauit, maximo utique sui sanguinis pretio. A ligno ergo regnavit, quia per lignum  
sic sibi regnum istud comparauit, in illo persolvens pretium redemptionis nostrae, id est, sacratissi-  
mum sanguinem fundens, pro salute mundi. Veruntamen additamentum istud a ligno, neque in He-  
braeis, neque in Graecis codicibus inuenitur, neque in Psalterio Gallicano. De correctione autem siue  
confirmatione orbis terrae, cuius fit mentio versu sequenti, & quomodo non commouebitur, dictum  
fuit etiam Psalmo nonagesimo secundo, in versu secundo, Etenim firmavit orbem terrae, qui non co-  
mouebitur. Potest enim vel de prima rerum creatione, vel potius de ipsa mundi restitutione expo-  
ni: quemadmodum illud iudicium, de quo subsequenter fit sermo, potest vel nonissimum quod ex-  
pectatur, vel primum quod iam perfectum creditur, intelligi. ¶ Versu vndecimo, Latentur caeli, &  
exultet terra, &c. Quidam ista omnia, videlicet caelos, terram, mare, campos, & sylvarum ligna, ex-  
ponunt mystice. Nobis videbatur secundum modum Propheticum convenientius, vt absque mystico  
sensu intelligamus secundum literam, inuitari hic omnem creaturam ad laudem Dei: quomodo  
solent facere Prophetae, quando singulari aliqua illuminatione super venturis mirabilibus humane  
redemptionis mysteriis visitantur, vt inuitarent montes & colles, caelos & terram, mare & aridam,  
campos & sylvas, & omnia quae in eis sunt. Tam pleni enim sunt gaudio, vt ferre in seipsis totum non  
possint, quin effundant, quin & alias omnes creaturas faciant participes. Si tamen per caelos intelli-  
gamus angelos, & per terram homines inhabitantes eam, nihil erit insolitum. Vnde & Chald. Para-  
ph. sic exponit, Latentur exercitus caelorum, & exultent iusti terrae. Maris autem commotionem quae sub-  
iungitur, quidam intelligunt saeculi huius ad praedicationem Euangelicam malitiosam commoti-  
onem siue persecutionem: & item quae sequuntur de camporum gaudio, & lignorum syluestri ex-  
ultatione, mysticis exponunt sensibus: sed magis (vt dixi) Propheticae exultationi videtur conue-  
niens, vt secundum literam intelligatur, tali inanimatarum creaturarum alloquutione vniuersitas  
creaturarum ad congratulationem inuitari. Atque ita commotio maris intelligitur fluctuum concuf-  
sio, siue fluctuum eius resonatio. In quem sensum vertit Hieronymus, Tonet mare & plenitudo eius.  
¶ Versu duodecimo, & decimo tertio, Quonia venit iudicare terram, iudicabit orbem terrae in aequi-  
tate, & populus in veritate sua. Possunt haec intelligi vel de iudicio, quo in primo aduentu dominus  
iudicauit mundum, id est, pro mundo, aduersus principem tenebrarum: vel de iudicio nouissimo, quod  
expectatur futurum in aduentu secundo, quando orbem iudicabit, id est, habitatores orbis: quoad de  
ipsis ipsorumque operibus faciet iustum iudicium. Vtrunque autem hoc iudicium in aequitate & iustitia  
est, quonia in illo priori iuste princeps mundi condemnatus est, & a regno mundi foras eiectus: in  
hoc autem posteriori iuste iudicabitur de singulis orbis habitatoribus, quando recipiet vnusquisque  
prout gessit in corpore, siue bonum siue malum: quando vnusquisque metet quae in corpore semina-  
uit. Vtrunque autem praedictarum intelligentiarum nos in Elucidatione indicauimus. Iuxta priorem, iu-  
dicare terram, est iudicium facere terram, siue pro terra: iuxta posteriorem, est facere siue exercere iu-  
dicium de terra, id est, de habitantibus in ea. Super haec verò, iudicare terram, accipi potest vt valeat,  
agere iudicem terrae, vel regnare aut imperare super terram: quemadmodum dicitur in libris Iudi-  
cum & Regum, quae hic index aut ille iudicabat populum, id est, iudicem populi agebat, & quodam-  
modo principem agebat. Ita & venit in hunc mundum dominus iudicem agere, & regnare in terra,  
mundumque imperare, illo iniquitatis iudice principe tenebrarum deuicto, forasque expulso.

XCVI. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste de Christi regno & gloria canit, orbemque terrarum vocat ad letitiam, enarrans domini ma-  
gnificentiam & ex aduerso idolorum vanitatem atque confusionem, usque ad versum octauum: vbi ange-  
los hortatur adorare dominum, & sanctam Ecclesiam dicit in eo oblectatam, propter nimiam ipsam super  
omnes deos exaltationem. Versu autem vndecimo, monet seruos domini iniquitatem habere odio, quod ius-  
titiae studentes, & odientes iniquitatem ipse custodiat, luce quoque sua illustret, & recreet cordis letitia: in ex-  
hortatione ad Dei laudem canticum finiens, vt coepit in letitia.

Marc. 16. 1 Dominus regnavit.  
Matt. 28.  
Actu. 10.

\* exultet terra, latetur infula multa.

2 Nubes & caligo in circuitu eius:

Apoca. 1.

Actu. 1.

\* iustitia & iudicium correctio sedis eius.

3 Ignis ante ipsum procedet:

\* & inflammabit in circuitu inimicos eius.

Luc. 12.

Luc. 21.

Ibidem.

4 Alluxerunt fulgura eius orbi terra:

\* vidit, & commota est terra.

5 Montes sicut cera fluxerunt a facie domini:

\* a facie domini omnis terra.

Luc. 12.

6 Annunciauerunt caeli iustitiam eius:

Matt. 24.

Ibidem.

\* & viderunt omnes populi gloriam eius.

Matt. 25.

Apoc. 1.

Zach. 12.

7 Confundantur omnes qui adorant sculptilia,

**C**hristus dominus morte deuicta regnum accipit, & imperium tenet, sedens ad dexteram patris, potestatem habens omnium qua in caelo & qua in terra, constitutus iudex viuorum atq; mortuorum: \* propter quod, latari atq; exultare debent omnes habitatores terra, simul & illi qui in insulis procul habitant, etiam in nouissimis maris: omnes de Christi domini hoc imperio, hacque sublimatione, gaudere debebunt. 2 Nube & caligine circumdatus est, in nube & caligine habitat, quem secundum diuinitatem nemo hominum vidit, cuius maiestatem nemo perferuari sufficit. Nube quoque & caligine terribiliter circumdatus venit ad iudicium, quando veniet cum nubibus in gloria patris sui: & sicut a nube ex hoc mundo ad patrem ascendens fuit assumptus in caelum, quae eum ascendente accepit, & abscondit ab oculis spectantium, ita in nube veniet, & in nube reuelabitur mundo, cui ad iudicandum adueniet: \* iustitia & iudicium sunt preparatio, firmatio, & reformatio sedis eius: thronus ipsius in aequitate & iudicio situs, pparatus, firmatus est atq; recte dispositus: imperat & iudicat in iustitia & iudicio, vt non possit apud eum inueniri iniquitas aut iudicium iniustitiae. 3 Cum vero adueniet rex iste ad exercendum iudicium, vltix flamma coram facie eius praebet, vel ignis ille conflagrationis, qui aduentum praecedet iudicis: vel ignis ille aeternus, qui quodammodo ante faciem domini praecedet quasi vltionis minister, quatenus a iudice prolata sententia, ignis hic statim condemnatos vorabit: \* & exuret atq; consumet hostes ipsius per circuitum, inuoluet ignis ille, & comburet omnes iniquitatis operarios, qui dum viuerent, inobedientes se atq; rebelles exhibuerunt mandatis iudicis. Praecessit quoque iam diu ignis ille, quem venit ipse homo factus mittere in terram, & quem voluit ardere ac vehementer incendi, id est, ignitum eloquium Euangelicae praedicationis, & vorans flamma spiritus sancti: quo duplici igne, hostes domini sunt inflammati atq; consumpti: hi quidem salubriter, zelo bono per poenitentiam: illi vero in suum malum, per iracundiam & contradictionem. 4 Terribilia fulgura eius illucescent & apparebunt toti orbi terrarum, antequam adueniet ad iudicium: demonstrabuntur terrores mirabiles, & erunt signa in sole & luna terribilia: \* quibus visis, vniuersi habitatores terra commutabuntur timore horribili, ita vt arescant & dissoluatur praestatione eorum quae superuenient vniuerso orbi, & praeterrone nimio prodigiorum terribilium. Iam quoque fulgura diuinorum eloquiorum, micantium ad modum coruscationis desuper venientis, orbi apparuerunt: iam agnouit omnis terra, & salubriter commota est, quantum ad fideles, sicut quantum ad incredulos malitiose conturbata. 5 Montes liquefcent, diffluent, & resoluentur, ad modum liquefcentis & diffluentis cera, ante conspectum domini: cum ita in terrore suo adueniet, videbuntur ardere montes, & diffluere per ignis vorantis impetum, ad eum modum quo cera liquefcit igni admota vel iniecta: \* a praesentia Domini sic terribiliter aduenientis liquefcet & commouebitur omnis terra, cum omnibus suis inhabitatoribus. Iam quoque in tempore isto Christi praecedente iudicium, per Euangelicae praedicationis & spiritus sancti gratiam, altissimi montes saeculi huius, sublimes potentia, ac sapientia gloriosi, emolliti, & humiliati sunt a facie domini, per ignem quem venit mittere in terram: & omnis terra vim per se sentit ignis huius conflagrantis. 6 Annunciauerunt & manifestabunt caeli desuper aduenientem in terrore iustitiae iudicis: caeli illum gloriosum demittent, & demonstrabunt venientem mundo in gloria patris sui: item & angeli caelorum habitatores praedicaebunt iustitiam venientis iudicis, qui mittentur ante filium hominis, cum tuba & voce magna, vt praedicent iudicium venturum, & congregent omnes electos a quatuor ventis terra: \* & omnes populi, tribus ac linguae, videbunt eum venientem in gloria sua, & patris, & sanctorum angelorum: & videbit eum omnis oculus, etiam qui eum pupugerunt, vt videant in quem confixerunt. Iam quoque in tempore isto annunciauerunt Apostoli regnum Dei & iustitiam eius, iustitiam veram quae ex fide est: & cognouerunt omnes populi gloriam domini, illorum praedicatione edocti. 7 Confundentur in illo terribili vltionis tempore omnes qui adorant idola, sculptilia, siue fusilia, siue quomodocumque aliter artificis manu facta: & omnes qui glo-

A *qui gloriantur in simulacris suis.*

8 Adorate eum omnes angeli eius:

\* audiuit, & latata est Sion.

B

9 Et exultauerunt filiae Iudae, propter iudicia tua domine.

10 Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram:

\* nimis exaltatus es super omnes deos.

C 11 Qui diligitis dominum, odite malum:

\* custodit dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

12 Lux orta est iusto: \* & rectis corde latitia.

D 13 Latamini iusti in domino:

\* & confitemini memoriae sanctificationis eius.

riantur, spemque & fiduciam ponunt in idolis suis, quae non sunt dii veri, sed vanitas sunt & mendacium, quemadmodum & confundi coeperunt ad praedicationem Euangelicam, quando passim homines, abintra- tis & contra factis idolis, se conuertebant ad seruendum Deo viuenti, & gloriantur atq; sperandum in Deo viuo & vero. 8 Hic dominus est, quem adorare debet etiam vniuersitas angelorum. Non sunt adoranda idola gentium, quae non nisi daemonia sunt, siue argentum & aurum, opera manuum hominum: sed iste noster dominus, qui mundum saluauit, regnum accepit, & vt iudex suo tempore cum terrore reuelabitur, ipse est ab omnibus adorandus, etiam ab angelicis exercitibus, id est, ab iis qui sunt inter omnes creaturas precellentissimi & nobilissimi: quanto magis a nobis hominibus adorari debet, qui illis multo sumus secundum naturam dignitatem inferiores & ignobiliores: \* audiuit hoc Sion, audiuit sancta Ecclesia hanc Christi praedicationem, hanc annunciationem, quae Christus dominus sit adorandus solus, vt pote solus verus Deus & dominus, & contemnenda esse idola gentium, nimirum vana: haec quoque audiens, & corde fidei suscipiens, latata est in Christo salutari suo, latata est super Christi gloria & eiectione idolorum atq; demonum. Audiens etiam sancta Ecclesia de ipsius aduentu ad iustum iudicium: gaudiosa est in spe bonae retributionis. 9 Et exultauerunt omnes animae fideles, omnes filii fidei & confessionis magna sunt affectu letitia, propter tua aequissima iudicia, quibus tu iustissime domine decreuisti agere cum humano genere, tam propter iudicia iusta, quibus in nouissimo die redditurus est vnicuique secundum opera sua: quam propter iudicia, quibus iam pro mundo iudicasti aduersus tyrannum diabolum. 10 Et merito sane te adoret angeli, merito in tuis iudiciis exultare debent homines fideles: quonia tu es dominus excelsus & altissimus super omnem terram, tu es eleuatus & sublimis super omnes habitatores terra: \* valde tu exaltatus es super omnes qui vel sola hominum imaginatione & appellatione dii astimantur, vel etiam qui secundum participationem vere dii nuncupantur: hos omnes tu immenso interuallo superas, nec est in diis similis tui domine. 11 Vos proinde quicunque vere in dominum creditis, eumque vere diligitis, qui solus est bonus & infinite bonus, odio habete malitiam, & omnem execremi impietatem. Cum enim ipse perfecte bonus existens, imo ipsa infinita bonitas, ex diametro pugnet cum malitia, oportet, si illum velitis diligere, odio habere iniquitatem. Non enim potest simul & ipsum amare, & mala diligere: \* eorum enim qui sic malum odunt & fugiunt, ipse misericorditer & fideliter custodit animas, animas piorum atque sanctorum ipse saluat a malo, & custodit in vitam aeternam, & de potestate omnium impiorum eos liberabit: non sinet eos venire in manus peccatorum, qui ipsis quarunt malum, sed ab omni malo saluos faciet in suum regnum caeleste. 12 Iustus quoque peculiariter lux oritur, singulari illuminatione Dei donatur & visitantur qui studet iustitiae, diligentes dominum, & odientes iniquitatem: \* & rectis ac mundis corde, quibus est affectus syncerus, & cor purum ab omni malitia, oritur letitia, ex testimonio bonae conscientiae & securae mentis, quae est quasi iuge conuiuium, & super omnia, ex continua Dei praesentia & inhabitatione. Beati enim mundi & recti corde, quonia ipsi Deum videbunt. Non possunt autem non plurimum letari, qui sic mundo corde Deum iugiter conspiciunt. 13 Exultate proinde latamini in domino Deo vestro, quicunque diligitis iustitiam, & odio habetis iniquitatem, gaudete in domino semper, iterum dico gaudete: \* & date confessionem ac laudem memoriae sanctificationis vel sanctitatis eius: confitemini illi, rememorantes sanctitatem eius, quae ipse solus est sanctus in semetipso, super omnes deos, atque etiam sanctificationem, quae suos electos sanctificauit & sanctificat. Est enim in vtroque valde laudabilis, & quia ipse i se sanctus est, & quia sanctificator est fidelium.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XCVI.

**V**erbo secundo, iustitia & iudicium correctio sedis eius. Si correctionem acciperemus, quomodo vulgo solet apud Latinos accipi, videlicet pro reductione ad rectitudinem, posset praesens locus sic intelligi, Omnis correctio quae a sede eius procedit, iustitia est & iudicium, id est, secundum iustitiam & in iudicio. Sed ex Hebraeo cognoscimus, correctionem isto in loco idem valere quod praeparationem vel foundationem, aut stabilitatem aut adificationem, siue in reformatione fundationem aut rectam constitutionem. Vnde correctio sedis eius hic intelligenda est, ipsa fundatio aut recta situatio



siue constitutio regalis solii: vt quod hic dicitur correctione sedis eius esse iustitia & iudiciū, idem E  
 Psal. 9. sit cum eo quod in alio Psalmo dicitur, Parauit in iudicio thronū suū, & ipse iudicabit orbem ter-  
 ra in equitate. Iuxta quam sententiā, ex Hebræo vertit Hieronymus, Iustitia & iudiciū firmamen-  
 tum solii eius. Felix, Iustitia & iudiciū, habitatio sedis eius, vel bases sedis eius. Quod autē nos de  
 sede domini iudiciaria exposuimus in Elucidatione, posset etiā ad eam, quam in se habet qualibet  
 fidelis anima, sedē Dei referri. Iustitia enim & iudicio pręparatur in homine locus & sedes Dei. Nō  
 enim intrabit Deus, neq; spiritus eius in maliuolam animam, in qua nō est iustitia & iudiciū: sed  
 Elia. 66. requiescit super mitem & tremētē sermones suos, id est, super eum in quo est iustitia & iudiciū.  
 Sed illa expositio quę in Elucidatione est posita, magis videtur facere ad propositum. ¶ Versu ter-  
 tio, Ignis ante ipsum pręcedet. Hic versus cum aliquot sequentibus, æque cōmode possent exponi,  
 vel de terrore eorum quę futura sūt ante aduentū, siue in aduentu iudicis, vel de iucunditate eorū  
 quę facta sūt post Christi resurrectionē, vbi ascendisset ad patris dexteram, accipere sibi regnum  
 & imperium super orbem. Atq; ob hoc, in Elucidatione per plures versus geminam constituimus  
 intelligentiam, consueto duplicis intelligentię signo adiecto. Quōd si tertius hic versus de igne in-  
 telligatur terribili aduentus secundi, iterū ostendimus duplicem intelligentiā. Prior est de igne cō-  
 flagrationis, per quam sancti Theologi in aduentu iudicis mundū dicunt purgandum: quemadmo- F  
 dum Petrus Apostolus in posteriori sua Epistola indicat, dicens, Adueniet autē dies domini vt fur,  
 in quo cęli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur: terra autē, & quę in ipsa sūt  
 Psal. 49. opęra, exurentur. De quo igne etiā in alio Psalmo dicitur, Ignis in cōspectu eius exardescet, & in cir-  
 cuitu eius tēpestas valida. Hic autē non videtur esse ille ignis æternus, de quo subinde loquitur Sal-  
 uator in Evangelio. Non enim ille ad purgationē cęlis aut elementis, sed ad punitionem & crucia-  
 tus diabolo & angelis eius, pręparatus est: quemadmodū in sententia domini dicitur, Discedite à  
 Matt. 25. me maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. De hoc ergo igne cōflagratio-  
 nis & purgationis prior est intelligentia. Posterior verō est de igne illo cōdemnationis æterni, qui  
 (vt iam diximus) diabolo & angelis eius paratus est, qui ante faciē iudicis pręcedere dicitur, non q̄  
 prius tempore realiter debeat pręcedere aduentū iudicis in mundū, sed quomodo minister vel in-  
 strumentū exequendę iustitię pręcedere dicitur ante iudicem, quomodo gladius solet iudicē prę-  
 cedere, vt ministeriale instrumentum exequutionis iustitię. Quia enim ignis ille infernalis mox ad  
 pronuntiationē iudicialis sententię corripit impios, & in eos ipso momento delæuiet, iccirco re-  
 ctē quasi cum iudice vel ante iudicē aduenisse dici potest. Et iuxta hunc modū videtur etiā intelli- G  
 gendum, quod in Epistola posteriore ad Thessalonicenses scribit apostolus Paulus, in hunc modū,  
 Si tamen iustum est apud Deum retribuere retributionē iis qui vos tribulant, & vobis qui tribula-  
 mini, requiē nobiscum, in reuelatione domini Iesu de cęlo, cū angelis virtutis eius, in flāma ignis,  
 dantis vindictā iis qui nō nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio. Nam si participiū illud  
 dantis iungatur cum genitio proxime pręcedenti ignis (quę connexio prima facie apparet cōmo-  
 dior) videtur per ignem istum dantē vindictā intelligi ignis infernalis, per quē propriē vltio con-  
 digna exercebitur in reprobos. Nā ignis cōflagrationis, etiā si corpora impiorū possit breui mo-  
 mento interimere, animam tamen impiam non potest æterna punitione (quę illam decet) affligere.  
 Quare per ignem dantē vindictam, intelligendus videtur in citato iam Pauli loco ignis æternus,  
 vt dicat Paulus, reuelandum dominum Iesum cum angelis virtutis eius, & cum flamma ignis æterni  
 vindicis. ¶ Versu octauo, Adorate eum omnes angeli eius. Hunc locū Paulus Apostolus allegat, ca-  
 pitulo primo Epistolę ad Hebræos, ad probandū Christum filium Dei esse angelis maiorem, ex eo  
 q̄ illum iubeantur adorare. Non adorat enim nisi minor maiorem. Adducens autem Paulus hunc  
 Hebr. 1. locum, sic ait, Et cum iterum introducit (videlicet pater) primogenitū in orbem terrę, dicit, Et ado-  
 rent eum omnes angeli eius. Ex qua citatione difficultas est, quid sibi velit quod ait, Et cum iterum  
 introducit pater primogenitū in orbem terrę. Dicendum est, q̄ iccirco hoc dicitur, quoniam in il-  
 lo Psalmo mentio fit de regno Christi quod ei datum est à patre, morte deuicta. Vnde & initiū Psal-  
 mi sic habet, Dominus regnauit, exultet terra. Quōd si prędicta in versibus prioribus exponatur de H  
 terribili aduentu domini ad iudiciū, rectē dicitur iterum introduci à patre in orbem terrarum ad  
 ipsum iudicandum: quoniam venturus est in gloria patris sui iudiciū exequutus, per potestatem  
 à patre sibi datam, quemadmodū apud Ioannem dicitur, Pater diligit filium, & omnia dedit in ma-  
 nu eius: & potestatem dedit ei iudiciū facere, quia filius hominis est. Si verō prędicta intelligantur  
 Ioan. 5. ta tum de conuersione populorum per Euangelicā prędicationem, dicitur introduci filius à patre  
 Ibidem. in orbem terrarū, quatenus ita Christus regnum recuperauit in populis, vbi primus idola coleban-  
 tur, & ipse ignorabatur. Quid autē per Sion & per filias Iudę intelligatur, ex Elucidatione patet, &  
 plenius diximus in Psalmo quadragesimo septimo circa versum illū, Latetur mons Sion, & exultent  
 filię Iudę, propter iudicia tua domine: vbi etiā prolixius ostendimus, quare gaudendū sit mōti Sion  
 & filiis Iudę, propter hæc domini iudicia. ¶ Versu duodecimo, Lux orta est iusto, & rectis corde le-  
 gitia. Nos in Elucidatione lucem illam, quę intra mentes iustorum oritur, indicauimus accipiendā,  
 cōsimilēmq; in posteriori parte letitiā. Posset verō & de futura illa plenitudine lucis ac gaudii ex-  
 poni, pręteritū accipiēdo pro futuro, vt sit sensus, Lux æterna lucebit, & oriētur iusto, & rectis cor-  
 de oriētur sempiterna & inestimabilis letitia: quemadmodū in alio loco dicitur, Lux perpetua luce-  
 bit sanctis tuis domine. Et iterum, Letitia sempiterna super capita eorum, gaudium & exultationē  
 Elia. 35. obtinebunt. Ad quem sensum rectē quadraret quod ex Hebræo vertit Felix, & alii quidam, Lux sata  
 & 31. vel seminata est iusto, & rectis corde letitia. Nunc enim iusto lux illa seritur, nunc seminatur, quia


A nondum iustus eam metit, nondū ea perfruitur, sed ad eam aliquando suscipiendā & acquirendam  
 pręparatur; & modo quodam nunc illi seritur, & seminatur vt suo tempore metatur tam lux plena,  
 quā perfecta letitia. Quemadmodū enim quod seminatum est, in occulto latet, & nondum appa-  
 ret quid futurū sit, postmodum verō in tempore suo caput effert, seq; manifestat: ita nunc lux & læ-  
 titia beatorū seminatur & occultatur, vt aliquando lucis plenę & perfectę letitię fructus inde me-  
 tatur. De qua re, pulchre dilectus discipulus ita loquitur discipulis, Charissimi, nunc filii Dei sum-  
 mus, & nondū apparuit quid erimus. Scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam vi- 1. Ioan. 3:  
 debim⁹ eum sicuti est. Quasi dicat, Mira quidem gloria vobis iam seminata est, sed nondū enata est,  
 nondum apparuit. Neq; male cōsonat huic expositioni quod in Chald. Parap. dicitur, Lux quiescit,  
 & reposita est iustis, quo modo beatus Petrus hæreditatē illam incorruptibilem, incontaminatam, 1. Petri. 1:  
 & immarcescibilem, dicit conseruatam in cęlis, & salutem ait paratam reuelari tempore nouissimo.

XCVII. PSALMI ARGVMENTVM.

Habet Psalmus iste argumentum idem cum pręcedentibus. Est nanque inuitatio ad laudem Dei pro mi-  
 rabilibus per eum patris mundoq; exhibitis: inter quę, pręcipua est salus illa quem Deus per suę di-  
 uinitatis dexteram voluit operari, & in conspectu omnium gentium manifestari, propter misericordiā  
 B & veritatem suam. Post quę paucis enarrata, à versu sexto vsque ad finem, nihil aliud quā inuitatio ad lau-  
 dem, ad iubilationem, ad cantica ponitur, non hominum tantum, verum etiam maris, & omnium quę in eo sūt,  
 terrę & omnium quę in ea fluminum & montium, propterea quod ipse venit iudicare terram.

NONAGESIMISEPTIMI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Cantate domino can-  
 ticum nouum:  
 \* quia mirabilia fecit.  
 2 Saluauit sibi dextera  
 eius, & brachium san-  
 ctum eius.



Antate domino in alacritate cordis carmen nouum,  
 nouę laudis & insoliti gaudii canticum illi depromi-  
 te de plenitudine interni gaudii: \* fecit enim mi-  
 randa, & quę nonis peculiaribusque canticis decan-  
 tentur dignissima. 2 Et licet multa admodum sūt  
 Dei opera miranda, quę ipse patrauit ab initio sæcu-  
 li, in rerum omnium creatione & sapientissima admī-  
 nistratiōe siue gubernatione, peculiariter etiam in admirabilis gen-  
 neris humani directione ab initio sæculi: illud tamen omnia superat,  
 & quasi obscurat quod in nouissimis diebus in temporis plenitudine  
 operari dignatus est, in redemptione humani generis: quādo omni-  
 potens dextera eius, pro sua voluntate salutē est operata, & sanctum  
 brachiū eius fecit salutem magnā in populo & pro populo suo, quan-  
 do per suam potentiā genus humanū de captiuitate & seruitute durif-  
 sima redemit. 3 Hanc autē salutem sic sua dextera perfectā, Dominus  
 voluit reuelare, & notā facere, ac prędicare in omnibus populis: ip-  
 sum quoq; salutare, ipsum Saluatōrē Christum filiū suū, per quem  
 tantam fecit salutē, mundo voluit notū facere: \* iustā suam prædica-  
 ri fecit, & notificari in conspectu omnium populorum, iustitiā suam, iu-  
 stitiam quę est ex fide, & per fidem in Christo filio eius, sanctos Apo-  
 stolos suos prædicare fecit, & notificari in omnibus populis. \* Notū Roma. 3:  
 etiā fecit salutare suū & auxilium suū, in exhibitione salutis quā con-  
 tulit mundo: & in hoc aperte monstrauit suam iustitiā, per quā genus  
 humanum redemit de manu & tyrannide iniuste ipsum opprimentis.  
 4 Recordatus est dominus misericordię & fidei siue veritatis sue: ipse  
 qui per multa anteacta sæcula obitus videbatur misericordię, obfirma-  
 tam habens iram suā aduersus genus humanū, & qui suam fidē videba-  
 tur negligere aut violare, non exhibendo quondā promissā patribus  
 Abraham, Isaac, & Iacob, ipse tandem in temporis plenitudine curauit  
 suę misericordię satisfacere, & suā fidem liberare, seq; veracē & fidelē  
 in promissis operis exhibitione demonstrare: sicq; velut recordatus  
 est misericordię & veritatis suę erga dominū Israel, super populum  
 fidelē, verū ex fide semen Patriarcharū, quibus fuerat facta repromis-  
 sio. 5 Neq; verō hæc salus intra Iudę angustos limites delituit, ne-  
 que intra tam angusta spatia fuit occultata, licet in Iudęa fuerit orta  
 & perfectā: sed nota facta est & diuulgata per Apostolorū prædicatio-  
 nem, hæc salus simul, & ipse Saluator qui eā operatus est, in vniuersos  
 terminos terrę, ab oriente vsq; ad occidentē, & à septentrione vsq; ad  
 meridiem. Siquidē in omnem terram exiuit salutis huius prædicatio,  
 & vbiq; terrarum salus hæc agnita fuit. 6 Proinde omnes qui inha-  
 bitatis terram, Deo (qui tam miranda pro vobis in temporis plenitu-  
 dine operari dignatus est) in cordis vestri letitia iubilate: \* cordis  
 quoq; latitiam vocalibus canticis declarate, exultates in super gesti-  
 N ii

C  
 3 Notum fecit domi-  
 nus salutare suum:  
 \* in conspectu gentium  
 reuelauit iustitiā suam.  
 4 Recordatus est mise-  
 ricordię suę & verita-  
 tis suę domui Israel.  
 5 Viderunt omnes ter-  
 mini terrę salutare Dei  
 nostri.  
 6 Iubilare Deo omnis  
 terra:  
 \* cantare, & exulta-  
 re & psallite.

bus etiam corporis latitiā exhibete, & psalmos illi de mirabilib9 edi- tis facinoribus componite & canite. Omnium enim est hoc cōmune gaudium, vniuersalis est omnīū hęc latitiā & exultatio, quoniam om- nibus salus ista facta & annunciata est. 7 Imperfectum verō gaudii testimonium, etiā musica adhibete vestris laudibus instrumenta, con- cinite illi in citharis, nabliis, & aliis ad eam rem aptis musicis instru- mentis: \* in citharis simul adiuncta voce cantici, sic vt manu cōtin- gente musicū instrumentum lingua nō cesset a laudibus, sed modula- tionem aptam simul decantet, que sono instrumēti suauī melodia re- spondeat: \* in tubis quoq; ductilibus, ad concinendum in vocis for- titudine, & in clangore cōcrepantis buccinæ siue tubæ corneæ, cuius est sonus fortis ac pugnalius. 8 Iubilare in cōspectu regis nostri do- mini, qui videlicet rex noster & dominus est rex regū & dominus do- minantiū: iubilare coram eo, & laudes cōcinite, vt dignū est tanto ac tali domino iulari a nobis, qui eius sumus plusquā seruissimi serui: \* & quoniā non est vniuersa terrarum habitatio, neq; tota rationalis creaturas sufficit ad dignę laudis persolutionē, atq; iterum quia om- nis creatura vna cū homine merito debet collatari & congaudere, iccirco & ceteras creaturas omnes iustū est pro suo modulo laudare dominū. Itaq; mare suorum collisione siue collisione fluctuum soni- tum edat, & tonet, pro suo modo sic collaudans dominū, simul & om- nia quę in ipso sunt: vniuersus quoq; orbis terrarū cum omnib9 suis inhabitatoribus, cum omnibus que in eo sunt, pro suo vnumquodq; modo laudem canat domino. 9 Flumina quoq; exultabunt, & quasi plaudent manibus in dulci allusione fluctuū: simul etiā montes quasi exilient & exultabunt a præsentiā domini, denique celi & terra & om- nia quę in eis sunt, omnia prę gaudio gestient, a præsentiā aduenien- tis domini: \* quoniam ad hoc veniet in temporis plenitudine, vt iudi- cet terram, vt faciat iudiciū mundi, vt principe mundi diabolo eiecto, ipse regnet in domo iacob in populo suo in æternum, eōq; regat, pa- scat, & iudicet imperpetuū. 10 Iudicabit pro orbe terrarū, & reget eum in iustitia, & populos omnes in æquitate. Non enim regnabit in tyrannide & iniustitia, vt ille pater mēdaciū, mundi rector tenebrarū G harū, sed in omnimoda æquitate regnabit super populū suum. \* In iu- stitia quoq; faciet pro orbe terrarū iudiciū, aduersus iniquū mundi principē, & liberabit populos in æquitate sua, de oppressione iniqua. \* Denique & in nouissimo die, in iustitia iudicabit totū orbem terra- rum, redditurus vnicuiq; pro operibus condignam retributionem.

7 Psallite domino in ci- thara:

\* in cithara & voce psalmi:

\* in tubis ductilibus & voce tubæ corneæ.

Apo. 19.

8 Iubilare in conspectu regis domini:

\* moueatur mare & plenitudo eius, orbis ter- rarum, & qui habitant in eo.

9 Flumina plaudent manu, simul montes ex- ultabunt a conspectu do- mini:

Ioan. 12.

Luca. 1.

\* quoniam venit iudi- care terram.

Ioan. 8.

Ephe. 6.

10 Iudicabit orbem ter- rarum in iustitia, & populos in æquitate.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XCVII.

Versu secundo, Saluauit sibi dextera eius. Datus ille sibi, facit difficultatē in oratione. Nos in Elucidatione indicauim9, sibi positū esse, ac si diceretur, iuxta suū placitū, vel iuxta quod voluit: saluauit autē, pro salutē fecit, vel salutē operatus est: vt sit sensus, Dextera eius iux- ta suum bene placitū, salutem est operata. Alii verō putant, vulgatam lectionē male habere casum datiuum: pro datiuo autē constituen- dum accusatiuum, ad hunc modum, Saluauit eum dextera eius quo modo habet Romanum Pfalterium, sicut in Græco legitur, σωσεν δεξερῶν αὐτοῦ, hoc est, Salua- uit ipsum dextera eius. Cuius lectionis sensus est, Dextera Christi, id est, diuinitas Christi, saluauit ipsum, hoc est, a morte fecit saluum, & ad vitam resurgere, & brachium sanctum eius saluauit ip- sum. Beatus tamen Hieronymus ita vertit, vt habet nostra lectio Gallicana. De hoc quoq; non nihil dicemus in annotationibus ex Hebræo. ¶ Versu tertio, In conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Potest intelligi iustitia, qua ipse Deus in se iustus est: quam in conspectu gentium reuelauit, quando principem tenebrarum iuste condemnauit, & sibi regnum resumpsit orbis terrarū. Iterum, suam iustitiā, qua in se iustus est, reuelauit in conspectu gentium, quando per Apostolicā prædica- tionem omnibus hominibus per vniuersum orbem eam fecit notam. Potest aliter intelligi iustitia Dei, non illa qua in se ipse iustus, sed illa qua homo corā Deo iustus est, de qua Paulus ait, Nunc au- tem iustitia Dei manifestata est, testificata a lege & Prophetis. Et iterum, iustitia Dei per fidem Iesu Christi, in omnes, & super omnes, qui credunt in eum. Atq; hanc iustitiam adueniens dominus per Apostolicam prædicationem reuelauit in conspectu omnium gentiū, quando Apostolos suos fecit prædicare ac dicere, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. ¶ Versu quarto, Recordatus est misericordiā suā, & veritatis suæ domui Israel. Quod dominus dicitur recordari, manifestum est hoc ita dici secundū similitudinem humanæ recordationis: sicut per oppositum interdum dicitur obliuisci, quādo ad modū obliuiscētis se habet. Cum enim promissa dissimulat, multūq; tardat persoluere, iustitia & fidei suę videtur oblitus: & cū misericordiā non exhibet, videtur oblitus mi- sericordię. At verō vbi misereri cōperit, & pmissis facere satis, dicimus eū recordari misericordiā & veritatis, quomodo etiā in cantico virginis matris dicitur Suscepit Israel puerū suum, recorda-

Roma. 3.

Marc. 16.

A tus misericordiā suā: vbi & recordatio veritatis innuitur, cum subsequenter adiungitur, Sicut lo- Lucę. 7. quutus est ad patres nostros, Abraham, & semini eius in sacula. Et in suo cantico Zacharias, Deum ibidem: parentem in filio suo salutē mundo, hoc agere dicit, ad faciendam misericordiam cum patribus no- stris, & ad memorandū testamenti sui sancti, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis. Ita ergo recordatus est dominus in hac hora nouissima misericordiā & veritatis suæ. Ille au- tem datiuus, domui Israel, secundū commodiorem constructionē iungatur cum verbo recordatus est, ad hunc sensum, Recordatus est misericordiā suā & veritatis suæ erga domū Israel, siue (vt ver- tit Felix) pro domo Israel, id est, ad faciendum misericordiā & veritatem cum domo Israel. Possit etiam intelligi pmissam domui Israel: sed abiq; aliqua subauditione, sensus prior apparet melior. ¶ Versu nono, Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt. Auerbiū simul ab aliquibus iun- gitur cum precedentibus, hoc modo, Flumina plaudent manu simul: ac deinde, montes exultabunt. Nos in Elucidatione iunximus cum sequentibus, hoc modo distinguētes, Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt. Quam distinctionem etiam sequitur versio Felicis, Flumina plaudent pal- ma, sicut montes exultent. Hebraica lectio ad vtrāq; connexionem est indifferens.

XCVIII. PSALMI ARGUMENTVM.

I N hoc etiam Psalmo, vt in præcedentibus, exhortatio ponitur ad reuerentiam Dei sedentis super Cherubim, & laudem magni nominis eius, cuius honor diligit iudiciū, qui parat directiones populo suo, cuius etiam scabellum pedum vt sanctificatum ab eo qui illud calcat, dicitur adorandum. Ver su autem sexto, patrum quorundam exempla proponit, nominatim mentionem faciens Moysi Aaron, & Samuel: qui quoniam dominum fideliter inuocabant, eiusque præcepta diligenter obseruabant iccirco familiari Dei etiam alloquutione digni sunt habiti, fueruntque exauditi in precibus suis, & iram potuerunt Dei aduersus populum suum irati mitiga- re, vt leui disciplina paterna peccatis populi tantum punitis, non penitus reprobarentur: quemadmodum aliis so- let gentibus contingere, qui in suis aduentionibus impune permanere & pergere sinuntur, iusto Dei iudicio, vsque in diem extremę vltionis, vltimo autem versu iterum laudis replicat exhortationem.

NONAGESIMO OCTAVI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Dominus regnauit, irascantur populi:



Omnis Deus noster regnum & imperium tenet: irascantur, indignentur, & cōmoueantur vt voluerint incredula nationes, velint nolint, ferre debent eius imperium, & regem debent eum atq; dominū agnoscere, quantumuis reluctentur & contradicere videantur: \* qui sedes super Cherubim, qui præfides angelicis exercitibus, & celestes illos spiritus habes velut sedem, super quā requiescit gloria tua maiestas: qui etiā in veteri illa arca tabernaculi, super propitiatorii inter duo Cheru- bim locū visibilem tibi olim delegisti, ad signū eius sedis quam habes gloriosam inter caelestes exercitus in cælis: a facie tua cōmoueatur om- nis terra, æquum est vt te omnes reuerentur & timeant qui terram inhabitant. 2 Dominus qui est in Sion, in populo fideli, ipsum agno- scite, qui in Ecclesia sancta inhabitat, ipse per omnia magnus est & excelsus super omnes populos, ita vt in omnibus gētibus nemo sit qui illi possit cōparari, estq; excelsior & sublimior omnibus, sicut fex om- nibus est celsior in regno suo. 3 Qua propter tuo magno nomini, o rex altissime, cōfiteri debent omnes populi tuo subiecti imperio: quoniam nomen tuū sanctum est atq; modis omnibus venerabile, nomen est super omne nomen, in quo flecti debet omne genu caelestiū, terre- strium & infernorū: quōd; ab omni creatura debet immensis efferrī præconiis, vt pote ab ortu solis vsq; ad occasum laudabile & benedi- ctum in sacula: \* & honor regis nostri, regia dignitas, & imperatoria maiestas eius, qua præminet omnibus, diligit iudiciū, expolcit & exi- git hoc a nobis, vt in iudicio & iustitia illi seruiamus, quomodo equū est. Volt enim tantus rex iusta & mūda seruitia exhiberi sibi, & seruos iustos requirit, quomodo ipse iust9 est, & omnia quę facit, in vero fa- cit iudicio. 4 Et quia diligis tu domine iudiciū iccirco parasti popu- lo tuo directiones, dedisti seruis tuis præcepta atq; mandata tua qui- bus in iudicio atq; iustitia dirigatur: \* tu fecisti in iacob, in populo tuo, iudiciū & iustitiā, tu ipse cū eis iuste in omnibus egisti in iudicio & iustitia: & vt similiter agerent ipsi, tam erga te q̄ erga proximos, vo- luisti, atq; mandasti. 5 Exaltate, o populi omnes, & magnificate do- minū Deum nostrū, & procidite ante thronū gratię eius, humiliantes vos corā scabellō pedū eius, quasi prostrati ante pedes eius: quoniam sanctū & honorandū est quicquid ad ipsum attinet, etiā si in finē fue- rit, quemadmodū est pedum scabellū. Tam enim sanctus est dominus, vt quicquid ad ipsum spectat, sanctū sit, adorandūq; & venerandū;

Philip. 2.

Psal. 112.

\* qui sedes super Che- rubim, moueatur terra.

2 Dominus in Sion ma- gnus & excelsus super omnes populos.

3 Confiteantur nomini tuo magno, quoniā ter- ribile & sanctum est: \* & honor regis iudi- cium diligit.

4 Tu parasti directio- nes:

\* iudiciū & iustitiā in iacob tu fecisti.

5 Exaltate dominum Deum nostrum, & a- dorate scabellum pedū eius, quoniā sanctū est.



- 6 *Moyſes & Aaron, in ſacerdotibus eius:*  
 \* *& Samuel inter eos*  
 1. Reg. 3. *qui inuocant nomen eius.*  
 7 *Inuocabant dominũ, & ipſe exaudiebat eos:*  
 Exod. 33. *\* & in columna nubis loquebatur ad eos.*  
 Num. 12. *8 Custodiebant teſtimonia eius, & præceptum quod dedit illis.*  
 Pſal. 17. *9 Domine Deus noſter, tu exaudiebas eos:*  
 Pſal. 144  
 \* *Deus tu propitiuſ fuiſti eis.*  
 Exod. 32. *\* & ulciſcens in omnes adinventiones eorum.*  
 Num. 16.  
 10 *Exaltate dominum Deum noſtrum, & adorare in monte ſancto eius:*  
 \* *quoniam ſanctus dominus Deus noſter.*

etiam quod inſimum reputatum fuerit: quemadmodũ regis magnifici non ſolum corona, quam in capite geſtat, honoratur non ſolũ palium quo eſt circumamictus, verum etiã calciãmetã pedum eius, imò ſcabbellum throni eius. 6 Moyſes & Aaron erant de numero ſacerdotũ eius: qui colebant eũ, erant ſpecialiter Deo ſacri: ille quidẽ à Deo ſpecialiter conſecratus, vt legiſſator fieret & ordinator atq; miniſter legalis ſacerdotii: hic verò vnctus à fratre ſuo Moyſe: ex ore domini etiã viſibiliter, & ſacerdotalibus adornatus veſtibus: \* & Samuel propheta domini, erat de numero fidelium ſeruorum, qui cognouerunt per fidem & inuocant ex fide & cõſcientia bona nomen domini, Samuel fidelis miniſter corã fuit domino. 7 Iſti patres noſtri, egregia virtutũ exempla, inuocabant dominũ, orantes tam pro ſe quã pro cõmiſſo ſibi populo: & dominus benignũ ſe illis exhibuit, exaudiens orationes eorum & poſtulata concedens: \* imò etiã familiarẽ ſuã ſocietatem ad illos oſtendit, loquens ad illos (Moyſen & Aaron) de columna nubis, quã apparebat ſuper tabernaculũ, ſic illos ſuo ſpeciali colloquio ſingulariter honorans, corã populo ſuo. 8 Ratio autẽ quare ſic ipſi exaudiebantur orantes, & quare ſic diuino honorarẽtur colloquio hæcerat, quia obediẽtes fuerunt præceptis dominicis. Custodiebant enim teſtimonia eius quibus cõteſtatus fuerat populũ, id eſt, legem & omnia præcepta quẽ illis obſeruanda tradidit. 9 Et quoniam ſic obediẽtes & fideles fuerũt in adimpletione tuã voluntatis, iccirco viciffim te illis benignũ exhibuiſti dominum, qui cum ſancto ſanctus eſt, & cum innocente innocens, & cum electo electus, qui voluntatem facis te timentium. Iccirco, inquam, tu domine Deus noſter illos benignẽ exaudiebas in omnibus quẽ à te poſtulabant, ſue pro ſua, ſue pro populi ſui ſalute: \* oſtendiſti quoq; te illis benignũ & propitiũ, dimittens propter illorũ precem peccata populi: ſiquidẽ te offendiſſet populus, illis pro eo orantibus, tu flexus fuiſti ad miſericordiã, dimiſiſti quẽ illis peccatũ, quemadmodũ orante Moyſe populum quem delere voluiſti ſaluatus fuit, & Aaron offerente thus in thuribulo plaga incendiũ ceſſauit: \* & in ſingulare beneficium, hoc eis cõtuliffi, & populum eorum pro quo ſupplicabant, non permittebas diu impune agere in peccatis, vt tandẽ in die iudicii ſuper eos adduceres cõdenationis ſententiã, quomodo cum reprobis gentibus agis quã te ignorant: ſed in omnia opera eorum mala, quẽ ipſi ſecundũ malitiam cordis ſui adinuerunt, vt te offenderent, te exhibuiſti ſeuẽrũ vltorem & vindicẽ, vt cogereſtur vltionis tuẽ præſentiã, quanto cyũs ab excoꝑitatis vel ceꝑtis deſiſtere. 10 Exaltate & magnificate dominũ Deũ noſtrum, & adorete eũ in monte ſancto eius in quo habitat, in Eccleſia: ſue hac militante, per fidem excellã, & per ipẽm atq; charitatem firmã & immobili: ſue illa triumphanti, per apertam Dei viſionẽ & perfectã fruitionem altiffime ſublimata, & immobiliter firmata: \* quoniã dominus Deus noſter ſanctus eſt, & ſuper oẽs ſolus ſanctus, ac ſumme metuẽdus: ppter quod, omni laudis & honoris exaltatione ſemper eſt digniſſimũ, neq; pro dignitate ſatis vnquã poteſt exaltari.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XCVIII.

Verſu primo, Qui ſedes ſuper Cherubim, moueatur terra. Quomodo dicatur Deus ſedere ſuper Cherubim, diximus in pſal. 79. in verſu illo, Qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare corã Ephraim, Benjamin & Manafſe. Quidã autem hoc loco pro ſecunda perſona, ponũt tertiam, legentes, qui ſedet: cõiungentes iſtud, qui ſedet, ad principiũ verſus, hoc modo, Dominus qui ſedet ſuper Cherubim, regnauit, irafcantur populi, moueatur terra. Alii repetunt verbũ regnauit, hoc modo, Dominus regnauit, irafcantur populi: qui ſedet ſuper Cherubim regnauit, moueatur terra. Nos ſub ſecunda perſona abſq; repetitione iſta cõiunximus, ad hunc modũ, Qui ſedes ſuper Cherubim, ò magne Deus, à facie tua moueat terra. In Hebræo, ſimiliter & in Græco, participiũ eſt, ac ſi dicatur iuxta Hebræũ, ſeſſor Cherubim, vel inſidens Cherubim: aut iuxta Græcum, ſedens ſuper vel in Cherubim. ¶ Verſu ſecundo, Dominus in ſion magnus, & excelfus ſuper omnes populos. Dupli ei diſtinctione hoc legi poteſt. Primo, ad hunc ſenſum, Dominus qui eſt vel habitat, vel colitur in ſion, à populo ſuo fidei, ipſe eſt magnus & excelfus ſuper omnes populos, hoc eſt, Deus Iſrael, eſt rex magnus ſuper omnem terrã. Secundo ita diſtingui poteſt, Dominus eſt in ſion magnus, & excelfus eſt ſuper omnes populos: vt dominus Deus dicatur magnus eſſe & laudabilis valde in ſuo populo, & nihilominus ſuper omnes populos excelfus. In ſion enim magnus eſt, dũ ſe glorioſe in ſuo populo magnificat, in mirabilibus quã pro eo potenter & magnifice operat. Excelfus verò eſt etiã ſuper omnes populos, quoniã in manu eius ſunt omnes fines terrẽ, & ipſe pleno imperio dominatur

A omnium. ¶ Verſu. 3. Et honor regis iudicium diligit. Iſtud iudicium quod diligit Deus, intelligere poſſumus in nobiſpſis, vel in Deo. Honor regis diligit in nobiſ iudicium, quia dignitas & maietas Dei noſtri exigit à nobiſ & in nobiſ ſeruis ſuis iudicium, videlicet vt in iudicio illi ſeruiam. Iuſtũ enim eſt, vt tã magnifici domini & tam ſummi regis miniſtri, in iuſtitia & iudicio ſatagãt perficere ſuum miniſterium. Vnde illud toties veteri illi populo in legiſlatione replicatũ, Ego dominus. Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Et in lege gratiã, nouo populo nouus præceptor Chriſtũ dominũ, Eſtote (inquit) miſericordes, ſicut & pater veſter cœleſtis miſericors eſt. Eſtote vos perfecti, ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Iterum verò ſecundum hanc intelligentiã, iudicium accipi poteſt pro æquitate & rectitudine iuſtitia, vt iam expoſitũ eſt: vel etiã pro iudicio quod diſcretionem ſolent appellare. Exigit enim honor magnificentiſſimi & regis noſtri, vt illi cum magno iudicio, cum magna diſcretionẽ & attẽtione ſeruiamus, non quomodo vili alicui aut plebeio domino ſeruire ſolent, ſed cum magno timore & tremore, cum magna alacritate, diligẽtia, ſollicitudine, & reuerẽtia, tãquã illi qui eſt omnium rex ſupremus, & quo eſt nemo cœlior: vt ob hoc merito ſummo cum honore illi debeat ſeruire. In quem ſerẽ ſenſum ſcribẽs Corinthiis Paulus, vult ſanctiſſima myſteria corporiſ & ſanguiniſ domini ſumentes, cum iudicio mãducare, dum ait, Quicunq; manducauerit panem, vel biberit calicem domini indigne, reus erit corporiſ & ſanguiniſ domini, non diiudicã cor. I. Cor. 11. pus domini: quia ſcilicet non cum iudicio debito accedit ad ſumẽda tam ſacroſancta myſteria, tam ſacrum panẽ, tam ſacrum vinum: panem non panem, ſed corpus filii Dei: vinum nõ vinum, ſed ſanguinem vnigeniti patris. Iccirco enim nõ diiudicat ſufficienter qui indigne accedit, quia abſq; debito iudicio, non diſcernens hunc panẽ tam ſanctum à pane cibario & craſſo, quem in publicis cõuiuiis vulgo mãducãt homines: nec illum ſanctiſſimum ſanguinem aliter ſumit, quã vinum quod eſt penu depromitur. Atq; ita ſanẽ perquam plurimi inueniuntur, qui ſeruiunt quidẽ Deo, quantum exterius videri poteſt: ſed abſq; debito iudicio, abſq; neceſſaria diſcretionẽ. Non enim qua oportet reuerentia, non qua oportet alacritate & propitiditẽ bonã voluntatiſ, non qua oportet integritate bonã intẽtionis, non qua oportet ſedulitate bonã operationiſ: ſed cum pigritia, torpore, ſaſtudio, ſimulatione, tanquam ſi alicui tẽporali domino ad mercedem pauculam inſeruirent: imò (quod nulliſ vnquã lachrymiſ fatiſ deſſeri poteſt) multo etiã minori fidelitate & ſedulitate, quã huic modi mercenarij dominiſ: à quibus vili tantũ ſunt mercede cõducti, nullo autem vinculo alio obligati. Veros autẽ Dei ſeruos oportet cum magno iudicio, ſua ſeruitutiſ obſequia præſtare, vigilantiffime ſcilicet diſcernentes & diiudicantes attentiffime, quãto hic dominus omnibus tẽporalibus dominiſ ſuperemineat, quãto hic rex omnibus ſit regibus terrẽ excellior, quãto hic Deus ſuper omnes deos ſit in immenſum eleuatus, quãto ſit omnibus potentibus potẽtiõ, quãto omnibus terribilibus poteſtatibus terribiliõ, quãto deniq; amabilibus omnibus ipſe in immenſum amabiliõ: ne ſatis putet, vt plebeio alicui terreneo, corruptibili vel tẽporali domino, ita huic cœleſti immortalĩ & æterno ſeruire. Omnino enim hoc iudiciũ requirit à nobiſ Dei honor & magnificentia, quomodo & ſanctus homo Dei Moyſes ſibi cõmiſſum populũ adhortabatur, dicẽs, Non eſt alia natio tã grãdiſ, quã hæbet deos appropinquantẽs ſibi, ſicut Deus noſter a deſt nobiſ: ſic videlicet ex honore regis, illos exhortando ad iudiciũ. Poteſt verò (vt ab initio annotationiſ ceꝑimus dicere) iudicium iſtud intelligi in ipſomet Deo, ad hũc ſenſum, Honor regis amat iudicium, maietas Dei amat iuſtitiam, & omnia vult agere in iudicio, amplexatur iudicium, gaudet iuſtitia, nihil poteſt agere abſq; iudicio, ſue cõtra iuſtitiam. ¶ Verſu. 4. Tu paraſti directiones. Pſalterium Romanũ habet pro directionibus, æquitatem, Tu paraſti æquitatẽ. Idem autem per vtrũq; intelligitur, videlicet mãdata domini: quã æquitas dicũtur, quoniam in æquitate & iuſtitia fundãtur, & quia nõ niſi quod æquum & iuſtum eſt præſcribunt. Propter quod, Pſal. 118. dicitur, Omnia mãdata tua æquitas, Et rurſum, AEquitatiſ teſtimonia tua in æternũ. Directiones verò appellantur, quia hominem ad Deum dirigunt, & in agendiſ ducantũ præſtãt, quemadmodum Pſalmo ſuprà citato dicitur, Lucerna pedibus meiſ verbum tuum, & lumẽ ſemitis meiſ. Pro eodem etiã accipi poteſt iudicium & iuſtitia, in parte ſequenti, cum dicitur, Iudicium & iuſtitiam in Iacob tu feciſti. Vel ſic intellige, Præcepiffi fieri iudicium & iuſtitiam in Iacob. Vel ſic, Tu ipſe feciſti in populo tuo iudicium & iuſtitiam. Sed priora videntur magiſ conuenientia, & meliũ cum præcedentibus cohærent. Quod enim honor regis diligit iudicium, inde manifeſte apparet, quod ipſe fundauerit æquitates, quod legem dederit ſuo populo, & quod præcepit fieri iudicium & iuſtitiam in populo ſuo. Niſi enim honor regis diligeret iudicium, non præcepiffet iudicium & iuſtitiam fieri, neque legem tuliffet, quã monſtrat quid iuſtum atq; iniuſtum. ¶ Verſu. 5. Et adorete ſcabbellũ pedum eius. Præter expoſitionem in Elucidatione poſitam, per ſcabbellũ pedum domini intelligi etiã poteſt arca fœderiſ. Quia enim ſuper propiciatorium quod erat operculum arcæ, inter duo Cherubim, ſedem habere & habitare dicebatur dominus, rectẽ proculdubio dici poteſt arca, ſcabbellũ pedũ eius. Erat enim quaſi ſub ſede Dei. Atq; hæc arca ſancta erat, nimirũ à Deo ſpecialiter ſanctificata, & adeò ſancta, vt eam tangens Oza morte 2. Reg. 6. fuerit percuffuſ: & qui eam nudam conſpexiffent, morte punirẽtur ſubitanea. Attamen cum ipſa adorari iubetur, non debet intelligi proprie dicta adoratio, quã non niſi Deo debet attribui, vt pote enti primo & ſupremo domino: ſed adoratio improprie debet accipi p ſpecialiſ honoris exhibitio- ne, quomodo frequẽter in ſacriſ hiſtoriſ inuenimus homines adorare ſeinuicem, quod nõ niſi cuiuſdam reuerentiã magnã ſignificat exhibitionem. Quidam verò, adorete ſcabbellũ, accipiũt loco huic, adorete ad ſcabbellũ, vel corã ſcabbello eius, vt intelligatur adoratio proprie dicta ipſius Dei, nõ arcæ tamen adoratio, ſed Dei ſuper arcã ſedentiſ: quẽadmodum nos Chri- N. iiii



riani, Deum sub admirabili sacramēto latentem adoramus, & ad locum vel ante locum, vel versus E locum illum in quo sanctissima illa myſteria conſeruantur, adorationis exhibemus reuerentiā: non ipsum tamē locum adorantes, id est, ligna, lapides, aut clauſtra, sed ipsum quem illo in loco pro ſua altissima bonitate credimus ſeruari. Secundum hāc verō intelligentiam, myſtice per arcam accipere nobis licebit Eccleſiam ſanctā militantem, quæ est velut ſcabellum pedum domini: vt celeftis illa Eccleſia triumphās, hac ratione eius ſedes poteſt appellari, quōd huic illa ſit ſubiecta, quaſi inferior ſuperiori, quæadmodum ſcabellum ſubiectum eſt ſedi. Vel intelligi poteſt ipſa Chriſti humanitas quæ eſt ſcabellū pedum inhabitantis diuinitatis: in qua videlicet inhabitat & requieſcit diuinitas. Nos in Elucidatione nullum horum ſequimur, ſed ſecundum conſiderationem ſimilitudinis, dicim⁹. ſignificari maximā reuerentiā, vt ſummo domino exhibendam, cum præcipitur etiā ſcabellū pedum eius eſſe adorandum & honorandum, quæadmodum ſatis dilucide illic oſtēdimus. ¶ Verſu penultimo, Deus tu propitiuſ fuiſti eis, & vlcilcens in omnes adinūctōnes eorum. Nos in Elucidatione iſta ad populum retulimus, cui illi præerant ſacerdotes, de quibus priuſ factuſ eſt ſermo, quæadmodum & Chaldaea indicat Paraph. cum ait, Deus, tu propitiuſ fuiſti populo, propter eos. Atq; ita iſtud, Propitiuſ fuiſti eis, valet. Propitiuſ fuiſti populo propter illos. Nam de Moyle ſignificum eſt, quomodo frequenter iram à populo auerterit ſuis precibus, neq; ſemel parciū ſit multitudini ipſo F

Num. 16. deprecante pro illa. De Aaron autē Num. 16. legitur, quōd plagā incendii, incenſi oblatione & precibus ceſſare fecerit. De Samuele vero, quōd ad Dei placandam iram multum potēs fuerit, vel illud indicat, quod apud Hieremiā ex ore domini dicitur, ſi ſteterint corā me Moyleſ & Samuel, non erit anima mea ad populum iſtū. Quod autem ſequitur, Et vlcilcens in omnes adinūctōnes eorū, ſimiliter ad populum referimus, idq; ſecundum duplicem intelligentiā. Quarum prior in Elucidatione exprimitur, quōd in magnum beneficiū Deus populi peccantis peccata ad preces ſanctorum tātum diſciplina paterna puniuit, vt cauerent impoſterum, & non impuniti peccatē licentiuſ, ne ita in totum eos abiiceret. Altera verō eſt, ſecundum quam per adinūctōnes iſtaſ populi intelligimus opera mala, quæ contra ſanctos à Deo ſibi præfectos, Moyleſ, Aaron, & Samuel, excogitauerūt, videlicet rebelliones & ſeditiones cōtra ipſos excitatas: quemadmodum Chore, Dathan, & Abyron ſeditioſi contra Moyleſ & Aaron, miſere perditū ſunt, cū tabernaculiſ ſuis, vini abſorpti à terra. Deinde ducenti & quinquaſagintaquinque offerentes incenſum, igne conſumpti. Dehinc & illa. 4. millia, quæ contra Moyleſ & Aaron, propter prædictorum mortem, ſeditionem excitauerant. Atq; ita adinūctōnes eorum intelliguntur adinūctōnes contra illos, id eſt, mala conſilia excogitata contra ſanctos domini. Sicut enim fuit dominuſ populo propitiuſ propter orationes ſanctorū, ita & ira commouebatur aduerſuſ illum, quando contra ſanctos ipſiuſ ſeditionib⁹ atq; murmuratiōib⁹ inſurgebant. Quidam tamen iſta intelligūt de propitiōne & punitione priorū peccatorum ipſiuſ Moyleſ, Aaron, & Samuel. Moyleſ enim peccauit ad aquas contraditiōnis, non ſanctificando dominum corā filiis Iſrael. Aaron præter hoc, etiam in conſando vitulum. Samuelē verō dicunt peccaffe in hoc, quōd non ſufficienter filioſ peccanteſ corripuerit. Atq; ira Dei ſignificatur diſtinctum iudiciū, quo etiam ſanctiſ ſuis ab vltione non pepercit, ſiquando aduerſuſ ipſum deliquiſſent.


Num. 16. Ibidem.

XCIX. PSALMI ARGVMENTVM.

Exhortatio eſt Pſalmuſ iſte, vniuerſoſ terræ habitatoſ conuocans ad letandum & exultandum in conſeſſione domini, qui eſt omniū creator vnus & conditor, cuiuſ miſericordia nunquam deſicet, neq; veritas vſque in conſummationem ſæculi.

XCIX. PSALMI ELVCIDATIO.

1 Iubilare Deo omnis terra, ſeruite domino in letitia.



Vm iubilo cordiſ laudate dominum vniuerſi habitatoſ terræ, & ſeruite illi in cordiſ letitia. Non exigit à ſeruiſ ſuis vt in triſtitia aut ſeruili terrore ſibi ſeruiant, ſed populum amat qui nouit iubilationem, qui ſcit exultare ſemper in nomine ei⁹, & alacrem de hilari corde præſtare ſeruitutem. 2 Venite, accedite ad eum in cordiſ deuotione, & introgrediamini ante conſpectum ei⁹: non quaſi ante moroſum & difficilem dominum, trepidi & anxii ſerui in triſtitia & ſeruili ſollicitudine, ſed cum exultatione libera conſcientiæ, tanquam filii ante patrem piſſimum, paſtorēque benigniſſimum. 3 Illud enim vobis ſciendum eſt, & etiam atq; etiam profunda mente recogitandum, quōd dominuſ, ad cuiuſ cōſeſſionem nunc voſ exhortor, ipſe eſt ſoluſ veruſ Deus, & præter eum non eſt aliuſ: ipſe eſt, quo nihil eſt maiuſ, nihil priuſ, nihil digniuſ poteſt cogitari: \* ipſe oſ fecit de nihilo, vt eſſemus aliquid: & totum hoc eſt quod in nobiſ eſt, & tam nobile eſſe, quo cæteriſ omnib⁹ ſupereminemus corporeiſ creaturiſ, ipſe donauit nobiſ: & nequaquā noſmet ipſoſ fecimus, neque à nobiſ ipſiſ habemus quicquam, ſed ab illo vno omnia: propter quod, iuſtiſſimū eſt, vt illi à quo ita noſ cuncta accepiſſe cognouiſmus, corde letiſſimo iubilemus & ſeruiam⁹, quantū va-

2 Introite in conſpectu ei⁹ in exultatione.

3 Scitote, quoniam dominuſ ipſe eſt Deus:

\* ipſe fecit noſ, & nō ipſi noſ.

A 4 Populuſ ei⁹, & omneſ paſcuæ ei⁹, introite portuſ ei⁹ in conſeſſione:

\* atria ei⁹ in hymniſ: \* conſitemini illi.

5 Laudate nomen ei⁹, quoniam ſuauiſ eſt dominuſ: \* in æternum miſericordia ei⁹: \* & vſq; in generatione & generatione veritas ei⁹.

Iuerim⁹. 4 Specialiter verō, dō voſ omneſ qui eſtiſ de populo ei⁹, qui de numero eſtiſ electoſum ei⁹, qui eſtiſ quaſi oves paſcuæ ei⁹, quos ipſe quaſi paſtor bonuſ, tam ſecundum corpus in hoc corporeo mundo, quam ſecundum animam, in ſanctā Eccleſia paſcit, & ab omni malo defendit: voſ (inquam) peculiari exhortatione admono, vt portuſ ei⁹ ingrediamini, vt introeatiſ ante faciē ei⁹ in cōſeſſione laudiſ & gratiarū actioniſ: \* vt atria ei⁹ ingrediamini cum hymniſ, pſalmiſ, & laudibuſ: domum cultuſ ei⁹, vel ſanctā Eccleſiam, vel materiale templum, ſic introite cum hymniſ & laudibuſ: \* voſ (inquam) date conſeſſionem illi. 5 Et laudem dicite benedicto in ſæcula nomini ei⁹, quoniam ipſe dominuſ erga ſeruoſ ſuoſ non eſt crudeliſ, non moroſuſ, non difficultiſ, ſed mitiſ, benignuſ, manſuetuſ, bonuſ, faciliſ, dulciſ, & pi⁹: \* miſericordia ei⁹ in ſempiternum non deſicet, ſemper erit expoſita petentibuſ eam vſque in conſummationem ſæculi \* item & veritaſ ſue fidei ei⁹ atque iuſtitia, in omneſ generationeſ perdurabit, non poterit vnquam mentiri neque fallere: ſed quæcunq; pollicituſ eſt, ſeruabit electiſ ſuiſ, donec perſtabit ſæculū.

ANNOTATIONES IN PSALMVM XCIX.

Verſu 4, Introite portuſ ei⁹ in cōſeſſione, atria ei⁹ in hymniſ: conſitemini illi. Debet verſuſ iſte ita diſtingui, vt in cōſeſſione iungatur cū præcedenti verbo, hoc modo, Introite portuſ ei⁹ in cōſeſſione: deinde repetatur introite, ad regendum accuſatiuum atria, adiuncto eo quod ſequitur, in hymniſ, hoc modo, Introite atria ei⁹ in hymniſ: vt deinde diuiſim ſeqatur, Conſitemini illi: quod rectiuſ in principiuſ verſuſ ſequentiſ referretur, iuxta quod in Hebræo legitur. Sic enim clari⁹ vertit Hieronymuſ, Ingreſſimini portuſ ei⁹ in gratiarum actione, atria ei⁹ in laude. Conſitemini ei, benedicite nomini ei⁹, quia bonuſ dominuſ. Eandem etiam diſtinctionem habet lectio Græca.

C. PSALMI ARGVMENTVM.

Pſalmuſ iſte centeſim⁹ formam videtur deſcribere, & officiuſ deſignare hominiſ iuſti, maxime autē priuſcipiſ: quem licet quidam interpretentur ſingulariter de Chriſto domino, quōd vix aliuſ inueniatur cui omnia hic poſita perfecte conueniant: meli⁹ tamen apparet ipſum in perſona Dauid pronunciarī de ſe omnia illa non ad iactantiam, ſed ad laudem & gratiarum actionem recitatū: quōd videlicet in innocentia ambulauerit in medio domuſ ſuæ, quod malum non propoſuit ante oculoſ, quōd odio habuerit impioſ, eorūque fuerit cōſortia auerſuſ, fideleſ autē & iuſtoſ ſibi adiunxerit & exaltauerit, ſuperbiſ humiliatiſ, & peccatoribuſ punitione debitiſ peremptiſ. Hæc enim ſunt officia regis, neque regis ſolum, verum etiam cuiuſlibet patriſ familiaſ in ſua domo, aut cuiuſlibet præſidentiſ in ea communitate cui præſidet.

C. PSALMI ELVCIDATIO.

1 Miſericordiam & iudiciū cantabo tibi domine.



Emiſericordia ſimul & iudicio atq; iuſtitia cantabo tibi domine: videlicet quōd miſericordiſ ſimul & iuſtiſ ſiſ tu domine in cunctiſ operibuſ tuiſ: ita ſemper miſericordiſ, vt nihilominuſ iuſtuſ: ac rurſum ita iuſtuſ, vt nihilominuſ miſericordiſ: ita ſuper hiſ duobuſ ſemper & vbiq; coniunctiſ tibi cantabo. 2 Super hiſ tibi palmoſ dicam & canam, cantāſq; & pſallēſ tibi, ego erudiar in via innocētia: diſcam, intelligā, & inſtructuſ à te ſciam ambulare viā immaculatā mādatoſū tuoſū. Qui enim in viiſ immunditiæ pſallunt, horū non eſt ſpecioſa lauſ in conſpectu tuo: \* dō vtinam tu mihi cito adueniaſ, dō ſi iam nunc ad me veniaſ, vt ignorantē inſtitaſ & illuminēſ in via mandatoſū tuoſū, vt tibi quædigne pſallere, Hoc enim totū eſt quod cupio, te videlicet meiſ cāticiſ inuitare, te ad me aduocare: nihil eſt quod æque atq; tuum aduētum deſiderem. 3 Volo autem quod ex tuo munere in me eſt boni propoſiti, tibi ad gloriā, & proximiſ ſubdituſq; ad exemplū, hoc cantico proponere, ex bonæ cōſcientiæ teſtimonio: vt exprimā qualis eſſe debeā, ſi in via immaculata pſallere voluero. Ecce ego ex munere gratiæ tuæ ſtudebam conuerſari in medio familiaſ meæ, cū innocētia, iuſtitia, & ſimplicitate, quaſi pater in medio filioſū, quaſi dominuſ in medio ſeruoſū, quaſi paſtor in medio ouiuſ, ſinguloſ attendēſ & cōſideraſ, ſinguloſ proſpiciēſ domeſticuſ meiſ, ſinguloſq; ſuperintendēſ, quantū opuſ erat: vt ſua quiſq; adminiſtratione iuſte fungeretur, neq; malum vllum notabile pateret in domo ac familia mea, pro quo nō emendando gererē ſollicitudinē. 4 Caui mihi ſedulo, ne rem iniuſtā ſue vllām iniuſtitiam menti meæ proponerē, ad eam perficiendā opere, ne de vlla cogitarem perficiendā (ſue aduerſuſ Deum, ſue aduerſuſ hominē) iniquitate aut iniuſtitia:

2 Pſallam & intelligā in via immaculata: \* quādo venieſ ad me?

3 Perambulabā in innocentia cordiſ mei in medio domuſ meæ.

4 Non proponebam ante oculoſ meoſ rem

*iniustam: \* facientes prauaricationes odium.*

5 *Non adhaesit mihi cor prauum:*

*\* declinantē à me malignum non cognoscebam.*

6 *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar.*

7 *Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam.*

8 *Oculi mei ad fideles terra, vt sedeant mecum:*

*\* ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.*

9 *Nō habitabit in medio domus mea qui facit superbiam:*

*\* qui loquitur iniqua, nō direxit in conspectu oculorum meorum.*

10 *In matutino interficiebam omnes peccatores terra:*

*\* vt disperderē de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.*

\* neq; solū ipse non volui mala facere, verum etiā in aliis odiebā peccatū, vt transgressores legis Dei mei odio habui: non quidē ipsam illorū personā, sed prauaricātū vitia: ita vt quantū in me esset, illis obfisterē mala agentibus, & impedire mala eorum propōita, ne possent ea perficere, pro mea autē virili ad bonum inducere. 5 Et quoniam ita iniquitatis aduersariū praestitit, elōgati sunt à me omnes q; prauo sunt corde, non adhaeserūt, non associati sunt, non se cōiunxerūt mihi qui mala sunt voluntatis & prauo corde, amatores iniustitia: \* malignos à me abscedentes, meā vel societatem vel seruitutē deserētes, propter malitiā, quōd viderent se non posse apud me suā impietate iuxta desiderium perficere, qui ob hoc à me declinabant, recedebāt, siue meam amicitia atq; societatem, siue meā seruitutem derelinqentes, hos ego nihili feci, quasi nūquā cognouissem eos, sic ab illis me alienauī, quātumuis alioqui illorū amicitia grata aut seruitus cōmoda fuisset: qui propter iniustitiā amorem odiumq; bonitatis, ita me deserēbāt, illos prorsus contempsi, & permisi separari à me pro suo placito, lōgē malēs illos à me abscedere, quicūq; tandē aut quātūcūq; fuissent, quā vt à me in sua impietate fonerentur aut tolerarētur. 6 Si quem videbam ad detractiones pronum, qui promptus esset ad detrahendum secreto proximo suo, ad male loquendū in occulto de fratre, ad auferēdum vel imminuendū bonū nomen proximi, hunc ego redarguebā acriter, & seuerē corripiebā, hunc ego toruo aspectu atq; etiā increpatoriis verbis cum auctoritate compescui: non arridebam detrahenti, non dissimulabā, nō fovebam illum in detractionis malo, sed cōtra dicēdo resistebam, & seuerē increpando compescēbam. 7 Quos ego aduertebam esse superba & elata mēte, monstrante sese foris per oculos, mētis interiori elatione, & quos cōperiebā esse corde insatiabili, siue diuitiis per auaritiā, siue honoribus per ambitionē, ad huiusmodi me abstraxi, cum his nō duxi familiarē vitam, hos nolui habere familiares siue domesticos, aut etiā cum his nulla volui familiarī iungī societate siue amicitia, vt vel cū illis inuitatus familiariter cōiunarer vel ipsi mecum à me inuitati. 8 Sed si quē in terra, vbicūq; tandē loco, aut quocūq; tandē genere natū, viderem fidelē, iustum & bonum, benē, iustē, simpliciter, & fideliter ex corde sincero cōmissā sibi per agentē officia, in hoc fuit mihi beneplacitum, ad eiusmodi homines oculū & respectum habebā, vt tales exaltarem, & mecum considerare facerē, mecumq; demorari, & ad mensam meā vt domesticos & amicos accēbere: \* quos cōperiebam benē, iustē, & fideliter cōuersari, huiusmodi elegi ad ministeriū meū, huiusmodi ego exaltaui ad officia regni, & domus meae talibus ministris cōmittebam quā vel in regno vel domo mea erāt agēda, talibus credebā rerum omnium agēdarum administrationem. 9 Qui autē in factis suis superbiā vllam aut dolum ostēdunt, per superbiā alios iniuste calumniari, molestare aut opprimere volentes, eiusmodi non habitabunt corā me in tota domo mea: quos tales esse cognouero, nequaquā illos intra domū meam recipiā, vt mihi in vllō seruiāt ministerio: atq; etiam si intra domum meā habitauerint, vbi tales deprehēdero, expellā atq; eiiciam eos, neque patiar tales impietatis amatores permanere ante oculos meos: \* qui loquuntur iniqua, non prosperātur, non prospere agunt apud me, nunquam illis bene erit, nunquā inuenient gratiam in oculis meis, vt eos eueham, foneā aut promoueam: non erit ad tales animus meus, sed aduersus labor illis, & durum me illis ostendam, donec ab impietate huiusmodi desinat. 10 In primo mane, admodum mature, quantum in me erat, ego omnes malefactores in terra mihi subiecta puniebam & auferēbā de medio: mox vbi persensissem malum contagiosum alicubi exurgere, curauī, vt quanto cyus malū illud supprimeretur vel aufereretur, ipsos mali authores rigidē puniēdo, aut etiam si malitia id exigeret, morte multando: \* vt sic disperderem de populo domini, de Ecclesia fidelium omnes iniquitatis operarios, quantum mihi foret possibile: ne si impunitum aliquandiu malum permisissim, in peius excreceret, sicq; abundantia malitiā inficeretur terra & ciuitas domini, ipsius cultū deputata & sanctificata. Malum enim nisi quanto cyus rigida punitione extingatur, celeriter increfcit, & serpit latissime ab vno in plurimos: propter quod, eum qui populo domini praesidet, si Deo placere velit, huic rei vigilantissime necesse est intendere.

A

Cum psalmum istum iuxta modū in Elucidatione expositū, ipsi David applicamus, in seipso iusti viri & boni principis exemplum describenti, non sic ista accipienda sunt, quasi omnia perfectē Davidi cōueniant, quasi semper in innocētia perambulauerit in medio domus suae, quasi nunquā ante oculos proposuerit rem malam, quasi semper oculi eius fuerint ad fideles terrae. Profecto enim ambulauit in medio domus suae in innocentia, quādo de fenestra vidēs Bethsabee lauantem, concupituit alienam in corde suo, & ad malam concupiscentiā implendam nuncios misit, operēq; impleuit, quod male concupierat: profecto non erat hoc in innocentia cordis ambulare in medio domus suae. Et neq; hoc erat, non proponere ante oculos rem iniustā. Et cum adiciēs malum malo, vnam fidelissimum comprobātum, fecit dolo & fraude, traditis illi proditoris literis, occubere: nunquid tum erant oculi eius ad fideles terrae, vt sederent cum eo, aut habitaret cum eo, & nō magis contra fidelissimum seruum, vt innocētē impiē sine causa auferret de medio? Non ergo ista sic accipiēda sunt, quasi per omnem vitam David ea obseruauerit, quasi nunquā fuerit transgressor: sed accipiēda sunt, vt ab eo pronunciata, cum in bono esset proposito & bona conscientia, quādo nullius sibi erat facinoris cōsciū. Aut sic accipitur totus Psalmus, vt potius qualis esse debeat, seipsum David admoneat, quā quis sit, aliis praedicet. ¶ Versu. 1. Misericordiā & iudicium cantabo tibi domine. Cantare debemus Deo non misericordiam solam, non iudicium solum: quoniam neq; misericors solum est, neq; solum iustus dominus noster, sed misericordiam simul & iudicium: quia simul misericors & iustus est. Iustum est enim sic illum cantari, vt est in semetipso: propter quod, misericordiā simul & iudiciū (vt simul misericors & iustus est) cantare illi debemus. Nam si solā cantemus misericordiā, periculum est, ne nimium remisse, nimiumq; seuerē agamus, absq; timore & debita sollicitudine. Solius enim misericordiā recordatio ad remissionē inuitat, & minus cantum ac timoratum reddit. Qui verō solum recogitat & cantant iudicium, his est ex altera parte graue periculū, ne vel deiciantur animo, vel timore potius quā amore agantur: dum in misericordiā blandientem, nunquam leuantur oculos, solius intuentur iudicii terrorem. Bene autem psallunt, & bene sibi consulunt, qui neq; misericordiam obliuiscuntur, neq; iudicium, sed adinuicem ista sapienter coniungunt. Qui enim sic psallunt, in via immaculata redduntur intelligentes, & in statuunt in via iustitiā, vt habet versus proxime sequēs. ¶ Versu. 2. Quando venies ad me, o vtinam quanto cyus aduenias, vt in Elucidatione explicauimus. Posset tamen quando accipi temporaliter, intelligā in via immaculata, tunc quando tu venies ad me scilicet, vt me in via immaculata & in lege tua instruas, quando ad me quasi doctor ad discipulum aduenies. ¶ Versu. 3. Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meae. Diligenter notandum, quod dicitur, in medio domus meae. Oportet nāq; eum qui praesidet, siue regno, siue communitati, siue domui, aut cuilibet tandem congregationi, non in angulo aliquo domus desiderare, non in abdito cubilis semper latere conclusum, nō in molli strato otiosum stertere, non ad opiparam mensam in cenaculo ameno accumbentē deliciari, cutēque sic in deliciis curare: sed in medio sibi credita domus perambulare, tanquam qui sit rationem redditurus de omnibus quae in domo illa sibi credita aguntur. Propter quod, ab Apostolo dictū est, Rom. 12. eū qui praesit, praesesse debere in sollicitudine: & aptissimo vocabulo Ecclesiastici patres, eos, qui dominico gregi praesiciuntur, Episcopo pos duxerunt nominādos, videlicet vt ex ipsa sui nominis appellatione incumbens, sibi sollicitudinis onus agnoscerent, eiusq; sedulo admonerentur. Siquidem in Graece, Latinis significat superintendentem vel supercontemplantem aut superconsiderantem: quod eius sit intendere, & inuigilare gregi commissio, & diligenter considerare, ne quid ipsorū culpa alicubi depereat, quomodo pastoris est officium, seruare ouiculas ne pereant. Intendere autē debent tanto sollicitius, quanto non corporum, sed animarum positi sunt custodes. Vnde per eundem Apostolū subiectis ouibus dicitur, Obedite praepositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilat, quasi rationem pro animabus vestris reddaturi. Admodum autem pulchrē dicitur, Perambulabam in medio domus meae. Eum qui praesit, in medio domus oportet perambulare. Omnium enim gerat curam, necesse est: & diligenter peruidendum est illi, ne vlla vquam ouis, vel ex hac parte, vel ex illa parte depereat. Propter quod, in medio illum oportet ambulare vt aequae propinquae aequae expositus sit omnibus, vt ex aequo omnibus absque personarum acceptione inuigilet, non solos curet diuites, non solum intendat iis qui sunt in Ecclesia siue familia praecipui, sed in finis etiam atque vilissimis. Aequae enim pauperis & diuitis, nobilis & ignobilis anima requireretur ab eo, cum in iudiciū adnenerit iudex iustus, qui aequali potentia, sapientia, & bonitate singulorum animas condidit, cui omnes aequae sunt magni precii, vt pote qui finxit sigillatim corda filiorum hominum. Notandū etiā Psal. 32. hoc, quōd pastor in medio domus perambulare dicitur, aduersarius autem per domus circuitum, quemadmodum Petrus Apostolus ait, Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, querens quem deuoret. Et alibi, In circuitu impii ambulat. Diabolus ergo, & qui ex parte eius sunt, Psal. 11. in circuitu gregis circumambulant, vt no ceant: bonus autem pastor, in medio gregis & domus perambulat, vt ex omni parte circumeuntes aduersarios repellat, & nullibi illis, quantum quidem in ipso fuerit, no cendi concedat aditum. Atq; vtinam hac nostra tempestate, istud tam praclarum Prophete exēplum imitentur principes populorum, maxime autem Ecclesiarum praesati. Vtinam magis assuescerent ad perambulandum in medio domus suae, vtinam à peregritandis campis, & syluis percurrēdis prorsus abstinere, vtinam non in angulis, in cubilibus otiosi desidererent, magis autem in

debita sollicitudine medium domus suae, imò Dei (quemadmodum ex officio illis incumbit) perambularēt. Proculdubio non ita multa passim animam miserè deperirēt, quot nunc cernimus ante oculos maximo perdi numero: dum ex omni parte circūiēs hostis, ad nocendū semper vigilat: bona autem pars eorum, quorum erat lupis obfistere, somnum grauem in cubilibus penetrantibus dormiunt, nihil minus quàm de commissa sibi domo solliciti. ¶ Versu quarto, Non proponebam ante oculos meos rem iniustam, faciētes prauaricationes odiui. Expostulat hoc perfecta iustitia, primum vt ante oculos tuos non proponas impium aut iniustum aliquid, vt nullam tibi impietatem proponas in animo ad implendum eam. Est enim hoc proponere ante oculos, rei intendere ad assequendum eā. Deinde, vt sicut iniquitatem in teipso, odis atq; ideo ante oculos tuos non proponis: ita & in proximis habeas exosam, & operarios impietatis, vt huiusmodi sunt, persequaris, ad illos humiliādos, atque illorum conatus malos infringēdos. Hinc in alio Psalmo noster Propheta loquitur, dicēs, Nonne qui oderūt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebat? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Alibi verò etiam fleuisse se dicit, & vehementer admodum fuisse cōturbatum, propter impiorum transgressiones. Sic enim Psalmo. 118. ait, Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia nō custodierunt legem tuam. Mei oculi (inquit) exitus aquarum deduxerunt, quia illi impii nō custodierunt legem tuam. Et iterum, Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Secundum eandem considerationem iterum in alio Psalmo describens quisnam sit inhabitatorus tabernaculū domini, aut in monte sancto accepturus requiem, prius dicit, Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiā: qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua ac deinde subiungit, Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, hoc est, qui pro nihilo reputat, qui penitus contemnit, & pessime odit malignos, conaturq; illos, quātum in se fuerit, humiliare, & conatibus eorum improbis obfistere. ¶ Versu quinto, Non adhaesit mihi cor prauum, declinans a me malignum non cognoscebam. Ea est vis probitatis, vt fuget atq; elonget a se omnem malignum. Quomodo enim luminis fulgentem claritatem tenebræ non ferunt, & ante illam hæ auferunt, item & cum tenebris omnes tenebrarum amatores, ita a facie virtutis siue probitatis omnis fugit improbitas: atq; hinc fit, vt improbi vehementer exhorreant bonorum consortia, quæadmodum e contrario societatem cum suis similibus vehementer exquirunt. Ita cum is qui regno aut familia præsidet, bonus ac iustus fuerit, adiunguntur illi veri, boni, & recti corde: qui autē prauo sunt corde, fugiunt ab illius probitate, & declinant ab eo. Hinc in præsentī loco cum dixisset, Nō proponebam ante oculos meos rem iniustam, facientes prauaricationes odiui: mox subiungit, Non adhaesit mihi cor prauum. Quasi dicat, Quoniam virtutem sectatus sum, & odiui impietatem, tam in memetipso quàm in aliis proximis & subditis meis, idcirco nō adhaeserunt mihi homines prauo corde, nō se adiunxerunt mihi, sed magis se elongauerunt a me. Iustus verò cum viderit ita a se elongari & declinari impios, nunquid dolet, nunquid illos ad se conatur allicere, nunquid blandimētis ad se inuitat declinantes? Nequaquam. Sic enim ait Propheta, Declinans a me malignum nō cognoscebat. Nam iustorum societatem sicut semper iustus optat, iuxta illud quod in alio Psalmo dicitur, Cōuertantur mihi timentes te, & qui nouerunt testimonia tua: ita peccatorum consortium vel amicitiam omnino nihili pendit, & a se propter impietatis amorē declinantes adeo reputat extraneos, vt nolit vel agnoscere. ¶ Versu vltimo, In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. Secundum mysticam intelligentiam exponitur hoc aliquando de terra cordis nostri, cuius terræ peccatores in matutino interficimus, quando in tranquillitate mētis positi (quod maxime est tempore matutino) omnes cogitationes & affectiones malas, quas inuenerimus in corde, studemus perimere & prorsus eiicere, vt mundemus animas nostras (quæ sunt ciuitates Domini) ab omnibus huiusmodi operariis iniquitatis, id est, ab huiusmodi impietatibus, vel certè peccatorum initiis: quibus ad cōsummatam iniquitatem perducimur si consenserimus, & non quantocyus interfecerimus, allidentes eas ad petram. Vel in matutino intelligitur, mane & mature, quamprimum senserimus cogitationes tales aut affectiones in nobis exurgere, mature enim antequam increpant, mox debent suprimi & interfici. Quod autem in Elucidatione expositum est, magis ad propositum Psalmi fecit de peccatoribus puniendis, sicque suppressenda malitia.

Psal. 138.

Psal. 118.

Ibidem.

Psal. 14.

Psal. 118.

A Argumentum in Psalmum

CENTESIMV PRIMVM.

**P**salms iste secundum Ecclesiasticam consuetudinem inter poenitentiales Psalmos quinto loco ponitur: qui cum aliis eiusdem nominationis in hoc optime cōuenit, quod a luctu & fletu magno initium sumit ex propria miserie consideratione: finitur autē in multo gaudio & consolatione, ex contemplatione Diuinae magnitudinis, bonitatis & eternitatis. Primum itaque, in afflictione & angustia multa constitutus postulat a Deo, suam orationem exaudiri, proponens sub similitudine fumi euascentis, arefacti cremii, & feni solis aestu percussis, vitæ huius corporalis vanitatem: se verò, ob afflictionem & desolationem suam, comparat pellicano solitudinis, nycticoraci in domicilio, & solitario passerio: his comparationibus significare intēdens, quomodo prae dolore societatem omnem cæterorum hominum fugerit, propter quod etiam exprobrationes & conspirationes ab aduersariis quos fugiebat perperitur: iterumq; versu decimo, sui doloris magnitudinem repetit, ob quem ipsum quoque cibum & potum sibi dicit fuisse inspidum, propter vehementem humiliationem & collisionem, qua se a Deo cognoscit percussum. Versu autē. 13. tristitia ista relinquens de sui doloris pondere transit ad latam considerationem diuinitatis: cuius primo stabilem eternitatem sibi proponit ob oculos, deinde compatētem misericordiam, qua in tempore gratiæ salutem est operatus generis humani, nouamque fidelium Ecclesiam per seruos suos Apostolos edificauit, precibus supplicum inflexus, & eorum qui sub captiuitate grauissima tenebantur longo gemitu tandem exortatus, propter laudem sui nominis. De quibus omnibus partim sub tempore præterito partim in tempore futuro, promissus canit, quod ad horum temporum Propheciæ spiritus non attendat differentiam. Versibus autem. 24. & 25. desiderium & oratio fidelium conuersorum pro dierum suorum plenitudine orantium interponitur, vt nō ante tempus suæ perfectionis auferantur de medio. Atque hinc iterum versu. 26. totus in considerationem Diuine stabilitatis transiens, celos (qui tamen videntur inter res creatas magis stabiles) comparatione facta ad Deum prorsus immutabilem ostendens admodum esse mutabiles, vt pote qui sunt immutandi aliquando & innouandi, cū Deus semper idem, idem ipse permaneat: semen tamen fidelium, id est, electos, versu vltimo semper dicit corā Deo habitaturos, & in conspectu ipsius dirigendos.

CI. PSALMI ELUCIDATIO.

1 Domine exaudi orationem meam:

\* & clamor meus ad te veniat.

2 Non auertas faciem tuam a me:

\* in quacunq; die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

3 In quacunq; die inuocauero te, velociter exaudi me.

4 Quia defecerunt sicut fumus dies mei:

\* & ossa mea sicut cremium aruerunt.

5 Percussus sum vt fenum,

**D**omine Deus meus cuius misericordia semper miseris & afflictis est refugium quæso, vt orationem meā istā qua nūc oro ante conspectum tuum, in amaritudine afflictī & contribulati spiritus, dignanter exaudias: vtq; meus iste clamor, quo ex cordis magno affectu ad te in oratione clamito, introgrediatur vsq; ad sacrariū exauditionis tuæ, ne frustra illū ego emissem, sed que postulo, impetrata referat. 2 Noli auertere a me afflictō benignū aspectū tuū, noli abscondere a me placidum vultū tuum, vt nolis ad orationē meā attendere: \* magis autem in quacunq; die tribulationem passus fuero, ac de tribulatione ad te clamauero, prōptum te exhibeas ad orationē meam, & aures piæ auditūmq; benignum accōmodes meis precibus: 3 Quacunq; (inquam) die, quocunque tempore, quacunque hora, cōtingerit me afflictū & orantē ex cordis bono affectu te inuocare, quæso ne moreris respicere, ne differas exaudire: sed quantocyus orātem respicere, & subueni postulantis desiderio. Tam enim sum ex memetipso miser, vt longam moram non patiar mea (quæ ferē ad extremū vsq; gradum deuenit) miseria, vt sit vel in morula modica non modicum mihi periculum. 4 Ecce enim dies, anni & tempora mea consumpta sunt, præterierunt, transferunt, & euauerunt ad modum fumi, qui subito euanescit atq; resoluatur, nec vllam habet consistentiā firmi-tatem: ita vt postquam euauerit, nihil videatur illius superesse. Ita plane transferunt cuncti dies vitæ meæ, & iam nihil illorum superest, efficiorq; ego cōsumptis illis, termino vitæ huius in dies propinquior, \* & ossa continuò arefiunt, exiccantur, inòque robore destituuntur, & omni exhaustū vigore, ad modum cremii quod in sartagine per subiecti ignis actionem torretur vehementissime, vt eliquetur ex eo omnis pinguedo. Ossa quidem corporis ita arefcunt ob nimiam afflictionem tristitiæ, quoniam spiritus tristis exicat ossa. Ossa quoque anima mea, id est, virtutes omnes, atque potentia quæ in ea sunt aruerunt, languerūt, & penitus defecerunt præ inopia, velut facta impotētia atq; inualida ad omne bonū, & ad quacunq; aduersa sufferendum imbecillia, dum in tā lōga afflictione, absq; vlla consolatione permaneo, dumq; ipse ille vehemens ignis prauis sensualis affectus, velut depascit, consumit, & in bono languere facit omnem animæ virtutem. 5 Quomodo gramē virēs ab aestu solis percuntur, & dicitur, cogitūq;

Prou. 17,



arefcere, virore deperdito: ita ego percuffum me sentio, siue ab aflu B indignationis & ire tua, quam sentio defuper, siue ab aflu male cōcupiscētie, quam ab infra crudeliter sanientē experior: \* & arefactū est cor meū, spiritus me⁹ omni virore atq; vigore destituitur, vt nihil vltra videatur in me superesse vigoris siue virtutis, ad bene agendum: \* quæ quidē debilitatio, & cordis arefactio, inde mihi etiā puenibat, q̄ præ nimio cordis dolore neglexi sumere cibum, per quē ex tua instittutione debet cōfirmari cor hominis. Dum enim præ nimio dolore & tristitia, immoderato ieiunio me exhaurio, propter cibi defectū mēbris cōtabescētibus, perit corporis vigor, ob continuā actionē naturalis caloris, qui corpori insitus est, perpetuōq; edit siue absumit aliquid: vt si non cōtinuō per cibū fiat deperditi reparatio, necessariū sit corporis vigore deficere. Cibū verò spiritus dū obliuiscor comedere, panē verbi Dei (quod est spiritus & vita, in quo melius, q̄ in corporali pane viuūt homo) dū neglexi comedere, deglutire, ruminare, atq; intra spiritus in timū traicere, merito infirmatus est, merito exaruit in F tra me spiritus meus, videlicet necessario destitutus pabulo. Siquidē vt corporis vigor corporali pane sustentatur atq; fouetur, ita vigor spirit⁹ pane indiget spiritali, neq; sine eo potest anima in suo robore firma cōsistere. 6 Propter vocē gemitus mei, propter dolorē nimium, quē suspiriis, gemitibus, & flētibus testabar, ita exicata sunt ossa mea, vt omni carne cōsumpta adhæserint ossa cuti, quæ admodū illi q̄ multo tēpore cibum nō sumptierunt, sola ossa habere vidētur, cute & pelle obiecta. 7 Assimilatus sum pellicano, solitudinariæ auis, quæ sicut diligit solitudinem, & moratur in solitudine siue in deserto, ita & ego propter nimium animi mœrorē quo penitēs angor, hominū fugio cōfortia publicū fugio, & loca secreta querito, amica mœroribus: \* factus sum quasi coruus nocturn⁹, quasi noctua, aut bubo habitās in secrete & tenebroso aliquo angulo domicilii, qui lucē fugit atq; cōspectū hominū, noctibus autē vigilat, & grauiter cantat velut canticum lugubre. Sic enim & ego lucē & cōspectū hominū fugiēs, per noctem vaco flētibus, & lugubres edo gemitus. 8 Ita vigilauī, in prolixā vsq; G noctē seruās vigilias, ablato præ nimio dolore somno ab oculis meis: & assimilatus sum passerī solitario, habitātī in tecto edificii, qui aliorū fugiēs cōfortiū, cōtinuo clamore, & eo quidē vnico atq; inuariato, clamat fortiter, sed tamen absq; omni modulationis dulcedine. Ita enim & ego elōgauī fugiēs, & mansi in solitudine, expectans eū qui saluum me faceret: ita ego sedens solitarius, & leuās me supra me, vel cōuertens me ad me, recogitauī omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, fortiq; & continuo clamore asperū penitentiæ cantum in clamaui coram te, nihil aliud clamans, quàm peccauī, peccauī, iniuste egi, iniquitatē feci, Dens propicius esto mihi peccatori: Misere mei Deus, misere mei: Parce domine, parce, dimitte, dimitte: respice, respice, atq; his similia aspera cantica. 9 Super hæc autem mala quæ ego abintus grauissima pertuli, accesserunt etiā ea quæ extrinsec⁹ ab aduersariis meis suscepi. Cum enim sic in afflictione & luctu penitentiæ perfleret, aduersarii mei ita me lugentem conspicientes, iugiter probra & conuicia iactabāt in me, & verbis in me scommata iacentes, & H factis vt poterāt turpiter mihi illudētes: \* & qui prius, donec essem eis in peccato socius, me laudabāt, mihi adulabantur, mihi applaudebant, hi postquā ab ipsorū coinquinatione & viis malis me subduxissent, iam coniuauerunt aduersum me, vt omnibus modis quibus possent, mihi illuderēt, mihiq; in proposito penitentiæ obfisterent: \* Illi etiā qui mihi blandiebantur, amicitiam verbis simulabant, & cōfistis adulationibus exteri⁹ applaudere, ac amicitiam ostēdere videbātur, aduersum me cōiurabant, in meum malum definito consilio conueniebant, vt sub specie amicitia incautū in mortē traherēt. 10 Ego autem in nimio dolore positus, panem & cibum (quem ad vitę sustentationem accepi) comedi quasi cinerem, ac si cinis fuisset, absque omni delectatione & refectione: ita insipid⁹ fuit mihi, propter animi dolorē, omnis cibus corporis, nec erat mihi inter panem & cinerem differentia, neq; delectationis multo amplius ex panis esu accepi, q̄ si pro pane sumpsissem cinerē. \* Aut cinerē manducabā tanquam panē, cinerē ac si panis fuisset comedi, panē simul comedi cū cinere qui adhæserat, nō curans quid ederem præ dolore, vt solēt homines plurimum

\* & aruit cor meum:

\* quia oblitus sum comedere panem meum.

Ioan. 9.

6 A voce gemitus mei adhasit os meum carni meæ.

7 Similis factus sum pellicano solitudinis: \* factus sum sicut nyctiorax in domicilio.

8 Vigilauī, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.

9 Tota die exprobrabant mihi inimici mei:

\* & qui laudabāt me aduersum me iurabāt.

10 Quia cinerem tanquam panem manducabam:

A \* & poculum meum cum fletu miscebam.

11 A facie iræ indignationis tuæ:

\* quia eleuans allisisti me.

12 Dies mei sicut vmbra declinauerunt:

\* & ego sicut fennum arui.

13 Tu autem domine in æternum permanes: \* & memoriale tuum in generatione & generationem.

14 Tu exurgēs domine misereberis Sion:

\* quia tempus miserendi eius:

\* quia venit tempus.

15 Quoniā placuerunt seruis tuis lapides eius:

\* & terra eius miserentur.

16 Et timebunt gentes nomen tuum domine:

\* & omnes reges terræ gloriam tuam.

17 Quia edificauit domus Sion:

& videbitur in gloria sua.

afflicti non curiose perspicere quid edāt, aut quā sit mundum quod comedunt: \* sed neq; potus ipse vllam mihi attulit delectationē aut voluptatem: quoniā bibendo à lachrymis nō abstinui, sed tā eas abundanter effudi, vt simul cum potu qui erat in poculo, cōmixtę fuerint. In summa, tantus fuit mœror animi, tanta spiritus angustia, vt ne illa quidē, quæ summā hominibus solent adferre voluptatē, vllam mihi potuerint adferre consolationē. 11 Omnem autem hanc afflictionem ego accepi à conspectu iræ indignationis tuæ, eo quod indignationē tuā aduersum me ostenderis, te mihi demonstrare volueris offensum: \* quoniā tu vehemēter me humiliasti & afflixisti, quasi collisione valida me allidēs ad terrā: quæ admodū solent homines, cū fortiter quippiā voluerint collidere in terrā, illud prius in altum eleuare, ac deinde toto conatu & pleno impetu ad terram proicere: vt tātō sit casus & collisione grauior, quanto est magis in altum facta eius quod proicitur eleuatio. 12 Dies mei abscesserunt & transierunt ad modum vmbre, quæ nullā habet soliditatē subsistētiæ: & cōtinuō imminuti sunt, breuiorēsq; facti, quāto lōgius in viuēdo progredior: quemadmodum vmbra continuō minor apparet, quāto magis ad ipsum corpus luminosum vnde venit vmbra, acceditur: \* & ego continuō defectu sic ad mortē tendens, ad modum herbæ exarui, virore cōsumpto, & exhausto vigore deficiens. 13 Tu verò domine, nequaquam nostri similis, nullum defectum pateris, vigore & fortitudine nō imminueris, neque ad terminū dura tioniæ tuæ appropinquas: sed in perpetua æternitate stabilis & immutabilis perseueras, idem ipse nunc existēs qui eras ante mundi principiū, & ante omne tēpus, atq; idem permanens omnia post vltura sæcula: \* & tui memoria tecum permanet æterna, in omnēs generationes post vlturas celebris futura vt fuit in priorib⁹ generationibus. Indeficiētī enim fortitudine tua & bonitate inexhausta ostēdis in omnibus generationibus tam admiranda opera, vt nūquam possit tui memoria deficere de hominū cordibus. 14 Tu domine qui in prioribus generationib⁹ visus es hominib⁹ dormire, quasi de somno exurgēs, respiciēs tandem aliquando ad Sion: & populi tui miserere, veniēsq; in tēpore cōstituto, vt saluum facias populum tuum à peccatis eorum, & in libertatē restituas: \* venit enim tempus gratiæ Mat. 1. & misericordie ab æterno definitum & præordinatum, quo decreuisti Elia. 4. 6 & misericordiam, tempus illud gratiæ & reconciliatio- 2. Cor. 6. nis, tēpus illud acceptabile & dies salutis adueniet: \* illud (inquam) tempus adueniet, neq; imperpetuum durabit hoc tempus irę, sub quo fuerunt patres nostri in præteritis generationibus. 15 Quoniam seruis tuis, quos mittes in tēpore illo ad edificādum Sion, sanctam tuam Ecclesiam, cōplacebunt lapides eius, Apostoli atq; Apostolici viri, fideles artifices & sapiētēs architecti operis tui, diligēt homines fidem suscipiētēs, tanquā lapides viuos: & quæ admodum artifex complacē Eph. 2. tiam & gratiam habet in lapidibus ad edificium quod intendit cōuenientibus, ita illi per quos tu Sion edificare volueris, gratiā & cōplacentiā magnam habebunt in fidelibus hominibus, qui per fidem apti erūt, vt tanquā lapides viui cōadificētur in habitaculū Dei, vt superadificentur summo angulari lapidi: \* & misericordia cōmouebūtur super terram, cinerē, & puluerem ipsius Sion, id est, etiam super infimos & vilissimos peccatorū existētium vt puluis terræ, qui crediderint prædicationi eorum: facientq; illos ex puluere mortuo fieri lapides viuos, ex peccatoribus iustos, ex infidelibus fideles, vt apti fiāt ad edificium Ecclesiæ domus Dei, & corporis Christi. 16 Et in tempore illo, cum tibi ita placuerit per abundantē tuam misericordiam edificare Ecclesiā, populi, tribus, & linguæ ac nationes alienigenæ, quæ pri⁹ te ignorauerant, agnoscent te, & reuerentur, atq; adorabunt inclytum nomē tuum: \* & per vniversum orbem plurimi reges terrarum agnoscentes magnificentia gloria tuæ, venerabuntur te, & colent vt supremū dominum, agnoscentes te regem esse regum, & dominantium cunctorum dominum. 17 Quia dominus ipse in tēpore placiti edificabit sibi Ecclesiam suam ex lapidib⁹ viuis, ex multitudine populorum fidelium: \* & in ea ipse apparebit in gloria sua manifestabitur palam omnibus in filio suo, quem mittet in carne factū visibilē: \* In gloria quoq; signorū & prodigiorum admirabilium, quæ illo in tempore per adificatores Sion gloriose operabitur, agnoscentur ipse & ma-

18 *Respexit in orationem humilium:*

\* *Et non spreuit precem eorum.*

19 *Scribantur hac in generatione altera:*

Ioan. 3. \* *Et populus qui creabitur, laudabit dominum.*

Psal. 47. 20 *Quia prospexit de excelsis sancto suo:*

\* *dominus de caelo in terram aspexit.*

21 *Vt audiret gemitus compeditorum:*

\* *vt solueret filios interemptorum.*

22 *Vt annuncient in Sion nomen domini:*

\* *Et laudem eius in Hierusalem.*

Ioan. 8. 23 *In conueniendo populos in vnum & reges vt seruiat domino.*

24 *Respondit ei in via virtutis suae:*

\* *paucitatem dierum meorum nuncia mihi.*

25 *Ne reuoces me in dimidio dierum meorum:*

nifestabitur mundo, ostendatque suam fidelibus praesentiam. 18 Iccirco autem edificabit Sion, & manifestabit gloriam suam in ea, quonia misericordia commouebitur dominus, & ad miserendum in flectetur precibus humilium miserorum & afflictorum, qui ad ipsum de tribulatione & afflictione clamauerint, in humilitate supplicantes. Videns enim videbit afflictionem populi sui clamantis ad se de angustia, venietque: vt saluet & liberet eum ab inimicorum tyrannide. 19 Scribenda sunt haec, & digna vtique quae scribantur in generationibus posterioribus, vt omnis generatio quae post ventura est vsque ad consummationem saeculi, misericordiam istam maximam non ignoret, neque obliuiscatur imperpetuum. \* Maxime etiam haec signada & scribenda sunt pro generatione illa ventura, pro populo qui nascetur in plenitudine temporis, pro nouo illo populo, qui spirituali natiuitate ex aqua & spiritu sancto generabitur domino, in Ecclesia noua: \* Et populus ille qui creabitur haec leges & cognoscens collaudabit dominum: generationes post venturae, quae in posterioribus saeculis nasciturae sunt, agnoscentes hanc olim in temporis plenitudine exhibitam sibi misericordiam, cum gratiarum actione in cordis latitia collaudabunt dominum, pro accepto vere summo beneficio. \* Itaque & populus iste nouus, qui in noua Ecclesia generabitur domino, qui haec (de qua nunc vt futura loquimur) misericordiam suscipiet in medio teplo sui, ea suscepta, quam maxime laudabit dominum cum viderint implese omnia Deum quae olim promiserat. 20 Videlicet haec scribantur & signentur in generatione altera, quod in temporis plenitudine Deus pater omnipotens de altissimo tabernaculo & sancto teplo ac throno suo, quod inhabitat gloriosus, benigno aspectu desuper respexit: \* quod dominus (inquam) ipse summus, de summo caelorum, vbi residet, in magnificentiae gloriae suae oculos suae misericordiae benignumque aspectum suum dignatus sit inflectere ad haec infima nostra, ad eos qui in terra ista habitant mortales & ignobiles. 21 Neque vero ad hoc aspexit in haec infima nostra, vt veniret, & iudicaret, ac pderet mundum pro iniquitatibus, per suam rigorem iustitiae, sed ad miserendum potius miseris & afflictis, qui hic super terram iacebant in captiuitate durissima, sub principe tenebrarum, violentissimo & crudelissimo tyrano, vinculis peccatorum & mortis irretiti: qui vt gemere potius sent, certe liberare se non potuerunt: vt horum gemitum exaudiret, & gemetes de tam dura captiuitate, sua misericordia faceret saluos, disruptis vinculis & tyrano deuicto: \* atque vt filios hominum, qui omnes per illum impiu ab initio homicidam interfecti fuerat, & morte damnati, a mortis iugo absolueret, & morti destinatos a morte faceret saluos. 22 Vt ipsi a vinculis peccati ac mortis & diaboli seruitute liberati, in sancta Ecclesia praedicaretur eum gratiarum actione, & decantarēt cum laude nomen domini, annunciarēt etiam & praedicaretur aliis qui adhuc captiui detinerentur oblatam salutis gratiam: \* vtque laudem eius annunciarēt & proclamarent in Hierusalem cinitate sancta, in Ecclesia, quae est vera pacis locus & habitatio. Propter namque suam gloriam & sui nominis laudem, ipse hanc fecit misericordiam cum genere humanum. 23 Vt annunciarēt (inquam) laudem domini in Sion, tunc cum in vnum conuenturi essent populi simul & reges, vt seruiret domino: in tempore scilicet gratiae & die salutis, quando plurimi populi simul conuersi, & in vnitatem fidei congregati, vna constituerent componētque; Ecclesiam, simul & reges ac duces populorum cum ipsis, vt in vnitatem & concordia vno cultu omnes vni famulentur domino. 24 Et ipse populus fidelis, populus Sion & Hierusalem, respondit liberatori ac saluatori domino in via fortitudinis suae, viam fidei ac mandatorum eius fortiter perambulans, & percurrrens alacriter: sic (inquam) respondit, & sic illi loquutus est, dicens: \* Nuncia mihi, indica mihi breuitatem temporis mei, fac me cognoscere quam sit breuis & modica vita mea duratio, vt tanto diligentius atque seruentius, dum tempus est, semper ad te festinē, neque cessem a cursu, donec ad te perueniam. 25 Ne tamen me ex hac vita reuoces, ne me auferas a vita in dimidio temporis mei, antequam constituta dies adueniat, sine implere me numerum dierum quos constituisti mihi, vt non ante tempus in ira tua subito me succidas, sine me ad iustam peruenire aetatem: id est, ad debitam virtutum perfectionem

A \* *in generatione & generationem anni tui.*

26 *Initio tu domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt caeli.*

27 *Ipsi peribunt, tu autem permanes:*

\* *Et omnes sicut vestimentum veterascent.*

28 *Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.*

29 *Filii seruatorum tuorum habitabunt:*

C \* *Et semen eorum in saeculum dirigetur.*

attingere, & in virum perfectum excrecere, fierique consummatum in bono, vt dignē valeat tibi occurrere: & non donec puer adhuc sum, donec adhuc in imperfectione viuo, ante tempus maturitatis, me succidas, sed facias pro tua voluntate in virtutibus consummatum, plenos habere dies, antequam hinc me auferas, aut migrare iubeas: \* & merito quidē ego perfectionem durationis meae postulo, tua enim duratio omnimodis integra & perfecta est absque omni defectu, in omnes generationes & priores & posteriores sese extendens, imo omnes generationes in immensum excedens, vt initium nullum habens ita nec finem. 26 Et tu quidem, domine, in principio temporis creasti terram, eamque in sua firmitate fundasti & constituisti solidam: \* & amplissimi illi caelorum orbis sunt opera manuum tuarum, opera potentiae, sapientiae atque virtutis tuae, quae tu potenter solo verbo creasti de nihilo. 27 Ipsi quidem a suo statu in quo nunc sunt recedēt, neque in ea semper dispositione in qua nunc cernuntur remanebūt: sed tu in aeternum permanes idē ipse, omnino inuariatus & prorsus immutabilis, vt pote qui nec acquirere aliquid possis in teplo, quod non habeas, aut eorum quae habueris, quicquam deperdere: \* & omnes illi veterascent, sine antiquabuntur ad modum vestimenti, quod cum per vetustatem ad extremum denenerit statum suae durationis, in nouari debet. Sic enim & caeli, cum ad finem vsque status huius denenerint, in quo nunc sunt, immutabuntur ad nouitatem maioris gloriae. 28 Et sicut mutari solet opertorium aut indumentum, assumendo nouum pro veteri, ita mutabis illos & in nouabis mutatione gloriosa: & ipsi immutabuntur, sic in nouati, cum liberabuntur a seruitute & vanitate, cui nunc propter hominem sunt subiecti: \* at tu domine prorsus idē ipse semper inuariatus & immutabilis persistis, nullam omnino vel acquirendo vel deperdendo mutationem in teplo admittēs, nec est apud te vlla transmutatio, aut vicissitudinis obumbratio: & tua duratio (quae est aeternitas) nunquam finem accipiet. Est enim aeternitas duratio infinita, neque in initium neque finem habes terminum. 29 Et licet tibi soli haec aeternitatis duratio a te in teplo conueniat, facies tamē ex bonitate tua etiam electos tuos huius tuae durationis secundum partem aliquam participes. Nam filios seruatorum tuorum: quos tibi per Euangelium genuerint sancti Apostoli tui & doctores, facies habitare atque permanere coram te in sempiternum: \* & semē eorum, quod post se reliquerint, posteritas eorum, filii quos spirituali generationi in te per Euangelium genuerint, in sempiternum coram te dirigetur, vt non deficient a conspectu tuo imperpetuum. Nam & in hac militante Ecclesia nunquam fidelibus aberis vsque in consummationem saeculi: & in ventura illa triumphante societate beatorum, perpetuo inhabitabis in medio eorum, eruntque ipsi ante conspectum tuum in saecula saeculorum. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CI.

Versu. 1. Domine exaudi orationem meam. Hunc Psalmum, tametsi vnus quilibet fidelium in poenitentia sua dolens, & in Dei misericordia respirans, ac seipsum consolans, in dono gratiae eius apte possit proferre: videtur tamē non minus congruum futurum, si in persona totius humani generis, vt in ea miseria positi, qua ante Christi erat aduentum, in illa tanta captiuitate & ariditate pronuncietur. Secundum quem modum, nonnulli ad populum illum veteris Synagoga accommodare nituntur deprecationem, quae in Psalmi principio ponitur: quod autē circa medium dicitur, de exhibita misericordia, benigno respectu Dei, aedificatione Sion, & alia quae sequuntur, ad temporalē illam liberationem de Babylonica captiuitate, quae ex Dei misericordia post exactum septuaginta annorum spatium afflictio populo, & de afflictione humiliter clamati fuit concessa. Vnde illud quod dicitur, Venit tempus misereri eius, quia venit tempus, de illo definito tempore septuaginta annorum, quod fuerat per Hieremiam praedictum, exponunt. Quae expositio, nostra nihil prauidicat: cum illa temporalis liberatio de Babylonica captiuitate, signum & typus fuerit verae liberationis per Christum, in tempore gratiae perfectae, de qua Psalmum nos sumus interpretati. Sine autem vnum aliquem accipiamus in hoc Psalmo orantem, siue populum vniuersum gementem pro liberatione, recte quadrat applicationi titulus, qui sic habet, Oratio pauperis, cum anxius fuerit, & corā domino effuderit precem suam. Nam sub huius pauperis nomine, indifferenter vel vnus quilibet spiritu tribulato & contrito corde, vel similiter affectus totus populus fidelis potest intelligi. ¶ Versu. 4. Quia defecerunt sicut fumus dies mei. Generaliter id quidē de omnibus hac vita corporis viuentibus veritatem habet, omnium hominum qui viuunt super terram in hoc mortali corpore dies velut fumum deficere siue evanescere, quatenus vnus cuiusque vita celerrime aufugit, & quanto cyus pertransit, vt postquam transacti

fuert anni multi, sic videatur tota illa duratio præterisse, ac si nihil fuerit. Vnde Psalmo. 89. mille anni dicuntur esse sicut dies hesterne quæ præterit: & anni humane durationis, inibi computantur inter ea quæ pro nihilo habentur. Diligenter autem notandum, quod non dicit, dies suos defecisse velut lignum quod igne consumitur, aut velut stipulam quæ subito ardore multo corripitur, sed fumo suæ vitæ duratione facit similem. Nam cum lignum aut stipula comburitur, aliquid videtur coram oculis relinqui, nêpe cineres aut carbones. Similiter & cū aliud quippiam solidum corrumpitur, remanere aliquid cernimus ante oculos, quod post corruptione rei illius superest. Verum fumus nobis profusus videtur euanescere, ac penitus in nihilum diffuere, quātum ad iudiciū pertinet oculorum: nisi quod ratio nos docet, non posse in nihilū quicquā secundum naturam resolui. Ac secundū hoc totalis illa nostræ durationis deficientia, per cōparationē fumi multo aptius, quā per aliud quilibet exprimitur. Quod autem iam dictum est, diebus malorum atq; bonorum æque conuenit. Omnium enim dies, quasi fumus deficiunt & pertranseunt, & ad mortē æque sapiens & insipiens, iustus & impius, cōtinuō tendūt. Speciali tamē modo de peccatorum diebus dicere possumus, quod ipsorum dies quasi fumus deficiant, quomodo non deficiunt dies iustorum: videlicet quatenus impij tēpus istud sibi à Deo benignissimo donatum ad bene operandum, male expendunt, seruientes vanitati in desideriis & malis concupiscentiis suis, neq; donec lucri & negociationis tēpus est, in Dei præceptis student se exercitare. Propter quod cū nihil in diebus vitæ suæ lucrati fuerint, nisi perditionē & mortem, neq; vllum fructum lecerint, recte speciali modo dicuntur illorum dies velut fumus defecisse: non solum quia ipsi illud tēpus huius vitæ secundum suā substantiam & suū esse pertranst, verum etiā quia ex tempore illo nihil boni fructus impiis remāsit. Iustorum autem dies, licet & ipsi secundum durationē transeant, tamen quodammodo in æternum permanent, nimirum secundum fructum æternum quem in vita labili bonis actionibus studuerūt apud Dei misericordiā promereri. Quomodo enim omnino tempus illud periisse dicemus, quod abscedens, tempus sine tempore, id est, æternitatem vitæ relinquit? Cum enim vitæ huius abscedētis terminus, initium præbeat alterius vitæ nunquā finiendæ, nequaquā dicere nobis licebit, quod sicut fumus dies illi omnino deficiant. Secundum quam considerationē, etiam vulgo tempora illa, aut dies illos nō dicimus periisse, quæ in bonis operationibus vtiliter & cum fructu expendimus. Quæ autem sine bono fructu, periisse nobis (& id quidem iustissime) fatemur. Non enim perditur tempus, non euanescit vt fumus, quod tam solida vitæ beatæ æternitate cōmutatur. Omnino autē periit tempus: quod cum euauerit, terminūque cepērit, nihil vltra vitæ relinquit, nisi perditionē & mortem æternam. Hinc & in alio Psalmo dicitur, Nouit dominus dies immaculatorū. Quæ autē nouit Deus, & quæ ipse ponit ante oculos suos, profecto non omnino euauerunt vt fumus, cuius nulla est memoria cum disparuerit. Manifestum est itaque, locū propositum de dierum huius vitæ defectu, posse duobus modis intelligi, siue generaliter ad omnes bonos atq; malos, siue specialiter ad malos: quomodo recte accipi potest, cum à penitente Psalmus pronunciat, qui confitetur in vanitate se consumpsisse dies suos. ¶ Versu eodem, Ossa mea sicut cremiū aruerunt. Pro cremio in Græco ponitur *σπυρμα*: pro aruerunt verò, *συνεφθηνον*. Significat autē phrygion, aliquid quod frigitur. Vnde ad verbum verti posset, Ossa mea quasi frixū aliquid confrixerunt. Secundum quem fere modum habet Psalterium Romanum, Ossa mea sicut in frixorio (id est, in patella frixoria) confrixerunt. Nostra autē lectio, pulchre apteque; eandem exprimit sententiā, pro eo quod frigitur, ponēs cremiū. Nihil enim est quod sic igne solet frigi, vt cremiū. Tam diu enim in frixorio torreretur permittitur, donec vel minimum aliquid pinguedinis in eo fuerit reliquum. Quin & ferro instrumēto solet ad patella latera igne velut candentia fortiter cōprimi, vt omnis ex eo per vim ignis extorqueatur pinguedo. Pulchre quoque; eandem sententiam expressit Hieronymus, dicens, Ossa mea quasi frixa contabuerunt. Ossa autem ista, in Elucidatione indicauimus intelligi posse, vel corporis ossa, vel spiritus: & hanc confrixionem siue arefactionē, posse item de corporali vel spiritali defectu intelligi. Qui enim in multo dolore est positus, spiritu tristitia (iuxta verbum Sapientis) exiccante ossa medullis consumptis, vehementer deficit, solitūque; priuatur corporis robore. Frequenter etiam anima ossa, id est, vires & potentię exhauriuntur, flaccescunt, deficiunt, ac velut enervantur, fiuntque omnia torpida, & ad bonum pigra, cum nimia fuerit & nimium proluxa tribulatio. Tristitia enim per se vires animę dissoluit, & torpidas facit, vt nihil boni agere libeat. Specialiter etiam confrixantur & exhauriuntur ossa animę, quasi cremiū, per seruētē male concupiscentię ignem: qui ignis vbi sequere permittitur, mirum in modum cunctas exhaurit & enervat animę vires, vt ad omne bonum fiant impotentes. Vnde cum penitens hunc Psalmum pronūciat, recte de tali arefactione poterit partem istam intelligere. ¶ Versu quinto. Percussus sum vt fennum, & aruit cor meum. Sol dicitur percutere herbam, vel gramen, vel aliud quippiam, cū suo vehemēti ardoris estu flagrans, noxamentum infert virori illius: vt flaccescere, arefcere, languere, vel exiccari ipsum faciat, eo quod sui ardoris vehementia super ipsum ceciderit. Aestus autem iste vel ex dolore afflictionis intelligitur, quæ Dei permissione affligi homo finitur, vel ex feruore (quē iam diximus) malæ concupiscentię. Ab vtroque enim aestu contingit percuti hominem vt areseat. In parte autem secunda, quod dicitur de pane quem oblitus est comedere, id similiter vt priora, vel de corporali, vel de spiritali pane, potest exponi, quemadmodum in Elucidatione indicauimus.

**Deut. 8.** Quomodo autem panis aliquis sit spiritalis, Saluator monstrat in Euangelio, cum tentatori respondens ait, Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Et iterum ad discipulos, Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me. Hunc autem obliuiscuntur manducare, qui mandata & verba Dei negligunt meditari, atque intra cordis intima traicere,

Psal. 36.

Prov. 17.

Deut. 8.

Matth. 4.

Luca. 4.

Ioan. 4.

Ioan. 6.

**A** vt inde pascantur: quoniam spiritus & vita sunt. Cuiusmodi neglectores impossibile est non continuo in spiritu deficere. Vt enim in corpore est calor corporalis, qui cōtinua sua actione aliquid deperdit humoris siue vigoris corporalis, nisi per alimentū prospiciatur, vt cōtinua fiat deperditū reparatio: sic est in homine ignis concupiscentiæ carnalis, qui semper ad malū sollicitus atq; ab omni bono auocans, sic continuo velut hauriat animā suo vigore, quantum ad bonum virtutis, eamque in bono debilem & infirmā reddit, nisi per continuam meditationē diuinorum eloquiorum & iugem ruminationem diuina legis, anima prospiciatur aduersus illius malæ astus prauam actionem. Ac de pane isto spiritali manifeste exponit Paraph. Chald. quæ hoc loco habet, Oblitus sum legem doctrinæ meæ, id est, legem quā sum edoctus, quam didici à Deo. ¶ Versu sexto, Adhæsit os meum carni meæ. Caro videtur pro cute posita. Vnde Threnorū quarto, vbi translatio nostra habet, Adhæsit Thre. 4: curis eorum ossibus, aruit & facta est quasi lignum, in Hebræo habetur vocabulum significans carnem, sed pro cute ponitur. E contrario verò interdum cutis pro carne ponitur. Sunt enim hæc sibi inuicem proxima, vt facile accipi possit alterum pro altero. ¶ Versu septimo, Similis factus sum pellicano solitudinis. Per cōparationem harum auium quæ hic exprimitur, præcipue suā quærit exprimere desolationē. Pellicanus solitudinis siue deserti dicitur, quod solitudinem siue desertū quærat, publicum fugiens, vt solent homines amaro & afflictio animo, quibus est grauis atque molestus omnis tumultus multitudinis. Nycticorax autē in domicilio, auem significat lucifugā & quarentem tenebras, quæ cōparatio recte etiam animo contribulato cōpetit, quærenti tenebrarū latibula. Est autem nycticorax Græca vox secundum suam cōpositionem significans nocturnum coruum. Si quidem Græcis vñ significat noctem, ut post verò coruum. Vnde vñ, ut post, noctis coruum vel nocturnum coruum valet. Et putant quidam significari vespertilionem, quæ nocte volitat: sed melius noctuam intelligimus siue bubonem. Nam beatus Hieronymus, pro nycticorax in domicilio, vertit, bubonem solitudinum. Felix, nocticoracē vel bubonem denotationem, vertit: id est, habitātem in loco deuastato, derelicto, & solitario. Pro pellicano autē, priore loco quidam vertunt onocrotalum vel monedulā. Hieronymus autem nobiscū vertit pellicanum. Perparum autem refert, quid legatur: quoniam nō tam auium proprietates vllę specialis quærentur, quā ipsa solitudinis desolatio. Et ipsi quoque; Hebræi non consentiunt in huiusmodi auium ceterarūque; specierum animalium nominationibus, plurimūque; ab inuicem in his dissentiunt. ¶ Versu nono, Qui laudabant me, aduersum me iurabant. Laudantes istos in Elucidatione exposuimus eos qui olim ante conuersionē nos laudabant, cum essemus ipsi peccatorum socii: qui postmodū penitentiæ propositū sectari volentes persequuntur, ad pristinā vitam mala sua vexatione pertrahere molientes. Cui consonat, quod in tertio penitentiā Psalmo pluribus verbis dicitur, Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Et qui iuxta me erant, de longe steterunt, & vim faciebant qui querebant animam meā. Secunda quoque; interpretatione indicauimus significari eos, qui verbis simulatoriis & fictis adulatur, vt sub specie amicitia siue boni facilius noceant. Possumus tamen his tertiā adicere intelligentiā, vt laudantes accipiamus per contrariū, pro deridentibus siue deludentibus. Solemus enim effectis laudibus deludere. Atque ita sensus erit, Deludentes vel deridentes me aduersum me iurabant. Pro quo facit, quod vertit Felix, Deludentes me, vel dicentes me stultum, vel deridentes me, in me iurauerunt. Nec dissonat quod habet Chald. Paraph. Blasphemates siue conuicianes verbis, iurantēque; in vanum. Ad quem etiā sensum reduci potest quod vertit Hieronymus, Exultantes per me iurabant. Exultant enim in illusione, qui derident. ¶ Versu decimo, Quia cinerē tanquam panem manducabam. Potest hæc oratio accipi secundum transpositionem verborū, ad hunc sensum, Panem sicut cinerem comedi, secundum quem fere modum apud Poetam dicitur, Perflauit fistula buccas, loco huius, Perflauit buccæ fistulam. Atque ita significat dolens, panem sibi non magis quā cinerem fuisse lapidum, & absque; omni delectatione se cibum manducasse, æque ac si manducasset cinerem, in cuius esu manifestum est nō esse voluptatem. Secundo accipitur hæc oratio secundum proprium situm partium, vt sit sensus, Comedi cinerem loco panis. Perinde mihi fuit, siue panem siue cinerem manducarem. Iuxta quam sententiam quidā ex Hebræo vertunt, Cinerem loco panis comedi, vel comedi cinerem simul cum pane, quasi nō discernens inter panem & cinerem, nec curans à pane abstergere adhærentē, vel abscindere coctione adglutinatum cinerem. Atque ita vertit Felix, Quia cinerem vnā cum pane comedi. ¶ Versu vndecimo, Quia eleuans allisti me. Hoc sermone significare videtur grauem collisionem, & vehementem contritionem. Quæ enim in altum eleuata in terram proiicitur, fortius alliduntur, & vehementius conteruntur. Iuxta quē modum, in Elucidatione nos sumus interpretati. Potest tamen etiam aliter intelligi, secundum quod in alio Psalmo dicitur, Exaltatus autē, humiliatus sum, & cōturbatus. Quosdā enim Deus post magnā exaltationem humiliat, quorū tanto est casus grauior, quanto erat gradus altior, ad quem fuerant exaltati. Quod de toto genere humano facile est intelligere. In sublimi siquidē nobilitatis gradu Deus hominem constituerat ab initio: vnde illum in lapsum miserandū permisit corruiere. Specialiter etiam singularibus hominibus id frequenter accidit, vt post magnā exaltationē in graues tentationes permittantur ex Dei dispensatione incidere. De qua re, præsentem versum non incongrue licebit accipere. ¶ Versu decimoquarto, Quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. Tempus miserendi eius, valet, vt, vel quo miserearis eius. Vnde Hieronymus ex Hebræo sic vertit, Quia tempus est, vt miserearis eius. Secundo autem loco, cum iterū dicitur, quia venit tempus: in Hebræo alia dictio est, quā in loco priore. Hic enim simpliciter tempus ponitur. Dictio autem quæ secundo loco habetur, non significat simpliciter tempus, sed quasi tempus definitum, siue ex pacto atque con-

Thre. 4:

Psal. 37:

Psal. 87.



dicto constitutum. Propter quod explicandū, beatus Hieronymus in sua versione & tempus & p-  
 ctum constituit, hoc modo, Quonia venit tempus, quoniam venit pactum: quod vno sermone dice-  
 re potuisset, Tempus pacti vel tempus conditi, siue tempus conditum: & constitutum, videlicet ad  
 miserandū: quod aliqui (vt iam antē diximus) exponunt de impletionē. 70. annorū: nos verō de tem-  
 poris plenitudine, de tēpore acceptabili, & die salutis, cuius meminit ex Esāia Propheta Paulus apo-  
 stolus capitulo sexto Epistola posterioris ad Corinthios. ¶ Versu 15, Quoniam placuerunt seruis  
 tuis lapides eius. Quomodo lapides, ex quib⁹ Sion edificata est, cōplacuerint seruis Dei architectis  
 illis & edificatoribus sanctis Apostolis, per quorū ministerium edificata est, ex ipsorū scriptis, ge-  
 stis & passionibus euidentissime cognoscimus. Quid enim aliud omnia Apostolorū scripta testan-  
 tur, quā immensum quendā summā charitatis affectum, quo fideles suos, lapides Sion, diligebant:  
 quos vt filios charissimos, affectu plusquam paterno siue materno complexabantur, vt cuperent &  
 sua omnia impendere, & seipsos superimpendere pro animabus illorum: Quid aliud sibi volunt tan-  
 ti illi labores, quos causa horum lapidū in vnum hoc edificium pariter colligēdorum, subierunt?  
 Quid aliud denique insignes illi martyriorū agones, quibus tam viriliter pro nostrē salutaris fidei  
 cōfirmatione decertarunt? Verē ergo placuerunt seruis tuis lapides Sion, id est, dilexerunt eos, & be-  
 neplacentes habuerunt. Terrā autem in secunda parte versus accipe pro puluere. Nam ita sonat di-  
 ctio Græca χυμῶν, hoc loco posita. Vertit etiam ita Hieronymus, & ceteri ex Hebræo interpretes, Pul-  
 ueri eius miserabuntur. Per puluerē autem conuenienter intelligimus vilissimos filiorū hominum,  
 qui erant velut cōculcatio pedum, quibus etiam Deus in tempore gratiē misericordiā contulit. Nō  
 enim tantum ad lapides vsq; non solum vsq; ad eos, qui aliquid esse videbantur, verum etiam ad in-  
 finitum vsq; puluerem saluandum se humiliavit, qui nostrum puluerem in sese assumere est digna-  
 tus Iesus Christus dominus noster in sæcula benedictus, Amen. ¶ Versu 19, Scribantur hæc in gene-  
 ratione altera, &c. Intelligi potest, in generationibus aliis posterioribus, vel specialiter de gene-  
 ratione noua quæ erat ventura in tempore gratiæ, de qua dicitur Psal. 21. Annunciabitur domino ge-  
 neratio ventura. Pro quo etiam facit, quod in Hebræo habetur, generatio nouissima, quemadmodū  
 legit Hieronymus ac ceteri ex Hebræo interpretes. Quauis & hoc conuenienter sic posset intelli-  
 gi, Scribantur hæc etiam in generatione vel pro generatione nouissima, id est ita vt etiā vltima ge-  
 neratio cognoscat & intelligat: vt significetur, in aternū misericordiæ Dei nō futuram obliuionē.  
 Præpositio autē in, cum dicitur, In generatione altera, videtur posita loco pro, vel ad: vt sit sensus,  
 Scribantur hæc pro generatione altera, vel ad generationē alteram: vel per datiuū, ipsi generationi  
 alteri. ¶ Versu 21, Vt solueret filios interemptorum. Facilius est quod in Hebræo ponitur, Vt sol-  
 ueret filios mortis, hoc est, morti deuotos, destinatos siue addictos, cuiusmodi erant omnes filii ho-  
 minū. Iuxta quam sententiā habet Chald. Parap. Vt solueret eos qui morti traditi siue additi sunt.  
 Et Felix, Appropinquantēs morti, vel iudicatos ad mortē interpretatur. In quam fere sententiam  
 etiam nostra lectio reduci potest, vt in Elucidatione monstrauimus. ¶ Versu 23, In cōueniendo popu-  
 los in vnum & reges, vt seruiant domino. Clarius hoc ita legit Hieronymus, Cū congregati fuerint  
 populi simul & regna, vt seruiant domino. Cum autē loco regum ponit regna, hoc ipso indicat, sub  
 regibus debere populos simul quibus præsumt cōprehendi. ¶ Versu 24, Respondit ei in via virtutis  
 suæ. Per virtutē, hoc loco non accipias bonitatem. Significat enim virtus hic non aliud, q̄ robur aut  
 fortitudinē, id quod tam ex Hebræo, q̄ ex Græco est euident. Vnde non ad intentionem Psalmi lo-  
 quantur, qui viam virtutis suæ exponunt, viā bonitatis & æquitatis Dei: sed via fortitudinis debet  
 intelligi. Sciendū tamen q̄ hunc locū diuersi diuersimode exponunt. Alii enim pro supposito verbi  
 respondit, cōstituunt Deum, & eundē pro antecedente relatiui suæ assignant, ad hunc sensum, Re-  
 spondit dominus populo suo in via fortitudinis suæ. Cuius lectionis potest hic accipi sensus, Cum  
 cōgregarentur populi in vnū, & reges vt seruiant domino, nō defuit suo populo Deus, sed ipse be-  
 neficio gratiæ suæ illis respondit, illis satisfecit (vt ita loquamur) illorū bonam voluntatē & pium  
 desideriu sua gratiā adimplens: sic, inquam, eis respondit in via suæ fortitudinis, id est, iuxta viam  
 suæ fortitudinis, iuxta quod potēs est in auxiliando, & fortis vt auxiliū præbeat populo suo. Quod H  
 autē deinde subsequitur, Paucitatē dierum meorū nuncia mihi, &c. Vox est populi alloquētis adiu-  
 torem dominū. In Elucidatione verō pro supposito verbi respondit, accepimus populū, itēmq; pro  
 antecedente relatiui suæ, ad hunc sensum, Populus domini, Sion & Hierusalē, respondit ei suo do-  
 mino in via suæ fortitudinis, id est, alloquutus est dominum in via, per quā in fortitudine currebat  
 post ipsum, dicens, Paucitatē dierum meorum, &c. Quam interpretationē in Elucidatione semel po-  
 sitam nō replicamus. Hebraica tamen lectio cum neutra iam dictarū expositionum cōsentit, de quo  
 videre poteris in annotationibus ex Hebræo. ¶ Versu 25, Ne reuoces me in dimidio dierum meorū.  
 Inuenimus in scripturis dierū plenitudinē, inuenimus & dimidium. Atq; hæc non secundū tempo-  
 ris mensuram simpliciter accipiuntur, sed potius secundū perfectionem virtutum. Vnde de anno-  
 rum plenitudine apud Sapientem ita legimus, Consummatus in breui, expleuit tempora multa. Et  
 iterum, Senectus venerabilis est, nō diuturna, neq; annorum numero computata. Cani enim sensus  
 hominis, & atas senectutis vita immaculata. Et hæc est illa ætatis perfectio, de qua Paulus apud  
 Ephesios loquitur, dicens, Donec occurramus omnes in virum perfectū, in mensuram ætatis pleni-  
 tudinis Christi. Nam in cōsummatione fidei atq; virtutū, vult fideles fieri perfectos viros, & iustam  
 quantitatem siue mensurā ætatis accipere, vt digni sint Christo, & in illo pleni inueniant. Per oppo-  
 situm verō, dimidium dierum tantum habent, qui nondum in Christo iustam & sufficientē perfe-  
 ctionem habent, qui cōsummati nondū in Deo sunt, minus habentes q̄ habere oporteat, siue quādam

A requirat Deus. Hinc etiā pueros centum annorū nouit scriptura, qui nondū ad dimidium dierum  
 peruenerunt, annū agentes centesimū, cum adhuc pueri nuncupantur. Et puer centū annorum (in-  
 quit Esaias) maledictus erit. Et in alio Psalmo scribitur, Viri sanguinum & dolosi nō dimidiabunt Esaias. 69  
 dies suos. quod cōuenienter ad propositam sententiā potest exponi. Et frequēter Paulus apostolus Psal. 54.  
 pueros vocat, quamuis secundū ætatem viros, eos qui nondū in fide & virtutibus perfecti sunt. Me-  
 rito ergo oramus, nō auferri in dimidio dierum, sed magis petimus plenitudinē dierum donari no-  
 bis, id est, cōsummati fieri in fide, virtutib⁹ atq; operibus bonis, antequā hinc auferamur: videlicet Apoca. 3.  
 metuētes, ne illud audire nos cōtingat, quod in Apocalypsi cum increpatione dicitur, Nō inuenio  
 opera tua plena corā Deo, & ne cum fatuis virginibus in dimidio dierū subito præcepseris, tantū  
 opera tua plena corā Deo, & ne cum fatuis virginibus in dimidio dierū subito præcepseris, tantū  
 lampades inueniamur manibus tenere, destituti oleo. Quidā verō dimidium istud dierū accipiunt  
 secundū literam, de medio tempore ætatis humana. Videtur enim tempus hoc, quo homo vivit in  
 medio vitæ, esse minus ad mortē commodum: quoniam tunc solent vt plurimum homines esse minus  
 boni. Optima verō mors est, quæ in optimo statu hominē inuenit. Vnde ad oculū cernimus, quos-  
 dam eorū qui in ætate puerili atq; etiam in adolescentiā, qualemcunq; vitam duxerunt, fueruntq;  
 studiosi vt cunq; virtutū & bonarum actionū, vbi ad ætatem virilem peruenerint, ad vitā suā dimi-  
 dium, Deum derelinquere, & penitus se vel impudicitia tradere, vel auaritiæ mancipare, aut ambi-  
 tionē inferuire, atq; ita prorsus Deum negligere: vt multo huiusmodi melius fuisset in ætate mino-  
 ri tolli de medio, q̄ in vitā suā dimidio. In senectute verō (quæ est dierū hominis vltimum) nō ra-  
 ro fit, vt appropinquante fine, & deficiente corporis robore, plarique agant penitentiā vitæ prio-  
 ris, passionibus quæ vigeant in ætate priori in vitā dimidio, iam vel in totū cessantibus, vel vt mi-  
 nimū aliqua ex parte sedatis. Et castigantur tum ipsi de manu domini, variis morbis & miseriis,  
 quibus ætatis prioris delicta purgantur, cū vt de manu domini, cū patientiā & gratitudine fuerunt  
 suscepta. Vnde multo est salubrior mors istorū, in dierum vltimo, q̄ fuisset in dierū dimidio. Adde,  
 q̄ in pueritia siue adolescentiā, priusquā rebus huius mundi impliciti sunt homines, & malitiā factū  
 li experti, parū sibi metuētes, propter qualemcunq; innocentiam, & non ita multū vitæ huius rebus  
 impliciti, facile se ad mortē domino vocante resignant, & libenter pulsanti domino aperiunt ostiū.  
 Necdum enim penitus illis viget mūdus, neq; curis vxorum, filiorū, familiæ, aut aliarum similitum  
 rerum sunt impliciti, neq; habent quæ illos multū remorentur. Senes quoq; corpore penitus defi-  
 ciente, morte iam multo antē expectata, & ipsi plerunq; facilius se dedunt in manus domini, &  
 venienti occurrere solent, si est in illis quicquā vera sapientiā. In medio autē dierum, quando ma-  
 xime homini flores mundus, quando iam diuitias, honores, gloriam incipit possidere, letari in vx-  
 o & liberis, in familia, prædis, aliisq; huiusmodi, quā es amara mors eiusmodi hominibus, q̄ re-  
 C luctantes tu huiusmodi prosteris, siquādo in illos venenato tuo telo desuauire te cōtingerit. Solent  
 enim huiusmodi ægerrime reddere animā, & vix induci possunt, vt ad mortē se dignam Deo præpa-  
 rent, nō credentes in medio suo robore, ita se posse morbo superari: & tam ardēs est adhuc affectus  
 erga eam in qua demorantur substantiā, vt non nisi maxima difficultate ea se possint auelli. Pro-  
 pter quod, per Sapientem recte dicitur, O mors, quā amara est memoria tua homini habenti pacē Ecclē. 47  
 in substantiis suis, viro quieto, & cuius via directā sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere ci-  
 bum. Hæc ergo consideratione, secundum formā præsentis versiculi, quidam sic merito existimant  
 orandū, vt non reuocet nos Deus in dierum nostrorū dimidio. Altera autē sententia illa prior ma-  
 gis est spiritalis, & spiritaliter oranti magis cōgruit. Non est enim hominis, Deo præscribere tem-  
 pus, quādo auferri velit de medio. Hoc tantū orat, vt mortē bonam consequatur: ceterum, quando,  
 vbi, aut quomodo, in Dei manu relinquat, qui p̄ nostra vtilitate nouit cūcta sapiēter administrare.

CII. PSALMI ARGUMENTVM.

P salmus iste exhortationem continet ad laudem Dei, pro immensis & innumeris eius beneficiis, quæ misē  
 ricorditer præstitit humano generi: peccata dimittens, infirmitates sanans, a morte redi-  
 mens, in misericordia coronans, desiderium adimplens bonis, iuuentutē renouans, misericordiā & iudi-  
 D cium faciens oppressis, legem directricem ferens populo, propter nimiam misericordiam nō irascens imperpetuū,  
 neq; seuerē agens cum suis, etiā peccantes electos non pro exigentiā & condignitate demeriti puniens, sed pa-  
 terna disciplina ad emendationem potius corripiens, propter misericordiam super omnes electos confirmatam,  
 qua etiam longissime a peccatis abicit peccata, affectu plusquā paterno erga nos affectus, cognoscens quale  
 simus figmentum, quodque non aliud quā puluis & terra sumus, & durationis permodicæ, ad modum graminis  
 virentis, & floris exorientis, quorum est viror & pulchritudo nimium instabilis. Atque hæc omnia vsque ad  
 versum decimum sextum. Vbi deinde, Dei misericordiam simul & iustitiam, siue veritatem prædicat erga om-  
 nes fideles seruos, qui solliciti sunt obseruare mandata domini. Versu autem decimonono, eius gloriosa in celis  
 sede & imperio vniuersi prædicatis, sequentibus deinde versibus, angelicos exercitus ad collaudandum in-  
 uitat, simul & vniuersa opera altissimi, vt omnis creatura in laude verjetur creatoris.

CENTESIMISECVNDI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Benedic anima mea domino:



Mea anima, creatura nobilis, & dignitate nimium excelsa,  
 te hortor ad laudem domini Dei, qui in sua natura condi-  
 dit omnia, ac te peculiariter rationalem esse fecit, vt il-  
 lum posses agnoscere, agnatum laudare: insuper & ima-  
 ginem suam in te impressit siue inspirauit, siueque fecit capacem,

\* *Et omnia que intra me sunt, nomini sancto eius.*

Psalm. 112. 2 *Benedic anima mea domino:*

\* *Et noli obliuisci omnes retributiones eius.*

3 *Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis:*

\* *qui sanat omnes infirmitates tuas.*

Psalm. 9. 1. Cor. 10. 4 *Qui redemit de interitu vitam tuam:*

Psalm. 32. 118. 144. 1. Cor. 1. 1. *qui coronat te in misericordia & miserationibus.*

Jacobi. 1. Luca. 1. 5 *Qui replet in bonis desiderium tuum:*

\* *renouabitur ut aquila iuuentus tua.*

6 *Faciens misericordias dominus & iudicium omnibus iniuriam patientibus.*

7 *Notas fecit vias suas Moysi:*

\* *filiis Israel voluntates suas.*

Psalm. 147 8 *Miseratur & mise-*

vt eo tu in aeternum perfrueris: \* quęcunq; intra me sunt, etiam in-  
tima mihi, omnia membra, omnes vires, siue ex parte corporis, siue ex  
parte animę mihi inexistētēs, omnia hæc interiora mea, vos ego inui-  
to & exhortor ad dandā laudem & confessionem sancto nomini eius,  
quod est benedictū in omnia sæcula. 2 Iterū tibi dico, o mea anima,  
rursum te exhortor creatura nobilis & excelsa, dominū Deū creatorē  
tuū celebra, laude qua poteris, tam pro temetipsā, q̄ pro vniuersis mi-  
rabilibus operib⁹ eius: \* & caue diligentissime, ne ingrata inueniaris  
beneficētissimo creatori tuo, caue negligas, vel obliuiscaris beneficia  
Dei tui, tāta & tam multa, quę tibi præstitit, de nihilo te creando, sua  
imagine atq; similitudine te insigniēdo, ceteris omnibus secundū no-  
bilitatē auferendo, & ad vētura inæstimabilia bona præparando: ca-  
uendum vtiq; tibi est, ne post tāta accepta beneficia, o anima mea, ta-  
ceas à laude talis benefactoris tui, quasi vel nō acceperis, vel nō atten-  
das beneficia eius. 3 Vt enim illa taceā maxima, quę ad naturalē di-  
gnitatē & sublimitatē attinent, & illa quę gratia sunt cōmemoremi:  
ecce ipse est, qui solus dimittit tibi peccata, qui solus te potest saluam  
facere ab omnibus tuis iniquitatibus, quantūcunq; magnis, quantū-  
libet multis, quocūq; tandē modo, siue cogitatione, siue loquutione,  
siue opere paratis: qui tā potens est, vt possit te à peccatis emundare,  
& tā bonus atq; misericors vt velit, quotiescūq; ex vero corde iniqui-  
tatis tuę egeris penitentiā: \* ipse solus tuus est medicus, qui te po-  
test & vult curare ab omnibus vulnerib⁹, sanare ab omnib⁹ infirmita-  
tibus, id est, ab omnibus defectibus atq; miseris facere liberā, & in bo-  
na spiritus valitudine cōfirmare: quomodo medic⁹ corporalis corpo-  
ralia sanat vulnera. 4 Ipse est qui tuā vitam redemit à morte, qui te  
à morte custodit vel liberat, qui etiā in grauissimis periculis te præfer-  
nat ne aborbearis à morte: sicq; à portis mortis te exultat, faciens cū  
tentatione prouentū, vt sustinere possis, atq; etiā, si in mortē te con-  
tingerit incidisse, ipse est qui te potest de faucibus mortis eripere, mor-  
tis cōdemnationem auferre, & in spem vitę æternę restituere: sicq; de  
ventre inferni reducere: quomodo genus humanū sub morte conclu-  
sum, saluauit à perditione interitus, & ad spem vitę reparauit: \* ipse  
est qui te coronat & circūcingit misericordia sua inexhausta, qua ple-  
na est terra, & indeficientib⁹ miserationib⁹, quę sunt super omnia ope-  
ra eius: qui ex omni parte abundantissime tibi puidet, & cumulatis-  
sime te adornat, ne quicquā tibi defuit in vlla gratia, donec tandē omnis  
boni accumulatione perfecte te scelicem reddat. 5 Ipse est qui tuum  
desideriū adimplet in omnibus verē bonis, qui solus potēs est huma-  
num adimplere desiderium, qui tibi dat petitiones cordis tui, qui tibi  
omnia quę petieris, abundatē tribuit, & nō impropere, elurientib⁹;  
adimplet bonis: \* per quem iuuentus tua renouatur ad modum reiu-  
uencens aquila, qui te à corpore & defectu malę senectutis spiri-  
tualis potest ad vigorem debitū & fortitudinē bonā restaurare, sicq;  
velut à senectute ad iuuentutem reparare, etiam si ad maximā vsq; se-  
nectutem deuenisses, cuiusmodi est aquilarū senectus. Et cum te à se-  
nectute ad iuuentutē reparauerit, erit ista tua iuuentus, quasi iuuetus  
aquila, viuacissima scilicet, & ad excelsa petendū celestiaq; contem-  
plandū validissima: quomodo aquila in iuuetute sua viuacissima est,  
& ad volandum in excelsum præualida, in super & ad contuendum So-  
lis rotā irreuerberatis oculis sufficiens. 6 Ipse est qui misericordiā  
& iudiciū facit cum omnibus patientibus iniuriā, per misericordiam  
illis subueniēdo, vel de tentatione & oppressione eripiat patiētēs, vel  
in tentatione cōfirmet sua gratia: per iudiciū verō, oppressos liberan-  
do, & opprimentes iusta vltione puniendo. 7 Ipse notas fecit Moysi  
patri nostro vias suas: præcepta, mandata, & iustificationes, in quib⁹  
ambulare & viuere voluit populū suum, Moysi ipse omnia reuelauit:  
\* ac per hunc deinde omnes filios Israel cognoscere fecit voluntatē  
suam, cuncta videlicet quę ab illis voluisset obseruari. Per hunc enim  
dominus legē dedit populo suo, qua significatur & exprimitur volun-  
tas legem dantis: quod indubie magnū est beneficium, sic lege calitus  
data est in densissimis huius mundi tenebris Dei voluntatem reuela-  
ri, tanquam si per tenebrosam viam in multo periculo ambulanti-  
bus, subito quis claritatē lucis attulerit. Neque taliter omni nationi fecit  
dominus, neq; iudicia sua omnibus sic manifestauit. 8 Ipse est cui

A *ricors dominus:*

\* *longanimis:*

\* *Et multum misericors.*

9 *Non imperpetuum irascetur:*

\* *neq; in aeternum cō-*  
B *minabitur.*

10 *Non secundum pec-*  
cata nostra fecit nobis:  
neque secundum iniqui-  
tates nostras retribuit  
nobis.

C *Quoniā secundum*  
altitudinem celi à ter-  
ra corroborauit miseri-  
cordiam suam super ti-  
mentes se.

12 *Quantum distat or-*  
tus ab occidente, longe  
fecit à nobis iniquitates  
nostras.

D *Quomodo miseretur*  
pater filiorum, misertus  
est dominus timentibus  
se:

\* *quoniam ipse cogno-*  
uit figmentum nostrum.

propriū est misereri & parcere, semper misereri solitus omnibus mise-  
ricordiā postulantibus, vt est natura clemēs atq; misericors, imō ipsa  
misericordiā: \* est lōganimis & patiens, nō statim vindictam inferēs  
peccātib⁹, nō continuō in peccatorē cōdemnationis sententiā pro-  
nunciās, sed longanimitate sua & paciētia inuitans peccatorē ad pōtē Rom. 2.  
nitentiā, ita vt quodāmodo stet expectans, donec misereatur nostri: Eiaī. 30.  
\* & est in omnibus supra modū misericors: præ oibus quę in eo præ-  
dicantur, effulget & eminet misericordia, qua plena est terra, quę est  
super omnē carnē, quę super exultat iudiciū, quę est à pgenie in pro- Psalm. 32.  
genies omnibus timentibus eum. 9 Et quia sic clemens est, & multū Psalm. 118.  
misericors, fieri non poterit, vt nihil nisi irascatur, & in finē penitus Iacob. 5:  
irascatur aduersus genus humanū, ita vt nūquā se placari permittat: Lucę. 1.  
sed postquā aliquandiu iratū se monstrauerit, ppter iustitiā, superuini-  
cet misericordiā, & ea flectetur ad miserēdū atq; parcendū infirmo gē-  
neri: \* & licet aliquandiu videatur cōminari, videat dura loqui, minas  
intentare, ostentare terrores, vel in verbis increpatoriis per ora pphe-  
tarū aut scripturę sanctę, vel etiā in plagis & afflictionib⁹ tēporali-  
bus, nō id tamen perpetuō durabit, sed opportuno tēpore recordabi-  
tur misericordię suę, & vultū benignū demōstrabit penitēti populo,  
& blandius cū eo aget cōuerso, cū quo durius antē egerat, vt ad peni-  
tentiā adduceret delinquentes. 10 Et licet subinde ad correptionē  
delinquentiū, terribiles plagas immittat in populū suū, semper tamē  
superuincit misericordia, in eo quod longe infra cōdignitatē sceleris  
punit peccatū, neq; secundū proportionē ad patratam malitiā suffi-  
cienter dignā infert peccātib⁹ penā, nō satis pro demerito, puniē-  
do delicta, si rigore spēctemus iustitię ac iusti iudicii eius. Nos enim Iacobi. 3:  
quodēst offendimus in multis, & grauitur nimīū subinde offendim⁹:  
ipse tamen nō statim, neq; semper adhibet vltionē. Et cū subinde ad  
vindictā extendit manū suā, non iuxta cōdignitatē demeriti, extremo  
rigore punit seruos delinquentes, sed paterna correptione siue discipli-  
na vtiliter corripit: nō vt damnet, sed vt saluet electos, & vt nō in ater-  
num pereant, si impuniti permaneāt in impietatibus suis. 11 Nā se-  
cundū altitudinē celi à terra, quantū altius est celi à terra, ita domi-  
nus corroborauit, cōfortauit, præualere fecit, & super exaltauit suam  
misericordiā super oēs qui timent eū: longe superat misericordia ei⁹  
omnē nostram malitiā, neq; fieri potest vt aliquādo exhauriatur vel  
destruatur Dei misericordia nostra quantūcūq; & quālibet multipli-  
cata malitiā: nō potest esse tāta nostra iniquitas, cui nō possit ppitia  
ri illius misericordia, si in vero corde egerimus penitentiā. 12 Ipse  
est qui à nobis penitētibus longissime pfligauit & elongauit iniqui-  
tates nostras secūdū maximā distantia, cuiusmodi est distantia orientis  
ab occidentē, hoc est, purissimos nos fecit à peccatis nostris, & plenissi-  
me abstulit, amouit, & separauit à nobis penitētibus peccata nostra,  
tanq̄ si nunq̄ fuisset in nobis, nec facile possint ipsa ad nos aut nos ad  
ea redire: quemadmodū id quod in occidentē est, lōgissime abest ab eo  
quod in oriente est situm, nec possunt ista facile adinuicem accidere.  
13 Neq; mirū, si tam benigne nobis Deus nos ter misereat, & iniquita-  
tes auferat. Est enim affectu verē paterno, imō plusquā paterno, erga  
omnes metuētēs eū: & sic miseretur nostri, siquādo cōtingat nos offen-  
dere, vt nō statim proiciat in mortē, quō pater miseretur filii errātis,  
nō statim illū à se repellēs, ac penitus abiiciens, vbi in aliquo offende-  
rit, sed potius corripies verbo ac verbere, vt ad bonā viam reducat, er-  
rantē, omniq; sollicitudine laborans emendare illū, vt nō pereat: peni-  
tenti verō libētissime indulgens, & condonans omnia scelera, super  
perditi filii reditu festū & gaudiū magnū faciēs, quoniā perierat ille,  
& inuentus est, mortuus fuerat & reuixit. \* Quare autē ad miserendū Luca. 15.  
humano generi sit Dei misericordia ita prompta, sempitq; parata, ra-  
tio est, quoniā ipse cognouit cōditionē figmētī nostri, ipse optime no-  
uit, q̄ vile figmentum, q̄ pauperclæ creatura nos sumus, qui de limo  
terra sumus formati, & carne cōstamus, atq; sanguine, in quib⁹ ex vi-  
tiata natura corruptio praua pronitāsq; ad omne malū inhabitat, ita & 8.  
vt sensus hoīs & cuncta cogitatio humani cordis intēta sint ad malū  
omni tēpore, ab adolescētia sua: cuius nostrę infirmitatis cōsideratio  
cōmouet illū ad sic miseris miserendū, quomodo solent etiā homines  
illis facili⁹ cōdonare, quos vidēt naturali inclinatiōe vehemētissime



14 *Recordatus est quoniam pulvis sumus:*  
 Gene. 3. \* *homo sicut fenum dies eius:*  
 Mart. 6. \* *tanquam flos agri sic effloret.*  
 Lucæ. 12. *15 Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: & non cognoscet amplius locum suum.*  
 Psal. 145.

16 *Misericordia autem domini ab aeterno & usque in aeternum, super timentes eum.*

17 *Et iustitia illius in filios filiorum, his qui seruant testamentum eius.*

18 *Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.*

19 *Dominus in caelo parauit sedem suam:*  
 \* *& regnum ipsius omnibus dominabitur.*

20 *Benedicite domino omnes angeli eius:*

Hebr. 1. \* *potentes virtute:*  
 \* *facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.*

21 *Benedicite domino omnes virtutes eius ministri eius, qui facitis voluntatem eius.*

22 *Benedicite domino omnia opera eius,*

ad mala sollicitari & fortissimè velut impelli ad inhabitatè prauo fo-  
 mire. 14 Attendit & cõsiderat dominus, q̄ puluis & terra sumus, facti  
 atq; plasmati de luto & limo terræ, sicut de terra figulus fingit vas fi-  
 tile, atq; in terrâ & cinerem iterũ redituri, cõmuni lege & necessitate  
 omnium filiorum Adam: \* homo dies suos habet ad modũ feni, homi-  
 nis duratio ad modũ graminis est, homo in dieb⁹ suis & in duratione  
 vitæ suæ graminis assimilatur, quod hodie floret & cras in clibanũ mit-  
 titur: quod mane pulchre viret, & vespere decidit exiccatũ: \* homo  
 ipse sic floret & viret, quõ flos agri, qui ad modicũ tẽpus ad modũ spe-  
 ciosus, lætus & festiu⁹ apparet, sed nimirũ cito exiccatus arefcit, ac de-  
 cidit, omni spoliatus ornatu. 15 Nã statim vt flatus venti super illũ  
 fortiter vtcunq; vel paruo impetu flauerit, abripitur flatu venti, & nõ  
 habet firmã consistentiã, nõ potest resistere aduersus venti flantis im-  
 petũ, sed ab eo prosternitur & deficit: & nõ amplius poterit cognosci,  
 inueniri, aut demonstrari locus eius: sic est acsi nunquã fuisset, nusquã  
 apparet illius vestigiũ: \* Spiritus quoq; humanus & rationalis anima  
 pertransit in homine, quatenus ad modicã durationẽ in corpore inha-  
 bitat, ipsũq; viuificat, & nõ habet vllam firmã in eo substantiã siue  
 durationem, cogitũq; nimirũ cito emigrare, quãto cyus exit à corpo-  
 re spiritus, & reuertitur homo in terrã suam, & post modicũ nullũ re-  
 manet defuncti vestigiũ, corpore abdito in terrã, & anima in occultũ  
 locũ sub Dei manu recepta: efficitũq; ita alienus à loco habitationis  
 suæ, acsi nunquã ibi habuisset mansionẽ: prorsus auferetur de terra vi-  
 uentiũ, eritq; mundo ipse incognitus, & ipsi vicissim erit incognitus  
 mundus. 16 At verò domini misericordia nunquã arefcit, nunquam  
 deficit, sed in aeternũ stabilis permanet in omnia sæcula, nullo vnquã  
 tẽpore absumẽda aut exhaurienda, q̄ in perpetuis aternitatib⁹ super-  
 plenissime sentiẽt electi eius, omnes qui nunc timent, adorãt, & colũt  
 dominũ, quibus tã in vita ista corporis, q̄ in vita illa aternitatis, mi-  
 sericordia eius nunquã deficiet. 17 Et iustitiã, fidem, atq; veritatem  
 suam ipse seruabit atq; implebit erga filios filiorũ, erga vniuersum se-  
 men electorum suorũ, erga omnes quicunq; patrũ fidelium fideles se  
 præstiterint imitatores, iis videlicet qui obseruãt & diligenter custo-  
 diunt præcepta eius. 18 Quicq; non obliuiscuntur, non negligunt,  
 nõ transgrediuntur præcepta domini, sed ea iugiter habẽt ante metis  
 oculos, cũ bona voluntate adimplendi ea, qui in lege domini habent  
 voluntatẽ, & in lege eius meditantur die ac nocte, vt ambulent in ea,  
 perficiãtq; diligenter quæcunq; illa facienda præceperit, & solícite  
 caueant ac fugiant quæcunq; vt fugienda prohibuerit. 19 Ipse au-  
 tem hic dominus noster qui nobis misero pulueri hic in terris degen-  
 tit sic miseretur, ipse sibi magnifice thronum regium preparauit, sedẽ  
 maiestatis & gloriosam habitationẽ sibi in excelso celo cõstituit, vbi  
 cum angelorũ milibus regnat in maiestate: \* & ipsius regnũ latissime  
 patet, ipsius imperiũ se spargit ac fundit longe ac late in omnes angu-  
 los orbis terrarũ, & in omnes partes mundi: omnia subiiciũtur eius di-  
 tionĩ, potestati atq; imperio, vt nihil vsquam locorũ sit quod nõ ha-  
 beat ipse sibi subditum. 20 Vos verò, õ angelicæ mentes, nobilissimi  
 spiritus, in quorũ medio habitat excellus noster dominus, vos maxi-  
 me decet voce incessabili semper laudare dominũ, cui semper ministra-  
 tis & assistitis: \* vos qui estis virtute & fortitudine prauallidi, quorũ  
 est virtus nostrẽ imbecillitati incõparabilis, qui robore ac virtute hu-  
 manum genus immenso superatis intervallo, nimirũ spiritus immate-  
 riales & incorporei, infirmũ limum & fragile lutum: \* vos qui estis  
 exequutores voluntatis eius, administratori spiritus, ministres ei in  
 mille milibus, promptissime pergentes ad omnia ad quæ ille vos suo  
 præcepto destinauerit, & omnia potẽtissime adimplẽtes, quæ imple-  
 da commiserit: sic vt in omnibus obediẽtes vos prestetis voci sermo-  
 nis eius, iussioni & imperio eius per omnia absq; dilatione, tãdĩ, fa-  
 stidio, cõtramurmuratione, parentes & satisfaciẽtes. 21 Benedicite  
 domino omnes cœlestes exercit⁹, immẽse virtutis & fortitudinis, qui  
 illi ministratis singuli in ordinibus vestris, & in omnib⁹ eius adimple-  
 tis voluntatẽ, per omnia eius paretis imperio, summãq; cum alacri-  
 tate & ineffabili gaudio eius iussa perficere sagagitis. 22 Benedicite  
 & collaudate dominũ simul omnia opera eius, in omni loco domina-  
 tionis & imperii eius: opera omnia eius, vbicunq; tandẽ consistant,

A in omni loca domina-  
 tionis eius:

\* *benedic anima mea domino.*

quorumcunq; in loco dominationis eius maneant, laudẽ confiteantur  
 creatori, conseruatori, & gubernatori suo. Nihil enim est operũ eius,  
 quantumcunq; hominibus estimetur minimũ, vbicunq; tandem loco-  
 rum delitescat, in quo non infinita relucent eius potentia, sapientia,  
 bonitas, atq; omnimoda perfectio: & habet omnis creatura, siue in ca-  
 lo, siue in terra, siue in mari existens, laudem copiosam, qua possit ce-  
 lebrare omnipotentẽ omnium conditorem Deum: \* proinde etiam  
 nunc, õ mea anima, te adhortor (quomodo in huius hymni faciebã ini-  
 tio) ad debitas domino laudes persoluẽdas: nõ desino monere te, & ex-  
 hortari, vt à creatoris omnium laude nunquam cesses, sed quantum po-  
 tes, quantum vales, illum exaltes, & magnifices in sæcula sæculorum.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CII.

Versu tertio, Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.  
 Duæ istæ partes in eandẽ possunt accipi sententiã, vt idem sit infirmitates sanate, quod propi-  
 ciari iniquitatibus. Siquidem iniquitas, vere morbus est, languor est, infirmitas est animi,  
 videlicet animũ pessime disponens, & innoxia in ordinatione cõstituens: quomodo morbus siue in-  
 firmitas corporalis corpus male disponit, iustũ temperamentũ (in quo consistit sanitas) dissoluens.  
 Sed & alibi in scripturis peccata infirmitates appellatur, siue languores, vt in illo est Esaia de Chri-  
 sto vaticinantis, Verẽ languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Quod licet ad  
 beneficiũ corporalis sanationis populis exhibitum, Euangelista alicubi adducat, principali tamen  
 intentione de spiritualium languorum ablatione videtur intelligendũ. Possimus tamẽ aliter per in-  
 firmitates, accipere malas inclinationes & pronitates ad qualibet vitia. Tot enim morbis, tot lan-  
 guoribus, tot infirmitatibus laborat anima, quot est malis subdita inclinationibus, quot pronita-  
 tibus ad mala vitia versus interitũ tendit. Nulla autẽ tanta est huiusmodi infirmitas, nullus adeo ma-  
 gnus talis languor, quẽ non sanat sua medicinali gratia dominus, optimus medicus, si humiliter &  
 instanter (vt decet) ab ægotatibus fuerit postulatus, quemadmodũ in alio Psalmo audiuimus cla-  
 mantẽ, Miserere mei domine, quoniã infirmus sum: sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa  
 mea, & anima mea turbata est valde. ¶ Versu 4, Qui coronat te in misericordia & miserationibus.  
 Coronare accipimus pro, ex omni parte circundare, vel vndiq; cumulare: vt nõ aliud sit coronari  
 in misericordia & miserationibus, q̄ Dei miserationibus omni ex parte circundari & cumulari; co-  
 piosissimẽq; impleri. Secundũ quem fere modũ, & in alio Psalmo dicitur, Domine, vt scuto bonæ vo-  
 luntatis tuæ coronasti nos, hoc est, benigna voluntate tua ex omni parte circũdas, & circuncingis  
 nos, quasi scuto. Si tamen coronare hic accipitur, vt significet retributionem vitæ aeternæ donare  
 pro bonis operibus, nõ erit incõmoda sententia. Quicunq; enim coronã illam beatæ retributionis  
 suscipient de manu domini, nihil dubiũ est, quin à misericordia & miserationibus domini illã con-  
 sequantur. Misericordiã enim domini, quia nõ sumus consumpti, & miserationis altissimi est quic-  
 quid boni agimus. Nam sine illo misericorditer adiuuante, nihil possumus. Deus erga suos electos  
 & nunc coronat in miserationibus, dum in eis suarũ gratiarum dona accumulãt, & in seculo ventu-  
 ro coronabit in ornatu gloria. ¶ Versu 5, Qui replet in bonis desiderium tuũ. Scilicet hoc est, quod  
 in suo cantico Maria canit, esurientes à Deo impleri bonis. Nam esuries ista, desiderium est. Et quod  
 aliquanto apertius apud Iacobũ dicitur, Qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat: intelligens  
 de esurientibus atq; desiderantibus, id est, de recte fidelitẽq; postulãntibus. Et notandũ, quod non Iacobi. r.  
 simpliciter dicitur, Qui replet in bonis vasuitatẽ tuam. Non enim omnes vacui implentur bonis.  
 sunt enim vacui, qui se plenos putant: & quia vacuitatẽ suam ignorant, non desiderant: & hi iusto  
 Dei iudicio relinquuntur inanes. De cuiusmodi in Apocalypsi ex ore domini dicitur, Dicis, quia di-  
 ues sum, & nullius egeo, cũ sis pauper, cæcus, nudus, miser & miserabilis. Audis verẽ vacuum, sed nõ  
 desiderantẽ, & ideo inanem ac vacuũ permanentem, non impleri bonis. Subdit autẽ ex eiusdem ore  
 sanum consiliũ, vt bonis vacuus iste possit impleri. Suadeo tibi (inquit dominus) à me emere au-  
 rum ignitũ, probatum, vt locuples fias. Quid autem est hoc emere, nisi per desiderium querere? Sic  
 enim emitur à domino, quicquid emitur, absq; argento & auro & omni commutatione, quemadmo-  
 dum per Esaia ex ore domini dicitur, Omnes sitientes, venite ad aquas: & qui nõ habetis argentũ,  
 properate, emite, & comedite. Venite, emite absq; argento, & absque vlla commutatione, vinum &  
 lac, id est, optima quæq; & maxime vitæ spirituali necessaria, tantũ desiderantes & postulantes ac-  
 cipite. Recte ergo dicitur Deus non quamlibet implere vacuitatem, sed desiderium tantũ. Nam vbi  
 vacuitas est absq; desiderio, aut etiã fastidio & contemptu deficientis boni, ibique est, permanet  
 vacuitas, quemadmodum ait Maria, diuites dimitti à Deo inanes. ¶ Versu eodem, Renouabitur vt  
 aquilã iuuentus tua. De hac renouatione iuuentũ aquilarum, diuersi diuersa tradunt. Quidam di-  
 cunt aquilam vbi senuerit pennis grauari, & oculorũ aciem fieri obtusam, vt neq; alta volatu pete-  
 re queat, vt afolet, neq; solare lumen ita ex directo aspiciere. Quod vbi perferit, in illis, in quibus  
 maxime solet præualere, se iam deficere, fontem querit, in quem trina immersione se immergens pri-  
 stino dicitur vigori restitui, vt superuacaneis excidẽtibus plumis residuẽ erigantur, & in iustã leni-  
 tatem reparentur, redeãtq; oculis suis ad conspiciendum vigor, sicq; iuuentutem recuperet. Qui-  
 dam scribunt, aquilã quolibet decennio, donec ad centũ annos perueniat, ignem petere elementa-  
 P



rem, & hinc se in mare mergere, in deq; nouas plumas illi succrescere, ac ita reuiuenscerc. Sed horu  
neutrum multam habet probabilitate. Verisimilius autem est, & tam authoritati magis consonu,  
quam proposito magis accommodu, quod scribit beatus pater Augustinus, aquilam, cu ad senectam  
deuenerit, rostrum acquirere aduncatu, superiori labio superexerescere inferiori, ita ut hic vnus  
quo incuruatur rostrum superius super inferius, non patiatu aquilam sumere cibum, sicq; viribus  
necessario deficere: qua vbi id persentit, se videlicet ppter aduncatu rostri impedimentu non posse  
cibum sumere, cibiq; defectu, forti adhuc permanete interno vigore, destitui viribus, & ad defectio-  
nem tendere, ad petram aduolat, allidenq; & atterens rostrum aduncum ad petram, auferit impedi-  
mentum cibi sumendi: impedimentuq; sublato cibum sumit, & viribus reparatur, ac modo quodam  
reiuuenscit: vbi vero rostrum illud nequinerit coterere, necessario deficit, non ex interno defectu,  
sed subtractione cibi. Atq; huic dicto satis consentit quod Aristoteles & Plinius, hac certe in re fide  
digni authores, scribunt, aquilam esse admodu longam vitam, ipsamq; non senio contabescere, aut a-  
gritudine consumi, sed magis fame mori, cum propter aduncatum rostru non vltra valuerit cibum  
sumere. Illud tamen de rostri ad petram attritione, ex illoru non habetur autoritate. Veru id veri-  
simile est beatu Augustinum ex aliis habere dignis fide authoribus, quorum forsitan nobis ignoti  
sunt libri. Et satis, hoc est, rationi consonu, & astipulatur natura, que omni solitudine curat vitam  
impedimenta amouere, vitamq; terminu protelare. Neq; multum id mirandu videtur, si auis illa ro-  
strum aduncu quo se aduertit impediri, dicatur ad petram allidere & conterere, quandoquid ani-  
malia agrotantia maiori miraculo videmus ad certa speciei herbas, medendi sibi gratia, natura do-  
cente cofugere. Hanc itaq; narratione, vt magis autoritate confirmata, magisq; rationi consona,  
insequentes, ostendamus, in quo sit facienda presens coparatio: quemadmodu videlicet reparatio  
hominis per gratiam fiat, admodu reiuuenscentis aquila. Sane homo per spiritum rationale qui  
in ipso est (ratione intellectus & voluntatis) animal est omnib; animalibus ex sua natura condicione  
vniuersius, nimiru inter cetera omnia animalium genera solu immortale & incorruptibile, secundu  
iam dictam sua copositionis partem: & ad vitam aeterna ab initio creatus est, non ad morte. Atta-  
men qui ex se immortalis est, & ad perpetu viuendu conditus, a rostro aduncato patitur periculū  
mortis. Est autē hoc aduncatum rostrum, ratio siue voluntas ad prauam sensualitate inclinata fo-  
miti prauo (qui inferne habitat) cōdescendens, & peccato illi quod iuxta Apostolu in carne habi-  
tat consentiens. Ab hoc enim aduncato rostro impeditur homo, ne cibū animae sumat, ad vitam a-  
eternam necessariū, de quo cibo per Saluatorem dicitur, Meus cibus est, vt faciā voluntatem eius qui mi  
hi me. Et iteru, Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeterna. Ac rursum, Non  
in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Et alibi, Verba que ego lo-  
quor vobis, spiritus & vita sunt. Hunc panē non potest sumere, qui rostrū habet sic (vt dictum est)  
aduncatū & incuruatum, atq; ita continuo defectu in seipso contabescens, necessario ad interitum  
tendit: quemadmodu penitentem in Psalmo hunc proxime precedenti, conuertere audiuimus,  
his verbis, Percussus sum vt scenu, & aruit cor meū, quia oblitus sum comedere panē meum. Sed qui  
sic male aduncatū forte semel acquisierit rostrum, annon habet vbi illud conterat: Habet certe pe-  
tram, de qua secundu mysticam intelligentiam scriptum est, Beatus qui tenebit & allidet paruulos  
tuos (id est, Babylonis) ad petram. Quā verō hac sit petra, breui verbo nos docet Apostolus, dicens,  
Bibebant autē de spiritali conueniente eos petra, petra autē erat Christus. Ad hunc ergo aduolare  
nos oportet si de male incuruato rostro curari vouerimus, ad hūc allidere, ad hūc atterere. Rostrū  
enim contritū ipse habet pro sacrificio, quemadmodu in Psalmo quinquagesimo dicitur, Sacrifi-  
cium Deo, spiritus contribulatus: cor contritū & humiliatum Deus non despicies. Hoc enim est ro-  
strum allisum ad petram & contritum, q cor contritum & humiliatū, siue contribulatus spiritus:  
quandoquidē contritio ista per penitentiam est. Vbi autem sic rostrum incuruatū ad petram alli-  
sum confregimus, tum panem nostrū quem oblitus fueramus resumemus, iterū gratia Dei & ver-  
bo eius pascemur, exultabunt ossa humiliata, reparabitur in nobis virtus spiritus, cor mundū in no-  
bis creabitur, spiritus rectus innouabitur in viscerib; nostris, & redibit ad nos letitia salutaris Dei. H  
Ad hunc ergo modū sumi potest ista comparatio. Beatus Augustinus similitudinem accommodat ad  
resurrectionem futurā iustorum. Aduertendum tamen est, presente locum commode posse expo-  
ni absq; prædicta illa comparatione, vt dicamus non hic indicari, q sit iuuenta hominis renouan-  
da ad eum modum quo renouatur iuuenta aquila: sed hoc tantum, q iuuenta hominis sit renouan-  
da, vt talis fiat, qualis est iuuenta aquila. Atq; ita sensus erit, Iuuentus tua per Deū renouabitur, vt  
fiat quasi iuuentus aquila, ita reuiuenscēs per Deū pristino redditus vigori, vt videatur iuuentus  
tua magis esse aquila iuuentus q hominis: videlicet vt sicut aquila in iuuetute sua nondū senio pre-  
grauata, altissima petit volando, & irreuerberatis oculis absq; no cumento solis rotam cōtuedo,  
sic & tu in Dei gratia vigoratus & cōfirmatus, possis in altissima vīq; caeli cōscendere tabernacula,  
ac in verū iustitie solem, in Dei claritatem, mentis aciem iugiter tenere desixam. Secundū quem fere  
modum in alio scriptura loco dicitur, Qui sperat in domino, mutabunt fortitudinē, assumunt pen-  
nas vt aquila, volabunt, & non deficient. Non enim videtur hoc sermone indicari, quōd sperantes  
in domino assumunt pennas, sicut aquila in senectute pennas renouat, aut pennas nouas sibi assu-  
mit: sed hoc tantum indicatur, quōd fortitudinem nouam a Deo induent, & nouo confirmabun-  
tur robore, quōdque penna illis dabantur similes pennis aquilarum: vt quomodo aquila suis vali-  
dissimis subnixā pennis, etiam altissima loca petunt absq; fatigatione, quā aliorum generum vo-  
lucris forent inaccessibilia: sic & ipsi in domino sperantes, ad altissimū possint perfectionis gra-

A dum conscendere, & Deo proximi fieri per cordis puritatem, mentis contemplationē, & vite inte-  
gritatem, quo nequaquam peruenire possunt qui in semetipsis, inq; propriis iuis viribus habent fidu-  
ciam. Hoc enim indicat quod sequitur, Volabunt, & non deficient. ¶ Versu nono, Neq; in aeternū  
comminabitur. Comminabitur positum est, pro, irascetur, vel indignabitur. Vnde Psalterium Ro-  
manum habet, Non in finem irascetur, neq; in aeternū indignabitur. Et Hieronymus ex Hebræo pro  
comminabitur, vertit, irascetur. Felix, Nō in aeternum seruabit odium. Omnia verō eandem habent  
sententiam. ¶ Versu vndecimo, Quoniam secundum altitudinem cali à terra corroborauit misericor-  
diam suam super timentes se. Aliquanto clarius ex Hebræo sic vertit Hieronymus, Quantum e-  
nim excelsus est calum terra, tantum confirmata est misericordia eius super timentes eum. ¶ Ver-  
su decimo tertio, Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Recordatus est quoniam puluis su-  
mus, & c. Iccirco dicit nostri deum miserum, quia cognouit figmentum nostrum siue plasmationē  
nostram, vt vertit Hieronymus: hoc est, quid simus, & vnde formati, quā viles scilicet, & modica  
subsistentia, secundum corporis plasmationem. Nemo enim melius nouit operis figmentum siue  
plasmationem (videlicet vnde factum sit opus, & quā vile sit vel nobile, quāntiq; momēti, pretii,  
vel durationis) quā figulus ipse qui finxit opus. Habet autem se erga Deum vniuersum genus hu-  
manum, sicut opus ad figulum & factorem suum, quemadmodum in Psalmo dicitur, Manus tuæ fe-  
cerunt me, & plasmauerunt me. Et in eandem sententiam Iob sanctus, Manus tuæ, inquit, fecerunt  
me, & plasmauerunt me totum in circuitu. Ac deinde, Memento (quæso) q sicut lutum feceris me, &  
in puluerem reduces me. Nōne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carne ve-  
sisti me, ossibus & neruis compegisti me. Tale videlicet est figmentum nostrū, hæc nostra est plas-  
matio, quā attendens Deus nostri miseretur. Est enim insita & ingenta magnificis animis erga mi-  
seros quādam naturalis commiseratio, quemadmodum erga superbos quādam detestatio. Vnde &  
illud Poeta, Parcere subiectis, & debellare superbos. Deus ergo cum sit super omnes magnus domi-  
nus & magnificentissimus, summēq; (vt ita dicam) magnanimus, tanto magis erga nos mouetur affe-  
ctu misericordia, quanto magis viles nos attendit, magisq; cōspicit humiles: modo tales apud nos  
metipsum nos comprobet in corde, quales esse videt in corpore. Non tamen solum intelligendū est  
istud quod hic dicitur, Deum cognoscere figmentum nostrum, de vilitate materiae ex qua conditi  
sumus, sed magis etiā de prauitate fomitis, qui est incorrupta hac carne nostra, & in miserabili isto  
pulvere inhabitat quemadmodum in Elucidatione apertius explicauimus. Nam id maxime Dei cō-  
mouet erga nos misericordiam, q nos videt sic esse corruptos ac miseros, talem in nobis habentes  
ab origine vitiosam corruptionem, quam ex ipsa natiuitatis atq; conceptionis origine à parētibus  
per traducem accipimus. Propter quod, lapsus aliquando in turpia facinora, ille cui incerta & oc-  
Culta sapientia suā reuelauerat Deus, cum penitentiam agens, suā impietatis postulare à Deo re-  
missionem, sui figmenti conditionem signanter Deo ponit ob oculos, dicens, Ecce enim in iniqui-  
tatis conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea: hac ratione facilius se putans Deum Ibidem.  
posse ad misericordiam fletere, si vitiosa natura corruptionem (ex qua ad omne malum est homo  
facilis) illius considerationi obiceret. Atq; huic intelligentiæ de prauo fomite, manifestissime con-  
sentit Chaldaica Paraphrasis, quæ pulchre hoc loco sic habet, Quoniam ipse nouit fomitem pra-  
uum, qui peccatum suggerit: in memoria venit coram eo, quōd ex pulvere sumus nos. Nec desunt,  
qui pro figmento ex Hebræo vertunt fomitem. ¶ Versu decimo quarto, Homo sicut scenum dies ei-  
us, tanquam flos agri sic effloret. Diverfimode hic versus distinguitur. Quod enim in medio po-  
nitur, dies, ad priora referri potest, ad hunc modum: Homo sicut scenum dies eius: ac deinde, tan-  
quam flos agri sic effloret, quam distinctionem habet Elucidatio. Estque hæc loquutio penitus  
similis illi, qua dicitur in Psalmo decimo, Dominus in celo sedes eius: vbi sicut nominatiuus domi-  
nus ponitur absq; rectore, sic & in proposito nominatiuus homo rectore caret, propter superuenien-  
tem alium, nempe dies, qui se supponit verbo in oratione apposito, sicq; priori nominatiuo suo ad-  
uentu quasi surripit verbum regens. Secundum rectam autem Grammaticæ formam, aptius dicere-  
tur, Dies hominis sunt sicut scenum, vel homo habet dies suos quasi scenum, ad modum sceni. Alii  
D tamen iungunt cum sequenti, ad hunc modum, Dies eius tanquam flos agri, sic effloret. Verum  
hæc distinctio non est conueniens, quoniam ex Græca lectione manifeste cognoscimus nominati-  
uum dies esse numeri pluralis, non singularis. Sic enim Græca habet lectio: *ἡμετέρας ἡμέρας ὡς ἡμῶν  
ἡμέρας, ὡς ἡμῶν ἡμέρας ὡς ἡμῶν ἡμέρας*. ¶ Versu 15, Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non substi-  
stet. Quædam modum ex Elucidatione liquet, indifferenter hoc potest intelligi, vel de flore, vel de  
homine. Conuenientius tamen videtur de flore accipiendum, in quem flando pertransit ventus, fla-  
tūsq; deicitur, vt non appareat locus eius. Nam secundum hunc modum & apud Elaiam dicitur,  
Omnis caro scenum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exaruit scenum, & cecidit flos, quia spiri-  
tus domini sufflauit in illud, id est, ventus vrens (qui à domino egreditur atque emittitur) in vtrum-  
que, id est, in scenu atq; in florem sufflat, vt illud arefcat, hic decidat. Cui expositioni fauet quod  
habet Chaldaica Paraphrasis. Quia flatus siue ventus spirauit in eum, & nō substitit amplius. Nec  
male consonat quōd vertit Hieronymus, Quoniam spiritus pertransibit eum, & non substistit. Si ve-  
rō de homine intelligatur, spiritus iste intelligi poterit anima hominis, quæ in corpore pertransit  
non habens hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirens, & in corpore quasi peregre agens, do-  
nec in eo est secundum hanc mortalitatis conditionem. Mox autem vbi pertransierit anima, & ab-  
scesserit à corpore, nequit vltra homo substistere, quoniam animam perdidit totius vitæ, & omnis  
vitalis operationis principium. Vel propius ad floris similitudinem, intelligi potest spiritus aut fla-  
P II

Psal. 118.  
Iob. 10.

Psal. 50.

Ibidem.

Psal. 10.

Esa. 40

Hebr. 13.  
2. Cor. 5.

tus indignationis Dei. Nam exarscens furor Dei, non inconuenienter per spiritum, flatum, aut ventum vrentem significatur. Atq; ita aperta est hominis cum flore cōparatio. Sicut enim flos vbi perflauerit, ipsum vrens ventus, consumptus deficit: ita homo cum in ipsum pertranseat flatum irae atq; vindictae Dei, morte absumptus, non subsistit amplius. Hoc verò non de illorum tantum morte intelligendum venit, qui subita aliqua & insolita punitione propter enormia facinora auferuntur de medio, sed generaliter de omnibus hominibus. Omnes enim ex sententia irae Dei absumimur per legem mortis, propter inobedientiam primi parentis, semel in ira Dei aduersum omnes filios Adam prolata, atq; etiam nū super genus nostrum vniuersum permanentē irreuocabilem, quemadmodum Psal. 89. ex persona totius humani generis dicitur, Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo conturbati sumus. Et iterum, Quia omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus. In eo autem quod sequitur, Et non cognosceret amplius locum suum, accipi potest pro supposito indefinitum aliquid, ad hunc modum, Et non cognosceret quis amplius locum suum, id est, nemo amplius cognosceret locum eius, hoc est, non vltra cognosceretur locus eius, non videbitur vllum vitae eius vestigium, non erit eius vlla memoria, tanquā si nunquam fuisset: quemadmodū in alio Psalmo dicitur, Transiui, & non erat peccator: quāsi uicium, & non est inuentus locus eius. Vel intellige, Nō cognosceret homo ipse amplius locum suum, non erit vltra illi quicquam commercii cum iis quae reliquit in mundo: relinquet omnia aliis, & nihil ipse posthac cognosceret quid agatur de habitationibus & cōmuni gloria eius. ¶ Versu decimo nono, Regnum ipsius omnibus dominabitur. Potest omnibus accipi substantiue, vt sit sensus, Regnum ipsius dominatur, aut super omnia, vel omnia subiecta sunt eius regno, ditioni, & imperio. Vel adiectiue, intelligendo omnibus regnis: vt significetur ipsius regnum esse superius atq; excelius omnibus regnis, quoniam ipse est rex magnus super omnes deos, rex regum & dominus dominantium. Eandem ambiguitatem habet vtraq; originalis lectio, & Graeca, & Hebraea, item & Chaldaica. ¶ Versu vltimo, Benedicite domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius, benedic anima mea domino. Quod hic in medio ponitur, in omni loco dominationis eius, ambigua est constructionis. Vel enim cum praecedenti iungitur, hoc modo, Benedicite domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius: vt deinde diuisim pro Psalms conclusionem constituat illud a quo sumpsit exordium, Benedic anima mea domino. Quam distinctio nem nos in Elucidatione sequimur. Vel cum sequenti iungi potest, ad hunc modum, In omni loco dominationis eius benedic anima mea domino, vt moneatur anima laudare dominum in omni loco, quomodo ipse in omni loco est dominus. Decens enim est, vt in omni loco benedicat anima nostra Deo, qui dominatur in omni loco: quemadmodum in omni tempore laudari idem ipse debet, quod sit omnium temporum dominus. Vel laudare monetur anima dominum in omni loco dominationis eius, quoniam in omnibus creaturis, quacūq; vbiq; tandem locorum reperiuntur, siue in caelo sursum, siue in terra deorsum, siue in latitudine & profunditate maris, debet celebrare dominum, solum in omnibus verē magnum & admirabilem.

CIII. PSALMI ARGUMENTVM.

**P** Vlcherrimam sequenti Psalmo ponitur consideratio Diuinae prouidentiae & sapientiae, ex contemplatione ordinationis & dispositionis prouidissimae, qua mirabiliter omnia a Deo sunt condita, atq; disposita ab initio, atque etiam nū similitur gubernantur. Et primum quidem Dei in semetipso magnitudinem proponit, lucem eum dicens habitare inaccessibilem: deinde ad creaturam transit, ostendens, quomodo caeli amplitudinem distenderit ad gloriam suam, quomodo nubibus & ventis vtratur quasi pro vehiculo, quomodo nobilissimos spiritus habeat pro ministris, quomodo terram fundauerit immobilem, quam a principio aquis operuit quasi vestimento: post vērò aliqua ex parte nudam fecit, cuius etiam partes quasdam eleuatiore in montes posuit, quasdam demissiores in vales: sic tamen & montium altitudini, & maris amplitudini terminos ponens, vt terram in totum non obruant: quomodo in conuallibus ex radice montium fontes oriantur, & quibus decurrentia flumina potant bestias agrorum atque sylvarum, superne volucris caeli dulciter cantillantibus: quomodo de super Deus pluuiam donat, qua etiam montes possint irrigari: quomodo Deus terram satiat, & abundantissime replet variis terrae nascentibus, quae omnia ipse nasci facit: videlicet herbam producens pro cibo pecorum, panem, vinum & oleum pro necessitate & exhilaratione hominis, etiam arbores sylvarum atque camporum non negligens, quas pabulo conuenienti sustentat: quomodo in arboribus ex Dei ordinatione aues sibi nidus struunt, quaedam altius, quaedam humilius: item diuersa loca quaerunt diuersa animalia, vt cerui altitudines montium, herinacii angustias & caernas petrarum: quomodo lunam in sua mutabilitate posuit Deus, in distinctionem temporum, sol quoque sui occasus habet tempus determinatum, vnde nox super terram venit, in qua fere omnes quae venatione viuunt, ad venationem discurrunt, sicuti rugientes leones, quae sole redeunte terris ad sua redeunt latibula, vt securè possit homo foris in agris ac syluis in operibus necessariis diuersari. In mari quoque vasto & continentiae amplissimae miranda omnis generis animalia considerantur, quaedam maiora, quaedam minora, quaedam maxima: in quo etiam dignum spectatu cernitur miraculum nauigationis humanae. Omnia autem haec, siue quae in aere, siue quae in terris, siue quae in mari viuunt, ab vno Deo omnium benignissimo prouidore necesse est ali & educari: qui vbi cibum praebet, manducant & viuunt ista: vbi autem ille manum subtrahit, coguntur ista descere: qui pro viuentium sustentamento quotannis terram perflat sua bonitate & creantur terrae scintilla, innotatur quae facies terrae. Post quorum omnium profundam considerationem, signo terroris Diuini in terrae tremore, & montium fumatione interposito, Psalms ista iacet, perpetuis laudibus se velle tam magnificum semper dominum celebrare.

**A** 1 *Benedic anima mea domino, domine Deus meus magnificatus es vehementer.*



Auda dominum o anima mea, in tota virtute qua potueris: utiq; enim tu domine omni es laude & benedictione dignus, qui magnificaris, & gloriose exaltaris mirum in modum, super magna & excelsa omnia: qui vt es in temetipso per omnia gloriosus, ita te magna valde demosttras, in potenti rerum omnium creatione, earumdemq; sapientissima simul & benignissima dispositione, gubernatione & prouisione. 2 Confessio & decor sunt indumentū tuum, laus & pulchritudo sunt tibi quasi pro vestimento, confessio & pulchritudo sunt in conspectu tuo, his ex omni parte circundaris, quomodo circumamictur homo vestimento suo: quocūq; apud te sunt digna cōfessione, decora sunt, pulchra sunt, magnifica sunt, totus es laudabilis in praecellentissimo decore tuo: \* amictus lumine quasi vestimēto, lucē habitans inaccessibilē, in claritate inestimabili fulgens in medio angelorū tuorū: ita vt de tuae lucis claritate, totā illā innumerabilū angelorū multitudinē illumines & latifices: 3 Qui totā caelestem machinā ita extendisti in amplissima latitudine absq; vlla ruga, in summa vtique planitie & aequalitate, ad eū modū quo extendit homo pellē, tanta facilitate, tā minimo negotio totā illam machinā caelestium orbium sic in sua amplitudine distēdens: extēdis quoq; eam velut cortinā aut operculū quoddā super vniuersum orbē, quomodo artifex domū tecto cooperit: \* & in superioribus partib; caelestis machinae aquas cōstituit: supra firmamentū posuisti celū aquae siue cristallinū, quod est quodāmodo aqueae naturae. Calū enim firmamenti aqueo caelo operitur ac tegitur, vt sphaera inferior superiori: & has aquas supernas, firmamentū ab aqua quae infernē sunt diuidit. 4 Qui nubibus vteris pro vehiculo, cōscendis super nubes quasi super equos aut currus, videris nubibus vti pro curru siue pro equis, dum appares in fragorē nubium, adueniens cōtra inimicos tuos, quemadmodū aduenire solent reges huius mundi in equis & curribus: \* tanta autem velocitate tu aduenis, vt videaris nō equis vchi aut curribus, sed magis pennis siue alis ventorū aduolare: tanta pernicipitate, tanta celeritate aduenis vbi volueris, vt vento puteris vchi magis, q̄ curru vel equis: & soles plerūq; in magna tempestate ventū apparere, vt ob hoc quasi aduectus vento puteris. 5 Qui spiritus facis angelos tuos, nuncios tuos facis esse nobilissimos illos spiritus: non corporeos habes aut tardos nuncios, cuiusmodi sunt homines: sed nobilissimas illas creaturas spiritualis naturae, nobilitate hoies multo sublimiores, facis esse angelos & nuncios tuos, qui sunt potētes virtute ad celerrime perficiendū verbum tuum, ad perficiendū quaeēnque tu iusseris: \* & nobilissimos etiam caelestes spiritus eos, qui sunt quasi flamma & globus ignis, semper ardētes perfectō charitatis amore, tu facis esse tuos ministros: qui tanquā ministri coram domino assistunt tibi omni tempore, cum omni laude & reuerentia. Milia milium facis tibi ministrare, & decies centena milia tibi assistere: in quorū omnium medio tu gloriosissimus resides, quasi rex & triumphator gloriosus in maiestate tua. 6 Qui fundasti atq; firmasti, id est, firmiter & immobiliter collocaisti globū terrae in sua perpetua stabilitate, sic vt non possit imperpetuum nutare, moueri vel inclinari, vt se vertat de parte vna in alteram, neq; de loco possit in locum moueri, quomodo caetera omnia elementa, aqua, aer, & ignis mouentur continuo: qui sic admirabili potentia & sapientia in medio totius mundialis machinae cōstituisisti super aquas tantū pondus terrae, quasi centrū immobile: ita vt iacens super aquas elementū maxime fluidum & instabile, nunquā tamē subdat, neq; immergatur in aquas, neq; se vertat aliquando de parte vna in alteram, quomodo aqua hac illacq; fluit & refluit: idque sic prouidissime disposuisti, vt esset terra apta habitationi hominū, caeterorūq; animalium. 7 Elementum aquae maximae quantitatis & profunditatis, ad modum abyssi, est amictus terrae sicut vestimentum: terra cooperit abyssū aquarū, sicut homo operitur vestimēto: a principio quidē creationis, omnino per circuitū aquis circūcincta, postmodū verò iussione Dei in partib; aliquot discooperta, quo etiam vestimentū non totū operit corpus, sed partes aliquot relinquit nudas: \* & est quidē aquarū, quae sunt in abyssū elementa, tanta copia, tā abundantia, vt nisi diuina cohiberetur voluntate, facile omniū montium

\* amictus lumine sicut vestimento.

**B** 3 *Extendens caelum sicut pellem:*

\* qui tegis aquis superiora eius.

4 *Qui ponis nubem ascensum tuum:*

\* qui ambulat super pennas ventorum.

**C** 5 *Qui facis angelos tuos spiritus:*

\* & ministros tuos ignem vrentem.

**D** 6 *Qui fundasti terram super stabilitatem suā, & non inclinabitur in saeculum saeculi.*

7 *Abyssus sicut vestimentum amictus eius:*

\* Super montes stabunt aquae.

i. Tim. 6.

Gene. 1.

Danie. 7.



Gene. 7.

Gene. I.

8 Ab increpatione tua fugient:

\* à voce tonitruu tui formidabunt.

9 Ascendunt montes & descendunt campi:

\* in locum quem fundasti eis.

10 Terminum posuisti quem nō transgrediētur:

\* neque conuertentur operire terram.

11 Qui emittis fontes in conuallibus:

\* inter mediū montiū pertransibunt aqua.

12 Potabunt omnes bestiae agri:

\* expectabunt onagri in siti sua.

13 Super ea volucres caeli habitabunt:

\* de medio petrarum dabunt voces.

14 Rigans montes de superioribus suis:

\* de fructu operū tuorum satiabitur terra.

superarent cacumina, faciliq; altissima terrā occuparent: quomodo olim in diluuiō illo celeberrimo, tēpore Noe, super omnium montiū altitudinem aqua fuerunt voluntate Dei eleuatae: neq; etiā nunc vniuersa montiū altitudo posset impedire, quin terra tota aquis esset ex omni parte operta, nisi esset voluntas tua, quae illas intra suos limites cōcluderet. 8 Verū ab increpatione tua fugiunt aquae, te serio iubente & praeiciente aquis, vt cōgregarentur in locū vnum, apparetq; arida, statim dicto audiens creatura creatori obediuit, & congregatae sunt verbo Dei aquae, quae sub caelo erant in locū vnum: quae aquarum cōgregationes appellatae sunt maria, quo in statu etiā nunc aquae permanent: \* à voce leuatae & potētis iustitiae tuae, quae est quasi vox tonitruū, vox fortis, praeceptū validum (quod nō potest non audiri, etiā ab omni creatura, quemadmodū non potest tonitruū ab homine nō audiri) aqua quasi formidinē & timorem ostenderunt, dum statim ad vocis illius prolotionē naturalem situm relinquentes, in vnum locū segregatae terram apparere fecerunt. 9 Spectabili quoque miraculo hoc ordinasti, vt terrā quādam partes eleuarentur in altum, secundū humanum iudiciū vsq; ad nubes & sydera: aliae verò partes locum acciperent demissiores, vt quaedam partes eminent, quaedam essent demissiores: videlicet vt sic cōuenientius producerentur omnia quaecunq; ad hominū vitam sunt opportuna vel necessaria, dum quaedam felicitius in mōtib; alia cōmodius nascuntur in vallibus: illis solare lumē directius requirētibus, his reflexo lumine & moderatiori melioribus: \* facta sunt autē montium ista eleuationes, & camporū planities ex imperio voluntatis tuae, iuxta ordinationē sapientiae tuae, secundū loca quae definiuisti eis. 10 Posuisti terminū vtriusq; & abyssos videlicet aquarū & altitudinē montiū, quem non possint transgredi, certis illa limitibus cōclusisti, per hoc quod ea cohibes & cōtines: \* vt non possint reuerti & immittere se super terram, sicq; eam cum inhabitātib; omnibus opprimere. Nisi enim tua Diuina potentia & sapientia maria & montes cōtineres, impossibile esset ab impetu fluctuum intumescētis maris, & ab altitudine montium vsq; ad sydera tendentium, non opprimi & operiri vniuersam terram. 11 Tu es qui in locis humilioribus ad montiū radices mirabiliter facis scaturire fontes, qui suas venas habēt ex mōtib; meatūq; mirabiles in locis, subterraneis per quos perpetuo defluēt & concurrēt aquae guttulae, in vnū confluunt, & fluxū indeficientem efficiunt, vt nō cessent neque aestate neq; hyeme: \* atq; ex his fontibus cōgregatae aquae, fluunt inter mōtes, ē quibus ortū trahunt, exoriunturq; flumina maiora siue minora, iuxta proportionem suae originis, ad cōmoditatem hominū in ciuitatibus secundum civilem congregationē videntium. 12 Ex his aquis refocillantur, potūmq; accipiunt omnes bestiae agri & ferae deserti, ad has aquas naturae ductu cōueniunt sitientes bestiae causa suamendi potus: \* syluestres asini in siti sua anhelabunt & festinabūt ad eiusmodi aquas, vt extinguant sitim qua cruciantur plurimū, vt sitim magna expectatione & anhelatione properabūt sitientes onagri, vt sitim sedent, & refrigerent. 13 Super ista autem, nempe super fontes & fluuios istos, in arboribus iuxta positos, nidificant volucres caeli, habitationes suas illic cōstituant iuxta aquarum fluentia, & in altitudine montiū, atq; etiā super bestias agri & onagros & alia iumenta, quae infernē locū habent in terra, cum aues supernē in arborib; & rupibus confideant: \* de medio rupium atq; frondium in quibus vel habitāt vel resident, dulciter cātilant, voces edunt suavis melodiae iuxta conditionem suae naturae, vnaquaq; suam cantilenam fortiter canens, ad magnificam sui creatoris laudem: vt infernē dulci susurro currētibus vndis limpidiſsimis, supernē verò concentu suauis varii generis auiculis resonātibus, iucundissimū pertransēntibus exhibeatur naturae spectaculū: quod in amorē tam sapientissimi gubernatoris, merito quēlibet debeat animaduertentem cōmouere. 14 Qui sicut valles humectas fontibus, ex mōtib; originē trahentibus, ita montes (vbi desunt fontes) rigas de superioribus suis, id est, de locis nubium, quae sunt montibus superiores, aquis videlicet pluuiarib; quae descendūt de nubib; vt primū montes irrigent, ac deinde in valles defluēt eas adimpleāt copiosius, augmententq; ex montibus effluentia flumina: \* vniuersa quoq; terra satiatur, & abundē impletur atq; adornat de fructu operū

A

15 Producent fenem iumentis, & herba seruituti hominum.

16 Vt educas panem de terra:

\* & vinum latifcet cor hominis.

17 Exhilaret faciem

B in oleo:

\* & panis cor hominis confirmet.

18 Saturabuntur ligna campi:

C

\* & Cedri Libani quas plantauit:

\* illic passerēs nidificabunt.

19 Erodii domus dux est eorum:

D

\* montes excelsi ceruis, petra refugium herinacis.

19 Fecit lunam in tempora:

\* sol cognouit occasum suum.

20 Posuisti tenebras, & facta est nox:

tuorum de fructibus omnis generis quos tu facis de terra exurgere atque enasci. 15 Qui productis iumentis fenem qui facis terrā producere gramina virētia, ad esum iumentorum, & herbam virētem seruituti hominū, id est, iumentis quae sunt subiecta seruituti hominū, vt iumenta quae ad inferniendum à Deo subiecta sunt hominū, inde pascantur, viuunt atq; corroborētur, vt sufficiant hominū suū exhibere ministerium. 16 Ita (inquā) satiabitur terra de fructu operum tuorum; vt quomodo iumentis ē terra praebes herbam & gramina, sic hominib; de terra facias nasci frumentum & triticum, ex quib; panis cōficetur & coquitur, optimum hominis sustentamentum: \* & vinū facias de terra nasci in vitibus, cuius sobrio ac moderato vsu exhilarētur corda hominū, & perfundātur honesta latitia, aduersus deprimētē tristitiā, aut fociordiam grauantē, argentēm vt timorem: dum eius singulari virtute reparātur vitales spiritus, membrisque, innouatur vigor, & occulta quadā efficacia omnia in homine reddūtur viuaciora. 17 Super haec quae ad victum & potum faciunt, etiā oleum praebes quo exhilaret homo faciē suam, oleum praebes vnde vnguenta conficiantur, quibus inuncti homines secundum mediocrem vsum, ad membrorum lassorum defatigationem, & contra sudorum aliarūq; exhalationū fetorē, exhilarātur vultu, & recreātur corpore toto: vt non solum de iis quae ad vitam sustentationē, verum etiā de iis quae ad castam faciunt voluptatē, honestamq; delectationem, abundē sit prouisum hominib; \* omnium tamen hoc est potissimum, & maxime spectandum beneficium, quod frumentū ac triticum de terra nasci facis, vnde panis cōficetur, quo sustentatur vita hominis, quo vigor corporis totius cōseruatur, vt nō depereat: quo cor cōfirmatur & alitur, vt sufficiat ad viuificationē corporis, quē ad modum illius defectu penitus collabitur vigor cordis, neque ultra vitam sufficit in membra caetera influere. 18 Neq; verò solum ad bruta vsque enutrienda, neque ad solos enutriendos homines se extendit tua prouidentia, sed etiā vsq; ad vegetabiles plantas tuo pabulo enutriendas. Nam & arbores quae in capis & syluis desertae crescunt à te abundē enutriūtur, copioso ē terra & pluuia praebito pabulo: quas arbores manifestū est sic à te nutriri, cū nemo illuc cōspiciatur hominū ad eas enutriendas accedere, aut vel mānu apponere: \* atq; illae etiam altissima cedri, cuiusmodi sunt quae crescūt in Libano, nisi à te saturātur, & abundē pascuntur, vt possint in tam altā excreſcere staturā: quas sicut tu solus absq; hominis mānu plantasti, absque auxilio humano illic faciēns per virtutē generatiam pullulare nouas ē veteribus: ita & solus eas nutris ac pascis tua latissima prouidentia: \* atq; illic in lignis camporum atque cedris aues nidos suos cōstruunt, aliae quidē in altioribus arboribus, aliae in humilioribus, iuxta quod vnicuique natura indidit, & naturae author instituit. 19 Praeter ceteras autē, nidus erodii dux est, ac velut princeps aliarum auium, eo quamplur & altior sit nidus eius nidus auium ceterarum: quoniam praeter ceteras altius edificat erodius siue ardea, in magna altitudine simul & in magna amplitudine, supra multas auium species, ponit nidū suū: vt merito nidus eius dicatur praecellere vel antecere ceteras aues, nimirū amplior & excelsior: \* ordinata quoq; sunt à Deo diuersis animalium speciebus diuersa confugia, in quibus saluētur à periculis: dum alia sua celeritate alta petendo se saluāt à persecutibus, quē ad modum cerui cum persecutionē sentiūt, celeri cursu ad montes cōfugiunt: alia, intra loca arcta & inaccessibilia suā tutatū salutem vitamq; custodiunt, quemadmodum herinacii siue hericii in angustis petrarū latibus se occultant, quoties periculum metuūt quod fuga celeri sibi non possint cōsulere. 19 Lunam insuper fecit Deus & posuit in caelo, vt sua mutabilitate & varietate tēpora distingueret per menses, nouilunia atq; plenilunia ac festiuitatū celebrandarum tempora ex eius vicissitudine adueterētur: \* sol verò adeo determinate, adeo definite suum semper cursum retinet, mane oriēs & ad vesperum occidēs, vt quasi per intellectū cognoscere videatur tēpus occasus sui nunc citius, nunc serius oriens & occidens mūdo, iuxta certissimā definitionem & legem sibi praestitutam, quam nunquam transgreditur. 20 Occidente autē sole, tu facis esse tenebras, quae sunt luminis super terrā priuatio: ablato à terris sole, qui est luminis author, tūc nox veniat terris (quando omnia in tenebris & in silentio degunt) ad quietem



\* in ipsa pertransibunt omnes bestia sylua.

21 Catuli leonum rugientes, vt rapiant:

\* & quarant à Deo escam sibi.

22 Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubiculis suis collocantur.

23 Exhibet homo ad opus suum, & ad operationem suam vsq; ad vesperam.

Gene.3. 24 Quam magnificata sunt opera tua domine: \* omnia in sapientia fecisti: \* impleta est terra possessione tua.

25 Hoc mare magnum & spaciosum manibus: \* illic reptilia quorum non est numerus.

26 Animalia pusilla cum magnis: \* illic naues pertransibunt.

27 Draco iste quem formasti ad illudendum ei:

\* omnia à te expectat, vt des illis escam in tempore.

28 Dante te illis, colligen:

à te ordinata, vt per diem fatigata corpora, per noctis tempus requiem accipiant, & ad opera subsequutura diei reddantur alacriora: \* in ipsa nocte pertransibunt omnes bestia sylua, fera bestia tum perambulant syluas & agros, ad quarendum sibi victum. Est enim tempus noctis ad rapinam commodius, dum à longe nequit raptor videri. 21 Actunc quidem leones vt nacti comodissimum tempus ad venationem, procedunt vt pradā agant de animalibus, rugitū emittentes, quo perterrefaciāt in vicino existētia animalcula, quo sic facili⁹ ea rapiāt timore obstupefacta, ne possint effugere: \* vt sic quarant sibi escā à Deo, vt sic iuxta Dei ordinationē de esca comoda suā naturā sibi prouideant per venationem. Quomodo enim Deus iumētis naturam dedit vt pasci debeant herbis, sic leonibus naturā dedit vt nutriantur non graminib⁹ aut pane, sed animalium ceterorum carnibus. Propter quod, vt illa priora herbam à Deo requirūt in cibum, sic ista per venationē carnes aliorum animalium. 22 Sole verò oriente, cum iam terris ceperit dies restitui, rapacia illa animalia, quę per noctē pradā agebāt, congregantur in antra sua, seque recipiunt in sua latibula, vt accubēt atque quiescant, venatione & cursu nocturnis fatigata, pradāq; cōdant & diuidant. 23 Et prouidē id quidem Deus ita disposuit, vt animalia huiusmodi rapacia, ex venatione viuētia, per noctē discursent gratia quaritadi pabuli: vt possit absq; timore homo per diē in agro operari, iuxta institutionē Dei, p vitā necessariis: vt possit homo se cure exire in agrum aut syluam causa operis necessarii, & ad exercendam operationē suam, videlicet ad agrum arandū, seminandū, metendū, ad cędēda ligna in syluis, aut alia huiusmodi: idq; à mane ad vesperā. Sic enim voluit Deus, hominē in sudore vultus pane suo vesci, in operando terrā. Quia in re impediretur plurimum, si per diem fera huiusmodi discursarent ad venationem. 24 O magne Deus, q̄ magna sunt, quā eximia omnia opera tua, o vtiā pro dignitate ea contēplari aut enarrare sufficerem: \* omnia fecisti in maxima sapientia in omnibus, etiā in iis quę vulgo nō animaduertūt homines, & quę quasi quotidiana non attendunt neq; considerant: relucet illa tua incomprehensibilis sapientia, qua cūcta ab initio condidisti & instituisti atq; etiamnum in eadem institutione custodis atq; gubernas: \* vniuersus orbis terrarum impletus est diuitiis tuis, vbiq; locorum inueniuntur creaturę quas tu creasti & possides: quicquid vbiq; locorū est, tuum est, quoniam tu creasti & possides omnia. 25 Neque verò terra sola plena est bonis tuis, verum etiā mare istud maximum & latissimū manibus, id est, spacio, continentia atq; comprehensione amplissimum \* in illo enim sunt natatilia absq; numero, innumera in eo inueniuntur animalium species, absq; cōparatione multo plures & magis admirabiles, quā super terram. 26 Illic sunt animalia quędam maiora, quędam minora, quędam admodum modicę quantitatis, quędam mediocris, quędam permaximę, quanta nō inuenitur vllum animal in terra: \* illic nouum videtur miraculum de trāspretatione per nauium vltum, quod sanē admodū mirabile est, homines per fragilis ligni opus talem abyssum audere ingredi, & posse per eius mediū, tantis vndarum tumultibus nihil obstātibus, cum salute transuehi. 27 Illic etiā dracones illi insignes sunt & cete grandia, supra quā credi possit molis immensę, quos formasti ad ludendū in eo, vt in illo amplissimo mari sese natando voluant atq; reuoluant, velut ludendo: quomodo videtur in minoribus fluminibus parui pisciculi iucūdo motu atq; discursu ludere: \* vt etiam in eo ludant & iucundentur, faciendo quicquid eis libitum fuerit, cū sint totius maris & omnium aliorum pisciū domini, & propter nimia fortitudinē nulla alia pisciū species illis possit resistere, quā de eis agāt vt voluerint, plane in mari regnātes, & quacūq; voluerint agētes, ob præcellentem suam fortitudinem. \* Sic omnia, tam quę in aere volitāt, quā ea quę super terrā gradiūtur, quę etiā quę in aquis natāt, à te expectant vt des illis cibum, iuxta naturā suā conuenientiam, in opportuno tempore: cum esurierint, omnia à te quarunt cibū, omnia ex tua prouidentia pendent & nutriuntur tu es qui omnibus cibum debes præbere, & nemo alius 28 Cūtu illis dederis cibum, ipsa colligēt, accipientq; vt maducant: te producente de terra herbā, carpunt eam iumētā atq; manducāt: te offerēte pradā, leones rapiunt eam & comedunt te educēte de terra frumentū, tritium

A \* aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.

29 Auertente autem te faciem, turbabuntur:

\* auferes spiritū eorum & deficiet, & in puluerem suum reuertentur.

30 Emitte spiritū tuum & creabuntur: & renouabis faciem terra.

31 Sit gloria domini in seculum: \* latabitur dominus in operibus suis.

32 Qui respicit terrā, & facit eam tremere:

\* qui tangit montes, & fumigant.

33 Cantabo domino in vita mea, psallam Deo meo quā diu sum.

34 Iocundum sit ei eloquium meum:

\* ego verò delectabor in domino.

35 Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita vt non sint:

\* benedic anima mea domino.

cum, & vinū, accipiūt ea homines, & cibū potūmq; hinc sibi colligūt: neq; potest vllum animalium sibi ipsi de terra cibum educere, sed tantum à te eductū colligere: \* cū tu aperueris manum tuam, cum liberaliter, tum videtur omnia bonitate adimpleri, tum quę bona sunt & comoda siue salutaria accipiūt, nulliūq; necessarię rei patiūtur defectum. 29 At verò vbi tu auerteris faciem tuam, vbi tu manum subtraxeris, vbi tu desieris illis dare, turbabuntur miserē, nō habētes quō cōfugiant pabuli cōquirendi gratia, cum nō nisi à te possint illud expectare, & necesse erit deficere pabulo ea infirmari atq; deficere: \* & prę defectu cibi viribus omnibus destituta cogentur exhalare animā, non poterit anima diutius seruari in corpore, quod cōtinua per cibū eget reparatione, sicq; in terram cogentur, redire de qua formata fuerant: cum possibile non sit, vllum animalium absque cōuenientis cibi sumptione vitā hęc viuere. Ita tibi pro nihilo fuerit, vniuersum gen⁹ super terram viuentium, sola cibi subtractione interimere. 30 Cum verò tibi placuerit super terrā emitte spiritum bonę iusionis tuę, cū bona volūtate tua terrā fecundare & vegetare volueris, tum creabuntur in ea quęcūq; erunt necessaria vel comoda: \* & in nouabitur nouitate terrę nalcentiū tota superficies terrę, quę admodum per tempus veris cōspicimus, ex virtute operationis Diuinę omnia renouare, & terram quasi nouam faciem iuuentutis induere. 31 Sit stabilis, ac firma persistat in æternum ināstimabilis ista gloria domini, quę relucet in omnibus operibus eius: benedicta sit gloria eius in æternū & vltra: \* latabitur dominus ipse in omnibus operibus suis, cōplacet sibi in iis quę fecit bona, bona valde. Videt omnia quę fecit, quoniā bona sunt valde, & oblectatur in operibus manū suarū: quem admodum & omnis qui ex Deo est, in factura Dei debet oblectari. 32 Qui tam lo suo aspectu toti terrę possit tremorem incutere: qui sit toruo tantū vultu in indignatione terram aspiciat, cōmouebitur & contremiscent ab iracundo aspectu eius, quomodo paterfamilias aliquis magnę authoritatis in domo sua, aut rex terribilis in regno suo, solo aspectu toruo vultūq; iracundo totam perterrefacit familiam, facitq; pauere omnes & cōtremiscere: \* qui in ostensionē terroris sui cōtingēs mōtes præsentia sua, incēdit eos, facitq; ardere & flāmas vomere, fumūq; grandem in fornacis modū exhalare terribili specie, vt suę potentie mortalibus ostendet terrorem. 33 Pro omnibus his tam admirabilibus, pro omni potētia, sapientia & bonitate, quę in cunctis eius operibus cōspicio, cātare volo laudem domino Deo meo, donec viuam: canam illi psalmos & laudem cātica, donec ero, & hęc super terram in seculo isto præsentī, pro mea virili, & in seculo vëturo gutture pleno exultationibus Dei, & laude indeficienti, in omnia secula. 34 Opto & oro, domine, vt sit tibi eloquium laudationis meę iucundū, quāso vt accepta fiat coram te laudatio meā: cantica laudis quę ego tibi cano, desidero placita fieri ante conspectū tuum: \* ego certe in te oblectabor ppetuō: mihi absit gloriari, gaudere, iucundari, nisi in te, in quo tam copiosissimam inuenio oblectationis gaudiūq; purissimi & solidissimi materiam. 35 Peccatores à terra deficient, ita vt non sint, qui elogent se à te, teque relicto adhærēt & inhærant vanitatibus, peribūt, de terra auferentur, & in ignem coniciantur æternū: qui te abiiciunt, erunt ignobiles & miseri, eruntq; quasi non sint, mittendi scilicet in perditionē mortis æternę: \* tu verò o anima mea, cui incerta & occulta sapientię Dei sunt reuelata, nequaquam horum efficiaris similis: sed in tota virtute tua, semper laudem da illi in cunctis operibus suis: per omnes creaturas tu discursa sollicitate, cuactaq; regerens in gloriam factoris, ita te ipsum in eius nunc laude confirma, vt in vëturo seculo (quando impij in perditione vlulabunt) tu cum beatis in voce exultationis & confessionis viuas, & iucunderis coram eo in secula seculorum. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CENTESIMVM TERTIVM.

V. Ersn.3. Extendēs cælum sicut pellem. Quęcūq; in hoc Psalmo dicuntur, nos in Elucidatione non nisi ad litteram, secundum naturalem cōsiderationē explicamus. Partum tamē diligeētia, hęc omnia naturalia secundū mysticos sensus pie fidelitōr; interpretatur, quorū ia-

interpretationē quanquā non ponimus, nequaquā tamē damnamus. Nimiā prolixitatē pertimescim⁹ maxime quod mytica eiusmodi, si cum breuitate perstringatur, nullam vel perpauca habeat gratiam. Quare potius nobis visum fuit in totū ea omittere, & ad aliorum Cōmentarios remittere eos qui talia requisierint, quā vel obiter transcurrere negotio non satisfacere, vel commentationes longas super singulis texendo, nimia prolixitate lectori fastidium ingerere. ¶ Versu. 4. Qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulat super pennas ventorum. Ascensum intelligit vehiculum siue currum, quomodo habetur in Hebræo. Vtitur enim Deus quasi pro curru nubibus, quando aduenit ad pugnam contra impios, siue ad se manifestandum populo suo: quemadmodum in nube apparuit coram filiis Israel, quando interfecit Aegyptios, ex qua nube ei aculabatur quasi ex arce quadā flumina & tonitrua. Iterum, in nubibus apparuit in monte Sinai. Sic & alibi nubes apparuit super tabernaculum, & caligo impleuit templum domini, Salomone orante in eo. Sic & in alio Psalmo dicitur, Posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius, tenebrosa aqua in nubibus aeris. Alii tamē istum ascensum super nubem ad literam intelligunt, de nube in qua ad cælum Christus assumptus est. ¶ Versu. 5. Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrentem. Istud nos ordine conuexo explanauimus, ad hunc sensum, Qui facis spiritus tuos angelos tuos, & ignem vrentem ministros tuos: ad quem modum etiam in Elucidatione Apostolicarū Epistolarum, hoc ipsum fumus interpretati, in capite primo Epistolæ ad Hebræos, ubi locum præsentē citat Paulus, ad monstrandum Christi super angelos præcellentiam. Atq; ita loquutio similis erit illi, qua antè dictū est, Virga directionis, virga regni tui: hoc est, virga regni tui, est virga directionis. Et in alio Psalmo, Cinerem tanquam panem manducabam, loco huius, Manducabam panem tanquam cinerem. Potest tamen intelligi secundum proprium ordinem & situm partium, hoc modo, Qui facis vt tui angeli sint spiritus, qui hoc fecisti atq; curasti, vt pro angelis tuis haberes non carnem & sanguinem, sed spirituales creaturas: & vt ministros tuos habeas flammam vrentem, id est, non frigidus, non tepidus in feruitute, sed perpetui amoris viuacissimo igne flagrantem: vel ignem vrentem, id est, fortissimos & validissimos ad perficiendum vltionem Dei, vt nemo possit resistere: quemadmodum est ignis maxime in agendo violentus. Sic enim ignis vrens fuit ille angelus, qui in castris Sennacherib interfecit nocte vna centum octogintaquinque milia hominum, corpora omnia in cinerem redigens. Quidam verò, spiritus hinc intelligunt ventos & turbines, quibus Deus quasi nunciis vt videtur, quum ante se eiusmodi præmittit ad prænunciandum aduentum suum: & flammam ignis siue ignem vrentem, intelligunt ignem materiale, punientem malos, cuius subinde Deus legitur vsus ministerio: vel ut cum de cælo ignem & sulphur pluit, ad deletionem Sodomæ & Gomorrhæ, item super quinquagenarios venientes ad adducendum Heliam. Sed Pauli authoritas in capite primo Epistolæ ad Hebræos, manifestissime ostendit, de angelicis spiritibus istud intelligendum: cum ex hoc loco ostendere conetur, quanto sit differentius nomen quod hæreditauit Christus, præ nomine angelicorum spirituum. Quod si locus iste de flatibus ventorum intelligeretur, & de igne consumente, quorsum illi proposito conduceret? ¶ Versu. 7. Super montes stabunt aquæ. Alii hoc intelligunt de aquis pluuiialibus, quæ cum pendeant in nubibus, super montes quodammodo consistunt. Sed mihi videtur, quod sequitur de fuga ad increpationem domini, non satis conuenire cum illa expositione. Nos ad magnitudinem elementi aquæ istud retulimus, quod tantum est, vt possit vniuersos etiam montes operire, nisi Diuina iussione & increpatione fugientes aquæ compulsæ fuissent terram aliquam ex parte nudam relinquere, pro terræ fructificatione & animantium in habitatione. Rectè autem increpatione dicitur fuisse præceptum illud, quo coactæ sunt relinquere situm naturalē, secundum quem totam ambibat terrā, & in vnum locum se cōgregare, vbi & cōtinentur sola iussione Dei, ne se penitus super terram effundant, eamq; opprimant, videtur enim aquarū increpatione esse, quæ cum imperio sic iubentur quæ obtinēt relinquere, & ab oppressione terræ recedere. De hac autem terræ discoopertione, quomodo facta sit voce Dei, & quomodo vsque nunc conseruetur, à proposito plenissime tractauimus in libris de consideratione rerum naturalium, libro septimo, qui inscribitur de cælo & mundo, capite tertio. Propter quod, pluribus de eadem re hoc in loco agere non curamus. Similiter & de montium altitudine, valliumque humilitate in terra, ad quam vtilitatem à Deo facta sit, eodem in libro ex intentione tractauimus, capite sexto. ¶ Versu. 12. Expectabunt onagri in siti sua. Quidā secundum faciem istud accipientes, huius dicti causa putant onagros esse sitis admodum patientes, atq; ob hoc non statim vbi sitiunt pergere ad potum, quomodo cætera animalia: & hoc esse quod hic dicitur, Expectare onagros in siti sua. Alii dicunt, onagros vehementer esse sitibundos, sed tamen non libenter in aquam, vel pedes vel os intingere. Quæ si ita se habet, facile in lectione Latina intelligitur singularis natura onagrorum, qui sitientes non statim festinant ad potum, cum alia animalia contrarium faciant statim ad potum recurrentes, vbi sitierint. Huiusmodi tamen incerta non est necesse commentari, pro expositione loci præsentis, maxime si originalem consulamus Hebræam lectionē, ex qua Hieronymus sic vertit, Reficiet onager sitim suam, & Felix, Extinguent vel frangent onagri sitim suam. Quibus aptando nostra lectionis intelligentiam, dicimus onagros expectare in siti sua: id est, cum sitierint, festinare vel vehementer anhelare, & expectatione cruciari, donec illuc perueniant, vt sitim sedent. ¶ Versu decimo quarto, Rigans montes de superioribus suis. De superioribus suis intellige, non de superioribus montium, sed de superioribus ipsius rigantis Dei: hoc est, de excelsis, vel de sublimibus Dei, id est, de nubibus. Vnde Felix vertit, Irrigans montes de excelsis, vel de nubibus suis, vel de æthere suo. Hieronymus per secundam personam, Qui irrigas montes de cœnaculis tuis, & Paraphrasis Chaldaica, Qui irrigas montes de domo thesauri excelsi tui. ¶ Versu. 28.


**A** Hoc mare magnum & spaciosum manibus. Manus positæ sunt pro contentia & amplitudine, quæ mare velut amplexatur & continet quæcunq; in ipso sunt, vnde Chaldaica trāslatio habet, spaciosum terminis. Intra namq; terminorum suorum amplitudinem, omnia illa cōtinet. Alii vertunt, latum spaciis. ¶ Versu. 28. Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Debetur secundum sententiā pars ista coniungi cū præcedentibus, hoc modo, Illic reptilia, quorū non est numerus. Animalia puilla cum magnis, Draco iste quē formasti ad illudendum ei: ac deinde separatim est legendum, Omnia à te expectant, vt des illis escam in tēpore, &c. Dracones autem isti videntur esse cete grandia, de quibus sit sermo in 1. cap. Genesis. Nam singulare positū videtur pro plurali. Circa illud autē quod dicitur, Quem formasti ad illudendum ei, nota, dictum esse illudendum ei, pro ludere in eo: quomodo dicimus insidere equo, pro sedere in equo: instare operi, pro stare siue persistere cū diligentia in opere: relatiuum autem ei non refert draconem, sed mare. Est enim sensus, vt illuderet mari, siue vt illuderet in mari. Quam sententiā nos in Elucidatione prolixius explicauimus. Atq; huic expositioni manifeste cōsonat quod vertit Felix, Leuiathan quem formasti, vt rideat in ipso, videlicet mari, id est, vt gaudeat in mari, quoniam (vt aiunt) dominus est aliorum piscium. Et in eadem sententiā alii quidam sic vertit, Et certe illa quæ finxisti, vt ibi luderent Hieronymus verò sic vertit, Leuiathā istum plasmasti, vt illuderet ei. Quod videtur in eadem sententiā intelligendum. Cum enim dicit, vt illuderet ei, non videtur posse hoc cōmode aliter intelligi, quā vt ipse Leuiathan illuderet mari, hoc est, luderet in mari. Et in Hebræo expresse habetur, in eo. Vulgo tamē ita solet hic sermo accipi, vt illudere significet deludere vel decipere: ei verò putat referre ipsum draconem, hūc q; sensum accipiunt, Draco iste quem formasti vt illudatur ei, vel vt illudant ei, videlicet pisces minores alii. Quod intelligunt, ratione magne molis ipsius. Cum enim cibi gratia pisces alios vorare voluerit, aufugiant ab eo, & versus littus natitāt, vbi viderint esse arenam & profunditatem minore: quæ cum ille cibi avidus cum impetu aquam secum adducens fugietes fuerit insequutus, defluente quærococy aqua, ille ob corporis molem destitutus aquæ sufficientia, nequit se mouere, sicq; sua venatione deludatur & interdum in captiuitatem nautis venit. Atq; ita dicitur factum esse hunc draconem, vt sic illudatur ei, non quidem particula vt significante finalem causam, sed cōsequutionē tantum. Ex eo namq; quod tanta mole ipsum Deus condidit, huic quodāmodo illusioni eundem subiecit, eo quod corporis nimia moles huic illusioni det occasionē: quomodo homines nimia lōgitudine frequēter aliis suat in derisum, dū sua capita nō raro allidunt, vbi absq; nocumēto cæteri mediocri stature pertraleunt. Hoc modo exponunt, qui (sicut dictum est) illusionem intelligunt deceptionem vel delusionem. Quāquā autem prior expositio magis vera videatur, magisq; cōsonā litteræ Hebræicæ, attamē hæc secūda rectè etiā poterit ex Hebræo accipi. In Hebræo enim ad verbum sic habetur, Ad ridendū in ipso, quod sic intelligatur, Vt rideat de ipso, vel in ipso dracone, siue propter ipsum draconem, idem est sensus, ac si dicatur, ad deludendum eum, vel deridendum eum, siue ad illudendum ei, vt illusio significet derisionem vel delusionem. ¶ Versu penultimo, Iucundū mīit ei eloquium meum. Hieronymus, Placeat ei eloquium meum, Felix, Dulcescat, vel suauē sit ei eloquium meum. Plalterium Romanum, Suanis sit ei laudatio mea.

CIIII. PSALMI ARGVMENTVM.

**P**salms iste, quemadmodum & sequentes duo, exhortatio est populi Dei ad laudem eius, & commemoratio beneficiorum olim exhibitorum patribus, tam Patriarchis illis primis Abraham, Isaac & Iacob, quā postea eorum in Aegypto oppressis: pro quibus Aegyptus plagis terribilibus percussa fuit, ipsi verò in manu valida liberati fuerunt, & introducti in terram patribus eorum repromissam. Psalmus totus satis est facilius, & ex historia Genesis atque Exodi eius cognoscitur sententia.

CIIII. PSALMI ELVCIDATIO.

- 1 *Confitemini domino, & inuocate nomē eius:*
- 2 *\* annunciate inter gentes opera eius.*
- 3 *Cantate ei, & psallite ei, narrate omnia mirabilia eius.*
- 4 *Laudamini in nomine sancto eius: \* letetur cor quærentium dominum.*
- 5 *Querite dominum,*



Onfessione laudis celebrate dominū, & ex corde bono cum fiducia inuocate nomen eius. Sic enim maxime honorari putat, cum à fidelibus suis sine hesitatione inuocatur in die tribulationis: \* opera eius mirabilia & magna quæ fecit vobiscum & cum patribus vestris, narrate & prædicate omnibus populis, proclamate ea in aures omnium nationū. 2 Cantate illi laudem, & canticis psalmodum laudate eum, enarrantes in psalmis laudatoriis & gratulatoriis canticis vniuersa mirabilia eius, quorum ad vos peruenit memoria, quæ & cum patribus vestris fecit in sæculis præteritis, atque etiamnum erga vos non cessat operari. 3 Exultate laudando, & magnifice lætamini, lætandōque gloriāmini in nomine sancto eius, sancto gaudio & exultatione gloriāmini in eo. Est enim eius in sæcula benedictum nomen iustissimæ gaudii atque gloriationis materia, omnibus qui ipsum cognoscunt & credunt in illud: \* letentur spiritus, & affectus boni omnium eorum qui requirunt dominum, agant in gaudio corda omnium credentium in dominum, illique fideliter seruientium. 4 Querite dominum ex toto corde vestro, omni studio cōtendite placere illi, gratiamque præstare seruitutem, & cōfortentur corda

Psal. 49.

Galat. 6. *Et confirmamini:*  
Mal. 2.6. *\* querite faciem eius*  
*semper.*

2. Cor. 6. *5 Mementote mirabilia eius qua fecit prodigia eius, & iudicia oris eius.*

1. Cor. 10. *5 Mementote mirabilia eius qua fecit prodigia eius, & iudicia oris eius.*

Coloff. 3. *5 Mementote mirabilia eius qua fecit prodigia eius, & iudicia oris eius.*

Hier. 29. *6 Semen Abraham serui eius, filij Iacob electi eius.*

Malac. 1. *6 Semen Abraham serui eius, filij Iacob electi eius.*

Roma. 9. *6 Semen Abraham serui eius, filij Iacob electi eius.*

*7 Ipse dominus Deus noster: \* in vniuersa terra iudicia eius:*

*8 Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi quod madauit in mille generationes.*

*9 Quod disposuit ad Abraham: \* & iuramenti sui ad Isaac.*

*10 Et statuit illud Iacob in praeceptum: \* & Israel in testamentum aeternum.*

*11 Dicens, Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hereditatis vestrae.*

*12 Cum essent numero breui, paucissimi, & incolae eius.*

Heb. 11. *13 Et pertransierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.*

Gene. 49. *14 Non reliquit hominem nocere eis: \* & corripuit pro eis reges.*

vestra in co:bonu faciētes ne deficite, ne flaccescite, sed viriliter agite, & confortentur corda vestra, in fiducia omnipotentis Dei: \* querite semper faciē eius, nunquā ab eo auertite oculos, sed coram eo semper ambulate, ei semper spiritu praesentes vos exhibere cōtendite, tametsi corpore absentes, vt placeatis in oculis eius: quicquid agitis, semper in nomine eius facite, tanquam ipso inspectore, teste, & iudice. 5 Ad memoriā reuocate, memoriq; mēte & animo grato reuoluite mirabilia illa opera qua fecit in pristinis generationibus, corā patribus vestris, illa stupēda atq; inaudita prodigia, & iudicia illa terribilia q per sententiā oris sui ex iussione praēcepti sui exercuit p populo suo aduersum inimicos. 6 Vos (inquā) horum memētote, qui estis verū semen Abraham fidelis serui domini: vos ista ad laudem commemorate, qui secundum fidei imitationē potiusquam secundum carnis originem illius estis vera progenies, quiq; estis veri secundū spiritum & reprobationē filij Iacob electi eius, quē singulari electione dominus dilexit & elegit, fratrem primogenitum Elau odio habens & reprobans.

7 Ipse est dominus Deus noster vnus & verus, Deus patrū nostrorū, Abraham, Isaac, & Iacob, & praeter eum non est alius: opera eius mirabilia & terribilia qua fecit cōtra aduersarios populi sui, pro his indicādo, palām toti mundo sunt exhibitā: tam gloriosa fuerunt, vt eorum fama vniuersum pertransierit habitabilem orbem. \* Est quoq; iudex & iudicia exercens super vniuersam terram, non solum in Iudaea, neq; solum in finibus eius habēs imperiū, sed longē ac latē per vniuersum orbē terrarum. 8 Non est oblitus pacti sui in aeternum facti, quod fecit vt in aeternum perduret & nunquā fiat irritum: recordatus est (inquā) verbi illius, promisi, testamēti, siue pacti, quod firmavit non solum pro patriarchis illis primis patribus nostris, neq; pro proximis generationib; per aliquot saecula de ipsis nascituris, sed prorsus pro omnibus generationibus vsq; ad cōsummationem saeculi: quod pactū secundum veritatem voluit firmum habere robur, vsq; dum hic mundus perstabit in omnes generationes. 9 Quod testamentum disposuit primum omnium ipsi Abraham seruo suo, expressa pollicitatione sua promittēs illi sui seminis multiplicationē, & in terram promissionis introductionē: \* memor fuit promissionis iuramēto firmatae, quam sicut fecerat primū Abraham, ita fecit & filio Isaac. 10 Et statuit illud, firmiterq; constituit ipsi Iacob pro aeterno praēcepto, tam ipsi Iacob Patriarcha, q toti populo, volens firmissime credi promissioni suae: \* & eidem ipsi alio nomine dicto Israel, firmavit promissionem illam in pactum aeternum, tam ipsi patriarcha, q omni semini eius, vt imple-retur quidem illa promissio in semine corporali corporaliter, & ipirituali autem semine spiritualiter. 11 Dicēs ad patres nostros, Abraham, Isaac, & Iacob, Tibi & semini tuo post te, dabo terram Chanaan in sortem, diuisionē, & portionē hereditatis vestrae: terram Chanaan pinguisimā & optimam, lacte & melle manantē, vobis & semini vestro dabo in hereditariā possessionem: semini quidem corporali, suo in tempore crassam & corpoream hereditatem: vero autem semini secundum spiritum, hereditatē illam preciosam, & omnibus verē bonis fecundissimam, terram viuentium. 12 Et quanquam in longum distulit dominus implere promissum suum, semper tamē ex quo elegit patres nostros, & testamentum illis disposuit, singularē gessit illorū curā, & peculiari eos respectu fonit. Nā & in principio, cum essent adhuc in modico numero, cū angusta esset adhuc eorum familia, cum essent paucissimi numero, & tantum vt aduenā incolerent terrā promissionis, tanquā peregrini & aduenā in tabernaculis demorantes in ea. 13 Et cum famis inedia compulsi, cum omni familia sua & gregibus transirēt de gente vna ad aliam, & de populo siue regno altero ad alterum, vt peregrinarētur illuc vbi audirent annonam esse copiosiorē, veluti nūc peregrē discēdentes in Aegyptum in regnum Pharaonis, nūc in Palestinā in regnum Abimelech. 14 Cum ita vt aduenā & peregrini transirent de loco ad locum, semper illis sua singulari protectione & custodia adfuit Deus, vt non permiserit illos ab vllō vnquam vim pati, aut nocementum accipere, sed protector illorum & custos fuit in omnibus quocūq; pergebāt: \* quin & reges magnos pro eis corripuit, & tā verbo increpationis quam poena vitiationis arguit, propterea quod ipsi fecissent iniuriam, quemadmodum Pharaon rex

15 Nolite tangere christos meos: \* & in prophetis meis nolite malignari.

16 Et vocauit famem super terram: \* & omne firmamentum panis contriuit.

17 Misit ante eos virum: \* in seruum vendatus est Ioseph.

18 Humiliauerunt in compedibus pedes eius: \* ferrū pertransit animam eius: \* donec veniret verbum eius.

19 Eloquentium domini inflāmauit eū: \* misit rex, & soluit eum: \* princeps populorum, & dimisit eum.

20 Constituit eum dominum domus suae: \* & principem omnis possessionis suae.

21 Vt erudiret principes eius sicut semetipsū & senes eius prudentiam doceret.

22 Et intrauit Israel in Aegyptum: & Iacob accola fuit in terra Cham.

23 Et auxit populum suum vehementer: \* & firmavit eum super inimicos eius.

24 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

25 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

26 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

27 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

28 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

29 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

30 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

A

15 Nolite tangere christos meos: \* & in prophetis meis nolite malignari.

16 Et vocauit famem super terram: \* & omne firmamentum panis contriuit.

17 Misit ante eos virum: \* in seruum vendatus est Ioseph.

18 Humiliauerunt in compedibus pedes eius: \* ferrū pertransit animam eius: \* donec veniret verbum eius.

19 Eloquentium domini inflāmauit eū: \* misit rex, & soluit eum: \* princeps populorum, & dimisit eum.

20 Constituit eum dominum domus suae: \* & principem omnis possessionis suae.

21 Vt erudiret principes eius sicut semetipsū & senes eius prudentiam doceret.

22 Et intrauit Israel in Aegyptum: & Iacob accola fuit in terra Cham.

23 Et auxit populum suum vehementer: \* & firmavit eum super inimicos eius.

24 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

25 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

26 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

27 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

Aegypti, vbi Saram sustulisset in domū suā, flagellatus est à Deo plagis maximis cum omni domo sua, donec restituisset illi vxorē suam. Atq; iterū Abimelech rex Gerarā, cū tulisset Saram, apparuit ei dominus per somnium nocte, mortēque ei est cōminatus, nisi restituisset, quam tulerat viro suo. 15 Nolite (inquiebat dominus effectu huiusmodi correptionum) cōtingere sanctos & electos, quos ego mihi specialiter elegi, & vnctione mea sanctificauī, ac sanctificatione vnxi: nolite eos, aut eorum quicquā contingere, vt nocentis eis: \* & cōtra sanctos meos, cōtra prophetas istos meos, quib; ego manifesto me ipsum, quibuscum familiariter ego loquor & verbor, nolite mali quicquam attentare. Alioqui morte moriemini, & ego pugnabo pro eis, si vel in minimo quicquam eorum cōtingeritis. 16 Et post tempus aliquantū iussit dominus famem magnam venire super terram Chanaan, & super omnem terram, sterilitatem magnam annorum septem induxit, ita vt vbiq; locorum maxima esset frumentorum inopia: \* & defecerat omne firmamentum panis, omne frumentum ex quo conficitur panis, confirmans cor hominis, absumptum est, neque vsquam potuit inueniri frumenti copia vel sufficientia, nisi tantum in terra Aegypti, vbi per singulārē Dei prouidentiam abundantia frumentorum fuerat cōseruata. 17 Et hic, ne paterentur defectum Iacob & domus eius, mirabili dispositione à Deo prouisum est, dū ex eius dispositione, antequam tempus hoc famis veniret, Ioseph filius Iacob in Aegyptum ductus est, qui postmodum & Iacob patrem cum familia & totam terram cibaret sua prouidentia: \* Ioseph filius minor & vnice dilectus patri Iacob, & fratribus suis, per odium & inuidiam venditus est in seruū Ismaelitis, ac deinde ab his Puthiphari Aegyptio. 18 Hic ab vxore domini sui iniuste accusatus propter iustitiam, quasi qui voluisset heram opprimere, à domino suo in carcerem remissus est, vinculisque & afflictus compedibus, vt solent vinciri malefactores: \* ferreae ille compedes dolore affligerūt, & cruciauerunt animam eius, in dolore & afflictione vixit positus in captiuitate, innocens inter noxios: \* vsquedum veniret verbum eius, & enarratio somnii, qua praedixerat duobus cōcaptiuis quā ipsis essent ventura, donec illa enarratio completeretur in opere, hacque occasione tandem fuisse eductus de iniusta captiuitate carceris. 19 Eloquentium domini in eo vgnit, spiritus Prophetia ipsi à deo dat; fuit, per quem sapientissime potuit cōiicere somnia, & futura occultaque cognoscere \* Pharaon rex Aegypti, audita à pincerna suo sapientia eius, & diuinandi peritia, misit qui eum à captiuitate liberarent, & adornatum decenti habitu coram se adducerent, ad coniciendum & enarrandum somnia, quā viderat, & diuinorum nemo poterat exponere: \* misit (inquā) princeps iste magnus, multorum populorum Pharaon gloriosus, atq; à captiuitate eduxit Ioseph, libertatēque donauit. 20 Comprobata in eo sapientia Dei, quod prudentissime simul & vtilissime exposuisset somnia, constituit eum Pharaon dispensatorem & procuratorem domus regiae, illum sibi faciens dignitate proximam, ita vt vno tantum regni folio illum antecederet: \* & principem illum fecit super omnem possessionem suā, dans illi potestatem super omnem terram Aegypti, ita vt absque eius imperio non moueretur manus in vniuersa terra Aegypti, & ad eius nutum agerentur omnia. 21 Vt per abundantem sapientiam Dei quae in ipso erat, princeps & nobiles Pharaonis erudiret, sicut & ipse à Deo eruditus fuerat, & vt presbyteros, illos etiam qui propter senium & sapientiam magnā autoritatis & existimationis erant in populo Aegypti, doceret prudentiam: vt ipse totum regnum in sapientia inflitueret, & ex eius coram toto populo ingreſſu atq; gubernatione discerent prudentiam. 22 Et factum est, vbi nunciabantibus filiis audisset Iacob viuere adhuc filium suum, quem iam diu mortuum, & à bestia voratum existimauerat, ipsumque praesse toti terrae Aegypti, & peculiariter distributioni frumentorum, quorum erat in terra vniuersa maxima penuria, venit ad Ioseph filium suum in Aegyptum, vt ibi ab eo pasceretur ipse & omnis domus eius, fuitq; ibi accola & inhabitator cum filiis suis, in terra Aegypti. 23 Fecitque ibi crescere populum electum suum, & multiplicari semen Iacob vehementissime, vt qui in animabus septuaginta ingreſſi fuerant Aegyptum, nō post ita multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

24 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

25 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

26 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

27 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

28 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

29 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

30 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

31 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

32 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

33 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

34 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

35 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

36 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

37 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

38 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

39 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

40 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque

41 Quia multū temporis in maximā multitudinē excreuissent: \* fecitque



24 *Conuertit cor eorū vt odirent populū eius.*  
 Exod. 1. Ibidem. Ibidem. \* *Et dolum facerent in seruos eius.*

25 *Misit Moysen seruum suum, Aaron quem elegit ipsum.*  
 Exod. 4. Exod. 7.

26 *Posuisti in eis verba signorum suorum & prodigiorum in terra Cham.*  
 Exod. 10.

27 *Misit tenebras & obscurauit. \* non exacerbauit sermones suos.*  
 Exod. 7.

28 *Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum.*  
 Exod. 8.

29 *Et dedit terra eorum ranas, in penetralibus regum ipsorum.*

30 *Dixit, & venit canomya & cynifes, omnibus finibus eorum.*  
 Ibidem.

31 *Posuit pluuias eorū grandinem, ignem cōburētem in terra ipsorū.*  
 Exod. 9.

32 *Et percussit vineas eorum, & ficulneas eorum, & contriuit lignum finium eorum.*  
 Ibidem.

33 *Dixit, & venit locusta & brucus, cuius non erat numerus.*

34 *Et comedit omne fennum in terra eorum, & comedit omnem fructum terra eorum.*  
 Exod. 10.

eum multiplicatione nimia ita fortem ac validum, vt sibi metuere inciperēt Aegyptii, odiētes eos propter odiū atq; inuidiam, vt iam hostibus suis inciperent fieri fortiores atq; etiam formidabiles. 24 Et permisit dominus corda Aegyptiorū conuertit in odium contra populum Israeliticū: post mortem Ioseph surrexit rex nouus & populus nouus, qui non cognouerunt Ioseph & quæ dominus per eū A Egypto fecerat, qui odio moti sunt cōtra filios Israel, inuidentes & dolētes de multiplicatione eorū: \* egerūtq; aduersum seruos Dei maliciose, & nequiter cōpellentes illos proiicere in flumē filios suos, grauissimāq; seruitute opprimentes, ita vt ad amaritudinē perducerent vitam eorum, in seruitute grauissima luti & lateris, & in flagellis quibus affligebantur ab exactoribus regis. 25 Vidēsq; tandem afflictionē populi sui Deus, & misereri volēs iuxta promissum iam nimium fatigati populi, misit ad filios Israel & Pharaonē & seruos eius, Moysen famulū suū, de stirpe Israelitica, adiungens ei & fratrem suū Aaron ipsum quem elegit, vt esset os & propheta fratris sui Moysi, vt loqueretur corā Pharaone, vt que postmodū sacerdotio fungeretur ipse, & omnis posteritas eius. 26 Posuit in eis verba signorum suorum, dedit eis mandata de operādis supernaturali virtute mirabilibus signis, quæ corā Pharaone & seruis eius ostenderent, & prodigiorū stupendorum qualia nunquā ab initio fuerāt visā, vt ea exhiberēt in terra Mezraim filii Cham in terra Aegyptiorum. 27 Percussit Aegyptum horribili plaga tenebrarum densissimarum, quæ facta fuerunt per vniuersam terram Aegypti, ita vt tribus diebus & noctibus nemo posset videre proximum suum, neque quicquam ē loco se moueret, cum apud filios Israel esset lux clara: \* & nō irritauit, non irritos fecit dominus sermones suos: sicut praxiderat comminando Pharaoni, per Moysen & Aaron, ita factum fuit. \* Pharaonē etiam videns tantum miraculū, nō exacerbauit verba sua, non amara, neque blasphema loquutus est: sed veniam quæsiuit, & accersito Moysē, à plaga petiit liberari. 28 Aquas eorum, virga percutiente Moysē, conuertit in sanguinem omnes videlicet fluuios, paludes, riuos & lacus aquarum commutādo in sanguinem, ita vt nō possent bibere Aegypti aquā fluminis, quæ cōpulerat in sanguinem: & mortui sunt pisces qui erant in flumine propter aquæ putrefactionem, quam ferre non potuerunt. 29 Ebulliuit insuper terra eorū ranas, Moysē extendente manum super aquas Aegypti, ascenderunt ranæ in maxima abundantia, & operuerunt omnem terrā Aegypti, ingredientes etiā domū Pharaonis & principum eius, & in cubiculū lecti, & in domos, & in furnos, & in reliquias ciborum: nec quicquā erat ab harū ranarum vexatione liberū, vt nec penitissimā cubilia sua rex atq; principes eius potuerint seruare immunia, vt nō omnia ranis implerētur. 30 Iterū iussit venire muscā omnis generis, muscā grauissimā, omne genus muscarū, ita vt implerētur muscis venenatis omnes Aegyptiorū domus: percussioque terræ puluere, facti sunt cynifes tam in hominib⁹ quā in iumentis, in vniuersis terminis Aegypti, vt omnis puluis terræ Aegypti versus videretur in cynifes. 31 Super hæc, Pharaone indurante cor suū, nec volente acquiescere verbis Moysi & Aaron, & addidit dominus plagā aliam grādinis per maximē, quā sicut pluuia copiosissimā misit sup vniuersam Aegyptū super homines & super iumēta, & super omnem herbā agri, mittēs simul ignem cōburentem & discurrentia fulgura, vt grando & ignis pariter mixta ferrentur super vniuersam terram eorū. 23 Et per grandinē hanc maximā, quanta nūquam antē fuerat, percussa sunt omnes vineæ & fines eorū, omnesq; arbores quæ erāt in vniuersa terra Aegypti. Percussit enim cūcta quæ fuerūt in agris, ab homine vsq; ad iumentū, cūctāq; herbā agri percussit grādo, & omne lignū regionis cōfregit. 33 Cūmq; nec sic Pharaonē dimitteret populū, sed auget peccatū, & obduraret magis cor suū, præcepit dominus vēto vrenti, vt flaret tota die illa & nocte: qui mane factō lenauit & adduxit locustas cōmixtas cū brucis, quæ ascēderunt super vniuersam terrā Aegypti, in multitudine innumerabili, & operuerunt vniuersam superficiem terræ vastantes omnia. 34 Per quas locustas & brucos innumerabiles comestum atq; consumptū est omne gramen & omne viride in terra Aegyptiorū: & quicquid fructuum erat in arboribus residuū à grandine, per locustas deuastatū est. Deuorata namq; est ab eis herba terre

A 35 *Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum.*

36 *Et eduxit eos cum argento & auro: \* & nō erat in tribubus eorum infirmus.*

37 *Latata est Aegyptus in profectioe eorum: \* quia incubuit timor eorum super eos.*

38 *Expandit nubem in protectione eorum, & ignem vt luceret eis per noctem.*

39 *Petierunt, & venit coturnix: \* & pane celsi saturauit eos.*

40 *Dirupit petram, & fluxerunt aquæ: \* & abierunt in sicco flumina.*

41 *Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum.*

D 42 *Et eduxit populum suum in exultatione: \* & electos suos in letitia.*

43 *Et dedit illis regiones gentium: \* & labores populorum possederunt.*

44 *Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant.*

& quicquid pomorū in arboribus fuit, quæ grando dimiserat. Nihil quoq; virens relictum est in lignis & herbis terræ, in cuncta Agypto. 35 Nouissime verò omnium plaga grauissima dominus percussit Aegyptū, interficiens in terra eorum omne primogenitum, & primitias omnis doloris siue partus eorū: à primogenito Pharaonis qui in folio eius sedebat, vsq; ad primogenitū captiua quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum, vt non esset domus in qua non iaceret mortuus. 36 Et post hæc omnia ostēta atque prodigia in Pharonem & seruos eius exhibita, eduxit dominus populum suum in manu valida & brachio extēto, ditatos multis vasis aureis & argēteis & preciosis vestimētis, quæ ex domini præcepto, cōmodato acceperāt ab Aegyptiis, vt spoliaret eos: \* & nō erat in omnibus tribubus eorū infirmus, omnes fortes ac robusti erāt, atq; gaudentes pro liberatione sua, domino eos confirmāte in bona sospitate, vt ad vnū vsq; omnes educeret. 37 Et factum est mirabiliter, vt Aegyptii qui prius nequaquā voluerant populum dimittere iam etiam cōpellerent & rogarēt eos, vt egrederentur: & latati sunt, cum filios Israel viderent egredientes: \* cōspēta enim tam horrenda interfessione primogenitorū suorum, timuerūt, ne & ipsi morte absumerētur, timebantq; vltra apud se detinere populū domini, imō vrgebant eos de terra sua exire velociter, dicētes, Omnes moriemur. 38 Cum autem proficiscerētur filii Israel, expādit dominus nubē super eos in protectionē, ipse eis comes & dux viæ fuit, per columnā nubis in die, & per noctē in columna ignis. Dominus enim præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctē in columna ignis, vt dux esset itineris vtroque tēpore. In protectionē quoq; specialiter nubes ista populo fuit, quando persequentibus Aegyptiis, angelus domini, qui eos præcedebat, abiit post eos, simul & cum eo columna nubis priora dimittens, post tergum stetit inter castra Aegyptiorū & filios Israel, vt nō possent Aegyptii ad filios Israel per totam noctem accedere: facta verò vigilia matutina, respiciens dominus super castra Aegyptiorum, per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum. 39 Filiis autem Israel in deserto iam agentibus, cū petiissent carnes à domino, data est eis coturnicum maxima abundantia, vt iuxta desiderium suum carnes manducarent, vel vsq; ad nauseam: \* pane non humana arte aut naturali virtute de terra formato, sed supernaturali dono desuper dato, pavit eos annos multos in deserto, abiq; suo labore omni & solitudine. 40 Et cum sitirent in deserto, aperuit dominus rupē pro eis, vt aqua fluere in abundantia, quas biberet populus & omnia iumenta eorum: \* eruperunt ex petra ad iustionē domini tanta aquarum inundationes, vt in loco deserto, sicco, & arido facerēt velut flumina, illic vbi antea non fuerant aqua. 41 Ita magnifice, ita mirabiliter, & gloriose semper & in omnib⁹ egit dominus cum populo suo, propter testamētum quod pepigerat cum patribus eorum, Abraham, Isaac, & Iacob: quoniam secundum electionem ei erant dilecti & charissimi, propter patres eorum, quoniā memor fuit promissi firmi sui, quod pollicitus fuerat Abraham seruo suo: cui promisso, vt satisfaceret ita magnifice omnia hæc pro populo electo voluit agere. 42 Et gloriose eduxit populū suum de domo seruitutis, de fornace ferrea Aegypti, in magna exultatione: \* suos electos eduxit in magna letitia, quorum erat tāto ex liberatione maior letitia & exultatio, quanto fuerat sub seruitutis pōdere grauior afflictio. 43 Eductōsq; de terra captiuitatis filios Israel, introduxit in terram promissionis, in regiones alienigenarum gentium, expellens ac delēs pro eis gentes quæ inhabitauerāt terram Chanaā, Amorrhæos, Chananaeos, Enæos, Ethæos, Jebusæos, Gergezæos, & Pherezæos: vt filii Israel traderet possidendas terras eorum: \* & possederunt filii Israel ex domini mandato labores populorum illorum, agros quos illi coluerant, & vineas quas illi plantauerant, vrbēsq; & ciuitates quas illi edificauerant. 44 Fecit autem hæc omnia Deus, ob gloriā sui magni nominis, vt tantis beneficiis populū sibi deuinciret, itaq; obstringeret seruituti, vt tātis affecti à Deo beneficiis, & completis promissionibus eorum patribus factis, ipsi filii custodirent præcepta atq; caeremonias eius, & legē quam eis dedit in toto corde suo studerēt perficere: sicut in obedientia legis & præceptorum cum gratitudine famularentur domino Deo suo.

**P**salmo huic præmittitur tituli vice, nihil aliud quàm Hallelu-ia, quod significat, laudate dominum: videlicet quoniam totus Psalmus ad confessionem & laudem exhortatur, & quæcūq; proponit veterum illorum facinorum olim per Deum pro electis suis patrorum, ob hoc commemorat, ut laudetur in eis Deus, qui semper tam prouidam curam & benignam custodiam suis impendit electis. ¶ Versu. 3. Laudamini in nomine sancto eius. De verbo laudari, quomodo significet interdum gloriari, vel letari quasi cum laude, diximus in Psalmum. 33. circa versum illum, In domino laudabitur anima mea. Vnde hoc loco vertit Hieronymus, Exultate in nomine sancto eius. Felix, Laudamini vel laudate. Intelligi etiã potest, Cõplacete vobis ipsis in nomine sancto eius, gaudium habete in vobis super nomine sancto eius: in eo gloriemini: videlicet quod ipse talis ac tanti Dei serui sitis, & ipsius populus. A postolus namq; ait, Qui gloriatur, in domino gloriatur. Merito enim in hoc gloriari possumus, quoniam (vt ait sanctus Moyses) nõ est alia natio tam grãdis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis: neque est Deo nostro similis in omnibus diis, neq; est alius secundum opera eius. ¶ Versu. 5. Prodigia & iudicia oris eius. Nos idem per prodigia & iudicia intelleximus, appellãtes illa mirabilia signa prodigia oris Dei, eo quod ex iussione & præcepto Dei facta fuerint: iudicia verò, quatenus contra reprobos edita ex sententia oris domini. Possimus tamen hæc non incommode distinguere, vt exhortatio fiat ad recordandũ Dei prodigia, simul & præcepta quæ per os suum dedit, id est, legem quam tulit & dedit. Solent enim non raro ista Dei præcepta appellari iudicia. Melior tamen videtur prior expositio, quoniam in versu septimo cũ dicitur, In vniuersa terra iudicia eius: iterum de illis prodigijs videtur sermo fieri, non autem de præceptis legis, quæ peculiaris fuit populo Israelitico. ¶ Versu. 18. Donec veniret verbum eius. Nos in Elucidatione istud exposuimus de verbo Ioseph, cuiusq; coniecturã impletione, post quam opportuno tempore recordatus pincerna sui coniectoris, curauit apud Pharaonem de iniusto carcere illum educi. Alii intelligunt, non verbũ Ioseph, sed verbum domini, ad hunc sensum, Tandem Ioseph in carcere mansit cõclusus, donec veniret verbum domini, donec tempus veniret quod constitutum & definitũ fuit à Deo, vt exaltaretur Ioseph humiliatus. Illud quoq; quod sequitur, Eloquium domini inflammat eum, quod nos exposuimus de verbo sapientiæ Dei, quo illum Deus induit & donauit, vt sapienter posset futura præuidere. Alii sic intelligunt, Verbum domini velut igne examinavit & probavit eum, voluntas domini quæ erat, vt sic Ioseph humiliaretur, per patientiam, quasi igne examinavit eum, probavit eum, exercitavit & quasi repurgavit eum, vt ex bono fieret probatior, dignusq; fieret fidelis & probatus iuuenis, ampliori prophetiæ munere: vt significetur illa captiuitas à Deo permessa, ad ipsius Ioseph probationem, vt (iuxta beati Pauli sententiam) tribulatio patientiam operaretur, patientia probationem. ¶ Versu. 21. Vt erudiret principes eius, sicut semetipsum. Illa oratio sicut semetipsum, facit nonnullã difficultatẽ. Nos in Elucidatione sumus interpretati, sicut ipsemet edoctus fuit à Deo, quauis secundum eum sensum non admodum propria sit per accusatiuum eloquutio, nisi sic intelligeretur: Sicut semetipsum cognouit à Deo eruditum. Posset verò etiã aliter intelligi: vt erudiret principes Pharaonis: eõsq; regeret, gubernaret, moderaretur, & institueret, legibusq; vinciret pro sua voluntate, quomodocūq; voluisset: tanta utiq; erga illos libertate potens uti, quãta erga semetipsum. Cui satis cõsonat quod ex Hebræo vertit Hieronymus, vt erudiret principes eius secundũ voluntatẽ suam. Loco illius namq; quod nos habemus, sicut semetipsum, in Hebræo, est, in anima sua, vel secundum animam suam, hoc est, iuxta suam voluntatem, aut suum desiderium. ¶ Versu. 26. Et prodigiorum suorum in terra Cham. Quare Agyptus terra Cham vocetur, diximus in Psalmum. 77. ¶ Versu. 27. Et nõ exacerbauit sermones suos. Lectio vulgata nostri Gallicani Psalterii hoc loco, neq; cum Græco, neq; cum Hebræo consonat, neq; cum psalterio Romano. Sic enim in Græco legitur: *οτι παραστη γεννη τον το δόξος αντη*. Atq; ita habet lectio Romana, Quoniam exacerbauerunt sermones eius: hoc est, quia verbo domini restiterunt & contradixerunt, nec fuerunt obediẽtes iis quæ per Moysen & Aaron dominus illis dixerat de populi dimissione. In Hebræo autem sic legitur, Hieronymo interprete, Et non fuerunt increduli verbis eius. Quod intelligi potest de populo ipso Israelitico, qui pro se tanta signa fieri videns, solõsq; Agyptios talibus plagis grauari: se autẽ immunes viuere cõsiliũ sunt de verbis domini, quibus tamẽ ob amaritudinẽ animi prius agre voluerat acquiescere, dicẽtes Moysi, Fecisti foetere odorem nostrum coram Pharaone & seruis eius, & alia huiusmodi. Vel de Pharaone & Agyptiis, qui manifeste comprobãtes diuinam virtutẽ, non male loquuti sunt, neq; blasphemauerunt, sed agnoscẽtes peccatum suum, Moysẽ & Aaron vocãtis, petierunt à se illorum precibus reuelari manum domini. Nostra autem lectio vulgata, neq; cũ hac lectione Hebraica, neq; cum Græca videtur consentire. Habet tamen & ipsa commodam intelligentiam, quemadmodum duplici interpretatione in Elucidatione ostendimus. ¶ Versu. 29. Et dedit terra eorum ranas. Quod vulgo legitur in nostris codicibus, Et dedit, legendum videtur vno verbo, edidit. Neq; enim in Hebræo, neque in Græco præponitur coniunctio, sed à verbo tali incipitur oratio, quod significat edidit, vel emisit, vel produxit. Vnde ex Hebræo Hieronymus vertit, ebulliuit pro edidit: Felix produxit. Quod autẽ quidam libri habent terram in accusatiuo, Et dedit terrã eorum ranas, est etiam hoc deprauatum. Per nominatiuũ enim legendum est, quomodo Græca habent, & correctiores Latini codices, quomodo etiã ex Hebræo concorditer vertunt interpretes. De cynomya autem in versu sequenti, an legendum sit cœnomya per cœ diphthongum, vt significet muscã omnĩs generis, an cynomya per y, diximus in annotationibus Psalmi. 77. vbi eadem distio ponitur.

**I**n hoc Psalmo, vt in præcedenti, commemoratio ponitur mirabilium Dei veteri olim populo exhibitum, atque hinc ad laudem exhortatio. Est tamen in his Psalmis duobus notanda diuersitas, quod præcedens non meminuit malorum, quæ filii Israel egerunt contra dominum: sed tantum illa proponit stupenda prodigia & admiranda beneficia, quæ pro illis, maxime contra inimicos & hostes eorum, fecisset dominus. In hoc autem Psalmo commemorantur potissimum mala filiorum Israel, quibus impie egerunt contra dominum, & eorũ punitiones, quibus ob suas impietates à domino fuerunt afflicti: quæ tamen ob hoc commemorantur, vt manifestior fiat Dei erga populum suum inestimabilis & inexhausta misericordia: qui toties grauissime delinquentibus semper misericors fuit, quotiescunq; egressent penitentiam, re cordatus misericordie suæ & veritatis, quam promiserat patribus eorum. Tanto enim spectabilior, & maior digna laude relucet misericordia domini & veritas eius, quanto frequentissime lapsis atque relapsis nunquam viscera claudit, neque promissiones implere desinit factas patribus.

CV. PSALMI ELUCIDATIO.

**I** Confitemini domino quoniam bonus: \* quoniam in seculum misericordia eius.

**2** Quis loquetur potentias domini? \* auditas faciet omnes laudes eius?

**3** Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.

**4** Memento nostri domine in beneplacito populi tui: \* visita nos in salutari nostro.

**5** Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad letandum in letitia gentis tuæ: \* vt lauderis cum hereditate tua.

**6** Peccauimus cũ patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus.

**7** Patres nostri in Agypto nõ intellexerunt mirabilia tua: \* non fuerunt memores multitudinis misericordie tuæ.

**8** Et irritauerunt ascendentes in mare, mare rubrum.

Onfessione laudis celebrate dominum omnes serui eius, quoniam vnus & solus ipse est vere bonus: & sicut solus per se vere bonus, ita solus vere laude dignus: \* quoniam misericordia eius perdurat in seculum, in æternum non deficiet, perferentque eam omnes generationes venturæ vsque in consummationem sæculi, quemadmodum & perferunt quæcunq; præcesserunt ab initio. 2 Et quis eloqui ad plenum valeret omnia illa opera admiranda potẽtiæ atq; fortitudinis domini? quis ea pro dignitate posset explicare? \* quis pro dignitate prædicare poterit omnes laudes eius? quis illum sicuti dignus est laudare sufficiet? Est enim ipse magnus valde, nimiumque laudabilis: opera verò illa potẽtiæ eius, & nimium multa sunt, vt nemo ea omnia possit enumerare, & nimium magna, vt nec vnus pro dignitate quisquã hominũ sufficiat explicare. 3 Illi beati sunt, illi sibi bene consulunt atque prospiciunt salutem suam, illos Deus gratos habet, qui custodiunt iudicium, id est, qui faciunt iustitiã in omni tempore: qui ea quæ recta & iusta sunt, operantur omni tempore, qui nunquam quicquam iniustum aut impium agunt, contra Deum vel proximos suos. Qui enim huiusmodi fuerit, misericordiam Dei perferent. 4 Memento nostri in bonum domine, in beneplacito erga populum tuũ, in bona voluntate qua afficeris erga populum, secundũ benignitatẽ quam exhibes & ostẽdis seruis tuis nomen tuũ timẽtib; \* visita nos in salute tua, adfer nobis salutẽ quã optamus de inimicis nostris, & de manu omnium qui nos oderunt: visita nos, nõ quomodo iratus iudex reos visitat in tormẽtis & damnatione, sed vt pius pater filios benigna tua visitatione, libertatẽ adferẽdo captiuis, agris medicinã, vitã mortuis. 5 Vt videamus in bonitate electorum tuorum, vt experiamur bona dilectorũ seruorũ tuorũ, bona illa æterna quæ promissisti & præparasti diligentibus te, quæ non vidit oculus, audiuit auris, & quæ non ascenderunt in cor hominis, vt pariter lateamus in letitia gentis tuæ, vt participes efficiamus letitiã populi tui, gaudii quod præparasti electis tuis: \* vt lauderis à nobis pariter cũ hereditate tua, vt à nobis simul cũ populo electorũ tuorum, quẽ tibi in hereditatẽ redemisti, lauderis, & glorificeris imperpetuũ, cũ nos bonorum illorũ, quæ præparasti te diligẽtib; effeceris participes. 6 Et merito nos quidẽ tuam debemus implorare misericordiam. Nos enim parentũ prauaricatorũ prauaricatores filii effecti, peccauimus, iniuste egimus, & iniquitatẽ cõmissimus aduersum te, sicut & patres nostri in generationibus suis peccauerunt in omnẽ iustitiã tuã. 7 Iam inde ab initio, quãdo cœpisti liberare populũ tuũ de manu opprimẽtiũ, patres nostri in Agypto agẽtes, nõ cognouerunt rectã fidei sciẽtia mirabilia opera tua, nõ ea cõsiderauerunt, non æstimaerunt pro dignitate: \* nõ fuerunt memores multarũ miseratiõnũ, quas tu domine exhibueras patrib; eorũ electis tuis, Abrahamã, Isaac, Iacob & Ioseph, quos semper misericorditer custodisti & protexisti mirabiliter: neq; fuerunt memores multa & magna misericordie, quã fueras tu domine pollicitũ facere cũ vniuerso semine illorũ, vt sic ex fide discerẽt in te habere fiducia. 8 Imò iam corã eorũ oculis, insignibus pdigijs super vniuersam terrã Agypti editis, non sunt edocti ad credendũ & sperandũ in domino. Post nãq; multa gloriosa ostẽta in Pharaonem & seruos eius exhibita, cũ eduxisset eos dominus in manu valida & brachio extẽto, ascendentes de Agypto, eãmq; egressi, vsq; ad locũ maris rubri, illic positi cũ vidissent veniẽtes ad se persequẽdũ Agyptios, nõ habuerunt

fiduciā in auxilio domini, cuius potentiā tot tamq; euidētissimis argumētis iam conspexerat: sed quasi diffidentes & desperates murmurauerunt contra Moysen, & dominum ad iracundiā prouocauerunt, in murmuratione & diffidētia sua. 9 Attamē murmurātibus parcens, de manu persequentū Aegyptiorū saluos eos fecit, nō illorū aspiciēs demerita, sed ob nominis sui gloriā, vt in Aegyptiorum submersione glorificaret potentiā suam. Nā si illorū respiciamus diffidētiā, merebantur ipsi magis diuino auxilio destitui, imō seuera vltione puniri: verum propter suam virtutē manifestandam, disimulās Deus illorū peccata, indignis salutem immeritam contulit. 10 Et increpauit dominus mare rubrū, & ad increpationem eius exiccatum est suo praecepto, cōtra naturā instituta alueū maris rubri exiccatum, aquas stare faciens ab vtraq; parte quasi murum: \* sicq; spectando miraculo transitū fecit filiis Israel per locū profundū maris, per alueū profundissimū quem replere solet copia aquarū multarum, vt absq; nocumēto & periculo sic transire possent per medium maris rubri, sicut per viā deserti siccissimi. 11 Atq; ita inaudito prodigio saluos eos fecit de potestate Aegyptiorū, qui eos oderāt, eōsq; ad interfectionem requirebāt, & de manibus inimicorum nouo prodigio ita liberauit eos. Solus enim ipse pugnabat pro populo suo cōtra Aegyptios, filii autē Israel tātum stabant & videbant perdi hostes suos. 12 Et posteaquā transfūissent filii Israel, volētes eos sequi Aegyptii, ad persequendū & comprehendendū, iussu Dei redierunt aqua iu locū suum, iterūmq; conclusa sunt, vt antē fuerāt: sicq; totus exercitus Aegyptiorū persequētū filios Israel, aquis rursum se conuētibus obrutus & oppressus est, ita vt ex infinita multitudine nō esurgeret nec vnus, qui renūciare potuisset quod cōtigerat. 13 Tūc verō ad horam, cum ante oculos viderēt pro se tantū a Deo fieri prodigiū, tamq; nouo modo sibi praestitam salutem & inimicos perditos, crediderunt verbis domini, & bene fideles atq; bene fidētes se tū demonstrauerunt: id quod ostenderunt in eo quod cecinerūt pro gratiarum actione laudis canticum, dicētes, Cātemus domino: gloriole enim honorificatus est, equū & ascensore proiecit in mare. 14 Sed non ad multū tēpus hac fidei illorum perstitit deuotio. Nam cito fecerunt, id est accelerauerunt & properauerunt ad obliuiscendum opera domini, non diu memores fuerūt illorū quae viderūt, nimium cito, nimium prope obliuiscunt operum illorum quae pro se facta viderāt: \* vbi aduenit vllū discrimen, nō expectauerunt cū fiducia consilium domini, non sustinuerunt cū patientia voluntatē Dei: sed mox vbi non pro voto omnia succederēt, impatientes facti murmurabant & clamitabant cōtra Moysen & Aaron, tentantes dominum. 15 Id satis ostēderunt: quādo contra dominū murmurauerunt in deserto, in cōcupiscentia carniū, quādo recordati ciborum Aegypti, murmurabant propter defectum carniū, cū alioqui magnificē a Deo caelesti pane pascerentur, & absq; omni necessitate tētauerunt Deū in solitudine, petētes dari sibi carnes, vbi pabuli caelestis abunde multū acciperēt, quantum māducare poterant. 16 Et hic dominus irā differēs, fecit eis iuxta quod petierant, mittens eis carnes in abundantia, vt colligerent & manducarent quantū voluissent, vsq; ad nauisā: & dedit illis, vt satiari possēt carnib⁹ quas cōcupierāt. 17 Iterū alia murmuratione contra Moysen in castris male loquuti sunt, & cōtra Aaron, quē sibi per Moysen domin⁹ iā in sacerdotē vnixerat, atque sanctificauerat in suū ministeriū: seditionē suscitauerunt contra Moysē & Aarō, quasi ipsi sibi vsurparēt dominū in populū domini. 18 In vltionē autē hui⁹ trāsgressionis, terra nouo miraculo apta est, absorbitq; Dathā huius seditionis praecipuū authorē, itē & Abyrō eōplacē cū omnibus sibi adharētibus absorbit: & super istos sic absorptor clausit os suū. Dirupta nāq; fuit terra sub pedibus eorum, & aperiēs os suum deuorauit eos cū tabernaculis suis, & vniuersa substātia sua. Descēderuntq; viui in infernū operti humo. 19 Insuper & ignis a domino egressus exarsit in synagoga ipiorū, in cōgregatione murmurātū, percussitq; ac vorauit flāma ei⁹ peccatores: primū videlicet ducētos illos & quinquaginta viros proceres Synagoga tenētes thuribula, & offerētes incēsum, cōsentientes seditioni priorum quos terra absorberat: deinde alia quatuordecim milia & septingētos ē vulgo, murmurātes ob interfectionē priorum, percussit Deus plaga incēdiū,

9 Et saluauit eos propter nomē suum, vt notam faceret potentiam suam.

10 Et increpuit mare rubrū, & exiccatū est: \* & deduxit eos in abyssu, sicut in deserto.

11 Et saluauit eos de manu odientium, & redemit eos de manu inimici.

12 Et operuit aqua tribulantes eos, vnus ex eis non remansit.

Exod. 14. 13 Et crediderūt verbis eius, & laudauerunt laudem eius.

Exod. 15. 14 Cito fecerunt, obliuiscunt operum eius: \* & non sustinuerūt consilium eius.

15 Et concupierunt cōcupiscentiā in deserto, & tentauerunt Deum in inaquoso.

16 Et dedit eis petitionem ipsorum, & misit saturitatem in animas eorum.

17 Et irritauerunt Moysen in castris Aarō, & contumeliam fecerunt contra dominum.

Num. 16. 18 Aperta est terra, & deglutinit Dathā, & operuit super congregationem Abyron.

Ibidem. 19 Et exarsit ignis in synagoga eorum, flamma cōbussit peccatores.

A 20 Et fecerunt vitulū in Oreb:

\* & adorauerunt sculpile.

21 Et mutauerunt gloriam suam, in similitudinem vituli comedentis fenum.

22 Obliti sunt Deum qui saluauit eos, qui fecit magna in Aegyptio, & mirabilia in terra Chan, & terribilia in mari rubro.

23 Et dixit vt disperderet eos:

\* si non Moyses electus eius sterisset in confectione in conspectu eius.

24 Vt auerteret iram eius, ne disperderet eos: \* & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.

25 Non crediderunt verbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis suis: \* non exaudierunt vocem domini.

D 26 Et leuauit manum suam super eos, vt prosterneret eos in deserto.

27 Et vt deiiceret semē eorum in nationibus, & disperderet eos in regionibus.

28 Et initiati sunt Beelphegor: \* & comederūt sacrificia mortuorum.

20 Post hæc, malū malo accumulantes, iuxta montē Oreb, qui est Sinai, facti impatientes more, quā Moyses faciebat in monte apud dominum accipiens legē, extorsērūt ab Aaron, vt sibi faceret vitulū quem Exod. 32: pro Deo colerent, petentes sibi deos fieri qui eos preccederent, perinde quasi Deū in se nondum sensissent, quem tam multis, tamq; euidētissimis indicis iam in se inhabitare compererant: \* factōq; & conflato vitulo aureo, adorauerūt illum, festum & gaudium magnum fecerūt, choreāsq; duxerunt coram illo, dicentes, Isti sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. 21 Atq; ita suam gloriā, Deum verum qui erat illorū honor & gloria, commutauerunt in similitudinē vituli, quod animal est irrationale, māducans herbā terrae: cultū soli Deo debitū exhibuerunt imagini bruti animalis, in quo nō est intellectus: talem videlicet vilem creaturā dixerunt esse Deum suum. 22 Obliti sunt illius tam potētissimi Dei, qui tanta eis ostēderat sua magna, qui eos in stupendis signis atq; prodigiis saluauerat de manu Aegyptiorū, qui tam mirabilia atq; omnibus saeculis inaudita pro ipsis egerat in terra Aegypti, anteq; in de eos educeret, ac deinde horribilia in mari rubro, quādo ipsis astantibus & videntibus, omnē persequutorū exercitū ad vltimum vsq; virū aquis oppressit. 23 Et dixit dominus ad Moysen, tanta exacerbatus ingratitude, se delerūtū populum illum, & penitus disperditurū: Moysen verō facturū in gentem alteram maiorem & potentiorē, q̄ erat populus ille: \* verum Moysēs famulus domini pro cōmissio sibi populo paterno affectu sollicitus, oratione sua se opposuit furori domini, vt irā eius confringeret atq; placaret, orans pro populo, ac dicens, Dimitte eis hanc noxā, aut dele me de libro quē scripsisti. 24 Ita Moysēs Deū sua oratione placauit, vt auerteret a populo indignationē domini, ne disperderetū subito, & penitus deleretur: \* sed neq; hic sinē accepit malitia, rursum enim postmissos exploratores ad terrā promissionis, eorūmq; a terra illa reditū despexerunt, cōtempserunt, & pro nihilo habuerunt terrā illam promissionis lacte & melle manantē: sic pro nihilo habuerunt, vt ablata & promissam sibi ex verbo domini, nequa q̄ vellent ingredi, cū (iuxta pollicitationē domini) absque suo periculo & labore potuissent eam accipere, quod certe est pro nihilo habere, nihilq; estimare, nolle videlicet rem sic absque labore ad possidendū oblatā suscipere, nolle ad possidendū accedere. 25 Non crediderūt verbo domini, quo illis promiserat & patribus eorū, promissionis terrā accipere: nō sunt confisi domino, quod terram illam esset sibi daturus: factiq; increduli & diffidentes murmurauerunt in tabernaculis suis, moti voce exploratorū, qui dixerunt, terrā esse plenam fortissimis inhabitatoribus, nec posse expugnari: ppter quod, diffidens de auxilio & promisso domini populus incredulus, murmurauit contra dominum, in surrexitq; aduersum Moysen & Aaron, item & cōtra Iosue atq; Caleb terrā cōmendantes, Num. 14: ita vt eos vellēt opprimere lapidibus: \* & in omnibus his nō exaudierunt vocē domini, nō crediderunt verbo Dei, quo illis promiserat suo adiutorio in terrā introducere lacte & melle manantē: pluris estimauerunt verba exploratorū, terrā detrahentium, q̄ verbū domini pollicitis eam. 26 Et eleuauit dominus ad vltionē brachium suū, potentiā virtutis suae eleuauit super illos murmuratores in vltionē, vt cadauera omnū eorum qui huic murmurationi cōsensērunt, in deserto prosterneret: in vltionē huius murmurationis, per quadraginta annos dominus populū circumduxit per desertū, donec omnis illa generatio murmurātū defecisset, essētq; cōsumpta, iudicio domini, Iosue tantū & Caleb exceptis, qui eo q̄ bene loquuti fuissent de terra ad quā cum reliquis explorandū missi fuerant, digni habitū sunt promissionis terrā ingredi & possidere. 27 Neq; solum ipsi patres murmurantes in sua meruerūt persona puniri, verū etiā in posteris: quos Deus, propter vltionē sceleris, permisit deiici & humiliari in gētibus, quos permisit subinde vinci ab alienigenis: atque sub eis interdū seruire, quos Deus ad vnū oēs a facie eorū cōtriuisset atq; subiugasset perfecta victoria, si nō aliud promeruisse mutmuratoria semper eorū incredulitas. 28 Et post hæc initiati sunt, consecrati sunt, additi sunt idolo Moabitarū, noīe Beelphegor: adiunxerūt se illi, vt ipsum pro Deo gētū ritu colerent, illiq; sacrificarent, inuitati a filiabus Moab, ad ornatis iuxta consilium maligni Balaam: \* & inuitati ab istis, comederunt Num. 26:



de sacrificiis idolorum, in quibus nō est vita, & proinde neque verum Diuinitatis nomen: manducauerūt de idolothytis, quod illis Diuina fuerat lege prohibitum. 29 Et irritauerunt dominū in adinuentio- nibus suis, in excogitatis nequissimis cōsiliis prauī cordis sui, quibus egerunt contra dominū: \* & facta est in eis grauis vltio, cæsis de po- pulo viginti quatuor milibus, & principibus populi suspēdi iussis cō- tra solē in patibulis. 30 Et stetit Phinees, filius Eleazari, filii Aaron, stetit viriliter, virū se præstitit in vltione huius impietatis: qui cernēs vnum de principibus filiorū israel, videntib⁹ fratribus suis, intrantē ad scortū Madianitidem, sequutus illum pugione perfodit ambos si- mul in locis genitalibus: \* hocq; facto ex zelo magno honoris Dei, placuit ille furorē dominī: & cessauit plaga in populo, neq; vltra plu- res voluit percuti dominus, cæsis viginti quatuor milibus: adeo gratū fuit domino, quod ille in zelo Dei, ad vltionē impietatis, sic audacter peregerat. 31 Et reputatū est hoc ipsi Phinei ad iustitiā, placuit do- mino opus hoc tanti feruoris, adeoq; factum illud vitio nō dedit, au- thori, vt etiam ad iustitiā ei ascripserit, plurimūq; inde commen- darit, imō & pactum æterni sacerdotii illi statuerit in omnes genera- tiones, vsq; in sempiternū, iuxta verbū domini dicentis ad Moysen, Ecce do ei pacē fœderis mei, tam ipsi quā seminī eius, pactum sacer- dotii sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus fi- liorum israel, auertit iram meam a filiis israel, quia zelo meo cōmo- tus est contra eos, vt nō ipse eos delerem in zelo meo. 32 Rursum cū venissent filii israel in desertum sin, & aqua paterentur penuriam, in loco qui pōst ab euentu miraculoso nomen accepit aquarū contra- dictionis, ibi ad iracundiā (vt antē frequenter) iterum prouocauerunt dominū: \* & vexatus, plurimūq; afflictus fuit Moyses propter eos, quoniā ipsi sui murmuratiōe toties repetita, & impatientia assidua, ad amaritudinē prouocauerunt spiritum eius. Siquidem egestatem a- qua patientes conuenerunt pariter, & in seditionem versi sunt cōtra Moysen & Aaron, multaq; illis probra dixerunt, & blasphemias con- tra dominū, quibus grauissime fuit conturbatus spiritus Moysi, ita vt dimissa multitudine, ad tabernaculū fœderis cōfugiens, pronus ibi in terram eorrueret, prostratusq; iacens oraret dominum. 33 Et pro- pter hęc omnia toties repetita infidelitatis ac diffidentia murmur, propter omnes istas irritationes, quibus prouocauerūt dominū, ipse loquutus est per labia sua, protulit in hos vlttricē sententiam: \* qd nō essent disperdituri penitus, funditūq; deleturi gentes illas, de quibus dominus loquutus fuerat, quāsq; ante peccatū penitus de terra de- lere promiserat: & penitus vtiq; delensisset, ita vt nullā vaquam ex eis israelitā sensissent molestiā, si non eorū id culpa prohibuisset. Quia enim toties contra Deū insurrexerunt adhuc in solitudine, voluit nō statim ad interitū eorum delere penitus omnes habitatores terræ il- lius, sed relinqui voluit ex eis multos, ad exercitiū illorum, vt in eis probaret israelē, atq; etiam erudiret & castigaret, si quando offende- rent. 34 Et cōmixti sunt ipsi simul cū gentibus, pacta & amicitiam cū illis ineuntes, imō etiā matrimonia adinuicē celebrantes, contra domini præceptū, qui illos nolebat cū gentibus inire cōiugia aut fœ- dera: \* & ex hac commixtione didicerunt opera gentilium, assimilati sunt gentibus in cultu & sacrificiis, vt adorarēt idola sua atq; scul- ptilia gentium illarū, quibus erant commixti: \* & facta est illis com- mixtio hęc in scandalum & occasiōē ruina, ista cōtra domini præ- ceptum cōiunctio cum alienigenis, occasio illis facta est idololatradi, & recedendi à cultu domini. Nā & ob hoc illis præceperat dominus non inire huiusmodi cōiunctiones, ne animi filiorū israel per alieni- genas vxores auerterentur ab eo, & inclinarentur ad cultum idolorū, quomodo per mulieres Moabitidas, illis antē enenerat. 35 Ac pōst, eo etiā deuenerunt, vt prorsus abominandos imitarentur ritus gentiliū, ita vt crudelissimo sacrificio filios suos & filias suas immolarēt ido- lis, & demoniis quę colebātur in idolis: eo demeritū pcesserunt, vt fi- lios suos & filias domino sacratos, vt domino vincerēt, ipsi interficerēt demonibus. 35 Et hoc pacto effuderunt impii isti homicidæ sangui- nem innoxium, interfectores contra naturā crudeles facti filiorū suo- rum & filiarū suarum, quos immolauerūt idolis terrę Chanaan, idolis gentiū relictarum in terra pmissionis: sicq; eadē illa, ob quę dominus

Num. 25. 29 Et irritauerunt eum in adinuentio- nibus suis: \* & multiplicata est in eis ruina.

Ibidem. 30 Et stetit Phinees: \* & placauit, & ces- sauit quassatio.

Ibidem. 31 Et reputatum est ei ad iustitiam, in gene- ratione & generatio- nem, vsq; in sempiter- num.

Num. 20. 32 Et irritauerunt eum ad aquas contradictio- nis: \* & vexatus est Moy- ses propter eos, quia ex- acerbauerunt spiritum eius.

Num. 16. 33 Et distinxit in la- biis suis: \* non disperdiderunt gentes quas dixit domi- nus illis.

Deute. 7. 34 Et commixti sunt inter gentes: \* & didicerunt opera eorum, & seruiuerunt sculpsilibus eorum: \* & factum est illis in scandalum.

Ibidem. 35 Et immolauerunt fi- lios suos & filias suas dæmoniis.

36 Et effuderunt san- guinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrifi-

A cauerunt sculpsilibus Chanaan.

37 Et infecta est terra in sanguinibus & con- taminata est in operi- bus eorum:

\* & fornicati sunt in adinuentio- nibus suis.

38 Et iratus est furore dominus in populum suū, & abominatus est hereditatem suam.

39 Et tradidit eos in manus gentium: \* & dominati sunt eo- rum qui oderunt eos.

40 Et tribulauerunt eos inimici eorum:

\* humiliati sunt sub manibus eorum: \* & sæpe liberauit eos.

C

41 Ipsi autem exacer- bauerunt eum in consi- lio suo:

\* & humiliati sunt in iniquitatibus suis.

42 Et vidit cum tribu- larentur, & audiuit o- rationem eorum.

43 Et memor fuit testa- menti sui:

D

\* & penituit eum se- cundum multitudinem misericordie sue.

44 Et dedit eos in mi- sericordias, in con-

deleuerat populum, terra abominanda facinora commiserunt, cōtra præceptū & voluntatem domini, multo grauius in eis offendētes do- minum, post susceptam ab eo legem talia admittentes, q̄ illi vnquam offenderant absq; scripta lege peccantes. 37 Sicq; factum est, vt ter- ra illa promissionis, propter quā sanctificandā voluerat dominus in- terficere omnes inhabitatores eius, rursum amplius pollueretur & cō- taminaretur in effusione sanguinis innoxii, inq; huiusmodi operibus impiissimis, quæ gentili ritu perficiebant: ita factum est, vt terra ista, pro cuius expiatione & sanctificatione dominus idololatrarū inhabi- tantium noxiū sanguinem voluit effundi, semel mōdata, iterū tur- pius coinquaretur, effusione sanguinis innoxii: \* fornicati sunt à Deo suo, in peruersis studiis suis, recesserūt à cultu domini dei sui, cui se astrinxerāt per legis susceptionē, & adiunxerūt se diis alienis, vt il- los adorarēt & colerēt. 38 Propter hęc iratus est domin⁹ cōtra popu- lum suū ira graui, & quasi a bominari visus est populū illum, quē antē vt hereditatē suam sibi elegerat, & in peculium ex omnibus gētibus: indignatione grauissima fuit cōmotus & conturbatus contra populū suum, ita fœdis idololatriæ ritibus cōtra tam distinctissima præcepta se coinquantem. 39 Hanc quoq; iram magnam ostendit opere do- minus, tra dens eos in potestatem nationum idololatrarum quę erant per circuitum, faciens nationes illas potestatē acquirere super filios israel, & hos permittens illis venire in subiectionē: \* & nationes per circuitū, quę crudeli semper odio oderāt filios israel, ab initio ex quo interfectis habitatoribus ingressi sunt terrā promissionis, acquisierūt dominationē in eos, seruitute graui eos opprimentes. 40 Et tribula- tionibus afflictionibusq; grauib⁹ afflixerunt eos inimici eorum, ty- rannidem magnā exercentes in eos: \* & humiliati afflictiq; sunt sub potestate & dominatione illorū, Deo hoc permittente & disponēte, ad iustā punitionem peccatorū, simul vt vexatione dante intellectu, agnoscerent suum scelus, & quā impie suum reliquissent dominū, cui si obedienter permanissent, subditi in seruitutē non venissent ho- stibus, sed ipsi magis dominati fuissent eorum: \* non sic tamen iratus fuit illis, vt in totū à se repelleret, & penitus obliuisceretur eorū, sed per multas vices misericordia motus liberauit eos de manu opprimē- tium, quotiescunq; videlicet suæ impietatis agentes penitentia, ex- clamaissent ad dominum. 41 Ipsi verò, post liberationis acceptū be- neficium, rursum ad ingeniū redibant, iterū ad pristina mala reuersi sunt: sicut canis reuertitur ad vomitum, & sus lota ad volutabrū lurī redit, ita ipsi nō diu memores accepti beneficii, rursum se dederūt ido- lolatriæ, aliisq; malis pristinis, ob quę antē traditi fuerāt in captiuita- tem: \* & cum ipsi post liberationem iterarent priora mala, mox illis aduenit vltio Dei, qui eos iterum tradidit in captiuitatē & seruitutē hostibus per circuitū, vt ab illis opprimerētur & affligerētur propter peccata sua. 42 Cūq; tribularentur & affligerentur sub oppres- sione inimicorum, afflictiq; agnoscerent peccatū suum, & agerent pœ- nitentiā de malo suo, aspexit dominus oculo misericordie suæ ad af- flictionem eorū, & exaudiuit clamorē orationis, qua de tribulatione clamabant ad ipsum, confitentes peccata sua, Deiq; misericordiam in spiritu contribulato & cōtrito corde suppliciter inuocantes. 43 Et licet eorū iam toties repetita infidelitas, secundū iustitiæ rigore hoc promeruisset, vt non vltra eorum misereretur dominus, vt merito nō exaudiret inuocātes de afflictionibus: attamē voluit ipse magis aspi- cere ad testamentū & pactum quod pepigerat cum patribus eorū, ad promissionē factam patribus: vt propter suam veritatem glorifican- dam, faceret cum illis misericordiam: \* & propter multitudinē mise- ricordie suæ pœnituit eū mali quod super illos induxerat, ppter in- exhaustam suam misericordiā cogitauit de malo quod induxerat au- ferendo, dēq; illis liberandis ē manu hostiū: quemadmodū homo pœ- nitens de dicto aut facto aliquo, super illius cōmutatione solet cogitare, & ad reuocationē cōmutationēq; eius quod dixit aut fecit ad- hibere operam, vt si quidē nondum factum fuerit, prohibeat vt infe- ctum maneat: si autē iam perfectum fuerit, vt in statum pristinū, quan- tum fieri possit, rem restituat. 44 Agēnsque pœnitentiam Deus de malo quod induxerat super populū suū, fecit eos inuenire misericor- diam coram illis qui eos sibi subiugauerant, vel vt penitus ab eorū li-

specu omnium qui ceperant eos.

45 Saluos fac nos domine Deus noster.

\* & congrega nos de nationibus.

46 Vt confiteamur nomini sancto tuo:

Luca. 1. 2. Mac. 1.

\* & gloriemur in laude tua.

47 Benedictus dominus Deus Israel à seculo & vsque in seculu:

\* & dicit omnis populus, fiat fiat.

beraretur seruitute, vel certe vt mitius ab illis tractarentur efficiendo: Et interdum quide penitus eos liberauit de hostiu manu, & vicissim constituit hostiu dominos, vt prius illis ipsi fuerant subiecti: interdum vero tantum hostiu represit tyrannidem, & seruitute effecit tolerabiliorem, etiam si non penitus eam auferret. 45 Et nunc domine Deus noster, secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationu tuarum, nos ad te de tribulatione & afflictione hosti ex corde humiliato clamates, saluos fac ab omnibus inimicis nostris: \* & congrega nos ex omnibus nationib9, in quas dispersus est populus tuus: vt quos tu peccantes dedisti in captiuitate atq; dispersionem, nunc penitentes restituas in libertate, & in vnitatem colligas. 46 Vt in pace & securitate, ab omni malo liberi, confiteamur sancto nomini tuo: vt salute consequuti ab inimicis nostris, in sanctitate & iustitia seruamus tibi, omnibus dieb9 nostris, deq; magnis periculis a te liberati, magnifice gratias agamus tibi: \* & vt gloriemur atq; exultemus in confessionibus laudis tue. 47 Sis tu domine benedictus, sis laudatus, sis honoratus & gloriosus, domine Deus Israel, Deus populi tui: laus tua in aeternum perduret, & imperpetuum non deficiat: \* & omnis populus tuus, consideratione tantoru tuorum mirabiliu incitatus, in laude consentiat, tuisq; laudibus faueat, dicens: fiat fiat, sit semper in omnibus benedictus Deus in omnia secula, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CV.

Priori Psalmo vnicum tantu Hallelu-ia pramittitur, huic vero pramittitur duplicatu iuxta comunem distinctionem Latinorum exemplarium: forsitan ob hoc, q in priori Psalmo tantum fiebat comemoratio beneficiorum Dei, & ob hoc simplex laudatio. Hic vero & beneficio rum Dei fit commendatio, & praterea propria malitia aperta confessio: sicq; velut geminata ponitur Dei laudatio. Alii tamen duo ista Hallelu-ia ab inuicem separant, prius referentes in finem Psalmi precedentis, vt fit eius conclusio in exhortatione diuine laudis, quale fuerat & principium. ¶ Versu decimo, Et increpuit mare rubrum, & exiccatum est. Increpatio dicitur iussio Dei, illa qua praecepit aquis, quod contra ipsarum erat naturam. Increpando enim solemus prohibere homines ab iis, ad que ex se proni sunt ac faciles. Simili modo in Psal. 103. de aquis dicitur, Super montes stabunt aquae. Ab increpatione tua fugient, a voce tonitru tui formidabunt. Secundum quam fere metaphoram in alio Psalmo dicitur, Viderunt te aquae Deus, viderunt te aquae, & timuerunt, & turbatae sunt abyssi, Timore enim maxime cōstringitur & cōpescitur homo, ab eo ad quod ex se est propensius. ¶ Versu decimoquarto, Cito fecerunt, obliti sunt operum eius, In Graeco, loco illius, cito fecerunt: vnicum est verbum ἐξέκωψον, quod verti posset, accelerauerunt, aut festinauerunt, vel properauerunt: in quem sensum videtur accipiendum, quod habet lectio vulgata, cito fecerunt, quemadmodum in Elucidatione explicauimus. Effet autē sermo faciliior, & non incompletior sententia, si tantum aduerbium poneretur omisso verbo fecerunt, in hunc modū, Cito obliti sunt operu eius, quomodo vertunt ex Hebraeo Hieronymus & Felix, Cum festinatione obliti sunt, vel accelerauerunt, obliti sunt, &c. Et habet vulgata lectio eandem hanc sententiam, si exponatur ad hunc modum, Cito fecerunt, vt obliuiscerentur operu domini, id est, festinauerunt obliuisci, quod est, nō diu recordati sunt. Posset tamen illud cito fecerunt vel accelerauerunt, referri ad subitanā illam letitiam & concentum quem fecerunt in submersione Aegyptioru, pro sua liberatione. Omnia enim sua faciebant Iudei quadam velocitate & quodam impetu, nō mature perpendentes rei pondus: quemadmodum cum illis Moyses loqueretur, tum clamabāt subito, se velle obseruare omnia, & obedientiā vociferabantur magnis clamoribus: sed nihil eorum quae loquebantur, ex stabili radice proueniebat, neq; graviter satis ista agebant bona, quae aliquando videbātur subita aliqua passione cōmoti agere. Huiusmodi autē quae sic subito fiunt, cum impetu magis quam cum iudicio, etiam si secundum speciem bona sint, nullam tamen habent firmitatem. Ad tempus enim credunt, & in tempore tentationis statim recedunt. Potest etiā aliter ista acceleratio in vitium referri, intelligendo acceleratiōnem illam quae apud Elaiam prohibetur, Qui crediderit, inquit, nō sustinet. Oportet enim eum qui credit, sustinere cum patientia, & expectare consiliu domini: quemadmodū Abraham post acceptam promissionem non festinauit, non accelerauit, non (vt iuxta modum nostrae lectionis loquar) cito fecit, sed longanimiter expectauit etiam contra spem in spem, credens. Increduli autē nolunt expectare consiliu domini, nolunt sustinere, donec pro suo placito ipse agat quae sibi bona videntur, sed mox impleri volunt sua desideria, aut si nō quantocyus satisfiat, murmurant. Cui sententia consonat quod dicitur in vltima parte versus, Et non sustinuerunt consiliu eius. ¶ Versu 26, Et leuauit manu suam super eos, vt prosterneret eos. Manus leuatione, in Elucidatione exposuimus extensionem potentiae Dei ad vindictā, sumpta metaphora ex consuetudine eorum qui graui verbere cedere volunt. Hi enim manum eleuant, vt fortiter feriant. Ita Deus super populu manum suam leuauit, quando eam extendit ad feriendū valide, ad vniuersos illos murmuratores prosternendos in solitudine, vt nec vnus quidem ex eis ingrederetur terram promissionis. Et secundū hanc significationem in alio Psalmo populus afflictus domium precatur, vltionem facere de aduersariis, dicens,

A Leua manus tuas in superbias eoru in finem, quanta malignatus est inimicus in sancto. Potest tamē & aliter ista manus leuatio accipi, vt significet formā iurandi. Solent enim qui iuramentū faciunt, in altum leuare manum iurantes. Vnde in Cantico Moyfi Dominus loquitur, dicens, Leuabo ad caelum manum meam, & dicam, Vno ego in aeternum. Si acuro vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionē hostibus meis, &c. Vbi manifestū est, manus leuationem ad formam iurandi pertinere. Et Genesis 14. rogatus Abraham a rege Sodomoru, accipi pere omnia preter animas, respondit, Leuo manum meam ad dominum Deum excelsum, possessorem caeli & terra, &c. Secundum hanc ergo metaphoram, recte intelligimus dominū leuasse manum suam, vt eos prosterneret, id est, iuramento firmasse, quasi irrevocabilem sententiā & irrevocabile promissum, quod eos omnes esset prostraturus in deserto. Atque huic sententia manifeste subscribit Paraph. Chald. quae sic habet, Et leuauit manum suam, & iurauit in illos, q daret eos internitioni in deserto. ¶ Veru 37. Et infecta est terra in sanguinibus. Hoc loco quadam exemplaria Latina habent interfecta est: cui certe Graeca lectio consentit, habens ἐπὶ τοῖς ὄρεσιν, quod significat interfecta est. Siquidem quod a quo verbum illud descendit, significat homicidium vel interfectionem. Significat autem haec lectio, multos ē terra innocētes esse interfectos in sanguinibus, id est, in effusionibus sanguinis, vel in scelerebus & impietatibus. Omnino tamen simplicior & verior videtur esse lectio quae habet infecta est, quam etiā lectionem antiqua & correctiora habent exemplaria. Cui & Hebraica lectio manifeste cōsentit. Hieronym. enim vertit, Polluta est terra sanguinibus. Felix similiter, Polluta est, vel infecta.

CVI. PSALMI ARGUMENTVM.

Psalmus iste totus in confessione est misericordiae Dei, non quidem specialiter de beneficiis exhibitis populo Iudaico, quales erant psalmi praecedentes: sed de iis quae in totum contulit genus humanum. In quo frequenter admodum replicatur exhortatio ad confessionem laudis, multiplexque describitur humani generis miseria: vt post morbum, congruo ordine, euestigio subiungatur ratio medicinae, & deinde medici sanantis laudatio. Ex morbi enim qualitate & quantitate, sanantis medici est commendatio. Ponitur autem in hoc Psalmo totus pene processus, quo cum genere humano egit Deus ab initio conditionis & lapsus sui, vsque ad consummationem saeculi. Nam in ipso statim initio, redemptos fideles exhortans ad laudem, humanae miseriae calamitatem, qua ante Christi aduentum premebatur, commemorat, eamque multis versibus describit: subinde laudis exhortationem replicans, & auxilium atque liberationem Dei, donec tandem versu vigesimo apertam faciat mentionem de pingit, quae in grauium persequutionum fuit tumultu, donec placuit Deo quietem restituere Ecclesiae, magna exultatione fidelium. Deinde, a versu trigesimo tertio, mirabilem exprimit commutationem quae facta est in populo Iudaeorum & gentium, priore illo re probato, posteriore electo ad constitutionem Ecclesiae nouae: in qua gentes mirum in modum Dei gratia fecunditate fructificant, tam merito quam numero proficientes. Pestis tamen magna in populo Ecclesiae nouae frequenter grassatur, & multorum perditio, bonorum copiam vehementer imminuens, quae a magistris errorum hereticis ortum trahit: qui studio cōtentionis ipsi primum aberrantes, post sua signa, alios deinde simpliciores post se trahunt in deuia & praua perditionis itinera: attamen pauperes & simplices electos suos semper Deus adiuuat, & custodit ab impiorum seductione: in quorum consideratione, solidum est piis & sapientibus gaudium, quae versibus canuntur nouissimis.

CENTESIMISEXTI PSALMI ELVCIDATIO.

- 1 Confitemini domino quoniam bonus, quonia in seculum misericordia eius.
2 Dicant nunc qui redempti sunt a domino: quos redemit de manu inimici, de regionibus congregauit eos.
3 A solis ortu & occasu, ab aquilone & mari.
4 Errauerunt in solitudine in inaquoso:



Onfessione laudis, vt dignum est, celebrate dominū omnes serui eius, quoniam ipse bonus est, atque ob hoc laude & celebratione dignus, quoniam in sempiternum perdurat misericordia eius. 2 Illi loquantur, illi dicant laudem & cōfiteantur domino, qui ab eo se redemptos cognoscunt, qui experti sunt beneficium redemptionis eius, ad eos maxime spectat non tacere laudes sui redemptoris: \* illi quos de potestate liberauit inimicorum, a quibus opprimebantur seruitute graui, quosq; de dispersione qua dispersi erant in regionibus mortis, sub vitis atq; peccatis variis degentes, longinqui a Deo, sua bonitate congregare dignatus est, & in vnū fecit habitare. 3 Quos vocauit ex omnibus mundi partibus, ab oriente, occidente, aquilone & meridie, ex omnibus gentibus, tribub9, populis, & linguis: quos vndecunq; collectos, in vnā congregauit Ecclesiam, tam diuersarum nationum, diuersorumq; locorum homines faciens habitare vnanimis in domo sua, quae est Ecclesia, & cum magna iucunditate quasi fratres habitare in vnū. 4 Prius enim quam dignaretur Deus ad humanum genus misericordiae oculo respicere, post lapsum primi parentis, & ex eo indutam mundo corruptiōnem, homines absq; lege scripta viuentes in hoc mundo, errabant, natura corrupta praua insequentes desideria: sicq; mirum in modū erroribus & peccatis inuoluebantur in hoc mundo, quierat quasi desertum & locus inuiuis, absque vilius via iudicio, dum lex omnis scripta

defuit, & lex naturæ ab initio hominū in scripta mētibus, nimirū erat ex corruptione naturæ obducta spinis & vepribus, id est, corruptis passionibus & prauis inclinationibus: eratq; etiā locus in quosus, vbi erant omnia arida & siticulosa, nō erant sacramenta viuificantia, nō erant fontes doctrinæ veritatis, quibus potuissent irrigari: \* atq; in hac solitudine positi, nō inuenerunt viā qua potuissent & debuissent recta pergere ad ciuitatē habitaculi, ad ciuitatē habitationis beatorum, quā beati inhabitāt, & ad quā inhabitandā omnes creati sumus: in deserto isto positi, sequentes denia vitiōrū, quæ caro mōstrat: aberrauerunt à via virtutis, per quā viam perueniri debet ad illam manentem ciuitatē, quam futuram debemus inquirere: quoniam ad eam inhabitandā sumus conditi. 5 Positi verò sic in huius mundi deserto homines, in corruptione illa & miseria absque adiutorio, pessime habebant, egestatēq; patiebantur omnis boni: fame & siti grauissima periclitabantur, ita vt deficeret in eis anima & vita: non vtiq; fame aut siti corporali panis aut potus huius corporei, sed fame verbi Dei, & siti gratiæ eius, in quib⁹ viuuit homo verius, q̄ in pane aut aqua corpora. 6 In tanta autē egestate, & tam manifesto discrimine positi, nescientes quo cōfugerent pro auxilio, ducatu luminis naturalis (quod super hominē signatum est) simul adiuti per illuminationē gratiæ dei cōuerterunt se ad dominū in tribulatione sua, vt ab illo postulare auxiliū, confidentes q̄ is qui figmentum fecerat, posset iam deficienti quoq; ne periret succurrere, lapsūq; in futurare: \* & de necessitatibus eorum, de omnibus miseriis, de periculis, de angustiis in quibus versabantur, ipse suo benigno respectu liberauit eos, ipse etiā tum ad se clamantes nō despexit, sed supplicantiū sibi adfuit. 7 Et quam mūdus totus versaretur tum in ignorantia tenebris, effētq; passim incognita via virtutis, hominibus per carnis desideria ad malum (quo proni feruntur ab infantia sua omni tēpore) tendentib⁹, illis tamen qui ipsum inuocabant, doctorē & ductorem se exhibuit, interius illos sua gratia illuminās, nōnullos etiā exterius docens viā virtutis: \* vt per eā recta pergerent ad illā manentē ciuitatē, ad quā possidentem & inhabitandā sumus conditi, ad ciuitatem & patriā supernam, quæ sola homini immortalī debet esse ciuitas & patria: cū sint omnes huius mundi habitationes corruptibiles, in corruptibili homini non aliud quā turguriola & casula peregrinationis absq; fundamentis & firmitate habitationis. 8 Cōfiteantur proinde domino miserationes eius, quæ sunt multa & magna nimis, ipsæ dent confessionē domino, & celebretur dominus in eis, narrentur que ipsæ, prædicentur, & celebrentur ad gloriam eius: \* & mirabilia eius quæ exhibuit filiis hominum, confiteantur domino, celebrentur & cōmemorentur ad gloriā domini, qui facit solus mirabilia. 9 Ipse enim animas hominū inanes & vacuas, omni bono copiose adimpleuit, & animas esuriētēs copiose bonis repleuit. Homines enim secundū animā prorsus vacuos, originali iustitia priuatos, & omnis boni ex se egestate laborantes, omni virtutū ornatu destitutos, & veritatis salutari doctrina carentes, omnibus ad salutē necessariis copiose donauit, modo suā egestatem voluissent agnoscere, ipsūsq; auxiliū tantum inuocare. 10 Satiavit dico illos qui sedebāt in horridis tenebris, nō vtiq; tenebris oculorū, sed tenebris mentiū, lumine gratiæ priuati, obscuratū cor habentes, & sub vmbra mortis, positi sub damnatione mortis: \* qui erāt vincti, & iam in captiuitatē conclusi, libertate perditā, in magna egestate, & in durissimis cōpedibus captiuitate molestissima summe afflictīua & validissima, vt difficillimum foret captiuitatem illam tam tolerare q̄ effugere: quemadmodū ii qui in egestate vincti sunt, difficilē habent captiuitatē, vt difficile sit eam tolerare: quoniam captiuitas cum egestate, duplex est miseria, & qui in ferro vincti sunt, firmā habent diutināq; captiuitatem, vt non possint facile effugere. 11 Omnis autem hæc miseria super homines ex inobedientia venit, quoniam præuaricati sunt præceptū Dei, & voluntatē altissimi transgressi sunt: quoniam in vno omnes peccauerūt, in cuius lumbis erant: qui dum præceptum Dei transgressus est, omnem hanc miseriā suā toti posteritati suæ perinduxit, spernēsq; consilium Dei (in quo si permanisset, mortem & omnem miseriā non vidisset) in omnia hæc mala nepotes vnuerfos coniecit, in has tenebras, in hanc vmbra mortis, in hanc mendici-

\* viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.

Hebr. 13. 5 Esurientes & sitientes: anima eorum in ip-sis defecit.

Psal. 4. 6 Et clamauerunt ad dominum cum tribulantur.  
\* & de necessitatibus eorum eripuit eos.  
7 Et deduxit eos in viam rectam.

Gene. 6.  
\* vt irent in ciuitatem habitationis.

Psal. 135. 8 Confiteantur domino misericordie eius.  
\* & mirabilia eius filiis hominum.  
9 Quia satiavit animam inanem, & animam esurientem satiavit bonis.  
10 Sedentes in tenebris & vmbra mortis:  
\* vinctos in mendicitate & ferro.

Roma. 5. 11 Quia exacerbauerunt eloquia Dei, & consilium altissimi irritauerunt.

A 12 Et humiliatum est in laboribus cor eorum, & infirmati sunt:

\* nec fuit qui adiuuaret.

13 Et clamauerunt ad dominum cum tribulantur:

\* & de necessitatibus eorum liberauit eos.

B 14 Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis:

\* & vincula eorum dirupit.

15 Confiteantur domino misericordie eius:

\* & mirabilia eius filiis hominum.

16 Quia contriuit portas areas, & vectes ferreos confregit.

C

17 Suscepit eos de via iniquitatis eorum:

\* propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

18 Omnem escam abominata est anima eorum:

\* & appropinquauerunt vsq; ad portas mortis.

D

19 Et clamauerunt ad dominum, cum tribulantur:

\* & de necessitatibus eorum liberauit eos.

20 Misit verbū suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.

tatem in hanc captiuitatem ferream. 12 Et in peccati penā, ex Dei sententia, humiliata atq; afflictā sunt corda hominū in laborib⁹ multis & magnis, tam externis q̄ internis, tam corporalibus quā spiritualibus, dicente domino, In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrā de qua sumptus es: & infirmati, humiliati atq; depressi sunt valde in laboribus huiusmodi, grauius sudauerūt & debilitati sunt in incubentibus laboribus: \* nec potuerunt in suis istis miseriis quenquā inuenire qui ferre auxiliū, qui humanū genus ab ista miseria abfolueret. Omnes enim totius humani generis, cōsimili erāt subiecti miseriæ, neq; propriā suam hominū potuit depellere miseriā: quanto minus auxiliū aliis ferre valuisset? 13 Positi verò in hac tribulatione, leuauerunt oculos ad dominū, adiutorem fortissimū, supplicibus vocibus ab eo postulantes auxiliū: \* de omnibus periculis, angustis atque miseriis saluos fecit eos. 14 Eduxit que eos de tenebris ignorantie & malorum errorum, quibus erant obuoluti atq; obtenebrati, & de vmbra mortis, quæ super illos incumbēbat, salutari sua doctrina & gratia illuminans eos atq; viuificans, sicque luminis & vitæ beneficio à tenebris & morte eos liberans: \* & vincula illa infidelitatis, errorū atq; vitiōrum, quibus in carcere malæ cōscientiæ sub expectatione certæ dānationis seruabantur conclusi, cōminuit, confregit, atq; dissoluit: ex captiuis filiis iræ (quales natura erant) faciens liberos filios Dei per gratiā. 15 Narrētur domino ad laudē & cōfessio. nem miserationes eius multæ & magnæ, ex ipsis Dei miserationibus detur ei laudis cōfessio: \* & mirabilia eius quæ ostēdit erga filios hominū, confiteantur domino, recenseantur, & cōmemorentur ad laudē Dei, qui solus facit huiusmodi mirabilia. 16 Ipse enim populū suum de captiuitate pessima liberauit, vnde impossibile fuisset hominē sua virtute euadere: è carcere fortissimo, velut habēte portas ferreas siue æneas, easq; cōfirmatas ferreis vectibus, populum suum eduxit, portis illis cōtritis & vectibus confractis. Quemadmodū enim captiuus carcere portas areas & ferreos vectes habēte cōclusus, seipsum nō potest è tali captiuitate liberare, neq; spem habet eiusmodi per se effugiendi ex hoc carcere: ita erat genus humanum absq; Deo in captiuitate fortissima, quam per se nunquā potuisset effugere. Et quemadmodum si quis præpotens, tali munitissimo carcere cōclusus sua virtute libera ret, cōtrita ferrea porta & vectibus ferreis, liberatori tali sic liberat⁹, maximam haberet gratiam, eiq; fortitudinem plurimum collaudaret: ita æquum est, vt genus humanum, portis areis contritis, & cōminutis ferreis vectibus suo liberatori (qui hæc in magnifica virtute operatus est) per maximas agat gratias. 17 Suscepit populū suum de iniquitatibus eorum: per penitentiam redeuntes ab impietatibus, recepit in gratiā: non eos mundos inuenit, cum eos susciperet in gratiam, sed cum adhuc peccatores essemus & inimici, misertus est nostri Deus, vt recordatus misericordie suæ, susciperet Israel puerū suum: \* nā propter inuictitiam suam, propter transgressiones suas, & illam primam inobediētiam primī præuaricatoris, & alias insuper iniquitates, quas sibi quisq; per propriam malitiam superiecit, humiliati fuerant, & in talem duram captiuitatem, in tam obfirmatum carcerem cōfecti. Si quidem sola transgressio, in captiuitatem istam pessimam humanum genus induxerat. 18 Eo miseriæ tandem deuenerunt homines, vt omnis doctrina virtutis & veritatis, qua potuisset cor hominis cōfirmari aut in vita sustētari, abominationi fieret: vt omnis cibus veritatis esset mortalibus inspidus, cum omnia plena essent doctrinis mendacii & doctrinis dāmoniorū: \* atq; ita præ nimio defectu veri cibi in mundo totum ferē humanum gen⁹ proximum videbatur internitioni, nihil nisi mors videbatur imminere, filii mortis erāt vnuerfi, & filii dānationis, nisi aduenisset Deus auxiliator. 19 Positi verò in tāta miseria, leuauerunt oculos ad dominum deum patrū suorum, eūmq; supplicibus precib⁹ inuocauerunt de tribulationib⁹ suis: \* & de angustiis, miseriis, atq; necessitatib⁹ omnib⁹ per eum sunt modo mirabili saluati. 20 Videns namq; Deus in tāta egestate inq; miseria positum gen⁹ humanum, sicq; omnia mortie esse proxima, misericordia motus, vbi venit plenitudo tēporis, misit deus pater filium suū sibi cōæternum & cō- Galat. 4. qualem verbū suum quod erat in principio apud patrē, vt per ipsum Ioan. 1. sanaret genus humanū, atq; restitueret, quomodo per ipsum à princi-

Gene. 3.

Eph. 2.

Roma. 5.

Luca. 1.

Galat. 4.

R



Matt. 1.  
Matt. 8.  
Elaie. 55.

Roma. 8. *21 Confiteantur domino misericordia eius, & mirabilia eius filiis hominum.*

Pfal. 49. *22 Et sacrificent sacrificium laudis:*

*\* & annuncient opera eius in exultatione.*

Pfal. 18. Apoc. 17. Matt. 28. *23 Qui descendunt mare in nauibus facientes operationem in aquis multis.*

*24 Ipsi viderunt opera domini:*

Marc. 16. *\* & mirabilia eius in profundo.*

*25 Dixit, & stetit spiritus procella:*

*\* & exaltati sunt flus eius.*

*26 Ascendunt vsque ad celos, & descendunt vsque ad abyssos:*

2. Cor. 1. *\* anima eorum in malis tabescebat.*

*27 Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius:*

*\* & omnis sapientia eorum deuorata est.*

*28 Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur.*

*\* & de necessitatibus eorum eduxit eos.*

pio omnia facta fuerant. Per hoc verbū suum, Deus pater mundū iam Enimium agrotantē, nimiaq; agridine ad mortē vsq; deductum, sanauit: quoniam quidem populū suum saluum fecit à peccatis eorū, languores eorū ipse tulit, & dolores portauit. sicq; vulnera curans, & medicinali sua gratia, vnctioeq; olei sui saluberrima (id est, sancti spiritus dono) bonā valetudinē cōstitmans, eripuit eos ab oib⁹ malis, ab omnibus mortibus & mortalibus periculis, vt nihil iam dānationis sit iis qui sunt in verbo Dei in Christo Iesu. 21 Merito proinde ad confessionē diuinā laudis narrari debent misericordiā domini, & mirabilia eius pro filiis hominū exhibita, merito ad confessionē laudis narrentur domino. 22 Et pro gratiarū actione liberati fideles, offerant domino sacrificiū quod illi nouerint acceptissimū esse, id est, sacrificium laudis, quo ipse potissimū honorificatur, magis q̄ immolatione hircorū aut vitulorum: \* & opera eius mirabilia, tantā potētia, tantā benignitatis, tantā miserationis, nequā q̄ silcant homines ea experti, sed cum gaudio cordis & mentis tripudio, ea narrent ac recitent omnibus ad gloriā liberatoris. 23 Specialiter verō illi qui post salutē sic per filiū Dei omnibus in cōmune operatā, electi sunt ad prādicandam mundo salutē & gratiam istā, quibus iniunctū est à domino, mare istud magnū & spatiosum pernavigare, id est, mundum vniuersum perambulare in omnē terram & in fines orbis terrā, prādicādē salutis gratia exire: qui missi sunt facere operationē in omnibus populis (qui sunt aqua multa) docere scilicet omnes gētes, prādicare eis & testificari de salute & prāceptis Dei, eōsq; baptizare in nomine patris & filii & spiritus sancti, docētes eos seruare omnia quaecunq; prācepisset medicus ille, qui à Deo patre venerat mundo. 24 Qui sic, inquam, in mare istud pernavigandū missi à Deo descenderunt, & quibus cōmissum fuit sic operari operationes in aquis multis & populis, ipsi viderunt & experti sunt mirabilia opera domini, quā potētissime cum eis egit, & per eos exercuit, in variis signis, prodigijs atq; ostētis virtutis Dei: quib⁹ Deus cooperabatur, ipsis operātibus in aquis multis: \* ipsi viderunt mirabilia quae Deus fecit cum eis, & per eos, in profundo, id est, in mari quod pernavigabāt missi à Deo. 25 Voluntate, dispositione, ac permissione Dei factū est, cum sancti Apostoli atq; discipuli domini in mare inciperēt descēdere, ad faciendā operationē in aquis multis, vt mox spiritus tempestatis flaret, exurgeret ventus turbinis, persequutio & cōmotio tumultuosissima exoriretur, cōtra illos mare ingressos, & operationē suam operātes, id est, populis Euangeliū salutis annunciantes: \* & tumultus huius cōmotiois mirum in modum cōtinuū auctus est, tumultuosa tēpestas saua persequutionis facta est prāualida. 26 In tanta autem commotione, ipsi qui descenderunt in mare ad faciendas ibi operationes in aquis multis, mirabiliter iactati sunt, tentati atq; probati, vt nunc viderentur vsq; ad caelum eleuari, nunc vsq; in profundum demergi: quemadmodum ad oculum cernimus, naues in mari, dum vehemens est tēpestas, nunc velut ad sydera iactari, nunc subito quasi in infernū collapsa: ita illi in mari operātes, in mundo Euangeliū salutis prādicantes, persequutione exorta, mirū in modū iactati sunt: \* in tātis malis agebāt, ad eō hac persequutione grauissima subinde defatigabātur, vt videretur cōsumi vita eorū, vt videretur morti proximi, vt eos nonnunq; taderet viuere, aut vt de vita penitus desperarent, in tantis periculis, imō tantis mortibus cōpti nūd agents. 27 Prā nimia immanitate persequutionis, videbantur veluti homines cōsternati animo & conturbati, tanquā homines sine mente apparebant, ad modū hominis ebrii, qui non est compos mentis, neq; apud se habet consiliū: ita quantū ex se videbant penitus mēte & consilio carere, vt nō viderent quid agerent in tantis malis: \* & omnis eorū sapiētia nihil potuit aduersus tāta mala, quasi cōsumpta à nimis malis, ita vt per suā prudentiā aut per suū consiliū nō possent inuenire quid agerent. 28 Qui verō ex semetipsis nō habebant cōsiliū, neq; ad suas faciēdas operationes in tanta tēpestate peritiā atq; sapientiā, in tribulatione positi, in tātis periculis, clamauerūt ad dominum, vt ipse pro suo beneplacito opus dirigeret, ad quod miserat illos, vtq; fluct⁹ tēpestatis pro sua bona voluntate mitigaret: \* & ipse laborātibus nō abfuit, subuenit periclitātib⁹, deficientibus ex sese tulit suppetias, liberauitq; eos de omnibus eorum angustijs, de tantis

A

*29 Et statuit procellam eius in auram:*

*\* & siluerunt fluctus eius.*

*30 Et letati sunt, quia siluerunt:*

*\* & deduxit eos in portū voluntatis eorum.*

B *31 Confiteantur domino misericordia eius, & mirabilia eius filiis hominum.*

*32 Et exalcent eum in Ecclesia plebis:*

*\* & in cathedra seniorum laudent eum.*

*33 Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim.*

C

*34 Terram fructiferā in salsuginem:*

*\* à malitia inhabitantium in ea.*

D

*35 Posuit desertum in stagna aquarū, & terram sine aqua in exitus aquarum.*

periculis eos liberans, faciendo cum tēpestate tentationis puentum, 1. Cor. 10. vt possent nauigātes & operantes in mari sustinere: & secundū mensuram passionū multiplicando in eis cōsolationes, deniq; patientiā in aduersis donando, & in agendis omnibus spiritus sui prudentiam. 29 Quando autē voluit Deus, tempestatē illam omnē & persequutionem (quā in primordijs Ecclesiā initio Euāgelica prādicatiōis permiserat exurgere) ipse sedauit, & procellā siue tempestatem conuertit in tranquillā & quietam aurā: \* & fluctus maris siluerūt, persequutiones & cōmotiones cessauerunt, mala quae contra prādicatores Euāgelici sese extulerāt, mitigata fuerunt atq; sedata. 30 Et vidētes Ecclesiā, earūmq; praelatis redditā sibi pacem & quietē à persequutionibus, gauii sunt in domino, propterea q̄ in suo beneplacito cessare fecisset Deus tumultus illos & fluctus sauarū persequutionū: \* & in portum optatū deduxit illos, in requiē diu optatam, multūq; precibus postulatam, tandē illos perduxit: desiderabilem & beneplacentem requiem tandē eis largitus est, nō permittens fluctus maris sauire imperpetuū. 31 Merito proinde cōstentur domino, & ad laudem cōmementur miserationes eius, & mirabilia illa quae exhibuit filiis hominū. 32 Et exalcent eum in cōgregatione sancta fidelis populi, populus omnis fidelis beneficio ipsius liberatus à morte, & in pacē iam cōfirmatus, in Ecclesia sancta, dignis suum liberatorē & pacis largitorē efferat praconiis: \* etiā in cathedris seniorū laudetur: nō solum à vulgo & humili populo laudandus est, nō tantum vulgares in celebrando dominū decet esse intentos, verum etiā qui in cathedris presbyterorū resident maiores in Ecclesia, qui prae sunt dominico gregi, qui super ceteros eminent, in suo venerando cōcessu debent exaltare dominū, cuius ipsi vicem gerunt, & cuius locum tenent in terris praelecti super populum domini. 33 Quam verō admirabile commutationē fecit Deus in tēporis plenitudine, post Euāgelicā statim prādicatiōis initium. Ad prādicatiōem nanq; Apostolorū, talem fecit Deus omnipotens in terris cōmutationem, vt flumina fierent quasi desertum, vt locus ille qui antē fuerat plenus aquarū abundantia, fieret quasi desertum aridum & in aquosum: & illic vbi prius exibant aquae in abundantia, defectus aquae veniret, & magna valde ariditas, hoc est, vt terra Iudaea, quae pri⁹ lege Dei, itēmq; eius scientia & cultu sola videbatur aquis irrigata, in qua sola notus erat Deus, in quā fontes omnis boni emanabant ex benedictis Dei, vt haec Iudaea facta sit quasi solitudo, & quasi desertum absq; aqua: dum repellentes Euāgelicā gratia prādicatiōem, eiq; cōtradictentes, & ea se indignos facientes, iusto Dei iudicio bonis omnibus sunt priuati, vt viuant nunc in maxima ariditate absque vera scientia Dei & legis, id est, absq; humore omnis gratia, vt summa iam siti veri potus priuentur. 34 Terram istam, quae olim admodum erat fructifera, quae olim in cultu Dei vberes fructus afferbat, in qua sola agnoscebatur & colebatur Deus, cōuertit in terrā sterilem & infecundam, in terrā salsuginosam, quasi esset sale vel salsugine perfusa, vt amplius fructum non posset producere: \* idq; non propter Dei mutabilitatem, quasi is absq; horum demerito pro sua tantum mutabilitate sic voluisset eos relinquere. (Sine poenitentia enim sunt dona Rom. 11. Dei atq; vocatio eius) sed propter demeritum & malitiam eorum qui habitabant in terra illa, propter Iudaeorum nimiam impietatem atq; consummatam tandem malitiam: qui sicut à principio educationis de Aegypto semper fuerunt rebelles & murmuratores, ac post etiā Propheta- Matt. 23. Luca. 11. rum dominum interfecerunt, & plerōsq; seruatorū eius, vt adimplerent mensuram patrum suorum: & veritati Euāgelicae, quam Deus voluit mundo prādicari, pertinacissime resisterūt, vt meritō super eos veniret omnis sanguis interfectorum, & ultio de eis perfecta sumeretur, in eorum reprobatione & totali abiectiōe. 35 Econtrario verō, loca deserta & in aquosa, in quibus antē nulla fuerat aqua, cōmutauit Deus in stagna aquarū: maximam illic copiam praebeuit aquarum, vbi prius nulla fuerat, & terram quae prius fuerat sine aqua, cōmutauit in fontes aquarum, dedit ibi scaturigines, vnde copiose effluerēt aquae, hoc est, gentilitatē siue populum gentiū (qui prius quasi non gens & non populus estimatus, totus erat aridus & omni humore bono destitutus) Dente. 32 non habens scientiam Dei, neq; legis, neque Prophetarum, in summa Rom. 10.

1. Cor. 1. 36 Et collocavit illic esurientes:

Luc. 1. 17 & constituerunt civitatem habitacionis.

Matt. 16. 37 Et seminaverunt agros & plantaverunt vineas:

1. Cor. 3. 17 & fecerunt fructum nativitatis.

38 Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non minoravit.

39 Et pauci facti sunt:

2. Tim. 3. 1 & vexati sunt: & a tribulatione malorum & dolore.

Matt. 24. 40 Effusa est contentio super principes.

viuens ariditate) per Apostolicam pradicacionem Deus abunde rigavit, scientia fidei donavit, spiritu sancto foecundavit, & omnibus bonis copiose adimplevit, ita vt nihil desit illis in villa gratia. 36 Et collocavit illic Deus in populo gentium pauperes & famelicos, quos omnes ibi collocavit & cogregavit, tanquam in ovili suo, vt illic esurientes pasceret & impleret bonis, diuitibus illis & fastidiosis Iudaeis in vacuitate sua relictis: \* & congregati gentium populi in vna fide, in vna spe vocationis suae, in vna doctrina veritatis, in vno baptismo, in vno domino, in vno spiritu, constituerunt civitatem Dei, quae est sancta Ecclesia, vt inhabitaret in ea, tanquam in domo domini Dei sui: quomodo olim populus ille Iudaicus Synagogam constituerat, ita hac abiectione succedens in electione & vero cultu Dei gentium populus, novam composuit Ecclesiam, quae supra firmam petram fundata, & per architectos peritissimos constructa, voluntate Dei non deficiet usque in consummationem saeculi. 37 Et qui hanc civitatem inhabitant, qui priores in eam fuerant ingressi, solliciti atque diligentes fuerunt de proximorum salute, in opere Dei se fideles ac strenuos exhibuerunt, nequaquam otiosi defecerunt, sed viriliter & fortiter egerunt, solliciti in vicinis locis & regionibus seminare verbum Dei, aliasque particulares Ecclesias fundare, quasi vineas domini sabbaoth electas: alius seminabat, alius plantabat, alius rigabat, alius quasi sapiens architectus fundabat: \* neque frustrati sunt labore suo, non fuit absque fructu & utilitate labor eorum. Deo enim incrementum dante, & interius efficaciter illis cooperante, fructum bonum protulerunt agri & vineae, in quibus colendis laborem implerant, & fecerunt fructum nativitatis, fructum bonum & naturalem: \* Ipsi quoque singuli fideles inhabitantes Ecclesiam, corda sua cum magno studio preparantes, tales agros seminabant, & tales vineas plantabant, semen verbi Dei in illa studiose recondentes, vt mortuum faceret fructum plurimum, virtutumque germina solcite inserentes, vt inde cresceret vinum salutis: & fecerunt ipsi fructum bonum, proventus amplissimos, operum bonorum multam abundantiam, in fructum vitae aeternae. 38 Adfuit illis desuper benedictio Dei, & benevolentia gratiae eius, per quam abundanter multiplicati sunt fideles & excreverunt in magnum numerum multorum milium, qui antea pauculi erant, & in numero admodum modico: \* & iumenta inhabitantium Ecclesiam non minoravit, id est, fideles simplices, qui tanquam iumenta in sua simplicitate sub obedientia maiorum vivunt, non paucos esse fecit, sed plurimos valde, in abundantia maxima. Copiosa enim Dei benedictio, Ecclesiam adimplevit fidelibus: qui licet simplices sint, & non multum alta eruditione, in recta tamen fide & bona obedientia Ecclesiae subditi, sicut iumenta suis dominis diriguntur a praepositis in via salutis. 39 Verumtamen in posterioribus temporibus, & maxime circa tempora novissima, magna illa simplicitatis fidelium atque etiam fidelium praepositorum multitudo ad paucitatem redacta est: \* insuper & a tranquillitate illa pacis, in qua vivunt homines, donec in simplicitate sua permanent, turbati sunt, & in vexatione conscientiarum inducti: \* idque a tribulatione, angustia, & dolore malorum multorum, exurgenti temporis processu in Ecclesia. In novissimis namque temporibus, venientibus illuloribus & falsis magistris plurimis, & Antichristis multis vnum novissimum praecurrentibus, per diversa tempora multi seducti sunt, in maximo subinde numero: dum iumenta illa absque debita discretionem magistrorum mendacii insequentia, abduci se permiserunt in vanos errores & pravae vanitates, multisque vicibus ex huiusmodi haereticorum tumultibus atque schismatibus mira vexatio & persecutio, interdum etiam exterior in corpore & corporalibus bonis, semper autem interior in conscientia, exorta est: & mala plurimis ex horum nequitia, simplicibus in Ecclesia processerunt, quae etiam plenius implebunt in novissima Antichristi persecutione, quando in errore inducerentur (si fieri potest) etiam electi. 40 Contentio se effudit super principes, studium contentionis inuasit plerisque ex iis qui in Ecclesia, non vt iumenta, sed tanquam principes habebantur, ingenio, scientia, eloquentia praecellentes: inuasit istorum plerisque ex ambitiosa & superba mente praecedens contentio, pro defendendis suis sententiis, cum animi elatione & pertinacia: confidentes in ingenii suis, aut eruditione eloquentiae saeculi, ausi sunt contentiones suscitare, schismata erigere, haereses confingere, atque in his suis placitis defendendis

A \* & errare fecit eos in inuio, & non in via.

41 Et adiuvit pauperem de inopia:

\* & posuit sicut oves familias.

42 Videbunt recti, & letabuntur:

\* & omnis iniquitas oppilabit os suum.

43 Quis sapiens & custodiet haec, & intelliget misericordias domini?

omne studium omnemque conatum adhibere: \* & hoc contentionis studium, quod omnes possidet haereticos, errare facit plerisque: maiorum in inuio falsitatis & mendacii, & non in via veritatis, videlicet vt recta & regia via catholica veritatis relicta, sequatur devia & falsa, sectantes suorum ingeniorum adinventiones & somnia, quae ipsi nec de fidei regula, nec de scripturarum auctoritate sumperunt: neque ipsi solum aut hores haereticorum illorum simplicium plurimam multitudinem abduxerunt & abducunt in perditionis itinera. 41 Deus tamen (qui suorum semper pauperum & humilium curam gerit) auxilium praebet, & per gratiam suam assistit humilibus & pauperibus spiritu, qui non sibi videntur sapientes, non sunt prudentes apud semetipsos, qui in simplicitate sua fundata catholica fidei inhaerent, & rectam fidei regulam ab illis primis operariis (qui primam operationem fecerunt in aquis multis, id est, a sanctis Apostolis Apostolicisque viris) traditam cum humilitate tenent, nec sequuntur nova hominum vanorum commenta, quantumvis loqui videantur placetia: hos sane pauperes & simplices adiuvat Deus & custodit, ne seducantur a magistris errorum: hos illuminat, vt lupos discernant a pastoribus: hos probare docet spiritus, vtrum ex Deo sint: hos sibi servat & custodit, vt non seducantur: quomodo etiam in illa novissima & grauissima persecutione ultimi Antichristi, semper aliquot sibi est servaturus electos: \* & posuit familias horum pauperum, sicut oves, sicut gregem suum facit simplices istos: ita eos fundabit & custodiet, quomodo pastor gregem suum custodit, ita se erga generationes pauperum habeat & gerat, quomodo pastor erga oves suas. 42 Videbunt ista qui sunt recto corde, considerabunt istam dei erga suos electos firmam bonitatem (qua semper cognoscit qui sunt eius, & facit vt ab iniquitate discedant) & letabuntur in hac dei inestimabili bonitate & electorum salute: \* & omnis impietas confundetur, aduersus electos & sanctos Dei nihil poterit omnis impietas, non poterunt aduersus bonos praevallere portae inferi: omnes haereses, omnes impietates comprimentur, conticefcent & confundentur, & erunt quasi obturato ore, vt non possint persuadere malum electis Dei, & confundentur omnes errorum magistri, invidiosos mendacii, omnes in novissimo redarguentur, inveniunturque confusi. 43 Haec autem quae iam diximus, quisquis sapiens est, diligenter custodiet, sollicitusque observabit: & omnis vere sapiens in istis meditabitur, tota mentis attentione considerabit misericordias domini, quas iam multa verborum replicatione cecinimus, neque tamen pro dignitate quicquam diximus. Abyssus namque inexhausta est profunditas misericordiae Dei, neque ab homine, quantumvis eam consideret diligenter aut contempletur, peruefigari potest.

ANNOTATIONES IN PSALMUM CVI.

Psalmum istum quidam conantur literaliter intelligere exponere de variis casibus qui obenerunt olim veteri populo, quem admodum Chaldaea Paraphrasis multa in hoc Psalmo de Sedechia & principibus eius loquitur, de Ezechia aegrotate & sanato, de Iona misso in mare, & tempestate sedata, & de caristia tempore Iohel, aliaque huiusmodi. Alii de iis intelligunt Psalmo, quae generaliter secundum corpus solent evenire mortalibus. Nam principum Psalmo, in quo mentio fit erroris & reductionis ab errore, exponunt de iis quos contingit a recti itineris tramite deviare, in loca deserta & in via: vbi periculis maximis, tum propter defectum cibi & potus, tum propter metum ferarum sylvestrium & viam incognitam, expositi, clamant ad dominum, hunc unicum reputantes suum fidele refugium: a quo & exaudiuntur, cum soleat ipse in rebus desperatis libenter invocatus succurrere, & reducantur ipso duce ad viam rectam, ad loca habitata & frequentata hominibus. Quod deinde, sequitur de esurientibus & siti deficientibus, vinctisque in medicitate & ferro, exponunt de vinctis corporaliter, qui graui fame & siti in duro carcere affliguntur: qui licet ob suas impietates plerique sic puniantur, tamen fidei corde dominum invocauerint, non raro sentiunt liberationem, vt de tetro & tenebroso carcere educantur ad exoptatam lucem. Quae etiam de mare ingredientibus dicuntur, exponunt de periculis eorum qui naufragium patiuntur, qui in rebus desperatis innocentes cum fiducia dominum, non raro sentiunt Dei sibi adesse auxilium. Quod deinde a versu trigesimo tertio dicitur, de commutatione deserti in stagna aquarum, & e contrario, exponunt de potenti commutatione qua Deus loca commutat pro suo placito, vt vbi nunc nulla est aqua, post annos aliquot aquarum fluat abundantia: & e contrario, vbi nunc est aquarum copia, ibi post ariditatem maxima inveniatur. Ast hunc, inquam, modum, alii, secundum literalem quandam & historiam intelligentiam, praesentem Psalmo totum tentant exponere. Nobis tamen magis videbatur convenire, vt ad spiritum omnia illa referrentur. Et profecto

unicuique attentius consideranti, facile liquebit, Psalmum istum spiritualem intellectum magis quam historiam praeseferre. Pro quo etiam facit (meo quidem iudicio) quod toties replicatur exhortatio laudis, toties Dei inculcantur mirabilia, versus eiusmodi, Confiteantur domino misericordiam eius, & mirabilia eius filiis hominum. Proinde nos in expositione, de errore spirituali, captiuitate spirituali egestate, fame & siti spiritualibus, mari spirituali, tempestate spirituali, tranquillitate spirituali, commutatione spirituali, benedictione & fructificatione spirituali, totum Psalmi processum quantum potuimus) rationabiliter & lucide conati sumus interpretari. Nos tamen absque praedudicio ita nostra attulimus, ut neminem diuersa ponentem per nos velimus repudiari. ¶ Versu octauo, Confiteantur domino misericordiam eius, & mirabilia eius filiis hominum. Confiteantur, videtur accipi improprie, secundum significationem passiuam: ut tantumdem valeat, quantum confessione commemorentur, vel laudando commemorentur. Beatus Hieronymus ex Hebraeo vertens, verbum confiteantur, accipit in significatione actiua: sed accusatiuum adiungit, non nominatiuum, ad hunc modum, Confiteantur domino misericordiam eius, & mirabilia eius filiis hominum. Sic & Felix, Manifestent vel celebrent domino misericordiam eius, & mirabilia eius filiis hominum. Atque ita sensus idem est huius lectionis, accepto verbo in significatione actiua, qui est lectionis vulgatae, accepto verbo in significatione passiuam. Siue enim dicas, confiteatur homines misericordiam domini, & mirabilia eius: siue ita dicas, Confessione laudis celebrentur ab hominibus misericordiam domini, & mirabilia eius, eadem proculdubio sententia est. In eo quoque, quod sequitur, Et mirabilia eius filiis hominum, filiis hominum, casus est datiuus, subaudiendo participium facta vel exhibitum, ut sit sensus, Mirabilia exhibitum vel factum filiis hominum. Cui consonat quod (vt iam auditum est) vertit Hieronymus, Mirabilia eius in filiis hominum. ¶ Versu vigesimo sexto, Ascendunt usque ad caelos, & descendunt usque ad abyssos. Intelligi possunt pro supposito, ipsi qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis, vel etiam fluctus maris. Et eadem ferè est sententia, siue intelligas fluctus maris ascendere & descendere, siue ipsos nauigantes. Nam fluctibus maris iactantur sursum ac deorsum qui nauigant. Nauem enim fluctus propellunt, & inflati ipsi nauem eleuant in aera: coccidentes vero nauem quoque faciunt in ima coccidere. Quomodo autem secundum mysticam intelligentiam Apostolis Dei operatoribus illud conueniat, Anima eorum in malis tabescebat: item & quod sequitur, Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est, facile ex illo discimus verbo apostoli Pauli qui vnus fuit ex ipsis facientibus operationem in aquis multis, imò plus omnibus in aquis istis laborauit) quod in secunda Epistola suis scribit Corinthiis, Nolo, inquit, vos ignorare fratres, de tribulatione nostra quae facta est in Asia, quonia supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt taderet nos etiam viuere, vel (vt ex Graeco etiam verti potest) vt desperaremus de vita. Sed ipsi in nobismet ipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitatur mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit. ¶ Versu vigesimo nono, Et statuit procellam eius in auram. Clarius in eadem sententiam Hieronymus, Statuit turbam in tranquillitate. Item pro eo quod sequitur, Et deduxit eos in portum voluntatis eorum: sic habet, Et deducet eos ad portum quem uoluerunt. Et loco eius quod versu trigesimo nono habemus, Constituerunt illic ciuitatem habitationis, Hieronymus clarius dixit, Formabunt urbem ad habitandum. Verba autem ista, nihil dubium quin illa sit ciuitas regis magni, ciuitas Dei nostri, quam alio in loco idem Psalmista cecinit, dicens, Magnus dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius, Fundatur exultatione vniuersae terrae: mons Sion altera Aquilonis, ciuitas regis magni. Et in Psalmo alio, Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.

2. Cor. I.

Psal. 47.

CVII. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste contextitur ex Psalmo quinquagesimo sexto & quinquagesimo nono. Nam quinq; priores versus huius Psalmi, vsque ad locum illum, Vt liberentur dilecti tui, habet finis Psalmi quinquagesimi sexti, vix in villo facta mutatione, nisi quod illic gloria mea iungitur cum sequenti, dicendo, Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, cum hic iungatur praecedenti, hoc modo, Cantabo, & psallam tibi in gloria mea: ac deinde diuisim legatur, Exurge psalterium, &c. Et in versu quarto, cum hic dicitur, Magna est super caelos, illic dicebatur, vsque ad caelos. Versus autem reliqui, post quantum ad finem vsque, omnes inueniuntur in Psalmo quinquagesimo nono. Quae omnia, quia semel exposita sunt, non iterum hic prolixius a nobis explicabuntur: Argumentum (quod est gratiarum actionis, pro victoriis habitis) require ante Psalmum quinquagesimum nonum. Annotationes quoque sui loci, si libet, require: Elucidationem tamen non grauabimur iterare, quae prius dicta sunt, etiam huic reuocantes, eo quod Prophetam non piguit diuersis locis eadem canere.

CENTESIMISEPTIMI PSALMI ELUCIDATIO.

**I** Paratum cor meum  
Deus, paratum cor meum:

**P** Ro tuis erga me innumeris & inestimabilibus beneficiis o potentissime Deus, paratum est cor meum, & modis omnibus iterum iterumque paratum, id est, quam paratissimum, ad te laudandum, te glorificandum, tibi que; vt dignum est per omnia & spiritu & corpore famulandum: \* cantabo coram te, & psalmos dictabo atque cantabo tibi, in omni gloria mea: ita vt quicquid in me gloria fuerit, quicquid virtutis, quicquid vigoris, quicquid fortitudinis, ingenii, memoriae, affectus, ceterarumque virtutum, omnis meus decor & gloria siue quae in corpore, siue quae in anima mihi inexistit, totum velim in tua laude impendere, vt in tota gloria

\* cantabo, & psallam  
in gloria mea.

**A** 2 Exurge gloria mea,  
exurge psalterium &  
cithara: \* exurgam de  
luculo.

3 Confitebor tibi in  
populis domine, & psal-  
lam tibi in nationibus.

4 Quia magna est su-  
per caelos misericordia  
tua, & vsque ad nubes  
veritas tua.

5 Exaltare super caelos  
Deus: \* & super om-  
nem terram gloria  
tua: \* vt liberentur di-  
lecti tui.

6 Saluum fac dextera  
tua, & exaudi me:  
\* Deus loquutus est  
in sancto suo.

7 Exultabo, & diuidam  
Sichimam: \* & conual-  
lem tabernaculorum  
ego dimetiar.

8 Meus est Galaad,  
& meus est Manasses,  
& Ephraim susceptio  
capitis mei.

9 Iuda rex meus,  
\* Moab lebes spei  
meae.

10 In Idumaea extendam  
calciammentum meum:  
\* mihi alienigena a-  
mici facti sunt.

11 Quis deducet me in  
ciuitatem munitam?  
\* quis deducet me vsque  
in Idumeam?

12 Nonne tu Deus?  
qui repulisti nos, & non  
exibis Deus in virtuti-  
bus nostris.

13 Da nobis auxilium:

& virtute pro mea virili digne tibi psallam, tam magnificentissimo domino. 2 Et quo sit laus plenior, etiam instrumentis decantata musicis, accedite huc in manus meas psalterium & cithara, venite, vt in vobis psalmum canam altissimo domino: \* & ego primo mane, admodum diluculo, exurgam de strato quietis meae, vt in tempore illo quietissimo, simul & amenissimo, diuinas laudes cum alacritate valeam decantare. 3 Celebrabo te, laudemque; tibi dicam in gentibus, domine, & in omnibus per vniversum orbem terrarum diffusis nationibus populorum, te laudabo in psalmis & canticis. 4 Iustum vero, ac rationale est, vt tibi psallatur in omnibus gentibus, & nationibus, quoniam misericordia tua magnificata, glorificata, & exaltata est vsque ad caelos, imò & super caelorum altitudinem: & veritas tua vsque ad nubes magnificata est, hoc est, vtraque; adeo sublimis, & excelsa est, vt a nobis comprehendi non valeat. Nemo enim sufficit comprehendere numerum & mensuram magnitudinis misericordiae & veritatis tuae. 5 Fac, o potentissime Deus, vt super caelos cognoscatur maiestas tua, fac per ostensionem potentiae tuae cognoscere homines altitudinem gloriae, & sublimitatem altissimae maiestatis tuae, quae caelis est altior, & nec caelorum amplitudine, siue altitudine comprehenditur, sed in immensum superexcedit altius: \* & super omnem terram fac cognosci celsitudinem gloriae tuae, vt in omnibus finibus orbis terrarum cognoscaris, & habearis is qui verè es, potentissimus Deus, ac dominus vniuersae creaturae: \* ita (inquam) tu Deus potentissime exalteris, & glorificeris, vt electi tui, quos ad vitam ab aeterno praedestinasti, liberentur, fiantque salui ab omni malo. In illorum namque liberatione & saluatione, tuam simul misericordiam & veritatem singulariter glorificas. 6 Et quoniam hominis opus non est liberare & saluare, tua ad id peragendum opus est dextera, vt per tuam praualidam omnipotentiam salutem consequantur electi tui, quam a seipsis, vel ab hominibus quibuscumque habere non possunt: & hac in re exaudi me, vt dextera tua salues electos, populumque tuum de hostium manu liberares: \* sic enim tu Deus loquutus es in sanctuario tuo, ita definiisti apud te in sancto & secreto habitaculo tuo. 7 Videlicet quod ego Dauid, vt rex & principis electi populi tui, labor in triumphis victoriae, ex virtute dexterae tuae contra aduersarios populi tui, & diuidam terram Sichem, tanquam bello partam populo meo: \* & vallem illam, quae Socho dicitur, id est, tabernaculorum, ego dimetiar, tanquam meo dominio & iuri subiectam. 8 Populus Galaadites mihi subiectus est, similiter & Manasse: populus autem Ephraim, praecipua & velut capitanea est fortitudo mea, & quasi robur ac virtus capitis, id est principatus mei, vt pote aliis tribubus potentior, bellicosior, & numerosior. 9 Tribus Iudae mihi regnum praestat, in qua & principium fuit regni mei: \* populus Moabitarum est mihi velut olla & lebes oblectationis, vnde haurire possem delicias & oblectationem, eiusque libere vt iuxta desiderium. 10 Super filios Edom extendam calciammentum meum, super illos calcabo, tanquam perfecta subiectione plenissime subiectos mihi: \* Philistinum, Amelechitam, & alienigenam per circuitum, facti sunt mihi tributarii, & subiecti ditioni meae. 11 Et quis est, qui me perduxit vsque in ciuitates munitas, vt loca etiam munitissima obtinerem? \* quis me deduxit in ciuitates Idumaeorum, admodum robustas & populosas, vt eas cogere sub imperium regni Dei? 12 Quis alius praeter te domine? qui olim videbaris abieciisse nos, ac velut proflus deseruisse absque auxilio, & non volebas cum exercitibus nostris ad pugnam egredi, nolebas pugnare cum exercitibus nostris, nolebas tua praesentia defendere populum tuum pugnantem, sed quasi a praetio absens permisisti vinci exercitum nostrum ab aduersariis. Profecto tu qui olim ita repulisti populum tuum, & cum eis nolebas egredi ad pugnam, idem ipse nunc respexisti nos, & egressus nobiscum dedisti nobis praclaras victorias. 13 Tu itaque domine, semper presta nobis de tribulatione auxilium: si insurrexerint aduersum nos aduersarii, & tribulatores populi tui, succurre tu nobis auxilio tuo: \* verè enim vana est salus, quae expectatur ab homine, & proflus vanissimum est, auxilium & salutem expectare ab humana potentia, cum tu illam habeas in manu tua. 14 Ex nobis qua-



de tribulatione: \* quia vana salus hominis. 14 In Deo faciemus virtutem: \* & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

dem profus imbecilles & impotetes sumus magnum aliquid efficere: sed in tua virtutis fiducia & auxilio fortiter agere poterimus magna virtutis opera, agemusq; tua virtute confortati viriliter: \* tu quoq; facillime destrues, & absq; omni labore siue molestia ad nihilum deduces, omnipotenti fortitudine tua, aduersarios nostros, quancunq; tandem sine numero, siue fortitudine extiterint, propter quod, in te semper fiducialiter perfare volumus, & tuo sancto cultui semper inharere, neque abscedere a te imperpetuum.

CVIII. PSALMI ARGUMENTVM.

Psalmus iste videtur maledictiones continere aduersum hostes prolatas. Personae autem Christi applicari eum contra suos hostes & interfectores Iudeos, & singulariter etiam contra Iudam proditorem, qui illorum vnus erat, vel ex hoc sit manifestum, quod Petrus Apostolus in primo cap. Actuum Apostolicorum, de Iuda proditore verba facies, partem huius Psalmi in eo dicit fuisse impletam, illud videlicet quod habet versus septimus, Episcopatum eius accipiat alter. Quauis ergo secundum substratum litterae sensum, possit accipi ut a Dauid e contra Itra suos hostes, Doeg Iudaeum, & alios huius similes prolatus, qui ipsi innocenti apud Saulem detrahebant, & alioqui satis ad malum Dauidis propensum magis exasperabant, secundum tamen veritatem & intellectum praecipuum, ipsius Christi est oratio, in qua patrem alloquens, & inuocans iudicem, hostium suorum proposita malitia, & sua e regione innocentia, digna deinde ultionem per uerborum describit, tam in personis propriis, quam in relictis liberis, & xoris & bonis omnibus. Idque facit multis versibus, in quibus ea quae impiis veritatis contra dictoribus vtrius erant ex Dei iudicio, ut prauidebat, ita exprimit, & secundum diuinae iustitiae conformitatem eadem etiam precari videtur. A versus autem vigesimo ad finem vsque suam paupertatem & afflictionem exponens, a Deo salutare postulat auxilium, in conclusione tandem liberatori promittens laudis cantica.

CVIII. PSALMI ELUCIDATIO.

Heb. 4. 1 Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.

**D**omine deus pater meus, cuius oculis nuda & aperta sunt omnia, qui omnia nostri ut in veritate se habent, tu netaueris laudem: quoniae ecce ora peccatorum, & hominum nequam contra me aperta sunt, ad blasphemiam atq; conuicia, ut dum illi contra me blasphemantes impia falso loquuntur, tu e contrario mea laudem praedices, & praedicari facias, meamq; innocentiam manifestam facias, tuum mihi impediendo auxiliium: dum illi improperia, conuicia, & blasphemias aduersum me effutunt, tu e contrario me apud tuos praedices, meum nomen mundo clarifices, sicut ego te mundo clarificaui: qua etiam causa possimum isti impii nunc aduersum me impudenter ora sua aperiuit. 2 Loquuti sunt aduersum me linguis mendacibus atq; fraudulentis mihi detrahentes meq; calumniantes absque causa, propter suam peruersam nequitiam: & sermonibus odii ex omni parte me circumdederunt, odiosis verbis omni ex parte me aggressi sunt, verbis duris & grauibus, aut etiam verbis detractoriis & diffamatoriis, quibus me conati sunt omnibus reddere odiosum: appellantes me seductorem populi, vini potorem, voratorem, publicanorum amicum, sabbathi violatorem, Dei blasphematorem, aduersum principes seditiosum, cum demonibus pacta habentem, aliaq; huiusmodi: \* absq; omni rationabili causa impugnaverunt me, omni qua valuerint virtute, mihi machinantes mala, conciliu facientes, nunc quomodo mihi os obstruerent, & confusum me redderent, imposito silentio, quomodo aliquid ex ore meo raperent in calumnia, nunc quomodo me perderent, aut dolo tenerent, & interficerent: atq; haec omnia absq; vlla causa, absq; vlllo meo merito, cum nihil aduersus illos egerim, ob quod iuste talia aduersum me debuerint, aut potuerint machinari. 3 Imo vero loco eius quod me diligere debebat, per dilectionem quam mihi debebat, ut benefactori, ipsi malum redderunt, & detraxerunt mihi: cum diligere me per acceptis beneficiis debuissent, non solum non dilexerunt, verum etiam hostiliter mecum egerunt, contra me mala loquentes, mihiq; ubicunq; poterant, tam in nomine, quam in vita, aduersantes: \* ego vero non sum commotus ad impatientiam, patienter tuli illorum improbitatem, non reddidi malum pro malo, non maledicebam maledicentibus: sed orabam ad te domine, commendans tibi causam animae meae, ad te oratione leuavi spiritum meum, ut tibi vindictam committerem, & ipse non offenderem in te per impatientiam. \* Orabam etiam pro illis mihi detrahentibus, & aduersantibus, ut ignosceres eis, & parceres, donec viderentur nescire quid facerent, donec non ex obstinatione eorum peruersitas cerneretur procedere, donec spes apparebat vlla conuersionis eorum. 4 Et ipsi omnis be-

2 Loquuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odii circumdederunt me:

Ioan. 7. Matt. 11. Ioan. 9. Luca. 5. Luca. 11.

\* expugnaverunt me gratis.

Luc. 20. Ibidem. Matt. 29.

3 Pro eo ut me diligere, detrahebant mihi:

\* ego autem orabam.

4 Et posuerunt aduersum me mala loquentes, mihiq; ubicunq; poterant, tam in nomine, quam in vita, aduersantes: \* ego vero non sum commotus ad impatientiam, patienter tuli illorum improbitatem, non reddidi malum pro malo, non maledicebam maledicentibus: sed orabam ad te domine, commendans tibi causam animae meae, ad te oratione leuavi spiritum meum, ut tibi vindictam committerem, & ipse non offenderem in te per impatientiam. \* Orabam etiam pro illis mihi detrahentibus, & aduersantibus, ut ignosceres eis, & parceres, donec viderentur nescire quid facerent, donec non ex obstinatione eorum peruersitas cerneretur procedere, donec spes apparebat vlla conuersionis eorum. 4 Et ipsi omnis be-

A sum me mala pro bonis: \* & odium pro dilectione mea.

neficii immemores, prorsusq; ingrati in omnibus, mea mansuetudine nihil emolliti, mea potentia nihil emendati, apponebant beneficiis maleficia, pro bonis rependebant mala: \* & pro dilectione mea, qua ego illos dilexi, ite & pro dilectione me, qua mei ipsi debuissent merito diligere, reddiderunt mihi odium: cum ego illos amarem, neq; solū lingua diligerem, sed opere & veritate dilectionem abunde ostenderem, eorum languidos curando, eosq; veritatis Evangelicę doctrina pascendo, insuper & peccata tollendo, languores auferendo, & dolores partem redamare debuissent, ipsi non solum non amore rependerunt, sed in super odium crudele, quod & opere testati sunt, grauisimam aduersum me contradictionem suscitantes, vsque ad ignominiam opprobrium.

5 Constitue super eum peccatorem:

5 Et quoniam tanta est, tamque peruersa & obstinata illorum impietas, iuste tu sancte pater, iudex animarum, & defensor causa mea, cui causam meam commendaui secundum tuam iustitiam, rigidum, & seuerum in illos exercebis iudicium: quod sicut tu ex ordinatione tua iustitia illis superinducere decreuisti, ita ego mea voluntate tua conformas, precor illis euenire, ad tua iustitia glorificationem, & iustam tantę impietatis ultionem. Itaq; tu constitues super eum peccatorem, super populum illum impium, & omnes illos iniquos aduersarios meos, tu iuste iuste dominari facies impium: primum quidem, tradedo illum in manus crudelis illius tyrani & exactoris diaboli, qui est rex super omnes filios superbiae, primus impietatis author: & pater mendacit, ex cuius parte sunt omnes qui imitantur illum: deinde etiam hominibus impiis, & crudelibus tyranis eos subiiciendo, ut ab illis digna afflictione puniti, suae perfidiae debitas penas luat: \* & diabolus ille malignus stabit a dextris illorum, semper illis aderit, & velut obseruabit, tanquam captiuos eos tenens laqueis suis, ut ad omne malum infliget suae traditos potestati, ac post in damnationem secum abducat aeternam. 6 Cum iudicium fiet de eis, non inuenietur excusatio, non absoluetur liberis, sed condemnati exhibunt, referent sententiam condemnationis, quia mortis damnatione sunt digni: \* imo & oratio eorum reputabitur immunda & fordida, quasi peccatorum: etiam cum ore videbuntur clamare, & in hypocrisis sua se orare simulauerint, labiis tantum orantes, quasi fordida oratio eorum repellatur, non erit exaudibilis: quia cor longe est a domino, quod impietate plenum est: imo erit oratio illa execrabilis, quonia cum irreuerentia & hypocrisis orantes quodammodo tentare Deum videntur. 7 Dies illorum pauci fient & modici, abbreviabitur duratio vitae eorum, morte praematura & intempestiua morietur, sicut & ipsi innocenti mortem iniustam sunt meditati: \* & eorum episcopatum, eorum munus, quo a Deo honorati sunt atque sublimati, alii accipient: quemadmodum pontificum & scribarum synagoga dignitas, ad apostolos, eorumq; successores translata est: & impius ille traditor Iudas, dux omnium interfectorum innocētis domini sui, apostolatū munere priuatus est, laqueo sibi animam ante tempus extorques, & in locū eius successus est atq; substitutus alius. Imo & totus ille Iudaeorum populus, qui prius omnibus populis speciali sua sanctificatione praeminebat, existens gens sancta, populus peculiaris ex omnibus gentibus, & regnum sacerdotale siue sacerdotium regale, perdidit omnem hanc praeminentiam, & successit illi populus alter ex gentibus, qui iam genus electum appellatur, gens sancta, populus peculiaris, & regale sacerdotium. 8 Fient filii eorum orphani, & vxores eorum fient viduae. Ipsi enim hostium manu cadentibus, relinquentur eorum liberi absq; patre, & erunt orphani, vxor autē viro destituta erit vidua: quod certe non modica est morienti afflictio, videlicet praeter omnem dolorem vulneris, relinquere matrem pauperē superstitē, multis onustam prolibus, & proles multas in paupertate superstitēs, ut non habeant vltra qui ipsis de vita necessariis prospiciat. 9 Filii eorum nutantes & instabiles, de loco ad locum (iuxta more nutantium) se transferent, vel ab hostibus transferentur de loco ad locum: & in tanta egestate atq; penuria expulsi patriis sedibus videntur, ut medicatum sibi victum cogatur queritare: & eiciantur de patriis sedibus, de habitationibus quas inhabitauerant patres eorum: non permittentur inhabitare terram quam patribus eorum Deus singulari miraculo donauerat, sed dispergentur, & captiui ducentur in omnes gentes, & erunt exules per orbem vniuersum, seruietes sub tributis, in seruitu-

B

\* & diabolus stet a dextris eius.

6 Cui iudicatur, exeat condemnatus:

\* & oratio eius fiat in peccatum.

7 Fiant dies eius pauci:

\* & episcopatum eius accipiat alter.

D

8 Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua.

9 Nutantes transferantur filij eius, & mēdicent: \* & eiciantur de habitationibus suis.

Matt. 8.

Heb. 12.

Iob. 41.

Ioan. 8.

2. Thi. 2.

Matt. 27.

Actu. 1.

Exod. 19.

1. Petri. 2.

Luc. 21.

10 *Scrutetur scelerator omnem substantiam eius:*  
 \* *Et diripiant alieni labores eius.*

11 *Non sit illi adiutor:*  
 \* *nec sit qui misereatur pupillis eius.*

12 *Fiant nati eius in interitum:*  
 \* *in generatione vna deleatur nomen eius.*

13 *In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini:*  
 \* *Et peccatum matris eius non deleatur.*

14 *Fiant contra dominum semper:*  
 \* *Et dispareat de terra memoria eorum:*  
 \* *pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.*

15 *Et persecutus est hominem inope & mendicum & cumpunctum corde, mortificare.*

16 *Et dilexit maledictionem, & venit ei, & noluit benedictionem & elongabitur ab eo.*

te & despectione maxima. 10 Scrutabuntur sceleratores omnem substantiam eorum, exactores quibus officium commissum fuerit spoliandi deuictas & bello captas ciuitates, penitus nihil relinquet, quin omnia praderit & auferat: vt de patris bonis, illis fugietibus, aut in captiuitate vel dispersione abentibus, nihil liceat secum auferre: \* & alieni, id est, hostes prorsus extranei, imo aduersarii, diripient labores eorum: quacunq; illi collegerat & thesaurizauerant in vltus suorum filiorum atq; heredum, non ad filios aut heredes legitimos peruenient, sed rapiuntur ab hostibus, etiam vsq; ad occultissima, & minima quęque omnia praderunt. 11 Non erit qui illis in tanta oppressione positus possit vlllo, vel consilio vel auxilio, ferre suppetias: \* neq; solum ipsis non erit auxilium, sed neq; filiis eorum, quos orphanos relinquet, vllus contingeret miserator, neque cum pupillis eorum quisquam aget misericorditer. Nam absque misericordia plerique cadent, interfecti hostium gladiis, alii patriis eiiciuntur habitationibus, & bonis omnibus spoliabuntur, quę sibi thesaurizauerat patres eorum, duceturque sic nudi & miserii in omnes gentes captiui, in afflictione nimia. 12 Imo & in perditione dabuntur filii eorum, plurimorum filii simul cum parentibus, imo in oculis parentum interficiuntur ad maiorem parentum afflictionem: \* neq; pauci erunt, quorum progenies hostium gladio maxime infirmata ac pene extincta, licet ad modicum post mortem parentum subsistet, mox tamen vnica absumpta generatione deficiet. Na quod pene extinctum est, si non reparatur, cito prorsus deficiet. 13 Ante oculos domini redibit ad considerationem iniquitas parentum eorum, vt adducatur super eos vltio grauissima, quasi pro omnium parentum suorum delictis, vt inquiratur ab istis homicidis, qui adimpleuerunt mentem suam patrum suorum, sanguis omnium iustorum & Prophetarum, qui effusus est ab origine mundi, ita scilicet, vt grauissima de eis sumatur vltio: \* & peccatum matris eorum non erit in oblivione, quantum ad punitionem eorum, vt etiam pro illo adducatur super illos vltio: hoc est, vltione tam graui, tam manifesta, tam horribili videbuntur puniri, vt appareat Deum, quicquid vnquam peccati admiserunt parentes, super hos eorum posteros imposuisse, & ad horum punitionem, grauiorem reuocasse ad memoriam. 14 Derelicti quoq; & reprobatii a Deo, ita efficiuntur oblati in sua malitia, vt sint perpetuo contra dominum, nunquam redeant in gratiam, donec venerit consummatio seculi, quando eorum reliquia salua fiet: \* & prorsus de terra videntium, de sancta Ecclesia & militate & triumphante, peribit eorum memoria, erunt quasi incogniti extranei a veris Ecclesie fidelibus, & erit execrabilis ac detestabilis eorum memoria, vsq; dum venerit tempus constitutum conuersionis eorum, quo conuersi recipiantur in gratiam: \* propterea quod non cogitauerunt facere misericordiam, propterea quod crudeliter nimium semper egit ista generatio, non solum cum seruis Dei & prophetis, quos percusserunt & interfecerunt, verum etiam cum Prophetarum domino, quem crucifixerunt. Propter quod merito iudicium illis fiet sine misericordia, qui non fecerunt misericordiam. 15 Et persecuti sunt filium hominis, pauperem, humilem, mansuetum & egenum, qui erat virorum nouissimus, imo vermis & non homo, hominem dolentem corde, virum dolentem & scientem infirmitates, qui totam vitam in multa austeritate transegit atq; doloribus multis: vt hunc (inquam) filium hominis sic pauperem & afflictum morti traderet. Non enim satis illis erat videre filium hominis miseris modis tractatum, flagellatum, spinis coronatum, veste regia & arundine illusum: non (inquam) satis illis erat videre innocentem filium hominis, quasi leprosum & quasi nouissimum virorum, absq; decore & specie, vt merito debuissent intima illorum commoueri viscera super tanta innocentis miseria: verum insuper ad mortem illum poposcuerunt, vocibus fortissimis in clamantes, Tolle, tolle, crucifige eum. Propter quod, non mirum si iusta Dei vltio non vna aliqua modica poena contenta quiescat, sed punitione multiplici penitus eos velit disperdere. Iustum est enim, vt poena culpę respondeat. 16 Dilexerunt maledictionem, quęsieruntq; eam in praua sua nequitia, & inueniet eam: benedictionem vero odio habuerunt, atq; a se abegerunt, & non venit eis. Non est quod conqueratur impij isti, male & inique secum agi in his punitionibus, Accipiunt enim quod semper quęsierunt & dilexerunt, & eo priuantur quod semper fugerunt. Omnibus namq; cogitatio-

17 *Et induit maledictionem sicut vestimentum:*  
 \* *Et intravit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.*

18 *Fiat ei sicut vestimentum quo operitur:*  
 \* *Et sicut zona qua semper pręcingitur.*

19 *Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum:*  
 \* *Et qui loquuntur mala aduersus animam meam.*

20 *Et tu domine domine fac mecum propter nomen tuum:*  
 \* *quoniam suavis est misericordia tua.*

21 *Libera me, quia egenus & pauper ego sum:*  
 \* *Et cor meum conturbatum est intra me.*

22 *Sicut umbra cum declinat, ablatum sum:*  
 \* *Et excessus sicut locusta.*

23 *Genua mea infirmata sunt a ieiunio:*  
 \* *Et caro mea immutata est propter oleum.*

24 *Et ego factus sum opprobrium illis, viderunt me, & mouerunt capita sua.*

25 *Adiuua me domine Deus meus:*

nibus cordis, sermionibus oris, & operibus manuum suarum impietate plenis, nihil aliud visum sunt querere, quam maledictionem mortis & perditionis aeternę: benedictionem autem & salutem visum sunt quam maxime fugere, dum nihil ea dignum voluerunt operari: & quomodo quęsierunt perditionem, sic eueniet eis (Accipiet enim mortem peccati stipendium) vt benedictionem a qua semper abhorre visum sunt, a qua semper se elongauerunt, studio prauę voluntatis, nequaquam percipiet filii maledictionis atq; perditionis aeternę: quomodo e contrario, iustis ac timetibus benedictio, quę semper quęsierunt, veniet, & maledictio quam oderunt, elongabitur ab eis. 17 Induetur impij isti maledictio, ne sicut vestimento, ex omni parte circumdabit maledictio, operietq; perditio, quomodo vestimentum ex omni parte circumdabit hominem: \* imo in ipsos intrabit, quomodo aqua quę bibitur intrat in interiora, hominis, imo vsq; ad penitissima eorum penetrabit, ad modum olei, cuius virtus etiam vsq; ad ossa penetrat, & intra ossa se porrigit. Est enim sicut oleum maxime penetratiuum, ita & impiorum maledictio. 18 Fiet (inquam) illis maledictio quasi vestimentum, quo operiuntur homines, vt sic penitus maledictione circumdetur, & ad modum zonę, qua homo per medium sui per totum corpus cingitur, vt quomodo totum corpus zona cingit & semper cingit, ita maledictio impios illos penitus circumdet: hoc est, maledictio & perditio totos ipsos peruadat, tam secundum corpus quam secundum animam, semelq; correptos & peruasos imperpetuum affligat. 19 Hoc erit eorum qui detrahunt mihi opus ante dominum, hac punitione illis qui mihi aduersantur eueniet a domino: sic illis fiet, talis vltio exercebitur ex iusto iudicio Dei aduersum illos qui me gratis persecuti sunt: \* & talis manet vltio eos qui mala loquuntur aduersus animam meam, qui insidiatur vitę meę, qui aduersum me conciliū faciunt, & dolosis adinventionibus cogitant quomodo me interficiant, & veritatem Euangelii opprimant. 20 Et tu pater, domine sancte, age mecum benigne pro tua misericordia: propter glorię nominis tui, misericorditer fac mecum, & cum omnibus meis fidelibus qui futuri sunt vsq; in consummationem seculi, in bona voluntate tua: \* tua namq; misericordia suavis est, dulcis & benigna, ita exposcit tua misericordia, vt cum memifero agas, non vt illi impij crudeliter, sed tanto magis misericorditer, quanto illi magis crudeliter. 21 Libera me domine, quoniam ego pauper & egenus sum, humilis & despectus, vir dolorum, in multis tribulationibus degens, opprobrium hominum, & abiectio plebis: \* & prę nimia afflictionum miseria, cor meum conturbatur intra me. 22 Ad nihilum deuenit vita mea, abstulerunt me de vita isti impij, & sine meum appropinquare fecerunt, ad eum modum quo umbra continuo ad nihilum tendit, postquam declinat, quando iam est sol occasus proximus: \* & quęadmodum locusta nusquam habet fixam sedem, sed vbicunq; reperitur, abigitur, loco pelitur, & velut excutitur: ita de hoc mundo ego sum excussus, nimis persecutionis tumultu siue impetu, nec permittunt inimici in hac vita me habere requiem. \* Itę quomodo locustę tanquam noxia, corroden-tes terrana scętia, abiguntur & excutuntur, vbi earum fuerit copia, sic & ego ab inimicis meis, tanquam noxius & pestifer homo, tanquam seductor & corruptor hominum, tollor de medio. 23 Vixi inter eos in magna sobrietate & tennitate, continuo ferę ieiunans, & frequenter in ediam patiens: tam eram occupatus in iis quę erant patris mei, in illis docedis atq; erudiendis, vt ita nonnunquam prę virium defectu nutarent & vacillaret genua mea, nec valerę supra pedes firmus consistere: \* & caro mea immutata est, facta velut marcida atq; exstione consumpta, propter defectum olei: quoniam multo tempore absq; vnctione sui, quicquid ad corporis curam atinebat negligens, propter orationis & prędicationis studium, ita vt propter cibi neglectum, viribus destituerer interius, & ob neglectam vnctionem (qua pro carnis reparatione aduersum nimium calorem & exhalationum fetorem homines vti solent) visa fuerit caro mea velut arefacta, & mirum in modum immutata. 24 Et ego in omnibus quę agebam, factus sum illis in derisum, atq; in opprobrium, & quasi ludum & iocum me sibi fecerunt: considerauerunt me, & in derisionis signum mouerunt super me capita sua. 25 Verum contra horum prauam malitiam, prębe tu mihi auxilium, o domine Deus meus: illis me irridetibus atque subsannantibus, tu me

Roma. 6.

Psal. 27.

Heb. 10. \* saluum me fac secundum misericordiam tuam. 26 Et scient quia manus tua haec: \* Et tu domine fecisti eam.

27 Maledicet illi, et tu benedices:

Hier. 25. \* qui insurgunt in me, confundantur, seruus autem tuus letabitur. Psal. 84.

28 Induantur qui detrahunt mihi pudore, et operiantur sicut diploide confusione sua.

29 Confitebor domino nimis in ore meo:

\* Et in medio multorum laudabo eum.

Ioan. 8. 30 Qui assistit a dextris pauperis: \* ut saluam faceret a persecutoribus animam meam.

adiuua misericorditer: \* de manu illorum persecutorum meorum salua me propter tuam misericordiam, cuius est semper miser misereri, afflictusque in opportunitate adferre auxiliu. 26 Et fac illos experiri, quod haec ultio tua sit, quod punitio ista qua in se presentiet, tua sit, quod procedat: talem sentiat vindictam ab ultrice manu tua, ut cognoscant diuinum sibi superuenisse iudicium, ut cognoscant in manu tuas se incidisse, in quas est horrendum incidere: \* & quod tu domine ista omnem punitioem, & omnia mala ista in tua preualida potentia feceris, induxerisque; super eos: ipso ultionis potere cognoscant, non humanum, sed diuinum esse iudicium, quo obtentur. 27 Maledicet quidem illi mihi seruo tuo, sed maledictio eorum apud te conuertetur in benedictionem: illi blasphemabunt, mala imprecabuntur, mala loquentur contra seruatum, cogitabunt afflictionem & perditionem: & tu e contrario cogitabis super seruo tuo cogitationes pacis & non afflictionis, salutis non perditionis: loqueris pacem erga seruum tuum, & bene ite facies illi in bona voluntate tua: \* qui contra me hostiliter insurgunt, ut aduersentur mihi, ut me oppugnet, mihi noceat, tua benedictione mihi praebente auxiliu, confundetur, cum non potuerint sui cordis impia perficere desideria, & ego seruus tuus cum mihi adhaerentibus, in te letabimur adiutore, & saluatore nostro. 28 Qui detrahunt mihi, qui contra me loquuntur mala, ipsi induuntur confusione & pudore, & operientur confessione sua sicut indumento: sic eis adhaereat confusio, sic eos totos operiat, sic penitus circumuestiat, sic ea ubique circumferat, quomodo diplois siue vestimentum adhaeret corpori, & ipsum operit. 29 Ego vero illis datis in confusione & opprobrium sempiternu, collaudabo dominum vehementer, & quae magnificentissime potero, per os meum & labia mea, canedo illi cantica laudis & actionis gratiarum: \* & in medio multorum, coram multis fidelibus, in medio Ecclesiae sanctae, palam omnium laudes canam tibi ego, & quicumque mihi adhaerent fideles mei. 30 Quoniam dominus Deus pater meus assistit mihi pauperi, cum in afflictione essem, a dextris, tanquam paratus ferre afflicto auxiliu, tanquam intendens mihi, atque salutis meae prospiciens, non me reliquit solum, sed mecum adfuit in tribulatione: \* ad hoc (inquam) mihi a dextris sic assistit, ut non sineret animam meam venire hostibus in perditionem, ut non permitteret in mortem aeternam dari, aut in inferno permanere, sed de manibus persecutorum eam faceret saluam in vitam aeternam, quem admodum & omnes qui ex mea parte sunt, ab omni malo saluos faciet in regnum suum caeleste & vitam aeternam.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CVIII.

Verfu. 3. Pro eo ut me diligeret, detrahebant mihi. In Graeco est εβρι τω δακρυ μου, quod ad verbum sonat, Pro diligere me: quod Latini interpretes recte expresserunt circumloquendo, Pro eo, ut me diligerent, hoc est, loco eius quod me diligere debuerant, ut sit sensus, Cum me debuissent diligere, detrahebant mihi. Veruntamen Graeca illa lectio, Pro diligere me possit etiam aliter intelligi, ad hunc sensum, Pro eo quod ego dilexi eos, detrahebant mihi: hoc est, pro dilectione qua ego illos dilexi, vel propterea quod ego illos dilexi, & propter opera dilectionis qua illis ostendi, ipsi mihi reddiderunt mala, detrahentes mihi. Cui sententia consonat quod vertit Hieronymus, Pro eo quod eos diligebam, aduersabantur mihi. Alii ex Hebraeo vertunt, Pro dilectione mea, quod utraque sententiam patitur. Potest enim hoc vel actiue vel passiuè exponi, pro dilectione mea, videlicet qua ego diligo illos, vel pro dilectione qua ego diligi deberem ab illis, quemadmodum in versu quarto, cum dicitur, Odium pro dilectione mea. Verfu eodem, Ego autem orabam. Exemplum hinc accipe, quomodo non statim ad blasphemias conuerti debeas, ubi hominum in quos beneficia collocaisti, senseris ingratitude, quomodo non statim furem & exclamare debeas, ubi malum acceperis pro bono, quemadmodum plerique faciunt, non recte instituti in patientia & loganimitate Dei, qui solum suum semper otiri facit super bonos & malos, gratos & ingratos: magis vero ad Deum nos debemus conuere, ubi hominum persenserimus ingratitude. Idque duplici ratione. Primum quidem, ut nos ipsos consolemur in domino, ne in impatientia corrumpentes, meritum perdamus operis boni, quod proximo licet ingrato impendimus. Cogitare enim debemus, quod ad domini gloriam, ex bono corde & sincera voluntate, hoc aut illud fecim? tametsi ille cui factu est non eo animo id acceperit, tametsi pro bono malum reddat: atque ita, cum ab homine nullam viderimus redire gratiam, ad Deum tanto affectuosius conuersi, ipsum orabimus nostra qua ingratum impendimus aspiceret, acceptaque & grata habere, ut pro factis ipse nobis retribuatur, ob cuius honorem ea fecimus. Secundo, pro illis ingratis ad Deum orabimus, ut beneficium, beneficium cumulemus, quemadmodum in cruce Saluator faciebat, & Stephanus optimi magistri bonus discipulus, inter volutates lapides. Verfu septimo, Et episcopatum eius accipiat alter. Beatus Petrus Apostolus, in primo capite actuum Apostolicorum verba fa-

Matt. 5.

Luc. 23. Actu. 7.

ciens coram fratribus, hac partem peculiariter ad Iudam proditorem refert, cum ita ait, Viri fratres, oportet impleri scripturam, quam praedixit spiritus sanctus per os David de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum, qui connumeratus erat nobis, & sortitus erat sortem ministerii huius. Et post pauca, Scriptum est in libro Psalmorum, Fiat comoratio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea: Et episcopatum eius accipiat alter. Et quidem de Iuda, quomodo praesens locus sit impletus, notissimum est. Aduertendum tamen, quod non omnino singulariter Psalmus intelligatur de Iuda proditore & duce eorum qui comprehenderunt dominum, verum etiam de omnibus quorum consilio & auxilio ille suam prodicionem exercuit, & quorum consensu Christus interfectus fuit. In hoc autem numero fuerunt primi, Scribae, Pharisei, & seniores populi, deinde & populus vniuersus, qui coram Pilato clamauit, dicentes, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Propter quod, nos in elucidatione ostendimus, quomodo etiam de his praesens particula intelligatur, quomodo videlicet Scribarum & Pharisaorum episcopatu alii acceperit, similiter & episcopatum totius Iudaici populi populus alter. Ceterum, quod ante hunc versum septimum in Psalterio Romano ponitur versus alius, qui non est in Hebraeo, neque in Graeco, neque in Psalterio Gallicano, videlicet iste, Fiat habitatio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea, videtur hoc factu esse ex eo quod Beatus Petrus hos duos versus in supradicto loco pariter iunctos adducit, ut videri possit, ex Psalmo vno duos illos versus fuisse a Petro citatos. Veru non ita res habet. Nam versus ille, Fiat habitatio, & c. ex psalmo sexagesimo octauo, adducitur, qui sicut & iste, malas imprecationes videtur continere. Verfu nono, Nutantes transferantur filii eius. Clarius ex Hebraeo legit Hieronymus & Felix, Instabiles vagetur filii eius. Nutantes enim, valet, instabiles. Qui enim nutant, firmi non sunt, neque benefiabiles, dum hac & illac mouentur. Verfu decimo, Scrutetur fenerator omnem substantiam eius. Potest illud dupliciter intelligi. Primo, secundum violentiam, accipiendo feneratorum pro exactore: quomodo fieri solet in ciuitatibus bello captis, & hostibus superatis, ut ab iis qui rei illi praefecti sunt, diligenter perquiratur omnia, & abripiantur, aueranturque; ab hostibus, quam sententiam nos in elucidatione expressimus. Neque male consonat quod vertit Hieronymus, Scrutetur exactor vniuersa quae habet: similiter Felix, Perdat vel illaqueat exactor vniuersa quae habet: & Chald. Paraph. Colligat fiscus omnia quae ipsius sunt. Consonat & quod mox subditur, Et diripiatur alieni labores eius. Potest etiam intelligi, ratione nimiae indigentiae & inopiae, ut significatur summa inopia, ita ut praenimio defectu omnia quae cumque habuerint, veniant in manus & potestatem feneratoris, accipiendo feneratorum proprie pro vsurario, vel pro eo qui dat mutuum. Ita enim frequenter contingit, homines tantis obstringi debitis, ut soluendo non sint: ac tunc fenerator siue creditor vniuersa illorum bona (ut dicere solet) confiscat & obstringit, ut ex illis possit solutionem accipere debitorum. Atque ita, summa egestatis & extremae inopiae est haec imprecatio. Verfu decimo tertio, In memoriam redeat iniquitas patrum in conspectu domini. Quod hic dicitur de rememorandis parentum iniquitatibus, in punitione filiorum, in eandem sententiam videtur accipiendum esse, qua in Evangelio Saluator impiorum Iudaeorum praedicat poenam, dicit, sanguinem omnium Prophetarum ab Abel usque ad Zachariam requirendum esse ab illa generatione, ita (inquit) dico vobis, requiretur a generatione hac. Cuius verbi sententia talis esse videtur, Tam grauis ultio, & tam diuturna punitio Dei iudicio ventura est super hanc generationem (quae patrum mensuram impleuit, prophetarum dominum Dei filium persequendo & interficiendo, cum patres non nisi feruos prophetarum persequuti fuerunt) ut videatur ultio fieri super istos praesens effusione sanguinis omnium prophetarum, qui fuerunt a principio interfecti: tam ipsi grauitate & leuere puniuntur, ac si pro omnibus illis suorum peccatis punirentur. Atque in hunc modum conuenientius videtur, praesentem passum intelligi. Quauis ipsi aliter exponi dicendo, Quod filii temporaliter puniuntur pro peccatis patrum. Sed quia peccatum eorum qui interfecerunt dominum, ut Iudaei proditoris, Scribarum & Pharisaorum, per se nimium graue fuit, & tam enorme, ut illius compensatione peccata patrum videri possint admodum modica & ipsum eorum proprium peccatum omnem hanc punitionem abunde fuit promeritum, atque etiam longe maiora: iccirco nobis videtur conuenientius, iuxta prioris expositionem praesentem locum enarrari, & non de punitione eorum propter peccata patrum, quasi proprium eorum peccatum non satis dignum fuerit tanta ultione, nisi adiungantur & aliena. Verfu decimo sexto, Et dilexit maledictionem, & venit ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Quomodo verum hoc est, impios diligere maledictionem & nolle benedictionem: cum videamus etiam pessimos homines, si interrogentur, benedictionem malint an maledictionem, respondere, utique benedictionem, non maledictionem. Sciendum ergo, quod non ipsam maledictionem secundum propriam rationem, vel secundum considerationem maledictionis, diligunt impii neque amant, neque volunt, neque querunt: ob hoc tamen dicuntur maledictionem diligere, quoniam ea diligunt & concupiscunt, illis intendunt, & illa agunt, ad quae per se consequitur ex decreto iustitiae Dei aeterna maledictio: & e contrario benedictionem nolunt, auerantur, & fugiunt, quatenus illa fugiant & auerantur, ex quibus secundum decretum Dei, consequeretur benedictionem aeterna hereditatis, id est, quatenus virtutes auerantur, & sequuntur vitia. Secundum quem modum, de iis qui faciles sunt ad percutiendum gladio, siue ad dimicandum cum sociis, cum forte quempiam interfecerint, vel ipsi ab alio fuerint interfecti, dicere solent homines, inuenisse eos tandem quod multo tempore quaesierant: & eum qui multum tempus vixit prodige, cum tandem ad paupertatem deueniret, dicunt vulgo homines, inuenisse quod quaesierat. Verfu decimo nono, Hoc opus eorum qui detrahunt mihi a pud dominum. Particula a pud dominum, iungenda est, non cum verbo detrahunt, ut sit sensus, Qui detrahunt mihi a pud dominum,

Actu. 1. Ibidem. Psal. 108.

Matt. 27.

Matt. 13.



sed cum prioribus, ad hunc sensum, Hoc erit apud dominum, opus eorum qui mihi detrahunt. Nunc autem hic dicitur, opus eorum, pro punitione, retributione, vel mercede eorum. Non enim est sensus, qui prima facie se offert, Hoc est, vel erit opus, quod operantur illi qui mihi detrahunt, sed opus eorum passim exponi debet pro opere quod eis fiet, ut sit sensus, Ita apud dominum vel a domino cum eis agatur, sic a domino fiet illis, sic tractabuntur, sic punientur a domino, qui mihi detrahunt. Quam sententiam clarius exprimit Hieronymus, his verbis, Hæc est retributio iis qui aduersantur mihi, a domino. ¶ Versu vigesimo tertio, Et caro mea immutata est propter oleum. Quidam hoc intelligunt, propter vium olei esse immutatam carnem. Verum id non videtur originali lectioni Hebraicæ bene consonare, neque etiam rationi. Hieronymus enim vertit, Caro mea immutata est absque oleo: hoc est, propter defectum olei. In quem sensum nos in Elucidatione sumus interpretati vulgatam lectionem, propter oleum exponentes, propter defectum olei. Quod licet improprie dictum videatur, tamè ad sententiam magis quadrat, quam si exponamus, propter vsum olei. Nam olei vsum non immutatur caro in peius, sed magis in melius, sicut in alio Psalmo dicitur, Ut exhilaret faciem in oleo. Et Saluator in Euangelio, volens ieiunantes docere exteriorem latitiam, vult caput ungi oleo, & lauari faciem. Vnde sicut apud nos, illota manere facie ad tristitiam spectat, sic apud veteres in terra promissionis, non ungi oleo vel unguento, ad tristitiam & luctum pertinebat, quemadmodum ex multis veteris scripturæ locis est manifestum. ¶ Versu vltimo, Qui altitit a dextris pauperis, ut saluam faceret a persecuentibus animam meam. Esse a dextris, vel stare, siue stare a dextris, aliquando in bonam partem sumitur, veluti Psalmo decimo quinto, Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commouear. A dextris enim est Deus illi, cui semper in auxilium est paratus: in quem fere sensum & illud videtur accipiendum, quod dicitur in Psalmo, Dominus protectio tua via per manum dexteram tuam. Aliquando autem stare a dextris accipitur in malam partem, velut in hoc ipso Psalmo, qui iam est in manibus, cum dicitur, Constitue super eum peccatorem, & diabolus stetit a dextris eius. Sic autem ad dexteram stare in malum, est assidere ad tribulandum, ad vexandum, & quasi captiuum in potestate tenere, ac trahere, & agere quo voluerit ille qui sic ad dexteram astat, quemadmodum ex Elucidatione est manifestum.

Psal. 103. Matt. 6.

Psal. 15.

Psal. 120.

CIX. PSALMI ARGUMENTVM

Peculiali quadam illuminatione illustratus Psalmista, sequentem cecinit Psalmum, Christi hominis exaltationem potissimum describens in patris dextera, ac super inimicos perfectam victoriam, cum pleno dominio: quod per resurrectionem quidem & ascensionem inceptum est, perfectum usque implebitur in consummatione seculi, iuxta quod Apostolus Paulus capite decimo quinto prioris epistolæ ad Corinthios declarat. Christi quoque ortum, temporalem ex Iudeis secundum humanitatem, ex patris substantia processionem æternam consequenter describit, & sempiternum a patre sibi datum sacerdotium. Ac deinde specialius atque distinctius victoriæ prius in generalitate prædictæ modum, & ipsius exultationis causam manifestans, ita terminat Psalmum, verbis quidem parcum, sed mysteriorum plenitudine copiosissimum.

CIX. PSALMI ELUCIDATIO.

1 Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis.

Matt. 28. Actu. 10. 2 Donec ponam inimicos tuos:

\* scabellum pedum tuorum.

3 Virgam virtutis tue emittet dominus ex Sion:

\* dominare in medio inimicorum tuorum.

4 Tecum principium,



Deus pater omnipotens, omnium dominator, Christo filio suo, totiusque humani generis saluatori iussit, morte deuicta & opere laboriosissimo redemptionis humana, ad quod exierat consummato, in dextera sua considerare, atque in aequalitatem paternæ gloriæ conscendere: dans illi potestatem super omnia que in celo & quæ in terra, iudicemque eum constituens viuorum & mortuorum. 2 Quin & futurum est, ut suo tempore pater filio subiiciat omnes aduersarios eius, & inuisibiles malignos spiritus, & homines infideles siue inobedientes, subiectione adeo plena atque perfecta: \* quomodo scabellum sub pedibus est eius cui supponitur, quod humillime utique & vilissime constat sub alio prostratum atque subiectum esse, & in plena esse calcantis voluntate, ut pro suo libito illud voluere possit atque reuoluere. Et huiusmodi profecto erit post iudicium, demonum atque malorum hominum sub Christo misera, vilis, & plenissima subiectione: necessitatis dico, non bonæ voluntatis. 3 Omnipotens pater ex Iudeorum populo suscitabit, surgetque faciet & nasci baculum, in quo tu Christe fili Dei saluator mundi demonstraturus es & perfecturus fortitudinem tuam: hoc est, carnem te assumere faciet, atque humanitatem accipere, per quam velut instrumentum potentissimæ diuinitatis tuæ, fortissimum humanæ redemptionis opus perficies: \* atque ita comparabis tibi dominium & principatum super omnes inimicos & aduersarios tuos per circuitum, & plenius atque perfectius es accepturus in nouissimo venturo examine. 4 Neque verò mirum id videri debet, quod tantam per infirmum corpus

A

\* in die virtutis tuæ, \* in splendoribus sanctorum:

\* ex vtero ante luciferum genui te.

5 Iurauit dominus, & non penitebit eum, tu es sacerdos in æternum,

\* secundum ordinem Melchisedech.

6 Dominus a dextris tuis confregit in die iræ sue reges.

C

7 Iudicabit in nationibus, implebit ruinas:

\* conquassabit capita in terra multorum.

8 De torrente in via bibet:

\* propterea exaltabit caput.

D

humanum assumptum feceris victoriam, quoniam secundum diuinitatem tuam coæternus es tuo principio, id est, tuo patri, a quo æterno coæternus procedis, & ipse semper est tecum, & tu semper cum illo & apud illum es: \* in die æternitatis tuæ, duratione sempiterna, quæ nunquam defluit, nunquam labitur, nunquam deficit: \* In hac (inquam) die tecum est pater tuus, & es tu cum patre tuo, non quemadmodum inter homines ad tempus apparuisti in infirmitate & vilitate, sed in splendore & claritate paternæ gloriæ, quæ splendēt omnes sancti, patri tuo ut in duratione coæternus, ita in gloria coequalis existēs: \* Neque id mirum: quandoquidē ipsemet pater de te testificatur, quod ab æterno ante omnē creaturam tam inuisibilem quam visibilem, te genuerit, & gignat semper: ex vtero, id est, sua naturali fecunditate, de propria substantia atque essentia, sibi; consubstantialē, ac proinde per omnia æqualem. 5 Omnipotēs pater quasi iuramento confirmatum firmissime statuit & ordinauit, neque unquam retrahabit, te fore sacerdotem sacerdotio sempiterno, quod nunquam mutabitur, siue per alterius superuentientis sacerdotii inuolutionē, siue per alterius sacerdotis hæreditariam, vel aliam quamlibet successionem: quæ admodum de veteris legis Aaronico sacerdotio factum constat: \* sacerdotio (inquam) secundum similitudinē Melchisedech, qui tui sempiterni sacerdotii typum gestit, panē offerens & vinū, sine patre in scripturarum narratione inuentus ac sine matre, & prorsus absque genealogia, finem dierum ac principium non habens, secundum nomen rex pacis atque iustitiæ, non autē secundum similitudinē Aaron, qui corporales hostias legitur immolasse, cuiusque sacerdotii initium in scriptura aperte describitur, atque item hæreditaria filiorum successio. 6 En Deus pater omnipotēs, totaque adeo diuinitas, quæ tibi Christo homini semper a dextris presens astat in auxilium, quæ solum te nunquam relinquit, ipsa per instrumentum tuæ humanitatis, in tempore vltionis, quando iram suam aduersus oppressores & iniustos possessores generis humani voluit ostendere, quam vsque tunc videbatur propter patientiam & dissimulationē continuisse. In die (inquam) iræ huius, eos qui per tyrānidem regnum huius mundi occupabant, ipse confregit, humiliavit, atque eorum virtutem imminuit: quādo huius mundi princeps & mundi rectores tenebrarum harum, per Christi mortem iudicati sunt, atque foras eiecti, 7 Tunc utique iudicium fecit pro miseris misere oppressis gentium populis, eos de manu oppressorum per te Christum liberādo: \* eorum quoque ruinas & casus miserando impleuit, quos olim ab angelorum bonorum consortio proiecit, nunc etiā a suo regno & principatū foras eiciens, quos tandē quoque omnes est in abyssi profundū demersurus: \* Sed & plurimorum super terram commorantium infidelium atque peruerforum hominum, qui mēbra sunt & filii diaboli, comminuet capita, eosque morte feriet sempiterna. Siquidē cum peruerso diabolo condemnabuntur, qui ex parte illius sunt, infideles atque peruersi homines, qui nunc assunt contra dominum & Christum eius. 8 Quod si quis forte requirat, vnde Christo homini tāta prouenerit gloria in patris dextera? Certe in via mortalitatis huius, inque hac peregrinatione, turbidissimas atque amarissimas gustauit, & abunde bibit sæculi huius passiones atque miseras: quoniam vsque ad mortem crucis humiliavit semetipsum: \* Atque ob hoc exaltatū est caput eius super omnia quæ sunt in celo & in terris, hoc est, exaltatū est & sublimatus creaturis omnibus altius, in dextera Dei, in gloria patris sui: quando datum est illi nomen a patre, quod est super omne nomen, ita ut in eius nomine omne flectatur genu, eique omnis lingua confiteatur, quod sit in gloria Dei patris. Amen.

Heb. 7.

Psal. 15. Ioan. 8.

Philip. 2.

Ibidem.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CENTESIMVMNONVM.

Præsentem Psalmum de Christo intelligendum, ipsemet in Euangelio testatur, cum scribas atque Phariseos tētans interrogat de Christo, cuius filius sit: ubi adducēs hanc Psalmi autoritatē, Dauidē ita scribentē, Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, ait Christū appellare suum dominum. Quomodo (inquit) eum Dauid appellat dominum, si filius eius est? Ipsi quoque Scribæ & Pharisei interrogati, dum silent, neque propositam quæstionem valent dissoluere, ostendunt similitudinem de Christo, se hunc Psalmum intelligere. Alioqui statim fuisset illis in promptu quod respondere dicendo, non loqui illuc Dauidē de Christo, sed de alio aliquo. Insuper Paulus Apostolus primo capite epistolæ ad Hebræos, cōparationem faciēs Christi ad angelos, secundū superexcellentiā, Heb. 1.

præsentem locum adducit, vt de Christo dictum. Ad quem (inquit) angelorum aliquando dictum est, **R** Sede à dextris meis, quoad usq; ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: Quasi dicat, Ad Christum legimus hoc dictum apud Psalmistam: ad angelos, aut angelorum aliquem non legimus. Quapropter manifeste vani sunt, qui post tam euidètia testimonia subterfugere volètes, Psalmum hunc conantur interpretari de Dauide, quasi eum Dauid de se cõposuerit, vt de sui regni præcellentiâ, & spiritali sacerdotio, ac perfecta super inimicos victoria, proferendum & decantandum à suo populo. Horum (inquã) conatus manifeste vanus ostèditur, dũ & Christi & Apostoli testimonio, de Christo domino comprobatur Psalmum esse intelligendũ. ¶ Versu primo, Sede à dextris meis. Non fecit pater considerare filium à sinistris, ne significetur pater minor, qui est vnũ cum patre: non rursum fecit illum sedere super caput, ne significetur superioritas filii: sed à dextris vtederet dixit, ad significandum aequalitatẽ regni & imperii. Sed hinc forte obiicias, si ad dexteram sedet filius, pater ergo ad sinistra residet, & significatur filio inferior. Dicendũ, quod in diuinis, cũ more humano loquimur, ad significandũ cõceptam veritatem, quam non aliter nisi humano more eloqui sufficimus, oportet imperfectiones secludere, & tãtum id quod perfectum est intelligere. Vnde licet in rebus humanis, quã aliũ ad dexterã collocat, ipse sedeat ad sinistra illius qui ei est ad dexteram: in diuina tamẽ sessione, dextera absq; sinistra debet intelligi. Non enim ibi sinistra intelligitur, vbi non est inæqualitas. Nec ideo pater ad sinistram sedet filii, quia filium habet sibi ad dexteram residẽtem: sicut non est filio minor, pater, quia cõæqualem sibi habet filium. ¶ Versu secundo, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Operã precium est, aduertere vim & significatiõẽ particulã donec, quã in vsu habet scripturarum. Pleriq; enim in locis exceptionem & exclusionem non designat, quẽ admodum ex vulgari vsu solet accipi, sed consequentiõẽ & quasi expectatiõẽ alicuius quod futurum est. Vnde in proposito loco non volebat per exclusionẽ propheta asserere, Christum seorsum in patris dextera, vsquedũ ponatur inimici sub pedibus eius: quasi tũc à patris dextera illi foret emigrandum, vbi illud esset impletum quod prædicat futurum: interim verò donec illud impleatur inibi residet: sed tantum significatur, Christo iam residẽte ad patris dexterã, hoc in super expectari, restare & superesse, implendũq; adhuc & sequentũ, vt ita subgantur illi omnes inimici, quomodo scabellum subiicitur pedibus. Ita cum in Psalmo mox sequenti. **III.** de iusto dicitur, quod non sit cõmouendus donec despiciat inimicos suos, nõ ita secundum exclusionem intelligit propheta, quasi tunc sit iustus cõturbandus, cum eo peruenerit vt inimicos despiciat, interim verò sine cõturbatiõẽ existat (Est enim id prorsus absurdissimum) sed hoc tantum significare volebat, iustũ nunquã cõtouendum, imò sequentũ adhuc & implendum aliquando, vt non solum nõ conturbetur ab inimicis, sed etiã pro nihilo eos despiciat. Item cũ Matthæi primo dicitur, Ioseph Mariã nõ cognouisse, donec ipsa peperit filium suum primogenitum, sensus non est per exclusionẽ accipiendus, quasi vsq; ad tempus partus, Ioseph à Maria abstinerit, post verò eam cognouerit (Est enim hoc sana fidei repugnã) sed mera significatur cõsequutiõ, ac si dicatur, Non cognouit eam Ioseph, & factũ est, sequentiũ est deinde, & tuo tẽpore impletum est, vt pareret filium suum. Huius particula ita semel latius explicata declaratiõ sufficiat & pro ceteris locis, vbi forte eandẽ in consimili acceptione ponã cõtigerit. ¶ Versu eodem, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nota differẽtem subiectiõnem inimicorum Christi, à subiectiõne amicorum & electorum eius. Erunt enim & amici siue electi Christi ei subiecti, & summe subiecti, subiectiõne ppetua: sed quomodo filii subiecti sunt patri, dulci, voluntaria & nobili subiectiõne, quomodo filii regis regi subiecti sunt, & quomodo primogenito in multis fratribus fratres ceteri nõ primogeniti, quomodo primo heredi facti coheredes, sicut naturali filio adoptione tantũ facti filii. Nequaquã autẽ de his amicis Christi dicitur, quod ponetur quasi scabellum sub pedibus eius. Nã longe aliter ipse de eis Christus loquitur, dum in sacra Apocalypsi sic ait, Qui vicerit, dabo illi sedere meũ in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Et iterum, Qui vicerit & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestãtẽ super gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquã vas figuli confringentur, sicut & ego accepi à patre meo, & dabo illi stellã matutinã. Et in Euangelio suis fidelibus amicis magna disponit, dicẽs, Vos estis qui permãstis mecum in tẽtationibus meis: Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnũ, vt edatis & bibatis super mēsãm meam in regno patris mei. Ista quã amicis Christi promittuntur quã lõge absunt ab eo quod nunc de inimicis dicitur, q̄ sint ponẽdã quasi scabellum pedum eius: vt significetur horum extrema futura despectiõ, quomodo illorum, erit summa exaltatiõ. ¶ Versu tertio, Virgam virtutis tuã emittet Dominus ex Sion. Per virgam virtutis in elucidatiõne intelligimus corpus Christi, siue humanitatẽ assumptã, quã fuit ei quasi baculus fortitudinis, in qua fortiter egit, & fortitudinẽ suã demonstrauit. Ita enim in generis humani saluatione & inimici cõtrotiõne se habuit Christi humanitas, sicut se habet virga, baculus aut gladiũ, quo quis ad percutiendũ vitur. Quemadmodum enim virga, baculus, aut gladius per se non inimicum interficeret, neq; innocentem liberaret, nisi ipsum dextera fortis viri dirigat & impellat, nisi eo vt instrumẽto percutiẽs aut pugnans vtatur: sic corpus Christi assumptum, assumptãq; humanitas, per se nunquam generis humani inimicum cõtrotinisset, nunquam liberasset humanum genus, si non adiuncta fuisset virtus diuinitatis, quã per assumptã humanitatẽ, vt per instrumentum cõueniens potẽter fuisset operata. Quomodo autem Christi humanitas in opere humanã redẽptiõis fuerit quasi instrumẽtum, ipsa autem virtus diuinitatis principale efficiẽs, apud sacros Theologos tẽrtio sententiã Theologicarum libro plenius tractatur. Potest tamen non minus cõmode, per virgam virtutis intelligi verbum fidei & prædicatiõis Euãgelicã: quod ideo Deus emisisse dicitur ex Sion,

Psal. III.

Matth. I.

Rom. 8.

Apoc. I.

Ibidem.

Psal. 2.

Luc. 2.

H

**A** quia ex Iudæa, in qua per seipsum Christus prædicauit, in omnes deinde fines orbis terrarũ, per Apostolorum prædicatiõẽ, ipsum Deus fecit diuulgari, iuxta illud Esaiã Propheta vaticiniũ, De Sion Esaiã. 2. exhibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Hoc autem verbum Euãgelicã prædicatiõis, vtique virga virtutis & fortitudinis est magna, quã percussis sunt principes tenebrarũ, & infideles gentium populi salubriter sunt cõuersi. De qua virga illud etiã potest intelligi quod de Christo apud Esaiã legitur, Percutiet terram virga oris sui: atq; etiã illud quod in Psalmo secundo dicitur, Reges eos in virga ferrea, quemadmodum in annotatione huius versus latius & plenius declarauimus. Iterum, Psal. 2. per hanc virgam virtutis accipere possumus ipsum Christi imperium siue regnum, quẽ admodũ dicitur in alio Psalmo, Virga directionis, virga regni tui, hoc est, scepterũ regni tui, est scepterũ rectitudinis, id est regnum & imperium tuum est in iustitia & rectitudine. Atque hæc etiã virga virtutis, hoc scepterũ virtutis: hoc regnum Christi forte & præualidum emissum est ex Sion, quia in Iudæa cepit Christiana fides, & regnum Ecclesiã, atque à Iudæa in gentes sese dilatauit. ¶ Caterum, dominium illud in medio inimicorum (cuius in secunda parte fit mentio) intelligi potest in bonam partem vel in malam, id est, vel de dominatione qua gẽtibus factis per Apostolicã prædicatiõnem fidelibus nunc dominatur per totam Ecclesiã, qui prius fuerat increduli & inimici Dei: vt qui prius ab ipso fuerant alieni & sine Deo, nunc in illorum medio habitat Deus, & inambulet inter illos, sitque illorum Deus, & ipsi populus eius. Vel de dominatione, qua omnibus generaliter dominatur, etiã iis qui sanctum nomen eius blasphemant, impugnant, & oppugnant. In medio autem inimicorum dominationis, significat dominationem omnium qui sunt in circuitu, ab omni parte, vbi quẽque locorum 2. Cor. 6. consistant, nullis exceptis. Quod enim in medio est, omnibus extremis æque est proximum. Si priori modo intelligas, inimicos accipe secundum præteritum tẽpus, videlicet qui aliquãdo inimici fuerunt. Si posteriori, secundum tempus præsens, qui adhuc inimici existunt. Nam & ii qui peruersa adhuc voluntate Christo sunt inimici, coguntur nihilominus velint nolint eius ditioni esse subiecti, nec est effugere eius dominium, in cuius ditione cuncta sunt posita, & cuius pedibus à patre subiecta sunt omnia. ¶ Versu quarto, Tecum principium in die virtutis tuã, in splendoribus sanctorum. Lo. Psal. 8. co principii in Græco nomen est, quod indifferenter significat principium vel principatum. Vnde I. Cor. 15. quidam putant ex Græco vertendum fuisse, Tecum principatus in die virtutis tuã, hanc assignantes intelligentiam, Tecum est principatus regnum & imperium in hoc tẽpore virtutis & gloriã, in quo nunc post resurrectionẽ à mortuis regnas in splendoribus sanctorum, in gloria beatorum, tanquam primogenitus, post transactum in hoc mundo diem infirmitatis, tẽpus passiõis & miserã, cui ad tẽpus voluisti te subdere causã salutis humanã. Et hæc quidẽ lectiõ non incommoda habet sententiam. Veruntamen vtrãq; trãslatio Plalterii, tam Romana quã Gallicana, non principatum habet, sed principium quomodo nos in elucidatiõne sumus interpretati, per principium intelligẽtes **C** patre, qui est principium filii, id est, à quo semper gignitur, semperq; procedit filius, quemadmodũ pater & filius indifferẽs sunt principium spiritus sancti. Hoc autem principium, cum Christo fuit, & est in die virtutis, per quam nos intelligimus durationem æternitatis: diem videlicet illam quã indicatur Psalmo secundo, cum ex ore patris dicitur, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Christus enim homo simul & Deus existens, non solum diem habuit infirmitatis durationem vitæ huius tẽporalis, verum etiam diem æternitatis, quã est dies virtutis, non infirmitatis: illam quidem secundũ humanitatem adhuc mortalem, hanc vero secundum diuinitatem immortalem. Est autem in hac die virtutis cum filio principium eius, id est, pater in sanctorum splendoribus: quia in æternitate simul viuunt in magnifico splendore & immensa gloria, vnde sanctis omnibus tam angelis quã hominibus sua procedit gloria. Omnis enim gloria sanctorum, quãdam est resurgentiã & imago, quãdam illius immensã claritatis & gloriã, quã in æternitate pater & filius gloriantur atque resurgẽt. Aut diem istam virtutis intelligere possumus tempus illud, in quo post passiõnem & resurrectionẽ iam regnat gloriosus Nam hoc tempus rectẽ dies virtutis dicitur, quia (iuxta Apostolum) & si olim semel passus sit ex infirmitate, nunc tamen viuunt & regnat ex virtute Dei, iudex constitutus viuorũ **D** & mortuorum, sedẽsque ad dexteram Dei. In hoc autem die, quomodo cum ipso sit principium in splendoribus sanctorum, per se quilibet ex prædictis intelligit. Veruntamen præter prædictas expositiones, potest etiam aliter, & pene contrario modo dies ista virtutis intelligi, ipsum tẽpus passiõis & mortis, quo agnus Dei tulit peccata mundi, quo moriens Christus operatus est salutem in medio terrã. Quã sane dies, tametsi infirmitatis videretur & miserã, quantum ad humanum iudicium, ratione passiõis & mortis, quam secundum humanitatem ille pro nobis ferebat, tanquam agnus immolatus: vere tamen dies erat virtutis & fortitudinis, quando virtutem magnam fecit agnus, opus redemptionis humanã, quod non nisi maximã virtutis atque potentia erat: quando vicit leo de tribu Iudã, radix Dauid: quando agnus qui occisus est redemit nos Deo in sanguine suo, ex omni tribu & lingua & populo & natione, & fecit nos Deo regnum & sacerdotes. Quis enim dubitet, diem hanc appellare diem virtutis, in qua tantã fortitudinis opus peractum est? In hac autem die non absuit C H R I S T O principium suum, id est, pater, neque illum reliquit solum. Non enim humanitas diuinitate erat destituta, sed fuit cum illo & in illo principium, pater, vt per filium suum opus perficeret redemptionis humanã. Non enim potuit cõæternum sibi & cõæqualem filium, quẽ gignit ex vtero ante Luciferum, in passiõis tempore derelinquere, qui pauperibus est adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Erat ergo cum Christo suum principium in die virtutis, & erat cum eo in splendoribus sanctorum: hoc est, vt sanctis suis cõpararetur splendor, vt electi suam ac-

Esaiã. II.

Psal. 2.

Psal. 44

Esaiã. 52

Psal. 8.

I. Cor. 15.

Psal. 2.

2. Cor. 13.

Actu. 10.

Mar. 19.

Ioan. 1.

Psal. 73.

Apoc. 5.

Apoc. 1.

& 5.

Ioan. 8.

Psal. 9.



ciperent gloriam, ad quam ab aeterno fuerant praedestinati. Ita enim oportuit Christum pati, & sic E  
 introire in gloriam patris, sicque & electis suam gloriam communicare: & (vt Apostolus ait) autho-  
 rem salutis sanctorum per passionem consummari decebat. ¶ Versu eodem, Ex vtero ante Luciferū  
 genui te. Hæc particula, vt ex ore patris ad filium pronuntiata debet accipi: potestque vel de gene-  
 ratione Christi aeterna, secundum diuinitatem, vel de temporali secundum humanitatem exponi.  
 Verum in vtraque expositione, non nihil prima fronte apparet difficultatis. Sic enim de aeterna ge-  
 neratione exponas, quomodo ex vtero pater filium sic genuit, qui non habet vterum, neque vllam  
 habet coaeternam coniugem, ex qua more generationis humanae aeternum filium aeternaliter gigne-  
 ret? Secundum generationem namque aeternam, Christus matrem nescit, quomodo secundum tempo-  
 ralem natiuitatem patrem temporalem non habet. Quomodo ergo dicere potest pater, quod ex vte-  
 ro ante Luciferū gignat filium, cum nec ex vtero proprio nec ex vtero alieno? Si verò de natiuitate  
 temporali exponas, quomodo hac generatione filium pater genuit ante Luciferum? Nonne (iuxta  
 Galat. 4. Apostolum) quando venit plenitudo temporis, tum misit suum filium Deus in mundum, natum ex  
 muliere, factum sub lege, & cetera? Quod si in temporis plenitudine ex vtero mulieris illum genuit,  
 quomodo ante Luciferum id fecit? Ostendendum est ergo, quomodo vtrunque hoc in eodem modo de-  
 beat dissolui. Et quidem quod ad priorem expositionem attinet, omne in eodem modo euadis, si meta-  
 phorice generationem ex vtero intelligas. Quomodo enim in scripturis Deo, manus, caput, pedes, F  
 aures, oculos, legimus attribui, cum ipse horum membrorum nullum secundum veritatem habeat:  
 sic & vterum in illo possumus designare, ratione naturalis suae perfectissimae fecunditatis: qua tam  
 est fecundus, tamque efficax in generando virtutis, vt absque coniuge, de sua ipsius substantia, pos-  
 sit gignere filium, non solum sibi secundum speciem similem, verum etiam sibi consubstantialem,  
 vnius eiusdemque substantia, vt sint pater & filius vna substantia & essentia vna. Nulla autem creatu-  
 ra, quantumuis precellens, quantumuis nobilis, secundum genus suum, proprie dici potest genita ex  
 vtero Dei. Omnia namque creata fecit Deus quasi artifex, creator & conditor, secundum beneplaci-  
 tum voluntatis suae, & iuxta ideas siue formas quae sunt in mente diuina: non quasi pater genuit, na-  
 turali fecunditate, sed sua substantia. Quantum verò ad secundam expositionem, effugitur in incom-  
 modum, secundum praedestinationem aeternam sermonem intelligendo, vt sit sensus, Ante omnem  
 creaturam, ante mundi constitutionem, ego proposui, praordinavi, praedefiniui, per solius spiritus  
 sancti fecundationem te ex vtero virgineo immaculato immaculatum gignere in temporis pleni-  
 tudine, ad perficiendum opus redemptionis humanae. Quae admodum cum Ecclesia, illa quae apud Sa-  
 pientem dicuntur de aeterna sapientia, Ab initio & ante saecula creata sum. Ante omnes montes & col-  
 les ego parturiebam, & similia secundum piam deuotionem accommodat Deiparae Mariae, manife-  
 stum est ea debere accipi secundum praedestinationem & praeuisionem Dei. Et illud quoque intelli-  
 gendum, quod per Luciferum aequè intelligi possit siue spiritualis siue corporalis creatura. Angeli-  
 ca enim natura rectè dicitur Lucifer, quatenus limpiditate naturalium donorum relucens, ex sua  
 naturali conditione absque omni commixtione est tenebrarum & corporae obscuritatis, & absque  
 Eccl. 24. omni malitiae caligine. Vnde & communiter sacri doctores illud Esaiæ, Quomodo cecidisti de caelo  
 Lucifer, qui mane oriebaris: quod de rege Babylonis secundum literam dicitur, exponunt de illo an-  
 gelorum primo, qui se contra Deum erexit per superbiam. Quod si Lucifer materialis stella accipia-  
 tur, debet sub particulari stella tota multitudo stellarum intelligi: vt sit sensus, Ante omnium stel-  
 larum conditionem, antequam stella essent creatae, id est, antequam quicquam esset corporale crea-  
 tum. ¶ Versu quinto, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Hunc locum tra-  
 ctans Paulus Apostolus septimo capite Epistolae ad Hebraeos, multis rationibus ostendit Melchise-  
 dech sacerdotem typum fuisse & figuram summi sacerdotis Christi. Et primum quidem nominis in-  
 terpretationem applicat Christo, quoniam Melchisedech secundum vim Hebraei idiomatis signifi-  
 cat regem iustitiae. Appellatio quoque loci, in quo regnabat ille, Christo conuenit: quoniam rex er-  
 rat salem, id est, rex pacis. Insuper & hoc notat Apostolus, quod ἀνέτερος καὶ ἀψύχου, id est, sine patre &  
 sine matre fuerit, & omnino sine genealogia: quod non ita est intelligendum, quasi ipse nullam ha-  
 buerit patrem, aut nullam matrem, aut quasi nullam habuerit genealogiam: sed quia in scripturis,  
 neque patris, neque matris, neque genealogiae eius vlla sit mentio. Atque in hoc rectè ille cum Christo H  
 conuenit, qui secundum generationem diuinam aeternitatis est ἀψύχου, id est, sine matre: secundum tē-  
 poralem verò natiuitatem, ἀνέτερος, id est, sine patre: quoniam ex immaculata virgine Maria, sine virili  
 cooperatione, in terris fuit conceptus & natus. Genealogia quoque Christi secundum diuinitatem  
 nulla extitit, quoniam generatione eius quis enarrabit: neque etiam genealogiam secundum humanam  
 natiuitatem habet, talem qualem habet ceteri puri homines, ex vtroque patre. Ad hæc quod neque  
 initium vite, neque finis dierum Melchisedech in scripturis legitur, significat Christi aeternitatem, qui erat  
 in principio apud Deum patrem. Decimas in super accepit Melchisedech ab Abraham, qui omnium exitit  
 pater Israelitarum, ipsius etiā Leui & Aaron, qui tum adhuc in lumbis patris erant: & benedixit Abra-  
 ham Melchisedech, tanquam maior minori. In quo significatur, Christi sacerdotium vere praestitius esse  
 Aaronico: quandoquidem Melchisedech, vt typus Christi, benedixit Abraham omnium sacerdotum ve-  
 teris legis progenitori, atque ab eo decimas accepit. Neque de Melchisedech legitur, quod eo mortuo  
 successerit alius in locum eius, vt significetur sempiternum fore Christi sacerdotium, quod nullo alio  
 vnquam commutabitur. Hic enim sacerdos, eo quod maneat in aeternum, sempiternum habet sacerdotium.  
 Hæc omnia Paulus Apostolus, loco supra citato diligenter commemorat, declarans rectè in propo-  
 sitione

A to Psalmo appellatum esse Christum sacerdotem, secundum ordinem Melchisedech. Superaddunt po-  
 sterioribus & aliam convenientiam, quasi praecipuam, praedictis: quibus maiorem, de oblatione pa-  
 nis & vini, dicentes, in hoc vel maxime Melchisedech typum gessisse Christi domini, quod panem & vi-  
 num obtulit, in signum eius oblationis quam instituturus erat Christus, nempe corporis sui & san-  
 guinis, sub specie panis & vini: quam similitudinem respexisse videtur celebris ecclesiae doctor, Tho-  
 mas Aquinas, in ecclesiastico officio, quod in honorem sanctissimi eucharistiae sacramenti (iubente  
 Urbano papa) composuit, cum in prima priorum vesperarum antiphona, ita canit: Sacerdos in a-  
 ternum Christus dominus secundum ordinem Melchisedech, panem & vinum obtulit. Verum hoc  
 loco nouelle quidam nostrae tēpestatis haereseon authores, siue fautores, admodum acriter insurgunt  
 aduersus piam praedictorum patrum sententiam, dicentes nusquam in scriptura inueniri, quod Melchi-  
 sedech Deo obtulerit panem & vinum: sed hoc tantum, quod Abraham & sociis redeuntibus de caede regum  
 & fatigatis, protulerit panem & vinum, eisque benedixerit. Qua etiam ratione, sacrum ecclesia-  
 sticum canonem, quo in missarum celebratione Ecclesia sacerdotes vti sancit, multis saeculis in-  
 summa reuerentia habitum, impudenter quidam audent mordere, quod in oratione post calicis eleua-  
 tionem, sacrificii Melchisedech cum sacrificio Abel & Abraham faciat mentionem: in quo videtur  
 ad corporalem oblationem panis & vini respicere, sicut sacrificium corporale fuit quod obtulit Abel, Gene. 4.  
 & quod obtulit Abraham, qui frequenter legitur adificato altari obtulisse holocaustum domino, pa-  
 Gene. 12.  
 ratum etiā immolare vnigenitum. Cum enim de oblatione Melchisedech protulit nihil legatur in scri-  
 Gene. 22.  
 ptura, putant illos qui canonem hunc composuerunt ecclesiasticos patres, ad hoc sacrificium panis  
 & vini respexisse, istamque intendisse oblationem, cum dicunt, Sacrificium quod tibi obtulit sum-  
 mus sacerdos tuus Melchisedech. Haereticus ergo qui dolent missam sacrificium appellari, & contra  
 ecclesiasticam determinationem contrarium asserere contendunt, ignorantia & inaduerentia pra-  
 dictos arguunt, quod Melchisedech dicant obtulisse Deo panem & vinum, cum nihil aliud legatur de  
 eo, nisi quod (vt dictum est) Abraham redeunti illa protulerit. Horum autem quaestioni, quod qui-  
 dem ad canonem attinet, duplici ratione nos satis fecimus in tractatu quem edidimus de expositione  
 sacri canonis, circiter finem distinctionis tertiae. Quod autem ad piam praedictorum patrum in  
 praesenti loco interpretationem pertinet, dicimus, nihil contra pietatem illos dicere, neque contra  
 laicam scripturam, qui Melchisedech obtulisse dicunt Deo panem & vinum. Nam licet in scriptura  
 non expresse dicatur, nisi quod panem & vinum protulit Abraham, pie tamen creditur & absque omni  
 impietate sentitur, ipsum Melchisedech vt sacerdotem Dei excelsi, primum ea obtulisse domino, quae  
 protulit voluitque proponere populo domini: quem admodum & sacerdotes veteris legis prius ho-  
 stiam offerrebat domino, quam de ea manducarent ipsi, aut manducandam darent populo: & nunc  
 C in Christi fidelium Ecclesia sanctissima mysteria dominici corporis & sanguinis, prius a sacerdote  
 offeruntur domino, quam populo praebantur sumenda: licet diuersum morem sequentes sui cordis  
 adinventiones obseruent. Synagoga Satanæ, quae se dicunt Christi esse, & non sunt: quoniam vni-  
 Apoca. 1.  
 tatem Christianæ fidei disrumpunt. Quorum irrationabiles contra patrum orthodoxorum pietatem  
 latratu, quoniam a viris grauissimis editis iustis libris egregie confutati sunt, nihil opus est nos pro  
 ea re prolixius agere, vt neque patitur ipsa rei magnitudo annotationem breuitate sed pro dignitate  
 tractari. Illud certe negare non possunt, quin ex autoritate sacrae scripturae hanc admittant cōpa-  
 rationem, Melchisedech in hoc typum gessisse Christi, quod sicut ille Abraham redeunti a caede tyran-  
 norum protulit panem & vinum, addens benedictionem: ita hic omnibus in fide & in Ecclesia mi-  
 litantibus, ac contra tyrannum principem tenebrarum dimicantibus, quicumque in fide vicerunt  
 mundum & malignum, profert praebetque sui corporis & sanguinis sub specie panis & vini sacratis-  
 sima mysteria, quibus confirmantur corda pugnantium, vt non deficiant: quibus lassum reficiantur  
 & confirmantur in vita spiritus, vt non succumbant. Hanc profecto comparisonem, velint nolint,  
 cogunt illi admittere. ¶ Versu penultimo, Implebit ruinas. Nos in elucidatione intelligimus hanc  
 impletionem in malā partem, vt impletio ruinarum significet, ruinas futuras pleniores & perfectio-  
 res. Ruina enim grauis fuit demonum, quando corruerunt de summo caelorum, vel in tartara, vel in  
 D caliginosum hunc aërem. Ruina plenior fuit, quando per euangelicam praedicationem post mortem  
 Christi, etiam e sede regni, quo dominabantur super gentes, proieciti sunt, iudicatique principes mun-  
 di, & foras eiecti, quibus verbis apud Ioannem Christus vtitur. Et quidem grauis admodum fuit hæc  
 ruina superbis demonibus, qui egerrime tulerunt sibi auferri suum principatum, quo dominabantur  
 mundo fortes armati, custodientes atrium suum, grauiter acceperunt a superueniente fortiori vinci  
 se atque ligari, & omnia sua spoliari, diripi. Perfectissimè autem implebit Deus illorum ruinam, quan-  
 do in extremo iudicio, ad pronuntiationem terribilis sententiae eius, omnes in baratri profundum  
 perpetuo illic permansuri proiciantur, absque spe redeundi in auras superas. Potest tamen ista ruina  
 rum impletio, etiam in bonum accipi. Christo enim iudicante in nationibus, restituta sunt & erecta  
 quae fuerant collapsa, quae periere restaurata sunt. In secunda autem parte versus, cum dicitur, Con-  
 quassabit capita in terra multorum: cōquassatio capitis intelligitur grauissima percussio diuinae sen-  
 tentiae, quae super impios cadens desuper, a seueritate diuinae iustitiae, morte aeterna eos afficiet: ad  
 eum modum, quo lapis grauis deorsum cadens super caput transeuntis, confraeto & comminuto ca-  
 pite ipsum morte opprimit. Vnde patet, idem nunc per capitis conquassationem intelligi, quod su-  
 pra Psalmo tertio per conuersionem dentium, & iuxta Hebraeam literam per maxillae percussio-  
 nem, significabatur, dicente Propheta, Tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, dentes peccato-  
 rum contriuisisti: & iuxta Hebraicam veritatem, Tu percussisti omnium inimicorum meorum ma-  
 S iiii



Pfal. 35. xillam, dentes peccatorū confregisti. ¶ Versu vltimo, De torrente in via bibit. Nota duplicem tor- rentem in scripturis. Est enim quidā torrens voluptatis, de quo in alio psalmo dicitur, Inebriabun- tur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis tua potabis eos. Longē verō diuersus est hic tor- rens, quem bibiturus nunc pradicatur Christus dominus. Est enim torrens iste non voluptatis, sed a- maritudinis: nequaquā limpida, sed totus turbulentus. Cuiusmodi torrens in alio psalmo innuitur, cū a fidelibus dicitur, Torrens pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquā intolerabilem. Sic & duplex calix in scriptura legitur, quidā voluptatis, de quo in psalmo vigesimo secundo, Et calix meus inebrians, quā praeclarus est: alius amaritudinis, de quo Saluator discipulos am- bientes primatū interrogat, Potestis bibere calicē quem ego bibiturus sum? Nota in super, quā parti- cula, in via, iungi potest cum verbo bibit, vt sit sensus, In via huius vite bibit Christus dominus de torrente. Atque hac conexio conuenientior est, quā & solam in Elucidatione sequimur. Posset tamē subtiliori cōsideratione etiā coniungi cum nomine torrentis, vt cōiunctim legatur, Bibet dominus de torrente in via, id est, de torrente turbulēto, pleno luto & sordibus, cuiusmodi sunt torrentes illi qui impetu currunt in viis publicis, vbi plerunq; plus est immunditiarū. ¶ Versu eodem, Propterea exaltabit caput. Intelligi potest, Deus pater exaltabit caput Christi, vel ipse Christus exaltabit ca- put suū: ipse vt Deus, seipsum glorificabit vt hominē. Vel quasi absolutē accipi potest, exaltabit ca- put, id est, caput ipsius exaltabitur. Per exaltationē autem capitis, in scripturis intelligitur exalta- tio & glorificatio post humiliationē. Vnde in psalmo tertio, ad patrē filius loquitur, dicens, Tu au- tem domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meū, id est, me glorificans & sublimās. Et iterum in alio psalmo, In petra exaltauit me, & tunc exaltauit caput meū super inimicos meos. Eccle. 11. Sic & in Ecclesiastico scribitur, Sapiētia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatū con- fidere illum faciet. Et capitulo vltimo quarti libri Regum, de Euilmerodach rege Babylonis legi- mus, quod in initio regni sui subleuauit caput Ioachim regis Iuda de carcere: quādo ei benigne loquus- tus est, & thronū eius posuit super thronos regū, qui cum eo erant in Babylone. Idem alibi per exal- tationē cornu vel cornuū intelligitur, vt psalmo septuagesimo quarto, Exaltabūtur cornua iusti.

CX. PSALMI ARGUMENTVM.

Psalmus iste qui sequitur, quem admodum & precedens, de beneficiis & admirandis operibus nouae le- gis tractat. In quo propheta ex animo constitetur domino, super magnis ipsius & electis operibus, & sempiterna iustitia: diuersa deinde nouae legis beneficia per Christum fidelibus praestita enarrans, nem- pe, sanctissimae eucharistiae institutionem, noui testamenti nunquam commutandi stabilitatem, & apostolicā de opere redemptionis humanae praedicationem, aeternae hereditatis damnationem, mandatorum quae seruis suis iniunxit fidem dispositionem in firmitate, aequitate & veritate, salutis per Christum factae a Deo missione. Post quae omnia, verbis duobus nouissimis, sanctum domini timorem commendat, & bonum intellectum lau- dat eius qui facit opere quod intelligit. Peculiariter verō aduertendum est, psalmum hunc vnde cum eo qui in or- dine subsequitur, in Hebraeo singulari quadam ratione esse dictatum, iuxta alphabeticas litteras: ita vt per singu- lae mysticis, id est, versus dimidiis, suo ordine praeponantur singulae litterae alphabeti Hebraici: ita vt prior particula primi versus habeat Aleph, posterior Beth, secundi versus prior, Gimel posterior Daleth, atque ita in consequentibus usque in finem: ita vt vltima psalmi clausula, Laudatio eius manet in saeculum saeculi, a Tau sumat initium. Similiter & in sequenti psalmo erit considerandum. Verum ista distinctio in translatione neque apud Graecos, neque apud Latinos inuenitur, eo quod commodē seruari non possit.

CENTESIMIDECIMI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Confitebor tibi domine in toto corde meo: in concilio iustorum & congregatione. 2 Magna opera domini: \* exquisita in omnes voluntates eius. Psal. 113. Danic. 4. Gene. 1. 3 Confessio & magnificientia opus eius: \* & iustitia eius manet in saeculum saeculi. 4 Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors & misera-

Ibi domine volo laudis & gratiarū actionis dare cōfessionem, ex plena deuotione affectus mei, exque omnibus vi- ribus animae meae: neque in occulto solum, quasi erube- scens de tua confessione, sed palam etiam in Ecclesia san- cta, inq; concilio & congregatione iustorum, ad aliorum adificationem, & in tuum amorem prouocationem. 2 Et est tu sanē confessione dignus, quoniā magna sunt, stupenda & admiranda, quae- cunq; tu operaris, potentissime Deus: siue creationem rerum atq; gu- bernationē generaliter attendamus, siue humani generis peculiariter regenerationē: \* singularia vtique; eximia, praeclara, electa, & exquisita sunt, iuxta omnes voluntates tuas: quoniā omnia quaecunq; volui- sti, tu fecisti, in caelo & in terra: & sicut voluisti, ita fecisti, & propter tuam voluntatē, & secundum tuā voluntatem, facta sunt omnia bona valde. 3 Tuū opus omne quod operaris, celebre est siue confitendū, & magnificum siue magnificandum: quodcunq; tu facis, tale facis, vt confessione dignum inueniatur, & magnificentia plenū: \* tua quoque iustitia, tua sanctitas, tua perfectio, tua veritas & fidelitas nunquā deficiet, sed permanebit tecum sempiterna. 4 Multa quidē sunt & stu- penda beneficia tua, quae olim exhibuisti, tam in rerū creatione & gu- bernatione, quā in mirabili Israelitici populi deditione: verum omnia priora superat, quae sequitur, Tu enī domine qui natura misericors es fi-

A tor dominus: \* escam dedit timen- tibus se.

5 Memor erit in saeculum testamenti sui: \* virtutem operū suorum annuntiabit populo suo. 6 Vt det illis hereditatem gentium. \* opera manuum eius veritas & iudicium. 7 Fidelia omnia mandata eius, & confirmata in saeculum saeculi: \* facta in veritate & aequitate.

8 Redemptionem misit dominus populo suo: \* mandauit in aeternū testamentum suum. 9 Sanctum & terribile nomen eius: \* initium sapientiae timor domini. 10 Intellectus bonus omnibus facientibus eum: \* laudatio eius manet in saeculum saeculi.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CX.

Versu primo, In concilio iustorum & congregatione. Quidam per s, legunt, In cōsilio iusto- rum, hoc est, in secreto & cogitatione sanctorum. Sententia tamen magis conuenit concilium per c, pro cœtu & societate iustorū, quomodo nos in Elucidatione interpretati sumus. ¶ Versu secundo, Exquisita in omnes voluntates eius, hoc est, eximia & singularia valde, electaque & exquisita, ad siue iuxta omnes voluntates eius. Eadē est sententia, cum eo quod post in Psal. 113. Psal. 113. dicitur, Deus autē noster in caelo, omnia quaecunq; voluit fecit. Nihil enim quantumuis magnum, Gene. 18. est apud Deum difficile vel impossibile. ¶ Versu tertio, Confessio & magnificentia opus eius: No- Luc. 1. uis est loquendi modus, tantumdem valens, ac si dicas, Opus Dei est celebre & magnificum, vel con- fessio dignum & magnificentia plenum. Secundū eundem modum, versu sexto dicitur, Opera ma- nuū eius, veritas & iudiciū, hoc est, opera eius sunt vera & iusta, facta scilicet in veritate & iustitia: quia non agit Deus inique, neque mendaciter. Ita in Psalmo 118, dicuntur omnia mandata Dei esse veritas, id est, vera, & in veritate disposita. Ad eundem modum Sapiens asserit, quaecunq; sunt Psal. 118. sub sole non esse nisi laborem & afflictionem spiritus, id est, laboriosa & affligentia spirituum, aut Eccle. 1. labore & afflictione spiritus plena. ¶ Versu quarto, Memoriam fecit mirabilia suorum misericors & 2.

ne benignus, & misereri semper solitus, omnium mirabilium tuorum velut memoriale nobis veniēs in carne dedisti: \* quādo fidelibus tuis tuum ipsius corpus in escam & cibum spiritualem atq; sacramenta- lem, itēmq; sanguinem in potum instituisti. Siquidem hanc escam reliquisti fidelibus in memoria passionis, & caterorum omnium mira- bilium, quae in tua humanitate nobis exhibuisti: & in hoc cibo dum praesentē te corporaliter habent fideles, per dignā confessionem reme- morantur vniuersa mirabilia tua. 5 Testamenti quoque; tui nobis, quod nouae Ecclesiae abscedens disposuisti, & in tuo sanguine moriens cōfir- masti, memor eris in sempiternū: nunquam ipsum aboliturus, nunquā antiquaturus, sed ratum semper ac gratū habiturus: \* vim etiā & ef- ficaciam mirabiliū operum tuorum, quae pro generis humani redem- ptione visum tibi fuit operari, fecisti annuciari atq; praedicari fide- libus tuis, quos in Ecclesiā congregare voluisti, vt credentes fructum possent ex eis cōsequi salutis aeternae. 6 Ad hoc, inquam, annuciari fecisti, vt illis credentibus dares caelestis regni hereditatem, omnib9 Gen. 15. Galat. 3. gentibus in Christo (iuxta promissiones Abrahae factas) repromissam. \* Et sunt profectō omnia quae tu in potētia, sapiētia ac bonitate tua, veluti per manus tuas operaris, in veritate & iudicio disposita, suntq; vera & iusta, nihil habētia vanitatis, nihil mendacii, nihilq; iniquita- tis profus aut iniustitiae, quibus plena sunt opera filiorū hominum. 7 Mandata insuper & praecpta quae nobis in testamēto tuo nouo ob- seruanda tradidisti, omnia sunt fidelia valde, id est, firma atq; stabilia, aqua, & obseruatu dignissima: \* vt pote quae sint cōfirmata in sempi- ternum, nunquam in consummationē vsq; saeculi cōmutanda: quem- admodū veteris testamenti erant multa suo tēpore antiquanda: \* di- spōsita quoque; & ordinata in omnimoda veritate & aequitate, nihil va- num, nihil iniquū praecipientia aut suadentia, quod nō rarō faciunt Rom. 13. hominū siue stulta, siue impia mandata. Omnia siquidē mandata tua ad dilectionem reducuntur, & est ipsa charitas omnium praecptorū 1. Tim. 1. eius radix: quae nihil aequius, nihil iustius, imō nihil rectitudini & ver- itati aequae cōsonum. 8 Saluationē ac liberationē dedisti Deus, atq; operatus es per mirabilia opera tua, humano generi fidelibus tuis: \* mandasti quoque; in sempiternū vsq; in consummationem saeculi, ab- eis obseruari testamētū tuum nouum, quod disposuisti eis. 9 Nomē tuum gloriosum sanctum est, & omni reuerentia venerandū, hoc est, tu ipse iuxta nomen tuum (quoniam Deus, dominus ac redemptor ve- rē nominaris, & es) omni honore es dignus: \* ac proinde timor tuus, o domine, principū quoddam est verae sapientiae, quae secundū Deum est, hoc est, spiritalis, caelestis, atq; diuinae: adeo vt qui nondū timere te nouit, necdum initium habeat verae sapientiae, quantumuis homi- nibus sapere videatur. 10 Bene autem intelligit, & sapit vtiliter atq; salubriter, quicunq; opere adimplet, & facto demonstrat quod sapit, atq; intelligit: \* & talis viri laus solida permanebit apud dominū ac sempiterna: quemadmodum ecōtrario male intelligit, minimēq; vti- liter aut salubriter sapit, qui ea quorum accepit intelligentiā opere non demonstrat. Seruus enim intelligens voluntatem domini sui, & Luca. 12. non faciens, plagis vapulabit multis. Qui autem intelligit voluntatē domini, & fecerit eam, hic laudem habet ante illum.

& miserator dominus, escam dedit timentibus te. Ex traditione patrum cōsueverunt religiosi viri, E post cenam aut prandium peracta, in gratiarū actionem pro perceptis donis, hunc proferre versicu lum. Neq; id quidem male. Quamvis enim paruulū valde videatur hoc beneficiū corporalis passus, si conferatur cum spiritualibus beneficiis maximis, quibus nos Deus donauit: tale tamen est, quo merito debeat homo excitari ad commemorātionem omnīū Dei mirabilium. Sic enim solet gratus animus, quū beneficio aliquo paruulo actuali exhibitione afficitur, ab eo à quo aliā plura & maio ra se cognoscit accepisse, in paruuli illius beneficii actuali susceptione nō solum praesens agnoscere beneficiolum, verum etiā priorum illorum multo maiorū & plurium recordari. Nam gratus & fide lis animus, facile vel minimo beneficio ad susceptorū antē beneficiorum rememorationem excita tur. Atq; ita viri spirituales, solliciti semper quomodo grati esse valeāt suo sibi beneficentissimo do mino, cū se corporali passu iam frugaliter ex Dei munere refectos attendunt, corporeisq; viribus se sentiunt confortatos, transeunt in cōmemorationem omnium beneficiorū Dei, quae ab illo su sceperunt tam in semetipsis, quam in toto humano genere. Veruntamen nō est ista de corporali ci bo, praecipua huius loci intelligētia: sed principaliter de illa spirituali esca, quae in sacratissimo eu charistia sacramento, ex institutione Dei sumitur à fidelibus, à timentibus dominū. Ab his enim so lis, digne, & vtiliter sumitur. Nam qui manducat panē domini, vel calicem eius biberit indignē, iu dicitur utique sibi manducat & bibit, nō diiudicans corpus domini. Qui autē dignē manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternū. Hae enim esca illa est, de qua ipsemet dominus in euangelio ait, Caro mea verē est cibus, & sanguis meus verē est potus: qui manducat meam carnē, & bibit meū sangui nem, in me manet, & ego in eo, & alia huiusmodi multa. In huius autē escae spiritualis perceptione, satis manifestum est, quomodo omnīū mirabilium suorum misericors & miserator dominus memo riam fecerit, id est, quali mnemosynon & memoriale reliquerit, in quo omnia ipsius mirabilia pro humani generis salute exhibita, reuocarentur ad memoriā à fidelibus, vsq; in consummationē seculi. Est enim hoc dominici corporis & sanguinis sacramentū, à Christo in memoriā passionis & mor tis eius institutum: quemadmodum ipse dominus ait, Hoc facite in meam commemorationem. Et 1. Cor. 11. apud Paulum apostolum: Hoc facite, quotiescunq; biberitis, in meam commemorationem, Specia liter verò in memoriā passionis & mortis Christi, quemadmodum subsequenter Apostolus ait, Quotiescunq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec veniat, In commemoratione autem mortis Christi, & natiuitas, & conuersatio, & gloriola resurrectio, ac caterorū omnium mirabilium quae fecit ipse nobiscum & docuit, sit rememoratio. Quam rem nos à proposito plenius tractauimus, & dilucidius ex ipsa radice explanauimus, in praer atione praemissa tractatui, quem ferē ante triennium de mysteriorum missae ac sacri canonis exposi tione edidimus. Versu eodem, Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator domi nus. Cum in scripturis haec duo iunguntur, misericors & miserator, id quod frequentissimum con spicimus, licebit harum duarū vocum significationem ita distinguere, vt prior ad naturā referatur & essentiam, altera ad miseratiōnū propensionem siue effectus. Et enim Deus natura secundum suā essentiam misericors, cui proprium est misereri semper & parcere. Quanto enim quisque magis est verē magnanimus, & magis bonus, eo ad miseris miserendum est pronior: iuxta illud, Parcere subie ctis, & debellare superbos. Vnde cum Deus natura sua, & secundum substantiam atq; essentiam suā sit summe bonus, & verissime magnanimus, consequitur item summe ipsum esse misericordem. Mi serator verò est, quia semper misereri solitus, & quia cōsuevit semper agnoscitibus miseriam & pe tentibus misericordiam, eius effectum praestare. Vnde David Psal. 50. secundum multitudinem mise rationum orat deleri iniquitatē suam. Hae autem miseratiōnum antiquarū & praesentium multitu do facit, vt Deum miseratorē appellemus: vt pote qui misereri sciat ac soleat, & (vt humanū aliquid loquamur) habitū habeat, atq; scientiā miserendi, post tot miseratiōnū actus exhibitos. Solēt enim apud Latinos nomina terminationis cōsimilis in or, habitum significare, siue consuetudinem, siue scientiā: quemadmodū aedicator, pistor, pastor, atq; in aliis huiusmodi. ¶ Versu 6, Vt det illis ha reditatem gentiū. Possimus hoc loco per gentes (quod despectū solet esse vocabulū) intelligere dae monum peruersas nationes: quemadmodū aliquando eosdem etiā hominis vel viri nomine in scri ptura accipimus. Ac tunc quidē erit sententia, Deum voluisse dare suo populo hereditatē caelestis regni, quae illorū fuerat, hoc est, ad quā ipsi ab initio fuerant creati, & cuius futuri fuerant possesso res aeterni, si non per superbā ea sese indignos praestitissent. ¶ Versu 8, Mandauit in aeternum testa mentum suum. Aduerte q̄ quemadmodum olim in veteri testamento erant promissa, praecpta, & sacramenta: ita sunt & in nouo, de quo hic Psalmus canit. Et de quolibet horū verum est quod dici tur, Deum mandasse in aeternū testamentum suum. Nam quantum ad promissiones, quas habet testa mentum nouū, mandauit eas expectari, & desiderari à fidelibus suis: quantum ad praecpta quae con tinent, mandauit ea obseruari, ne nō obseruantes statuta praecpta, perdant pposita promissa: quantū ad sacramenta quae in ipso ordinata sunt, in consummationē vsq; saeculi ea frequentari mandauit, negligentes medicinā non consequantur sanitatē. ¶ Versu 9, Initium sapientiae timor domini. Nota est distinctio duplicis timoris, nempe seruilis & filialis. Horum vterq; initium est sapientiae, verū diuersa cōsideratione. Nam seruilis timor est initium extrinsecum, modo quodā ad veram sapien tiam disponens & praeparans, cū ea tamen simul nō potens existere: quoniam vt perfecta charitas, ita vera etiā sapientia, timorē huiusmodi pellit foras. Filialis verò timor initium est intrinsecū, eiusq; velut particula quadam, eo q̄ filialē reuerentiam caelestis sapientia non expellat, imò eam suadeat, efficiat, & conferuet. Non potest enim esse in eo sapientia vera, in quo nō est sanctus timor domini.

1. Cor. 11. Ioan. 6. Ibidem. Luc. 22. 1. Cor. 11. Psal. 50. 1. Ioan. 4.

CXI. PSALMI ARGUMENTVM.

**I**N Psalmo sequenti, vir beatus describitur, qui dominum timet, eiusque mandata diligit: cuius semen spirituale, & beata generatio commendatur, gloria item & diuitiae interna, perfecta aequae iustitia: quae omnia, ab exortu sunt luminis diuini in anima iusti. Atq; haec primis quatuor versibus. Opera deinde viri iusti enarrantur, misereri, commodare, & in iudicio cuncta disponere: quae letam atque dulcem pariunt conscientiam. Et omni reddunt perturbatione atque timore securam, propter cordis in Deo stabilitatem, & eam quam habet in domino ex bonae conscientiae testimonio, confidentiā. Gloriosus denique viri iusti finis proponitur, fructusque iustitiae, ab inimicorum metu atque inultibus securitas, pro misericordiae operibus sempiterna eius apud Deum memoria, & gloria exaltatio felicitatis aeternae. Quibus ex aduerso opponitur impiorum finalis miseria, ira & inuidia contra iustorum gloriam, desideriique illorum frustratio, perpetuo deploranda.

CENTESIMVNDECIMI PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 *Beatus vir qui timet dominum: \* in mandatis eius voluit nimis.*
- 2 *Potens in terra erit semen eius: \* generatio rectorum benedicetur.*
- 3 *Gloria & diuitiae in domo eius: \* iustitia eius manet in saeculum saeculi.*
- 4 *Exortum est in tenebris lumen rectoris, misericors & miserator & iustus.*
- 5 *Iucundus homo qui miseretur & commo dat: \* disponit sermones suos in iudicio: \* quia in aeternum non commouebitur.*
- 6 *In memoria aeterna erit iustus: \* ab auditione mala non timebit.*
- 7 *Paratum cor eius sperare in domino: confirmatum est cor eius: non commouebitur: \* donec despiciat inimicos suos.*

**V**ir beatus est vir ille, nunc quidem certa spe & expecta tione, postmodū verò reali atq; segura possessione, qui donec in hoc agit corpore, reueretur, am atq; dominum Deū suum: \* qui totū suum desiderū, omnēq; volun tatem applicat mādatis illius, semper sollicitus ad obser uandū ea. 2 Talis siquidē viri semen atq; posteritas, vehementer mul tiplicabitur, etiā super terrā: quoniam partim verbis aedicatoris, partim exemplis bonis, partim humilibus precib⁹, plurimos sibi filios apud Deum cōparabit, Christo sic eos gignens atq; parturiens, etiam si iuxta carnem videatur sterilis: \* ne quis huiusmodi generationē pro nihilo pendat, sciēdum est, hanc spirituales generationē, qua sancti de Deo filios in spiritu generant, multo amplius q̄ carnalem, Deo esse placitam, & à Deo accipere benedictionem amplio rem, nempe aeterna retributionis mercedem: quemadmodum e contrario, eorum qui in luxuria filios procreant secundū carnem, maledictionem accipere aeterna cōdemnationis. 3 In huiusmodi viri domo interna, quam inhabitat, hoc est, in eius spiritu & conscientia, vera est gloria, magnus ornatus, & spiritualiū affluentia bonorū: quemadmodum in eorū do mibus materialibus qui saeculo diuites sunt, externus plerunq; relucet ornatus, & temporales abundant diuitiae: \* Iustitia quoq; eius & san ctitas, omnimoda vitā perfectio, ipsūq; iustitiae eius meritū in sempiternum permanebit ante dominum, & ante cōspectum eius semper gloriosum faciet illum. 4 Si requiras timenti dominum, vnde tanta gloria, en preclarū illud lumen, sol iustitiae, quod est dominus ipse, na tura misericors existēs, & misereri solitus, ac nihilominus iustus, exo ritur iis qui recto sunt corde in mentibus eorum, ex sese alioqui tene brosis: atq; ex huius luminis eximio atq; praclaro splendore, in con scientiis illorū tantus fulget gloriae interioris ornatus, tantaq; afflu unt diuitiae. 5 Benignus verò, suavis, & amabilis est, tam apud Deū, quam apud proximos, homo ille, qui misericordiae vacat operibus: primū quidem sui ipsius misertus, deinde & aliorum: quiq; paratus est indigentibus cōmodare sua, atq; etiā largiri, vbi congruum viderit, vel necessarium, de iis quae accepit à domino paratus proximorū suble uare inopiā: \* qui deinde sermones suos vniuersos, atq; operatiōes omnes ita gubernat, ita dispēsat, ita dirigit in iustitia & aequitate siue ad examen atq; iudiciū, vt nō loquatur, aut agat, nisi quae iusta & aequa sunt atq; vtilia, & de quibus se putet coram iusto iudice posse bonam reddere rationem: \* talis profectō in sempiternū non conturbabitur à sententia aeterna damnationis, aut pēnis inferni, neq; etiam in pre senti saeculo cōturbatione deiicietur. 6 Vir ille iustus, de quo supra diximus, in obliuionem nō veniet apud Dominum, sed in aeterna erit domini praesentia: \* neq; conturbabitur ab auditu siue rumore ma lo: quemadmodum impii mox conturbantur & angustiantur animo, vbi aduersum aliquid, siue rumorem quemlibet malū audierint, vt po te de peste, de hostiū aduentu, deq; aliis imminentibus aduersitatib⁹ corporalibus. 7 Iccirco autē commoueri & conturbari nescit, quo niam animū habet exercitatum in domini confidentia, & in spe bona constabilitum atq; corroboratum, vt conturbari nō possit despera tione, aut timore deiiciente, neq; in praesenti neq; in futuro: \* quin & hoc futurū est, vt eos quos nunc obseruare habet iustus, & à quib⁹ sibi nunc cautē debet prospicere, tandē omnino despiciat, cōtemnat, prorsusq; nihil pendat, quādo nocere ultra nō poterunt. Veniet enim post huius peregrinationis cursum, quādo nō erit ultra iustus formi-

Esa. 53. Luca. 2.



8 *Dispersit, dedit pauperibus:*

\* *iustitia eius manet in seculum seculi:*

\* *cornu eius exaltabitur in gloria.*

9 *Peccator videbit, & irascetur dentibus suis fremet & tabescet:*

\* *desiderium peccatorum peribit.*

danda sine astutia, sine malitia malignorum, quam nunc solicite time- re, & caute declinare debemus, si in iustitia perseverare volumus. 8 Vir iustus non thesaurizat sibi thesauros in terris, sed ea que accepit a domino, misericordie operibus impendens, diffrahit in subventionem miserorum, eisq; sua liberaliter elargitur: \* atq; huius iustitie virtutisque meritum permanebit in sempiternum ante dominum. Tamen si enim contingat dispergendo, & elargiendo cessare non nunquam exterius miserandi opus, utpote cum facultates non ultra suppetunt: meritum tamen virtutis, & operationum precedentium semper iusto manet, dum pro eis aeterna accipit a Deo bonam remunerationem: quem admodum contrario impiorum iniustitia semper apud dominum manet, ratione punitionis sempiterna, etiam si actiones ipsae in sese transeunt: \* sublimabitur quoq; potestas, & fortitudo viri iusti in magnifica gloria, quando ad dignitatem euectus fuerit gloria filiorum Dei. 9 Impii vero & invidi, tam demones quam homines, iustorum hanc exaltationem videntes, ira & invidia cruciuntur super felicitate aliena, qua se ipsos fecerunt indignos, a Deo ut dentibus praeiracundia frendeat, atq; in sese propter invidiam velut consumantur, liquefiant, arescant, atq; tabescant: \* Impiorum tamen desiderium nequaquam implebitur, neq; quoad se ipsos, neq; quoad iustos. Nam quantum ad se, optauerant semper in peccatis suis viuere, in quibus oblectabatur. Iustus vero, tam suasionibus, quam exemplis pestiferis, ab aeternis gaudiis desiderant auocare: sed videbunt in nouissimo, horum utroq; miserere se frustratos.

ANNO TATIONES IN PSALMVM CXI.

Versu primo, Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius uolet nimis. Non dicit beatum qui abundat auro, argento, pretiosis lapidibus, qui praecellit ingenio, eruditione, arte, scientia, qui praeminet potestate, auctoritate, qui dignitate excellit: sed illum asserit beatus propheta beatum, qui timet dominum, haud dubium quin filiali & amabili timore, quicquid sic timet dominum, ut in mandatis eius velit, cupiatque nimis, hoc est, ut ea vehementer amet, & cupidissime exquirat, totus illis implendis intentat, ut lumen sit illi studium quae Deus praecipit perficere, quae prohibuit vitare, in omnibus cogitationibus, dictis ac factis semper cauens, nequando iniquum aliquid aut cogitet, aut concupiscat, aut discat, aut faciat. Denique idem est quod hic nunc dicitur, in mandatis eius uolet nimis, cum eo quod psalmo primo aliis verbis dicitur, In lege domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. ¶ Versu 2. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur. Quidam istud ad litteram interpretantur de posteritate carnali. Item quod in sequenti versu dicitur. Gloria & diuitiae in domo eius, de gloria & diuitiis temporalibus exponunt. Ita enim quosdam patrum ueteris testamenti (cuiusmodi erant Abraham, Isaac, & Iacob) legimus in sacris historiis, speciali priuilegio fuisse donatos copioso & benedicto semine, gloria quoque & diuitiis temporalibus adornatos. Verum quia per paucis iustus ista conueniunt, maxime in tempore hoc nouae legis, & quoniam frequenter admodum bonos parentes legimus non bonos habuisse liberos, imò insigniter malos, quod etiam hodie uidemus in non paucis: quoniam etiam in lege ueteri multi iusti in magna fuerunt egestate, atque penuria rerum temporalium, in noua autem lege, omnes sanctitate praecipui secundum saeculum pauperes fuerunt atque contempti, ita ut ille insignis Christi praeco Paulus apostolus, se, si quis, similes mundi purgamenta, & omnium per ipsam appellaret, nouissimosque omnium tanquam morti destinatos: ad hanc quoniam beati diuina uocem nunc praedicantur pauperes, lugentes, esurientes: quoniam euangelico consilio suadet nunc hominibus, temporalia uendere, & distribuere in usus pauperum, atque in nuditate sequi Christum: ob horum scilicet considerationem nobis uidebatur commodius, ac magis conueniens, ista de seminis potentia & benedictione, itemque de gloria & diuitiis, interpretari spiritualiter, quemadmodum legis in Elucidatione: ut per semen iusti intelligamus ipsos quos uel uerbo sanctae doctrinae, uel bona conversationis exemplo, uel sanctae orationis seruire, Deo genuerit: de quali semine loquebatur Apostolus, cum diceret Corinthiis, In Christo Iesu, per Euangelium ego uos genui. Et Galatis qui iam mortui perierat, Filii mei, inquit, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Posset tamen & aliter semen istud intelligi, operationes bonae quae duplici ratione potens semine dici possunt. Primo, quia semen ualde multiplicatum. Qui enim timorem domini habet, & in lege eius uult nimis, totus intentus est perficiendae legi Dei, hic bonarum operationum cumulos proferet abundanter. Dum tempus enim habet (iuxta Apostoli monitionem) bonum operabitur erga omnes, & bonum faciens non deficiet, sciens quod suo tempore metet non deficiens. Secundo, potens est semen iusti, ratione ualide fructificationis, quoniam semen operationis bonae, ex Dei gratia, fructum mirabilem & pretiosum nimis proferet in tempore suo, uita aeterna. Unde Psal. 125. de iustis dicitur, Euntes, ibant, & flectebant, mittentes semina sua. Venientes autem uenient cum exultatione, portantes manipulos suos, quod de operibus bonis manifestum est debere intelligi. Per rectorum autem generationem secundum hunc intellectum accipietur fructificatio bonorum operum. Opera enim Deo placita quae operatur iustus ex gratia Dei, sunt eius semen, filii, & sancta generatio, qua ex bona uoluntate, & Dei

more producit. Haec autem rectorum generatio benedicetur, uel quando pro fructificatione bonorum operum Deus in praesenti saeculo addit gratiam gratiae, uel quando in uenturo saeculo operibus bonis bonam retribuit mercedem. ¶ Versu quarto, Exortum est in tenebris lumen rectoris, misericors & miserator & iustus. Lumen istud est lux illa uera, de qua Ioannes scribit, quod illuminet omnem hominem uenientem in hunc mundum. Hoc lumen exoritur rectoris, in tenebris, uel quia in hoc mundo (ubi omnia absque beneficio diuina illuminationis sunt plena tenebris ignorantia & caecitate spirituali, ubi deest cognitio ueritatis, & abundat nescientia boni) uisitacione sua, iustitia istud etes illuminauit, ut ipsi uideant quae sint credenda, quae speranda, & quae agenda. Vel quia in cordibus hominum iustorum, ex sese non nisi ignorantia & caecitate plenis, radiis illius suae beatae lucis irradiat, quemadmodum Paulus apostolus ait, Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiae claritatis Dei, in facie Christi Iesu. Omnes enim ex nobis ipsi nihil aliud quam caeci sumus, quantum uis nobis uidentes uideamur, quemadmodum in sacra Apocalypsi spiritualibus quibusdam improperat, dicens, Dicis, quia diues sum & locupletatus, & nullius ego: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cecus, & nudus. ¶ Versu quinto, Iucundus homo, qui miseretur & comodat. Iucundus hic non proprie latum significat, quomodo solet accipi. Nam in Hebraeo est nomen tob, significans bonum: & in Graeco χρησιμος, quod significat benignum, dulcem uel suauem, quemadmodum alibi uertitur, suauis dominus uniuersis, & miseraciones eius super omnia opera eius. Et rursum, quia tu domine suauis & mitis. Iucundus ergo homo hic ponitur pro homine suo uiuente benigno, amabili, quomodo nos in Elucidatione expressimus. Verbum autem commodare, non hic significat commodum praestare, quemadmodum illi dicimus, commodare, cui uillum praestamus commodum, sed accipitur pro dare comodat, sine mutuo, quod aliquando dicimus foenerari, quando uisura prauidet a uerbo secludimus. Id manifeste patet tam ex Hebraeo quam ex Graeco. Nam ex Hebraeo uertit Hieronymus: Bonus uir & clemens (supple erit) & foenerans. Foenerari autem in bonam partem sonat, comodat dare uel mutuo, quemadmodum Luca sexto capitulo, Peccatores peccatoribus foenerantur, id est, mutuo dant. Et iterum, Duo debitores erant cuidam foeneratori, ubi foenera- tor pro creditore ponitur. In Graeco uero est participium χρησιμίζων, quod significat comodat dantem: quod uocabulum apud Septuaginta in eadem significatione ponitur, primo capitulo primi libri Regum, ubi de Samuele loquens mater eius, coram Heli, sic ait: uelut uisus erat mihi uisus, hoc est, Et ego commodo uel comdato de eum domino omnibus diebus. In hoc autem quod dicit iustum comodat dare uel mutuo, intelligit etiam dare & distribuere pro loco & tempore, ubi necessitas est uel occasio obtulerit, & facultas adfuerit. ¶ Versu eodem, Disponet sermones suos in iudicio. Notum est, sermones non solum uerba, sed etiam opera in scripturis significare. Unde sensus est, Disponet res suas & sua omnia opera in iudicio. Quoniam potest & peculiariter de uerbis quae per os homo loquitur, intelligi. Nam qui non offendit in lingua, hic perfectus est uir, ut Iacobus sanctus ait: & qui custodit os suum (iuxta Sapientis uerbum) custodit animam suam. Dispositio autem haec in iudicio intelligitur dupliciter. Primo, disponere, secundum iudicium & aequitatem, secundum regulam praceptorum Dei, & dictamen rectae rationis. Secundo, disponere ad iudicium, id est, sic agere & sic moderari, tanquam qui sis de singulis redditurus rationem. Cum enim (iuxta Sapientis uerbum) omnia quae cunq; faciunt homines, Deus sit adducturus in iudicium: & cum (iuxta domini indubitatam sermonem) de omni uerbo otioso quodcunq; loquuti fuerint homines, reddent rationem in nouissimo die, proculdubio sapientis hominis & timentis Deum est, etiam nunc disponere sua omnia ad iudicium, omnia sic agere, quomodo apud iustum iudicem confidit se posse reddere rationem. Hinc iterum per sapientem dicitur, In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis. Sunt autem haec quasi aduicem subordinata. Nam qui omnia sua nunc disponit in aequitate, & curat omnia secundum regulam praceptorum Dei, recteque rationis dictamen peragere, consequens est, hunc disponere omnia ad uenturum domini iudicium, quo iudicabitur in aequitate. Quam uero pulchrum de huiusmodi homine, miserente, comodante, ac sermones suos in iudicio disponente subiungitur, quod ipse in aeternum non sit commouendus, quod in memoria aeterna sit futurus, quod ab auditu uel rumore malo non commouebitur, quod paratum sit cor eius sperare in domino, quod confirmatum est cor eius, quod non commouebitur, imò despiciet omnes inimicos suos. O quanta sunt haec hominis iusti & misericordis commoda, quam sunt haec magna praecordia, quam pretiosa nimium bona, nunquam commoueri, in aeterna fore memoria, non timere ab audicione mala, paratum habere cor ad sperandum in domino, confirmatum esse corde in domino, non unquam commoueri, imò in inimicos despiciere. Quomodo autem (quae te) posset conturbari homo misericors? quando quidem Diuinae promissionis oraculo certus est, misericordiam consequuturos eos qui faciunt misericordiam. Quomodo is qui omnia disponit in iudicio, posset conturbari? cum nihil habeat pro quo debeat conturbari, sciens iustum se habere iudicem, qui in iudicio & aequitate iudicat. Quomodo non in aeterna erit memoria iustus, cum eius iustitia sit permanens in seculo seculi? Nunquid poterit iustitia permanere, & perire memoria iusti, cuius ipsa est iustitia? Quomodo ab audicione mala posset timere, qui in bonae conscientiae testimonio gloriatur, cuius mens secreta quasi iuge conuiuio, exhilarat eum qui sibi nullius mali est conscius, ob quod debeat metuere? Nam si principes terreni (iuxta Pauli uocem) non sunt timori boni operis, sed mali, & si non nisi propter uindictam malorum portant ipsi gladium: multo magis ille qui est primus omnium princeps & iudex, non est metuendus, nisi iis qui sibi male conscii sunt, neque ad bonorum punitionem, gladium portat. Quomodo insuper non paratum erit cor eius sperare in domino, & confirmatum erit in illo cor eius, cum dicat Tobias, elemosynam esse Tob. 4.



fiduciam magnam apud altissimū omnibus facientibus eam, quæ etiā ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras? Quomodo ergo commoueri poterit: quomodo nō despiciet omnes inimicos suos? At verò contrā, ii qui nō miserentur neq; cōmodant, qui proximis misericordiā non exhibuerunt dum possent, meritō hi conturbantur timore horribili: quoniā- Iacob. 2. quidem (Iacobo teste) iudicium sine misericordia fiet illis qui non fecerunt misericordiā. Hi in me- Psa. 87. moria aeterna non erunt, quoniā proiciuntur in terram obliuionis, & in generatione vna delebitur Psa. 108. nomen eorum, pro eo quod nō sunt recordati facere misericordiā: hi merito ab auditione mala tū- mebunt, cum rumor malus sine pestilētia siue praliū, siue alterius mali insonnerit, statim hi timore graui corripuntur & conturbantur: tum quia perderetiment, quæ hic cum amore possident, tēpo- ralia bona, tum quia inuenire formidant quæ odiunt & quæ cōmeruerunt mala aeterna. Quare au- tem sic ab auditione mala timent: quia non est paratū cor eorum sperare in domino, neq; est in il- lo confirmatum cor eorum. Quomodo enim in illo sperarent quæ ignorant, quem contemnunt at- querepellunt? Inimicos autem suos ipsi nunquā despiciunt, sed magis suspiciunt: quando (iuxta Sa- pientis testimoniu) dicent intra se, pœnitentiā agentes, Hi sunt quos aliquando habuimus in deri- sum, & in similitudinem impropertii. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insanā, & finem il- lorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorū est. Hic certē nō inimicos suos despiciunt impii, verum seiplos despiciētes, suspiciunt eos quos in vita habuerant inimicos. Vides hæc comparatione, quā sit diuersa fors in misericordiū à misericor- dibus, iustorum ab impiis. Caterum, de particula donec, quæ est in versu septimo, supra iam dictum est, in versum secundum Psalmi 109. ¶ Versu octauo, Cornu eius exaltabitur in gloria. Per exaltare Psa. 74. cornu, in scripturis significat exaltatio & glorificatio. Vnde in alio loco Psalmista monet, iniquos Ibidem. non exaltare, neq; in altum tollere cornu, id est, non seiplos superbe magnificare aut exaltare cōtra 1. Reg. 2. Deum: iustorum aut cornua dicit exaltanda. Exaltabuntur, inquit, cornua iusti. Et Anna Samuelis mater, cum iam esset fecunditate sibi data cœlitus, super amulā suam magnificata, & prole glorifi- cata, canebat, exaltatum esse cornu suū in Deo salutari suo. Quomodo enim vulgata loquendi con- suetudine dicere solent homines, superbis deteri aut a bradi aut cōfringi cornua, cum per cōfusio- nis ignominia aut aduersitatem quamlibet grauem didicerint humiliari (secundum quem modum in Psalmo iam supra citato dicuntur cōfringenda à Deo cornua peccatorū) sic per contrariū in bo- num cornua iustorum benedicuntur exaltari, quoniam à Deo ad magnificam gloriā ab humilitate sublimantur. De hac re non nihil diximus in Psal. 74. Per e autem idem videtur esse hæc exalta- tio cornu, q̄ exaltatio capitis illa, de quo in vltimo versu Psalmi 109, fit mentio.

CXII. PSALMI ARGUMENTVM.

S Eruos ac pueros Dei, ad laudem sui domini monet hic Psalmus: cuius benedictum nomen semper est & ubique laudandum, eo quod omnibus sit ipse sublimior, & nulla ei valeat creatura, neque terrena neque cœlestis præ sublimitate suæ gloriæ, comparari. Attamen humilitatem semper diligit in omnibus, paupe- res spiritu & humiles, tametsi viles carne ac sordidos, in sublimitatem suæ gloriæ dignanter exaltans: qui de sua sterilitate dolentes & afflictos, donata eis fecunditate, facit lætantes, & peculiariter eam, quæ olim steri- lis erat, gentium nationem, in tempore gratiæ, fecundam Ecclesiam pro suo placito constituit.

CENTESIMIDVODECIMI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Laudate pueri domi- num: laudate nomen do- mini.



Erui domini, laudem & cōfessionem date omnipotenti, laudem, inquam, date sancto nomini eius, quod est su- per omne nomen. Hoc siquidē est tributum hoc debitū, quod à suis seruis exposcit dominus, nempe laudis & gra- tiarū actionis sacrificiū, quod nos illi iustū est, si fideles H esse volumus, persolvere, potius quā aurum, vel argentum, vel cor- porales quaslibet victimas. 2 Laudetur sanctum illud & tremendū domini nomen, sitque iuxta suum nomen dominus ipse benedictus, à modo & vsq; in sempiternum: quoniam laudis eius non est finis, neq; digne satis laudari poterit vnquam. 3 Et dignum vtiq; est sanctis- simum illud atq; gloriosissimum nomen domini, vt per vniuersum or- bem terrarum, ab oriente vsq; in occidentem, ab aquilone vsq; ad sep- tentrionem, laudetur & glorificetur pura fidei confessione, ab om- nibus nationibus & populis, vbicunq; terrarum habitantibus, siue in mari. \* Et dignum est item, vt à mane, quo sol exoritur, vsque ad vesperum quo sol occidit, confessio detur nomini super benedictio- imō vt nullo vnquam tempore ab eius laude & benedictione cessetur.

2 Sit nomen domini be- nedictum, ex hoc nunc & vsque in seculum.

3 A solis ortu vsque ad occasum, laudabile no- men domini.

4 Excelsus super om- nes gentes dominus, & super calos gloria eius.

4 Est enim dominus natura sua & gloria magnus, eleuatus, glorio- sus & excelsus, super omnes gentes, & super omnia quæ ipse creauit: ita vt etiam calorum atque angelorum vincat gloriā, in infinito in- teruallo post se relinquens omnia potentia & bonitate atque omni- moda perfectione, in immensum superans vniuersā adeo, vt nulla sit

5 Quis sicut dominus Deus noster.

\* qui in altis habitat, & humilia respicit, in celo & in terra?

6 Suscitans à terra ino- pem:

\* & de stercore erigens pauperem.

7 Vt collocet eum cum principibus, cum princi- pibus populi sui.

8 Qui habitare facit sterilem in domo, matrē filiorum latantem.

creatura tam excelsa, quæ creatori omnium dignè valeat conferri. Neque enim alicubi siue in celo siue in terra reperiri poterit, qui ex æquo cum domino Deo nostro possit conferri, ac velut ei cōæqua- lis comparari: \* qui cum mansionem suam & habitationem regiam in altissimis habeat calorum, longe cœlis omnibus altior, & super om- nem in infinitum transcendens creaturā, dignatur nihilominus ipse in tam sublimi residens demittere sese ad ea quæ inferne geruntur, sua nihilominus providentia ad inferiora dignatur attendere, quæ agun- tur siue in calis siue in terris. Omnia enim eius subijciuntur prouiden- tiæ, quāuis in immensum omnibus emineat superior. 6 Ipse humi- les spiritu & sibiipsis præ humilitate dissidentes, neque nisi in Deo au- xilium habentes erigit, suæ gratiæ auxilio, de puluere terrenarum rem- rum: \* & spiritu pauperes eleuat atq; extrahit de stercorebus munda- narum cupiditatum, quæ velut stercorea fecerunt ante oculos domini: \* & de vili isto atq; stercoreo sordida carnis habitaculo, educendo exaltat. 7 Subleuat, inquam, & erigit pauperes dominus, non vt eos viles iterum seruos faciat, aut laboribus subdat, sed ad magnificā ni- mis gloriā, nempe vt eis sedem & locum tribuat in mente sua, inter gloriosissimos illos cœlestes principes, ciues angelicos, atq; inter prin- cipes populi sui, patres præcellentes atq; Patriarchas, Abrahā, Isaac, Iacob, Samuel, David, sanctosq; Apostolos, & ceteros tam veteris q̄ Lucæ. 22. nouæ legis patres, qui sunt ante dominum: nimirum vt cum his in re- gno Dei in vna mensa pariter accumbant, eadēq; fruantur gloria. 8 Ipse cum vult, eam quæ prius vt sterilis & infœcūda erat despecta, fecundam facit, & in domo in medio filiorum multorum, quasi fa- milia matrem, facit habitare cum gaudio: latantem videlicet super filiis diu concupitis, ac tandem Dei dono assequitis, quemadmodum antē in sterilitate sua, solitaria ac desolata vixerat. \* Quietiam in Esa. 49. temporis plenitudine gentilitatem quæ sterilis quondam fuerat, Deo non pariens liberos, iam fecit in habitare sanctam Ecclesiam (quæ est domus eius) in magna fecunditate, multorum filiorum matrem, quos Deo progignit.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXII.

Versu primo, Laudate pueri domini. Pueri ponitur pro seruis, quomodo seruus in Euange- Lucæ. 7. lio appellat Centurio puerum. Vnde Hieronymus & Felix vertunt, Laudate serui Domini. In secundo autem versu, cum dicitur, Ex hoc nunc & vsq; in seculum: ex hoc nunc, valet à mo- dō vel ex nunc. Nā quod hoc interiicitur, fieri puto ad exprimendū articulū Græcū, vel Græcē enim habetur ἐκ τῆς νῦν, hoc est, ab ipso nunc, vel ab hoc modo, accipiendo modō aduerbialiter: vel etiam causa explicanda emphasis, quæ latet in articulo. ¶ Versu tertio, A solis ortu vsq; ad occasum lau- dabile nomen domini. In Elucidatione indicauimus duplicē intelligentiā. priorē, de loco, vt signi- ficetur nomen domini esse laudandū in omnibus partibus orbis terrarū, quemadmodum apud Pro- phetam alium dicitur: Ab ortu solis vsq; ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus. Postea Mala. 1. rior intelligentia est de tempore, vt significetur, à mane vsq; ad vesperam esse laudāus Deus. Prior tamen intelligentia videtur magis cōueniens: quoniā de omni tempore sermo factus est in versu sta- tim præcedenti cum dicitur, Sit nomen domini benedictū, ex hoc nunc & vsq; in seculum: propter quod, cōuenientius erit hoc versu loci generalitatem significari. ¶ Versu quinto, Quis sicut do- minus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in celo & in terra? Quidā olim antiquo- rum, Dei nimis excelsam habitationem cōsiderantes, senserunt, Deum non ea quæ aguntur in ter- ris attendere. Ex quorū persona, in libro Iob dicitur, Circa cardines cœli perambulāt, nec nostra con- siderat. Veritas autē per fidem simul & per rationem monstrat contrarium, videlicet ob exaltatam Iob. 22. habitationē & sedem Dei nihil ipsum minus quæ inferne aguntur attendere. Quod hic nunc signifi- cari videtur, cū dicitur, Humilia respicit. Humilia enim appellantur inferiora: quæ infernē aguntur circa creaturas. Et cum additur, Humilia in celo & in terra, significatur, etiā quæ in celo sunt humi- lia esse diuino prospectui: quando quidē sedes altitudinis eius in infinitum transcendit, omnibus cœ- lestibus altior, licet secundū piā dignationem suam, in illis suam sedem beatis angelis atq; homi- nibus demōstret. Atq; ita hoc in loco exprimitur vniuersalitas prouidentię Dei, ad omnia sese ex- tendentis, & quæ in terra. Potest tamen hic passus aliter exponi, ad hunc modū: Quāquā sic in su- blimi sede gloriæ suæ super omnia eleuatus Deus residet, semper tamē ad humilia attendit, id est, ad humiles respicit: & vbicunq; humilem aliquem conspicit aut pauperē spiritu, super eum ponit bo- ni sui fauoris oculos, videlicet vt eum in tempore visitationis (iuxta apostoli Petri verbum) exaltet, I. Petri. 5. & in tempore tribulationis adiuet. Hic enim est Dei erga humiles respectus in bonum. Atque ita eadem ferē loci erit sententia, cum eo quod in Psalmo decimo scribitur, Dominus in templo sancto suo, dominus in celo sedes eius. Oculi in pauperem eius respiciunt, quasi dicat, Quāquā in Psal. 10. T ii

templo sancto suo in celo habeat sedem, in pauperes tamen spiritu semper benigno aspectu intendit, paternam illorum gerens curam. Atque huic expositioni satis consonant quae subsequuntur, de exaltatione pauperum & inopum glorificatione, deq; sterili fecundatione. Consonat etiam quod in alio psalmo similibus ferè verbis dicitur, Excelsus dominus & humilia respicit, & alta à longe cognoscit: ubi per vltimam huius particulae additionem, manifestè indicatur, priorem de humilibus corde intelligendam. Sed videtur reclamare, quod dicitur: Humilia in celo & in terra. Nam in celo quomodo peculiariter humilia respicit, ubi nihil nisi summa humilitas est, & summa erga Deum mentis & cordis subiectio, tam in angelis, quam in beatis hominibus? Huic autè dupliciter responderi potest. Vel enim ad angelos hoc dictum referri potest, qui ab initio per humilitatem ab iniuicè discreti fuerunt. Nam in principio conditionis angelicæ naturæ, eos qui per humilitatem gloriam dabant suo conditori, Deus ipse peculiariter respexit, vt eos confirmaret in gratia & gloria, faceretq; sibi ministros & conuiuas perpetuos, in beatitudine aeterna: e contrario autem illos superbos, qui per elationem intumuerunt contra ac supra creatorè, despexit & reprobatos abiecit, rudentibusq; inferni de celo detractos (vt sanctus Petrus ait) tradidit in tartarum cruciandos, ac referuandos in nouissimum iudicii magni diem. Deinde, etià nunc in calis, eo quisq; hominum glorificatorum plenius Dei gloria satiatur, eo maior est vniuersiueque felicitas, eo magis à Deo respicitur, diuinòq; fauore repletur abundantius, quo magis, dum viueret in terris, se humilem erga Deum exhibuit: vt vel hac potissimum ratione, sanctorum patrum sententia, Deiparam virginem Mariam, omnibus caelestibus cinibus vniuersiq; angelorum ordinibus asserat celsiorem, & Dei filio proximam, q; prae omnibus, dñi in terris esset, insime sese humiliasset. Denique in aeternitate in caelesti beatitudine, ita perpetuò beatorum status habet, vt quanto Deo proximus quisq; fuerit, & in regno illo sublimior, tanto verò cordis humilitas in eodem abundantior effulgeat. Hoc enim veridica ratione persuasum merito sentimus, virginem benedictam Mariam, vt iuxta sanctorum patrum sententiam omnibus & angelis & hominibus in gloria praereminet, ac Deo accedit proxime, ita vt humilitate altissima, nunc & in perpetuum, infra omnes angelos & homines, ex corde profundissimo, esse & fore diuinitati maxime subiectam. Cū enim vera humilitas oriatur ex cognitione Dei & sui ipsius, duo autem hæc optime præstet illuminatio diuina, consequitur, eam quæ à diuino radio super omnes illuminatur, sicut omnibus clarius Deum cognoscit & semetipsam, ita omnibus præstantiorem & profundiorè habere humilitatem: quæ sic in perpetuum perdurabit, quomodo nunquam desinet, neq; Dei celsitudinem, neq; sui ipsius in sese contueri vtilitatem. ¶ Versu sexto, Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, vt collocet eum cum principibus, &c. Nonnunquàm istud videmus Dei ordinatione ad literam etiam temporaliter impleri, vt humiles & despecti euehantur ad sublimia: quemadmodum populus israeliticus quierat numero modicus & incognitus postmodum factus est in cunctis populis gloriosus: & Saul cum esset parvus in oculis suis, de tribu & familia non maxima caput in israel factus est. Dauidem de gregibus ouium, & de post fortantes (vt in alio psalmo dicitur) ad regnum assumptus est israeliticus. Sic & postmodum frequenter contigit, ad dignitates magnas & praefecturas, ob virtutem atq; probitatem exaltari humiles. Ita quoq; in spiritualibus, sancti Apostoli & eorum successores plerique homines humiles & ex infima plebe, ad Ecclesiarum gubernacula, Diuina electione, sunt assumpti, principesq; constituti super omnem terram & quasi dii fortes terræ vehementer exaltati. Puto tamen principaliter hic psalmistam loqui, de humilium exaltatione ad gloriam, quomodo in Elucidatione indicauimus. Ac iuxta hanc expositionem, licebit partes ambas accipere in eandem sententiã, vt idem sit suscitare de terra vel pulvere, quod de stercore erigere, id est, de humilitate exaltare. Vel distinctè interpretari possumus, vt de terra vel pulvere sonet humilitatè naturæ sine materia. Nam (iuxta verbum domini) pulvis & cinis est homo, & in puluere reuertetur: quod sequitur autem de stercore, sonat vilitatem & sordes vitiorum. Terra enim & pulvis, licet vilis & despectus sit, non tamen foetet neq; sordet. Stercus autem præter infimam vilitatem, abominandū quoq; habet foetorem. Atq; ita homo ratione suæ materiae ex qua factus est, licet vilis sit & humilis, eo q; pulvis & cinis, tamen non est hac ratione sordidus, neq; foetidus in naribus domini Sabbaoth: ratione autè vitii, non tantum amplius vilescit, verum etiam maxime sordet, foetet, efficiturq; execrabilis. Deus autem, sua immensa bonitate & inæstimabili misericordia, non solum de terra suscitabit, vel exaltabit inopem, non solum nos qui pulvis & cinis sumus, exaltabit ad gloriã & immortalitatem: sed ad eandem sublimitatem euehet etiã foedissimis inquinatos sordibus vitiorum, si modo in humilitate spiritu contribulato & corde contrito agant penitentia. Quod autem sequitur, Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui, illi respondet quod in Euāgelio ait dominus: Dico vobis q; multi venient ab oriente & ab occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob, in regno caelorum. ¶ Versu vltimo, Qui habitare facit sterilem in domo. Quod dicitur de sterili fecundata, vt sit mater filiorum in gaudio, videmus ad ocularem experientiam frequenter humilibus accidere: quemadmodū Anna Samuelis, & Elizabeth præcursoris matri. Secundum mysticam verò sublimiorem intelligentiam, gentium competit Ecclesiã, quæ prius sterilis erat, Deo liberos non gignens, sed idolis ac demonibus: postmodū vamen ex Dei gratia fecundata plurimis filiis, quasi magnæ familiæ mater, Christi domum nunc inhabitat, imò est ipsa domus Dei: quemadmodum multo antè prophetauit Elaias, cum in spiritu alloquens Ecclesiam gentium, dicebat, Lauda sterilis quæ non parit, decanta laudem, & hinni quæ non pariebas: quia multi filii desertæ magis, quàm eius quæ habebat vira, dicit Dominus, id est, multo plures erunt filii Ecclesiæ gentium, quàm Synagoga Iudæorum.

CXIII. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste, cum exultatione veteris israelitici populi beneficia, dignanter illi à domino exhibita, recenset. Et primum quidem liberatò eius de seruitute Aegyptiaca proponitur, in qua mare rubrū duce Moyses diuisum constat: deinde introductio in promissionis terram in qua Iordanis legitur fuisse siccatus, & aquis sese in modum montium agglomerantibus, & modo quodam per incrementum continuum subsilientibus. Insuper, quod aquam de petra dedit sitientibus, sub quibus particulatim enumeratis, cetera veniunt in generalitate intelligenda. In quibus omnibus, non suam populus domini gloriam quaerit, sed domini Dei sui, quo sic veritas & misericordia eius fiant manifestæ, & blasphemantium idololatrarum ora obstruantur. Vbi, occasione accepta, idolorum graphice depingit vilitatem: in quibus neq; vita, neq; sensus, neq; motus nullus est, quemadmodum iuxta veritatem, neq; in illis qui ea colunt. Ex aduerso autem, Dei veri cultorum describitur supernum auxilium, protectio atq; benedictio, sine per sonarum acceptione, indifferenter omnium. Nouissime verò, super populum domini ponitur bona precatio: & reiectis à Dei laude mortuis atq; damnatis, viuentium atq; saluandorum perpetua asseritur esse laudatio.

CENTESIMIDE CIMITERTII PSALMI ELUCIDATIO.

**1** In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro.

**2** Facta est Iudæa sanctificatio eius: \* Israel potestas eius.

**3** Mare vidit & fugit: \* Iordanis conuersus est retrorsum.

**4** Montes exultauerunt vt arietes: \* & colles sicut agni ouium.

**5** Quid est tibi mare quod fugisti? \* & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum?

**6** Montes exultastis sicut arietes: \* & colles sicut agni ouium?

**7** A facie domini mota est terra: \* à facie Dei Iacob.

**8** Qui conuertit petram in stagna aquarum: \* & rupem in fontes aquarum.

**9** Non nobis domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam.

**10** Super misericordia tua & veritate tua: \* nequãdo dicant gentes, vbi est Deus eorū?

**E**xiret populus israeliticus de terra Aegypti, cum egrederentur filii Israel, familia Iacob, de populo illo Aegyptiaco, populo lingua peregrina, populo item scelerato & idololatra, crudeli atq; immani, suos aduenas saue nimis atq; barbare, & prorsus inhumaniter tractante. **2** Tunc factus est populus Iudæa siue Israel sanctificatio domini Dei sui: \* tunc factus est populus israeliticus peculiare domini, peculiaris hereditas, peculiaris populus, & singularis possessio domini, præ ceteris gētibus. **3** Mare rubrum in exitu filiorum Israel de Aegypto, proinde quasi vidisset aut cognouisset domini voluntatem, & israelitici populi per ipsum transitori aduentū, diuisum est in diuisiones, & solitum fluxum neglexit, steteruntq; aqua hinc & inde pro muro, vt transitum præberent fugienti israeli: \* similiter & Iordanis fluuius, cū post multos annos Exod. 14. transitori essent de deserto in terram promissionis, duce Iosue, post mortem Moysi, siccatus est, iubente Domino, redeuntibus aquis ad locum originis suæ, neq; solito fluxu fluentibus. **4** Intumuerunt fluuie prohibita aqua, & accumulata sunt in molem vnam, ita vt procul in montium morem apparerent: visiq; sunt montes isti, per continuū aquarum aduentū incrementales & intumescentes, velut subsilire atq; exultare, ad eum modum quo saltare solent ludentes arietes: \* & minores eleuationes suo etiam modo subsilierunt, intumueruntq; quasi agni gregis, sicut arietum suorum ducum imitantes atq; insequentes. **5** Sed dic, quæso te, mare, quid tibi causæ erat, aut hoc tibi vnde proveniebat, vt præter naturam siccum relinqueres, pedibûsq; pertransibilem tuum alueum? \* & tu dic, Iordanis, vnde hoc tibi, vt fluxum tuum solitū non prosequeris traesente israelitico populo? **6** Vos quoq; ex intumescitibus aquis agglomerati montes, dicite, cur in altum subsiliistis, velut exultantes, in morem arietum saltantium, & non magis plane iuxta vestra naturæ conditionem, & morem solitum decurristis: \* & minores aquarum eleuationes, quare item subsiliistis in modum agnellorum gregis? Proculdubio, non ex natura hoc erat, neq; tibi, mare rubrum, neq; tibi, Iordanis, neque ex humana vlla virtute, sed plane supernaturali ordine atq; diuina virtute, vt iter fieret electo & sanctificato populo domini ad gloriã nominis eius. **7** Et quidem Deo nihil est vel impossibile, vel difficile, à cuius facie, voluntate & iussione commouetur etiam terra, & contremiscit: \* à cōspectu, Gene. 1. inquam, præsentia & voluntate domini Dei Israel. **8** Ipse enim est, Luca. 1. qui de petra, in deserto, sitienti populo dedit aquas copiosissimas, ita vt in magnas congregationes flaret aqua, biberetq; populus & iumenta eorū: \* & de silice durissimo, percutiente Moysè virga, effluere fecit aquarum velut copiosissimos fontes ac fluuios. **9** Et quidem in omnibus his magnalibus, quæ tu pro nobis exhibuisti, nobis sufficiat misericordia ac gratia tua: tibi autè & glorioso nomini tuo sit honor & gloria, in omnibus populis, qui te ista audierint pro tuis electis patraisse mirabilia: absit verò, vt nobis ipsi pro his demus gloriam, qui sumus vel minimo tuo beneficio ex nobis prorsus indigni. **10** Tui, inquam, nominis gloriã sic manifestam facias, pro declaranda misericordia tua erga seruos tuos, & veritate, in fidei adimplerone promissionum tuarum, quas fecisti patribus nostris & semini eorū: \* vt non valeant iusta causâ nobis obicere gentes idololatrae, per expromissum

- 11 *Deus autem noster in celo:*  
 \* *Et omnia quacunq; voluit fecit.*  
 12 *Simulacra gentium argentum & aurum:*  
 \* *opera manuum hominum.*  
 13 *Os habent, & non loquentur:*  
 \* *oculos habent & non videbunt.*  
 14 *Aures habent, & non audient:*  
 \* *nares habent, & non odorabunt.*  
 15 *Manus habent, & non palpabunt:*  
 \* *pedes habent, & non ambulabunt:*  
 \* *non clamabunt in gutture suo.*  
 16 *Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.*  
 Ioan. 14. 17 *Domus Israel sperauit in domino:*  
 \* *adiutor eorum, & protector eorum est.*  
 18 *Domus Aaron sperauit in domino:*  
 \* *adiutor eorum, & protector eorum est.*  
 19 *Qui timent dominum, sperauerunt in domino:*  
 \* *adiutor eorum, & protector eorum est.*  
 20 *Dominus memor*

brationem, dicentes: Quis est Deus Israel? aut ubi est? aut quid operatur in eis? vt habeamus que respondeamus idololatri istis exprobrantibus nobis, adducendo mirabilia que tu operatus es pro nobis, in terra atq; in mari. 11 Si ita requiritis idololatras gentes, vbi nã sit Deus noster qui facit hæc mirabilia, ecce Deus noster in calorum sublimi, velut in palatio gloriæ, inter angelicos ciues inhabitat: \* tam virtute potens, vt quacunq; voluerit sine contradictione possit opere perficere, siue in celo, siue in terra. 12 Gentium autem idola que colunt, quod ad materiam attinet, vel argentea sunt, vel aurea, vel ænea, vel aliterius cuiuslibet crassæ materiæ: \* artificum manibus siue sculpta, siue fusa: & eo sane viliora, q̃ non naturæ sunt opera, sed mera artis figmenta, ad naturalium rerum similitudinem secundum externam apparentiam effecta: iuxta naturæ autem veritatem nequaquã assimilata. 13 Oris quidem habent figuram quandã & similitudinem, ad modum oris exterioris depictam & sculptam, & quandã labiorum habent apparentiam: verum per illud apparens os suum nullam possunt vocem edere, simulacra muta sunt, nihil interrogantibus loqui per os suum valentia: \* sic & oculos quosdam videntur habere, per quos tamen videre nihil possunt, neq; colorem vllum discernere, aut lumen celi conuertere. 14 Sic aurium habent sibi per artis industriam effectam similitudinem, artificialibus instrumentis sic accurate elaboratã: verum nõ est auribus illis virtus audiendi quippiã, neq; voces exaudire possunt, aut sonos discernere: \* insuper & narium habent effectam similitudinem, quibus tamen odorari nil valent, quibus odorem nullum possunt sentire, neq; gratum, neq; ingratum. Atq; ita manifestum est, omni sensu illos secundum veritatem carere, ac proinde minus q̃ bruta esse, brutiq; longe inferiora, quã his sensitivis organis ad convenientes sibi naturales operationes vti possunt: cum hæc idola, illis, que videntur habere, organis sensuum prorsus ad nullum sentiendi actum vti possint, non amplius quã trunci rudes, in quibus talia nulla apparent organa. 15 Insuper & manus habent similitudinarias, ad similitudinem hominũ digitalibus & articularibus distinctionibus subtiliter formatas: verum his suis manibus palpare nihil possunt, cõterere aut tangere, vt tangendo palpandouẽ discernant: \* pedes item simili artificio formatos habent, & instrumenta ad ambulandum apta videntur habere: non tamen pedibus illis fictis valent vel ad passum vnũ ambulare, aut villo modo de loco se ad locum mouere, suntq; vt rudes & informes, trunci æque immobiles: \* Neq; per fictum guttur suum, quod habere videntur, vocem clamoris possunt edere, quicquid tandem illis contigerit: etiam si exurantur, etiã si omnibus pretiosis monilibus spoliarentur, non valent exclamando incensorem aut prædatorem prodere. 16 Qui idola sibi faciunt ad colendum ea, similes efficiuntur illis, & vniuersi idolorum cultores, qui spem suam ponunt in eis quasi in veris diis. Quemadmodum enim supradictum est, idolis, tametsi organa videantur sensum habere, nullam tamen inesse vitam, sensum, aut motus operationem: ita qui idola colunt, vita prima (quæ Deus est) carentes, secundum veritatem neque vident mentis oculos, neque quæ Dei sunt audiunt, neque gustant bonum Dei verbum, neque palpant de verbo vitam, neque Dei bonum odorem olfaciunt, neque operationem aliquam vitæ interioris demonstrare possunt: sed prorsus existunt mortui & insensibiles, vt non aliud videantur quã ligna & lapides, qui ligna & lapides adorant. 17 At verò Israelitica familia reputans idolorum vanitatem, dominũ elegit Deũ suum, & spem suam in eo constituit: \* & ipse vicissim factus est eis adiutor atq; protector, in omnibus necessitatibus eorum. 18 Peculiariter quoque Aaronica sacerdotalis familia, spem suam fixit in domino, pro eo quod eam singulari sacerdotii sui honore decorauit, vt tanto illi hærent fixius, quanto eos sibi iunxisset vicinius: \* ipse vero peculiaris adiutor atque protector factus est eis. 19 In vniuersum denique omnes, quotquot ex corde diligunt, ac reuerentur dominum, spem suam habent repositam atque defixam in eo: \* & ipse neminem repellens, omnibus præbet gratiæ suæ, ad declinandam peccata, virtutisq; sectandas, auxilium: & aduersum hostium insultus protectionis suæ impendit beneficiũ, ita neminem sua destituens gratia. 20 Non est oblitus dominus nostri, neque obliuisci potuit,

- A *fuit nostri: \* & benedixit nobis.*  
 21 *Benedixit domui Israel: benedixit domui Aaron.*  
 22 *Benedixit omnibus qui timent dominum, pusillis cum maioribus.*  
 23 *Adiuciat dominus super vos: super vos, & super filios vestros.*  
 B 24 *Benedicti vos à domino: qui fecit calum & terram.*  
 25 *Calum cali domino: \* terram autem dedit filiis hominum.*  
 26 *Nõ mortui laudabunt te domine: \* neq; omnes qui descendunt in infernum.*  
 27 *Sed nos qui viuimus benedicimus domino: ex hoc nunc & vsque in seculum.*

sed memor fuit seruatorum suorum in bonum; cogitauit de nobis ad vtilitatem nostram: \* & sicut sperauimus, ita benedictionem sanctam suam nobis largitus est, & benefecit nobis, Omnibus nos bonis sua benignitate adimplens. 21 Benedixit benedictione sua sancta in caelestibus donis populo Israelitico, quem sanctificauit sibi, peculiariter quoque Aaronicæ familiæ, quam fecit sacerdotalem. 22 Neque Coloss. 3. que his tamen solis, verum in vniuersum omnibus qui eum reuerentur & colunt, sine personarum acceptione, paruis æque atque magnis, Actu. 10. pauperibus atque diuitibus. In veritate enim personarum acceptio non est apud Deum, neque videt ipse ea quæ foris patent, sed intuetur. 1. Reg. 1. tur cor: & quicumque eum honorificauerit, glorificabit illum, siue 1. Reg. 2. pusillus fuerit, siue magnus, diues aut pauper. 23 Adaugeat populum suum dominus, multiplicetque, & crescere faciat, tam numero quã profectu virtutum: eos dico qui nunc sunt, & qui post vos venturi sunt, posteros vestros. 24 Sitis benedicti à domino, & ipse vobis benefaciat, qui creauit calum & terram, & omnia quæ in eis sunt, ac proinde potens est quibus velit benedicere siue benefacere. 25 Supremum calorum, id est, præclarum illud empyreum calum, domino est deputatum in aulam regiam, & in palatium gloriæ suæ, vbi cum ministris suis secundum plenitudinem gloriæ suæ inhabitet: \* terram verò dedit ipse inhabitandam hominibus in statu mortalitatis perdurantibus, donec post labores tempus adueniat translationis eorum. 26 Eia dulcis domine, qui in peccatis mortui iacent desperati, atque à te in sempiternum proiecti, non ipsi laudem dabunt tibi: \* neque quicumque in infernum sunt demersi, laudem dabunt tibi, sed blasphemabunt magis sanctum nomen tuum. Atque ob hoc, in vita ista corporis, donec tibi erit placitum, & potissimum animæ, custodi nos, vt vel à nobis viuentibus laus derur tuo nomini, quod blasphematur ab impiis coram te mortuis. 27 Nos enim qui in salutari tua gratia viuimus, laudem placitam damus tibi, quam vt modo in gratia canimus, ita speramus in sempiternum nos cantaturos ante conspectum gloriæ tuæ sempiternæ, in quam, iuxta pollicitationem, introduces populum tuum, quem redemisti propter gloriam magnifici nominis tui, quod est benedictum in sacula. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXIII.

Versu primo, In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro. Israel & domus casu datiuo debent accipi: quemadmodum Græca lectio monstrat, & sensus ratio exposcit. Populũ autem barbarum intellige, ratione linguæ peregrinã. Ille enim mihi est barbarus, qui in loquendo tali vitetur idiomate, quod ego non intelligo, quodq; mihi est incognitum: quemadmodum ait Paulus Apostolus capitulo decimo quarto epistolæ prioris ad Corinthios, Si nesciero virtutem 1. Cor. 14. vocis, ero ei cui loquar barbarus: & qui loquitur mihi, barbarus. Aegyptiorum autem idioma, diuersum erat ab idiomate Israelitarum. Vnde in alio psalmo dicitur de Ioseph, vel genere Israelitarum: Linguam quam non nouerat audiuit. Quod si quis interroget, quomodo filiis Israel tunc cum exirent de terra Aegypti potuerint ipsi Aegyptii esse populus barbarus, cum verisimile sit, in tanto tempore, quo in terra habitauerant, didicisse Israelitas linguã Aegyptiorum? Respondemus, fieri potuisse, cum in terra Gessen habitauerint filii Israel, separati ab Aegyptiis, vt vulgus Israelitarum linguam Aegyptiorum nunquã addidicerit, quod perparum haberent, aut omnino nihil cum Aegyptiis negocii. Aut si huc non libet recurrere, ideo dicas barbarum populum dici, qui à principio cum intraret Israel in Aegyptum, incognita & omnino peregrina erat illi lingua Aegyptiaca, etiam si post facta fuisset illi familiarior. Vel Populum barbarum, intellige populum inhumanũ & crudelẽ, non se erga populum domini ciuilitate, vt eiusdem terræ incolæ decebat, & præstita eis per Ioseph beneficia exposcebant, gerentem, sed quasi erga aduersarios hostes, omnem crudelitatem (naturali quæ his debetur commiseratione seposita) in aduenas & peregrinos exercentem: quemadmodum nimis manifeste per plura capita monstrat principium Exodi. ¶ Versu secundo, Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius: Iudæam in femineo genere, præter consuetudinem ponit hic pro tribu, sub vna tamen tribu præcipua intelligit populum, vt psalmo septuagesimo septimo, Filii Ephrem, Psal. 77. sive Ephraim, intendentes, & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli. Intelligitur autem Iudæa, vel populus Iudaicus factus sanctificatio domini, quia tunc in eo fuit dominus sanctificatus, magnificatus, & glorificatus, in magnis videlicet prodigiis & ostentis: vique tunc inauditis, quæ pro populo illo tum exhibebat palam toto mundo. Vel quia tunc populum istum sanctificauit, quia tunc sanctum esse sibi, & (ratione promissionis factæ patribus) electum, in oculis omnium demonstrauit,



vt pote cuius gratia tam stupēda edefet portēta, vt etiam maris pro illoſum trāſitu ſiccaret aluēum. **E** Factus eſt populus ille ſanctificatio domini, quia oſtēſus eſt populus ſanctus eſſe domini. Vel ideo factus eſt domini ſanctificatio, quia ſanctificatus tūc quaſi denuo, ſiue de nouo fuit domino Deo ſuo. Vtq; tunc enim commixtus fuerat inter idololātras Aegyptios, & quaſi gens non ſancta, quaſi populus non electus habebatur, cum pro eo nihil ageret Deus, imō in oppreſſione multa relinqueret. Verū in illa mirabili educatione, quaſi peculiariter ſanctum & electum populū ſegregauit ſibi, vt ei beneficeret eximie, & ſpeciali ratione habitaret in medio ei⁹, quaſi pater in medio familię ſuę, quaſi rex in medio regni ſui. In ſecūda autē parte cum dicitur: **I**ſrael poteſtas eius, poteſtas accipitur p̄ dominio vel imperio: eſt que ſenſus **I**ſrael factus eſt populus in quo peculiariter imperaret, dominaretur, & regnaret dominus: vt poteſtas Dei accipiat, pro eo in quo poteſtatē ipſe exercet & principatum tenet: quēadmodum regnū aliquando appellatur vniuerſus ipſe populus terrę, quibus rex imperat. Vnde paraphraſticē ſic verti poterat: **I**ſrael factus eſt in quo De⁹ principē ageret, aut teneret imperium. Quātum tamen ad priorē partem: Facta eſt **I**udę ſanctificatio eius: quidam **H**ebraeorum dicunt, viros tribus **I**uda primos fuiſſe auſos in fiducia verbi domini deſcēdere in maris aluēū, atq; ita ſpecialiter illam tribum dicunt hac in re factam eſſe ſanctificationē domini, quoniam ſanctificauerunt dominum, ſic fideliter agentes, & fratres ſuos tribus reliquis ad fiduciam ſuo exemplo inuītantes. Nec enim melius ſanctificatur à nobis Deus, quā obediētia verbi, & fiducia promiſſi eius. Verū id quia certum non eſt, neque authoritate ſufficienti firmatum, & precedentia vt magis certa præferenda videntur: vt non de tribu vna, ſed de toto populo accipiat intellectus. ¶ Verſu tertio, Mare vidit, & fugit, **I**ordanis cōuerſus eſt retrorſum. **H**ic proſopopœia eſt. Fit enim ſermo de inanimatis atq; inſenſibilibus, quaſi ſi ſenſum haberēt, cū dicitur mare videre & fugere. Secundum quem modum & alibi dicitur, **V**iderunt te aquę, **D**eus viderūt te aquę, & timuerūt, & turbatę ſunt abyſſi. Cum verò dicitur mare vidiffē, ſubaudi **D**eum, quēadmodum illo in loco dicitur, **V**iderūt te aquę **D**eus, & timuerūt, vel populum domini, angelo ipſius & duce **M**oyſe comitatu. ¶ Verſu quarto, **M**ōtes exultauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouiu. **D**iuerſimode hunc verſum diuerſi interpretantur. **Q**uidam exponunt de deſcēſu domini ſuper montē **S**inai, quando mons ille adueniēte domino cōtremiſcens, quaſi ſubſilire videbatur, quēadmodum cum ſit terrę motus, viderat ad modum arietū & agnorū terra ſubſilire, ita vt ſimul cum ea etiā cuncta ſubſiliāt, quę ſuper eam continentur, etiā homines cubantes in lectulis ſuis, & vt enſilia quęcunq; ſunt in domibus cōmoueantur pariter. Et huic expoſitioni rectē cōſonat quod mox ſubiungitur, **A** facie domini mota eſt terra, à facie **D**eī **I**acob. Verū hoc ex aduerſo videtur obſiſtere, quod plurali numero dicitur, **M**ōtes exultauerūt, & de collibus numero itē plurali adiungitur. **M**ōs autem **S**inai, ſupra quem deſcendit dominus legem prolaturus, mōs vnicus eſt. Verū huic obiectioni facile poteſt ſatisfieri, dicēdo totum illum mōtem plures in ſe mōtes partiales continere & colles diuerſos, vt **f**erē ſolēt magni mōtes eſſe diuiſi in mōtes plures partiales, & multas habere collium eleuationes: quę omnia ſimul adueniēte domino cōmota fuere. Vel intelligantur cum **S**inai, montes circumiacentes ſimul fuiſſe moti, & omnia mōtana in circuitu ſubſiliſſe in aduentu domini. **A**lii exponunt de scopulis torētis **A**rnō, qui (vt aiunt) quaſi exultates, & ſalientes demiferunt ſe in torrentem, vt trāſiret **I**ſrael. **Q**uod eliciunt ex eo quod **N**umeri vigefimo primo citatur ex libro bellorū domini: in hac verba, **S**icut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrentibus **A**rnō. Scopuli torrentiū inclinati ſunt, vt requieſcerent in **A**rnō, & recubarent in finibus **M**oabitaram. **A**lii de scopulis fluminis, quod tranſibant filii **I**ſrael, id eſt, eleuationibus quę erāt in **I**ordane exponunt: qui ſcopuli, deſiciente aqua ex parte inferiori, apparere incipiebāt, & cōtinuō magis magiſq; ſeſe oſtentantes, velut ſubſilire videbantur. **A**lii ſecūdum exceſſum quendam dictum accipiunt, propter miraculi iucūditatem. **T**am enim erat ſtupendum miraculum illa **I**ordanis exſiccatio, & maris ſimiliter rubri, vt mōtes omnes in circuitu id proſpiciētēs (vt ita per proſopopœiam loquamur) meritō exultarent, & tripudiarent, partim ob tam noui miraculi iucūditatē, partim ob congratulationē populi domini. **A**lii myſtice intelligunt, per mōtes, ſublimiores in **I**udaico populo: per colles, inferiores: qui omnes pariter cōſpecto miraculo exultauerūt, **H** chorōſq; eduxerunt. **N**os in **E**lucidatione nihil horum poſuimus, ſed mōtes interpretati ſumus aquarum ſeſe agglomerātium cumulos, in modum mōtium eleuatos. **S**ic enim **I**oſue tertio capite legimus, tranſeunte populo **D**omini per **I**ordanē, aquas superiores quę deſcendebant, ſtetiffē in loco vno, & inſtar montis intumeſcentes apparuiſſe procul ab vrbe quę vocatur **E**dō, vſque ad locū **S**arthan. **H**os autem montes exultare dicimus, ratione continui augmenti, aduenientibus ex loco originis continuō aquis nouis maiorem eleuationem facientibus. **R**es autem quę continuō eleuatur in altum, quaſi ſubſilire indicatur. **E**x omnibus his proſcriptis eligat ſibi lector quodcunq; maluerit. ¶ Verſu ſexto, **M**ontes exultatiſti ſicut arietes. **D**ebent hac intra quęſtionem includi, & cum ſigno quaſi ino in verſu priori poſito legi, ad hunc modum, **M**ontes quare exultatiſti? **V**el, **Q**uid eſt vobis montes, quod exultatiſti ſicut arietes, &c. **V**erſus autem ſequens, **A** facie domini, mota eſt terra, accipitur quaſi in reſponſionem, aut certē tacitę reſponſi confirmationem. **I**nterrogatio nanque petit, vnde mari ſua fuga, **I**ordani ſua reuerſio, montibus ſua exultatio procederet. **H**ic autem, tacitā, reſponſionem habes, horum omnium effectorem fuiſſe illum, cui nihil eſt difficile, qui etiam cum voluerit, terram facit contremiſcere, quod certē non niſi maximā & diuinā eſt potentia, cum ſit illa fundata ſuper ſtabilitatem ſuam, vt non inclinetur in ſæculum ſæculi: **P**ropter quod, etiam alterum ſubauditur miraculum educationis aquarum de petra, vt ſic oſtendatur, ab eo fuiſſe illa præcedentia, cuius ſunt hac ſubſequentia. **P**oteſt tamen illud de terrę motione à facie **D**eī, peculiariter

2. Cor. 6.

Pſal. 76.

Num. 21.

Iofue. 3.

Pſal. 103.

**A** intelligi de aduentu domini ſuper montem **S**inai, quando mons ille movebatur. ¶ Verſu 8. **Q**ui conuertit petrā in ſtagna aquarum. **C**onuerſio illa petrę in ſtagna vel paludes aquarum, non ſic eſt accipiēda, vt ſignificetur ipſam petrā ſubſtantia verſam eſſe in ſubſtantia aquę: ſed improprie hoc dictum eſt, eo quod diuina operatione ex petrā & rupe duriffima effluerūt aquę, vt ſtagna & paludes ex effluentis aquę abundantia impleterūt. **I**n ſecunda tamē parte cōuerſio proprie poteſt accipi. **R**upes enim conuerſa fuit in fontem aquarum, quia diuina virtute, rupes quę prius aquā non habuerat nec dederat, iam aquarum fundebat abundantia. ¶ Verſu 10. **N**equando dicant gentes, vbi eſt **D**eus eorum? **D**olet hoc maxime ſanctis, quod **D**eū vidēt blaſphemari ab infidelibus: & ſpiritualibus viris multō magis graue eſt ſuſtinere infidelium in **D**eū blaſphemias, quā proprias miſerias. **V**nde & **M**oyſen legimus irato domino hac ratione occurrere ſolitū, vt cum propter peccatum vituli, populum vellet vniuerſum delere, **S**ic enim ille talia proponēt domino reſpōdebat: **N**e quaſo dicāt **A**egyptii, callidē eduxit eos, vt interficeret eos in mōtibus, & deleret d̄ terra, quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. ¶ Verſu 13. & deinceps, **O**s habent, & non loquuntur. **C**um idola dicuntur habere os, nares, oculos, manus, pedes, guttur, & huiusmodi, non ſunt hac proprie accipiēda, quomodo imago hominis non proprie homo dicitur, ſed cum diminute particula pictus homo, vel quidam homo, id eſt, hominis vini ſimilitudo. **N**am proprie os, nares, oculi, &c. non ſunt niſi membra illa, in quibus aſtu inest anima ſenſitiua, certāq; diſpoſitio qualitatiua in talibus mēbris requiſita. **V**nde in cadauere, vbi anima abſceſſerit, quomodo iam vltra homo non eſt, ita neque oculus, neque auris, neque manus, niſi (vt dictum eſt) improprie ſumatur appellatio huiusmodi mēbro-rum. **C**auſa autem quare idola per huiusmodi ſimilitudinaria mēbra non ſentiāt manifeſta eſt, quia videlicet non ſunt informata anima ſenſitiua: quę (vt **A**riſtoteles ait) principium eſt, ſicut viuendi, ita & ſentiendi. **N**eque etiam in organis illis ſimilitudinariis ſunt potentia illa naturales, mediantibus quibus anima operatur animali conuenientes operationes, vt in oculis non eſt potentia viſiua, in auribus nulla eſt potentia auditiua, in pedibus non eſt vis ambulatiua, atq; ita in ceteris. **A**d hoc autem vt membra exerceant ſuas operationes, oportet in eis eſſe conuenientes potentias naturales, mediantibus quibus, vt cauſis ſecundariis, anima operari habet animales operationes. **Q**ua de re plene & à propoſito tractauimus in libris de conſideratione rerum naturalium, lib. 8. ¶ Verſu 25. **C**ælum cæli domino. **Q**uidam ita diſtingunt: **C**ælum, domino cæli, vt genitiuus regatur à domino, nō à nominatiuo cælum: vt ſignificetur, cælum eſſe deputatum illi, ad glorioſam inhabitatiōem, qui eſt cæli dominus. **N**os in **E**lucidatione exponimus cælum cæli, quaſi per excellentiam dictum, pro ſumo cælorum: quemadmodum in alio pſalmo dicitur, **P**ſallite domino qui aſcendit ſuper cælum, cęli, ad **O**rientem, id eſt, ſuper ſummum cælorum, ad patris dexteram.

Exod. 32.

Pſal. 67.

CXIII. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**ſalmus iſte forma eſt, quę ſe vir iuſtus atque fidelis in **D**eī amore exercitat: ex beneficiis diuinę exauditiōnis ſibi in maximis periculis, & rebus aliqui deſperatis, frequenter exhibitis, ſeipſum excitando ad ſpem atque dilectionem conuertendam in dominum, qui & cuſtos eſt humilium, & requies eſt ac benefactor eorum, qui ſe conuertunt in illum: ad quem proinde noſter debet conatus dirigi, vt illi placeamus.

CXIII. PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 *Dilexi quoniā exaudiet dominus, vocē orationis meę.*
- 2 *Quia inclinauit aurem ſuam mihi:*
- 3 *\* & in diebus meis inuocabo.*
- 4 *Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.*
- 5 *Tribulationē & dolorem inueni: \* & nomen domini inuocaui.*
- 6 *O domine libera animam meam: \* miſeri-*

**D**ilexi dominum, etq; præ omnibus per amorem in hærere elegi, quoniam ipſe eſt qui me exaudire poterit, & volet, quoties ad eum de quacunque neceſſitate in oratione clamauerō. **2** Quoniam quidem benignum auditum ſuū clementer ad audiēdum orationem meam demiffit, id eſt, me licet auditiōne indignum, dignanter tamen exaudiuit: \* & idcirco omnibus diebus vitę meę, tam potentiſſimum ac benigniſſimum exauditorem volo ſemper inuocare, ad auxilium atque protectionem meam, neq; ad aliud humanum volo reſpicere vanum auxiliū. **3** Cū me circundarent vndiquaque tentationes validiſſimę, vſque ad mortem affligentes pauperculum ſpiritum meum, & velut vſque ad mortē terrentes & conturbantes: \* & cum me apprehendiſſent tanta tentationum atque perſequentionum pericula, quę iam nunc videbantur in infernum, ac mortem deductura animam meam. **4** Denique, quoties afflictiō quelibet & anxietas, ſiue corporalis, ſiue ſpiritualis, ab inimicis mihi exorta fuiſſet: \* ego in omnibus te potentiſſimum atque clementiſſimum exauditorem meum, tuūque ſanctum nomen ſemper inuocaui, loquens, & clamans in hunc modum: **5** **O** domine, eſto liberator pauperculę animę meę, eam de doloribus mortis, de periculis inferni, de que omni tribulatione & anguſtia, per tuam miſericordiam, ſaluans in regnum tuum cęleſte: \* meritō verò ad te ſemper clamabimus, quia miſericors tu es domine ſimul & iuſtus atque idcirco tu, **D**eus noſter ſemper miſereris, neque potes nō miſererē

*cors dominus, & iustus, & Deus noster miseretur.*

*6 Custodiens paruulos dominus: \* humiliatus sum, & liberauit me.*

*7 Conuertere anima mea in requiem tuam: \* quia dominus benefecit tibi.*

*8 Quia eripuit animam meam de morte: \* oculos meos à lachrymis: \* pedes meos à lapsu.*

*9 Placebo domino in regione uiuorum.*

omnium te ex puro corde innocentiū. Facit enim misericordia tua, vt E miseris nostris flecti debeas: & veritas facit atq; iustitia, vt quod toties nobis à te misericorditer promissum est, nemini omnino negare valeas. 6 Tu domine humiliū, simpliciū, atq; pauperum spiritus es custos, p̄tector, curator, pastor, superbos despiciēs ac reprobās: \* quā ob rem & ego despiciēs superbiā, sub potenti manu tua humiliāui animā meam, corde humili tuum nomen adorans & inuocans: & factus es etiā custos & liberator animā meā. 7 A modo ergo, o anima mea, o spiritus mi, noli auerti à domino Deo tuo, neque post huius saeculi vanitates vltra abeas (eris enim inquieta, donec ista secl̄aris) sed abdicatis secularibus omnibus cupiditatibus, & carnalibus affectibus, totam cōuerte te ipsam, mēte pariter atq; affectu, in dominū Deum tuū, in quo solo erit tibi, cum ad ipsum peruenieris, vera requies: \* & meritō sanē ad eū tum cognoscendum, tum amandū, debes cōuerti: quoniam ipse est qui maxima iuxta veritatem tibi cōtulit beneficia, tam in creatione, q̄ in regeneratione, imō à quo omne bonū est tibi, & à quo expectas adhuc maxima. 8 Ipse (inquā) est, o anima mea, qui te eripuit de interitu sempiterno, liberās te à peccatis, per quā illuc fueras alioqui deducēda: \* oculos meos seruauit à fletib⁹ sempiternis, & lachrymis gehēnæ incōsolabilibus: \* gressus quoq; praeseruauit ne in foueā caderent infernalem, id est, conuersationē vitæ meā ita direxit, vt per eam nō fuerim deductus in infernū. 9 Volo ergo ex toto affectu cordis mei ad hoc conari, & studere sedulō, per adiutorium gratiæ tuę, vt tibi valeā placere, & hic in terra viuendum, in numero fidelīū seruorum tuorū, & in futura patria sine termino. Ita enim iustū est & æquū simū, vt tibi tā optimo tamq; beneficētissimo domino, omni conatu placere studeamus, qui viuus & regnas in saecula benedictus. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXIII.

**V**ersu primo, Dilexi, quoniam exaudiet dominus vocē orationis meæ. Nouo modo poni hic in principio videtur verbū dilexi, absque accusatiuo significante ipsum in quo fertur dilectio. Nos in Elucidatione subaudimus dominum, ipsum qui mox in casu nominatiuo exprimitur, ad hūc sensum, Dilexi dominū, quoniam ipse exaudiet orationem meā. Vbi nota, quod dilexi, accipi debet, vt valeat, affectū dilectionis & amoris dedi, vel collocaui, in hunc sensum, vt dicat fidelis: Affectū amoris mei iam dedi domino, iam in illum collocaui, siue dixi amorē meum, quoniam ipse est qui exaudiet vocē orationis meæ. Quomodo si dicat virgo de electo sponso suo, Dilexi hunc sponsum, id est amorē meum in hunc collocaui, quoniam ipse abundanter mihi praestabit quæcunq; postulauero. Atq; hanc sententiam ordine sermonis Hebraici aliquantulū immutato ex Hebræo quidā sic legi, Diligo dominum quoniam exaudiet vocem deprecationum mearum. Alii verō nihil supplet: & totum hoc, quoniam exaudiet dominus, loco accusatiui accipiunt, dilexi autē accipiūt, pro desiderauit, vel cōcupiui, ad hunc sensum, Dilexi, concupiui, desiderauit, vel gratum habui, quod dominus exaudiet vocem orationis meæ. Quasi dicat, Hoc mihi valde placet, hoc mihi valde optatū, desideratum, & gratum est, quod exaudiet dominus orationem meam. Si verō exaudiet pro exaudiat acciperetur, hanc haberetur sententia: Concupiui quod dominus exaudiat orationē meam: quomodo ad marginē vertit Felix, Desiderauit, vel cōcupiui, quod exaudiat dominus. ¶ Versu tertio, Circūdederunt me dolores mortis, &c. Non videtur cōpleta esse sententiā, nisi in fine versus sequētis, cū dicitur, Et nomē domini inuocauit, & quasi cōditionalis aut tēporalis secundū sententiam videtur esse enuntiatio, ad hunc sensum, Cū circūdedissent me dolores mortis, & pericula inferni me inuenissent, cū tribulationē & dolorē inuenissem, ego nomē tuū inuocaui: ac deinde ponitur inuocādi modus cōueniēs, cū subditur versu. 5. O domine, libera animā meam. ¶ Versu. 5. O domine, libera animā meam, misericors domin⁹, & iustus, & Deus noster miseretur. Aptior videretur esse cōnexio, si principium huius versus cū sine præcedentis iungeretur, ad hunc modum, Et nomen domini inuocauit, o domine libera animā meā: ac deinde diuisim, Misericors dominus & iustus, & Deus noster miseretur cuiusmodi distinctio ē Felix in sua versione sequitur, eadēmq; & in Hebræo & in Chaldæo inuenitur. ¶ Versu. 6. Humiliatus sum, & liberauit me, Humiliatus in Elucidatione interpretatur de humilitate cordis. Nā de ea hic cōuenit facere sermonē, quoniam statim antecessit, Custodiēs paruulos dominus. Alii, Humiliatus sum, exponūt, Afflictus sum, vel tribulatus sum. Quod tamē, si intelligatur nō sola afflictio exterior, sed simul etiā afflictio spiritus, videlicet spiritus cōtribulatus, cōrque cōtritum & humiliatū, penē in idē recidit. Propē enim est dominus iis qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Hieronymus vertit, Attenuatus sum. Felix adiicit, vel pauper factus sum. Quæ vtrunque patiuntur intellectum. ¶ Versu. 8. Quia eripuit animam meam de morte, &c. Mutatur persona de secunda in tertiam. In priore nanque versu animam alloquebatur, dicens, Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi, atque ita consequenter dicendum videretur, Quia eripuit te de morte, oculos à lachrymis, pedes à lapsu. Triplex autem hic enumerat

Psal. 33.

A magnum beneficium, quemadmodum tria opposita pessima sunt. Nam animā nihil tam aduersum quam mors: oculis nihil molestius fletu, & pedibus offensio siue lapsus nocet. Quod autē in sequenti vltimo versu dicitur, Placebo domino, intelligi debet, conabor placere, studebo vt placeā: cui respondet quod in Hebræo dicitur, Ambulabo coram domino in terris viuentium.

CXV. PSALMI ARGVMENTVM.

**P**salms iste apud Hebræos cum præcedenti connectitur: vnumque duo hi psalmum efficiunt. Quāobrem, psalmi præsentis sententiā, rectē cum præcedentis materia potest connecti. Vir itaque iustus, qui ex cōsideratione diuinorum beneficiorum paulo ante seipsum cōuertere studebat ad Dei amorem, spem, atq; cōfidentia, benefico suo domino modis omnibus placere desiderās, atque hoc ipsum proponēs, nunc in processu exercitationis suæ pergens, eoque deuenit, vt propter rectæ fidei confessionem, mortis quoque & persecutionum calicem gaudenti velit animo, in qualemcunq; gratiarum actionem suscipere: ore quoque & opere, nō in occulto modo, verum etiā palam iuxta pia cordis vota, fideliter illi deseruire: quem & suum dominum secundū creationem agnoscit, & à mortis vinculis liberatorem. Hic itaque vir iustus, qui iam Deo suo velle placere proposuit, sciens, quoniam sine fide impossibile est placere Deo, neque tamen cordis fidem sufficere, sed oris etiam confessionem esse necessariam, simul & ad maiora animi promptitudinem ita loquitur in exercitatione sua:

Heb. 11. Rom. 10.

CXV. PSALMI ELUCIDATIO.

**1** Credidi, propter quod locutus sum:

\* ego autem humiliatus sum nimis:

**2** Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

**3** Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?

**4** Calicem salutaris accipiam:

\* & nomen domini inuocabo.

**5** Vota mea domino reddam, coram omni populo eius:

\* preciosa in conspectu domini, mors sanctorum eius.

**6** O domine, quia ego seruus tuus: \* ego seruus tuus, & filius ancille tuæ.

**7** Dirupisti vincula mea: \* tibi sacrificabo hostiā laudis, & nomē domini inuocabo.



**D**ropter fidem rectam qua in te credo, domine Deus, cōstanter quæ sunt veritatis, loqui nō erubui, neque formidauit: ad tui nominis glorificationē, fidei sanctæ confirmationē, & proximorum adificationē atq; corroboracionē, audacter confessus, quod corde credidi. Siquidē vt corde creditur ad iustitiā, ita ore fit cōfessio ad salutem: \* ego autem quæ sunt veritatis fidei cōstanter profitēs, persecutionē & afflictionem grauem inueni, atq; sustinui ab aduersariis veritatis, siue visibilibus, siue inuisibilibus: quæ admodum semper qui piē viuere volunt, & pro veritate zelāt, persecutiones sustinēt. 2 Ego autem in quodā stupore & cōsternatione positus in tātis malis, hoc sensi, & protuli apud me talem sententiā, quod nō sit veritas in hominibus: sed quantū ex sese vani sunt omnes filii hominū atq; mendaces, non est qui ex se diligit veritatem, & pro ea zelet, nō in tāritas in hominibus: sed quantū ex sese vani sunt omnes filii hominū est vīq; ad vnum, nisi à te desuper fuerit edoctus. Atq; idcirco consolabor memetipsum, etiāsi videam bonā partem hominum veritati aduersari, neq; post plurimorū abire volo sententiā, sed tuæ magis fidei vnctio, atq; doctrinā tuā illuminationi inherere. 3 Dic verō mihi, o anima mea, si quid habes quod domino Deo tuo possis offerre, ad qualemcunq; retributionem, siue gratiarum actionem, pro vniuersis maximis illis corporalibus atq; spiritualib⁹ beneficiis, quæ prior ipse mihi donauit immerito. 4 Sanē dignā retributionem, aut plenam compensationem minime inuenio, veruntamen ad qualemcunq; gratiarum actionem, ecce calicem amaritudinum atq; passionum, quem prior bibisti, domine, pro tuo amore acceptare atque bibere paratus sum: propter veritatis confessionē, etiam mortis amaritudinem libētī animo suscepturus: \* Idq; faciā cum aperta confessione & inuocatione nominis tui: cuius gratia & saluberrimū est, & omnino gloriosissimum, passiones atq; etiam mortē tolerare. 5 Cordis mei deuotionem ac pium propositum, & sancta pro tuo amore cōcepta frequenter desideria, ego perloquar, orēque & opere demonstrabo atq; perficiā, vbicunq; se obtulerit opportunitas: non in occulto solum, quasi de tuis erubescēs operibus, sed palam in conspectu fidelium tuorum ad tui nominis gloriā, & proximorum meorum adificationem: \* neque mihi formidādum est, mori pro tuo nomine: quoniam gloriosa mors est & magni precii, optimaq; remunerationis, ante oculos patris tui, eorum qui pro tuo nomine & amore occumbunt: quemadmodum contrario, mors peccatorum pessima est. 6 Eia obsecro, mi amabilis domine, quidni pro te moriar? quidni te ego & ore & opere confitear? cum sis tu meus verus ac solus, secundū corpus & animam, dominus, & ego tuum mācipium seruissimū: \* neq; solū ego, sed & mater quæ me genuit, serua item est tibi: atq; item pater, & auus, & progenitores mei vniuersi, serui tui erant, & tu es omnīū dominus. 7 Insuper vincula & obligationes mortis atque damnationis eterne, seruitutis diabolica, & tyrannidis peccati, tu per tuam misericordiam potēter dissolui, atque tulisti ab anima mea: \* atq; ob hoc, pro sacrificio tibi

Rom. 10. 2. Tim. 3.

Psal. 61.

Psal. 33.



8 *Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius: \* in atriis domus domini, in medio tui Hierusalem.*

offerre volo, quod tibi noui super omnia placitissimum, nepe laudem & gratiarum actionem pro acceptis beneficiis, simul ex corde fidelitatis nominis quoque imploratio auxilium, in omnibus periculis meis atque necessitatibus. Huiusmodi enim sacrificio a nobis tu vis honorari, magis quam hircorum aut vitulorum sanguine. 8 Insuper pia affectus mei frequenter concepta desideria, vbi cumq; occasione nasci fuero, tam ore quam opere palam curabo exhibere coram seruis tuis: \* nunc quidem in latitudine ista, atque in propatulo militantis huius ecclesiae: ac deinde plenè perfectèq; in medio beatissimae illius ciuitatis triumphantis Hierusalem, in medio sanctorum tuorum, qui te sine fine & termino laudant in saecula saeculorum. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXV.

**V**ersu primo, Credidi, propter quod loquutus sum. Hic credidi, ita exponendum est, quomodo in principio psalmi praecedens dilexi, vt sit sensus, Fide habeo firmatam, & fide certus factus sum, de bonitate scilicet & veritate Dei. Citat autè hunc locum Paulus Apostolus in epistola. 2. ad Corinth. Cum ita ait, Habètes autem eundè spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi propter quod loquutus sum, & nos credimus, propter quod & loquimur. Huius etià consonat quod ad Rom. scribit cap. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. In eo autè quod sequitur, Ego autem humiliatus sum nimis, humiliatus videtur accipiendum pro afflictio, vt significetur persecutionis afflictio, quae solet fidelibus accidere. Maximè autè hic psalmus cõuenit exercitati martyrum eorum qui se ad passiones, aut etià mortis martyrium pro veritate aut iustitia, ex fide & deuotione erga Deum voluerint exercitare: propter quod etiam ex institutione ecclesiastica hic psalmus in martyrum festis peculiariter canitur, itèq; in festis apostolorum, quandoquidè ipsi vel primi sunt inter martyres. ¶ Versu. 2. Ego dixi in excessu meo. Excessus iste potest accipi p quodam stupore & pauore, quo subito corripitur homo, ex omni parte sibi vidè immineere persecutionem. Vnde fit, vt in quandà admiratione magnam adducat, & velut in quendà stuporem, pra admiratione Cui fauet quod Hieronymus vertit, Ego autè dixi in stupore meo, omnis homo mēdaciū. Et Felix, In praecipitatione mea, vel in festinatione mea. Quidam Hebraei intelligunt, cū praiceps fugerè, vel fugiendo festinare, interpretates de persona David: quod cum festinanter fugeret a facie Saulis, proditus ab iis, a quibus non sperabat, dixerit hanc sententia, Omnis homo mendax, volēs nemini tutò fidendum, nusquā esse (quod dici solet) tutam fidem in hominibus. Potest tamen excessus iste, siue ista ectasis accipi pro raptu mētis, vt significetur, tanta afflictione pro veritate humiliatum, in mentis eleuatione positum, ac diuinæ illuminationis radio peculiariter illustratū, hoc considerasse, quòd sit omnis homo ex sese vanus ac mendax: in quam ectasim, & singularem mentis eleuationem solet Deus suos electos in grauibus malis positos adducere, vt eos cõsoletur, atque cõfirmet in aduersitatibus. Quod autè hic dicitur, Omnis homo mendax, non peculiariter intelligendum videtur de mendacio falsitatis, quod ab ore greditur, verum generalius de mendacio vnitatis, quod est in omni vita & cõuersatione hominis. Est enim homo sicut ad omnem falsitatem, ita ad omnem prauitatem ex vitiatæ naturæ miseria pronus, ab adolescentia: ex qua etiam radice procedit, vt certæ veritati paucissimi adhaereant: cõtra verò haresibus, erroribus, & impietatibus, q plurimi virtutem item, & quæ virtutis sunt, perquam paucissimi sectentur, malitiam penè omnes. ¶ Versu. 3. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Retribuere nō eodem modo, priore loco atque posteriori accipitur. Nam priori loco proprie accipitur, pro reddere, quomodo ratione cõpositionis verbum illud sonat, quasi iterum dare, siue reddere: hoc est, pro prius dato dare. In posteriori verò improprie accipitur retribuere, non pro reddere, sed vt valeat, simpliciter dare. Retribuere nāque proprie sumptum, praesupponit donationem priorem eius cui fit retributio, ac proinde Deus nihil homini retribuit, quoniam prior illi homo donare non potest, quemadmodum apud Paulum dicitur, Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Resumit autè in hoc versu animum fidelis, qui in priore versu se dixit in quendā stuporem fuisse adductum, vt iam se confortans aduersum omnia mala, sibi suadeat nihil metuere, sed magis in suis passionibus aliquam Deo retributione & gratiarum actione, pro beneficiis acceptis, inquirere: debetq; in interrogatio ista dirigi, vel ad semetipsum, vel ad suam ipsius animā. Sonat autè, quid retribuā, ac si dicas, Quidnā possim retribuere? est ne aliquid in quo possim qualècunq; facere retributione domino, &c. ¶ Versu. 4. Calicem salutaris accipiam. Calicem illum intelligimus, de quo saluator ipse ait in euangelio, Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Et iterum, Si fieri potest, transeat à me calix iste. Ac rursum, Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibā illum? Hunc calicem prior accepit, & prior bibit, imò ad faeces vsque exhaust, nostri causa, noster dominus, quando pro nobis factus est obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Et nos eundem hunc calicem accipimus, quādo tali nos obedientia Deo subiicimus, & sic in medullatum holocaustum Deo offerimus, vt de eius manu parati sumus suscipere, quicquid tandem illi placitum fuerit nobis immittere, pro eius amore quælibet sustinere aduersa, ferre etiam quantumuis graua, etiam vsque ad mortis discrimina, atque adeo ipsam etiam mortem, quantumuis probrosam, quantumuis humano iudicio miseram. Nec est in quo magis congruè Deo nostro beneficentissimo possimus referre gratiam, si tamen vel hoc referre gratiam dici potest, & non magis persolvere debitum. Est autem differētia, inter calicem accipe-

Gene. 6. & 8. Rom. 11.

Matt. 20. Matt. 26. Ioan. 18. Philip. 2.

**A**re, & calicè bibere. Omnes enim fideles Dei seruos, iustum est hunc calicem accipere, siue leuare: hoc est, dignum est vt quilibet Christianus talem animum offerat domino suo, prius sui causa passio, qui sit ad quælibet pro ipsius nomine perferenda paratus. Non omnibus autem datur martyrii gloria coronari, sed quibus hoc ita conceditur ex Dei munere. Nam cõplures sanctorum patrum legimus vehementer sitiuisse, vt hunc aliquando calicem biberēt: & sumebant quidè illum quotidie in manibus, vt biberent, dum per quotidianas orationes suum spiritum Domino ad omnia offererēt paratissimū: quibus tamen non est concessum aliquādo, vt eum biberent, martyrii gloriam cõsequi non potuerunt, sed in pace dormierunt, sic volente domino. Et licet penè omnibus fidelibus calix iste gustari permittatur, non sic tamè omnibus conceditur illum ebibere. Vix enim reperitur, qui pie volunt viuere in Christo, quin aliquam sustineant persecutionem. Non omnibus tamen vsq; ad sanguinem datur resistere, quæadmodum iuis Hebræis iam bonorum direptionem falsis ait Apostolus, Nondum vsque ad sanguinem restitistis. Nouit enim Deus infirmos esse quosdam, qui licet sint robusti satis vt gustent, non tamen sufficientes sunt vt ebibant illum amarum calicem: qui tam est amarus carni, vt secūdam eam partem ipse etiam Saluator, omnium atletarum robustissimus, ab eo abhorret, cū in illa grauissima lucta patri diceret, Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Atq; idcirco consulens Deus plurimorum infirmitatis, non omnibus præcipit calicem ebibere. Omnes tamen vult illum accipere, dum ad turbas vniuersas exclamans, ait, Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, nō potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Calix autem iste, calix salutaris, vel salutis, vel saluationis appellatur. Christo quidè quoniam (vt ipsemet post resurrectionem hæsitatibus ait discipulis) sic oportebat Christum pati, & ita intrare in gloriam patris. Nobis verò, quoniam (vt ipse ait Apostolus) per varias tribulationes nos oportet introire in regnum Dei. Quod autem in sancto Missæ sacrificio accipientes sacerdotes bibendum sacrum calicem, hos versus proferant, dicentes, Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi: ac deinde, Calicem salutaris accipiam, & nomē domini inuocabo: hoc non cogit de sacro isto calice nos intelligere præsentem Psalmum. Nam id Ecclesiastico vsui frequens est, verbis illis quæ in scripturis inueniuntur, pro deuotione fidelium in sensum aliquem pium vti, qui tamen non est ex præcipua intentione loci vnde verba illa sunt desumpta. ¶ Versu quinto, Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Quidam intelligunt mortem sanctorum esse preciosam in conspectu Domini, eo quòd non facile Deus suos permittit venire in mortem, secundum desideria impiorum, sed multa diligentia eos protegit, & in vita sua protectione custodit, donec ipsi fuerit placitum. Nos verò ideo preciosam dicimus, quia magni valde precii est apud Deū, vt pro ea sanctis reddat magnificam retributionem vitæ æternæ. Omnino enim preciosa sit in oculis Domini mors illa necesse est, quam ipse tanta retributione coronat. Contra verò in Psalmo. 33. de reproborum morte scribitur, Mors peccatorum pessima. In sequenti autè versu, pro ò domine, in Hebræo est anah, quod sonat obsecro. Est enim sermo blandientis, Obsecro Domine, quia ego seruus tuus, &c. De eo autem quod hic dicitur, Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ, diximus in annotationibus Psalms. 85, in versum illum, Saluum fac filium ancillæ tuæ.


2. Tim. 3. Heb. 11. Matt. 26. Lucæ. 14. Lucæ. 24. Actu. 14. Psal. 33. Psal. 85.

CXVI. PSALMI ARGUMENTVM.

**I**lluminatus spiritu Propheta, de gentium ad fidem vocatione, deque misericordiae patribus Iudæorum promissa in gentes dilatatione & communicatione, eosdem in spiritu alacriter exhortatur ad laudem domini, qui misericordiae huius facere ipsos dignatus est participes per gratiam suam, & veritatem promissionum suarum ipsis æque atque Iudæis dignanter constabiliuit. Atque in hunc sensum beatissimus Apostolus Paulus, capite decimoquarto Epistolæ ad Romanos, priorem psalmi huius versum adducit.

CXVI. PSALMI ELUCIDATIO.

**D**i Laudate dominum omnes gentes: \* laudate eum omnes populi. 2 Quoniam cõfirmata est super nos misericordia eius: \* & veritas domini manet in æternum.



Vos omnes gentium nationes, quæ olim lōgè eratis à Deo, idolis atque dæmoniis seruientes, Deūque verum ignorantes, nunc laudem date & gloriam Deo Domino, in quæ apostolica edocui prædicatione credidistis: \* Neq; solus de cætero Iudæorum populus Deum laudet, verum absq; discretionem omnes populorum nationes, vbiuis terrarum constitutæ, pariter collaudate dominum Deum. 2 Iam enim in tempore isto gratia, nobis omnibus credentibus impleta est, & opere exhibita misericordia, patribus olim promissa, hoc est, generis humani per Christum redemptio: estq; misericordia domini (à qua olim longe eramus, quando eramus natura filii iræ) iam super nos credentes corroborata atque stabilita, ita vt nunquā auferri possit à nobis credentibus in eum: \* & veritas promissionum eius non fallat nos in sempiternum, sed quæ promissit infallibili veritate custodiet credentibus: quæ sane duplex ratio, maxime cõditi cunctis credentibus debet esse materia.

Ephes. 2.



**P**salms hic magna exultatione totus penè tripudiat, liberationem diuinam à maximis fortium aduersariorū periculis, cū liberatoris laude & gratiarū actione proponens. Potestque commodius accipi, vt vox sit totius Ecclesie, sua pericula & exaduerso miraculosam liberationē enarrans, aut etiā viri cuiuslibet iusti: qui primū sibi peculiariter exhibita enarrat beneficia, deinde ad cōmunem per Christum factam salutē transit, cū de angulari lapide canit, reprobato, sed facto in anguli caput. Ab eo enim loco manifestū est, ad cōmunem salutem & cōmunia Ecclesie impē sabeneficia, debere omnia referri. Est autem in hoc Psalmo peculiariter aduertendum, fieri aliquoties loquētis personæ mutationē. Cū enim ab initio loqui cœperit, siue Ecclesia, siue iustus qui- libet, suā liberationem proponēs, versu tamē. 19. Aperite mihi portas iustitiæ, videtur sermo esse populariū atq; inferiorū, sibi portas ad Deū per eos qui clauem habent aperiri poscentium: & qui est in ordine. 25. Benediximus vobis de domo Domini, peculiariter maioribus videtur & in Ecclesia præpositis, cōpetere: quorum est iis quibus præpositi sunt spiritualiter benedicere. Quemadmodum in sequenti Psalmo huius Elucidatione euadet manifestum.

CXVII. PSALMI ELVCIDATIO.

- 1 *Confitemini domino quoniam bonus: quonia in seculum misericordia eius.*
- 2 *Dicat nunc Israel, quoniam bonus, quonia in seculum misericordia eius.*
- 3 *Dicat nunc domus Aarō, quonia in seculum misericordia eius.*
- 4 *Dicat nūc qui timēt dominū, quonia in seculum misericordia eius.*
- 5 *De tribulatione inuocauit dominum: & exaudiuit me in latitudine dominus.*
- 6 *Dominus mihi adiutor, nō timebo quid faciat mihi homo.*
- 7 *Dominus mihi adiutor, & ego despiciam omnes inimicos meos.*
- 8 *Bonum est confidere in domino, quā confidere in homine.*
- 9 *Bonum est sperare in domino, quā sperare in principibus.*
- 10 *Omnes gentes circūierunt me: & in nomine domini, quia vltus sum in eos.*



**A**te confessionem & laudem domino quicunq; percepistis beneficia eius, serui fideles, eaq; in vobis experti estis confidentes, & super omnia immensam bonitatē eius: \* quōd; misericordia eius erga nos sit permanens in sempiternum, neq; vnquam deficiet. 2 Narret ista, confiteatur & prædicet omnis popul⁹ Israeliticus, quōd bonus sit ipse, & quōd sit in sempiternum permanens super nos misericordia eius. 3 Peculiariter verò id cōfiteatur & prædicet familia Aaronica, quæ sacerdotii privilegio singulariter domino est sanctificata, vt diuinis iugiter vacet laudibus atq; sacrificiis. 4 Denique, sine exceptione omnes serui domini, qui colitis atque diligitis dominum, confiteamini atque narrate quōd ipse sit solus verē essentialiter atque perfecte bonus, imō ipsa infinita perfectaque bonitas, quōd in sempiternum sit permanens, neque finem aliquando habitura misericordia eius. Qui enim nunc domino Deo seruiunt, eius in se misericordiam ac bonitatem experientur in aeternum. 5 Loquar ego sane, ad gloriam illius, quæ in memetipso expertus perueni. Cōstitutus in graui afflictione, siue corporis siue spiritus, ex corde sincero clamaui ad dominum: \* ipse clamantem me exaudiuit, de quæ angustia & tribulatione liberatum saluauit, & in libertatem cordis latitudinem eduxit. 6 Ecce dominum ego elegi meum protectorem, adiutorem, atque defensorem, cuius auxilio filius, nullam humanā potentiam, imō nullam omnino creatam virtutem atque potestatem pertimesco: cuius etiam auxilio filius, pro nihilo pendo aduersariorum meorum omnium tam visibilibus, quā inuisibilibus potentiam siue insulsum. 7 Dominum Deum meum habeo fortissimum fidelissimumque auxiliatorem, cuius fiduciæ innixus, nihili faciam omnē potentiam, ferociam atq; insaniam inimicorum meorum, ita vt propter impetum persecutionis eorum nequaquam vltra velim anxie cōturbari, aut deiici timore, quemadmodum ii faciunt, qui Dominum non ponunt adiutorem suum, quos leuis quilibet rumusculus grauius statim conturbat. 8 Præstantius longè est & vtilius, atque consultius, H spem omnem atq; confidentiam in domino Deo cōstituerē, q̄ in vllō hominum, quantumuis potente, sapiente, aut glorioso. 9 Melius itē est, spem ponere in domino, q̄ in seculi principib⁹, id est, viris eximis & quomodolibet iuxta seculum præcellentibus, siue potentia, siue sapientia, siue, auctoritate, alijsve similibus modis. Siquidem non est alius æque atq; Deus ad saluandum potens, neque alius est æque verax, cui sic tuto fidi posset: neque est alius æque bonus, & ad exauditionem semper paratus. Dæmōnes enim, nunquam nihil nisi fallere intendunt & perdere. Homines verò saluare non sufficiunt, neque etiam in iis ad quæ sufficiunt, parati semper poscentibus existunt: nonnunquam etiā quod promiserunt, propter infidelitatē, negligētēs: quæ omnia à Deo quā longissime absunt. 10 Ex omni parte me circūierunt peruersi atque maligni, & dæmōnes, & homines infideles, variis me oppugnationibus laborātes opprimere, & iustitiam mihi auferre, diuersis modis atque consiliis me aggressi, nunc hac via, nunc alia: \* sed benedictus sit dominus adiutor meus, quoniam triumphare me fecit super eos, & contra eos ex diuina protectione præualui, eosque ita deiici &

- A 11 *Circūdantes circūdederūt me: & in nomine domini, quia vltus sum in eos.*
- 12 *Circūdederūt me sicut apes: & exarserūt sicut ignis in spinis: & in nomine domini, quia vltus sum in eos.*
- 13 *Impulsus euersus sum, vt caderem: & dominus suscepit me.*
- 14 *Fortitudo mea, & laus mea dominus: & factus est mihi in salutem.*
- 15 *Vox exultationis & salutis, in tabernaculis iustorum.*
- 16 *Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.*
- 17 *Nō moriar, sed viuā: & narrabo opera domini.*
- 18 *Castigans castigauit me dominus: & morti non tradidit me.*
- 19 *Aperite mihi portas iustitiæ: & ingressus in eas cōfitebor domino: hæc porta domini, iusti intrabunt in eam.*
- 20 *Cōfitebor tibi quoniam exaudiisti me & factus es mihi in salutē.*
- 21 *Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli.*
- 22 *A domino factum*

superavi. 11 Circūdantes, in magna multitudine & temporis longitudine obsederunt me, si quo modo vel numero vincerēt, vel tēdio pugna fatigaret: \* & benedictum sit nomen domini, ad cuius inuocationē superavi malitiā inimicorum meorum, neq; præualuerūt mihi. 12 Cum fremitu magno & stridore, præ iracundia, velut stridentes apes volitauerunt circum animam meam: \* & ira atque furore exarserūt, cum magno stridore atq; crepitu, quomodo solet stridere ignis spinas adurens: \* sed benedictum sit atque laudatum nomen excelsum Domini, ad cuius inuocationē non præualuerunt mihi. Imō quē admodum non perdurat ignis ille in spinis crepitans, ita horum furor exardescens, diuina protectione, facile & cito extinctus est: neque circūuolantes illas licet furibundas apes, diuina protectio permittit aculeis peccatorum ledere animam meam: sed visitatione spirit⁹ sui, quasi flagello, quanto cyus abegit eas. 13 Si quando animum vehementia aut diurnitas, aut multitudo tētationum atq; persecutionum impellere videbatur, & quōdammodo à stabilitate euertere ad casum, ita vt aliquo modo acquiescere inciperet voluntas prauis impulsibus: \* mox aderat dominus, supponens manum suam, atq; ita me collapsurum, alioqui sustentans, ne laberer: protexitq; me, ne nocentium paterer ab hostibus. 14 Ob hoc confiteor, quōd Dominus ipse sit fortitudo & virtus mea, in quo possum quicquid possum, & sine quo nec minimum aliquid valeo: & ipse est laus mea, id est, quæ laudare atq; prædicare volo semper & debeo: \* Ipse enim se mihi exhibuit, præstititq; saluatorem animæ meæ. 15 Pro communi verò & vniuersali generis humani liberatione, resonet, audiatūque vox gaudii, vox cantici & tripudii, de salute per Dei filium communiter omnibus perfecta & oblata, in domibus & Ecclesiis fidelium: vt quibus vna est salus, eademq; salutis vtilitas, cōmunis sit etiam exultationis lætitia. 16 Gaudii verò nostri in ista hæc est ratio, quoniam diuinā potentia per Christum brachium suum potenter admodum atque valide egit, magnaq; potentia & virtutis opera exhibuit, pro nostra operanda salute: \* omnipotens brachium Domini, à portis mortis nos exaltauit in vitam, à damnatione ad salutem: \* brachium (inquam) omnipotentis Domini, non infirma manus nostra, pro nostra salute fortiter egit. 17 Redempti verò semel ita de morte, per Christi potentiam, absit, vt iterum cadamus in mortis captiuitatem, qui in Christum credimus: sed vita fidei viuemus, inq; ea persistere volumus: \* cōfidentes semper atque prædicantes mirabilia opera Domini, quæ nostri gratia dignanter exhibuit. 18 Atque etiam si permittat nonnūquam dominus ad tempus nos tentationibus vexari, aut persecutionibus sine corporalibus siue spiritualibus affligi, hoc agit, vt nos quasi per disciplinam erudiat atque castiget: \* non autem vt mortū nos tradat iterum, à qua semel nos sua morte ipse liberauit. 19 V O X M I N O R V M in ecclesia, Aperite nobis, populo Domini, o sancti Apostoli atque doctores, qui clauem à Deo accepistis scientiæ salutis: Rom. 5. ris, aperite nobis portas iustitiæ, id est, fidei rectitudinem nobis prædicare, & Euangelium veritatem nobis facite manifestam, vt per eam ad iustitiam fidei (quæ coram Deo iustitia vera est) introire, ac verē iustificari ante Deum valeamus: \* & cum in has portas introducti fuerimus, inque fidei rectitudine benè instructi, tunc confessionē veritatis persoluemus Domino, tunc illi de corde fidei gratas laudes personabimus: \* siquidem fidei rectitudo, ipsa est porta, initium atque introitus, per quem accessum habemus ad Deum: & quotquot verē ante Deum iusti sunt, per hæc debent ad illum introire. 20 Cōfiteri volumus tibi nos fideles tui, qui tuæ saluationis beneficia persensimus, quōd exaudieris nos inuocantes, sisque nobis factus redemptor atque saluator. 21 Christus Dei filius in carne veniens à Synagoga principibus, scribis atque senioribus (qui Synagoga adificare debuerant) quasi peccator homo populique subuolens & seductor reputatus, condemnatus atque interfectus, diuina tamen ordinatione & patris sui operatione factus est in adificatione nouæ Ecclesie lapis summangularis, summitatem anguli continens, id est, duos parietes ad hoc adificium simul concurrentes, nempe populum Iudaicū & populum gentium, simul coaptans, & pariter continens, in vno adificio. 22 Est autem opus istud communis vtriusque populi salua-

Psal. 3.

Ioan. 5.

Rom. 5.

Luca. 23.

Matt. 27.

Ioan. 7.

est istud: \* Et est mirabile in oculis nostris.

23 Hæc est dies quã fecit dominus: exultemus & lætemur in ea.

24 O domine saluum fac ò domine bene prosperare: \* benedictus qui venit in nomine domini.

1. Tim. 3. 25 Benediximus vobis de domo domini:

1. Cor. 3. \* Deus dominus: \* illuxit nobis.

26 Constituite diem solemnem in còdenfis, vsque ad cornu altaris.

27 Deus meus es tu, & confitebor tibi, Deus meus es tu, exaltatore.

28 Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.

29 Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

tionis, ex diuina bonitatis dispensatione atque ordinatione perfectum, vt Indæorum principibus Christum reprobantibus, gentium populus ad fidei vocationem, & Ecclesiæ nouæ adificationem congregaretur: sicque non Iudæis solis, sed & gentibus salus fieret: \* & est opus istud diuinæ dispensationis verè mirandum in còsideratione mentis, omni vtique attentione & còsideratione dignissimum. 23 In hoc igitur tempore gratiæ, quo nobis ex gentibus conuersis sol iustitiæ, depulsis errorum paternorum tenebris, illuxit, salutemque operari dignatus est, exultemus in gaudio spiritus, & lætemur in domino: quoniam hunc diem salutis, hoc gratiæ tēpus, peculiariter nobis ad gaudium & lætitiā fecit atque sanctificauit altissimus. 24 Eia obsecro Domine, sic tu nostram operare salutem, eia obsecro dulcis domine, sic nobis fac nunc prospere cedere istam quam tu es operatus salutem, vt per fidem rectam & conuersationem dignam, eius efficiamur participes: \* sit benedictus Dei filius Christus dominus, sit laudatus laude sempiterna, qui ad nos venit carne indutus, à Deo patre missus, ad humani generis operandam in carne salutem. 25 VOX MAIORVM F. in Ecclesiā. Nos Apostoli, sacerdotes, pontifices atque doctores, quos sibi vicarios ad Euangelicam prædicationem & salutarem sacramentorum administrationem saluat or dereliquit, quosque suæ domus dispensatores constituit, vobis minoribus (qui aperiri vobis paulo ante peccatis iustitiæ portas) bona peccati sumus, de diuitiis Ecclesiæ sanctæ, quæ est domus Dei: & per sacræ catholicæ doctrinæ sacramentorumque legis Euangelicæ (quæ sunt diuitiæ domus Dei) fidelem dispensationem, spiritualibus vos beneficiis atque benedictionibus, quantum ex nostro potuimus ministerio, impleuimus. \* Imò verò Deus dominus, ipse per nostrum ministerium benedixit vobis: cuius nos tantum ministri sumus, adiutores & cooperatores infirmi: \* & ipse nobis apparuit carne visibilis, nõsque per suam doctrinam & spiritus donationem illuminauit, deique necessariis omnibus sufficienter edocuit. 26 In testimonium autem lætitiæ & spiritualis gaudii, pro exhibita per Christum angularem lapidem salute, celebrabitis per singula annorum curricula solennes atque festiuos aliquot dies, quibus exhibita rememoremini beneficiorum, cõsque celebretis in magnis turmarum aduentantium cõfrequentationibus, ad solennitatem confluentibus, quomodo in maximis solet celebritatibus fieri: ita vt ad omnia vsque altaris (in quo offertur solenne sacrificium) plena sint cornua turmarum ad festiuitatē cõfluentibus. \* Atque etiam in condensis arborum siue ramorum, vsque ad altaris cornua, ramis atque arboribus, in lætitiæ protestatione & solennitatis ornatu, ritè dispositis, quæ admodum in gaudiosis solet solennitatibus obseruari. 27 Ecce tu es Deus noster omniumque fidelium, in quæ credimus, quem solum adoramus & colimus: & idcirco te laudabimus, te celebrabimus: tu (inquam) Deus noster es, & nos te magnificabimus. 28 Celebrabo te Domine, & collaudabo donec viuam, eo quod exaudieris me, sisque mihi, atque adeo vniverso hominum generi, factus saluator. 29 Confitentes Domino dicite, quod ipse sit bonus, quod sempiterna sit permanens super electos eius misericordia. Bonitas siquidem immensa Dei, & indeficiens eius misericordia, fidelibus copiosissima & paratissima sunt materia laudis. H

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXVII.

Versu. 1. Confitemini Domino, quoniam bonus, Particula quoniam, accipi potest in hoc versu causaliter, vt sit sensus, Date confessionem & laudem domino, quoniam ipse est bonus. In sequenti tamen versu, cum dicitur, Dicat nunc Israel quoniam bonus, quoniam, non accipi potest causaliter, sed tantum propter cõtinuatina particula, vt sit sensus, Israel hoc dicat, quod Deus bonus sit, & quod perdurabit in seculum misericordia eius. Propter quod, videtur conuenientius, vt hoc modo etiam in primo versu ista particula accipiatur. Illud autem nunc, quod in secundo & tertio versibus ponitur, Dicat nunc Israel, dicant nunc qui timent dominum, quauis potest accipi in significatione temporis, vt indicet tempus gratiæ, sitque sensus, Dicat in hoc tempore gratiæ, in hac die salutis, &c. melius tamè accipitur vt nullum tēpus importet, sed tantum sit per modum exhortationis adiunctum. Ita enim solemus exhortates dicere, Age, nunc virum te præbe. Videamus iam quid hac in re valeas. Vel per modum blanditiis, vt nunc pro obsecro sit positum, in hunc sensum, Dicat obsecro Israel, dicat quanto timetis Dominum, &c. ¶ Versu. 5. Exaudiuit me in latitudine Dominus. Sicut is qui in afflictione est positus, dicitur in angustia esse vel in angustia (sunt enim tribulatio & angustia cõnexa ad-

A inuicem) ita per cõtrarium is qui à tribulationibus liber agit, rectè dicitur esse in latitudine, vel ambulare in latitudine: & qui de tribulatione accipit requiem, rectè dicitur ab angustia educi in latitudine. Secundum quam significationem in alio Psalmo dicitur, Eduxit me in latitudinem, saluum me fecit, Psal. 17. quoniam voluit me. Secundum idem potest etiam intelligi quod dicitur Psalmo. 118. Et ambulabam Psal. 118. in latitudine, quia madata tua exquisiui. Item & in Psalmo quarto quod dicitur, In tribulatione dilatasti mihi, exponi potest, in tribulatione dedisti mihi latitudinem: hoc est, de angustia inuocatus liberaasti. Secundum eundem ergo modum, & hic dicitur de tribulatione inuocatus, in latitudine exaudisse inuocantem, quoniam exaudiendo ipsum inuocantem, de angustia ereptum, cõstituit in latitudine, atque exaudiendo dedit inuocanti latitudinem. Alii tamè in latitudine exaudire, intelligunt, multa & ampla benignitate exaudire. ¶ Versu. 6. & 7. Non timebo quid faciat mihi homo. Et ego despiciam inimicos meos. Intelligi, non timebo timore deiciente aut conturbante, non autem omnino nõ timebo, aut penitus despiciam. Donec enim agimus in hac corporis vita (quæ secundum beatum Iob, non nisi militia est vel tentatio) semper res salutaris & necessaria nobis est timor. Beatus enim Iob. 7. homo qui semper se pauidus. Et qui sine timore est, nõ poterit iustificari. Neque poterit homo prorsus ita despiciere inimicos, vt negligenter agat, vt non innigilet super custodiam, sed quasi securus Eccle. 1. dormiat in vtranque aurem. Sic enim absque timore esse in hoc mundo, vbi aduersarius diabolus tamquam leo rugiens circum, quærens quem deuoret: sic inimicos despiciere, cum adhuc sis nocenti i. Petri. 5. capax, nec omnino de finali victoria securus, res est maximi periculi. Nihil enim periculosius, quam si inimicum sic cõtemnas, sic negligas, sic vilipendas, vt sollicitus non sis ab illo tibi canere. Vt enim hostis vel prepotens, si caueris, difficile tibi nocere valebit: ita neglectus vel minimus & impotētissimus, facile magnum tibi malum adferet. ¶ Versu. 8. & 9. Bonum est confidere in Domino, quàm cõfidere in homine. Positius hoc in loco pro cõparatiuo positus videtur, bonum pro melius. Est enim sensus, Melius est cõfidere in Domino, quàm in homine. Sic & Paulus Apostolus, Volo quinq; verba i. Cor. 14 in sensu meo proferre, quàm decem milia verborum in lingua, id est, malo vel magis volo, &c. Sic & in Euangelis dicitur, Bonum est tibi debilem aut claudum in vitam intrare, quàm duas manus, aut Matt. 18. duos pedes habentem, mitti in gehennam, & alia huiusmodi, id est, magis bonum. Caterum, quod ad sententiæ veritatem attinet, quare cõfidere in Domino præstat & in eo sperare, quàm in homine cõfidere, aut sperare in principibus, in manifesto est ratio: quoniam (vt in alio Psalmo dicitur) non Psal. 145. est salus in filiis hominum. Domini vero est salus, & super populum eius (id est, credentes & fidentes Psal. 3. ei) est benedictio ipsius. ¶ Versu decimo, vndecimo, duodecimo, Et in nomine Domini, quia vltus sum in eos. Nos in Elucidatione istud, in nomine domini, accipimus vt positum loco, benedictus Deus, vel benedictum sit nomen domini. Psalterium autem Romanum absque dictione quia, sic legit, Et in nomine domini vltus sum in eos, quomodo etiam habet Græca lectio. Atque hæc lectio sic potest exponi, In fiducia nominis domini, vel in virtute nominis domini, vltus sum in aduersarios meos. In Hebræo tamè iuxta modum nostræ lectionis interponitur quia, vel quoniam. Vnde Felix ex Hebræo sic vertit, In nomine domini, quoniam perimam illas, scilicet gentes. Aliqui putant subintelligendum verbum, ad complendum sententiā, hoc pacto, Et in nomine domini confido, quoniam perimam illos. Vnde Paraphrasis Chaldaica quibusdam additis, sic perficit sententiā, In nomine verbi Dei confisus sum, id est abscindam vel perimam illas. Alii intelligunt verbum dicebam, vel dixi, ad hunc sensum, Omnes gentes circueuerunt me, & (dicebam) in nomine domini, quia vltus sum in eos, vbi in nomine domini, idem valere videtur, quod supra diximus, videlicet benedictum nomen domini. ¶ Versu decimo sexto, Dextera domini fecit virtutem, &c. Poterit hic versus cõtinuari cum præcedenti, ita vt hic versus ipsa sit vox exultationis & salutis, quæ resonat in tabernaculis iustorum, ad hunc sensum, Vox exultationis & salutis resonat in tabernaculis iustorum, canticum iucunditatis de salute allata, quæ quidem vox, siue quod canticum, istud est quod proxime subsequitur, Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me, dextera domini fecit virtutem. Hæc enim vox, vtique vox exultationis est, quoniam digna quæ summa exultatione canatur à fidelibus, item & vox salutis: quoniam illam præclaram canit salutem, à qua Iesus, id est, saluator, appellatus est is qui ad I. Ioan. 3. hoc natus est, vt opera diaboli aduersarii nostri dissolueret, ipsum verò suum populum saluum faceret. Matt. 1. Dret à peccatis eorum. Potest etiā hic versus diuisim à præcedenti legi, vt causam indicet eius quod in priori significatur, & exultationis exprimat materiā, de qua i versu præcedenti sit sermo. Causa enim quare in tabernaculis iustorum debeat resonare vox exultationis & salutis, ex eo est, quia dextera domini fecit virtutem, &c. Atque ita nos in Elucidatione duos hos versus coniunximus. Caterum, per dexteram domini, vel generaliter intelligi potest, siue robur Diuinitatis, per quam genus humanum fortiter & valenter saluatum est, vel etiam singulariter ipsam filii personam: quoniam nõ est scripturis infrequens, per Dei dexteram siue brachium, filium significari, eo quod per filium omnia faciat pater, quomodo homo per suam dexteram operatur opera quæ voluerit, quomodo in principio sui Euangelii Ioannes ait, Omnia per ipsum facta sunt, Et licet ab opere redemptoris humana nulla triu personarum abfuerit. (Tota enim trinitas opus illud est operata) peculiariter tamè filio dicere possumus, Ioan. 1. quod ipse vt dextera patris, fecerit virtutem, quodque nos exaltauit: quoniam ad hoc ipse peculiari modo missus fuit, vt in assumpta fragili humanitate opus illud perficeret, iterum nota, quod facere virtutem, iuxta modum scripturæ, positum est, pro fortiter agere: quæ admodum facere bonitatem, frequenter in scriptura vsurpatur, p facere bene, vt in alio Psalmo, Spera in domino, & fac bonitatem. Et ite. Psal. 118. xii, Bonitas fecisti cum seruo tuo, Sic facere iustitiam pro facere iuste, vt Psalmo. 14. Qui operatur iu-



**Psalm. 118.** fittiam. Et iterum. Feci iudicium & iustitiam. Repetito autem illa quæ in hoc versu canitur, admodum festina est, & magnifici gaudii iucundum exprimit affectum. ¶ Versu vigesimo primo, Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. Narratur vulgò, istud secundum historiã cõtingisse in adificatione tẽpli Salomonis, vt lapis quidã prius ad omnia estimatus inutilis, tandem ad consummationem adificij, duorumq; angulorum conclusionem in vnum, admodum iudicaretur accommodus. Verum id ex scripturis certam non habet auctoritatẽ. Ad præsentem locum satis est, id aliquando vsuuenire adificantibus, vt lapis qui antè nulli loco videtur idoneus, tandem ad summam eis proficiat vtilitatem: quẽadmodum lapis angularis adificio vel maxime præ omnibus est vtilis, quoniam quidẽ non locum solum implet suum, vt ceteri lapides, sed pariter duos parietes coniungit & cõtinet. Est autẽ caput anguli, summitas duorum parietum in vnum cõueniẽtium. Nam vbi duo parietes conueniunt, illic angulus est. Et in horum angulorum summitate, locari solent lapides magni & graues, per quos duo parietes adinuicem iangantur & contineantur pariter. Hunc autem locum de Christo exponendum, ex Euangelij manifeste discimus: in quibus idẽ ipse, vt de se dictum, & de se intelligendum, coram aduersariis suis, Scribis atq; Phariseis, adducit, innuere volens & quid illi essent post modicum acturi, quãdo morte turpissima eum erant cõdemnaturi, & quid de ipso post passionem ex Dei patris voluntate esset futurum, quando in ipso cõstructa staret Ecclesia fidelium. Citat quoq; de Christo præsentẽ locum Petrus Apostolus, Actuum cap. 4. vbi in concilio Iudæorum super benefacto sanati claudi, quasi reus interrogatus, vn̄ pro omnibus constanter ita respondit, Notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel, quia in nomine domini Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis, in hoc ipse astat coram vobis sanus. Hic est lapis qui reprobatus est à vobis adificatibus, qui factus est in caput anguli: & nõ est in alio aliquo salus. Et rursum idẽ petrus in priore sua epistola, cap. 2. suos fideles ita alloquitur, **1. Petri. 2.** Vobis igitur honor, creditibus non creditibus autem, lapis quem reprobauerunt adificatẽs, hic factus est in caput anguli. Super hæc, beatus Paulus gentiũ Apost. eiusdẽ huius lapidis summanularis meminit, cõ Ephesij scribẽs, ita ait, iam non estis hospites & aduenæ, sed ciues sanctorũ & domestici Dei, superadificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarũ, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis adificatio cõstructa, crescit in tẽplum sanctũ in domino. Quãliter autẽ lapis iste factus sit in caput anguli, paulo antè diligẽter exponit, eũ ait, ipse (nẽpe Christi) est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & mediũ parietem maceriat solutẽs, inimicitias in carne sua, legem mandatorũ decretis euacuans, vt duos cõdat in semetipso, in vno nouo homine faciẽs pacẽ, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo, per crucẽ interficiẽs inimicitias in semetipso. Quibus verbis illud significatur, quomodo Christus duos parietes, id est, duos populos: nẽpe Iudaicũ & gentiẽ in vnũ cõiunxit, sicut lapis angularis duos parietes ex se diuersos pariter iungit & cõtinet. ¶ Versu. **Elaię. 49. 23.** Hæc est dies quam fecit dominus. Hæc est dies illa, de qua fit sermo apud Elaiã, dicentẽ, in tẽpore **2. Cor. 6.** accepto exaudiu te, & in die salutis adiui te. Quod verbũ tractas Apost. **2. Corinth. 6.** ita subiungit, **Rom. 13.** Ecce nũc tẽpus acceptabile, ecce nũc dies salutis. De qua etiã die, Romanis ita scribit, Nox præcessit, dies autẽ appropinquauit, Abiciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis, sic vt in die honestẽ ambulemus. Hæc autẽ diem specialiter Deus fecit, quoniã tẽpus hoc gratiæ singulari beneficio nobis cõtulit, vt in eo gaudeamus & exultemus semp, quomodo nos monet sanctus Apost. dicẽs, Gaudete in domino semper, iterũ dico gaudete. Et saluator in euãgelio, Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in calis. ¶ Versu. **24.** O domine saluum fac, ð domine bene prosperare: benedictus, qui venit in nomine domini. Cõtinetur in hoc versu illa festiua acclamatio Hebræorũ puerorũ, qua super asinã sedenti, ac Hierosolymã ingrediẽti domino, Hebræorũ pueri acclamabant, dicẽtes, Hosiah na, benedictus qui venit in nomine domini. Pro eo enim quod nos habemus, saluũ fac, in Hebræo habetur hosiah na (pro quo vulgo nos legimus Osanna) quod significat, salua obsecro. Nã hosiah, significat salua vel saluũ fac, & na, interiectio est blãdientis. Quod autẽ quidam legũt, O domine saluũ me fac, male legitur. Neq; enim lectio Hebræa illud pronomen habet, neq; Græca, neq; etiã Latina exẽplaria Psalterij Gallicani correctiora. Simpliciter verò legẽdũ est, O domine saluũ fac id est, salua nunc, salutẽ confer, perfice salutẽ humani generis, tandiũ à patribus nostris expectatã, libera populum tuum de captiuitate, & perfice opus ad quod missus es à patre. Est enim vox populi in spiritu Christo acclamãtis, vt opus perficiat redẽptionis humanæ, ad quod à patre missus fuerat. Illud autẽ quod secundo loco dicitur, O domine bene prosperare: nos in Elucidatione exposuimus ferẽ secundum actiũ & transitiuã significationẽ, ad hunc sensum, Fac nos prosperari in salute per te collata, vel fac nobis prosperẽ cedere hæc salutẽ per te operatã siue operandã. Cui cõsentit quod **Psalm. 44.** vertit ad marginẽ Felix, Da prosperitatẽ. Potest tamẽ proprie accipi, in hunc sensum, Obsecro domine, prosperũ habe successum, & (quomodo in alio Psalmo dicitur) Prosperere procede, in operatione huius salutis, nobis tantopere desideratã, & tam vehemẽti desiderio expectatã. In eo verò quod sequitur, Benedictus &c. legendũ est, Benedictus qui venit in nomine domini, in tẽpore præsentis: non qui venturus est, vt quidam habent codices. ¶ Versu vigesimo quinto, Benediximus vobis de domo domini. Videtur esse vox maiorum in Ecclesia ad minores, & prælatorum erga subiectos: quemadmodum illa supraposita, Aperite mihi portas iustitię, inferiorũ iudicatur esse maiorst alloquentiũ. In eo autem quod sequitur, Deus Dominus, & illuxit nobis, difficultas quẽdam sententię est, propter orationis (vt videtur) imperfectionem. Nos in Elucidatione ex præcedenti parte verbum benedicendi replicauimus, ad hunc modum, Benediximus vobis de domo Domini, imò Deus Domi-

**A** nus vobis benedixit, qui & illuxit nobis. Potest etiam verbum substantiuum subintelligi, hoc sensu, Deus est dominus, & illuxit nobis. Vel, Deus dominus, secundum constructionem ordinari potest post copulam, & hoc sensu, Et Deus illuxit nobis. ¶ Versu vigesimo sexto, Constituite diem solennem in condensis. In condensis, intelligitur dupliciter, vel in condensis ramorum & frondium, quibus solent in solennitatibus præcipuis templa & loca sacra decorari. Cui sententiã consonat quod vertit Hieronymus, Frequentate solennitatem in frondosis. Vel in condensis, id est, in frequentibus turbis, in magna multitudine ad solennitates conuenientium. Cui cõsentit lectio Romani psalterij, quæ habet, In frequentationibus, quomodo etiam legit beatus Augustinus.

CXVIII. PSALMI ARGUMENTVM.

**P** salmus iste qui sequitur, iuxta numerum literarum alphabeti Hebræici (quæ sunt duæ & viginti) in totidem diuisiones secatur, quarum quælibet continet versus octo ab eadem litera in Hebræo incipientes. Vnde totus hic psalmus octonarius duobus & viginti diuiditur: estque in omnibus eadem penè materia nempe spiritualis meditatio & execratio, quia vir iustus qui ad perfectionem aspirat, sese exercitat, suumque affectum in Deo variè formare studet: nunc ad mandatorum Dei obseruationem, nunc ad peccatorum detestacionem, nunc ad persecutionum atque periculorum suorum enarracionem, nunc ad auxilij implorationem, nunc ad gratiæ & misericordiæ supplicem postulationem, nunc ad suæ voluntatis ac desiderij pii commemoracionem, nunc salubriter metuens, nunc fiduciam resumens, nunc hostium ac persequentium crudelitatem & impietatem despens, nunc ex aduerso in domino confidenter animum erigens, nunc iustorum beatitudinem, nunc impiorum infelicitatem & venturum super eos iustum iudicium considerans: atque ita per cetera omnia in quibus se vir spiritualis exercitare debet ac solet, discurrrens, formam nobis tradit optimæ & longè vtilissimæ exercitationis. Cui potissimum intentos esse conuenit eos, qui ad singularem Dei cultum præ ceteris peculiariter in sortem domini sunt assumpti. Ob quod ecclesiastica etiam institutio, per singulos dies psalmum hunc in officij diuini laudibus tradit iuxta suas diuisiones decantandum. ¶ Aduertendum verò est, in psalmo isto passim occurrere vocabula quædam idem penè significantia, nempe lex, mandata, præcepta, testimonia, via, semita, iustificationes, iudicia, iustitia, sermones, eloquia. Si quidem hæc omnia legem domini significant, Deique voluntatem & beneplacitum: in quibus comminationes quoq; & promissiones, exhortationes item ad bonum, & auocationes à malis, concludi videntur. Et quidem quare illa lex, mandata, præcepta, eloquia, sermones, verba dicantur, satis per se claret. Ceterum, iustificationes eadem dicuntur, quoniam obseruantes iustos faciunt, & in eorum obseruatione iustificantur homines. Vir autem & semita sunt, quoniam ipsa sunt per quæ recta ad Deum tendere oportet, non declinando vel in dexteram vel in sinistram. Testimonia sunt, vel quatenus cum contestatione & comminatione instituta sunt, vel quatenus testimonium perhibendo, monstrant quid agendum, quid non agendum. Iudicia verò & iustitia, quia in iudicio siue rectitudine atque iustitia disposita sunt, vel quia secundum ea quilibet iustificari debet, atque iudicari. Nonnumquam tamen in propria ac vulgata significatione accipi poterit iustitia pro æquitate, & iudicium pro ordinatione ac dispositione diuinæ voluntatis.

CENTESIMIOCTAVI PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 Beati immaculati in via: \* qui ambulant in lege domini.
- 2 Beati qui scrutantur testimonia eius: \* in toto corde exquirunt eum.
- 3 Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt.
- 4 Tu madaisti mandata tua custodiri nimis.
- 5 Viã meã dirigantur via mea, ad custodiendas iustificationes tuas.
- 6 Tunc nõ confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis.

**B** eati sunt nunc secundum expectationem bonæ spei, & in futuro secundum possessionem rei, qui huius peregrinationis viam (per quam ad patriam pergunt) sine macula peccati perambulare student, quique vitam hanc sine crimine viuere satagunt: \* qui nunc conuertantur ac viuunt secundum legem omnipotentis, eam ponentes in omnibus regulam actionum suarum. 2 Beati sunt, inquam, qui domini sui legem diligenter perscrutantur, attentèque & sollicitè considerant, ad obseruandum eam, qui in lege domini & testimonijs eius meditantur die ac nocte: \* qui ex pleno & verò affectu cordis desiderant, atque conantur placere illi. 3 Qui enim inique adhuc agunt, homines peccatores, nequaquam dicendi sunt aut existimandi ambulare vias domini, hoc est, secundum eius præcepta viuere: sed magis viam iniquitatis, itinera diaboli, mundi & carnis perambulare dicuntur, quorum desideria perficiunt. 4 Sanè tu domine districtè admodum præcepisti nobis seruis tuis, præcepta tua obseruari, atque diligentissime & sollicitissime impleri: idque districtè admodum exacturus es à nobis. 5 Proinde vehementer opto, domine Deus meus, simul & postulo, vt te rectore atque ductore, dirigantur actiones meæ in obseruatione præceptorum tuorum: neque gressus meos per denia sinas aberrare. 6 Scio quidem, donec diligenter respexero, attentèque considerauero ad omnia quæ à te sunt præcepta, omnibus actionibus meis quasi regulam ea applicando; nunquam mihi veram apud te confusionem posse contingere: atque vnico hoc medio, confusionem æternam spero me posse euadere, quam inuenient omnes qui ad mandata tua non respiciunt, aut etiam si ad aliqua, nõ ad omnia, quædam



7 Confitebor tibi in directiōe cordis: \* in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.

8 Iustificaciones tuas custodiam: \* non me derelinquas usquequaque.

1 In quo corrigit adolescentior viâ suâ: \* in custodiendō sermones tuos.

2 In toto corde meo exquisiui te: \* ne repellas me à mandatis tuis.

3 In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi.

4 Benedictus es dñe: doce me iustificatiōes tuas.

5 In labiis meis pronunciaui oīa iudicia oris tui.

6 In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnib⁹ diuitiis.

7 In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas.

8 In iustificatiōib⁹ tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.

1 Retribue seruo tuo, viuifica me, & custodiam sermones tuos.

2 Reuela oculos meos: \* & considerabo mirabilia de lege tua.

3 Incola ego sum in terra: \* non abscondas à me mandata tua.

4 Concupiuit aīa mea desiderare iustificaciones tuas in omni tēpore.

5 Increpasti superbos: Esa. 14.

negligentes. Qui enim legem obserauerit, offenderit autem in vno, factus est omnium reus. 7 Laudabo te domine in rectitudine cordis mei, cum rectum fuerit tecum cor meum, & directus ad te spiritus meus: \* pro eo q̄ tua interna vnctiōe instructus, didici legem, quam in iustitia tua dedisti nobis, eīsq; ex tua illuminatione accepi intelligentiam. 8 Tua praecepta, ex quibus nos decreuisti domine iustificari, ego ex voluntatis meae proposito custodire desidero, & cum tuo auxilio firmiter obseruare propono: \* tu verò bonum hoc propositum adiuua, vt in effectum deueniat: neque me auxilio gratiae tuae valde aut diu nimium destituas, sic vt in lapsum veniā. Non est enim hoc tuum potentissime Deus, vt eos qui bonae sunt voluntatis, in finem derelinquas.

ELVCIDATIO II. OCTONARII.

1 S qui moribus adolescentulus est, in pueri morem cupiditibus adhuc obsequens, in quo poterit conuersationem suam illam minus probatā corrigere, & per quid poterit ad profectū ac profectū peruenire? \* ad hanc rem indubie nihil posset esse magis opportunum, quā legem diuinā custodia: cuius obseruatione proficiunt, atq; in viros perfectos enadere possunt, imperfecti. 2 Ex integro atque sincero cordis mei affectu quāsiui placere tibi: \* ne me permittas, quāso te pastor bone errare atq; discedere ab obseruatione mandatorum tuorum. 3 In intimis cordis mei, quasi thesaurum aliquem pretiosum reposui, atque portauī eloquia legis tuae praecepta atque promissa tua, ea diligenter considerando, vt sic à peccatis mihi cauerem, & tuam offensam deuitarem. 4 Benedicendus tu es atque laudandus, o domine: instrue me in praeceptis tuis, docens me ea, & intelligere & amare, & opere adimplere. 5 Iudicia atque praecepta, quae tu loquutus es, & per os tuum proposuisti nobis, digna mihi visa sunt, quae ego per labia mea & os meum aperte narrarem, ad tuam gloriam, & proximorum ceterorum eruditionem, meiq; tādii consolationem. 6 Et in obseruatione praeceptorum talem ego delectationem, voluptatem atque lætitiā persenti, qualem huius sæculi homines & auari, ab omnibus suis diuitiis solent accipere: imò ampliorem multo, quā illi suis possint amatoribus prestare. 7 Proinde exercitare meipsum volo atq; propono, in obseruatione & adimplentiōe praeceptorum tuorum, tam corpore quā spiritu: diligenter quoq; attendere ad praecepta tua, secundum quae tu mihi ambulandum praecepisti. 8 Volo insuper cum sollicitudine atq; diligentia meditari in praeceptis tuis, studiosus adimplendi ea, neq; in sempiternum ultra obliuisci, seu transgredi praecepta tua. Est enim iustum hoc, potentissime Deus, vt quae mihi tu obseruanda tradidisti, nunquam ea mihi patiar excidere, nunquam ea à mente abscedant, nunquam ea prauaricando transgrediar.

ELVCIDATIO III. OCTONARII.

1 V domine mihi seruire tibi cupienti benigne tribue, ac liberaliter dona quod postulo: vitam veram per salutarem gratiā tui spiritus tui, da in corde meo: & ego sic in te viuificatus & confortatus, custodiā praecepta tua. 2 Aperi domine, mentis meae oculos, & illuminando da mihi intelligentiā: \* & considerabo sic per te illuminatus miranda & magnifica in lege tua, quantum ad praecepta aequissima & suauissima, quantum ad proposita obseruantibus magnifica praemia, quantum ad cōminata prauaricantibus aeterna supplicia: quae omnia in tua lege cernunt, qui ex tuo munere illuminatos habēt mentis oculos. 3 Ecce incola sum ego & peregrinus hic in terra inhabitans, in loco tenebroso & umbra mortis, vbi tenebris plena sunt omnia: \* quapropter te oro datorem luminū, vt non patiaris mihi occultam fieri & à me abscondi legem tuā, sed eam mihi aperias faciāque manifestam. 4 Spiritus meus concupiscendo desiderauit, id est, vehementer atque ardentem concupiscendo desiderauit, id est, venerationem super omnia quae in mundo sunt exoptans: & tale profectō desiderium per omne tempus iugiter inhaesit animae meae. 5 Ab initio tu in superbos sese contra te efferentes, tibi que obedientiam negantes, seueram ac metuendam protulisti sententiā: elatum Lu-

A \* maledicti qui declinant à mandatis tuis.

6 Aufer à me opprobrium & contemptum: \* quia testimonia tua exquisiui.

7 Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur: \* seruus aut tuus exercebatur in iustificatiōibus tuis.

8 Nam & testimonia tua meditatio mea est: \* & consilium meum iustificaciones tuae.

1 Adhaesit pavimento anima mea:

\* viuifica me secundum verbum tuum.

2 Vias meas enunciaui, & exaudisti me: \* doce me iustificaciones tuas.

3 Viam iustificatiōnū tuarum instrue me: \* & exercebor in mirabilibus tuis.

4 Dormitauit anima mea praetadio: \* confirma me in verbis tuis.

5 Viam iniquitatis amoue à me:

\* & de lege tua miserere mei.

6 Viam veritatis elegi: \* iudicia tua non sum oblitus.

7 Adhaesi testimoniis tuis domine, noli me confundere.

8 Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.

ciferum vnā cum complicibus de caelo detrudens, prothopāentem 2. Petri. 2. inobediētā ē paradiso eiiciens, superbū saulem regno priuans, atq; Gene. 3. ita in ceteris scripturæ exemplis: \* sunt proinde maledictioni, condemnationi, & sempiternae cōfusiōni obnoxii, qui per superbiā derelinquunt ac transgrediuntur praecepta tua. 6 Huiusmodi autē maledictionis aeternae opprobrium, & contemptum hunc pessimum, domine, tu longe fac à me, vt super me nunquam cōfusiōnem illam atq; contemptum venire permittas: \* nam tuam legem, piissime Deus, cordis mei desiderio ad custodiendum exquisiui. 7 Et quidem potentes tenebrarum principes, siue eorum ministri homines peruersi, simul confederunt velut concilium ineuentes, & contra me loquebantur, pariter tractantes: quemadmodum mihi valeant nocere, velut facta conspiratione ad opprimendum innocentem: \* ego verò interim, vt pericula effugerem, & mala quae illi machinabantur, exercitabam meipsum in tuis mandatis, mente ea considerando, voluntatem in illis confirmando, & opere ea adimplendo. 8 Sunt enim praecepta tua mihi iugis meditatio, in quibus meditor atque oblector: \* & praecepta tua ex quibus procedit iustificatio, in omnibus semper agendis mihi sunt à consilio, & velut consiliarii boni, qui mihi indicent quid agendum, quid fugiendum, quid praestantius, quidque minus bonum. Tales enim habens consiliarios, piissime domine, facile euadam peruerforum omnes machinationes iniquas.

ELVCIDATIO QUARTI OCTONARII.

1 Adglutinata est pulueri in pavimento anima mea, siue propter humilitatem, dum iaceo ante te, ex corde prostratus atq; humiliatus in terra, siue propter concupiscentiae pronitatem, quae animam nonnunquam ad corporis pertrahit malum affectum: \* tu verò me coram te humiliatū, siue terrae sic aliqua ex parte adherentē, salutari gratia tua interius viuifica, iuxta verbum promissionis tuae, quo semper laborantibus teque inuocantibus polliceris assistere. 2 Vitam meam & actiones meas non occultauī, non tacui ante te, sed aperui tibi: & tu consistentem me exaudisti, de praeteritis quidē ignoscere, de futuris autē praeseruare paratus: \* doce me praceptor bone intelligere: & viuendo obseruare praecepta tua. 3 Instrue me, & fac intelligere praecepta tua, per quae mihi est ambulandum, & in quibus conuerlandū atq; viuendum: \* & ego cum haec mihi praestiteris, cum me interno tuo magisterio salubriter instruxeris, exercitabo meipsum in praeceptis atque promissis tuis, quae stupenda sunt atque miranda. 4 Si quando (vt solet) dormitare cōperit, haec accipere atq; tepescere voluntas bona, propter tadium, afflictionem atq; laborem tentationis, siue nimis diuturnae, siue nimium vehementis, siue nimium multiplicatae: \* tu me, o sustentator optime, confirma quāso, & corrobora in verbis tuis, & quae in lege tua loquutus es, & quae interius in corde intra me es loquutus. Nihil enim est, quod aequum me possit atque tuus praualidus sermo, in omni bono corroborare. 5 Longe semper fac à me vias malas, itinera hominum impiorum, & ne me patiaris in vitam atq; actiones illorum aliquando denenire, vt ambulem cum illis: \* sed misericorditer fac mecum, quantum ad legem tuam, vt semper in illa permaneam. 6 Ex bono voluntatis proposito ego elegi viam rectitudinis atq; iustitię, quae est lex tua: quae mihi est grata & placita, & per quam ambulare desidero, magis quā per itinera impiorum: \* tua praecepta ego nolo vnquam obliuisci, neq; transgredi vnquam: ac proinde in via hac quam elegi, tu me semper custodi. 7 Ecce praeceptis tuis per bonam voluntatē & bonum desiderium adhaesi domine, & permansi in eis: non me permittas, quāso te, in confusiōnem peccati, aut aeternae damnationis incidere: neq; me frustrari patiaris spe mea, qua fido tibi. 8 Cum tu mihi, domine, per gratiam visitationis tuae & infusionem gratiarum, spiritum subinde soles implere, ac tuo amore cor dilatare, currebā tum ego alacriter viam mandatorum tuorum, & secundum ea cum gaudio & alacritate conuersabar abiq; fastidio. Atque, hoc est, quod abs te domine peto semper, vt corde per spiritum tui gratiam dilatato, me facias mandatorum tuorum viam alacriter semper & libenter percurrere, nec vllis vel tentationibus vel molestiis me frangi patiaris.

1 Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum: \* & exquiram eam semper.

2 Da mihi intellectum: \* & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo.

3 Deduc me domine in semitam mandatorum: \* quia ipsam volui.

4 Inclina cor meum in testimonia tua:

\* & non in auaritiam.

5 Auerte oculos, ne videant vanitatem:

\* & via tua viuifica me.

6 Statue seruo tuo eloquium tuum:

Prou. 15. \* in timore tuo.

7 Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum: \* quia iudicia tua iocunda.

8 Ecce concupiui mandata tua: \* in equitate tua viuifica me.

1 Et veniat super me misericordia tua domine, salutare tuum, secundum eloquium tuum.

2 Et respondebo exprobrantibus mihi verbis: \* quia speraui in sermonibus tuis.

3 Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaq;: \* quia in iudiciis tuis supersperaui.

4 Et custodiam legem tuam semper: in seculum & in seculum seculi.

5 Et ambulabam in lati-

Viam præceptorum tuorum, per quam ambulare debeo, pone mihi pro lege in corde meo, & describe eam mihi, statue, ac firma in intelligentia mentis meae eam, tu me doce & instrue in ea: \* & ego sic instructus atq; institutus in via iustificationum tuarum, eam ex animo semper inquiram atq; custodiam, in ea semper ambulare conabor omnibus diebus vite presentis quibus peregrinabor super terram. 2 Tu me tuo interno magisterio fac intelligere legem sanctam tuam, quantum ad præcepta & promissa, ceteraque quae in ea insunt: \* & ego à te instructus apponam animum meum ad scrutandum & meditandum in ea, & sincero cordis affectu obseruare conabor eam. 3 Perduc me domine, & ambulare fac viam mandatorum tuorum, & in hac via esto mihi dux itineris ne ab ea deuiem: \* quoniam ex affectu bono hanc viam, tanquam mihi super omnia impietatis itinera placitam, elegi & concupiui. 4 Tu domine, qui in manu tua habes corda filiorum hominum, & quocumque volueris inflectis ea, per flatum spiritus sancti tui inflecte cor meum ad amorem & obseruationem præceptorum tuorum: \* nequaquam verò in amorem rerum quarumcumque temporalium, quae ab obseruatione præceptorum tuorum solent homines abducere, quae ego omnia pro nihilo reputo vt stercora. 5 Oculos quoq; meos, tam exteriores corporis, quam interiores mentis, operi, claudere, & praeserua, vt non videndo vllam hauriant vanitatem, ad inordinate concupiscendum eam, per quam commaculetur puritas cordis mei, atq; item ceteros corporis sensus & animae vires: \* sed in obseruatione præceptorum tuorum salutari gratia tua interius me viuifica atq; corrobora, vt nullo extrinsecus oblato valeam coinquinari. Qui enim interiù gratia Dei viuificati sunt, nulla possunt extrinsecus oblata pollui vanitate, custoditi à morte, per eam quae in eis inhabitat spiritus vitam. 6 Confirma, & velut firmiter statue mihi seruo tuo legem tuam, eam mihi in intimis cordis digito tuo insculpendo, meq; in illa penitus confirmando: \* idque per salutarem, ac sanctum timorem tuum, per quem declinat omnis homo à malo, & sine quo facile etiam iustus cadit à iustitia sua, & cito domus eius subuertitur. 7 opprobrium verò illud & confusionem sempiternam peccati atque condemnationis, quod timui nonnunquam, ac formidauit, conscius fragilitatis meae, quæso te, transire fac à me, & ne vnquam super me veniat tu praecave, tuæque custodia à me auerte: \* tua enim præcepta fuerunt mihi grata ac placita, & obseruatione dulcia visa sunt mihi. 8 Tu nosti domine, & vides: quemadmodum ex desiderio concupierim obseruare præcepta tua: \* proinde tu, propter iustitiam tuam, adiuuans imperfectum meum, vitam mihi dona spiritus mei, vt ex te valeam, quod me vtcunq; desiderare cognouisti. Tu enim es, qui imperfectum nostrum adiuuas, & omne desiderium bonum adimplet.

Super me veniant, & in me demonstrentur effectus misericordiae tuae, misericordissime Deus, salus tua atque saluatio à te veniat mihi, secundum verbum promissi tui, quo misericordiam & salutem promissisti omnibus eam postulantibus. 2 Expertus autem misericordiam & salutem tuam, habeo sermonem legis tuae, quem respondeam tentatoribus atq; persecutoribus meis, qui mihi indigna proponunt, ad res turpissimas & indignas me sollicitantes, id est, demonibus ac peruersis hominibus prauissima & indigna nobis suggerentibus, quod vir quilibet iustus pro exprobratione debet reputare: \* respondebo autem illis, & eos refellam per sermonem legis tuae, eo quod spem magnam habeam in verbis legis tuae, sciens ad refellendum malignorum suggestiones nihil aequè conducere. 3 Et ne permittas vnquam ab ore meo verbum rectum ac bonum legis tuae prorsus excidere, ita vt eo abiecto in verbis mendacii & iniquitatis, cum peccatoribus incipiam oblectari: \* quoniam in præceptis tuis spem meam omnem valde defixi atque constitui, & velut firmiter solidèque collocaui. 4 Et ex bono proposito cordis mei volo semper obseruare legem tuam, omnibus diebus quibus vixero super terram, & in sempiternum vltra non transgredi. 5 Et cum me putarent seculi ho-

A tudine: \* quia mandata tua exquisiui.

6 Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum: \* & non confundebat.

7 Et meditabar in mandatis tuis: quae dilexi.

8 Et leuaui manus meas ad mandata tua, quae dilexi:

B \* & exercebor in iustificationibus tuis.

mines ambulare in multa afflictione vias difficiles & angustas, in Dei seruitute, secundum veritatem magis ambulabam vias latas, in libertate & hilaritate spiritus: \* eo quod præcepta tua obseruare conabor, idque propter charitatem per spiritum sanctum in corde diffusam, quae legis tuae obseruatorum corda dilatat, sicq; viam alioqui propter malitiam carnis angustam & difficilem dilatat, & facilem reddit. 6 Neque verò ipse tantum præcepta tua opere obseruare volui, sed confidenter etiam atque liberè, vbi occasio aderat, coram potentibus & magnis ausus fui ea proloqui, & palam proponere, neque publicum erubescens, neque potentiam mundi pertimescens: & nequaquam in his erubui, quae mihi etiam ad magnam gloriam deputati. 7 Et sollicitè mecum ipse ac diligenter cum gaudio & multa delectatione meditabar in præceptis tuis, tum ad rectè intelligendum tum ad bene implendum ea quae pra omnibus rebus temporariis dilexi. 8 Neque verò nuda illis ac sola animi meditatione inhæsi, verum etiam ad operandum & exercitandum in eis me ipsum, manus extendi, & velut cum conatu magno eleuaui, ad implendum ea quae vt mihi beneplacita dilexi & elegi: \* & omnino cunctis diebus quibus vitam, exerceri volo in præceptis tuis, quae sola me poterunt iustificare obseruantem ea.

1 Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti.

2 Hac me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.

C 3 Superbi inique agebant vsquequaque:

\* à lege autem tua non declinaui.

4 Memor fui iudiciorum tuorum à seculo domine: \* & consolatus sum.

5 Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

6 Cantabiles mihi erant iustificationes tuae, in loco peregrinationis meae.

7 Memor fui nocte nominis tui domine:

\* & custodiri legem tuam.

8 Hac facta est mihi:

\* quia iustificationes tuas exquisiui.

Sto in bonum memor, o domine, sermonis atque promissionis tuae, quantum ad me seruum tuum, quo sermone tu me sperare fecisti, atq; confidere, nimirum vt iuxta promissum, misericordiam facias postulanti, tibiq; seruire cupienti. 2 Spes ista quam habeo in verbis promissionum tuarum, tota est consolatio mea, in afflictionibus atque persecutionibus meis quibuscumq; obuenientibus: quoniam ex verbo tuo mihi vita procedit, cum verba quae tu loqueris, spiritus sint & vita. 3 Superbi demones, hominesq; iniquitate potentes, & peruersi, aduersum me vehementer inique agebant, multis me afficientes molestiis, & variis modis ad malum pertrahere cupientes: \* ego autem à tua lege nolui discedere, sed in ea firmo & infracto animo persisti, super te firmissimam petram fundatus. 4 In memoria habui, & mente consideravi iudicia tua, quibus ab initio iudicasti semper iuste & in aequitate summa, bonis bonam, malis malam retribuens mercedem: bonos de angustia & tentatione opportuno tempore liberans, malos autem in impietate sua morte condemnans: \* & magnam atq; multimodam in eis consolationem contra malignantium insultum inueni. 5 Pro impiis autem & peccatoribus, qui legem tuam tam multis & tam execrandis modis transgredi non verentur, horror magnus & error, horripilatio quoq; & penè defectio animae inuadit me, quoties rei indignitatem attentus ipse considero, quam sine freno, quam pro nihilo, quam variis modis, quae indignè tua deus præcepta aequissima prauaricentur. Exigit enim hoc tua vera iustitia, vt non sua tantum quis propria, sed etiam aliena doleat & desinat peccata. 6 Mihi verò, piissime Deus, ex munere gratiae tuae, quasi cantica & carmina facta sunt verba præceptorum atque promissionum tuorum, dum in hoc mundo peregrinus ago, ad eam quae mihi promissa est patriam tendens. Quemadmodum enim iis qui secundum humanum morem peregrinationis viam ambulant, ad sui laboris depellendum fastidium, cantica solent per viam decantare, eaq; siue carnalia, siue bellica, siue mundana, iuxta viatoris affectum, ita mihi in hac peregrinatione ambulanti, ad exilii & laboris lenimentum, tui sermones sunt pro cantilena, in qua me ipsum oblecto. 7 Etiam nocte, cum tranquilla sunt & pacata omnia, in mente habui te, domine, & sanctum nomen tuum, sollicitus quomodo tibi placitam exhiberem seruitutem: \* & sollicitus fui custodire, tam in memoria quam in operatione, semper legem sanctam tuam. 8 Hac autem nominis tui iugis etiam per noctem memoria, siue legis diuinæ perpetua custodia, inde mihi à te data est: \* quoniam præcepta tua ex bono cordis proposito exquisiui, desiderium habens tam intelligendi, quam obseruandi ea. Sic enim es tu benignus semper & misericors, vt iis qui bonae sunt voluntatis, ad perficiendum libenter praebas adiumentum.

1 Portio mea domine, dixi, custodire legem tuam.

2 Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: \* miserere mei, secundum eloquium tuum.

3 Cogitavi vias meas: \* & conuertii pedes meos in testimonia tua.

4 Paratus sum, & non sum turbatus: \* vt custodiam mandata tua.

5 Funes peccatorum circumplexi sunt me: \* & legem tuam non sum oblitus.

6 Media nocte surgebam: \* ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuae.

7 Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.

8 Misericordia tua domine plena est terra: \* iustificationes tuas doce me.

1 Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine secundum verbum tuum.

2 Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me: \* quia mandatis tuis credidi.

3 Priusquam humiliarer ego deliqui: \* propterea eloquium tuum custodiu.

4 Bonus es tu: \* & in

**P**ra magno desiderio legis diuinae ego coram te in cordis mei electione optando, dixi, O domine, portio mea sit, & hac pars ex tuo munere mihi contingat, vt custodiam semper atque obseruare legem tuam. Hac enim est pars, portio, sors atque hereditas, quam super omnia desiderare debet omnis fidelis seruus tuus. 2 Pro hac autem portione deprecatus sum te, & orauit ante conspectum tuum ex sincero ac pleno affectu cordis mei: \* quaso te, hac in re mecum facias misericordiam iuxta verbum promissionis tuae. Salutare est enim quod postulo, & salutaria postulantibus exauditione semper polliceris. 3 Vt autem ad tuae legis custodiam peruenirem, quam peto super omnia, recogitavi ego omnes actiones vitae meae, & praeteritas & praesentes: \* & disposui actiones meas secundum rectitudinem praceptorum tuorum, vt in illis ambularem & viverem. 4 Et ecce sto vsque: modo constans & perseverans, paratus ad impletionem mandatorum caelestium, animo infracto, firmo atque imperturbato, non pertimesces vllam aduersariam potestatem: \* ad custodiendum & opere implendum praepcepta tua. 5 Peccatores & impii demones, atque homines maligni, colligati & coadunati in malitia sua consensu, quasi catenae & funes circumuoluerunt me, quarentes pertrahere animam meam in pradam suam & perditionem: congregationes & cateruae impiorum circumdederunt me ad depradandum atque perdendum: \* ego vero legem tuam non fui oblitus, neque transgressus, atque ita vniuersas eorum colligationes dissipauit: quoniam tuae legis custodia, funes omnes & colligationes impiorum quasi aranea telam dissipat atque dirumpit, vt eis innodari legis tuae obseruator non queat. 6 Dilatatus amore praceptorum tuorum, frequenter etiam nocte media, quando pacata & quietata sunt omnia, exurgebam a strato requiei corporis mei: \* ad hoc vt laudem dicerem tibi, secundum temporis opportunitatem, super iudiciis tuae iustificationis siue iustitiae, hoc est, super praepceptis tuis aequissimis & suauissimis, in quibus nos iustificare decreuisti, aut super iudiciis tuis & ordinationibus dispositionibusque diuinae voluntatis tuae, quibus ab aeterno secundum tuam iustitiam disposuisti de nobis, deique bonorum retributione, & malorum condemnatione. 7 Socius ego sum, & confater, & in omnibus bonis coparticeps, cum omnibus te diligentibus, tibi que seruientibus, & custodientibus mandata tua. Est enim inter omnes sanctos seruos tuae sanctae quaedam fraternitas, & vera societas, ac spiritalis participatio, tam fidei quam operum ceterorum, in quam societatem etiam me tibi seruire cupientem spero iam adscriptum esse, vt quasi vnus ex illorum numero habeat ante conspectum tuum. 8 Potentissime Deus, vbi que terrarum patent effectus misericordiae tuae, nec est locus quisquam, vel in vltimis terrarum finibus, in quo non parata sit clamantes exaudire misericordia tua: \* hanc vnam mihi quoque misericordiam exhibe, vt me doceas & intelligere, & diligere, & opere adimplere sanctissima praepcepta tua. Haec enim est misericordia, quam praeter omnibus mihi fieri exopto, & quam possum humillima supplicatione deprecari.

**C**onfiteor hoc tibi domine ad gratiarum actionem, quae mihi seruo tuo bona multa supra meritum feceris, iuxta verba pollicitationis tuae. 2 Sed perge obsecro, mihi benefacere, & doce me vt benignus sim atque suauis affectu, tibi que & proximis omnibus quomodo oportet affectus: vt sim insuper intelligens & instructus in lege tua, & scientiam habeam agendorum omnium: \* atque haec meritum mihi praestari peto, quoniam mandatis tuis acquiesci, adhaesi, cor approposui, eaque obseruanda libens acceptavi. 3 Priusquam tu me aduersitatibus, disciplina tua salutari humiliasses, ego tibi inobediens in peccatis vivebam. \* Aut priusquam sub obedientia praceptorum tuorum humiliter me ipsum subiicerem, & donec collo extento gradiebar, iugum tuum recipere recusans, tam diu mihi dominabatur iniquitas: \* propterea nunc illam cupiens effugere atque relinquere, praceptorum tuorum obseruationi me submittere volui. 4 Tu domine bonus es, in omni ipsa secundum tuam essentiam perfecta & infinita bonitas, a qua fluit omnis creata bonitas: \* oro te, doce me, & intelli-

A bonitate tua doce me in iustificationes tuas.

5 Multiplicata est super me iniquitas superborum: \* ego vero in toto corde scrutabor mandata tua.

6 Coagulatum est sicut lac cor eorum: \* ego vero legem tuam meditatus sum.

7 Bonum mihi, quia humiliasti me: \* vt discam iustificationes tuas.

8 Bonum mihi lex oris tui, super milia auri & argenti.

1 Manus tuae domine fecerunt me, & plasmauerunt me: \* da mihi intellectum vt discam mandata tua.

2 Qui timet te, videbitur me, & latrabuntur: \* quia i verba tua susperauit.

3 Cognoui domine quia equitas iudicia tua: \* & in veritate tua humiliasti me.

4 Fiat misericordia tua vt consoletur me, secundum eloquium tuum seruo tuo.

5 Veniat mihi miseratio nes tuae, & viuam: \* quia lex tua meditatio mea est.

6 Confundantur superbi: \* quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: \* ego autem exercebor in mandatis tuis.

7 Conuertantur mihi timentes te, & qui noverunt testimonia tua.

8 Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus

gere & opere obseruare propter bonitatem tuam, praepcepta tua in quibus valeam iustificari. 5 Vehementer aggrauata est, & multipliciter increuit contra me superborum damonum atque saeculi potentum iniquitas, dum me molestiis plurimis & grauibus persecutionibus multipliciter diuexant: \* ego vero vt ea quae mihi sunt ab illis euadam pericula, ex pleno cordis mei affectu meditari volo, & diligentissime considerare mandata tua. Neque enim aliud noui ad superanda cuncta superborum tentamenta, & enincendam omnem saeculi malitiam, efficacius remedium. 6 Impiorum illorum corda, propter frigus iniquitatis, quae pleni sunt, & corruptionem odii quo erga bonos pessime afficiuntur, condensata sunt, congelata, incalescunt, coarctata in modum laetis, quod per frigus & corruptionem coaguli condensatur: quemadmodum e contrario, iustorum corda, propter charitatis inexistentis feruorem dilatantur, & veluti rarefunt, eleuanturque & expanduntur ad amorem Dei & proximi: Ego autem legem tuam sum diligenter meditatus, ne similis inuenirer illis, corde coagulato. Hanc enim cordis malam coagulationem, diuinae legis meditatio prohibet ac dissipat. 7 Bonum est mihi, quod disciplina tua me afflixeris ad eruditionem, atque ita humiliaueris: \* confert enim valde afflictio disciplinae tuae ad custodiam praceptorum tuorum: cum non raro per disciplinam aduersitatis, ad obediendam redeant, qui in prosperitate per inobedientiam a te recesserant. 8 Melior mihi est intelligentia, custodia atque obseruatio legis, quam tu dedisti, & praepcisti nobis: quam possessiones omnium diuitiarum auri & argenti, & omnium quae mundus habet pretiosas. Haec enim saluare neminem possunt, illa potest & facit.

**Q**uemadmodum artifex solet opus suum facere manibus, & secundum artem illud iuxta formam quam velit fingere atque formare, ita tu per omnipotentiam, sapientiam atque bonitatem tuam, me secundum animam creasti, & de limo terrae secundum corpus finxisti: \* Cum ergo tuum opus sim ego & factura tua, instrue etiam me, & doce intelligere atque perficere praepcepta tua, quemadmodum iustum est facturam praepcepto factoris obedire. 2 Qui te diligunt considerantes conuersationem & vitam meam, secundum praepcepta tua latrabuntur in gaudio spiritus, super profectu meo & bono spiritali, eo quod charitas proximorum bonis congaudere facit, quae non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: \* cum viderint spe omni tuis verbis me inhærere, 1. Cor. 13. & totum animum ad praepceptorum obseruationem apposuisse. 3 Intellexi, domine, tuo magisterio, quae aequissima sunt atque rectissima praepcepta tua, & dispositiones omnes sanctissimae voluntatis tuae, quae aequissima omnino sunt atque iustissima: \* & tu me secundum iustitiam & aequitatem tuam, per correptionis disciplinam, afflixisti me, pro tuo beneplacito. 4 Fiat, obsecro, mihi ad consolationem misericordia tua, iuxta verbum promissionis tuae quod fecisti seruo tuo: vt quemadmodum per iustitiam humiliasti peccantem, ita per misericordiam ex aduerso consoletis poenitentem: ne forte nimia contingat afflictione spiritum deficere, aut tristitia absorberi. 5 Demonstrant se mihi effectus misericordiae tuae, in peccatorum remissione & gratiae tuae collatione, atque a periculis liberatione: atque ita ex munere gratiae tuae viuere spiritus meus: \* quoniam legem tuam ego elegi, ac posui meditationem delectationemque meam, in cuius intelligentia persequutione & obseruatione meditari volo atque exercitare me ipsum. 6 Superbi demones, eorumque ministri, homines peruersi, non praeualeant in superbia sua, in malo quod quaerunt mihi, sed suo proposito frustrati erubescant: \* eo quod iniuste sine causa, & sine meo merito iniuste egerunt aduersum me machinantes mihi mala, cum ego illis nihil nocuerim, neque mali quicquam intulerim: \* ego autem vt illorum euadam machinationes, exerceri interim volo in obseruatione praceptorum tuorum. 7 Non curo si fugiant atque auerferentur me superbi isti legis tuae transgressores: sed opto magis, vt ii qui te diligunt: & qui vere intelligunt, hoc est, obseruant praepcepta tua, sese mihi adiungant, & me conuertantur, meque non auerferentur. Melior est enim societas viri vnus te diligentis, quam multorum milium legem tuam perquaticantium. 8 Fac tu domine per sanctam tuam custodiam cor meum & spiritum permanere in tuis praepceptis immaculatum, sic vt



tuis: \* vt nō confundar.

1 Defecit i salutare tuū anima mea: \* & in verbum tuū supersperauī.

2 Defecerūt oculi mei in eloquium: \* dicētes, quando cōsolaberis me?

3 Quia factus sum sicut vter in prūina: \* iustificaciones tuas non sum oblitus.

4 Quot sunt dies serui tui, quādo facies de persequētibz me iudiciū?

5 Narrauerūt mihi ini qui fabulationes, sed nō vt lex tua.

6 Omnia mādāta tua veritas: \* iniqui psequuti sunt me, adiui. a me.

7 Paulominus consummauerunt me in terra: \* ego autem non dereli qui mandata tua.

8 Secundum misericordiam tuā viuifica me, & custodiam testimonia oris tui.

1 In aternū domine verbum tuū permanet i celo.

Psal. 133.

2 In generatione & generatione veritas tua: \* fundasti terram, & permanet.

3 Ordinatione tua perseverat dies: \* quoniam omnia seruiunt tibi.

4 Nisi q lex tua meditatio mea est, tunc forte periissem in humilitate mea.

nullius vnquam transgressionis consensu commaculetur: \* vt ante R conspectum diuine maiestatis tuā nunquam confundar, neque in hac vita per lapsum mortalis peccati, neq; in nouissimo confusione sempiterna, quam sentient tunc omnes qui cor suum, dum viuerent, in Dei praeceptis non studuerunt custodire immaculatum.

ELVCIDATIO VNDECIMI OCTONARII.

**A** Nima mea vehementi ac nimio desiderio expectauit atq; anhelauit, & p̄ expectatione nimis anxia veluti defecit, ad conlequendam salutē & saluationem tuam, a malis omnibus vehementer cupiens tuo dono fieri salua: \* & in praeceptis atq; promissis tuis sp̄m meā omnem posui, eisq; animum totum dedi. 2 Oculi interni anima, atq; etiā modo quodam per redundantia externi corporis, pra nimia anhelatione veluti defecerunt, intendentes in verbū promissionis tuā & impietionē eius: \* cum dicerem intra me, de mora nimia veluti conquerendo, Quare domine tandiu differis me consolari, & quando tandem implebis effectum promissi tui? 3 Ecce enim factus sum ego, & astimatus sum quasi sacculus coriaceus, prūina congelatus, corruptus atq; corrugatus, & quasi sacculus fumo denigratus sic vilis, asper & horridus (propter mileriam peregrinationis meae, & absentiam cōsolationis tuae) apparetur saeculi hominibus: \* praecepta autem tua non sum oblitus, quāntumuis fuerim secundū hominis iudicium miser atq; contētibilis. 4 Noli domine tardare nimium, neq; nimis elongari, sed quantocys adueni, vt facias pro me iudiciū, aduersus eos qui me persequuntur, me eripiendo de afflictionibus & persecutionibus eorū. 5 Impii daemones & homines peruersi, suggestionibus suis malignis, propoluerunt mihi nugas & inanes fabulas, imō deliramenta pura & neras iulianias, de saeculi voluptatibus, atq; id genus aliis: sed quae isti mihi narrabant, nequaquam erant comparanda iis quae proponit lex tua. Nihil enim aliud sunt illa nisi mera nuga, fabulae vanae, & veluti deliramenta amentiuū: legis autem tuae eloquia, veritate, aequitate, atq; soliditate sunt plena. 6 Quaecunq; tu mandasti, in aequitate atque iustitia sunt disposita, vera sunt, aequa sunt, iustissima sunt: \* iniqui autem me tuis mandatis obedire cupientem sine causa affecerunt tentationibus atq; molestiis, & tu aduersum illos esto mihi adiutor, vt non praeualeant. 7 Pene me consumplebant super terram: & quantum ad humanam virtutis resistentiam, propter persecutionis inhumanitatem, non multum abesse videbar a lapsu: \* ego tamen caelesti tua gratia confortatus, non consensu tentamentis eorum, neq; deliqui aequissima mandata tua. 8 Propter tuā, Deus misericordiam & benignitatem redde cordi meo vigorem atq; virtutem, vt quasi reuiuifcat anima, dona in me spiritum vitae, in quo confortatus polliceor, propono & spero cunctis diebus vitę meae obseruare diligenter praecepta quae tu proposuisti nobis.

ELVCIDATIO XII. OCTONARII.

**E**cce in caelis firmū permanet & custoditur diligentissime praeceptum tuum, iplis caelorum orbibus astrisq; quae in eo sunt in suo cursu & actione tuum verbū ac iussum quod eis ab initio dedisti, nunquā praetereuntibus: iplis quoq; caeli incolis, angelis sanctis, & beatorū spiritibus, tuum praeceptū nec in minimo vnquam transgredientibus. 2 Veritas quoq; tua, fides & iustitia permanet tecum per omnes generationes, & in omnibus saeculis sempiterna existens: \* terra quoq; in ea stabilitate, super quā semel à te fundata est, firma & immota perseverat, vt nō moueatur in saeculum. 3 Insuper dispositione diuina voluntatis tuae, perseverant in suo cursu dies, post noctem quotidianis regressionibus iuxta anni tempora redeuntes: \* quoniam omnia quae creata sunt, tibi sunt seruitute subiecta, & optimo iure tibi subiectissime famulantia. Atq; proinde iustū omnino est, & rationi maxime consentaneum, vt & nos humanū genus, multo nobiliori statu abs te conditi, debitū tibi exhibeamus in omnibus semper famulatum. 4 Nisi legem tuā domine posuissem meditationē meam, nisi ad eam attēdissem, verisimile erat meam humiliationē & afflictionē, quam tu ad vtilitatem super me venire permisisti, mihi ad perditionē fuisse venturā. Qui enim ad legem Dei nō respiciunt, neq; in ea se consolantur, frequenter in afflictionibus effecti murmuratores, aut que-

**A** 5 In aeternum non obliuiscar iustificaciones tuas, quia in ipsis viuifcasti me.

6 Tuus sum ego: \* saluum me fac quoniam iustificaciones tuas exquisiui.

7 Me expectauerunt peccatores vt perderent me: \* testimonia tua intellexi.

8 Omnis cōsummationis vidi finem: \* latum mandatum tuum nimis.

1 Quomodo dilexi legē tuam domine, tota die meditatio mea est.

2 Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: \* quia in aeternum mihi est.

3 Super omnes docentes me intellexi: \* quia testimonia tua meditatio mea est.

4 Super senes intellexi: \* quia mandata tua quasiui.

5 Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt custodiam verba tua.

6 A iudiciis tuis non declinaui: \* quia tu legem posuisti mihi.

7 Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: \* super mel ori meo.

8 A mandatis tuis intellexi: \* propterea odiui omnem viam iniquitatis.

ruosi, aut desperati, corrunt in perditionē: sicq; eis hoc cedit ex eorum negligentia in detrimentū, quod ex meditatione diuinae legis accepta cōsolatione, cum ulū protulisset bonorum meritorū. 5 Proinde in sempiternū cunctis dieb? vita mea obliuisci nolo, aut ab animo eicere praecepta tua, sciens, ex illis vitā procedere animae meae. 6 Entuus sum ego, domine: creatione primū, quia factura tua: deinde voluntaria donatione & liberali oblatione, quoniam ex bona voluntate tibi cupiens seruire: \* atq; ob hoc mihi intende, vt saluum me facias, quoniam praecepta tua ex cordis desiderio exquisiui, & obseruare cōcupiui. 7 Impii demones atq; peruersi eorū ministri, cum desiderio me expectauerunt ad perdendū: diūq; ac multū sollicitantes sustinuerunt, vt me vel tandē in perditionē pertraherent: \* ego autē per intelligentiam bonā & obseruationem praeceptorū tuorū expectatione sua fraudauī illos. 8 Omnis humana cōsummationis atq; perfectionis cōsideraui finem, ad quem nimirū omnis scientia humana, omne humanū studium, omnis conatus tendere debeat: \* ipse est obseruatio mandati tui, quod omnium actionum humanarū atq; conatum debet esse finis in hoc mundo: quod sanē mandatū tuum est admodū latum, eo q dilectio (de qua est primū & magnū mandatum diuinū) sese extendat & ad Deum & ad homines, & inter homines rursum ad inimicos atq; amicos, cōciues & peregrinos, notos & extraneos, & omnino erga omnes: \* Est etiam sic latum, vt nunquā in huius vitae via penitus percurri possit, id est, omnino impleri, eo q diligendi nullus debet esse terminus, & semper maior potest haberi dilectio.

ELVCIDATIO XIII. OCTONARII.

**V**alde ego ac multū amauī atq; cōcupiui obseruare legem tuā, iugiter ego meditor, oblector, & exercitor in illa. 2 Instruxisti me, & intelligentem fecisti in praeceptis tuis, amplius quā aduersarios meos, saeculi sapientes, qui se sapientes iactantes stulti facti sunt: \* propterea, inquam, hanc mihi pra illis intelligentiā ampliorē dedisti in praeceptis tuis, quoniam in aeternum ego elegi ea, & imperpetuū obseruando nunquā transgredi volo, sicq; eligēdo ad perpetuā obseruationē, quasi in aeternū mea feci. 3 Tu mihi tuo interno magisterio intelligentiā ampliorē donasti in lege tua, q̄ ab omnib? potuerim exterius siue verbo siue scripto docentibus, consequi: \* propterea q̄ in ea iugiter fuerim meditatus, eamq; semper in mente portauerim. 4 Ex singulari quoq; munere gratiae tuae, intelligentiā mihi legis tuae ampliorē dedisti: q̄ plerique habeant multorū annorum: \* propterea q̄ praecepta tua ex bono affectu cordis exquisierim. Plus enim illuminatur homo ex iugi meditatione & desiderio legis tuae, quāntū ad ea quae salutis sunt, q̄ exteriori quocunq; magisterio: & nō raro illuc pertingit bona voluntas piāq; affectio, quo cani & multorū annorū experientia nequeunt peruenire: & intrat illa plerunq; vbi fors hac stare cōpellitur. 5 Custodiui gressus meos magna cū diligentia, & velut in arctū conclusi, constrinxi atq; cohibui, ne in vias peccatorum & itinera impietatis declinarē ad hoc vt nō transgrederer tua praecepta. Affectiones enim quib? feruntur homines, cohibere oportet, & sub districta custodia cōstringere eū, qui in obseruatione velit permanere praeceptorū caelestium. 6 A praeceptis tuis diligenter caui mihi, ne discederē: eo q tu qui es creator dominus atq; saluator me?, legem hanc posueris mihi, propter quod nequaquā dignum est vt eam derelinquā: \* & quia tu domine me instruxisti in tua lege, eisq; mihi prestitisti intellectū. 7 Suauissima omnino & delectabilia valde sunt in faucibus spiritalibus animę meae eloquia praeceptorū atq; promissorum tuorū, cum ea spiritaliter mādūco, mastico, rumino, atq; interiorius deglutio: \* dulciora certē sunt animae, q̄ mel corporale fit in ore ipsum mādūcantis. Longe enim antecellit spiritalis voluptas omnes corporis delicias. 8 A mādatorum tuorū iugi meditatione, piāq; affectione & studiosa obseruatiōe, accepi verā & rectā legis tuae intelligentiā: mādāta tua in quibus versor iugiter, prudentē me faciūt & instructū in cognatiōe tui: \* ppter hoc detestatus sum & execror oia itinera impietatis, omniāq; vitiorū & peccatorū genera, in quib? ambulānt impii peccatores. Quō enim qui tuā legem recte intellexerit, non detestabitur itinera impietatis, quae ex diametro nouit cū illa pugnare?

1 *Lucerna pedibus meis  
verbum tuum, & lu-  
men semitis meis.*

Ioan. II.

2 *Iuravi, & statui cu-  
stodire iudicia iustitie  
tue.*

3 *Humiliatus sum vs-  
queque domine, vi-  
uifica me secundum ver-  
bum tuum.*

4 *Voluntaria oris mei  
beneplacita fac domi-  
ne: \* & iudicia tua  
doce me.*

5 *Anima mea in ma-  
nibus meis semper:*

*\* legem tuam non sum  
oblitus.*

6 *Posuerunt peccatores  
loquum mihi:*

*\* & de mandatis tuis  
non erravi.*

7 *Hereditate acquisi-  
ui testimonia tua in æ-  
ternum: \* quia exulta-  
tio cordis mei sunt.*

8 *Inclinaui cor meum  
ad faciendas iustifica-  
tiones tuas in æternum:*

Ioan. 14.  
Gen. 15.

*\* propter retributione.*

1 *Iniquos odio habui:*

*\* & legem tuam dilexi.*

2 *Adiutor & susceptor  
meus es tu: \* & in ver-  
bum tuum supersperaui.*

3 *Declinate à me ma-  
ligni: \* & scrutabor  
mandata Dei mei.*

4 *Suscipe me secundum  
eloquium tuum, & vi-  
uam: \* & non confun-  
das me ab expectatio-  
ne mea.*

**L** Ex tua domine gressibus meis est, quasi lucens candela, & est quasi lumen vias atq; actiones meas illuminans, iuxta quam in agendis omnibus sic me gero, sic viuo, vt sine offensione percurram viam mandatorum tuorum, & ad optatum finem pertingam. Qui enim in lumine ambulat, non offendit: quem admodum illi faciunt, quibus pro lucerna non est verbum tuum, qui in tenebris ambulant, nescientes omnino quo vadant. 2 Irrenocabiliter tecum proposui, & firmissime in animo statui, obseruare imperpetuum, & nunquam ultra transgredi precepta tua, iustissima sane atq; æquissima. 3 Videns autem infirmitatem & lubricitatem carnis meae, simul & mundi fallaciam, & demonum machinamenta (qua omnia mea tam saluari proposito indefinenter quarunt auertere) afflictus sum valde, & profundissima humilitate subieci meipsum, & comendavi tibi, mihi ipsi diffidens in tantis difficultatibus: & iccirco tu, qui solus potestatem habes secundum verbum tuum promissionis tuae, vitam mihi veram spiritus largire & custodi, fortemq; me fac & validum, vt quod propono, adimplere sufficiam. 4 Habe accepta, Deus piissime, & fac tibi sint grata ac placita, quae ego ex hilari corde & animo liberali offero, etiam per os meum, laudis, confessionis, orationis, & gratiarum actionis munera ac sacrificia: \* & instrue me in intelligentia atq; obseruatione preceptorum tuorum. 5 Anima quam in me ad imaginem & similitudinem tuam creasti, pretiosa est mihi, eiusq; custodia super omnia (quasi thesauri pretiosissimi) cura & cordi est mihi: & iccirco porto eam semper in manibus meis, vt furto insidiantium qui illam mihi rapere quarunt, non eam perdam: \* & legem tuam quae est cordis mei custodia, non abieci de corde meo, per cuius attentionem custodia tua ac firma adhibetur animae. 6 Impii daemones & peruersa eorum membra, homines maligni, insidias posuerunt animae meae, querentes me occultis suis fraudibus ad peccatum detrahere: \* & ego rectum tenens iter preceptorum tuorum, non declinans ad dexteram neq; ad sinistram, ita euasi laqueos eorum. Non enim possunt nisi secus viam laqueos suos extendere quos euadunt, qui non declinantes in partem alteram, recta gradiuntur, per viam mandatorum tuorum. 7 Pro hereditate ego habeo, & possessionem ac portionem meam hereditariam elegi, obseruationem preceptorum tuorum, in qua semper permanere propono: \* quoniam ipsa sunt in quibus gaudet & exultat spiritus meus: siue cum testimonio bonae conscientiae ea se custodisse cognoscit, siue cum ex eorum iugi contemplatione caelesti suauitate se perfundi percipit. 8 Per gratiam tuam in me habitantem, dedi animam meam, & cor apposui, affectumq; inclinavi, ad perficienda opera atq; adimplenda precepta tua in sempiternum, ita vt in finem vsq; sine transgressionem in eis cupiam ac velim perseuerare: \* neq; enim sine retributione id faciam, sed subsequetur mihi beata nimis retributio, quae est ipse tu domine Deus meus, qui vita es aeterna, & merces ipsa magna nimis omnium tua nunc mandata in finem vsq; custodientium.

**I** Niquitatem & impietatem omnem odio habui, & peccatores ipsos quatenus eiusmodi detestatus fui: \* legem autem tuam & obseruationes illius corde sincero dilexi. 2 Te dominum ego habeo in adiutorem meum atq; defensorem, qui infirmitati meae succurrendo praebes adiumentum, & ab inimicorum impetu atque molestiis defensionem: \* & ego spem meam omnem & cor omne verbis preceptorum atq; promissionum tuorum apposui. 3 Discedite procul à me, & fugite partes aduersae, quae malum quae ritus animae meae: & omnes prauorum hominum atq; demonum suggestiones atq; societates longe fiant à me. Frustra enim à me consensum expectatis in malitia, quam modis omnibus detestor: \* vt in tranquillitate & pace intendere valeam preceptis altissimi domini mei. 4 Et quoniam à malignorum societate meipsum ob tutum amorē domine segregavi, tu me suscipe in tuam custodiam, tutelam, defensionem, quasi pater pius, pastor bonus, defensor fidelis, sustentator firmus, praceptor mansuetus, iuxta eloquium promissionis tuae, quo pollicitus es eos qui ad te confugiunt ad refocillationem suscipere: \* neq; me patiaris confusibiliter frustrari expectatione atq; desi-

A *5 Adiuua me, & sal-  
uus ero: \* & medita-  
bor in iustificationibus  
tuis semper.*

6 *Spreuisti omnes disce-  
dentes à iustitiis tuis:*

*\* quia iniusta cogita-  
tio eorum.*

7 *Prauaricantes repu-  
taui omnes peccatores  
terra: \* ideo dilexi te-  
stimonia tua.*

8 *Cogite timore tuo car-  
nes meas: \* à iudiciis  
enim tuis timui.*

derio meo, quo te semper expectaui atq; desideraui. 5 Adiuua tu me domine, confirma atq; sustenta in omni bono, qui ex meipso nimium sum fragilis & lubricus, atque ita ex tuo munere salutem consequar, quam ex mea propria virtute spes non erat consequendi: \* & ego tuo adiutorio corroboratus, iugiter meditabor in intelligentia atq; obseruatione mandatorum tuorum. 6 Scio domine, quod spernas tu, & pro nihilo pendas, & quasi nihilum reputes omnes qui per transgressionem discedunt à praecipis tuis: \* quoniam omnis cogitatio eorum, & omne consilium istud quo ea quae tuae legi contraria sunt cogitant & eligunt, iniqua & impia est, contra omnem profusam aequitatem & naturam & rationis: propter quod, merito sunt ab omnibus spernendi. 7 Et ego quoq; omnes super terram inhabitantes peccatores, vt prauaricatores tuae legis aequissime, similiter reputaui pro nihilo: \* atq; ob hoc, ne illis forte similis inueniret sperni atque abiecti dignus, dilexi praecipia tua, & ad obseruandum ea conuersus sum. 8 Quoniam vero impedimentum mihi magnum praestat carnis lasciuia, oro te, vt sagittis sancti timoris tui salubriter eam transfigas atq; perfodias, vt tuo vulnere bene fauciat sibi intereat caro, & tibi viuat, vna cum spiritu: quod fiet, si timore tuo sancto immisso in cor meum, carnis sic reprimatur lasciuia: \* hoc autem peto, quoniam praecipia tua ego timui & transgredi sum veritus. Nihil enim aequo formido, domine, atq; tua legem aliquando transgredi. \* Timui quoq; à iudiciis tuis illis, quibus tuae legi inobedientes iudicasti ad sempiternam miseriam condemnare, & à te in perpetuum repellere, quae re mihi nihil potest formidabilius cogitari.

1 *Feci iudicium & ius-  
titiam: \* non tradas me  
calumniantibus me.*

2 *Suscipe seruum tuum  
in bonum: \* non calum-  
nientur me superbi.*

3 *Oculi mei defecerunt  
in salutare tuum:*

*\* & in eloquium ius-  
titiæ tuæ.*

4 *Fac cum seruo tuo se-  
cundum misericordiam  
tuam: \* & iustifica-  
tiones tuas doce me.*

5 *Seruus tuus sum ego:*

*\* da mihi intellectum,  
vt sciam testimonia tua.*

6 *Tempus faciendi do-  
mine: \* dissipauerunt  
legem tuam.*

7 *Ideo dilexi mandata  
tua, super aurum & to-  
pazion.*

8 *Propterea ad omnia  
mandata tua dirigebar:*

*\* omnem viam iniquam  
odio habui.*

**C** Um auxilio gratiae tuae ego feci quod aequum est & iustum, tam quoad obseruationem legis tuae, quam in conuersatione ad proximos meos: \* propter hoc, obsecro te, ne permittas mihi dominari & praualere eos qui me persequuntur & affligunt, vt impleatur de me mala voluntas eorum. 2 Quin potius tu me seruire tibi cupientem, in defensionem contra aduersarios meos suscipe, ad bonum & ad salutem meam: \* neque permittas superbos legis tuae osos me affligere, opprimere, mihi vim inferre, sic vt praualeant, aut dominantur mei. 3 Oculi mentis interiores, atque etiam exteriores corporis desiderio magno intenti fuerunt, & expectauerunt ad salutem tuam, illam super omnia desiderando & expectando: \* & ad praecipia iustitiae tuae, propter sollicitudinem ad obseruandum ea. 4 Exhibe te mihi, non seuerum modo iudicem, sed misericordem ac pium patrem: neque secundum distractionem iustitiae tuae agas mecum, sed secundum benignitatem misericordiae tuae: \* & instrue me in intelligentia atque obseruatione preceptorum tuorum. 5 Ecce ego seruus tuus sum domine, & creationis iure, & bonae voluntatis proposito, tibi cupiens in veritate seruire: \* tu me adiuua, vt possim quod desidero: & instrue me, vt discam & sciam quae placita sint tibi, & mihi vt tibi placeam exequenda. 6 Tempus est nunc, vt faciam domine legem & voluntatem tuam: & tempus est nunc, vt tu facias mihi seruo tuo postulatam misericordiam: nunc, inquam, tempus est donec in via sumus & loco peregrinationis, donec per opera bona tibi placere valeamus & iram tuam effugere, quandiu clausa non est vlli petenti misericordia tua. Veniet enim noctis tempus, in quo operari nemo poterit, & laborare non proderit, & in quo misericordia tua clausa atq; obfirmata erit: \* & eo magis nunc tempus est faciendi, quod impii tanto numero, & tam grauiter transgredi non verentur praecipia tua, vt ob hoc magis promptus debere esse videaris erga eos qui tibi desiderant famulari. 7 Et quia tam paucos vidi preceptorum tuorum obseruatores, tam raros pretiosissimi huius thesauri amatores, iccirco illorum videns insaniam & cecitatem admirans, magis ego me dedi ad tam pretiosissimam rei amorem, dilexi que praecipia tua amplius, quam aurum purissimum, & omnem lapidem pretiosum, & amplius, quam avarus quisquam illa amare possit. Superexcedit enim charitatis tuae sancta dilectio omnem carnem aut mundi conspurcatum amorem. 8 Et vt dilectionem hanc meam opere demonstra rem, direxi, dedique me ad plenam omnium mandatorum tuorum obseruationem: \* & omnia itinera impietatis, vitia & peccata per quae ambulant peruersi, ego ex animo sum detesta-

tus, ita & vt mihi ipsi diligenter ab illis cauerē, & alios in super quo- E ad possem, congruis medijs vel educerem ex illis, vel ab illis praeser- uarem. Est enim hoc perfectum iniquitatis odium, quod tibi est in ve- ritate placitum.

ELVCIDATIO XVII. OCTONARII.

**P**raecepta tua domine sunt stupenda, spectanda, omniq; confi- deratione & admiratione digna: tum quia aequissima atque iu- stissima, tum quia stabilia in aeternū, tum quia vniuersalia & omnibus ex aequo cōmunia, tum quia leuia atq; facilia, vt prorsus ne- mo sit hominū qui iure conqueri possit, q̄ ea non sit potens obserua- re: & tamen cum tam sint leuia, ad tam gloriosissimam retributionem suos observatores perducant, in his certe mirabilia sunt: \* atq; iccir- co dedit se cor meū ad meditandum, intelligendū & custodiendum ea. 2 Cum tu in cordibus hominum humilium & simplicium, spiritus vnctione & interno tuo magisterio declaras & manifestas sermones tuos, tunc illuminantur ipsi & accipiunt intelligentiam, sicq; tuorum praceptorū declaratio paruulos illuminat, & ea facit intelligere, qua F superbis & in sua sapientia gloriantibus clausa manent & abscondi- ta. Plerique enim superbū, qui se gloriantur in lege tua instructos, verē tamen illuminati non sunt neq; instructi ad intelligentiam, quia clausi sunt superbis sermones tui, nec declarationem & a pertionem illam habent, quam tu das humilibus. 3 Prae nimio desiderio ego a- periens late os meum hausi flatum & spiritum, ad respirationem & magna edenda suspiria: quā intus latentis vehementis desiderii essent indicia: quomodo solent qui ardenti desiderio ad rem quampiam aspi- rant: \* valde enim magno teneor desiderio observationis praep- torum tuorū. 4 Benigne & misericorditer respice in me: & fac mecum misericordiam, iuxta quod disposuisti & ordinasti facere cum iis qui te diligunt, & secundū morem ac consuetudinem qua cum illis agere soles. Spero enim aut certē opto, ex illorum numero me vnum esse. 5 Actiones meas dispone tu domine, & dirige in rectitudine praep- torum tuorum: & non permittas vllum peccatum regnare aut domi- nari, siue in corpore, siue in animo meo, sed neque aliena cuiusquam impietas tua permissione mihi dominetur, nullus in sua impietate mi- hi praeualeat. 6 Libera me à persequutionibus & molestiis hominū iniquorum, vt ab eis mihi non proneniat impedimentum in seruitute tua, sed libere valeam custodire praep- ta tua. 7 Faciem tuam fac il- luscere super me seruire tibi cupientem, & lumine tuo salutari illu- strans cor meum, vultum tuum siue temetipsum demonstra mihi: & doce me praep- ta tua. 8 Effluxerunt ex oculis meis lachrymae copiosae, quasi riui per genas decurrentes, propter amaritudinem & dolorem cordis mei: propterea q̄ impij illi calumniatores & perfe- quutores iustorum, transgressi sint legem tuam. Perfecta enim chari- tas, etiam aduersariorum peccata deplorat.

ELVCIDATIO XVIII. OCTONARII.

**N**eque verò mirum, si praeruaricationes impiorū deseam. Scio e- nim quia non solū misericors es domine, in quo sibi male blan- diuntur peccatores, verum etiā iustus & verax: \* & iudicia tua omnia rectissima sunt atq; aequissima, neq; totum aut curuum quicq; est in eis. 2 Insuper valde & districte admodum praecipisti obserua- ri praep- ta tua, quae sunt iustitia & veritas, id est, in iustitia & veritate disposita: praep- ta tua quae non nisi iustitia & veritas sunt, id est, iu- stissima & fidelissima, tu mandasti custodiri valde. 3 Merito proin- de zelus meus tum quo ad honorem tuum, tum quo ad proximorū o- mnium salutem, me fecit lugere atq; plorare, & praerocore, tristitia atq; indignatione veluti contabescere atq; consumi: non vtique pro- pter propria mea incommoda, neq; mala quae ab illis aduersariis meis forte sustineo: sed quoniam ipsi non custodierunt praep- ta tua, per quod primū quidem tuū sanctum nomen indigne blasphemant, dein- de tuas animas misere ipsi miserimi perdunt. 4 Sunt enim praep- ta tua examinata valde, & quasi igne probata vehementer, castissima atq; aequissima, nihil habentia iniustitiae aut impuritatis cuiuslibet admixtū, propter quod magis descendū, peccatores ea sic transgredi- \* & quia tam probata fuerunt tamq; examinata, dilexi ea ego seruus

1 Mirabilia testimo-  
nia tua: \* ideo scruta-  
ta est ea, anima mea.

2 Declaratio sermonū  
tuorū illuminat, & in-  
tellectum dat paruulis.

3 Os meum aperui, &  
attraxi spiritum:  
Matt. II. \* quia mandata tua  
desiderabam.

4 Aspice in me, & mi-  
serere mei, secundum iu-  
diciū diligentium no-  
men tuum.

5 Gressus meos dirige se-  
cundum eloquium tuū,  
& non dominetur mei  
omnis iniustitia.

6 Redime me à calum-  
niis hominum, vt custo-  
diam mandata tua.

7 Faciem tuam illumi-  
na super seruum tuum,  
& doce me iustifica-  
tiones tuas.

8 Exitus aquarū dedu-  
xerūt oculi mei, quia nō  
custodierunt legē tuam.

1 Iustus es domine:  
\* & rectū iudiciū tuū.

2 Mandasti iustitiam  
testimonia tua, & ve-  
ritatem tuam nimis.

3 Tabescere me fecit ze-  
lus meus: \* quia obli-  
ti sunt verba tua inimici  
mei.

4 Ignitū eloquium tuū  
vehementer: \* & set-  
uus tuus dilexit illud.

A 5 Adolescēculus sum  
ego, & contemptus:  
\* iustificationes tuas  
non sum oblitus.

6 Iustitia tua, iustitia  
in aeternum:

\* & lex tua veritas.

7 Tribulatio & angu-  
stia inuenerunt me: mā-  
data tua meditari  
mea est.

B 8 Aequitas testimo-  
nia tua in aeternum: in-  
tellectum da mihi, &  
viam.

1 Clamaui in toto cor-  
de, exaudi me domine:  
iustificationes tuas re-  
quiram.

2 Clamaui ad te, saluū  
me fac: \* vt custodiā  
mandata tua.

C 3 Praeueni in maturita-  
te, & clamaui: quia in  
verba tua super speraui.

4 Praeueniunt oculi  
mei ad te diluculo: \* vt  
meditarer eloquia tua.

5 Vocem meā audi se-  
cundum misericordiam  
tuam, & secundū iudi-  
cium tuum viuifica me.

6 Appropinquauerūt  
D persequentes me iniqui-  
tati: \* à lege autem tua  
longe facti sunt.

7 Propē es tu domine,  
& omnes viae tuae ve-  
ritas.

8 Initio cognoui de te-  
stimonis tuis: \* quia  
in aeternum fundasti ea.

1 Vide humilitatē meā,  
& eripe me, quia legē  
tuam non sum oblitus.

tuus, & cor meum apposui ad illorum custodiam. 5 Sum ego sanē modicus siue aetate, siue sapientia, siue meritis, siue hominum aestima- tione, siue in oculis meis: siue ante conspectum tuum, & sum ex me- metipso planē vilis & cōtemptibilis: \* attamen tua praep- ta, sua- uissime Deus, non abieci ab animo, & ne transgredere ea caui mihi sollicitus. 6 Iustitia tua temporaria non est, neque durationis mo- dicā, cuiusmodi est non raro humana iustitia, sed aeterna iustitia est deficere nefcia: \* & lex tua omnino vera est, nihil neque falsum, neque vanum, neque iniquum continens. 7 Afflictio qualibet & an- gustia, cum fortē alicunde obuenerint mihi, meditor ego & exercitor in praep- tis tuis, ex quorum meditatione & obseruatione abūde mi- hi & patientia & consolatio procedit. Ob hoc etiam meditor in an- gustiis mandata tua, vt non aduersorum casuum impulsibus à recto dimouear. 8 Praep- ta tua sunt disposita in iustitia & equitate sem- piterna: fac me ea vt oportet intelligere cum effectu operationis, & vera vita viuam in eis. Ex illorum nanque obseruatione vera vita vi- nit humanus spiritus.

ELVCIDATIO XIX. OCTONARII.

**C**lamaui ex pleno affectu, & sincera deuotione cordis mei, di- cens: Exaudi me domine, & fac quod postulo: praep- ta enim tua exquirere volo, & custodire propono. 2 Ex affectu cor- dis clamaui ad te, vt saluum me faceres ab iis qui me persequuntur, atque suis molestissimis tentationibus diuexant: \* non vtique eo sine, vt ocio vacem, aut in inertiam resoluar, sed vt ab imminentibus periculis liberatus, securo & libero animo scrutari, & custodire valeā praep- ta tua. 3 Matutino tempore diluculum anteuerti, clamans ad te in oratione mea: anticipauerunt vigilias oculi mei, summo ma- ne primo diluculo obtuli me ad orationem ante conspectum tuum: quoniam in verbis tam praep- torum, quam promissorum tuorum su- stinui, & expectaui, spemque mea omnem in eis collocaui. 4 Primo diluculo enigilaerunt ad te oculi mei, & solis ortum diligentia atq; sollicitudine praue- ni: \* vt meditarer, atque recogitarem in tran- quillitate, iuxta temporis opportunitatem, praep- ta tua: de quibus tanto clarius tunc illuminantur homines, quanto à diei tumultibus & estibus sunt liberiore, sensibūque somno recreatis meditationi a- ptiores, intellectu quoq; & memoria, perturbationibus somno sedatis, limpidiore. 5 Exaudi orationem meam domine, quia sic diligē- ter & solcite te sum deprecatus, propter misericordiam tuam: & se- cundum dispositionem, ac beneplacitum sanctissimae voluntatis tuae, vitā spiritus, pro qua te sum precatus, benigne cōcedas mihi. 6 Per- secutores mei querentes malum animae meae, proximos se fecerunt im- pietatibus, sese applicuerunt, adiunxerunt, dederunt, & addixerūt in- iustitiae, & affectu cordis illi adglutinati sunt: \* & quanto propin- quiores facti sunt iniquitati, tanto à lege tua elogauerunt semetipfos, cum sint iniquitas & lex tua ex aduerso pugnantia. 7 Tu autē do- mine propē es in auxilium & protectionē omnibus te inuocantibus: & omnia praep- ta tua per que nos vis ambulare, sunt aequissima, simi- liter & omnia iudicia tua, & dispositiones tuae, quibus agis nobiscum, sunt item veritate & equitate plena. 8 Iam olim ab initio, ac velut inter prima hoc ego intellexi de praep- tis tuis, cum ad eorum medi- tationem & obseruationem me dare cepissem: \* quod in aeternum ea firmaueris, nunquam quassanda, nunquam euacuanda, sed perpetuò stabilia permanfura, adeo vt etiam cēlo & terra transeuntibus, verba tua nunquam sint transitura. Hoc enim attendentibus, meditantibus, & obseruantibus facile monstrat summa illa aequitas atque iustitia, quae in eis apertissime conspicitur.

ELVCIDATIO XX. OCTONARII.

**A**spice benignus, & misericors in afflictionem, & humiliatio- nem meam, qua me premunt aduersarii mei, afflictorum & humilium consolator domine: & libera me de aduersariis tuis mihi, quoniam legem tuam non abieci, neque sum transgressus: le- gem tuam in corde gesto absconditam, vt eam non aliquando trans-



2 *Iudica iudiciū meū,  
& redime me: ppter elo-  
quium tuū viuifica me.*  
3 *Longe à peccatoribus  
salus: quia iustificatio-  
nes tuas nō exquisierūt.*  
4 *Misericordia tuā  
multa domine: secundū  
iudiciū tuū viuifica me.*  
5 *Multi qui persequū-  
tur me & tribulant:  
\* à testimoniis tuis non  
declinaui.*  
6 *Vidi prauaricantes,  
& tabescebam:  
\* quia eloquia tua nō  
custodierunt.*  
7 *Vide, quoniam mā-  
data tua dilexi, domi-  
ne: in misericordia tua  
viuifica me.*  
8 *Principium verborū  
tuorum veritas: \* in-  
aeternum omnia iudicia  
iustitiā tuā.*

Galat. 2.

1 *Principes persecuti  
sunt me gratis: \* & à  
verbis tuis formidauit  
cor meum.*  
2 *Labor ego super e-  
loquia tua, sicut qui in-  
uenit spolia multa.*  
3 *Iniquitatē odio habui  
& abominatus sum:  
\* legē autē tuā dilexi.*  
4 *Septies in die laudē  
dixi tibi: \* super iudi-  
cia iustitiā tuā.*  
5 *Pax multa diligen-  
tibus legem tuam:*  
6 *Expectabā salutare  
tuum domine: & mā-  
data tua dilexi.*

Ioan. 14.

Roma. 8.

grediar. 2 Iudica pro me iudicium contra aduersantes, & libera E me de iis quæ machinantur aduersum me: propter verbum firmissimę promissionis tuę, da, & custodi vitam animę meę. 3 Peccatores à salute Dei elongati sunt sua praua voluntate, & non consequuntur ipsi salutem: eo quod non exquisierunt ad intelligētiam & custodiam præcepta tua: quia semetipsos oblata salute fecerunt indignos, per impiam transgressionem, nunquam ad illam valebunt pertingere. 4 Plurimę sunt miserationes tuę, quibus erga nos agis misericor- diter: fac etiam hanc mihi misericordiam, vt secundum beneplaci- tum sanctissimę voluntatis tuę me viuifices. 5 Tametsi multi sint aduersarii mei qui me persecutionibus suis affligunt, & tentationi- bus atque vexationibus molestant: alii visibiliter, alii inuisibiliter, alii secundum corpus, alii secundum animam: \* ego tamen immo- bilis perstiti in obseruatione præceptorum tuorum, hastenus tua me sustentante gratia, non me passus sum ab æquitate præceptorum tuo- rum dimoueri. 6 Considerabam peccatores transgredientes legē F tuam, & zelo honoris tui atque salutis eorum indignabar, & afflige- bar intra me, ac præ tristitia & dolore veluti consumebar: \* quia videbam eos negligere & prætergredi præcepta tua, sicq; & tuum no- men inhonorare, & suas animas miserè perdere. 7 Attende domi- ne, & considera ad retribuendum mihi, quod præcepta tua ex animo dilexerim, atque exquisierim: secundum misericordiam tuam, miseri- cordiarum pater (quæso te) facias me tibi viuere, vt mundo mortuus, tibi viuam: imò viuam, iam non ego, sed tu in me viuas. 8 Omnium præceptorum atque promissorum tuorum veritas æterna & immu- tabilis est principium: quoniam à prima illa & summa veritate æter- nęque Dei iustitia originaliter & primitus procedunt omnia præ- cepta & promissa Dei: \* & omnia iudicia iustitię tuę, id est, præ- cepta quę iustitia tua præstitit nobis, siue etiam dispositiones omnes iustę diuinę voluntatis tuę, æternam habent stabilitatem: fundata ac stabilita in sempiternum in Dei iustitiā & veritate, ex qua procedunt. Atque ob hoc, impossibile fuerit, verba Dei vel eius iudicia G vnquam deficere.

ELVCIDATIO XXI. OCTONARIJ.

Potentis illi tenebrarum principes, & superbi sæculi, malum quæsierunt mihi sine causa, præter meum meritum, cum nihil ipse eis nocuerim, vel malefecerim, ob quod aduersum me de- beant malignari: \* cor autem meum & spiritus meus timuit præ- cepta tua, eaque transgredi aut relinquere non audebat: etiam illi insanirent aduersum me, permanebam ego in timore sermonum tuo- rum, cogitans oportere Deo magis, quàm principibus obedire. 2 Quomodo gaudere solent victores inuentis opimis spoliis, ita ego oblectari & iucundari volo in præceptis tuis, quæ velut thesau- rus preciosissimus sunt mihi, quæ ego dilexi super aurum & topa- zion. 3 Iniquitatem omnem odiui ex affectu cordis mei: in me ipso primū, deinde & in cæteris, eamque modis omnibus semper detesta- tus sum: \* legem autem tuam & obseruationem eius ex aduerso di- lexi, & ipse obseruare eam cupiens, & obseruantes omnes iusto profe- quens amore. 4 Per diem congruis atque statutis horis septem vi- cibus, te peculiari laudis munere honoravi: \* aut septies, id est, iugi- ter & incessanter cunctis diebus vitę meę conatus sum te collauda- re: \* de iudiciis iustitię tuę, siue de præceptis tuis æquissimis, leuissi- mis, & fœcūdisimis, siue pro dispositionibus atq; ordinationibus di- uinę voluntatis tuę, quibus mirabiliter & misericorditer agis nobis- scum. 5 Pacem cordis veram, quam mundus dare non potest, con- fert tuę legis dilectio siue obseruatio atq; custodia: \* & nō est illis ruina aut lapsus, aut offensio, in via quam ambulant. Nam Deum & legem eius diligentibus, omnia cooperantur in bonum. Qui enim vera dilectione studiose in heret tuę legis meditationi & obseruatio- ni, facilè scandala omnia declinabit atque euadet, in quibus corrūit illi qui non sunt fixi in amore legis tuę. 6 Desiderio magno de- sideraui salutem tuam domine, eamque expectaui sollicitus: ad quam vt pertingerem, præceptis tuis per veram dilectionem & obserua-

A 7 *Custodiuit anima  
mea testimonia tua, &  
dilexit ea vehementer.*  
8 *Seruaui mādata tua  
& testimonia tua: quia  
omnes vię meę in con-  
spectu tuo.*

tionem inhæsi. 7 Sollicita fuit anima mea, vt custodiret & imple- ret omnia præcepta tua, & ea corde sincero multū dilexit. 8 Studio- sus fui ad obseruādum omnia præcepta atq; mandata tua, quia omnes vias meas & actiones direxi ante conspectum tuum, & secundum pla- citum tuum diligenter studui conueruari: simul etiam quia omnes a- ctiones meas, omnemq; meam conuersationem scio tuis oculis patere: quemadmodum tuis oculis nuda & aperta sunt omnia. Heb. 4.

ELVCIDATIO XXII. OCTONARIJ.

1 *Appropinquet de-  
precatio mea in conspe-  
ctu tuo domine: iuxta  
eloquium tuum da mi-  
hi intellectum.*  
2 *Inret postulatio mea  
in conspectu tuo, secun-  
dum eloquium tuum e-  
ripe me.*  
3 *Eructabūt labia mea  
hymnum, cum docueris  
me iustificationes tuas.*  
4 *Pronunciabit lingua  
mea eloquium tuum:  
\* quia omnia māda-  
ta tua æquitas.*  
5 *Fiat manus tua vt  
saluet me, quoniam mā-  
data tua elegi.*  
6 *Concupiui salutare  
tuum domine, & lex  
tua meditatio mea est.*  
7 *Viuet anima mea,  
& laudabit te: & iudi-  
cia tua adiunabūt me.*  
8 *Erraui sicut ovis qua-  
re seruum  
tuum, quia mandata  
tua non sum oblitus.*

NE repellas domine orationem meam, qua deprecatus sum fa- ciem tuam, pro spiritualium bonorum abundantia: sed ad- mitte eam ante sacrarium exauditionis tuę, & iuxta verbum promissi tui instrue me in præceptis tuis. 2 Fac vt præsententur tibi, & intromittantur postulationes meę ante faciem tuam: domine ne repellas orationem suppliciter obsecrantis seruuli tui: quin potius secundum verbum promissionis tuę, quam fecisti omnibus in te con- fidentibus, teque suppliciter inuocantibus, libera me de iis in quibus verfor periculis, & malis imminetibus, quæ metuo. 3 Cum verò mihi contingerit tuo magisterio intelligentia & custodia præcepto- rum tuorum, tum ad gratiarum actionem & testimonium gratitudi- nis, ex pleno cordis affectu effundam tibi hymnum laudis, & cantabo etiam per os meum, & labia mea: cum tu mihi postulata concesseris, ex corde hilari & alacri animo depromam tibi cantica gratitudinis. 4 Pronunciabo quoque per os meum præcepta ac promissa tua, ad ædificationem proximorum meorum: neque tacebo ea, ex quibus mi- hi vitam sensi procedere: \* pronunciabo vtique constanter, & con- fitebor fidenter, quoniam omnia præcepta tua sunt æquissima, & ini- quitas nulla est in eis. 5 Fiat, sitque dextera tua siue potentia tua mihi ad salutem, quoniam præcepta tua ex bono cordis affectu & pro- posito elegi, vt obseruem & custodiā ea: ac proinde iustum est, vt mihi bona molienti, sed absque te nihil valenti, subsidio veniat poten- tissima manus tua, vt quod in me non valeo, in te perficiam. 6 Desideraui domine, & experiri salutem tuam: & vt illa dignus fierem, posui præcepta tua meditationem atq; exercitationem meam, vt ea intelligerem, & intellecta perficerem. 7 Viuit ex munere gra- tię spiritus meus, & viuens ipse laudem placitam dicit tibi. Non enim mortui laudabunt te domine, sed viuentes benedicent tibi: & tua præ- cepta ad vitam requirendam perducent me, cum obseruaero ea: quo- niam qui fecerit ea, viuet in eis: suntque verba tua, spiritus & vita. 8 Erraui vniuersum genus humanum à prima illa & natia in qua Leuit. 18. creatum erat rectitudine, quasi ovis perdita: & erraui peculiariter e- Rom. 10. tiam ipse, multis modis & variis imperfectionibus, frequēter viam re- Ioan. 6. ctam derelinquens, tanquam ovis quæ sui pastoris oblita, per deum a- berrat: \* tu require, pastor bone, me perditam ouem tuam: & quoties forsitan iniquitate dominante errare contigerit, ne derelinquas me in- deniis, sed per gratiam visitationis tuę requiras, modis tibi placitis, siue per internam visitationem, siue per externam correptionem, siue aliter quomodocunq; tibi id fuerit placitum: require (inquam) me seruum tuum, & ne deseras vnquam, quoniam in memoria habeo, ne- que abiicere volo, neque transgredi vnquam sanctissima & æquissi- ma præcepta tua.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXVIIJ.

PRIMVM OCTONARIVM.

Versu primo, Beati immaculati in via. Viam istam possumus intelligere vitam præsentem: Donec enim in corpore mortis huius viuimus, quasi in via sumus: quoniam (vt Apostolus 2. Cor. 5. ait) donec sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino: neque habemus hic manentem Heb. 13. ciuitatem, sed futuram inquirimus, & ad terminum festinamus, videlicet vt ad dominum præsentem efficiamur, illicque satiemur in aspectu glorię eius. Aut viam istam, intellige legem Dei, quæ est ho- mini à Deo tanquam via bona & recta præstituta, vt ambulet in ea, neque declinet ad dexteram vel

Pfal. 7.

ad sinistram. Vtrog; autem modo congrua est sententia. Beati enim sunt, qui in via hac mortalitatis E  
positi, immaculatos se custodiunt: & beati sunt qui in lege domini immaculatos se seruat, abiq; trāf-  
gressione. Via enim nonnunquā significat conuersationem, vt in versu primo sequētis octonarii. In  
quo corrigit adolescētior viam suam: id est, vitam vel conuersationē. Et alibi, Dirige in conspectu  
tuo viam meā. In plurali autem numero, via hominis dicuntur ipsius actiones: vt versu quinto, Vti-  
nam dirigantur viae meae ad custodiendas iustificationes tuas. ¶ Versu. 2. Beati qui scrutantur testi-  
monia eius, in toto corde exquirunt eum. Vbiq; hoc penē obseruat propheta. In beati hominis de-  
scriptione non solum ponit scrutationem vel meditationem p̄ceptorum Dei, sed adiicit quod nec-  
cessarium est, etiam bonam voluntatem. Sic & in primo psalmo describens beatum hominem, non  
dicit solum, Qui in lege eius scrutabitur, aut meditabitur die ac nocte: sed pr̄mittit, In lege domini  
volūtas eius: ac deinde subiūgit, Et in lege eius meditabitur. Sic & hoc in loco, cū dixisset, Beati qui  
scrutātur testimonia eius: statim adiungit, In toto corde exquirunt eum. Neq; enim solum hoc suf-  
ficere scrutari. Sunt enim qui testimonia Dei & legem eius diligēter scrutantur, ac etiam perscrutan-  
tur: qui tamen a proposita beatitudine sunt alieni, quia nō in toto corde, nō in tota volūtate exqui-  
runt eum, cuius scrutantur testimonia, sed seipso magis exquirunt: quē admodum in annotationi-  
bus psalmi primi latius diximus. Notandū etiam, quod secundum rectum ordinē, pars secunda con-  
ueniētius pr̄poneretur hoc modo, Beati qui in toto corde exquirunt eū, scrutātur testimonia eius.  
Prius enim est, Deum exquirere, & desiderare vt ei placeamus: atq; hinc proficitur, vt ad id obti-  
nendum diligenter scrutemur mādāta ipsius, vt diligens mandatorū perscrutatio debeat proficisci  
a bono erga Deum affectu. ¶ Versu. 4. Tu mandasti mādāta tua custodiri nimis. Aduerbiū Nimis,  
quod pro Valde ex scripturarum consuetudine ponitur, indifferēter coniungi potest, siue cum pr̄-  
terito Mandasti, siue cum infinitiuo Custodiri. Deus enim valde mādauit, id est, distictē admodum  
sub magnis testificationibus & comminationibus p̄cepit, sua mandata custodiri. Mādauit item ea  
valde & diligentissime custodiri, ita vt quisquis aliquid eorum quae p̄cepit obseruari, trāsgressus  
fuerit, illi efficiatur ad p̄nā ferendā obnoxius. Posterior autem hęc coniunctio videtur literā esse  
magis conueniens. ¶ Versu. 6. Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis. At-  
tende quod dicitur, Cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Neq; enim sufficit, quibusdā mādā-  
tis Dei intendere, aliis neglectis, sed ad omnia simul oportet attendere eum qui ante Deum velit cō-  
fusione euadere, & spe salutis non frustrari. Videretur autē aptior esse oratio, si per accusatiuum di-  
ceretur, Dum perspexero in vel ad omnia mandata tua: quemadmodum vertit Hieronymus. ¶ Versu  
8. Iustificationes tuas custodiam. Verbum Custodiam, futuri temporis est, & indicantis modi. Est e-  
nim Gracē futuri temporis indicatiui modi. Illud autem operap̄cium fuerit semel admo-  
nere, pro huius psalmi vsu quotidiano, quod quoties per vnū hunc psalmum de futuris lo-  
quimur, tales orationes accipi debeant & intelligi, non quasi indicare velimus per eas, quid omnino  
futurū sit, aut quid certo sit nobis euenturum, sed tantum nostrū bonę voluntatis propositum. Exē-  
pli gratia, cum in sequētibus dicitur, In aeternum non obliuiscar iustificationes tuas, &c. Custodiam  
legē tuam semper, non ita sermo iste accipiendus venit, quasi sic certo futurum pronunciemus, velut  
prophetas de futuris contingētibus. Quis enim, quantum hodie iustus, nouit, quid illi crastina  
dies sit adductura: Sed propositum tantum indicamus voluntatis nostrae, & bonū desiderium, quod  
etiam speramus Dei gratia asistēte, in effectum & impletionē operis sedulo nos perducturos. Sed &  
de iis quae per pr̄teritum tempus efferuntur in hoc psalmo, quisquam addubitate possit, quoniam  
pacto intelligi debeant. Veluti cū dicitur, In toto corde meo exquisiui te, Iudicia tua non sum obli-  
tus, A iudiciis tuis non declinaui, & id genus alia, quae vix ab vllō hominē videntur cū veritate pos-  
se proferri. Quis enim audeat dicere, quod iudicia Dei non vnquā fuerit oblitus? Quis non aliquan-  
do declinauit a iudiciis eius? Videtur autē hęc dici ab eo qui de peccatorum suorum remissione ni-  
hil hāsītans, testimonium habet bonae conscientiae, quod dimissa sint ei peccata, quod proiecerit ea  
omnia Deus post tergum suum: atq; ita nec ipse vltra memor vult esse eorum: sicq; sermo accipi de-  
bet secundum eum statum in quo se iam fidelis agnoscit, post liberationem a peccato. Ab iis autem  
qui non omnino bene sibi conscii sunt, cum ista proferuntur, debent eiusmodi cum formidine & do-  
lore p̄nitētia ista pronunciare, saltem optantes & desiderantes illam, quā per os suum efferunt per-  
fectionē & integritatem, in se aliquādo inueniri, quam nunc ex testimonio non optimae cōscientiae  
sibi sentiunt deesse. Ita fiet, vt non ad mendacium, neq; ad vanitatem, neq; ad hypocrisim hęc impu-  
tentur imperfectis, si ea sic in spiritu humiliato, & corde contrito pronunciauerint.

IN II. OCTONARIUM.

Iacobi. 1.

Isaie. 65.

Versu primo, In quo corrigit adolescētior viam suam? Adolescētiorem, siue adolescentē, aut  
p̄nerum hic vocat, eum qui adhuc ex ignorātia vel infirmitate, a concupiscentia propria ab-  
stractus & illectus, nō ad integrum Dei mandata perficit, plus a quo indulgēs carnis prauę cō-  
cupiscentia. Qui enim talis fuerit, etiam si ad annos octuaginta peruenierit, adolescens aut puer me-  
retur appellari. Vnde apud Esaiam, puer aliquis centum annorum commemoratur. Pueri autem ta-  
les appellantur, si non aetate, certe moribus: quam distinctionem in libris Ethicorum posuit Aristo-  
teles, pueros dicens ineptos auditores moralis disciplinae, pueros scilicet moribus, non aetate. De hu-  
iusmodi ergo imperfectis & concupiscentia suā nimium indulgentibus, queritur, quo remedio  
potissimum ab illa possint infirmitate curari. Mox verō in eodem versu parata subiungitur respō-

A fio, In custodiendo sermones tuos. Neq; enim efficacius potest illi morbo adhiberi remediū. Atq;  
ita quidē in Elucidatione explanauimus hunc versum, vt pars posterior sit prioris respōsio, & velut  
satisfactio quāstionis. Cui expositioni satis manifeste cōsentit Hieronymus, ita legēs, In quo corri-  
git iuuenis semitam suam? cū custodierit verba tua. Alii tamen malunt totum versum legere per in-  
terrogationem, ad hunc sensum, In quo corrigit adolescens viam suam, vt custodiat sermones tuos?  
Atq; ita hac interrogacione dicunt significari non aliud q̄ difficultatem ad obseruandum p̄cepta  
Dei: quod melius tamē quadraret, si per futurum diceretur, In quo corrigit adolescētior, q̄ per tem-  
pus praesens. ¶ Versu. 2. Ne repellas me a mandatis tuis. Hieronymus ex Hebraeo, Ne errare me facias  
a mādātis tuis: hoc est, ne errare me p̄mittas, in quo explicatur quod habet nostra lectio, ne repellas.

IN III. OCTONARIUM.

Versu primo, Retribue seruo tuo. Quod supra diximus in versu tertio psalmi cētesimide-  
cimiquinti de verbo retribuere, id huic loco etiam deseruit rectius intelligēdo, videlicet vt  
intelligatur dictū esse retribuere, pro tribuere, siue dona liberaliter: Ita enim diximus, retribuere  
aliquādo significare non amplius quā tribuere, quomodo retributiones aliquando vocantur ipsa  
etiā beneficia quae dātur non in vicissitudinem aliorum p̄cedētium. Atq; ad hunc modum vertit  
ex Hebraeo Hieronymus, Tribue seruo tuo. Alii iuxta sententiam vertunt, Benefac seruo tuo. ¶ Versu  
tertio, Incola ego sum in terra. Incola hic, pro aduena vel peregrino accipitur. Vnde Hieronymus,  
Aduena ego sum in terra. Alii legūt peregrinum, alii inquilinum, id est, incolā vel aduenam. ¶ Versu  
4. Cōcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas. Quidā ita intelligūt, Cōcupiuit desiderare  
iustificationes, vt minus sit q̄ simpliciter desiderare iustificationes. Qui enim cōcupiscit desiderare  
Deum, vel quae Dei sunt: nondū eō peruenit quō is qui iam desiderat: sicque adiecta particula, omni  
tēpore: commoda erit sentētia talis, Quāuis propter infirmitatem & fragilitatē carnis a bono ab-  
trahētis, non semper actuali desiderio ferri queam ad tua p̄cepta: concupiscit, hoc tamen spiritus  
meus, qui p̄optus est ad tuum seruitium, vt omni tempore queat desiderare p̄cepta tua. Nos ta-  
men in Elucidatione duplicationem istam concupiuit desiderare, retulimus ad vehēmētiam deside-  
rii: tanquā si diceretur, Cōcupiscendo desiderauit, vel concupiuit desiderando. Atq; huic sentētia  
cōformiter vertit Felix, Contracta vel contrita est anima mea p̄ desiderio erga iudicia tua, in om-  
ni tempore: hoc est, sic ingiter & vehementer spiritus meus intentus est desiderio iudiciorum tuo-  
rū, vt consumi videatur atque deficere, p̄ nimio desiderio. ¶ Versu. 8. Consilium meum iustifica-  
tiones tuae. P̄cepta Dei dicuntur viri iusti cōsiliū, ad eum modum quo amicū aliquem prudē-  
tem in agendis rebus, appellamus omne nostrum consilium, id est, nostrum cōsultorē, abiq; cuius  
consilio nihil agimus: & cuius consilium semper in cunctis occurrentibus negotiis requirimus. Ita  
enim in omnibus occurrentibus negotiis semper nos decet ad diuina mandata attendere, & cōsilde-  
rare, quid illa nobis consulant agendum vel non agendum.

IN IIII. OCTONARIUM.

Versu primo, Adhæsit pauimēto anima mea. Adhæsiō ista animae ad pauimentū siue ad pulue-  
rem, intelligi potest variis modis. In Elucidatione duplicem indicauimus intellectum. Prio-  
rem hunc, P̄a humilitate ego adhæsi pauimēto, iacui prostratus in terra, quomodo solent iū  
qui suam agnoscentes miseriam, caelestem deposcūt misericordiam. In hac autē sententia, adhæsiō in-  
dicat continuitatē humiliacionis: animę autem adhæsiō, significat non tantum corporalem atq; ex-  
ternam fuisse humilitatem, sed etiam veram & internam. Posterior intellectus hic est, Anima mea  
& spiritus meus terreno pulueri adhæret plus iusto, agglutinatur affectus meus terrae, rebūq; terre-  
nis: p̄optus ad bona spiritus, caro in bono infirma, & fortis in malo, ad se secundū partem aliquā  
inclinat & inflectit. Tu verō per tuā gratiam confirma mihi vitam in spiritu meo, ne deficiā. Potest  
& simpliciter ista adhæsiō animae ad pauimētū intelligi, in habitatio animae in corpore. Propter col-  
ligationē namq; animae cū corpore pro statu huius vitae, rectē quasi pauimēto illi adharere dici po-  
test. Ex hac autē adhæsiōne animae, tam nobilis spiritus, cū corpore tam sordido pauimēto, tam vili  
pulueri, oritur animae difficultas magna ad operādum bene: quē admodū ipse ait Saluator, Spiritus  
quidem p̄optus est, caro autem infirma. Atq; ob hoc, rectē postulat qui sibi a carne fragili metuit,  
Viuifica me secundū verbum tuū. Iterum ista adhæsiō animae ad pauimentū, intelligi potest prostrato  
tio, vt cōquerēdo dicat vir boni desiderii, vexatione se iam quasi prostratum in terrā, & velut iacē-  
tem in puluere, & quantū in sese desperantē de superādis tantis malis: propter quōd, ad Deū leuans  
oculos, petit viuificari ab eo qui semper manet inuictus, imō semper inuincibilis. ¶ Versu. 2. Vias  
meas enūciaui, & exaudisti me. Hic iam in se fatetur impletum, quod in Psalmo alio tanquā cōsilia-  
rius bonus bene monet dicēs, Reuela domino viam tuā, & spera in eo, & ipse faciet. Id nūc se exper-  
tū in semetipso cōstetur, dicēs domino, Vias meas enūciaui, & exaudisti me. Pro Enūciaui autē bea-  
tus Hieronymus legit Exposui. ¶ Versu. 3. Viā iustificationum tuarū instrue me. Pro instrue, Hiero-  
nymus vertit, Fac me intelligere. Psalterium Romanum habet, Insinua mihi. ¶ Versu. 4. Dormitauit  
anima mea p̄ tēdio, confirma me in verbis tuis. Sicut corpus aliquando deficere & collabi incipit,  
ita vt pedes ipsum corpus non rectē ferre valeant, neque debite incedere, cui debilitato non est me-  
dicina praesentior, quā panis confirmans cor hominis, & vires reparans: ita cum aliquando con-  
tingit staccescere, ac velut senescere spiritus internum robur, praesentius remediū adferri non po-

Matt. 26.

Matt. 26.

Psal. 36.

Psal. 103.



Heb. 4. test, q̄ sermo Dei ille viuus & efficax, in quo vt procedente ex ore Dei, secundum spiritum scilicet  
 Deut. 8. me viuus & nutritur homo. Verba autē ista Dei accipimus, & quæ exterius loquitur in scripturis san-  
 Matt. 4. ctis, & quæ interius in nobis ipis per suā inspirationem dulciter infundit. Illud tamē, in verbis tuis,  
 potest accipi in aliam sententiā, vt valeat secundum, aut iuxta verba tua: in quam sententiā vertit  
 Hieronymus, Serua me iuxta eloquiū tuū. Similiter & Felix, Cōfirma me iuxta verbū tuū. ¶ Versu. 5.  
 Et de lege tuā miserere mei. Nouē hoc dictum est, Miserere mei de lege tua, in hunc sensum, Miserere  
 mei quātum ad legem tuam, vel per legem tuam: hoc est, sic mei miserere, vt ex tua misericordia mi-  
 hi illa possit contingere, vt illam & illius intellectum atq; obseruationem mihi ex tua misericordia  
 acquiram. In quam sententiā aliquantulum à litera Hebraica abcedēs Hieronymus, vertit, Legem  
 tuam dona mihi: cum ad verbum ex Hebræo legendum sit, Lege tua, vel de lege tua miserere mei, aut  
 gratiosus esto mihi. Verti etiam posset, Lege tua gratiose dignare me. ¶ Versu. 8. Viam mādatorum  
 tuorum cucurri, cum dilata ssi cor meum. Interdum iusti viam mādatorum Dei currunt, interdum  
 eunt ac vadunt, interdum vix serpunt ac repunt. Currunt quidem, dum in magna alacritate, corde  
 in spiritus sancti gratia dilatato, quæ Dei sunt, & facillime & libentissime perficiunt. De his curren-  
 tibus, etiam apud Esaiam scribitur, in hac verba, Qui autem sperant in domino, mutabunt fortitu-  
 dinem, assument pennas sicut aquilæ, current, & non laborabunt. De ambulantibus autē in via mā-  
 Psal. 125. datorum, in alio psalmo legimus, Eunt ibant, & flebant, mittentes semina sua. Et iterum, Benedi-  
 Psal. 84. ctio dabit legillator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion. Nonnunquam  
 verō serpere tantum videntur aut repere, quando ad tempus præsentia cōfortantur & accedētis gra-  
 tiæ spiritualis destituti, sibi metipsis relicti, ægrè admodum & multa difficultate quæ Dei sunt pera-  
 gunt. Qui verō in via mādatorum Dei nullo horum modorum progrediuntur, vt neq; currant, ne-  
 que ambulent, neque vel repant, sed pertæsi laboris declinant ab ea, vel retrogrediuntur, in morem  
 cancri, ad ea quæ semel reliquerunt vana sæculi desideria, aut pristinas concupiscentias carnis cor-  
 de reuertentes, ii à via Dei in vias diaboli, mundi, & carnis deflectunt: quod à iustis omnibus debet  
 abesse. Nemo tamē conturbari debet, si non semper viam se videat posse percurrere. Nam currere  
 viam, non datur, nisi cum à Deo cor nobilis dilatatur: quæ sanè cordis dilatatio non est in hac via  
 cōstitutis certa hæreditas, sed Dei est singularis visitatio, qua dignatur ipse hominē quando & quā-  
 tum voluerit. Si currere tibi non datur, sollicitus esto quomodo vel ambules: sine ambulare suffi-  
 cis, vt minimum repas: tantum ne declina à via recta, viam mādatorum Dei non deseras, quantum-  
 vis etiam paululum tibi promouere videaris, quantacumq; tibi in ambulando, nunc rependo, tandem ad  
 optatum pertingemus nostri cursus terminum, ad beatam Dei nostri visionem, vbi corde semper di-  
 latatissimo, non iam repemus vltra, non ambulabimus, non curremus: imò non volabimus, sed per-  
 petuo in aspectu gloriæ eius, in perpetuis æternitatibus requiescimus, in domino Deo nostro.

IN V. OCTONARIUM.

Versu. 1. Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum. Nota quòd in Psalmis vbi cū-  
 que inuenies Legem pone, in Græco vnica dictio est *ἐπιτιμωσέ με*, quæ secundum rationē suæ cō-  
 positionis significat legem pone: in Hebræo autem ponitur imperatiuum verbi horah, quod  
 significat docere, instruere, aut ostendere, quomodo præceptor ostendit discipulo. Vnde vbi cum  
 nos habemus iuxta vulgatam lectionē Legem pone, beatus Hieronymus ex Hebræo vertit docere,  
 vel ostendere. Vt in psalmo vigesimo quarto, Legem dabit delinquentibus in via. Hieronymus ver-  
 tit, Docebit peccatores in via. Et in Eodem psalmo, Legem statuit ei in via quam elegit. Hieronymus  
 vertit, Docebit eum, &c. Iterum psalmo vigesimo sexto, Legem pone mihi domine in via tua: vertit  
 ille, Ostende mihi domine viam tuam. Ita & in proposito, loco huius, Legem pone mihi domine viā  
 iustificationum tuarum: vertit ille, Ostende mihi domine viam præceptorum. Vnde non potest faci-  
 lius exponi legem ponere, quam per docere vel instruere. Quod ergo hic dicitur, Legem pone mi-  
 hi domine viam iustificationum tuarum, tantundem valet ac si dicas, Viam iustificationum tuarum  
 doce me, vel ostende mihi, vt legem ponere idem sit quod pro lege ponere, & tanquam legem ostē-  
 dere. Ex quo deinde fit manifestum, relatiuum, eam referre, nō legem, sed viam, id quod in Græco at-  
 que Hebræo euidenter cognoscitur, tametsi in Latino indifferēs videatur. ¶ Versu tertio, Deduc me  
 in semita mādatorum tuorum. Quidam per accusatiuum legunt, in semitam: sed melius per ablati-  
 uum legitur, in semita, quomodo habent correctiora exemplaria Gallicani psalterii: cui etiam cō-  
 sonat Græca lectio: *ἐπιτιμωσέ με ἐν τῇ ὁδοῦ σου*, &c. id est, Deduc me, vel, Dux esto mihi in via, vel per viam  
 mādatorum tuorum. Atque ita etiam per ablatiuum legit Hieronymus. Non habet tamen incom-  
 modam sententiā, si per accusatiuum legatur, in semitam. A Deo nanque postulare debemus, vt  
 in semitam mādatorum suorum nos inducat, & constituat in ea pedes nostros, vtque nos in viam  
 inductos, in via etiam deducat, seque ducē præbeat in via iam ambulantes. ¶ Versu. 5. Auerte oculos  
 meos, ne vident vanitatem. Quomodo hic postulat auerti sibi oculos ne vanitatem videat, cū om-  
 nia quæ sunt sub sole (iuxta sapientis Ecclesiastici verbū) vanitas sint, & vanitas vanitatum? An erui  
 sibi peti oculos? an sibi donari cecitatem, vt omnino nihil eorū quæ sunt sub sole videat? Ita profec-  
 to qui ad perfectionem aspirat, vt facit qui in hoc psalmo loquitur, penitus auerti sibi postulat oculos,  
 ne omne quod vanitas est videat: non quidē vt simpliciter nō cernat oculis carnis, sed ne sic vi-  
 deat, vt inordinato aliquo amore illis turpiter adhæreat. Est enim quoddā videre male cōcupiscēdo,

Eccle. 1.

A quæadmodum saluator ait in Evangelio, Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, mœchatus  
 est iam in corde suo. Sic qui rem proximi videt ad cōcupiscendū, delinquit in eo quod viderit vani-  
 tatem. Ita qui rem quancumq; temporalem, caducam & transitoriam videt, ad illi inordinato amore  
 adhærendum, delinquit in eo: vt merito postulare debeat homo, auerti sibi oculos ab omni creatura  
 quæ vanitas est, multo verò magis ab omni impietate, quæ minus q̄ vanitas est, nepe in sania & nihili-  
 tū, ne horum quicquā male videat. Quod autem hic de oculis postulat, idem & de membris aliis est  
 intelligendū. Sub vno enim sensu quo magis solet homo periclitari, cōprehendit & cætero. Sicut enim  
 per vnum quēq; exteriorum sensuum ad animam intus potest mors ingredi, iuxta illud, Mors Hier. 9.  
 intrauit per fenestras nostras: ita necessariū est pro singulis orare dominum, vt claudatur ab eo, & au-  
 uertantur à noxiis. Auertit autem Deus oculos ne videant vanitatem, similiter aures, ne vanitatem  
 audiāt: non quidē prohibēdo ne obiectum visui oblatum non naturaliter percipiatur ab oculo, aut  
 sonus vocis oblatum auribus non percipiatur ab auditu, sed per gratiā suam ipsū videntem vel au-  
 dientem præseruando, vt ex visis vel auditis in consensum vel amorem prauum non veniat. Atq; ob  
 hoc, vbi postulat auerti oculos sibi ne videret vanitatem, absq; mora subiungere voluit, in via tua  
 viuifica me. ¶ Versu. 7. Amputa opprobriū meum quod suspicatus sum. Clarius & sententiæ in Elu-  
 cidatione explanata conuenientius legit Hieronymus, Auerte opprobrium meum quod reueritus  
 sum. Et Felix, Fac transire opprobrium meum quod timui. Significatur opprobrium non temporale,  
 sed magis spirituale. Opprobrium enim verum homo iustus reputat venire in cōsensum peccati, ab  
 hoste tentante superari, mortis reum & gehennæ filium cōstitui: super omnia autem, ab optimo pa-  
 tre Deo se elongari atq; reprobari. Et hoc est opprobrium verum quod metuit iustus, quòdque à se  
 amputari, à se auerti, & longe à se fieri precat, de quo etiam in Octonario tertio orabat, dicens, Au-  
 fer à me opprobrium & cōtemptum, quia testimonia tua exquisiui. Cæterum, opprobrium hominū,  
 qui perfectioni intēdit, non admodum metuit, imò improprium expectat cor eorum & miseriam,  
 dum paratos se offerunt ad perferenda pro iustitiæ amore quæuis opprobrium, quemadmodum de Psal. 167.  
 Apostolis legimus, quòd ibant gaudentes à conspectu cōciliū, quoniam digni habitū fuerāt pro no-  
 mine Iesu contumeliā pati. Et Paulus gloriari se dicebat in tribulationibus. Atq; alibi Iacobus fra-  
 Actu. 5. tres monet, debere eos omne gaudium existimare, cum in varias incidissent tentationes. Iacobi. 1.

IN VI. OCTONARIUM.

Versu. 2. Et respondebo exprobrantibus mihi verbum. Exprobrantes in Elucidatione spiritua-  
 liter sumus interpretati aduersarios, nobis indigna & turpia proponētes. Quomodo enim gra-  
 uiter exprobrat nobili principi, qui illi proponit vile scortum, suadēs accipere illud in con-  
 iugē: ita vere exprobrat nobis aduersarii nostri, dæmon, caro, mundus, cum nobis proponūt impie-  
 tatem & carnalia desideria. Quid enim sordidius, quid vilius possit proponi rationali animæ, tā nobili  
 creaturæ, de excelso cælo prognata, q̄ vt sese subdat rebus transitoriis & momentaneis, aut cō-  
 cupiscētis seruiat, ipsa tam nobilis Dei propago, vilissimè meretriculæ? Huiusmodi ergo exprobrā-  
 tibus respondere potest verbū, qui sperat in verbis Domini: quomodo saluator noster Christus Do-  
 minus, ad eruditionem nostram, exprobranti sibi maligno spiritui, & indigna proponēti, nepe quæ  
 carnis & sæculi erāt, respondit verbum efficax, dicens, Vade Satana: Non in solo pane viuus homo: &  
 Matt. 4. alia quæ Matthæus & Lucas pulchrè describunt. Poterit etiā exprobratio ista aliter intelligi, secū-  
 Psal. 41. dum id quod in alio psalmo dicitur, Fuerūt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dū dicitur mihi  
 quotidie, vbi est Deus tuus: Et iterum, Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tri-  
 bulant me inimici mei, dum dicunt mihi per singulos dies, vbi es Deus tuus? ¶ Versu. 5. Et ambula-  
 bam in latitudine, quia mandata tua exquisiui. Profecio verbum verū est, in latitudine ambulare eos  
 qui mandata Dei exquirunt. Est enim (vt in alio Octonario dicitur) mandatum Dei latum nimis: &  
 in conscientia magna libertate atq; iucunditate ambulāt, quicunq; in Dei seruitute præceptis eius  
 2. Tim. 2. incumbunt. Impii verò, qui obediunt concupiscentiis prauæ carnis suæ, qui captiui tenentur diabo-  
 li laqueis, & ducuntur siue aguntur ad eius voluntatē, ipsi sunt qui ambulat in angustia & arctitu-  
 dine, iuxta quod in alio psalmo scribitur, Contritio & infelicitas in viis impiorum. Et in persona  
 Psal. 13. reproborum dicitur in libro Sapiētia, Lassati sumus in via iniquitatis, ambulabimus vias difficiles.  
 Sapien. 5. Quod autē saluator in Evangelio dicit, angustam esse portam, & arctam viam quæ ducit ad vitam:  
 Matt. 7. contra verò latam esse & spaciosam viam atq; portam, per quam intratur in perditionē: ob hoc di-  
 citur, quia per pauci sunt qui viam vitæ perambulant, & per portā vitæ ingrediuntur: plurimi verò  
 Iuce. 13. vias mortis percurrūt, & ingrediuntur portas damnationis. Quod si via vitæ angusta propter diffi-  
 cultatē dicatur, intelligi debet illa difficultas ex parte malitiæ carnis. Gratiā verò spiritus sancti, an-  
 gustiam aufert, & viam dilatāt, atq; amœnam reddit, quæ carni videtur horrida. ¶ Versu. vltimo, Et  
 leuavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi. Postquā in prioribus versibus dixerat, Loquebar de  
 testimoniis tuis in conspectu regum: ac deinde, Et meditabar in mandatis tuis, ad cōplementū per-  
 fectionis adiciere curauit hoc nouissimū, Et leuavi manus meas ad mādata tua, quæ dilexi. Inueniū-  
 tur enim nonnulli, forsitan & non pauci, qui de testimoniis Domini nunquā ferè non loquuntur, e-  
 tiam coram regibus & populis, & non confunduntur: imò hoc ipso sibi gloriā aucupantur, nō ra-  
 ro & auaritiā quæstum: item & meditantur subinde in mandatis Domini, quomodo illa eloquātur:  
 sed vsque ad nouissimū hoc non perueniunt, vt manus leuent ad mādata, quæ dilexerunt ad predi-  
 candum, aliisq; proponendum. Attamen nisi & hoc adsit præcedentibus, non est perfecta Christiani  
 y



hominis gloria. Non enim in sermone (vt Apostolus ait) est regnū Dei, sed in virtute. Leuare autem manus ad mādata Dei, vel simpliciter accipere, pro extēdere manus, & opere perficere: vel, si velis, peculiarē accipere emphasim in eo quod non simpliciter dicit, Extendi manus meas, sed leuauī. Qui enim manus leuat, cum conatu aliquo, ad id quod modo quodā supra ipsum est, manus porrigit in altum. Atq; ita mandata Dei quia modo quodam supra hominē sunt, ita vt ab homine ob carnis grauedinem sine difficultate nequeant impleri, rectē dum ad impletionem mādatōrum conamur, quasi leuare manus ad mandata dicimur.

IN VIII. OCTONARIVM.

**V**ersu primo, Memor esto verbi tui, seruo tuo. Clarior fiet oratio, si pro datiuo illo seruo tuo, ponatur accusatiuus cū prapositione cōuenienti, hoc modo, Memor esto verbi tui erga seruum tuum, vt scilicet illi impleas verbū tuum. Vel sic intellige, Memor esto verbi tui, ad seruum tuū, id est quod loquutus es seruo tuo, interna scilicet loquutione, vel etiam in scripturis sanctis de auxilio & consolatione gratiā tua. ¶ Versu. 2. Hęc me consolata est in humilitate mea. Humilitas (vt frequenter alias) pro afflictione accipitur. Vnde ex Hebræo vertunt Hieronymus & Felix, Hęc est consolatio mea in afflictione mea. ¶ Versu. 4. Memor fui iudiciorum tuorū à sæculo domine. Quāquam in hoc Psalmo frequenter, admodum iudicia accipimus pro præceptis, hoc tamen in loco, propter additionem illius partis, à sæculo, magis conueniens videtur intelligere de iudiciis illis quæ à sæculo Deus exercuit, in bonorum saluatione, & condemnatione prauorum. ¶ Versu. 5. Defectio tenuit me. Pro defectio in Græco est *ἀσθενία*, quod significat defectionem cordis, vel destitutionem animi, quemadmodum habet Romanum Plasterium, Defectio animi tenuit me, &c. Ex Hebræo autē Hieronymus legit, Horror obtinuit me. Similiter Felix, Horror vel timor vel cōbustio apprehendit me, ab impiis, &c. id est, pro impiis, vel propter impios. In versu autem sequenti, vbi nos habemus, Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, Hieronymus vertit, Carmina erāt mihi præcepta tua, & Felix, Cantica mihi erant statuta tua. ¶ Versu. 8. Hęc facta est mihi. Hęc referre potest siue demonstrare legem, ipsa lex facta est mihi, contigit mihi, sum ego assequutus illam, quia iustificationes tuas exquisiui, illis enim contingit assequi legē Dei, qui in toto corde præcepta eius exquisiunt. Vel potest referre siue demonstrare ipsam memoriā siue recordationē nominis Domini per noctem, de qua fit sermo in versu præcedenti. Nam & hęc ex eo homini contingit, quod sollicitus est in toto corde adimplere mandata. Beatus Hieronymus vertit per genus neutrum, dicens, Hoc factū est mihi, id est, quod memor fui nocte, & quod custodiui legem Dei. Atq; ita etiam potest accipi in lectioe vulgata genus femininum pro neutro, hęc scilicet pro hoc, quemadmodum alibi, Vnā petitiā à domino: loco huius, Vnum petitiā à domino. ¶ Psal. 26.

IN VIII. OCTONARIVM.

**V**ersu primo, Portio mea domine, dixi, custodire legem tuā. Potest hoc per optatis siue deprecatis modum legi, ad hunc sensum, Portio mea, o domine, hęc sit, vt custodire valeam legem tuā: tu hoc mihi in partē meam dona, vt custodiam illam: vnam hanc peto à te domine, hęc requiro, vt in tua semper obedientia permaneam: hęc est portio quam abs te in hac vita postulo. Vel per modū indicandī, vt significet bonum cordis propositū, ad hunc sensum, Ego dixi, o domine, portio mea hęc est, vel erit: hoc in portionem vel partem meam reputo, custodire legem tuam. Habeāt alii alias partes: hęc vna est, quam ego elegi, & in qua est mihi beneplacium. ¶ Versu. 5. Funes peccatorum circumplexi sunt me. Peccatorum in tertia declinatione accipiendum est, non in secunda, id quod tam ex Græco quam ex Hebræo est euident. Nam in Hebræo est dictio *reshaim* in Græco *ῥαμαρτωλοῖς*, quorum vtrunq; significat peccatores vel impios. Dicuntur autem funes impiorum, ipse cōgregationes, societates & colligationes eorum. Vnde ex Hebræo pro funibus peccatorum, quidam societates vel congregationes impiorum legunt. ¶ Versu. 6. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Preter intelligentiam in Elucidatione positam, potest versus iste secundum mysticum sensum, etiam ad hunc modum intelligi. In mediis tribulationibus atque aduersitatibus, non destiti à laude tua & gratiarum actione, sed exurgebam constanti & forti animo, non fractus neq; deiectus aduersis, ad confitendum tibi super equisimīs iudiciis tuis. ¶ Versu vltimo, Misericordia Domini plena est terra. Quod terra plena dicitur esse misericordia domini, potest ad vniuersitatem creaturę corporalis referri. Vbiq; enim terrarum atque locorum relucet Dei immensa bonitas atque letissimā misericordia, etiam in illis creaturis quę rationis sunt expertes: vel ad ipsos terrę inhabitatores, creaturas rationales quibus in omni loco prompta est Dei misericordia, vbiunque terrarum siue locorum fuerint inuocata.

IN IX. OCTONARIVM.

**V**ersu secundo, Bonitatem & disciplinam & sciētiam doce me. In Græco est *χρησίζωμαι*, primo loco, quod significat benignitatem vel suauitatem: propter quod, bonitatem istam interpretati sumus affectum benignum & suauem, erga Deum & proximū quo iustum esse decet. Simpliciter tamen bonitas pro bono potest accipi, vt fit sensus, Doce me bonum. ¶ Versu septimo, Bonum mihi, quia humiliasti me. Humiliatio ista, significat afflictionem. Valde enim vtile est sanctis, subinde à Deo humiliari, & aduersis casibus quasi disciplina paterna corripī, quemadmodum pulchrē & prolixē declarat Apostolus, cap. 11. Epistolę ad Hebræos, adeo vt dicat adulterinos ac nothos & non filios esse eos, qui extra disciplinam sunt. Huic autem expositioni consonat aperte versio Hieronymi, Bonum mihi, quia afflictus sum.

IN X. OCTONARIVM.

**V**ersu. 1. Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me. Manus Dei intellige metaphrice, si velis, admodum artificis opus suum facientis manibus: vel interpretare potentiam, sapientiā, & bonitatem, quæ etiā digiti aliquando appellantur, quemadmodum diximus in Annotationibus Psalmi octauī, in versum illum, Videbo cęlos tuos, opera digitorum tuorum. Inter duo autē illa verba fecerunt & plasmaverunt, talis potest assignari distinctio, vt prius ad animę creationē, posterior ad corporis formationem referatur, quę admodum in Elucidatione indicauimus. Vnde secundū animā, quæ penitus de nouo creatur, potius Deus facit hominē vel creat, q̄ plasmā. Secundum corpus verò, quod de limo à Deo formatur, non de nihilo creatur, rectius dixerimus Deum plasmare q̄ facere hominē. Nam plasmare significat fingere siue formare. ad eum modū quo figulus de luto fingit opus. Pulchrē autē volens postulare Dei instructionē, præmittit opus illius se esse, vt quasi debita sibi significet exauditionē. In sum enim est, vt opifex suum opus quod formauit exornet ornatu congruo, atque custodiat. ¶ Versu. 2. Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur. Potest hoc intelligi tam de angelis, q̄ de hominibus iustis. Nam angeli sicut gaudent super vno peccatore agēte penitentiam, ita proculdubio gaudent in bono & salute iustorum: homines quoque iusti de proximorum bono gaudent propter charitatem, quæ facit bonum vniū esse alterius, atque omnia cōmunia quæ ad salutem spectāt: quæ non æmulatur, non inuidet, non gaudet super iniquitate (vt Apost. ait) 1. Cor. 15. sed congaudet veritati, gaudere etiam facit cum gaudentibus. ¶ Versu. 4. Fiat misericordia tua vt consoletur me. Clarius ita dici potest, Sit misericordia mihi consolationē præstet. In quam sententiā legit Felix, Sit, obsecro, misericordia tua ad consolandū me. vel, Sit nūc misericordia tua vt consoletur me. Hieronymus, Sit obsecro misericordia tua in consolatione mea. In secūda autem parte, cū dicitur, Secundū eloquium tuū seruo tuo: subaudiri oportet quod loquutus es, ad hūc sensum, Secundū verbum tuum quod loquutus es seruo tuo: quod paucis verbis clarius expressit Hieronymus, Sicut loquutus es seruo tuo. ¶ Versu. 7. Conuertantur mihi timentes te. Conuertantur mihi, positum est, pro, cōuertantur ad me, quomodo habet Plasterium Romanum, & Hieronymus, Reuertatur ad me.

IN XI. OCTONARIVM.

**V**ersu. 2. Defecerunt oculi mei in eloquiū tuum, dicentes, quando cōsolaberis me? Nouo modo hęc dicitur, oculi dicentes, cum oculi nihil loqui possint aut dicere: sed hęc est accipiēda sententia, Defecerunt oculi mei in eloquiū tuū, me dicente, quando, &c. Vel sic, Dixique, quando, &c. ¶ Versu. 4. Quot sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudicium? Hęc versus potest accipi vt vnica continens interrogatiōē, in hunc sensum, Quot dies sunt, quibus expectare debet seruis tuis, antequā facies iudicium, &c. vel sic, Quantū tēpus expectare debet seruis tuis, priusquā facies ei iudiciū contra persequētes: Atq; ita dies serui dicuntur, dies expectationis ante liberationē. Potest verò totus versus æque cōuenienter diuidi in duas partes, in hūc modū, Quot sunt dies serui tui, quibus scilicet in ista permanebit afflictio, desolatio, & expectatio: & Quādo facies de persequentibus me iudicium? ¶ Versu. 6. Omnia mādata tua veritas. Veritas sunt mādata Dei, id est, vera & maxime iusta: quomodo alibi Psalmo. 110. dicitur, opus Dei esse confesio & magnificentia, id est, confitendum & magnificum: atque iterum, Opera manuum eius dicuntur esse veritas & iudicium, id est, vera & iusta. In sequenti autem versu, Paulominus consummauerunt, idem valet quod, serē consumperunt, vel serē ad nihilum redegerunt.

IN XII. OCTONARIVM.

**V**ersu. 1. In æternum domine, verbū tuum permanet in cælo. Potest intelligi hoc, vel de ipsis cælestibus corporibus, de quibus in alio loco dicitur, Statuit ea in sæculum & in sæculū sæculi, præceptum posuit, & non præteribit. Legē enim sibi à Deo præscriptā ab initio, obseruatione inuiolabili custodiunt. Vel de angelis, qui in cælo semper Dei voluntatē absq; trāsgressione custodiūt: propter quod, nos Saluator ita docuit orare, ac dicere, Fiat volūtas tua, sicut in cælo, & in terra. Primæ intelligentiæ satis fauet lectio Hebraica, in versu tertio. Nā in loco eius quod nos habemus, Ordinatione tua perseuerat dies, in Hebræo est, Iudiciis tuis permanferunt vel steterūt hodie, hoc est, permāserunt & persistant vsq; hodie tuis ordinationibus, vt indicetur, cælos, Dei veritatem, & terram, Diuina ordinatione perstitisse ab initio. ¶ Versu. 4. Nisi quod lex tua meditatio mea est. Clarius absque quod esseretur, hoc modo, Nisi lex tua fuisset meditatio mea, tunc fortē perissem in humilitate mea. Quemadmodum id quod in alio Psalmo dicitur, Nisi quia Dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea: clarius sic diceretur, Nisi dominus adiuuisset me, &c. similiter & illud quod in Psalmo. 123. Nisi quia dominus erat in nobis, cum exurgerēt homines in nos, fortē viuos deglutissem nos. Quantū verò ad sententiā huius versus, diligenter nota, opti mam esse consolationem in aduersis, meditationem Diuina legis: cui quisquis assueuerit, nihil adeo potest obuenire durum siue toleratu difficile, quod non sic theologice philosophādo æquanimiter ferat. Humilitas autē hoc in loco, quomodo alias admodū frequenter, pro afflictione sumitur. Vnde Hieronymus vertit, Fortē perissem in pressura mea. & Felix, In afflictione mea. ¶ Versu vltimo, Omnis cōsummationis vidi finē, latum mandatum tuū nimis. Hūc versus in Elucidatione nos sumus interpretati secundū connexionē partis posterioris cū priore ad hūc modū, Vidi finē omnis cōsummationis, nepe mandatū tuū latū nimis, vel, qui finis est mādatū tuū, &c. Potest tamē & intelligi, secundū diuisionē partiū, ad hūc sensum, Omnis cōsummationis, omnis rei finitæ & cōsummatę siue creatę vidi finē, sed tuum mandatum est nimis latū, finem eius nequeo cōprehendere. Atq; ita con-

summatio accipietur pro ipsa re cōsummata, vel pro re creata. Quidā intelligunt infinitiuum verbi p substantiui, ad hunc modum, Omnis consummationis vidi esse finem.

IN XIII. OCTONARIVM.

Versu primo, Quomodo dilexi legem tuam domine: hoc est, quantum dilexi, siue quā dilexi vt habet Hieronymus: Explicat homo iustus nimium vehemens suum desiderium, ad obseruationem Diuinæ legis. ¶ Versu. 2. Super inimicos meos prudentem me fecisti mādato tuo. Istud mādato tuo, est casus ablatiui. Est enim sensus, Fecisti me prudentē mādato tuo, subaudiendo in: hoc est, instruxisti me mādato tuo, vel docuisti me mādato tuo. In Græco est per accusatiuum ἡδωκας με τὴν ἐν τῷ νόμῳ σου, hoc est, Sapientem me fecisti in mādato tuo, vel docuisti me mādātū tuum. Hieronymus legit, Instruxisti me mādato tuo. Posset tamen accusatiuus ille resoluī per præpositionem per, ad hunc sensum, Fecisti me super omnes inimicos prudentem, per mādato tuum, quemadmodum in hoc eodem Octonario versum vltimum exponit Elucidatio, A mādatis tuis intellexi. Neque huic intelligentiā vllō pacto lectio Hebraica repugnat. Secundam autem partē, Quia in æternum mihi est, Hieronymus complet, adiciendo suppositum, Quia in sempiternum hoc est mihi. ¶ Versu. 6. Quia tu legem posuisti mihi. In Elucidatione, duplicem indicauimus intelligentiā. Priorem sumendo ponere legem, vt apud Latinos verba sonant, pro constituere legem posteriorem, F accipiendo ponere legē pro docere vel erudire, quemadmodum diximus in versum primum. 5. Octonarij Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum. Atq; huic magis consonat quod ex Hebræo vertit Hieronymus, Quia tu illuminasti me: & Felix, Quia tu docuisti me.

IN XIII. OCTONARIVM.

Versu. 2. Iuravi & statui custodire iudicia iustitię tuę. Significatur hoc versu firmatio iusti secundum propositum bonum, in seruitute Dei & obseruatione mandatorum eius. Firmum enim illud decretū quo proponit homo, nullo obstante impedimento, in Dei semper mādatis permanere, quoddam iurare est, quēadmodum in alio Psalmo dicitur, Iurauit dominus David veritatem, cum tamen de iuramento expresso nihil alicubi legamus: sed firmum decretum & promissum, appellat iuramentum. Vnde potest cōiunctio, & accipi vt expositoria, vt quod sequitur, statim exponat quid velit quod antecedit, iurari. ¶ Versu. 4. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine. Fac beneplacita, id est, conplaceant tibi, sint tibi incunda, quemadmodum alibi dicitur, Incundum sit ei eloquium meum. Voluntaria autē oris, vocat laudes spontaneas, & sacrificia laudis ex corde grato deprompta: quēadmodum in alio Psalmo dicitur, Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine. Et rursum, Ex voluntate mea cōfitebor illi. Hęc ergo vltionea ex bono corde gratitudinis cātica, vocat oris voluntaria. Signanter autē oris voluntaria petit fieri beneplacita, quoniā illa G potissimū Deo nouit esse accepta, quēadmodum in alio Psalmo dicitur, Immola Deo sacrificiū laudis, & redde altissimo vota tua. At iterum, Sacrificium laudis honorificabit me. Bonorum autē nostrorū quia Deus non indiget, & holocaustis non delectatur, iccirco de voluntariis oris potius q̄ de voluntariis manus postulat. Apostolus autē Paulus, ista oris voluntaria, in Epistola quā scripsit Hebrais, appellat fructum laborum consentiū nomini domini. Apud Prophetam verō etiam vitulos appellatur laborum, dicentē domino, Omnē aufer impietatem, & omne accipe bonum, & vitulos laborum nostrorum sacrificabimus. ¶ Versu. 5. Anima mea in manibus meis semper. Per animā habere in manibus, Elucidatio intelligit animam diligēter custodire, ne perdat, aut ne furto auferatur. Nihil enim certius custodimus, quā quod in manus tenemus cōclusum. Potest tamē aliter exponi, in hunc sensum, Anima mea iugiter versatur in periculis, Ponere enim animam in manibus, est periculo & discrimini vitā exponere. Nā quod in manu quis tenet, faciliē eo priuatur, si fortior superueniat, qui illud de manu extorqueat. Sic in libro Iudiciū loquitur Iepte, coram filiis Ephraim, Posui (inquiens) animam meā in manibus meis, transiuiq; ad filios Ammon, & tradidit illos dominus in manibus meis. Cui sententię aperte consentit quod habet Paraphrasis Chaldaica, In periclitatione fuit anima mea, ac si fuisset in extremitate manus semper. Aut significatur versari in afflictionibus & cōtinua miseria, quēadmodum sanctus Iob ait, Quare lacero carnes meas dentibus meis, & porto animā meam in manibus meis? Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Quib⁹ verbis proculdubio suā designat afflictionē. Atque ita in proposito commodē posset intelligi, Ago quidem ego nunc iugiter in periculis & afflictionibus malis, attamē legem tuā non transgredior, non me pericula, non afflictiones à tua lege poterunt diuellere: quēadmodum insignis ille dicebat Apostolus, Certus sum, quia neq; mors, neque vita, &c. separate nos poterit à Charitate Dei. Iterū, Animam meam derelinqui in manibus meis, significare potest quasi animā destitutionē, & derelictionē à Dei auxilio. Quasi nanq; in manibus meis relinquitur anima mea, quando diuinum ei videtur subtractū vel elongatum adiutoriū. Ac secundum hunc sensum, indicat homo iustus, etiam tunc cum à Deo videtur vituq; destitutus & sibi derelictus, nolle se Dei mandata relinquere aut transgredi. Rursum, in hoc versu intelligi potest libertas humani arbitrii, ad hūc sensum, Semper quidem est anima mea in manibus meis, semp̄ in potestate mea est anima mea: tu libertatē mihi donasti, vt agere possim quod voluero, siue bonum siue malū, animam meam possum si volo proicere, perdere, ac in manus hostiū tradere. Attamen legem tuam non sum oblitus, hac libertate abuti non volui, in animā meā perniciem, vt malum operando eam perderem. ¶ Versu septimo, Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum. Quod in Latino habetur per duas dictiones, hæreditate acquisiui, Græce vno verbo dicitur ἐκπαύω, quod valet, hæreditati, id est, hæreditate acquisiui, vel hæreditate possedi, aut pro hęc

A reditate elegi: quod vltimū proposito melius conueniret, ad hunc sensum, Ego elegi proportionē & hæreditate mea, nō aurum, argentū, aut læculi pōpas, sed tua testimonia, in quibus exultat cor meū, sicut in omnibus dinitiis, magis quā in auro & topazio. Hieronymus sic legit. Hæreditas testimonia tua in æternum, hoc est, testimonia tua sunt hæreditas mea in æternum. ¶ Versu. 8. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionē. Dixit dominus ad Abraham, Noli timere Abraham, Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Et in Euangelio discipulis loquitur, dicens, Ego sum via, veritas, & vita: vita autē proculdubio æterna, quæ est æterna sanctorum retributio. Secundum quam cōsiderationem, rectē vir iustus dicit se inclinasse cor suum ad iustificationes Dei faciendas, propter illam mercedem, propter illam retributionem, id est, propter ipsum Deum, vt illum mereatur aliquando consequi in præmium, illique perpetua beatitudine copulari. Si verō retributionem consideremus vt bonum & commodum ipsius hominis, ita Propter non debet significare causam finalem præcipuam, quasi velit indicare iustus, se mercenario amore diligere dominum, qui propter semetipsum potissimum est diligendus. Debet autē præpositio propter, accipi tantum vt denotet finem minus principalem siue occasionalem, & finē potius quendam ex fine præcipuo consequentem, quā ex agentis intentione spectatum. Iustus enim in omni operatione sua bona, præcipua intentione Deum spectat, quem propter se diligit, cui propter semetipsum placere desiderat & conatur. Merces verō & retributio felicitatis æternæ, ex Dei bonitate cōsequitur, & contingit omnibus qui Deum sibi fide & bonis actionibus demeruerint Nos istud in Elucidatione expressimus, ita dicentes, Neque id sine retributione: loco eius quod est in textu, Propter retributionem.

IN XV. OCTONARIVM.

Versu quarto, Suscipe me secundū eloquiū tuū. Potest hęc accipi suscipe, pro defende vel sustentata: quēadmodum solet frequenter accipi susceptor, pro defensore vel sustentatore, Cui cōsonat quod vertit Hieronymus, Cōfirma me secundum verbū tuum. Felix similiter, Confirma vel sustenta me. ¶ Versu septimo, Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. Videtur mihi Propheta hoc loco indicare velle vtilitatem peccatoris, secundum quam pro nihilo venit assimāndus: vt hic sit ordo, Omnes peccatores terræ ego reputaui præuaricantes, id est, vt mēdaces, vt infideles transgressores pro nihilo cōputaui. Neq; male huic consonat quod ex Hebræo legit Hieronymus, Velut scoriā computaui omnes peccatores terræ, vbi ad Deum sermo dirigitur, id est, tanquā nihilum, & rem nullius precii reputaui omnes peccatores terræ.

IN XVI. OCTONARIVM.

Versu sexto, Tempus faciendi, domine. Gerundium illud faciendi, duplicem facit sententiā, secundum quod duobus modis potest resoluī. Primum quidē, ad hūc modum, Tempus est vt ego faciam, supple legem tuam. Nā alii eam dissipant & præuaricantur, Et utique iam temp⁹ est, quo iusti faciant legem Dei. Nunc enim si præcepta Dei custodiant, beatam retributionem vitæ æternę proculdubio consequentur de manu domini. Altera intelligentia hęc est, Tēpus est vt facias tu domine, id est, vt impleas quæ postulo, vt me adiuues, vt mihi facias misericordiā, vt mihi des intellectum, & cætera quæ in versibus præcedentibus sunt postulata. Atque hunc posteriorem sensum manifeste sequitur versu Hieronymi, quæ sic habet, Tempus est vt facias domine. Priori vero magis consonat quod habet Paraphrasis Chaldaica, Tempus est faciendi voluntatem Dei.

IN XVII. OCTONARIVM.

Versu tertio, Os meū aperui, & attraxi spiritum. Spiritus capitur pro vitali aura, siue flatu corporeo, qui attrahitur respirādo. Vnde Hieronymus vertit, Os meum aperui & respiraui. Quod autē in sequenti versu dicitur, Secundum iudiciū diligentium nomen tuum, potest exponi dupliciter: Vel secundum iudiciū quo iudicas de diligentibus nomen tuum, id est, secundū eum modum quo ex iudicio tuo agis cum seruis tuis qui te diligunt. Aliter ad hunc modum, Aspice in me, & miserere mei, secundum quod iudicant & volunt illi qui diligunt nomen tuum, hoc est, secundum quod bonum indicabunt, & bonum videbitur illis qui zelant tuam gloriam, non secundum iudiciū & voluntatem illorum qui suam querunt gloriam, qui meam perditionem magis optant quā salutem. ¶ Versu octauo, Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Exitus, id est, emanationes vel riuos siue fluentia lachrymarum. Vnde Hieronymus, Riuus aquarum fluebant de oculis meis. & Felix, Riuus aquarum emanauerunt ab oculis meis. Vel sic, Riuos aquarum produxerunt oculi mei. In secunda autem parte, cum dicitur, Quia non custodierunt legem tuam, suppositum non exprimitur, sed debet intelligi, peccatores. Oculi enim viri iusti deducunt lachrymas, propter transgressiones impiorum: quomodo de Samuele legimus, quod lugebat Saul. Ille enim exitus deducebat aquarum, eo quod hic non custodiisset legē domini. Caritas enim (vt ait Apostolus) non gaudet super iniquitate, sed deslet magis: quemadmodum super veritate non dolet, sed cōgaudet eidem: & quomodo falsa iustitia habet seneritatem condemnationis, ita vera iustitia benignitatem habet compansionis.

IN XVIII. OCTONARIVM.

Versu secundo, Mādasti iustitiam testimonia tua & veritatem tuam, nimis. Orationē istam ad hunc modum cōstrue, vt accusatiuus ille, testimonia tua, cum aliis duobus, iustitiam & veritatem, coniungatur per appositionem, hoc ordine, Tu mādasti nimis testimonia tua, iustitiam & veritatem: hoc est, quæ testimonia sunt iustitia & veritas. Vel mādasti nimis iustitiam & veritatem tuam, testimonia tua, hoc est, quæ iustitia & veritas est testimonia tua. Quam construe

Gen. 15. Ioan. 14.

1. Reg. 15. 1. Cor. 13.

tionem aliquanto etiam commodius suscipiet oratio, si pronomen tuam, secundo loco omittatur, quod neque in Hebraeo, neque in Graeco legitur. Quod autem in versu sequenti subiungitur, Tabescere me fecit zelus meus, quia oblitum sunt verba tua inimici mei, illi consonat quod supra dictum est, Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Et iterum in alio Psalmo, Nonne qui oderunt te domine oderam: & super inimicos tuos tabescebam? Profecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Versu. 4. Ignitum eloquium tuum vehemeter, id est, igne examinatum vel probatum. Graece enim est πυρρην ελοκιο, quod alibi vertitur, igne examinatum, ut Psalmo. 11. Eloquia domini casta, argentum igne examinatum: ubi eadem distinctio ponitur. Et in Psalmo. 16. Igne me examinasti, verbum correspondens ponitur. Atque in hunc sensum vertit Hieronymus, Probatus sermo tuus nimis, & Felix, Examinatum eloquium tuum nimis. In versu autem sequenti, pro adolescentulo Hieronymus & Felix vertunt parvulum, quod in idem recidit. Vtrunq; enim, humilitatem significat.

IN XIX. OCTONARIUM.

Versu tertio, Praeueni in maturitate. Felix, Praeueni crepusculum, id est, primum mane anteuerti. Hieronymus a verbis aliquantulum recedens, sententiam ita expressit, Surgebam adhuc in tenebris. Versu. 7. Omnes viae tuae veritas. Melius est, ut viae Dei intelligantur precepta. Unde ex Hebraeo Hieronymus & Felix vertunt, Omnia mandata tua veritas, & similiter habet Plalterium Romanum. Versum autem sequentem, In initio cognoui de testimoniis tuis, quia in aeternum fundasti ea. Clarius aliquanto legitur ex Hebraeo Hieronymus, A principio noui de testimoniis tuis, quod in aeternum fundaueris ea. Valet autem illud a principio, ac si dicas, Primum omnium, ante omnia, vel in primis haec cognoui, quasi maxime obuium, & cognitu facillimum.

IN XX. OCTONARIUM.

Versu primo, Vide humilitatem meam. Humilitatem pro afflictione accipit versus Hieronymus, quae pro humilitate habet afflictionem. In sequenti autem versu, quod nostra lectio habet, Iudica iudicium meum, clarius vertit idem, Iudica causam meam. Hoc enim est iudicare iudicium, causam absolueret. Versu. 8. Principium verborum tuorum veritas. In Hebraeo est, caput verborum tuorum: & eadem est sententia, quandoquidem pro principio caput ponimus, quae admodum a capite ad calcem usque dicimus, id est a principio ad finem usque. Et apud Sapientem dicitur, Adolescentes si interrogatus fueris, habeat caput responsum tuum, id est principium tibi congruum & ordinatum sermonis tui constitue, ut non praecipites sermonem, quasi temulentus vel temerarius, nesciens unde sumas exordium, sed quicquid in buccam venerit, absque praenata meditatione proferens. Intelligitur autem haec oratio, Principium siue caput verborum tuorum veritas, variis modis. In elucidatione ita sumus interpretati, Omnium verborum Dei, veritas prima est principium, est origo & fons quonia a veritate Dei procedunt cuncti sermones eius: estque ipsa increata veritas, omnium sermonum Dei caput, atque fontale principium. Alii sic interpretantur, A capite & initio rerum, usque in facultum omnia dicta, facta & iusta tua sunt veritas. Alii sic, Caput statim & initium omnium verborum tuorum, dictorum atque factorum, veritas atque iustitia est.

IN XXI. OCTONARIUM.

Versu quarto, Septies in die laudem dixi tibi. Septenarius in scriptura ponitur pro pleno numero, ut quod septies factum dicitur, perfecte & integre factum significetur. Veluti cum in Psalmo alio dicitur, Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terrae, purgatum septuplum, siue septem vicibus: id est, plene & perfecte purgatum, quantum purgari potest. Et rursum, Redde vicinis nostris septuplum, in sinu eorum, id est, perfectam illis da retributionem, & suis demeritis bene condignam. Ita & hic septies dicere laudem, significat perfectam, integram, & continuam siue perpetuam laudem dicere, vel laudem multiplicem & copiosam. Iudicia autem iustitiae, iudiferenter accipi possunt, vel praeccepta ipsa quae in iustitia disposuit, vel dispositiones diuinae voluntatis, secundum quas iuste operatur omnia. Vtraque enim sunt copiosa laudis materia. Versu. 5. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Quomodo pax multa sit iis qui diligunt Deum, & legem eius (Non est enim amor alterius siue altero) & quomodo nullum sit illis scandalum, in Evangelica parabola dominus declarat, dicens, Omnis qui audit verba mea & facit, assimilabitur viro sapienti, qui aedificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Fundata enim erat supra petram. Hoc scilicet est, pacem multam & securitatem habere diligentes legem domini, & nullum esse illis scandalum, ex nulla parte esse illis ruinam, quantacunque tadem commotiones exurrexerint. Facit enim amor legis Dei, hominem in bono fixum: & sic humanum spiritum Deo adglutinat, ut nulla vi possit ab illo diuelli. Propter quod clamabat sanctus Apostolus, Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas, &c. ac deinde, Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, &c. poterit nos separare a charitate Dei, quae est in Christo Iesu domino nostro.

IN XXII. OCTONARIUM.

Versu tertio, Eructabunt labia mea hymnum: id est loquentur labia mea laudem, vel effundent siue effluent laudem. Quod autem sequitur, Cum docueris me iustificationes tuas, potest accipi

A secundum causalitatem, ut sit sensus, Quia tu docuisti me mandata tua. In quam sententiam habet lectio Hieronymi, Fundent labia mea hymnum, docebis enim me praeccepta tua. Versu quinto, Fiat manus tua, ut saluet me. Clarius id legit Hieronymus, secundum eandem sententiam, Sit manus tua auxiliatrix mea. Et Felix, Sit vel fiat manus tua ut auxilietur mihi. Versu 7, Iudicia tua adiua-bunt me. Verum, hoc est, siue de praecceptis intelligas, ut exponit Elucidatio, siue de dispositionibus diuinae voluntatis. Iudiciorum enim Dei attenda consideratio confortat & consolationem praebet iustis. Oblectat enim pios animos consideratio illius summa & admirabilis aequitatis, quam in cunctis Dei praecceptis aduertunt. In sequenti autem ultimo versu, quem quae perit, intellige quem perditam, quomodo vertunt Hieronymus ac Felix.

CXIX. PSALMI ARGUMENTVM.

In hoc psalmo vir iustus per uersorum suggestiones formidans, a domino (a quo et alia se meminit exaudiri) postulat auxilium: & interrogatus quid sibi in remedium dari possit, sagittas postulat atque carbonem vastatorios, quibus contra linguas iniquas & dolosas sese possit defendere, & ea quae forsitan ab illis supereminari contigerit malarum cogitationum atque affectionum zizania, carbonum igne adurere atque deuastando consumere. Post quod, suam prolixam peregrinationem & longam deflectionem in colatum in medio prauorum: qui pacis ueræ ocores, iustum etiam ea quae pacis sunt quarentem, multipliciter sine causa oppugnant.

CENTESIMIDECIMINONI PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 Ad dominum cum tribularer clamaui: & exaudivit me.
2 Domine libera animam meam a labiis iniquis, & a lingua dolosa.
3 Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi, ad linguam dolosam?
4 Sagitta potentis acuta:

Postus in afflictionibus & persecutionibus, siue corporalibus siue spiritualibus, ex corde inuocaui dominum in auxiliatorem meum: \* & ipse non desepit ad se clamantem, sed pro sua benignitate salubriter magis exaudivit. Confusus uero in solita tua misericordia, qua frequenter fui expertus, etiam nunc ad te clamo, domine, deprecans ut pauperulam meam animam non patiaris seduci, aut in consensum pertrahi malitia, ab iis qui praua & iniqua, aut etiam fraudulenta in dolo mihi loquuntur, proponunt, suadent, & suggerunt: hoc est, ab impiis demonibus & peruersis hominibus, qui meam animam suis dolosis linguis conantur perimere. VOX INTERROGANTIS. 3 Quid uero est, o homo, o anima meticulosa, quod tibi dari possit, aut quid tibi dari optas? & quid est quod tibi exhiberi aut praestari possit, ueluti in praeservatione contra dolosas malignorum suggestiones: VOX RESPONDENTIS. 4 Opportunum remedium mihi uidentur diuini sermonis eloquia, siue per internam inspirationem efficaciter immissa, siue per scripturas sanctas, aut homines diuinos per adhortationem, seu comonitionem externam fideliter proposita: quae sunt ueluti sagittae uiri potentis nimium acutae, penetrantes intima cordium (est enim sermo Dei uiuus & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti) quibus anima salubriter transfixa consentire non potest iniquis suggestionibus, & quas iaculando in hostes facili opera eos ualemus perimere, deique eis uictoria reportare: \* quae diuini sermonis eloquia etiam sunt ueluti carbonem igniti, facile deuastare, exurere, & consumere potentes de cordibus fidelium spinas omnes & tribulos, & omne lolium malarum suggestionum atque prauarum affectionum, quas eis terra ipsorum germinauerit, siue quas illi suggererint atque immiserint. 5 Afflictio & dolor est mihi, & peregrinatio ista uita mea super terram nimium sit prolongata atque protrahata, propter desiderium eius patriae, quae expecto post finem huius miseriae: habitatio mea in hoc mundo, in medio peccatorum est, qui sunt habitatores Cedar, id est, uidentes in nigredine, obscuritate, & tenebris infidelitatis, ac peccatorum ceterorum: \* atque inter hos multum ac diu perdurauit uita mea, uisa est anime meae admodum prolixa haec peregrinatio. 6 In medio eorum qui ueræ pacis (quam sola parit iustitia) se monstrabant ocores, quique malitiis, iniustitiis & contentionibus oblectabatur, ego studebam pacificum exhibere meipsum, cum omnibus hominibus (quantum quidem in me erat) pacem habere cupiens: \* & cum illis loquerer quae pacis & iustitiae erant, pro bono malum reddentes, mihi loquebantur male, & pugnam, contumelias ac persecutiones parabant mihi, sine causa iusta, absque ullo meo merito.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXIX.

Versu tertio & quarto, Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi, ad linguam dolosam? Sagitta potentis acuta: cum carbonibus desolatoriis. Duo isti uersus a diuersis diuersimode exponuntur. Quidam enim in bonum intelligunt, ut uersus tertius sit uersum interrogantis, utpote uel



Dei ad hominem, vel hominis ad suam ipsius animam: versus autem quartus sit responsio de tribulatione clamantis ad Deum, pro auxilio. Iuxta quem modum, nos in Elucidatione presentem locum enarrauimus: per sagittas potentis, intelligentes eloquia Dei, de quibus & in alio psalmo dicitur, Sagittae tuae acutae, populi sub te cadent in corda inimicorum regis: quae eadem similiter appellari indicauimus carbonibus desolatorios, quae (iuxta alium prophetam) verba Dei sunt quasi ignis, quibus nimirum absumuntur mala omnia, purganturque; & perficiuntur corda filiorum hominum: quemadmodum ignis metalla purgat, & omnem scoriā omnemque rubiginem absumit. Poterimus tamen non parum commodè per carbonibus desolatorios intelligere honesta sanctorum exempla, quibus veluti ignitis carbonibus, sanctae amulationis feruor in proximis ea considerantibus succenditur, vt absumatur à corde omnis vitiorum rubigo. Atque ita in hoc vno versu, duplex contra linguas dolosas postulatur remedium, nempe diuinorum eloquiorum ignita sagittae, & honorum honesta exempla zelo sancto feruentia: quibus duobus nihil inueniri potest efficacius contra linguas dolosas, ad effugiendas scilicet atque depellendas cunctas prauorum malas suggestiones, aut retundendas doctrinas pestiferas. Alii vero duos istos versus in malum exponunt, vt versus tertius sit vox hominis per querimoniam seipsum vel suam animam alloquentis in hunc sensum, O anima mea, quid tibi dari possit, vel apponi, ad linguam dolosam? quid adhuc mali posset superaddi? quid tibi ad hanc pestem aliud mali posset adici? quasi dicat, Nihil magis pestiferum, nihil magis noxium tibi, quam anima mea, possit occurrere. Nam lingua dolosa sive (vt in Hebraeo est) lingua fraudis & mendacii, pessimum malum est. Ac iuxta hunc sensum, versus qui euestigio subiungitur de lingua fraudis vel lingua dolosa, debet secundum consequentiam intelligi, in hunc modum, Lingua illa dolosa est sicut sagittae potentis acuta, & sicut carbonibus desolatorii. Nam quomodo sagittae acutae cum à potente & valido homine iaciuntur, insiguntur profundissime, & ad intima usque penetrant: sic lingua dolosa laedit valde, & laedit usque ad intima hominem, cui infixae fuerit, id est, cui praeualuerit. Ac rursum, quomodo carbonibus vehementer accensis, intemumque igniti, fortiter adurunt vel leuiter contingentes: sic lingua dolosa facile magnam gignit incendium in iis quos sua prauitate contigerit. Quibus non male consonat, quod de lingua praua sanctus Iacobus pulchre scribit in epistola sua canonica: Lingua, inquit, modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis, qui magnam syluam incendit. Et lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis Lingua constituitur in membris nostris, quae maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostrae, inflammata à gehenna. Omnis enim natura bestiarum & volucrum, & serpentium, & ceterorum, domantur, & domita sunt, à natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest: inquietatum malum, plena mortifero veneno. Haec de mala lingua sanctus Iacobus Apostolus. ¶ Versu penultimo, Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Circa id quod ait vir iustus suum incolatum esse prolongatum, & multum incolam fuisse animam eius, aduerte, quod dies huius vitae, quibus viuimus super terram, tamen breues sint iuxta veritatem, & numero paucissimi: iis tamen qui suam hoc in mundo peregrinationem intelligunt, longi ac multi nimis videntur, propter tardum praesentis malitiae, & desiderium patriae caelestis, ad quam pergere se cognoscunt. Quemadmodum enim peruersis, omnis duratio vitae humanae quantumuis sit diuturna nimirum breuis aestimatur, propterea quod in malitia & delictis huius saeculi oblectantur & gloriantur, spemque omnem in hoc mundo habent repositam: ita iis quibus praesentia vilescunt, & aeterna sunt in desiderio, omnis duratio vitae huius prolata reputatur.

Psal. 44.

Hiere. 23.

Iacobi. 3.

CXX. PSALMI ARGUMENTVM.


Qui in priori psalmo iniqua timebat labia, suumque deflebat incolatum, nunc ad Deum caeli oculos leuat, pro caelesti impetrando auxilio: moxque à versu tertio se in spiritu conuertens ad eum qui huiusmodi fuerit, securitatem diuinam promittit custodiam, quae in die & in nocte, ingrediens & egrediens, erit ab omni malo praeseruat. Aut possunt omnia quae post secundum versum sequuntur usque in finem, accipi tanquam dicta à spiritu sancto, vt postquam de sua spe homo loqui coeperit duobus versibus, mox responsionem audiat spiritus sancti interius loquentis, tutamque custodiam & firmam in omnibus protectionem in se sperantibus pollicentis, aut etiam pro eisdem postulantis. Siquidem spiritus sanctus in fidelium suorum cordibus non solum quae ventura sunt annunciat, sed etiam pro sanctis postulat secundum Deum, & gemitibus inenarrabilibus interpellat pro eis. Vel intelligatur iustus ipse vt sibi ipsi loquens, bonaeque praedicens & imprecans. Est enim hoc in psalmis non infrequens, vt homo vel suam animam vel seipsum alloquatur. Ad animam quidem sexagesimo primo, Veruntamen Deo subiecta esto anima mea. Et alibi, Quare tristis es anima mea? Spera in Deo, &c. Conuertere anima in requiem tuam. Ad seipsum vero in psalmo centesimo decimo quinto, Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi: Et iterum, Expecta dominum, viriliter auge, &c.

Ioan. 16. Rom. 8.

CENTESIMIVIGESIMI PSALMI ELUCIDATIO.

Leuani oculos meos in montes:

Unde veniet auxilium mihi.



Um me in peregrinatione hac, in medio generationis prauae adhuc positum, peruersorum hominum presserit malitia, haec mihi est vnica consolatio, attollere ad caelum oculos mentis meae, illucque ad montes aeternos (in quibus diuina inhabitat maiestas) spem omnem & orationem dirigere: inde enim scio mihi certissimum atque secu-

Auxilium meum à domino, qui fecit caelum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormiet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormitet, qui custodit Israel.

Dominus custodit te: dominus protectio tua super manum dexteram tuam.

Per diem sol non vret te, neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus.

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & usque in saeculum.

rum dari posse auxilium: quemadmodum & dandum spero, & aliunde venire non posse credo. 2 Auxilium meum omniae quod expecto, ab illo expecto, & ab illo venturum spero potentissimo domino, qui caelum & terram solo verbo condidit, & quae in eis sunt vniuersa, propter quod, nihil dubito, quin & mihi possit, ac etiam velit postulanti, libens praebere gratia sua auxilium. 3 Et tu quisquis es, qui sic in plena fiducia caelestis auxilii ad dominum leuas oculos, confidito atque securus esto. Non enim patietur ipse in quo habes fiduciam, commoueri aut labi gressus tuos in mortem aut mortale peccatum, sic vt ab eo iterum non resurgas: & is qui te in suam custodiam suscepit, in quo confidis omnipotens Deus, non erit in tui custodia negligens, ad modum hominum dormitantium, sicque suam custodiam non debite obseruantium. 4 Nequaquam enim ad modum pigro hominum aut fatigatum ipse dormitabit, neque vel leuissimo ad tempus occupabitur somno, ipse qui est custos populi sui, omnium qui viri sunt Israelitae, verique fideles, sed omnis inertie, somni, aut fatigationis expers, in tua custodia peruigil semper & attentus: propter quod, formidare non debes de eius custodia. 5 Quod si de potentia quaeis tui, en dominus est caeli & terrae, creator potentissimus, qui te custodit: ipse tibi pugnanti contra aduersarios est veluti scutum, protectio atque obumbratio, super dexteram manum tuam, sic te sua protectione custodiens, vt nocuumentum ab hoste accipere non queas. 6 Ita autem diligens & assiduus erit custos tui, vt neque per diem te permittens sit à solis aestu exuri, neque per noctem à lunae algoribus affligi: ita vt nec in prosperitatis tempore, in quo vt in die serena videntur omnia, tibi nocere valeant hominum laus & honorificentia, ceteraque huiusmodi, neque item in aduersitatis tempore (quando vt in nocte luna dominante, tristitia ac nubila sunt omnia) paupertas, egestas, afflictio, contemptus, conuitia, ceteraque huiusmodi, quae in aduersis obuenire solent. 7 Quid multis est opus? Dominus ipse te custodiet in vniuersum ab omnibus malis, sicque praeseruet, vt nihil tibi verè malum contingat: spiritum tuum & vitam animae tuae ipse diligentissime fidelissimèque, vt rem pretiosissimam, & sibi multo charissimam, custodiet: vt eam & à peccatorum morbis, & in sempiternum à morte damnationis saluet in vitam aeternam. 8 Precor magnum & omnipotentem dominum, vt omnes quicumque sunt veri fideles sperantes in eum, quasi pater & pastor custodire ac praeseruare dignetur ab omnibus verè noxiis, introeuntes & exeuntes, hoc est, in omnibus actionibus siue interioribus siue exterioribus quocumque se verterint, à modo usque in sempiternum, ita vt diuina eos protegente gratia, nihil eis mali contingat in perpetuum, sicque tandem ad plenitudinem pertingat honorum omnium in gloria caelesti, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXX.

Versu primo, Leuani oculos meos in montes. Per montes rectè etiā intelligi possent sancti angeli, ceterique beati spiritus, qui sunt in conspectu Dei, ad quos tanquam ad aduocatos quosdam generis humani amantissimos, pro patrocinio recurrunt qui Deum quarunt protectorem: non quasi per se ipsi salutem dare aut auxilium possent (siquidem domini est salus, & sine eo ne- mo quicquam potest efficere) sed vt illorum precibus commendari, & adiuti suffragiis, facilius diuinam valeamus protectionem impetrare: atque hoc modo in illis expectare venturum auxilium. Ceterum is à quo, vt primario auctore & datore, munus caelestis auxilii debet expectari, Deus est caeli & terrae creator omnipotens. Propter quod non in illis montibus quiescit, sed quanto citius subiungit, dicens, Auxilium meum à domino, qui fecit caelum & terram. Sic in Psalmo ceterimo vigesimo quarto, postquam de montibus dixisset, Montes in circuitu eius, euestigio annectit, Et dominus in circuitu populi sui. ¶ Versu tertio, & ultimo, Non det in commotionem pedem tuum. Quae hic per modum precandi dicuntur aut optandi, quantum ex Hebraei sermonis virtute, possent similiter vt alia inibi posita verba in futuro tempore indicantis modi legi, Non dabit neque dormitabit, dominus custodiet. Et plenius est, quantum ad sententiam, vt quaecumque à versu tertio in finem usque dicuntur, sic accipiantur, vt simul & precando & praenunciando dicta. Nam sancti spiritus aut etiam viri iusti per spiritum bona precatio, parum abest à praenunciatione: & sic precari, penè praedicere est, propter rectitudinem diuinæ exauditionis, in iis quae secundum Deum à spiritu postulantur. ¶ Versu sexto, Neque luna per noctem. Non debet repeti Vret ex praecedenti particula. Luna enim neminem vrit: sed intelligi debet Percutiet, affliget, aut nocebit, aut simile quippiam. Felix in sua versione pro Vret ponit Percutiet, quod verbum vtrique parti conuenit.

Ioan. 15.

CXXI. PSALMI ARGVMENTVM.

Psalmus iste viri iusti ad caelestem Hierusalem exprimit desiderium, cuius vel solo auditu priusquam quid sit detur percipere, fidelis animus letatur, pia affectionis pedibus subinde illuc ascendens, quo secundum carnis corpulentiam nondum datur mortali pertingere. Ad Hierusalem vero se conuertens, Versu tertio, modum edificationis eius, & ineffabilem illam quae inter beatissimos ciues est mutuam communionem describit: suae spei deinde rationem reddens, propter eos qui iam illuc priores in testificationem subsecutorum sunt ingressi, quorum nonnullos (nempe apostolos) etiam iudiciariae sedis gloria est dignatus, super domum David iudices eos constituens. Post haec, versu sexto, & septimo, ponitur eius qui adhuc peregrinatur supplicatio ad caelestem patriam, ut quae vere sunt bona, & quae ad pacem faciunt, a Deo postulent pro sanctis. Cui humiliter supplicationi versibus duobus nouissimis benigna adhibetur responsio, a caeli ciuibus, ad ea quae bona sunt pro militantibus postulanda sese iusta ratione paratos asserentibus.

CENTESIMIVIGESIMIPRIMI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Letatus sum in his quae dicta sunt mihi:

\* in domum domini ibimus.

2 Stantes erant pedes nostri:

i. Cor. 13. Psal. 145. \* in atriis tuis Hierusalem.

3 Hierusalem quae edificatur ut ciuitas:

i. Cor. 3. \* cuius participatio eius in idipsum.

4 Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini:

Apoca. 7. \* testimonium Israel:

\* ad confitendum nomini domini.

Apoc. 4. Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum David.



Audire magno gaudium est spiritus meus, propter gaudioissima illa nuncia, quae mihi partim exteriori Christi, apostolorum, aliorumque; fidelium veritatis predicatorum magisterio sunt annuntiata, partim interna spiritus vnctione facta sunt credibilia: \* nimirum quod in domum domini, in supernam illam ac multo beatissimam Hierusalem (a qua multis annorum saeculis exulauit, propter praeruationem, genus nostrum) aperta per Christum porta, sumus ingressuri, quicumque; credituri sumus in nomine eius, beatissimisque; angelicis spiritibus illic coniungendi. Nunquid non haec iustissima nobis esse debet laetitiae causa? 2 Praenimio desiderio quo a te ferimur, o praecellentissima domus domini, etiam nunc, donec hic in terra quasi in exilio & peregrinatione consistimus, leuamus nonnunquam in caelestes mansiones vires spiritus nostri: & licet carne in terra positi, mente tamen & affectu voluntatis terras relinquamus, subinde & in caelos ascendimus: \* sicque; velut in atria tua, inque; anteriora tua pertingimus, o ciuitas sancta Hierusalem, veluti per rimulas quasdam, & per aenigmata contemplantes ea quae geruntur in te: sed in interiora inque; cubilia ipsa (in quibus exultat sancti ciues tui, qui iam intra te recepti sunt) nequaquam adhuc peruenire possumus. Imo neque; in ipsis tuis atriis sedere nobis aut habitare permittit carnis nostrae fragilitas, sed tantum stare & permanere aliquantum, veluti mox alio auocadis siue potius abstrahendis. 3 Hierusalem illa quam loquor, ad quam suspiro, ipsa est illa superna beatorum omnium mansio, quae in modum ciuitatis in caelis constituitur ex viuis lapidibus, optime politis, & prorsus immaculatis, qui sibi per spiritum sanctum coaedificantur, & conglutinantur, connexionem indissolubili, & semper duratura cuius aedificii architectus est Deus, ministri vero operis & coadiutores, sancti angeli, apostoli, prophetae, atque; doctores, & alii in hominibus praecipui, quos Deo coplacuit sibi assumere in adiutores operis sui: \* huius autem ciuitatis maxima omnino est & ineffabilis vnitas, quonia est ipsa participatio siue communio simul cum seipsa: hoc est, ipsa coniuncta est sibi ipsi simul: quonia in ea ciues omnes omnibus, & singuli singulis, ineffabili charitatis copagine coniuncti sunt pariter atque; conglutinati inuicem. 4 Si quis vero me roget, unde sperem istam coeperim ingrediendi in beatissimam illam domum Dei, ecce iam illuc ingressi sunt priores, iamque; illuc ascenderunt (vt credimus) diminis edocti oraculis) plurimi, quos dinumerare nemo possit, ex omnibus tribubus, ex omnibus gentibus, linguis & populis, stantes ante thronum Dei: \* qui sunt Israel (id est, fidelium populo qui adhuc per fidem Deum hic speculatur) in testimonium, quod etiam ipsi per fidem in qua sunt, & fidelem Dei seruitute, qua nunc ei placere curant, illuc sint secuturi & peruenturi, quo iam priores illi accepta a laboribus requie sunt introducti: \* ascenderunt, inquam, ad dandam gloriam & honorem & benedictionem omnipotenti Deo, in saecula saeculorum: quod illorum erit opus idem & sempiternum, a quo non habebunt requiem neque nocte neque die, sine fatigatione semper collaudantes dominum. 5 Et (quod amplius est, firmiterque; fidem electis facit) sunt iam in ciuitate illa ex fratribus generis nostri, ex hominibus constituti iudices, ad iudicandum domum David: hoc est, duodecim tribus Israel: quibus iam iudiciaria sedes posita atque; parata sunt, in quibus ipsi tanquam seniores & praefecti populi domini cum ipso domino venturi sunt ad iudicium, hoc est, quibus data est a primo iudice Christo domino potestas iudiciaria & au-

A

6 Rogate quae ad pacem sunt, Hierusalem:

\* & abundantia diligentibus te.

7 Fiat pax in virtute tua:

\* & abundantia in turribus tuis.

8 Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar pacem de te.

9 Propter domum domini Dei nostri, quaesivi bona tibi.

thoritas assefforia, vt in die regenerationis, cum eo veniat cui dedit partem iudicium facere, sedeantque; super thronos suos iudicantes duodecim Ioan. 5. tribus Israel, tanquam primi iudicis asseffores, & approbatores sententiae illius. Quod si ex hominibus, illic assumpti sunt etiam iudices, qui hic perfecterunt voluntatem domini, & perseverantes sese exhibuerunt in tentationibus: neque; regnum modo aeternum, sed insuper etiam potestatem hanc tam singularem accipere meruerunt: quo modo non speremus etiam nos illuc vel vt ouiculae simplices ingredi, facientes voluntatem illius: VOX MILITANTIVM AD CIVES CAELESTIS HIERVSALLEM. 6 O vos modo ciues caelestis Hierusalem, qui beatissimam illam mansionem inhabitatis, rogate, petite, & postulate nobis in corpore isto adhuc militatibus, atque; peregrinantibus, qui adhuc in mille periculis versamur, postulate, inquam, nobis ab illo cuius vultui praesentes iam affatis, cuius locietate atque; conspectu familiarissime perfrui minime, ea quae ad veram cordis nostri pacem faciunt, id est, salutarem gratiam Dei, & spiritualia bona, per quae sola pax vera est in cordibus fidelium: \* & veniat adiutorio intercessionis vestrae a domino omnium vere bonorum fecunditas, veritas, & abundantia, in iis qui te vero amore diligunt, te vere desiderant, ad te ex animo suspirant, id est, qui dignos se exhibere student, vt tuis ordinibus aliquando inferantur. 7 Veniat pax nobis in hoc turbulento saeculo adhuc militantibus, qui sumus virtus tua, siue exercitus tuus, ad te spectas, & tibi pertinens: veniat, inquam, in nobis exercitu tuo vestris orationibus a Deo nostro pax vera: quadoquidem pacem hanc quam petimus, mundus dare non potest: propter quod, a superna virtute (quae etiam vos in pace firmat) illam expectare habemus necessarium: \* & abundantia bonorum omnium spiritualiumque; charismatum veniat (obsecro) in iis, qui se velut propugnacula exhibent militantis Ecclesiae & exercitus duces. Tales enim a quibus inferiorum aliorum magna ex parte bonum dependet, sicuti praeter ceteris fortitudine opus habet ad rectam domus Dei defensionem, ita pro eis specialiter etiam postulamus, vt repleantur omnibus spiritualibus virtutibus, vt suo exercitui, id est, commisso sibi populo propugnando, gubernandoque; sufficiant. CIVIVM SUPERIORVM RESPONSO. 8 Propterea quod fratres nostri, ac proximi sitis vos, licet in corpore militantes, qui eandem quam nos iam peregrinamus militiam adhuc militatis, ad eandem quoque; in qua nos viuimus vitam & gloriam praedestinati, omnino libentissimo animo loqui volumus semper bona pro vobis apud dominum Deum nostrum, postulando vt impleat de vobis bonam voluntatem suam, adimpleatque; praedestinationem vestram: & hoc ipsum agimus semper, & iam agebamus, eramusque; facturi, etiam si non ita humiliter nos fuissetis deprecati. 9 Propter domum Dei, & ciuitatem istam, in qua nos iam aedificati sumus, & in qua vos quoque; coaedificandi estis, coaedificandi atque; perficiendi, qua scimus ex electis Ecclesiae militantis copleri debere, promptissimi atque; ardentissimi sumus, ad postulandum vobis a domino quae cumque; vere bona sunt, & salutaria: vt hac ratione citius perficiatur nostrae ciuitatis consummatio, quam ipsi quoque; summè desideramus.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXI.

D

Versu tertio, Cuius participatio eius in idipsum. In idipsum accipitur, vt valeat simul, aut Pariter: quonia dictio Hebraea quae hic ponitur, Ita significat: quomodo etiam psal. 4. dicitur, In pace in idipsum, id est, simul vel Pariter. Pro intellectu autem eius quod dicitur, participatio nem ciuitatis Hierusalem esse in idipsum, non diuersitate inter aedificationem aedificiorum corporaliu & huius spiritualis aedificationis. In aedificiis enim corporalibus, hic lapis cum illo proximo sibi contiguo lapide tantum coniunctus est, non autem cum ceteris, licet in eodem aedificio simul compactis. Longe vero aliter est in aedificio illo caelesti, vbi ineffabili modo singuli singulis proximi sunt, singuli cohaerent, atque; conglutinati sunt singulis, qui in eodem aedificio sunt coaedificati, & habent singuli cum omnibus ineffabile & incomprehensibilem communionem atque; participationem, idque; per vnum illud summe bonum, cum quo singuli perfecti sunt vnum, & in quo ratione consequenti omnes sunt vnum. Est etiam communio & societas ciuium caelestium adinuicem, quatenus in vno omnes conueniunt, quatenus vnum, idem, indiuisum & inuariatum est bonum omnium, quod simul omnes possident, quo simul omnes fruuntur, vna est beatitudo omnium, vna aeternitas, vnum regnum, vnus panis, vnus rex, vnum conuiuium, vna satietas, vna ebrietas, vna omnis boni plenitudo: & omnino omnia ibi sunt vnum, vbi vnus est quod sufficit omnibus, cum hic inter mortales (vbi nihil est quod omnibus sufficiat) diuisa sint omnia. ¶ Versu 4. Illuc enim ascenderunt tribus, &c. Israel datiu casus est, quemadmodum monstrat littera Lamed in Hebraeo adiuncta, quae solet esse nota casus datiu, valeretque; oratio, ac si dicas, Testimonium

ipſi Iſraeli. Et debet illud iuxta ſuprapoſitā enarrationem accipi, quaſi per parentheſim interiectū, hoc modo: Illuc aſcenderūt tribus tribus domini (teſtimonium Iſrael) ad conſtitendū nomini domini: eſtēq; oratio clarior, mutato ordine verborū, illuc aſcenderunt ad conſtitendū nomini domini tribus tribus domini, teſtimoniū Iſrael. Quod autem dicitur per repetitionē, tribus tribus domini, videtur ſolito ſcripturarū more vniuerſalitatē indicare: quaſi dicatur, omnes tribus, ſive ex omnibus tribubus aliqui, quemadmodū generatio & generatio, progenies & progenies, pro omni generatione, & omni progenie: & ſæculū ſæculi, pro omnibus ſæculis, in ſcripturis ſolent accipi. Quāvis poſſet & aliter iſtud intelligi, vt cauſa diſtinctionis electorū à reprobis, poſt primum tribus, iterū adiciatur cum determinatione, tribus domini: ad hunc modū, illuc enim aſcenderunt tribus, nō quilibet tamen tribus, ſed tribus domini, qui ſunt electi Dei. ¶ Verſu 5, Quia illic ſederunt ſedes in iudicio. Quōd ſedes federe dicantur, mirū forſitan videbitur. Quomodo enim ſedent ſedes? Soluitur autem duplici via hoc incommodū. Primum quidem, ſi verbum Sederunt accipiamus improprie: vt valeat, Ad ſedendū conſtitutæ vel poſitæ ſunt, ſituatæ ſunt: aut (vt barbare ita rem exprimamus) ſedes ſedeatæ ſunt. Aliter ſederūt ſedes, quoniā ipſi apoſtoli, qui ſedent ſuper ſedes duodecim, ſecundum eam quā acceperunt ſpecialeſ à Chriſto authoritatē, ipſi ſimul etiā ſedes ſunt, in quibus nimirum ſecundum gloriā ſuam ipſe reſidebit, quādo ad iudiciū veniet glorioſus: quomodo ſuper cherubin ſedere dicitur, & inter ordines angelorum throni diſtinguuntur. ¶ Verſu 8, & 9, Propter fratres meos & proximōs meos, loquebar pacem de te. Propter domū domini Dei noſtri, quæſiui bona tibi. Vulgo hos verſus ſic accipiunt, vt cōtinuent ſermonē ciues militantis Eccleſiæ, quibus verſus duo præcedentes cōueniunt. Nos autē in Elucidatione exponimus, vt reſponſionē ſupernæ Hieruſalem, ad deprecationē duobus prioribus verſibus à militantibus propoſitam. Cui noſtra ſententiā nō parum fauere videbitur originalis lectio Hebræa, ſi eam diligētius penſitiſq; introſpexerimus. Primum enim, quæ vulgata lectio habet per tempus præteritum, illa habet per futurū & verba illa Hebræa: ſignanter in ſemineo ponuntur genere, adiecta & particula blandientis, ſermonēq; facientis dulciter: ad hunc modū, Propter fratres meos, & amicos, vel ſocios meos, loquebar nunc pacē de te, vel precabor certe ſive vtique pacem tibi, ſive pro te. Propter domū domini Dei noſtri quæram vel precabor bona tibi. Quōd autem verba illa (quemadmodū Hebræum inſpicientibus eſt maniſeſtiſſimum) adiecta in fine he litera, in genere ſemineo ſignanter ponuntur, anſam nobis præbent & audaciam, vt præter aliorum interpretationes, hos duos verſus, tanquam ab ipſa ciuitate Hieruſalem pronūciatos, accipiamus, & exponamus: vt ſub genere ſemineo, illam quæ ſurſum eſt Hieruſalem matrem noſtram, ipſam agni, accipiamus, ſuis filiis adhuc in militia & antemurali degentibus, ſuauiſſimo eloquii blanditiis acclamantem, eorūq; præmiſſa orationi dulciter reſpondentem.

Pſal. 99.

Galat. 4. Apoc. 21.

CXXII. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**oſitus in afflictione atq; per ſecutione impiorū ſeruus fidelis, ad dominū leuat oculos, cuius ſe ſerū agnoſcit, adq; illius adiutricē & liberatricem manū ſpiciat, & ab eo miſericordiā inſtanter poſtulat, vt de iniquis manibus diuitiū atq; ſuperborum ſæculi (qui amaritudinē replent animā eius) Dei iudicio liberetur.

CENTESIMIVIGESIMISECVNDI PSALMI ELVCIDATIO.

- 1 Ad te leuauit oculos meos, qui habitas in caelis.
- 2 Ecce ſicut oculi ſeruorum, in manibus dominorum ſuorum.
- 3 Sicut oculi ancille in manibus dominae ſuae, ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.
- 4 Miſerere noſtri domine, miſerere noſtri: \* quia multum repleti ſumus deſpectione.
- 5 Quia multum repleta eſt anima noſtra: \* opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.



**A**d te, domine Deus omnipotens, cælorum inhabitator, leuauit oculos cordis, atq; etiam corporis mei, tanquam ad eum in quo ſpes mea omnis poſita eſt, & à quo expecto auxilium, ſimul atq; protectionem, & omne omnino bonum, tam corporis quàm animæ meæ. 2 Ecce quemadmodum oculi temporalium ſeruorum ſemper ad manus dominorum ſuorum reſpiciunt. 3 Et quemadmodum oculi ſeruarum ad manus reſpiciunt dominarum ſuarum, ad eundem modum & nos ſerui tui oculis noſtris ad tuas manus ſemper aſpicimus, vt miſericordiā tuam conſequamur, nempe vt tu pro nobis facias contra opprimentes iudicium: & quæcunque nobis ſalutaria cognoueris, donec liberaliter: quemadmodū ſeruos ſuos defendere ſolent ab iniuriantibus domini, & in neceſſariis omnibus ſuſtentare. 4 Miſericordiā tuam Deus monſtra nobis: iterum clamo (quo amplius tibi affectum animi mei geminato clamore teſter) fac miſericorditer nobiſcū Deus: \* vehementer enim nobis opus eſt miſericordiā, qui valde oppleti ſumus, & quaſi plus quàm ferre commodè poſſimus, grauati ſumus deſpectione, iniuria, & opprobrio, quod ab inimicis & oppreſſoribus noſtris, tam dæmonibus inuiſibilibus, quàm aliis viſibilibus hoſtibus patimur. 5 Verè plurimum grauati ſumus deſpectione, oppreſſione, & perſecutione inimicorū noſtrorum, ita vt penetrauerint modo quodā in interiora, vſq; ad cordis dolorem, & vſq; ad animā noſtram: \* diuitibus huius ſæculi (qui tēporalibus abundant bonis) ſumus opprobrium atque irriſio, & ſuperbis huius ſæculi fuimus ludibrio, nōque ſibi veluti ludū faciunt, dum pro ſuo libito ſine miſericordiā noſtra tractant modis indignis, tuū timorem non habentes ante oculos.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXII.

**V**erſu 2, & 3, Ecce ſicut oculi ſeruorū, &c. Pro intellectu cōparationis illius, quæ eſt temporalium ſeruorum ad temporales dominos, & ſeruorū Dei ad ipſum cæleſtem dominum, nota, q̄ triplici ratione ſumi poteſt hæc ſimilitudo cōparationis. Quemadmodum enim ſerui, ſi quam patiantur iniuriā aut oppreſſionem, non ſeipſos vindicare debent, neq; ſeipſos liberare ſufficiunt de opprimentū poteſtate, ſed vindictam dominis ſuis cōmittunt, eamq; à manibus dominorum expectant, vt pro eis faciant iudicium, eōſq; liberent de manibus aſſigentū: ita & nos cum aſſigimur, & iniuſte premimur, domino Deo noſtro (cuius eſt vltio) cōmittimus iudiciū, & ad manus eius reſpiciunt oculos noſtri, vt noſtri miſertus nos liberet, faciātq; pro nobis ipſe, nō ipſi pro nobis iudicium. Rurſum, quemadmodū ſerui à liberalitate dominorum petunt & expectant quæcunq; eis ſunt neceſſaria, ita & nos ad liberalem Dei noſtri manū ſemper reſpicimus, quæcunq; re nos indigere contigerit, ſcientes, quoniā inde omne datum optimum & donū perfectum deſcendere debeat. Iacobi. 1. Denique, quando propter delictū à domino ſeruus flagris ceditur, quemadmodū inter verbera ad manus dominorū cadentium ſerui reſpiciunt, expectantes nimirum vt à verberate manus feriantis: ita quū noſtris exigentibus culpis iuſte à Deo, ſive in ſpiritu, ſive ſecundū corpus aſſigi permittimur, ad vltimū vltices manus, quibus nos puniri attēdimus, mentis oculis aſpicimus, placationē diuinæ iræ expectētes, & expectantes vt ceſſet plaga, deſinatq; à nobis vltix manus eius. ¶ Notandū in ſu per, q̄ diſtincte dicuntur oculi ſeruorū eſſe in manibus dominorū ſuorum, & oculi ancillæ ſive ſerua in manibus dominae ſue, propterea quia ubi ordinata eſt familia & recte diſpoſita, quemadmodū ſuper ſeruos immediatū habet herus dominū, & eorū gerit curam immediatā vir ſuper viros: ita heri ſuper ancillam ſive ſerua immediatū habet dominū, & immediatā gerit earum curā, nimirum ſocmina ſuper ſceminas. Vbi autē id non ſeruat, cōfuſus eſt ordo familiae. ¶ Sed & illud non indignū eſt notatu, quemadmodū oculi ſeruorū in manibus dominorū dicantur, quia videlicet manus eorū aſpiciunt, ſuntq; ad illas intenti, iuxta eum loquendi modū quo ſapiens quidam vtitur dicens, Oculi ſultorū in ſinibus terræ: quo verbo ſignificat, oculos ſultorum quaſi inſtabiles & vagabundos quoquoſum aſpicere, ad omnia attendere, & nihil non perluſtratū relinquere. Quod autē in verſu ſequenti, anima repleta dicitur deſpectione & contemptu improborū, ſignificat grauiffimā opprobria quibus ab impiis aſſiciuntur ſancti: quomodo alibi volens grauiffimam ſignificare tribulationem exclamat, Saluum me fac Deus, quoniā inſtrauerunt aquæ vſq; ad animam meam.

CXXIII. PSALMI ARGUMENTVM.

**V**ox eſt totius Eccleſiæ, totius populi fidelis, Dei benignitati atque cuſtodie ſuam ſalutem omnem aſcribens, proque ſua liberatione ſaluatorem dominum ex affectu collaudantis. Poſt etiam vnus quilibet de fidelium populo congrue eandem hanc vocem ſibi aſſumere, agnoſcens ſpecialeſ erga ſe Dei liberationem de periculis eiꝰmodi, quæ ſua virtute non exiſtimat ſe potuiſſe eſſugere.

CENTESIMIVIGESIMITERTII PSALMI ELVCIDATIO.

- 1 Nifi quia dominus erat in nobis, dicat nunc Iſrael: \* niſi quia dominus erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos, forte viuos degluſſent nos.
- 3 Cum iraceretur furor eorum in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos.
- 4 Torrentem pertranſiuit anima noſtra: \* forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.



**N**iſi fuiſſet nobiſcū dominus Deus noſter, & niſi in medio noſtrum ipſe aduiſſet quaſi adiutor: iure optimo fidenter hoc agnoſcere, ac profiteri ingenuè poteſt & debet populus omnis fidelis, & vnusquiliq; ex numero ſeruorum Dei: \* niſi, inquam, dominus in adiutoriū ad fuiſſet nobis ſeruis ſuis. 2 In die perſecutionis aut tentationis, quādo inſurrexiſſent in nos dæmones aut homines maligni, ad tentandum nos ſive perſequendū, ſatis veriſimile eſt, aut potius vix dubitandum, illos facile nobis fuiſſe præualituros, & quaſi pro nihilo nos aſſumpturos: quomodo ſolent maiora animalia fera, animalcula minora etiam viuentia, quaſi pro nihilo deglutire. Non enim eſt poteſtas ſuper terram quæ cōparetur violentiæ dæmonis, qui tam in ſe quàm in Iob. 41. peruerſis hominibus ſemper inſeſtus eſt ſeruis Dei, qui etiam primos Luca. 22. illos & electiſſimos apoſtolos expetiuit vt cribraret ſicut triticum. 3 In die belli & tentationis, quando iram furoris ſui demonſtrabant aduerſum nos, omnibus modis nocere nobis cupientes, ſatis eſt veriſimile, imò vix dubitandū, ab immanitate perſecutionis & grauitate tribulationis, quā ſuper nos accumulabāt, nos fuiſſe obruēdos & demergendos in conſenſum peccatorū & profundum inferni, quomodo ſolent ab inundantium aquarum magnitudine homines abſorberi. 4 Nunc quidē Dei gratia & auxilio ſancta Eccleſia cum ſuis mēbris perſecutionem grauiffimā, in magni torrentis modum, cum impetu maximo, & per vnuerſum orbē rapidiſſime ſauientē, euasiſt, non ſubmerſa impetu neq; obruta fluctibus: \* verū niſi dominus fuiſſet cū ea, indubie experta fuiſſet aquam impertranſibilem, nec vnquā tam ſauiſſimas perſecutiones ſalua potuiſſet euadere. Ita & nos ſinguli, qui ſumꝰ Eccleſiæ membra, frequēter nos validas tentationes meminimus eſſe



5 *Benedictus dominus qui non dedit nos in captione dentibus eorum.*

6 *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.*

Psal. 115.

1. Ioan. 3.

7 *Laqueus contritus est: \* Et nos liberati sumus.*

8 *Adiutorium nostrum in nomine domini:*

*\* qui fecit celum & terram.*

gisse, & euasisse liberos, quas sine Dei auxilio speciali scimus plane fuisse nobis, vel difficillimum, vel omnino impossibile, vt effugeremus. 5 Sit proinde laudatus dominus Deus liberationis nostrae author, qui non permisit nos venire in pradam, qui non est passus capi nos ab aduersariis nostris, eosque nobis praualeat malitiosa & inuida potentia sua, qua nos cupiebant discerpere, dilacerare, & ad mortem vsque nos perdere. 6 Quemadmodum passer aut auis qualibet qua rete effugit au cupis, euolat libera: ita nos de laqueis & insidiis demonum (qui ad modum venatorum longo & maximo labore ad mortem persequuti sunt animas nostras) Dei gratia liberi euasimus, salui futuri, (quemadmodum in spe filiorum Dei confidimus) in vitam aeternam. 7 Laqueus mortis, in quo per peccata tenebamur impliciti atque captiui, per Christum dominum contritus atque contractus est, suntque peccatorum vincula per eundem disrumpita: \* & nos quicumque in Christum liberatores credimus, saluati ac liberati sumus de nexibus mortis, a morte translati ad vitam: & quum nobis frequenter insidias ponunt, ac laqueos tendunt tentatores maligni, ceterit Deus laqueos illos, nosque liberat, vt non illaqueemur, neque implicemur in eis, dum per gratiam suam illos nobis latentes demonstrat, sicque suo ducatu pedes nostros dirigit, vt non inuoluamur in eis. 8 Proinde quemadmodum haecenus omne auxilium expectauimus non a nobis ipsis, non in potentia, sapientia, aut virtute nostra, sed a Deo omnipotente, ita etiam amodo omne adiutorium nostrum in illo constituere, ab illo volumus expectare: \* qui est omnipotens, caeli, terrae & omnium quae in eis sunt creator, solus ad praebendum adiutorium miseris, & potentissimus & benignissimus.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXIII.

Versu primo, Nisi quia dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia dominus erat in nobis. Magna gratiam habet illa repetitio verbi in quo pondus est, eius videlicet, Nisi quia dominus erat in nobis, & illa interpositio exhortationis, dicat nunc Israel, quemadmodum & in alio psalmo dicitur, saepe expugnauerunt me a iuuentute mea, & c. Illud autem nunc, tempus non significat: sed interiectio quadam est: sermoni dans aliquam plenitudinis emphasim, in hunc sensum, Dicat certe hoc Israel, vel merito vtique hoc fateatur Israel, quod nisi dominus fuisset in nobis, & c. Enunciatio autem illa, Nisi quia dominus erat in nobis, secundum figuram est Graecanici sermonis. Sic enim in Graeco legitur *ὅτι ἡμεῖς ἠμαρτήσαμεν*. Secundum proprietatem autem sermonis Hebraei, oratio haec ita efferretur, Nisi dominus qui erat in nobis, vel nisi dominus qui fuit in nobis, siue pro nobis. Secundum verò formam Latinae eloquutionis, ita clarius dicitur, Nisi dominus fuisset in nobis (quomodo in sua versione legit Hieronymus, item & Felix) forma sermonis Hebraica commutata ad formam linguae Latinae. Formam autem illam Graeci sermonis, & alii aliquot psalmodi locis inuenimus: vt psalmo nonagesimo tertio, Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea, & psal. 118, Nisi quia lex tua meditatio mea est, tunc forte perissem in humilitate mea. Quae iuxta formam sermonis Latini clarius ita efferretur, Nisi dominus adiuuisset me. Et, Nisi lex tua meditatio mea esset, vel fuisset, & c. ¶ Versu secundo, Forte viuos deglutissent nos. Cui forte audis, non ita accipias, quasi cum dubitatione fidelis proferat quod dicit de sua liberatione. Nequaquam enim dubitando, sed vt certissima constanter pronuncians, loqui illa debemus. Habet enim gratia oratio, & aliquid singularis emphasim, cum sermonis vtitur modestia, animo tamen veritate rei certam tenemus atque indubitam: quemadmodum e contrario, turpe est & hominis parum pudentis, constanter sine formidine pronuncians, in re quam vel ignores vel non satis scias. Simili loquendi modo, in alio psalmo dicitur, ex ore domini: Israel si in viis meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliasset. ¶ Versu secundo, tertio, & quarto. Cum exurgerent homines in nos, forte viuos deglutissent nos. Verissimum est quod dicitur, sine peculiari Dei auxilio fidelibus futura fuisset intolerabilem persecutionem, & quasi nimis aquarum inundantium fluctibus, Ecclesiam obruendam. Nunquam enim sancta Ecclesia in tantis persecutionum fluctibus, quas partim a saeculi potentibus, partim a mundi sapientibus, partim ab haeresiarchis, partim ab aëris potestatibus, & in primordiis sustinuit nimium graues, & in nouissimo sentiet grauissimas stabilitas peristere potuisset aut poterit, nisi specialissimo Dei protecta auxilio: neque item serui Dei in suis tentationibus, quae subinde videntur intolerabiles, peristere possent, nisi superno fulti auxilio.

CXXIII. PSALMI ARGUMENTVM.

Tractat psalmus iste de stabilitate & securitate eorum qui confidunt in domino, qui veluti in medio montium securi positi, Deum in super habent ex omni parte custodem atque protectorem, qui virgam impietatis super suam sortem, id est, super seruos suos (Pars enim domini populus eius) requiescere non patiuntur, sed benefacit eis dem, & cum impios in peccata declinantes in iudicium adducat, condemnationis, pacem ex opposito donat omnibus qui recto sunt corde.

A CENTESIMIVIGESIMIQVARTI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Qui confidunt in domino, sicut mons Sion, non commouebitur in aeternum, qui habitat in Hierusalem.*

2 *Montes in circuitu eius:*

*\* Et dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsque in saeculum.*

3 *Quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum:*

*\* vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.*

4 *Benefac domine, bonis & rectis corde.*

5 *Declinantes autem in obligationes, adducet dominus cum operantibus iniquitatem:*

*\* pax super Israel.*



Vi spem suam omnem atque fiduciam in domino Deo constitunt, qui nunc mente atque affectu sursum habitant in superna Hierusalē, qui cōtemptis temporariis quae videntur, ad ea quae non videntur aeterna aspiciunt: huiusmodi ad modum montis Sion (qui immobilis est & cōturbari nescit) non cōmouebuntur, neque perturbationem vllam sentient malam in sempiternū: sed erunt stabiliti atque firmati, in eo in quo fixerunt spei suae fiduciam. 2 Erunt huiusmodi quasi montibus circumcincti ex omni parte securi, quomodo secuta est ciuitas in medio montium posita: \* & dominus Deus ipse potenter ac diligenter custodit per circuitū ex omni parte seruos suos, ita vt ex nulla parte quicquam eis possit obuolare mali, neque in vita ista presenti malū vllum peccati, neque in futuro mortis aut damnationis aeternae. 3 Et quidē licet in presenti forsitan virga paterna & disciplina emendationis suos dominus subinde corripiat, nequaquam tamen faciet vel patietur venire ac permanere super populum iustorū, super seruos suos, virgā punitiois hominum impiorū: qua nimirum impios est non ad emendationē, sed ad condemnationē, in die vltionis percussurus. Neque etiā permittitur eis dominus, vt impii potestatem obtineant super viros iustitiae, neque illos patietur his praualeat: & quanquam ad tempus aliquantum subinde videantur impii praualeat bonis, non diu tamen haec durabit eorum potestas: \* vt non amulentur iusti peccatorū impietates, neque vlli se malo operi more peccatorū dedant. Si enim eadem esset vctura indignationis & cōdemnationis virga super iustos & iniustos, non videretur, quorsum iusto prodesset sua iustitia: & si dominus impios virga potestatis suae praualeat fineret bonis, non esset qui eos a malo seruare posset. 4 Tu autē o domine (qui discernis inter iustos ac iniustos, red diturus & iustis secundū iustitiam, & iniustis secundū iniustitiā suā) benefac semper iustis tuis, & benigne age cū iis qui erga te recto sunt corde, quorū corda nulla peccati curuitate aut tortuositate a tuorū preceptorū dissentit rectitudine, eisque praesta liberaliter beneficia & benedictiones tuas: nunc quidē spiritalis gratiae, post verò aeternae gloriae. 5 Eos autē qui de relicta rectitudine, se dant curuitatibus atque tortuositatibus iniquitatis, per quas (cum sint stipendia peccati mors) ad Rom. 6. mortē sese obligant, sequi ipsos veluti morti adiudicant: hos dominus in venturo examine cōstituet ad sinistram cum haecis, cū operariis iniquitatis, diabolo & angelis eius, ceterisque iam olim in hoc iudiciū prescriptis ministris eius, simile cum his super eos perpetuae damnationis sententiā prolaturus, in ignem aeternū pariter eos iussurus discedere. Galat. 6. \* Super vniuersam autē sortem iustorum, super populum fidelem & super Israel dei, pax & misericordia eius requiescet sempiterna, ad quā nos tua ineffabili pietate Iesu bone perducere digneris, qui cū tuo patre & spiritu sancto viuus in omnia semper saecula benedictus, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXIII.

Versu primo, Qui confidunt in domino sicut mons Sion, non commouebitur in aeternum, qui habitat in Hierusalē. Incommodum esse videtur orationis & nonnulla sententiae difficultas, propter numeri diuersitatem, qui a plurali mox transit ad singularē. Pro huius ergo difficultatis expeditione, notandum est, triplicem versus propositi dari posse connexionem & intelligentiā, iuxta diuersam partium adinuicem cōbinationem vel distinctionem. Prima est, partem extremam copulando cum prima, ad eum modū quo in Elucidatione explicatum cōspicitur, vt sit sensus, Qui confidunt in domino qui habitat in Hierusalē, non commouebitur in aeternum, sicut mons Sion, qui firmus & stabilis moueri non potest. Neque verò nouum est in scripturis, subitam fieri numeri mutationem, quae ad modum etiam personae aut generis non raro solet fieri subita cōmutatio. Altera est, particulā vltimā, qui habitat, adiungēdo ad id quod vicinias praecedat secundum ordinem literarū, id est, ad montē Sion, vt sit sensus: Eos qui in domino confidunt non esse cōmouendos in aeternum, sicut mons Sion qui in Hierusalē habitat (id est, situs, firmatus siue stabilitus est) commoueri non potest. Potest tertio versus iste ita distingui, Qui confidunt in domino, sicut mons Sion, suppledo erūt: vel simile aliquod verbum, quod sententiam cōpleat. Ac deinde, Non commouebitur in aeternum, qui habitat in Hierusalē. Suppleto enim verbo facilis erit intelligentia, eos qui confidunt in domino esse sicut montem Sion: & oratio quae sequitur, Non commouebitur in aeternum qui habitat in Hierusalē, quaedam est expositio & declaratio partis mox praesentis. Pene enim idem indicant.


¶ Versu secundo, Montes in circuitu eius. Montes illi qui in circuitu iustorum sunt commode referri possunt ad angelicam custodiam, qua nos muniri & ab aduersariis, quasi montibus per circuitum adiacentibus, tutari, docet catholice fidei rectum dogma. Vnde in alio psalmo dicitur, Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos: vel in Hebraeo est castrametum aut moratur per circuitum, scilicet ad defendendum ab hostibus, Et quia parum forsitan videri posset angelorum (qui sunt administratores tantum spiritus) custodia, nisi adesset & dominus, iccirco additur, Et dominus in circuitu populi sui. Quemadmodum supra psal. 120. cum dixisset, Leuauit oculos meos in montes: mox adiecit, Auxilium meum a domino. ¶ Versu ultimo, Declinantes autem in obligationes: In nonnullis exemplaribus vetustioribus reperit est haberi, pro obligationes, obliquationes: quod proposito loco recte admodum conuenit, iuxta quod in Elucidatione est manifestum. Neque dissonat quod ex Hebraeo legitur, prauitates, ut vertit Hieronymus, aut peruersa ut Felix. Alii aut obliquitates vel tortuositates vertunt, quae omnia pro obliquationibus faciunt. Habet nihilominus vocabulum obligationes rectam & commodam intelligentiam. Nam praeter eam quae in Elucidatione monstrata est, possunt obligationes accipi pro peccatis, quibus anima obuoluitur, obligatur, innodatur & vincitur, ut eadem hic dicantur obligationes, quae supradicta sunt vincula, psal. 117. Dirupisti vincula mea.

CXXV. PSALMI ARGUMENTVM.

Psalmus iste de liberatione tractat quae per Christum venit humano generi, ob quam a captiuitate miseranda diaboli, peccati & mortis, liberati fideles exultant in spiritu, & diuini sui exultatione (licet in uidentibus & mirantibus inimicis) profitentur beneficium: postea verso quinto uiuifico spiritus sancti flatu de captiuitate ad libertatem reduci eos qui adhuc per infidelitatem in captiuitate, sua propria voluntate detinentur. Deinde verso sexto & sequente in finem, de passionibus huius temporis, quae pro iustitia in qui pie uolunt uiuere in fidei ueritate obueniunt, sese consolantur, spe aeternae retributionis attendentes, quod unusquisque quae seminauerit, haec & metet: quoniam (iuxta domini promissum) beati erunt ac consolati in uenturo retributionis tempore, qui nunc in luctu & patientia per seuerauerint.

CENTESIMVIGESIMIQUINTI PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 In conuertendo dominus captiuitatem Sion: \* facti sumus sicut consolati.
2 Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.
3 Tunc dicent inter gentes: \* magnificauit dominus facere cum eis.
4 Magnificauit dominus facere nobiscum: \* facti sumus latantes.
5 Conuertere domine captiuitatem nostram: \* sicut torrens in austru.
6 Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent.



Um conuerteret atque auferret misericordiarum patrum, & Deus totius consolationis captiuitatem populi sui, sub qua ante Christi aduentum, uniuersum premebatur genus humanum: \* tunc quicumque in Christum credimus, quicumque sumus de populo eius, summam accepimus consolationem, & facti fuimus ex hoc gaudio spiritali uere gaudentes. 2 Tatum autem fuit ex hoc nostrum gaudium, ut ipsum corde celare totum non potuerimus, sed plena facta sint ex abundantia cordis etiam ora nostra gaudiosis canticis: & linguis nostris laudes confessionis atque exultationis cecinimus liberatori nostro. 3 Tunc inuidi daemones tantam Dei dignationem admirantes, & praeter inuidiam dolentes, inter sese mussitantes, item & infideles idololatras admirantes dixerunt ad inuicem: \* Ecce quam magnifice fecit cum electis suis, cum genere hominum Deus omnipotens, quos tam dignanter, tam mirifice, a captiuitate & grauissima & maxime diuturna tandem absoluit. 4 Et uere ita est ut uos, licet per inuidiam, asseritis: & hoc ipsum quod uos dolentes fateri debetis, nos quoque gaudentes agnoscimus. Vere enim magnifice ualde, & supra quam dicere sufficimus magnifice, egit nobiscum dominus Deus noster: \* & in hoc liberati a peccato, serui autem facti Deo, exultamus atque gloriamur in spe gloriae, & in libertate filiorum Dei. 5 Tu domine, qui de captiuitate misera genus humanum fecisti liberum, perge quaelo conceptum opus implere: & captiuitatem huic generi conuertere, id est, eos qui adhuc in sua captiuitate detinentur, propter infidelitatem, aut caetera peccata, in quibus per suam propriae uoluntatis prauitatem adhuc permanent sub seruitute pristinae mortis, peccati, atque diaboli: hos tu dignanter conuertere, & reducere eos de omnibus finibus orbis terrarum, ad libertatem quam parasti atque donasti omnibus credentibus sancto nomini tuo: \* conuertere, inquam, ut ad te undique confluant, quasi aqua inundans: quemadmodum torrens rapidus, qui ardente sole siccatus fluere cessat, flante australi vento, qui humectus est, & pluuias adducens, iterum suum fluxum atque rapidum cursum resumit, confluyente ex omni parte aquarum copia. Et quomodo torrens per austrum tepidum uentum niuibus calore solutis augentur & fluunt fortius. 9 Neque uero gaudium liberationis nostrae de captiuitate misera prohibere debent, aut ulli modo etiam per-

A

7 Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua.

8 Venientes autem ueniunt cum exultatione:

\* portantes manipulos suos.

turbare passiones huius temporis, momentanea & leues, quas in uia iustitiae sustinent qui pie uolunt uiuere: quandoquidem certissimum est, eos qui nunc luctu in penitentiae opera Deo digna studiose operantur, in tempore retributionis suorum operum mercedem beatissimam cum inestimabili gaudio recepturos. Sic enim promittit ueritas, consolationem & mercedem copiosam accepturos, foreque beatos, eos qui nunc lugent, atque in lacrymis seminant. 7 Eunt quidem nunc per uiam huius uiae, per uiam arctam mandatorum Dei ambulant, atque procedunt de uirtute in uirtutem, tanquam flentes, lugentes, miseri atque despecti, quantum attinet ad corporis speciem: operantes quae bona sunt & recta, & persequutiones atque miseriae uiae praesentis libenter sustinentes, quae illis sunt ueluti semina, ex quibus expectant in suo tempore fructum retributionis aeternae. 8 Cum autem illi qui nunc per arctam uiam ambulat redeunt ad peregrinationem & a uia uiae praesentis, ad patriam reuersi fuerint, ad quam inspirauerant, ad quam pergebant, tunc apparebit intus ac foris pleni exultatione & gaudio: \* haec Roma. 6. bituri finem suae iustitiae (in qua seminauerunt) uitam aeternam, reportantes fructum fidei ac patientiae suae salutem animarum suarum: sicut qui latantur in messe, cum de suis laboribus quos in seminando impenderunt, plenas tenent frugibus atque segetibus manus suas.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXV.

Posset psalmi istius intelligentia non inepte referri ad illam perfectam laetitiam, quae ciuium caelestium erit, cum post transitum huius uiae (quae comparatione futurae captiuitatis quaedam est & exilium) ad perfectam libertatem peruenerint. Donec enim corpori huic mortali praesentes, peregrinamur adhuc a domino, de perfecta libertate nondum gloriarum possumus. Cum uero captiuitas ista auferetur penitus, tunc dabitur nobis plena consolatio, tunc exultabunt sancti in gloria, tunc replebuntur laudibus fauces nostrae, tunc qui in malitiis suis damnati sunt, cum uiderint insperatam bonorum gloriam, turbati timore horribili dicent intra se, Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est: & nos letabimur in magna salute domini Dei nostri. Iuxta hanc autem intelligentiam, oratio quae fit verso quinto, filiorum est captiuitatis qui in Ecclesia hanc degunt militiam, petentium a sua captiuitate conuerti in patriam, per flatum uiuifico spiritus, ad modum torrentis qui flatu australis uenti colligitur. Neque refert iuxta hanc intelligentiam, siue in hoc psalmo loqui faciamus eos qui iam in Ecclesia triumphante gloriantur, siue eos quia adhuc in captiuitate suspirant ad libertatem. Hoc tantum obseruandum est, si triumphantibus appetitur, ut oratio illa uersus quinti, tametsi a triumphantibus, pro militantibus tamen fieri intelligatur, ab illis postulantibus impleri numerum fratrum suorum. Si uero militanti applicetur Ecclesia, hoc est aduertendum, ut quae initio psalmi praeterito tempore dicuntur, per futurum intelligatur, iuxta modum scripturis nequaquam insolitum. ¶ Versu 6, Mittentes semina sua. Per seminare, intelligitur operari: & semina mittere, est opera facere, suntque ipsa opera semina, ex quibus modo in carne (dum tempus est) operatis, fructus expectatur uiae aeternae. Sic enim & Paulus loquitur Galatis scribens, Quae, inquit, seminauerit homo, haec & metet. Quoniam qui seminant in carne sua, de carne metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam aeternam. Et ueluti declarans quid per seminare intelligat, statim subiungit, Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ad intelligendum autem clarius ea quae hic de seminantibus in iustitia dicuntur, consideranda est conditio seminantium corporale semen. Quemadmodum enim agricola quando seminat, nullam praeterdit laetitiam dum a terra adeo nihil recipit, ut etiam semina bona in terram mittat corrumpenda, intus tamen gaudet & consolatus est animo spe uenturae metis, preciosum fructum terrae patienter expectat. Ita fideles qui pie uiuere uolunt, non praetendunt in hoc tempore foris signa ulla laetitiae, sed tristes uidentur, afflicti, egestes, angustiati: dum membra ac corpora sua mortificare super terram, dum ueterem hominem, cum actibus suis deponere, & carnem cum uitiis & concupiscentiis crucifigere solliciti student, dum aduersus mundum ac mundi principem uiriliter pugnant, dum arctam uiae uiam perseveranter retinere satagunt: uerum intus, animo semper sunt gaudentes, propter spem beatae remunerationis.

CXXVI. PSALMI ARGUMENTVM.

Videtur psalmus iste ad praecedentem pene continuari. Quomodo enim ille de fidelium liberatione & captiuitatis dissolutione loquitur: ita hic de aedificatione domus Dei, quae est ecclesia, & ex fidelibus componitur per Christum liberatis. Ac primum quidem aedificii huius Deum asserit primum esse auctorem & architectum, imo & custodem atque conseruatorem, sine quo nihil in hac re facit humana omnis potentia siue industria: surgere tamen uersu 3, monet eos qui adhuc in captiuitate resident, & in luce miserationum Dei sese a peccatis erigere: deinde, quam magnificet Deus electos, ex quibus domum suam componit, ex uenturo retributionis tempore patefacit: quomodo manifeste in hereditate domini cerentur a scriptis, & fructui ueteris Christi, ueluti in mercedem assignati: qui postquam semel diuinitus fuerint liberati, sic amodo sunt in manu Dei, quomodo in manu robustorum sagittae, ex quibus quisquis institutionem bonam susceperit, suam omnem uoluntatem illis conformando, confusionem non inueniet in nouissimo die, quando in porta exhibebitur iudicii ante tribunal Christi.

1 Nisi dominus adificauerit domum, in vanum laborauerunt qui edificant eam.

1. Tim. 3. Philip. 2.

2 Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit ea.

Esaie. 62. Hier. 6. Ezech. 3.

3 Vanum est vobis ante lucem surgere.

\* surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris.

2. Cor. 3. Ioan. 15.

2. Cor. 3.

Philip. 4.

4 Cum dederit dilectis suis somnum:

\* ecce hereditas domini filij:

Ioan. 1. Rom. 8.

\* merces fructus ventris.

5 Sicut sagitta in manu potentis:



Vemadmodum captiuitate illam miserandam generis humani preter Deum auferre nemo potuit, ita quoque adificium Ecclesie sancte (qua est domus Dei, & ex fidelibus liberatis componitur) sine Deo suscitari aut fieri non poterit, adeo vt nisi dominus ipse domum hanc adificare voluerit, frustra laborat, quicumque sine eo quamlibet magnam conatum ad eius adificationem adhibuerit: & quantumvis magnam insuperint laborem, non efficiat quicquam absque; Dei (qui in hoc opere architectus esse debet) voluntate & auxilio: quamquam vt cooperatores & adiutores Dei, non nihil possint in hac re homines, ad peccatorum conuersionem verbo & opere plurimum laborantes, & scientia Dei ad alios erudiendum proualentes, alius plantando, alius rigando, modo adit eorum operi Deus architectus, qui incrementum prebeat: qui operetur in nobis tam velle quam perficere, pro sua bona voluntate. 2 Deinde vt etiam extructa fuerit sancta Dei Ecclesia in modum ciuitatis firma, in qua singula Ecclesie domus sunt atque; familie, cuius ciuitatis singuli fideles qui de captiuitate exierunt, ciues sunt & domestici: vt, inquam, si extructa fuerit ista ciuitas, non poterit tamen absque; Deo custodiri, atque; in sua dispositione recte consistere, adeo vt nisi ille ad custodiam eius vigilauerit, fueritque; ad eam intentus in omni bono promouendam & a malo custodiendam, frustra sit conatus omnis ac diligentia hominis cuiuscunque, qui illam suis viribus, potentia, sapientia, aut industria humana custodire conatus fuerit: quamquam vt cooperatores & ministri Dei, non nihil neque; parum hac in re possunt homines, in quibus est zelus domus Dei, quos super muros & super speculam ipse custodes posuit vinea, & speculatores domus ac ciuitatis sue. 3 Atque etiam si mane primo diluculo exurgatis, quomodo solent qui ad rem quamlibet perficiendam sunt ardentissimi, summamque; diligentiam & conatum extremum adhibeatis, nihil proficietis, nihil efficietis, vanus erit labor vester: si absque; Deo rem attentatis, si in vobis hac in re fiditis, si antequam lux diuine gratie atque; visitationis exurgat, re efficere conamini: vos tamen o captiuitatis filij, qui de captiuitate cupientes effugere, peccata vestra recogitatis in amaritudine penitentia, sicque; panem vestrum in salutari dolore manducatis, nolite quasi re desperata permanere iacentes supini in miseris vestris, sed ad lucem miserationis ac visitationis Dei exergiscimini: euigilate & exurgite, postquam diu iam satis, & heu nimium diu, sedistis, imo iaculistis, & forduistis in peccatis vestris, neque; apponatis amplius in illis permanere. Tametsi enim ex vobis tanquam ex vobis sufficientes non sitis ad exurgendum absque; Deo, sine quo nihil potestis facere: sufficientia tamen virtutis ex ipso est, in quo vos confortante, poteritis omnia. 4 Neque; verum mirum videri debet, si dictum est a domino & adificari & custodiri debere domum ac ciuitatem suam, & sine eo nihil fieri posse quod ad salutem pertineat electorum suorum. Ecce enim cum dominus ipse electis & predestinatis seruis suis requiem dederit beatitudinis aeternae, eosque; in cubiculum suum introduxerit: tunc apparebit, & tunc videbitur hereditas eius & tota possessio, in qua inhabitabit & gloriabitur, nempe electi fideles quos in filios Deus adoptauit, & quibus per gratiam suam potestatem dedit filios Dei fieri, ac conformes imaginis filij sui primogeniti. Hec enim erit hereditas, in qua inhabitabit & gloriabitur Deus, non fertiles campi, non densa sylua, non prata virentia, non montes aurei, sed filij gratie & gloriae, quos habebit sibi in hereditate praclaram & pretiosam: qui sane filij erunt merces & premium Christi, qui fructus est viginalis vteri, in ventre virginis absque; virili semine sola sancti spiritus operatione conceptus atque; formatus. Cum ergo electos suos tanti faciat Deus, vt eos pro hereditate sua reputet, & mercedem Christi sui, mirumne, id est, si hominis sola virtus ad huius domus Dei adificationem, ad electorum salutem promouendam, per se nisi deo principaliter operante nihil possit? Non enim patitur neque; vult sua sibi domum, hereditatem & mercedem, ab alienis tantum parari, sed ipse sibi eam vult & adificare & custodire. 5 Imo vero quo magis pateat quae charos ac pretiosos habeat suos electos Deus, illud dico, quoniam sicut in manu hominis validi ac robusti sunt sagittae, quae donec ab eo tenentur, difficile illi extorquetur e manibus, cum vero aduersum inimicum iaciunt, potentes valde & efficaces sunt ad vulne-

\* ita filij excussorum.

6 Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis:

\* non confundetur cum loquetur inimicis suis in portis.

B

randum: ita sunt in manibus Dei, filij illi & electi, qui excussi sunt, sicut de numero excussorum, a captiuitate per ipsum potenter liberati: neque; ipsi tantum primi illi apostoli atque; discipuli, quos per se veritas ipsa excussit, verum etiam illorum filij, quos per euangelium genuerunt, omnes qui per verbum eorum crediderunt veritati. 6 Et beatus erit qui desiderium & cor suum omne impleuerit talium doctrinis, monitis atque; exepis, qui secundum salutarem doctrinam ipsorum & vitae ac conuersationis exempla, sic ex ipsis omnem voluntatis suae affectum formare studuerint, vt ea amet quae illi amanda verbo & exemplo docuerunt, neque; caelestia, e contrario autem fugiat, contemnat quae illi fugienda atque; spernenda monstrarunt, nempe haec transitoria: virtutes sectentur, detestentur vitia, quae admodum priores illi docuerunt: qui enim tales sese praestiterint, non erunt confusi in nouissimo die, quando exhibebunt ante Christi tribunal: quando de omnibus cogitationibus, affectionibus, operibus, imo & verbis accusantibus inimicis, erit iusto iudici reddenda ratio palam omnibus. Qui enim illis sese per omnia diligenter (quantum fragilitas humana paritur) conformauerit, habebit quod inimicis accusantibus & expositantibus exactoribus, coram iudice iusto respondeat, neque; suscipiet confusionem in sententia damnationis, sed gloria magis accipiet aeternae saluationis. Ad quam nos adificator ecclesiae sanctae, fidelium iustificatores & custos, Christus Iesu perducere digneris, qui cum patre & spiritu sancto in aeternitate regnas benedictus. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXVI.

Versu. 4. Merces fructus ventris. Fructus ventris dicitur Christus dominus: quae admodum propheta fructum terrae cum appellat, et erit (inquiens) fructus terrae sublimis. Et in psalmo dicitur. Et enim dominus dabit benignitatem & terra nostra dabit fructum suum, quod de fecunditate virginis matris pie supra diximus intelligendum. Et notandum, quod huius fructus viginalis vteri merces ac premium sunt filij adoptionis, quoniam a patre ei dati sunt in portionem, hereditatem, & possessionem, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, pro quibus ipse, & vterus fructus, & hostia placationis, & mediator reconciliationis fieri voluit. Quod enim verbum caro factum est, & incarnatum vsque; ad mortem voluit humiliari, quod sepeliri, quod resurgere: denique; quacunque; pro nostra liberatione fecit, aut pertulit, omnia propter electos, vt ipsi liberationem & salutem consequerentur. Estque; tantorum laborum premium & merces, & electorum salus. Quaequam enim suae humilitatis passionibus, Christus vt homo promeruerit suae humanitatis exaltationem & glorificationem, sicque; modo quodam etiam haec glorificatio & exaltatio merces videri possit & premium fructus illius: illud tamen ex sacris scripturis constat, non ad hoc principaliter descendisse de caelis verbum patris, vt gloriam sibi compararet aut acquireret (satis enim illi erat bene, imo optime, cum ab aeterno Deus esset altissimus, etiam si homo non esset temporaliter exaltatus) sed principaliter atque; primario nostri gratia, id est, propter electos, descendit, & factus est vteri fructus inter homines homo, vt fieret ipse primogenitus in multis fratribus. Itaque; praecipuum premium merces primaria, quam ille veniebat querere, fideles erant quibus potestatem comparauit, & dedit filios Dei fieri, per assumptionem humanae naturae in vtero virginis. Vnde in psalmo. 2. a patre ad filium dictum legimus, Postula a me, & dabo tibi gentes in hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Offert enim pater filio in premium & mercedem, quod illum nouit praeparatum omnibus querere & quassisse, nimirum hereditatem & possessionem filiorum gratia. Quidam autem hanc assignant intelligentiam, ecce hereditas domini sunt filij, filij scilicet adoptionis sunt hereditas Christi: & merces ac premium domini sunt, fructus vterus, id est illi qui ex vtero gignuntur ecclesiae, filij regenerationis & gratiae, qui de vtero ecclesiae ex aqua & spiritu sancto fuerint regenerati. Eruntque; tunc nomine fructus, casus nominatiui, & idem sibi volent ambae illae partes, hereditas domini sunt filij, & merces domini sunt fructus ventris: vt qui in priori parte appellatur hereditas, in posteriori dicatur merces: & qui in priori filij, in posteriori dicatur fructus vterus. Posset tamen iuxta hanc constructionem alia dari intelligentia, vt non eundem duae partes istae haberent sensum, in hunc modum: Ecce hereditas domini sunt filij, & vicissim merces vel premium, & hereditas illorum filiorum est fructus ventris, id est, Christus dominus: hoc est, Christus dominus pro hereditate & premio habebit filios gratiae, & vicissim ipsi filij gratiae pro hereditate sua & premio habebunt Christum dominum. Atque in hunc sensum respicere videtur celebris ecclesiae doctor Thomas Aquinas, in antiphona illa quae huic psalmo in vespere altissimi sacrae eucharistiae sacramenti precinuntur in hunc modum, Fructus ventris viginalis, est hereditas sanctorum, adimplet bonorum desiderium. Atque harum quidem sententiarum vtraque ex Hebraeo recte potest accipi, cum in Hebraeo fructus possit accipi in quolibet casu, eo quod nullum sit adiectum signum certum casum determinans. Graeca tamen lectio neutram praedictarum intelligentiarum patitur, quae sic habet: *ἡ κληρονομία τοῦ κυρίου ἡ ἐκ τῆς μητρὸς γεννητὸν υἱόν, ὁ μισθὸς τῆς καρπῶν τῆς γυναικὸς*: vbi manifestum est, cum ex articulo addito, tum ex ipsa terminatione fructus esse casus genitiui, & regi a nominis merces, vt sic sensus, merces eius qui est fructus



ctus ventris. Propter quod, illa sententia quæ in Elucidatione explicatur, magis videtur cõueniens. ¶ Versu penultimo, Ita filii excussorum. Cum dicitur, filii excussorũ, genitiuus excussorum passiuè capitur, pro iis qui excussi sunt ac liberati de iugo miseræ seruitutis. Et potest accipi oratio hæc improprie, in eo sensu ac si dicitur: Filii de numero excussorum: vel secundũ proprietatẽ sermonis dicitur filii excussorũ, ii qui secundum fidẽ per euangelium geniti sunt ab illis primis filiis libertatis, sanctis apostolis atq; discipulis domini. Omnes enim hi sic in manibus Dei sunt, quomodo in manu potẽtis sagittæ: primum quidẽ, quia eos quos Deus liberauit, ac iustificauit, nemo potest cõdemnare, vt sanctus apostolus ait: & nemo poterit electos rapere de manu patris, quomodo ipse ait in Euangelio. Item & cum illos emisit in virtute spiritus, quasi sagittas suas, ad depugnandũ per veritatis prædicationẽ aduersarias potestates & inimicos veritatis infideles, & peccatores salubriter vulnerandos, ac perimẽdos cõpunctione penitentia, vim & efficaciam magnam habebunt in virtute spiritus, ad perficiendũ omnia ad quæ missi fuerint: quæ admodum in primis fidei prædicatoribus sanctis apostolis manifeste patuit, & quotidiana mõstrat experientia in amicis Dei, quos ipse destinat quasi sagittas ad peccatorũ cõuersionẽ, & in virtute spiritus facit viriliter cõtra diabolũ & omnem falsitatẽ atq; vanitatem operari. Poterunt etiã aliter sancti apostoli noui filii, intelligi filii excussorum: id est, eorum qui à Deo excussi siue abiecti sunt, vt pote secundum carnẽ existentes filii Iudæorum, quorum Deus pro maxima parte sub tẽpore gratia velut excussit Deus, quando illis sese indignos facientibus ad gẽtes conuerti iussit apostolos: quemadmodum in Actis testatur Paulus apostolus. ¶ Versu vltimo, Non confundetur, cum loqueretur inimicis suis in porta. Per id quod dicitur loqui inimicis in porta, intelligi rectissime videtur examẽ iudicii, quod in porta antiquitus solebat fieri palã omnibus: quæ admodum etiam nunc cõsuetudo est quibudã. Vnde in alio psalmo dicitur, Aduersum me loquebatur qui sedebat in porta, & in me psallebant qui bibebant vinum: per quos, iudices populi & potẽtes ac diuites intelligi videtur. Idiplum ex libri Ruth. 4. capite satis fit manifestum. Nõ est autem sic accipiendũ, quod dicitur loquuti inimicis nostris, quasi in Dei iudicio prolixis cõtentionibus aut altercationibus cum inimicis nostris simus acturi causam nostrã, ad eũ modũ quo iudicia exercentur humana: sed more hominum dictum illud accipi debet, ad significandum exactionẽ & expostulationẽ inimicorum, qui nostram damnationem requirunt. Posset tamen & ad exitum à corpore referri. Tunc enim quodãmodo inimicis nostris in porta loquemur, quando in egressu de corpore mortis huius, iudici Christo presentati, accusantibus inimicis, nostrãq; mala proponantibus, respondere debemus, & rationem pro omnibus ante iustum iudicem reddere.

Roma. 8.  
Ioan. 10.  
Actu. 13.  
Psal. 68.  
Ruth. 4.

CXXVII. PSALMI ARGUMENTVM.

**D**escribitur beatus qui nunc timet dominũ, cuiusq; madata custodit, eo quod pro operibus quæ in corpore est operatus, bonæ retributionis accipiet mercedẽ, qui etiã si secundũ carnẽ sterilis videatur, secundũ spiritũ tamẽ vxorẽ quã sibi elegit caelestẽ, sapientiã habet fecundissimã, ex qua proles accipit & multas & laudabiles, optimas, ac Deo placitas actiones: quæ illi omni ex caelesti procedũt benedictione. Tandẽ verò ad illos se in spiritu cõuertens propheta, aut vir quilibet iustus, caelestẽ eis benedictionẽ precatur à domino, bona videlicet caelesti Hierusalẽ, filiorum filios & pacem electorũ Dei: quæ qui quis acceperit, non deerit in omne bonum.

CXXVII. PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 Beati omnes qui timet dominũ, qui ambulant in vis eius.
- 2 Labores manũ tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.
- 3 Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.
- 4 Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in cir-



**B**eatus est nunc expectatione certa, post quoque item beatus futurus possessione secunda, qui timet, reueretur, diligitq; dominũ Deum suum, qui in viis madorũ eius studiose cõuersatur: diligẽter attendens, vt ab iis quæ illi displicuerint, abstineat: quæ verò placita esse illi nouit, sedulo perficiat. 2 Gaude, & lætare in spiritu quilibet talẽ te (perhibete testimonium tibi cõscientia tua in spiritu sancto) agnoscis. Verẽ enim etiam nunc beatus ac felix es firmissima expectatione, & bona accipies reali fruitione, in retributione eternitatis: quia dabitur tibi de fructu manũ tuarũ, comedẽsq; de operibus quæ operata sunt manus tuæ: hoc est, p operibus tuis quæ in timore domini in carne es operatus, merces tibi dabitur æternæ retributionis, in qua satietas est omnĩu bonorũ. Vnusquisq; enim mercedẽ accipiet secundũ suum laborem. 3 Neq; verò in futuro tantum sæculo futurus es beatus, aut bona percipies, verum etiã aliqua ex parte in presenti tẽpore. Cælestis enim sapiẽtia, quã tibi in vxorem admaisti, atq; despõlasti, nequaquã erit sterilis tibi & infœcunda, sed fructũ operum bonorũ copiosissimum proferet tibi, ad modum vitis fecundæ, quæ per latera domus latẽ expansa, botros profert & plurimos & pinguisimos. Sic enim per omnẽ modũ, qui caelestem sibi sapiẽtiã desponsarunt, & cum illa conuiuunt assiduẽ, optimarum operationum pinguisimos botros copiosẽ progignunt ex ea. 4 Cogitationes quoq; & affectiones piæ, quæs tibi quasi filios quosdã pariet vxor tua, sic erunt quasi per circuitum, & ex omni parte, in secunda cõsciẽ-

I. Cor. 3.  
Galat. 6.

A cuitu mensæ tuæ.

- 5 Ecce sic benedicetur homo, qui timet dominum.
- 6 Benedicat tibi dominus ex Sion: & videas bona Hierusalem, omnibus diebus vitæ tuæ.
- 7 Et videas filios filiorum tuorum: \* pacem super Israel.

B

tia tua salubriter lætate, & quasi iugiter cõiuante, sicuti nouellæ plântationes oliuarum plẽg virore atq; pinguedine, fragrantia sui odoris totam cõscientia tua domum replẽntes, Deũq; & angelos lætificantes: \* Insuper filii quos tu & verbo & exemplo Deo gignes, sicut germina oliuarum erunt circũ te, tãquam à te salutaris doctrinæ pinguedinem sumentes, & quasi pabulum spirituale à te accipiẽtes, quomodo solent de mensa parentũ sumere cibum filii. 5 Ecce ad eum modum quo supra iam descripsimus, replebuntur benedictionibus, quicunque sancto timore reuerentur, ac diligunt dominum Deum suum, cuiusque madata sollicitè custodiunt, talibus bonis, tali gloria, tali ornatu ornabuntur ex benedictione & beneficio altissimi. 6 Ego quoq; in spiritu super huiusmodi gaudẽs atq; exultans, tibi quilibet es qui times dominũ, felicia prosperaq; omnia ex cordis desiderio exopto, & Deũ precor, cuius est benedictio super populum suũ, vt de ciuitate sua sancta, de cælesti Sion, in qua inhabitat, vbi eũ contẽplantur beati omnes facie ad faciẽ, benedicat tibi benedictione sua sancta, in cælestibus dominis suis. dẽtq; tibi, posteaquam tempus hinc emigrandi aduenit, videre in teipso, recipere atq; experiri vsque in æternum sine fine bonũ illud vnicũ & summũ (in quo sunt simul omnia) ciuitatis superne Hierusalem, quod nec oculus vidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis ascẽdit. 7 Fœcundet te quoq; Deus spiritali sua fecunditate in omnibus virtutibus, ita vt de virtute semper in virtutem proficiẽs, & ex vna in alterã semper pcedẽs, sic quasi filios accipias filiorũ tuorũ. \* Rursum ita quoq; te fecundet virtutibus, vt in longas ac multas generationes permaneant tibi filii, quos Deo, siue verbo doctrinæ, siue exemplo vitæ genuisti: quæ admodum solet virorum iustorum semen spirituale in multas generationes permanere, impiorum carnali perennet semine: \* det quoq; tibi videre pacem veram super omnem populum fidelem, & super omnes electos: pacem (inquã) Dei super Israel, vt vnã cum electis omnibus pace fruaris sempiterna. Amen.

Psal. 3.  
Esa. 64.  
I. Cor. 2.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXVII.

**V**ersu tertio, Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Per vxorẽ istam, intelligi etiã potest conueniẽter affectus sensitiuus, qui in carne inhabitat, quem solemus nominare sensualitatẽ. Quemadmodum enim vxor ex Dei institutione subiecta est dominio viri, dicẽte domino, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui: ita hæc sensualitas, rationis debet imperio regi. Et quæ admodum vxor si recte regatur à viro, fructum plurimum & commodum parit in familia: cõtra verò si indomita fuerit, & in malis vir ei nimĩũ indulgere cõperit, mala plurima & damna committit in familia rebũsq; domesticis, etiam ea quæ viri diligentia atq; industria fortẽ lucrata fuerit, non raro male absumens atque dilapidans. Ita affectum sensitiuum istũ quilibet bene cõduum rationis imperium gubernauerit, & quilibet rectẽ illum sub habentis rectæ rationis cõtinuerit, quasi sub viri potestate, fructũ plurimũ ex eo percipiet, & opera plurima bona proferre poterit, vbi ad virtutẽ assuefactus fuerit. Contra verò, si permittatur super rationẽ præualere, & quasi super crescere super eam, spinas & tribulos & mala plurima proferet, & suffocabit etiam atq; absumet, si quæ bona ratio atque voluntas videantur nonnunquam operari: dum bona desideria ac sancta proposita, sua lasciuia opprimit atq; disperdit, vt in effectum non perueniant. Et huic vxori rectẽ comparatio vitis applicatur. Vitis enim non nisi maximo labore, diligentia atque impẽsa adhibitis, fructificare potest, neq; quilibet ex ea fructum percipit otiosus. Ita sanẽ & sensualitas, nisi diligẽtissime colatur, & plurimum fodiat, enulsis sedulo malarũ passionũ radicibus, & bonis insitis sarculis, per cõtinuã ad virtutes assuefactionẽ, fructum bonæ operationis proferre poterit nunquam. Ac iuxta hæc intelligentiã, per filios conueniẽter intelligi possent omnes vires aliæ corporales, quæ omnes (sola sensualitate bene recta & excolta) facili pinguescunt, & virẽt in operibus bonis. Quidã verò omnia ista, de filiis & vxore & manducatione laboris manuum, exponunt de tẽporalibus diuitiis, vxore & liberis: verũ quoniã (vt supra in annotationibus psalmi cẽtesimivndecimi dixim⁹) per paucis Deũ timẽtibus ista sic cõpetunt: quemadmodum neque Christo, neque apostolis, neque plurimis post ipsos sanctissimis viris, cõmodius nobis videtur secundum spiritualem intelligentiam ista spiritalitẽr dicta intelligere, ita vt generaliter piis omnibus Deum timentibus conueniant.

D

CXXVII. PSALMI ARGUMENTVM.

**N**arrat in spiritu lætitia viri iustus, quemadmodum frequentissimè in sultibus aduersariorum suorum oppugnatus, ab initio conuersionis suæ ad Deum, nondum tamen succubuerit, tamesi graui multa ab im- portunitate & seuitia aduersantium perpeßum se fateatur. Quorum deinde pœnam, confusionem & reprobationem æternam, siue præ dicendo iuxta conformitatem diuinæ iustitiæ optat, siue optando prænuiciat, tẽ- ctorum sœno eos comparans à quibus (cum sint maledictionis filii) longe est omnis benedictio.

1 Sape expugnaverunt me à iuuentute mea:

\* dicat nunc Israel.

2.Tim.3.

2 Sape expugnaverunt me à iuuentute mea:

\* etenim non potuerunt mihi.

Psal. 118.

3 Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: \* prolongauerunt iniquitatem suam.

Psal. 7.

4 Dominus iustus cōcider cervices peccatorum: \* confundantur, & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.

5 Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquã euellatur exaruit.

6 De quo non implebit manum suam qui metet, & sinum suum qui manipulos colliget.

Matt. 13. & 24.

7 Et non dixerunt qui prateribant, benedictio domini super vos:

\* benediximus vobis in nomine domini.




Tempore quo vetustate deposita, renouata est mihi iuuentus mea, ex quo abdicatis vitiis seruire cepi domino Deo meo, frequenter admodum insultum in me fecerunt, meque oppugnaverunt dæmones atque maligni eorum ministri, cupientes à rectitudine animum meum depellere, castrumque animæ meæ deuincere: \* merito hoc ipsum dicere debet, & fidenter fateri, omnis qui Deo credens, piè in ipso viuere studuerit. Neque enim mihi secundum personam hoc est peculiare, sed omnibus qui piè viuere volunt commune, vt persecutionem multiplicem patiantur. 2 Ego tamen de meipso singulariter loquens, hoc fateor, & dico libere, quod à tempore iuuentutis meæ frequenter admodum me oppugnaverunt, & expugnare conati sunt petseque tor mei: \* veruntamen diuina assisistens gratia, hætenus aduersus me non potuerunt, hætenus mihi non præualuerunt, neque potestatem plenam adhuc super me obtinuerunt, sic vt eorum potestatem non potuissem euadere, sed persto (gratia Deo) etiamnum in bona voluntate, paratus & non turbatus, vt custodiam mandata Dei mei. 3 Multa quidem (fateor) & graua & molesta, ab illorum importunitate & crudelitate perpeffus sum, ita vt quasi supra dorsum meum fabricauerint grauissimis me affligentes molestiis: \* multiplicauerunt aduersus me omnem malitiam suam, omnem suam quam poterant prauitatem aduersus me machinantes, & nihil eorum in quibus nocere potuissem omittentes. 4 Verum dominus Deus, qui est iustus iudex, & vltor pauperum seruatorum suorum, ipse pro me retribuet eis, ipse faciet vindictam interfectorum eos gladio oris sui, & sententia cōdemnationis æternæ, ad eum modum quo materiali gladio solent incidere cervices, & amputari capita maleficiorum: \* confusio sempiterna & erubescencia horribilis apprehendet in nouissimo omnes qui odio habent populū domini, ecclesiam sanctam, bonos atque fideles Dei seruos: tu quoque Deus in machinationibus quas cōtra tuum populū meditantur, fac non præualere eos nobis: sed confundantur, & à cœpto turpiter destitute cogantur, tanquam non potentes, te prohibente, que cogitabant perficere. 5 Similes erunt huiusmodi fœno quod super tecta domorum crescit, quod in alto quidem cōstitit, sed radicem ac stabilitatem non habet, neque vllius est pretii, quodque in se quanto cyus arefcit, post computrescit & perit, nullo euellente. Sic enim dæmones & homines mundi huius, in alto quidem positi videtur, dum principari in mundo, & potestatem sæculi obtinere videtur: verum nulla est in eis stabilitas, sed à virore suo quanto cyus transibunt, tabescentes in malitia sua, & computrescentes in corruptione mortis æternæ. 6 De quo fœno in tecto enascente, nemo messorum ad demetendum implet manum suam, neque illi qui à messoribus præcisa in manipulos colligunt, sinum suum aut brachia sua implebunt fœno isto: tanti enim non est, neque quisquam tanti facit fœnum hoc, vt demetendi illius gratia velit supra domorum tecta ascendere: quemadmodum demetitur quod in pratibus super terram exoritur: & omnino nulli est vsui, sed prorsus derelinquitur, arefcitque & computrescit in semetipso. Et sic sanè dæmones ac ceteri reprobi, prorsus à Deo sunt derelicti, qui in consummatione sæculi, quando exhibunt messoribus angeli, non colligantur cū iustis in manipulos, vt inferantur in horreum vitæ æternæ: sed magis separabuntur de medio iustorum, & alligabuntur in fasciculos, vt in ignem vorandi proiciantur: quomodo ea que nulli bono vsui vltra esse possunt, in ignem solent proiici. 7 Et quemadmodum fœno illi tectorum, eo quod nullius sit vtilitatis, nemo prætereuntium benedicit aut bene precatur, ad eum modum quo solent bonis segetibus & virentibus pascuis pertranseuntibus bene precari: ita super impios istos derelictos & reprobos à deo, nulla veniet benedictio, nulla precatio bona. Neque dicetur vel ab angelis sanctis, vel à iustis hominibus super eos, Benedicat aut benefaciat vobis Deus: \* neque dicetur eis, Benediximus vobis, aut bona precati sumus à domino Deo nostro, quoniam condemnati sunt, & ab omni bono reprobati, obdurati in malitia: neque benedictionis capaces esse valent, filii existentes maledictionis, quos possidet æterna maledictio.

**A** Erfu primo, Sepe expugnaverunt me à iuuetute mea, &c. Similis hic est in sermone alacritas, eademque locutionis festiuitas, qualis in psalmo. 123. cum dicitur, Nisi quia dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia dominus erat in nobis, &c. Expugnaverunt autem nota accipi improprie, pro Oppugnaverunt, vel impugnaverunt, siue tribulauerunt: vel loco huius, expugnare conati sunt. Nā proprie loquedo, non expugnatur nisi quod oppugnado deuincitur. Vnde si proprie acciperetur Expugnare, non sibi constarent partes duæ vnus versus, cū in altera parte dicitur, Etenim non potuerunt mihi: id est, nihil potuerunt aduersum me, non mihi potuerunt præualere, nō me valuerunt expugnare. Quanquā secundum aliquam considerationem, comoda adhuc posset accipi sententia, si hoc dicamus fidelē sermone isto velle indicare, quod cum sapius fuerit ab adolefcētia sua expugnatus atque deuictus, sapiusque inimicorū tentationibus succubuerit, semper tamē à peccato resurrexerit, vt inimici plena potestate sibi hætenus non præualuerint, cum per penitentiam resurgendo à malo potestas effugiat diabolī. Ceterum, iuuentutē istam intelligere possumus temporale vel spirituale: & vtroque modo bona patiētia, vt facile possit ferre obtestationes, siue alias iniurias, aut cōtumelias, huiusmodi homines latū habere dorsum dicimus. Tunc ergo supra dorsum iusti impius quasi fabricat, quando magna illum vexatione affligit, & quasi portada multa imponit, quando illū facit portare graua, & quæ sunt portatu difficilia. Quantumcunque autē fabricauerint peccatores super dorsum iusti, non succubet iustus: quoniam non patitur Deus amplius dorso eius imponi, quā ipse valeat ferre. Fidelis enim est Deus (vt sanctus ait apostolus) qui non patietur tentari vos supra 1. Cor. 10. id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentū, vt possitis sustinere, & ipse est qui dorsum nostrum ita corroborat, secundum suum beneplacitum, vt nullo pondere deprimi possit, vt sub nullo subsidamus onere. Non enim solum fidelis est vt patiatur nobis imponi onus supra quā possumus: verum etiam oneratos & laborantes sub onere paratus est reficere: quemadmodum in Euangelio aperta voce clamat, dicens, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Matt. 11. ¶ Versu. 4. Dominus iustus concidet cervices peccatorum. Idem hic intelligitur per ceruicium cōcisionem, quod in alio psalmo per capitis cōfractioem: cum dicitur, Veruntamen Deus cōfringet capita inimicorū suorum, verticem capilli perambulātium in delictis suis. Et in alio psalmo per Psal. 67. cōfractioem cornuum, cum dicitur, Omnia cornua peccatorum cōfringā, Alibi quoque per den- Psal. 74. tium cōfractioem & maxille percussioem: vt psalmo tertio, Tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa (pro quo in Hebræo est, Tu percussisti omnium inimicorum meorum maxillam) dentes Psal. 3. peccatorum cōtriuisti. Et alibi, Dominus cōfringet dentes eorū in ore ipsorum, molas leonum cōfringet dominus. Quod autē omnia ista significant granē persecutionem, qua Deus in sententia sua feriet impios, suis in locis manifestatum est. ¶ Versu. 7. Et non dixerunt qui præteribant, benedictio domini super vos, benediximus vobis in nomine domini. Quidā intelligit, Non dixerunt prætereuntes ad messoribus qui tentauerint colligere fœnum illud tectorum, & laborem in illo impendere, vt illis frustra & in re inutili laboratibus prætereuntes non dicāt, Benedictio domini super vos: quomodo scilicet vulgo solent homines transeuntes per viam bene precari iis, qui in agris metendo laborant, dicendo, Prosit, benedicat vobis Deus, aut dominus vobiscū, quomodo suis messoribus dicebat Booz. Nobis in Elucidatione fuit visum cōueniētius, vt benedictionē illam prætereuntium intelligamus referri ad ipsas fruges quæ in agris sunt. Ita enim solent homines, cum per viam trāseunt, & agrum bona segete adornatum conspiciunt, bene precari agro illi, & segeti quæ in eo est. Ruth. 2.

CXXIX. PSALMI ARGUMENTVM.

**D**e profundis peccatorum, tentationum, atque periculorū, siue de intimis cordis clamat qui ope eget, ad dominum, petens exaudiri in oratione sua, & iniquitates suas, ne forte obsint exauditioni, refugiens obseruari. Deinde versu quarto, in Dei propitiatione & in obedientia legis Dei spem erigit, & animā suam rectè sperare facit: vniuersum in super populū Dei ad eandem spem fiducialiter inuitans, & eo quod domini sit miseris, & salus, & liberatio ab iniquitatibus.

1 De profundis clamaui ad te domine: \* domine exaudi vocē meā.  
2 Fiat aures tue intendentes, in vocem de-



Lamaui domine ad te de profundis tētationū, de profundis periculorum, quibus penē immerfus fuit spiritus meus, de profundis etiā cordis mei & intimis precordiis meis, de corde contrito & spiritu humiliato: \* tu verò me clamantē ne despicias, sed clamātis vocē exaudi. 2 Ne auertas ab oratione mea aures tuas, sed benignus auditus tuus ad exauditionē sit intentus voci meæ, qua

precationis mea.

3 Si iniquitates obseruaueris domine:

Prou. 24. Iacobi. 3.

Gene. 6. & 8.

\* domine quis sustinebit?

Psal. 142.

4 Quia apud te propitiatio est:

\* propter legem tuam sustinuit te domine.

5 Sustinuit anima mea in verbo eius:

Psal. 144. Ioan. 14.

\* sperauit anima mea in domino.

6 A custodia matutina usque ad noctem, speret Israel in domino.

Sapie. 11. Psal. 76.

7 Quia apud dominum misericordia: \* & copiosa apud eum redemptio.

Matth. 1.

8 Et ipse redimet Israel, ex omnibus iniquitatibus eius.

oro ante conspectum tuum. 3 Neq; verò in memoriã reuoces peccata mea praterita, vt propterea clamantẽ despicias, atq; etiam si adhuc macule quada leuiorum peccatorum in me resideant, non ob hoc statim (quaso) repellas orationem meã. Nam si tu iniquitates hominum obseruare velles, vel antiqua semel remissa (quod frequenter faciunt homines) in memoriã reuocando, vt propterea recõciliatis minus es ad exauditionẽ facilis, vel quotidiana delicta & lapsus (quibus in die septies cadit iustus, & per quã in multis offendimus omnes) secundum seuerum rigorem & rigidam districtiõnẽ iustitiã tuã expendere atq; diiudicare: h (inquam) ita tu nostras iniquitates districtè attenderes atq; obseruares: \* quis esset inter mortales (qui ab infantia sua ad malum proni sunt omni tempore) qui ferre posset tuam hanc districtiõnẽ, tuam hanc iustitiã seueritatem sustinere: Quis stare posset coram te, aut quis iustificari posset in conspectu tuo hic viuẽ super terram? aut quis iam cõsideret orationẽ suã apud te posse exaudiri? quãdoquidem penẽ omnes & prateritorum grauium peccatorum, & plurimorũ in super lapsum quotidianorum, sibi sunt consci. 4 Absit F verò, piissime De, vt ita obserues iniquitates nostras, quoniã tecum est propitiatio, & propitiũ est tibi misereri, propitiari ac parcere: propter quod misericorditer magis agere debes nobiscum, neq; districtè sic omnia exigere, vt dissimules peccata hominum propter pœnitentiam: \* & propter legem sanctam tuam, quam obseruandã praecepisti nobis, ego pro mea paruitate cum adiutorio gratiẽ tuę perseueraui in te, neq; à te per transgressiõnẽ volui abcedere, tẽq; in obediẽtia legis tuã perseuerao sustinui, propter quod te mihi (quaso) exhibeas benignu. 5 Anima mea & spiritus meus fiducialiter sustinuit atq; expectauit longanimitè in verbis promissionũ tuarum, quib; misericordiam pollicitus es postulanti bus: \* anima mea fiducia & spem securam habuit in domino Deo suo, qui cũ sit fidelis in omnibus verbis, & iustus in omnibus viis suis, imò ipsa veritas atq; iustitia, neque fallere neq; frustrare potest rectè in se sperantes. 6 Et quidẽ fiducialiter sine hæsitatiõne atq; omni metu spem coniciamus in dominum Deum quicunq; verè fideles & de populo Dei esse volum; idq; ingiter & per omne tempus, à vigilia matutina vsq; ad profundam noctem, id est, ab atate prima vsq; in vltimã, omnib; diebus vitæ nostræ: aut tam in aduersis quã prosperis. Semper enim ipse adest in se sperantibus, & nullo vnquam tẽpore eos est relicturus. 7 Speret dico, fideles omnes fidenter, quoniã cũ domino est misericordia, estq; ipsius misereri omnium quã fecit: neq; obliuiscetur aliq; rãdo misereri, neq; prorsus cõtinebit in ira miseratiõnes suas: \* & copiosa, plena, multiplex, ac liberalis redemptio atq; saluatio est apud illum, redemptio (inquam) siue saluatio à morte, à peccatis, ab aduersariis, à tentationibus, à periculis, à malis plurimis, quibus subditũ est genus humanũ vniuersum. 8 Et ipse redimet seruos suos in se credẽtes, ab omnibus eorũ iniquitatibus, saluũq; faciet populum suum à peccatis eorũ: à prateritis quidem & presentibus, per remissionem eos expurgando: à futuris verò ac possibili bus, per præseruationem custodiendo. Nemo enim peccata potens est dimittere, nisi tu solus, Deus piissime: à quo & nos misereri qui in profundis iacemus malarũ concupiscentiã nostrarum, fidenter speramus, & profunda humilitate supplicamus, gratis liberari, propter gloriam nominis tui, quod est benedictum in sæcula. Amẽ.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXIX.

Hoc psalmo ex ecclesiastica institutione & cõsuetudine, pro defunctis orãtes vti solemus: propterea quòd in eo multa fiat mētio, & frequẽ replicatio misericordiã Dei, cui maxime curtipimus illos esse cõmendatos, vtpote ea maxime indigētes, si adhuc à Dei cõspectu demorantur illos è corpore egressos in corpore cõmissa delicta. Nam (vt sanctorum definitiõ sit auctoritas) in locis purgatoriis detinentur, quos sic in carne commissã, ac non penitus expiata delicta demorantur ab ingressu beatæ quietis, vt ibi secundum Dei iustitiã, per afflictius in punitionem, omnis abstergetur scoria, omne debitum ad nouissimum vsque quadrantem persoluatur, priusquam illud ingredi possint, quo nihil potest intrare coinquinatũ, vt ait in sacra sua Apocalypsi dilectus domini discipulus. Et quoniã illi tali in statu positi, id est, extra tempus vitæ presentis in hoc sæculo, iam non vllis operibus valent sese redimere, quoniã merendi spatium illis iam expirauit, & tempus operandi pertransiit, vnica spes est, & pro illis Dei misericordiam nos qui adhuc in corpore agimus,

A suppliciter inuocemus, videlicet vt ipsa liberaliter debitum velit relaxare, pro quo detinetur & remorantur à gloria. Non sic tamen peculiaris oratio defunctorum est hic Psalmus, quin optime etiã viuo cuilibet in tribulationibus posito, atq; in Dei misericordia respiranti conueniat, vt in illo ad Deum clamet. ¶ Versu. 1. De profundis clamauit. Intelligi potest, de profundis tentationum siue tribulationũ, id est quasi de imo tribulationum quibus obruor & quibus infigor, quemadmodum alibi dicitur, Infixus sum in limo profundis. Et iterum, Veni in altitudinẽ, id est profunditatẽ maris, & tẽpẽstas demersit me. Vel de profundis cordis, id est, ex imo cordis, ex spiritu cõtribulato & corde cõtrito. Sunt enim quidã clamantes, sed non nisi de superficie oris exterius, videlicet de quibus ait per Prophetã dominus, Populus hic labiis me honorat, cor autem eius longe est à me. Rectè autem clamant, qui de profundo clamant, id est, ex corde fideli & recto spiritu. De cuiusmodi sic clamantibus in alio Psalmo dicitur ex ore domini, Clamauit ad me, & ego exaudiam eũ. Quo modo autẽ in sequenti versu aures Deo attribuantur secundum similitudinẽ hominis, non est difficile cuiquam intelligere: præsertim cum eiusmodi passim in scripturis occurrant, vt Deo os, manus, pedes, nares, oculos, aures, aliãq; huiusmodi attribuamus, quum ille nihil horum vere habeat. ¶ Versu. 7. Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio. Apud dominum esse misericordiam, est ipsum esse misericordem, ipsum esse misericordiam, in õ ipsummet esse misericordiam & misericordia fontem, quomodo in alio Psalmo dicitur, Apud te est fons vitæ, id est, in ipse es fons vitæ. Si verò misericordia & pro miseratione, id est, pro exhibitione misericordiã acciperetur, posset illud quod dicitur, esse misericordiã apud dominum, aliter intelligi, quatenus promptus semper & parat; est dominus ad miserationem, quemadmodum in versu quarto dicitur esse apud Deum propitiatio, eo quòd sit pronus & propinquus semper ad propitiandum pœnitentibus. Apud nos enim esse dicimus, quã vicina & quasi ad manum siue in promptu sunt nobis. Notandũ quoq; quòd in versibus quinto, sexto, & septimo, alia posset sumi distinctio versuum, quã vulgata habeat lectio, in hunc modum, Sustinuit anima mea in verbo eius, sperauit anima mea in domino, à custodia matutina vsque ad noctem. Speret Israel in domino, quia apud dominum misericordia & copiosa apud eum redemptio. Quam distinctiõnem, in Hebræa etiam lectiõne videmus obseruari. Nostra tamen distinctiõ cõmodum similiter sensum habet.

CXXX. PSALMI ARGUMENTVM.

In bonæ conscientie testimonio humilitatem suam vir iustus commendat domino, superbiam animi, extollentiam oculorum, omnẽque ambitionem ab se abnegans, atque etiam cum mala quadam precatione detestans, ablactato autem puero sese comparans, ac deinde ad sperandum in domino fideles omnes versus vnico nouissimo exhortans, cuius se in humilitate per se sensisse nouit beneficia.

CXXX. PSALMI ELVCIDATIO.



1 Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.

Domine Deus, tu vides humilitatem cordis mei, quoniã non est eleuatum neque inflatus intra me spiritus meus, neq; oculorum elatione superbiam vllam aut ambitionem cordis demonstrari, neque altus fui in oculis meis, vt mihi ipsi plus æquo placerem, de me amplius quã in me erat sentirem, altãq; saperem: sed humilis ac paruulus fui in oculis meis, propter considerationem potissimum magnitudinis tuã & vilitatis meę. 2 Neq; me ipsum extendi ad ea quæ me erant maiora, Rom. 12. neque attentauit similia, quasi plus sapere volens quã oporteret, neque mirabilia quæ supra meam erant facultatem sectatus fui, aut tentauit, aut etiam ea iactauit, mihi que ipsi ascripsi, quemadmodum faciunt illi qui extra suam regulam in aliorum laboribus vel bonis, aut in iis etiam quæ non habent gloriari solent: sed timens semper in mea paruitate permansi, non alta sapiens, sed humilibus consentiens: non in alio, nisi tantum in domino gloriam habens. 3 Si non humiliter sentiebam, õ Deus de me ipso, sed magis exaltaui animam meam, ac superbiui in corde meo, non tibi sed mihi ipsi dans gloriam, cum e contrario Galat. 6. nõ nobis debeatur, sed tibi: si videbar mihi esse aliquid, cum nihil sim: si aliter quã in te gloriabar, si non ad mēsuram sapiebam: (si in quã) talem me vides, aut talem agnoscis, certè dignus fuero, qui à te puniar & priuer omni bono, qui cum superbis abs te despiciar atq; repellar. Verum tu, qui omnia nosti, qui probas corda & renes, longè aliter (vt actu. 1. confido testimonium mihi perhibente conscientia mea) rem habere vides, humilitatẽq; meam benignè (vt spero) respicis. 4 Ecce enim domine, quemadmodum filius qui matris lacte primum, ac deinde alimento extraneo, matris tamen semper cura est educatus in iustã ætatem atque staturam, erga matrem suam est, & quomodo se habet erga matrem omne corporis robur illi acceptum referens, ingenuèque agnoscens, hanc ipsam in quam perductus est ætatem, staturam atque fortitudinẽ, à matre sese accepisse, cuius labore, sollicitudine & innu-

2 Neque ambulauit in magnis, neque in mirabilibus super me.

3 Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam.

4 Sicut ablactatus est super matre sua.



\* ita retributio in anima mea.

Iacobi. 1.

5 Speret Israel in domino, ex hoc nunc & vsque in seculum.

1. Petri. 5. Psal. 9. Esai. 49.

meris molestiis se nouit educatum: \* ita erga te o Deo, in anima mea est retributio gratiarum actionis, ita spiritus meus omne bonum non corporis modo, sed quicquid etiam in ipso est, tibi vni refert acceptum: agnoscens omne bonum & omne datum optimum defursum a te patre luminum descendere, qui cum des omnibus omnia, nihil a quoquam recipis ipse. Et quoadmodum ingratisimus foret, qui matris obliuisceretur, cuius lacte est alitus: ita ingratisissima foret anima mea, & omni punitione dignissima, si te negligens (a quo se nouit omnia accepisse) in se gloriam conuerteret tibi debitam. Et quoniam hanc in me ipso Dei misericordiam sum expertus, ad eandem ego omnibus expositam misericordiam, proximis quoque meos adducere cupiens, hortor ac moneo fideles omnes, & qui de populo Dei esse desiderant, ut cum humilitate spem suam omnem ponant in domino, a modo vsque in sempiternum: omnem sollicitudinem suam proicientes in eum, quoniam ipsi est cura de omnibus filiis suis, neque vnquam derelinquere potest in se sperantes: quemadmodum non potest obliuisci nutrix parvulum suum alumnus, neque mater filium vteri sui.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXX.

Versu. 3. & 4. Si non humiliter sentiebam, &c. Sicut ablaetatus est, &c. In intelligentia manifeste patet, quoadmodum diuinitus hi duo versus intelligi atque exponi valeant, ut sit in priori versu fermo deficiens, ad quem complendum oporteat non nihil subaudiri. Sic enim solet in scripturis frequenter videri coniunctio si, ut sit nota & signum iurandi, aliquando quidem iuramento completo, aliquando iuramento incompleto, veluti cum dicitur in Psalmo. 88. Semel iuravi in sancto meo si David mentiar. Et iterum in alio Psalmo, Quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem mea. Illud enim absque negatione sic dictum, ratione eius quod subauditur, secundum virtutem tantum est acsi diceretur. Nequaquam ingressuri sunt in requiem meam. Et in Psalmo proxime subsequuntur, cum diceretur, Nequaquam ingressuri sunt in requiem meam. Et in Psalmo proxime subsequuntur, cum dicitur, per similem loquutionis modum, Si introiero, si ascendero, si dederom somnum oculis meis, &c. tantum est, ac si dicas, Nequaquam introibo, nequaquam ascendam, non dabo somnum oculis meis, donec, &c. Vbi notandum est, quod sicut enunciationes istae quae sine negatione fiunt ratione supplementi, valent vehementem negationem: ita e contrario, cum per negationem fiunt, vehementer valent affirmationem. Quemadmodum cum dicitur in Psalmo. 136. Si non proposuero Hierusalem in principio laetitiae meae, perinde est acsi dicas, Proponam utique Hierusalem in principio laetitiae meae. Quae de re latius pleniusque tractatum inuenies in Annotationibus Psalms. 88. Atque ita sane in proposita loquutione, cum partim negatione sermo fiat, dicendo, Si non humiliter sentiebam: partim affirmatione, dicendo, Sed exaltaui animam meam: oportet totum hoc pronunciatum ratione supplementi modo contrario exponi. Valet enim acsi dicatur, Vtique te teste Deus humiliter ego sentiebam coram te, & animam meam nequaquam exaltaui. Alii malunt duos hos versus, quos nostra Elucidatio diuinitus exponit, in vnam sententiam componere. Atque id quidem rursus dupliciter, Primo, per modum imprecationis, ad hunc sensum, Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam, fiat retributio & vindicta tua aduersum me in animam meam, ut subtrahatur mihi consolatio gratiae tuae qua pascor, lactor, & nutrior, ad modum pueruli qui a lacte materno ante tempus auellitur. Vel per modum simplicis enunciationis, ad hunc sensum, Si quando forte humanum aliquid passus incipiebam humilitatem deserere, & exaltari coepit intra me anima mea, tu vicissim, ut me mihi ostenderes, quam sine te nihil essem, quam miser & miserabilis, subtraherebas mihi lac tuam visitationis & consolationis, sicque fiebat retributio a te in anima mea, & iusta vindicta, quoadmodum cum puerulus a lacte matris auellitur, ut consolationis lacte ita substracto, cogeret de me ipso desperas, ad te rursus per fletus & gemitus conuertitur.

CXXXI. PSALMI ARGUMENTVM.

Psalmus istum, qui de aedificanda habitatione domino, deque promissionibus Davidis & electione sanctae Ecclesiae loquitur, quidam auctorum malunt in totum mystico sensu ad Christum referre: etiam id quod in principio eius dicitur de voto David, ad Christum dicentes pertinere, quatenus ipse Deo patri suo requiem parare voluit in populo fidelium, cuius gratia in mundum venit: similiter quoque & illud, Surge domine in requiem tuam, de requie in Ecclesia sancta accipiunt: per arcam sanctificationis Christi corpus benedictum intelligentes. Cui sane interpretationi, cum pia sit, fidelis, & bene mystica, nequaquam volumus obistere. Veruntamen, si primum sensum qui litera est querimus, omnino apparet initium Psalms ad David regem temporalem pertinere: & ea quae sequuntur, de loco domini, de tabernaculo, de arca sanctificationis, & quod postulat Deus in requiem preparatam surgere, cum arca sanctificationis suae, respicere templum a Salomone Davidis filio aedificatum, ut in eo poneretur arca foederis domini. Sic & illud, Non auertas faciem Christi tui, quod alii exponunt de non differendo Messiae aduentu, ad Salomonem filium, iuxta literam intelligentiam spectat: ut eius deuotionem, & ex deuotione domum aedificatam non despiciat, sed suscipiat Deus. Atque id quidem dubitare nemo poterit, qui sine sexti capituli secundi Libri Paralipomenon diligenter inspexerit, ubi posita in templo arca domini, verba penes eadem quae hoc loco habentur a Salomone prolata legimus, cum de templo illo & arca materiali ipse verba faceret. Quamquam & hoc verum est, spiritum sanctum per omnia illa quae tum agebantur temporaliter praesignare voluisse ea quae per Christum verum Salomonem & re-

Arum Davidis semen, erant futura in Ecclesiae nouae aedificatione, propter quod, absurdum non fuerit, ea quae illic de templo materiali & arca dicitur, hoc loco secundum mysticam intelligentiam ad templum Dei spirituale (quod est Ecclesia) referri. Veruntamen circa finem Psalms, ubi promissio narratur Davidi facta, nihil dubium est, ad Christum & verum eius semen (in quo illi promissio facta fuerat) principaliter omnia referri, & de Ecclesia qua ipse erat aedificaturus, in qua se pater dicit requiescere, & mansionem fixisse. Quam & haec modo quodam aptari possunt ipsi Salomoni secundum temporalem prosperitatem & abundantiam, quae ipso regnante fuit in populo. Huius autem Psalms quis auctor sit, videtur dubium. Forsitan enim Salomonis videbitur esse oratio, siue cum ponenda esset, siue cum iam posita esset ab eo arca domini in templo per se aedificato: in qua ipse cum vniverso suo coadunato populo, merita David serui Dei commemorant, eiusque bonum desiderium erga aedificationem domus Dei, ob cuius merita petunt, ut aperiantur oculi eius ad locum illum habitationis eius, ubi etiam promissiones allegant Davidi factas de semine eius in throno post ipsum stabiliendo: ac tandem versu decimo quinto, Deus introducit loquens, qui respiciens preparatam requiem, accipit eandem, & sibi dicit beneplacitam, eamque omnibus bonis & salute vera implere pollicetur: in vltimis duobus versibus, signanter Messiae sui aduentum promittens, & praecursoris antecessorem, Christi quoque gloriam & inimicorum eius confusionem praedicens. Salomonis vero hunc esse Psalms, per orationis modum ita compositum, suadere videntur verba illa quae in loco supra citato libri Paralipomenon, a Salomone dicta legimus, eadem penes quae hoc loco habentur. Quamquam fieri potest, neque prorsus vero est dissimile, hanc orandi formam per modum Psalms ab ipso David fuisse compositam, & filio traditam, ut introductione arcae templum solenniter decantaretur ob omni Ecclesia congregata, aut a filio singulariter proferretur coram domino. Quemadmodum enim legimus, impensas omnes diligentissime, illum multo ante praeparasse, & filio reliquisse, in super & descriptione omnium diligentissime eidem tradidisse, sicut a domino ei fuerat demonstratum, iuxta quod ad filium suum capite vigesimo octavo primi libri Paralipomenon eum dixisse legimus, Omnia inquit venerunt scripta manu Domini ad me, ut intelligerem vniversa opera exemplaris: ita absurdum non videtur, si dicamus etiam Psalms & orationem hanc illius templi futuri dedicationi suae arcae in eo introductioni conuenientem, a domino eidem fuisse demonstratum: quem compositum filio suo, in consummatione templi ab ipso proferendum, & a sacerdotibus decantandum tradidisset.

CXXXI. PSALMI ELUCIDATIO.

1 Memento domine David:

\* & omnis mansuetudinis eius.

2 Sicut iuravit domino, votum vouit Deo Iacob.

3 Si introiero in tabernaculum domus meae: si ascendero in lectum strati mei.

4 Si dederom somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem.

5 Et requiem temporibus meis, donec inueniam locum domino, tabernaculum Deo Iacob.

6 Ecce audiuimus eam in Ephrata: \* inuenimus eam in campis syluae.

7 Introibimus in tabernaculum eius: \* ado-

Memor esto domine serui tui David, qui vir erat secundum cor tuum, & qui rectum fecit coram te in toto corde suo: & memor esto omnis mansuetudinis illius, patientiae, & longanimitatis, quam in persecutionibus & plurimis & grauissimis semper exhibuit atque monstrauit. 2 Memor esto (inquam) voti illius ac sancti propositi, quo priusquam per Prophetam Nathanael super hac re tua didicisset voluntate, desiderauit domum aedificare magno nomini tuo, quoadmodum & perfecturus fuerat, nisi tuo oraculo fuisset prohibitus. Cum enim vidisset iam sibi firmatum a domino regnum, dolens arcam domini non habere fixum requiem locum, firmo cordis sui proposito decerneret illi aedificare templum, ita modo quodam iuramentum fecit domino, & votum vouit, firmum suum propositum offerens Deo patri suorum, Abraham, Isaac & Iacob, siue Deo vero populi Israelitici, iuras ac vouens in hunc modum. 3 Haec mihi faciat Deus, & haec addat, si cum quiete cordis mei introiero in palatium domus meae, quam mihi edificauit dominus: & si cum plena quiete in lectum siue stratum meo coeposuerom. 4 Si somnum quietum & liberum permiserom venire in oculos meos, & palpebras meas permiserom claudi quietam dormitionem. 5 Et si reclinauerom ad somnum capiendum caput meum, ita ut requies somni ascēdat per tempus meum: (si inquam) huiusmodi quiete ac requie plenam mihi dederom, vsquequo locum aptum inueniam cultui domini Dei mei, ad aedificandum domum ac templum, ubi adoretur atque inuocetur nomen Dei Iacob. Tu enim nosse domine, quoadmodum ipse seruus tuus, cum accepisset auxilium protectionis tuae requie ab omnibus persecutoribus suis & inimicis per circuitum, cogitauerit corde fideli & proposito firmo se non habiturum requiem, neque cessaturum, donec templum aedificasset nomini tuo: quod licet illi prohiberetur tuo oraculo, non tamen destitit quacumque necessaria & opportuna erant, ad aedificationem hanc preparare, tradēs insum per filio omnium quae erant aedificanda descriptionem, quoadmodum ei a domino fuerant demonstrata. 6 Ecce spiritu reuelate, ipso David ex domini iudicio declarante, audiuimus locum ipsum siue domum quietis electae esse a domino, & designatam in tribu Benjamin, ubi sita est Ephrata, in monte Hierusalem, quae locum descripsit David, ut ibi aedificaretur domus domini: \* accepimus atque didicimus domum habitationis Dei fore in campis syluestribus, id est in loco nemoroso, in planitie syluestris motis, arboribus constituta, nepe in monte Moria. 7 Introibimus in domum domini cum gaudio, postquam ipsa quam David aedificare cupiebat, fuerit

rabimus in loco vbi steterunt pedes eius. 8 Surge domine in requiem tua: \* tu & arca sanctificationis tuae.

9 Sacerdotes tui induantur iustitiam: \* & sancti tui exultent.

10 Propter David seruum tuum: \* non auertas faciem Christi tui.

11 Iuravit dominus David veritate: \* & non frustrabitur eum: \* de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

12 Si custodierint filij tui testamentum meum: \* & testimonia mea haec quae docebo eos.

13 Et filij eorum vsque in saeculum sedebunt super sedem tuam.

14 Quonia elegit dominus Sion: \* elegit eam in habitationem sibi.

15 Haec requies mea in saeculum saeculi: \* hic habitabo:

\* quoniam elegi eam.

16 Viduam eius benedicens benedicam:

\* pauperes eius saturabo panibus.

per filium consummata: \* adorantes incuruabimus nos ante arcam Dei, supra quam inter duo Cherubim est sedes Dei, & ipsum arce operculum quodammodo scabellum est pedum Dei, super ipsum iuxta humanam conceptionem sedentis. 8 Nunc preparata a semine Dauidis domo nomini tuo, orat te omnis multitudo tui populi a maximo vsque; ad minimum ad deducendam arcam tuam congregata, vt venire tibi placeat & acceptare locum preparatum: \* furgat quoque; & veniat nobiscum, & deduci se patiat arcam quam sanctificasti tibi, & in qua sanctificaris, atque honoraris, & super quam resides ac presentem te exhibes populo tuo: surge, & veni in locum requiei tibi preparatum, & arca tua quae haecenus fuit in tabernaculis, fixum non habes habitationis locum, ipsa iam in templo preparato stabilis accipiat mansionem. 9 Sacerdotes tui, vt digne tibi valeant ministrare, per te consummatione induantur omnium virtutum, & perfecta adornentur iustitia: \* & populus tuus omnis, qui est multitudo sanctorum, corde fideli tibi adherens, vera exultatione semper in te letetur, vt in domino Deo suo. 10 Propter David seruum tuum, qui vir fuit secundum cor tuum, quare quod bonum est in conspectu tuo: propter deuotionem cordis eius & bonum desiderium, quod erga huius templi habebat edificationem: propter quoque, factam illi promissionem: \* ne repellas, ne abicias, neque confundas faciem Salomonis Christi tui, regis tui qui ex tuo imperio vnus est fratribus suis vnctus fuit in regem populi tui. Eius faciem non confundas, sed veni benignus, & oculos benigni aspectus tui conuertere in locum istum, quem ex patris sui imperio ac descriptione parauit tibi: quoniam ipsi Dauid promissum est habitare in loco isto, quem edificaturus esset filius eius. 11 Tu enim domine pollicitus es patri meo Dauidi, & tanquam iuramento firmissime promissum rem veram, quam etiam suo tempore verissime implere cogitasti: & ab ea veritate quam promissum nunquam auerteris, neque fiet aliquando vt obliuiscaris siue omittas eam: neque ab ipso etiam Dauid sic vnquam auerteris, vt promissum illi non impleas: \* iuramentum autem & promissum quod fecisti ipsi Dauid, tale erat, Filium qui de lumbis tuis egredietur, faciam regnare post te in regno tuo omnibus diebus vitae suae, qui vir quietissimus erit, & edificabit mihi domum. 12 Quod si obserauerint filij tui praecipua mea ambulando coram me in corde perfecto, sicut tu ambulasti: \* & si iudicia mea atque ceremonias quae eos docui & docebo, custodire voluerint, non recedentes post deos alienos, neque transgredientes praecipua atque iudicia mea. 13 Si (in quam) haec ita obserauerint, polliceor tibi, quod etiam filij filiorum tuorum, donec sic in iustitia persistierint, in sempiternum sedebunt in throno regni domini, super Israel: neque deficiet vir ex semine tuo, qui sedeat super sedem tuam. Sin autem dereliquerint dominum Deum suum, proiciam eos, vt non regnent in sempiternum in regno meo. 14 Et quidem elegit dominus ciuitatem sanctam Sion, locum Hierusalem Ecclesiae sanctae typum atque figuram: \* desiderauit eam, & habere voluit in habitationem suam, complacuitque; ipsi habitare, & stabilem mansionem accipere in ea, dum in illa quidem materiali Hierusalem, templi locum designauit: in hac autem sancta Ecclesia permanere decreuit vnquam cum suis fidelibus, vsque in consummationem saeculi. 15 VOX DEI PATRIS, De edificio & electione sanctae Ecclesiae. Haec Sion, haec sancta ciuitas, Ecclesia sancta, locus est quem mihi ad quietem & iocundam habitationem elegi, in quo coletur & inuocabitur nomen meum: \* in hac ciuitate ego habitabo, in medio fidelium, permanens in ea vsque ad saeculi consummationem, tanquam paterfamilias in domo sua: & ambulabo inter illos, tanquam in medio filiorum meorum, ad illis protectionem, liberationem, & opportuna omnia impendenda beneficia: \* idque faciam propter bonam voluntatem meam, quoniam complacuit mihi in ea, & quoniam sic placitum fuit ante me. 16 Ego autem in ciuitate hac inhabitans, viduas quae in ea vere viduae fuerint (omnem animam dico non fidem in humano vilo auxilio, neque in seipsa, sed spem omnem constituentem in domino Deo suo, cuius solius castas optat nuptias) copiose benedicam, & multiplicibus atque fecundissimis implebo spirituales benedictionibus: \* eos quoque qui in ea pauperes spiritu sunt & humiles corde, ego non sine deficere omni bono, sed copiose ad satisfactionem vsque implebo spirituali pane verbi Dei, & fortitudinis gratia spiritus sancti: vt corroborentur, oblectentur, & impin-

A 17 Sacerdotes eius induam salutem: \* & sancti eius exultatione exultabunt.

18 Illic producam cornu Dauid:

\* parauit lucernam Christo meo.


19 Inimicos eius induam confusione:

\* super ipsum autem effloret sanctificatio mea.

guentur in ipsis corda eorum, & crescant conualescantque; robore spirituali in viros perfectos. 17 Sacerdotes quoque; meos fideles, quibus cordi fuerit commissum sibi ministerium recte administrare, omnibus adornabo virtutibus: & vestimento salutis (quod est perfecta iustitia) induam eos, vt dignum queat assistere conspectui meo: \* & fideles omnes faciam spirituali gaudio letari, meumque; nomen in gaudio & exultatione colaudare. 18 Illic in populo meo oriri atque; exurgere faciam ipsi Dauid, in plenitudine temporis, nascique; in bebo de semine eius cornu potentiae & magna fortitudinis, Christum saluatore. Hoc cornu salutis erigam, sublimitateque; ac mirabiliter supra humana naturam virtute nasci faciam in domo Dauid pueri mei, in sancta fidelium Ecclesia, ad salutem faciendam populo Dauid, populo electorum meorum, ab inimicis eorum, & Luca. 1. de manu omnium qui oderunt eos, & ad implendas patrum promissiones: \* huic autem cornu, huic Messiae meo, quem decreui opportuno tempore mittere in mundum, ego lucentem candelam praordinaui, & in mentis praedestinatione iam quasi parauit, quam mittam ante illum: praecursorem videlicet Ioannem, qui erit lucerna ardens, & lucens, testimonium perhibiturus Christo meo. Hunc enim hominem mittam ego, qui Ioan. 1. veniet in testimonium, vt testimonium perhibeat de Christo: vt sciatur ipse atque; cognoscatur, ex illius testimonio, esse verus saluator mundi. 19 Et sunt quidem futuri plurimi, qui Messiam meum venientem nolent recipere, neque agnoscere saluatore: qui etiam concilia & conspirationes facient aduersus eum. Verum omnes eius aduersarios, qui eum non receperint, neque crediderint in nomine eius, interficiam eos, & operiam consummatione sempiterna damnationis: \* super ipsum verum Messiam meum electum meum quem elegi, ponam non ad mensuram spiritum meum, & florere faciam, gloriosamque; ostendam in eo sanctificationem meam, & sanctificabo in eo ac demonstrabo gloriam meam: aduersarios omnes condemnando, ipsum verum cum iuis omnibus in dexteram meam sublimando. Esai. 61. Ioan. 3.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXXI.

C Versu. 6. ac deinceps, Ecce audiuimus eam in Ephrata, &c. Cu Dauid figura fuerit Christi, & edificatio templi ipsi quidem prohibita, sed per filium eius Salomonem ex Dei mandato completa, figura fuerit edificationis Ecclesiae sanctae, quae in plenitudine temporis erat perficienda, non per alium quam per Christum de semine eius nasciturum, qui verus Salomon, id est, verus rex pacificus, amabilis domino patri, rex potentissimus atque; gloriosissimus fuit in Israel, in populo filiorum Dei. Rursum, cum promissiones Dauidi factae de semine suo in aeternum regnato, potissimum & principaliter ad Christum referantur, quibus etiam ad literam & secundum historiam impletae sint in Salomone tempore. Hinc fit, vt quaecumque dicuntur in hoc Psalmo de domo, habitatione & requie Dei, siue de edificatione ipsius, sicut iuxta historiam Salomonis templo aptantur, ipsique; Salomoni: ita secundum mysticam intelligentiam aptari possunt adificationi domus Dei, quae est Ecclesia & Christo domino: vt te- I. Tim. 3. cundum hanc intelligentiam Psalms iste vox fit populi fidelis, petentis Deo acceptam fieri Ecclesiam nouam, quam ipsi edificauit filius eius. Neque; difficile est ei qui illuminatos habet mentis oculos, consequentia Psalms huius ad Christum referre, quod nos prolixitatis nimiae vitandae gratia, per singula explanare omittimus. Sed & si quid desideretur ex elucidatione Psalms. 88. facile & copiose suppleri potest. ¶ Versu. 12. & 13. Promissio haec facta Dauidi de semine eius in sempiternum regnato, tametsi eos qui de lumbis Dauid secundum carnem orti sunt, prima facie respicere videatur, iuxta tamen veritatem D potissimum spectat ad Christum, qui ex semine Dauid erat nasciturus, futurus rex pacificus, amabilis, filius altissimi, & omnino quietissimus, accepturus sedem Dauid patris sui & regnum aeternum super populum Dei, cuius erat regnum Dauid temporale signum tantum atque; figura, qui etiam domum edificauit domino, Luca. 3. Ecclesiam sanctam vtriusque; & militantis, & triumphantis: in qua diuinitas inhabitat. Respicit insuper & Christianos fideles omnes, Non enim solus ipse Christus regnabit, verum etiam per eum reges constituentur, quicunque; in Dei praecipuis fideles sese exhibuerint, & regnabunt cum Christo in saecula saeculorum. Pro- Apoc. 22. missio autem ista in Psalmo ad hoc adducitur, vt inclinetur Deus ad perficiendum promissum suum vt confirmaretur videlicet regnum Dauid, & intente semper essent oculi domini in locum habitationis suae, quod nos spirituali postulatione atque ad Ecclesiam, & ad filios Dauid secundum spiritum possumus aptare. ¶ Versu penultimo, Illuc producam cornu Dauid. Nota, quod Christus recte dicitur cornu, quoniam sicut animalia cornibus se solent ab aduersantibus defendere, atque; vindictam facere, inimica laedere, atque; etiam perimere: prius autem quam excreuerint cornua, nec laedere valent, neque sese defendere: ita cum in Ecclesia sancta de semine Dauid hunc Christum suum Deus fecit exurgere, quem per sublimitatem omnis plenitudinis veluti in capite constituit totius Ecclesiae (qui solet esse locus ipsius cornu) tunc iudicium factum est populi domini: & hoc cornu peremptus est antiquus iste humani generis hostis, qui donec cornu hoc mirabiliter enatum apparisset, libere dominabatur, nec erat qui contra eum posset ultionis exercere iudicium, aut foras eum proicere a suo tyrannico domi- a a iii



hatur: iugumq; captiuitatis misera excutere potuiffet a domo Dei: ne ipse quide[m] quaquam robustiffimus) Dauid, neque ante eum, vel post eum aliorum quisquam. Secundum hunc modum apud Luca canit Zacharias, de cornu hoc iam enascituro: Exiit (inquit) Deus Israel cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui, salutē ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderūt nos, & cetera quę inibi sequuntur. Neque ignoramus, per cornu in scriptura frequenter fortitudinem vel potentiam regi significari, iuxta quem modum etiam hoc in loco plures expoſitores intelligunt, producendum regnum potēs & prauialidum in Hierusalem vel in Ecclesia: nobis tamē videtur quod iam dictū est mysterio veritatis admodum recte competere, & nihil irrationabile cōtinere. Neq; enim est neceſſe, vt idem sermo per omnem scripturam conſimilem accipiat interpretationem. ¶ Verſu eodem, Parauit lucernam Christo meo. Quod dicitur de lucerna ad Ioannē præcurſorem relatum, per omnia cōſonat Euāgelicis testimoniis. Sed dubitare quis poſſit, cum Christus ipſe lux vera fit illuminās omnem hominem venientē in mundum: quid eſt, quod illi lucerna paratur? Nunquid lucerna eget ſol, vt videatur? Aduertendū proinde eſt, quod tamenſi lux fuerit Christus dominus, quia tamen venturus erat carnis teſta obuolutus, nimirum ex ſemine Dauid ſecūdum carnē: iccirco lucernā illi præordinauit Deus pater, quę illum monſtraret ignorantie hominum: quomodo candelā ardēs & lucēs ſolet ea quę latēt & occulta ſunt facere manifeſta. Et quomodo poſt rem demonſtratam atq; inuētā, non vltā vſus eſt candelā, ſed extinguitur: ita poſtquam Christus hominibus Ioannis indicio factus eſt manifeſtus, quaſi extincta eſt lucerna, clauſuſq; eſt Ioannes in carcerem, & occiſus, vt impleretur illud quod dixerat, illum oportet creſcere, me autem minui. Quasi dicat, Lucere me quidē oportebit, donec ille cuius gratia veni ad perhibendum ipſi testimoniū, per meum indicium & teſtimonium, fuerit factus manifeſtus. Illo autē manifeſtato & cognito, me oportebit extingui, illum vero gloria creſcere, & magnalibus virtutū clareſcere atq; effulgere, ad demōſtrationē diuinitatis ſup.

Luca. 1.

Ioan. 1.


Ioan. 3.

CXXXII. PSALMI ARGUMENTVM.

**D**escribitur laus atq; vtilitas fraternę charitatis, oleūq; odorifero sanctę vnctionis cōparatur, quo capita vngebatur ſummorum sacerdotum, ſimiliter & rori impinguati, quo mōtes Hermon & Sion deſuper impinguatur: per quā in ſuper Deus benedictionē & vitā donat illis, per quos eā inuenerit benedictos.

CXXXII. PSALMI ELVCIDATIO.

1 Ecce quam bonum & quam iocundum, habitare fratres in vnum.



Quam precioſa, & multo optima atque amoeniſſima res eſt, fraternā charitas, & proximorū dilectio qua fideles pariter habitāt in vna Ecclesia ſancta, per illā quaſi per glutinū adinuicem cōpaginati, & quaſi perfectionis vinculo ſimul in vna ſpe vocationis, in vno domino, in eadem fide, & in eadē ſententia coniuncti, ac dulciter colligati. Et ex aduerſo, quę praua res eſt, & quā inuicē atque deſtabilis, eos qui vnanimis in pace viuere deberent in domo Dei, Christi fideles, abinuicē diſſidere animis & odioſis vacare diſſenſionibus. 2 Verē res optima eſt illa vnanimis fraternę charitatis, & multo iucūdiſſima, quę admodū ſacerdotalis vnctionis oleum illud optimū & optime odoriferū quo caput Aaron, id eſt ſummi ſacerdotis vngitur, quod deinde de capite per genas, aut tēpora deſcēdit, vſq; in barbā eiūſdē ſacerdotis ſummi, ac deinde vſq; ad ſummā teſtamenti eius de barbā, ita vt ſumma veſtis eius ora perfundatur eodē, ſic gratiſimū odorē de ſeſe diffundēs, & bona fragrantia ſui odoris præſentes omnes oblectās atq; reficiēs. 3 Eſt in ſuper res ſecūdiſſima, & ad fructū faciendum bonorū operum opportuniffima, ſicuti ros qui deſcēdens in montē Hermon, de celo fecunditatē eidem donat maximā; & ſicut ros mōtis Sion, qui ſuper ipſum de celo datur, vt inde fecunditatē accipiat ad fructū proferendū. Sic enim in quib; eſt charitas illa fraternā, fecundati ſunt optima hac pinguedine, ad fructificandū in omni opere bono. Siquidē charitas patiens eſt, benigna eſt, facit non emulari, nō querere quę noſtra ſunt, ſed quę Dei ſunt, & quę etiā aliorum: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, & omnia omnino bona operatur in nobis. 4 Vere dico, bonū eſt & iocundum ſic habitare fratres in vnum, quoniā dominus Deus (qui in fidelium ſuorū cōcordia maxime oblectatur) ipſe illic, id eſt in vnanimi fratrum cohabitatione, vbicunq; conſpexerit in vera charitate fideles ſuos cohabitare, dare diſpoſuit, & ſuper illos venire præcepit rorem benedictionis ſuę ſanctę, per quam fecundabuntur ad omne opus bonum: & vitam dabit eiſdē, nūc quidem in gratia, ac poſt in gloria perfecta. Vbi cūque enim duo vel tres fuerint cōgregati in nomine eius, illic ipſe adest in medio eorū. Cōtra verō, vbi odiū eſt & diſſenſio, mādauit Deus illic maledictionē, vt ſteriles ſint ab omni opere verē bono (ſiquidem

1. Cor. 13.

2 Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbā barbā Aaron, quod descendit in oram veſtimenti eius.

4 Quoniā illic mādauit dominus benedictionem:

\* vitam vſque in ſeculum.

Matt. 18.

abſque charitate ad ſalutem nihil profunt omnia) ſimul & mortem ſempiternam: quoniā omnis qui fratrem ſuū odit, manet in morte. 1. Ioan. 3.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXXII.


**V**erſu ſecundo, Sicut vnguentum in capite. De oleo hoc effuſo vel ſuperlito ſuper caput ſummi ſacerdotis, hic loquitur ad eum modum quo in ceteris liquoribus capiti ſuperfuſis fieri conſpicimus: quomodo cum aqua quęlibet precioſa ſuper capita eſſunditur diſcubentium, ſolent guttulę a capite in barbā, ac deinde a barbā atque etiā a genis deſcendere in ſummā oram veſtimentorum. Eſtque in hoc propoſiti vnguētū cōparatio, quod, ſicut vnguētū illud de ſe gratiſſimum fundit odorē, ſic & charitatis fraternę illa vnanimitas, odorem fragantiſſimū effundit in naribus domini: eſtq; gratiſſima Deo & ſanctis angelis, ac iuſtis omnib; plurimū amabilis: quę admodū econtrario, illa animorū diſſenſio, & fraternum oleum, in modū ſtercoris fetidiſſimū, ſuo fetore eſt tam Deo, quā angelis & bonis omnibus abominabile. Spiritualiter verō per iſtud vnguentum ſiue oleum optimū (vt in Hebręo legitur) intelligitur gratia euangelicę doctrinę, quę optimi exiſtens odoris, a capite Christo deſcendit in barbā Aaron: id eſt, eiūſdem ſummi ſacerdotis: hoc eſt, in primos apoſtolos & apoſtolicos viros, qui capiti Christo fuerunt adiuncti, quique illi adhęſerunt, vt barbā capiti: quibus deinde hoc oleum ad oram vſq; veſtimenti deſluxit, id eſt, ad inſimos & nouiſſimos in eccleſia, quę eſt quaſi veſtimentū Christi, cuius inſimi in eccleſia ſunt velut ora inſima. Verū prior ſententia videtur eſſe de intentione propheta. ¶ Verſu tertio, Quod deſcendit in oram &c. Initium huius verſus ad finem præcedentis ſecundū ſententiā venit adiungendum. In ſequenti autē particula, cum dicitur, Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion: attende diligenter, ne ſenſum accipias qui prima facie ſe offert, quaſi idem ros ſit qui deſcendat in montem Hermon, & in mōtem Sion, imō ad hunc per illum, eo quod dicitur, ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion. Non enim ita eſſe poteſt, cum mons Hermon & mons Sion ab inuicem ſint diſiuncti, vt non poſſit fieri deſcenſus ab altero in alterum. Atque ob hoc, relatiuū qui non refert ſecundum numerum, ſed ſecundū ſpeciem, vt ſit ſententiā pſalmiſtę, ſicut ros qui deſcendit in montem Hermon, & ſicut ros qui deſcendit in montem Sion: hoc eſt, qualis etiam deſcendit in montem Sion. Vterq; enim mōtium iſtorum rore cali impinguatus, proferret fructum copioſum. Eſt autem Hermon, mons ſirus trans Iordanem, vbi domina batur Og, quemadmodum legitur Iofue duodecimo. Per Sion autem montem, intelligit montana Iudę.

CXXXIII. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**ropheta in ſpiritu, ſiue ſpiritus per prophetam ſeruos Dei, peculiarius autem quorum eſt uerſari in domo domini, ad laudem inuitat, atque etiam in noctibus manus ad illum fidenter, leuare: inuitati uerō ad benedicendum, qui acq̄uerint exhortationi, accipiunt benedictionem.

CENTESIMITERTII PSALMI ELVCIDATIO.

1 Ecce nunc benedicite domino, omnes ſerui domini.



Onſiderans, quoniā magnus dominus eſt, & laudabilis nimis, horror, ac moneo vos, quicunq; ſerui eſtis domini Dei, quicunq; in illum creditis, & ſeruire atque obſequium impendere eidem deſideratis, vt illi inceſſanter laudibus, atque gratiarum actione benedicere ſtudeatis. Hoc enim eſt ſacrificium, quo honorificatur ipſe a ſeruis ſuis: & ipſum eſt, quod ſibi immolari poſtulat. 2 Peculiariter uerō vos moneo, o ſacerdotes Dei & miniſtri templi, qui ſacratio operamini, & quorum eſt diuinis inſiſtere miniſteriis, qui in domo domini permanetis, & habitatis in atrijs eius, qui bus cura commiſſa eſt uigilandi in domo domini. Vos enim tantō ſpecialius decet laudare dominum, quanto illi eſtis ceteris peculiarius additi, per commiſſa uobis miniſteria: 3 Etiam in noctibus leuate manus veſtras ad ſanctā ad ſanctuariū eius, ad cęlos, ad ſanctum templū eius: & laudes dicite domino, qui habitat in celo, in templo ſancto ſuo. Dico nō per diem ſolū, uerū etiam per noctē, quādo tranquilla & pacata magis ſunt oīa, quā in diei tumultib;. Itē & in nocte aduerſitatis, cum ſerenitatē fugauerit obſcuritas tribulationum, æquę atq; in die ſiue in proſperitatis tempore, manus veſtras ad Deū lenate, ab illo poſcentes auxilium: & in omnibus ſemper illi benedicite, qui cuncta pro ſuorum vtilitate nouit diſpenſare. 4 Et quicūque ſanctam hanc exhortationem ſuſceperint, benedicat atque benefaciat illis dominus Deus de celo ſancto ſuo, implēs eos celeſtibus donis & bonis: ipſe (inquam) qui eſt cali & terra, & omnium quę in eis ſunt potentiſſimus creator, ac proinde ad benefaciendum præ omnibus potentiſſimus æquę atque benigniſſimus, cū omnia hæc propter ſuam bonitatem potēter ipſe creauerit ex nihilo.

2 Qui ſtatis in domo domini in atrijs domus Dei noſtri.

3 In noctibus extollite manus veſtras in ſanctā, & benedicite domino.

4 Benedicat te dominus ex Sion: qui fecit cælum & terram.



Saluus iste exhortatio est seruorum Dei ad laudem eius, propter magnitudinem potentie & bonitatis eius, qua antecellit Deus verus omnes deos. Et primum quidem monstratur hæc præcellens potentia ex operibus quæ sunt in vniuerso mundo generaliter, in nubium videlicet congregatione, in fulguris atque ventorum productione. Deinde à versu octauo specialiter ex magnalibus illis quæ pro populo Israelitico, tum in Aegypto, tum in terra Chanaan, in veteribus sacris historiis legitur operatus. Post quæ versu decimo quinto idolorum vanitatem & impotentiam monstrans, in exhortatione diuinæ laudis (ubi cœperat) concludit.

CENTESIMI TRIGESIMI QUARTI PSALMI ELVCIDATIO.

1 Laudate nomē domini: laudate serui domini.

2 Qui statis in domo domini, in atrijs domus Dei noctri.

3 Laudate dominum, quia bonus dominus:

\* psallite nomini eius, quoniam suauis est.

4 Quoniam Iacob elegit sibi dominus:

\* Israel in possessionem sibi.

5 Quia ego cognoui, quod magnus est dominus: \* & Deus noster præ omnibus diis.

6 Omnia quæcunque voluit dominus fecit:

\* in celo & in terra, in mari, & omnibus abyssi.

7 Educens nubes ab extremo terræ:

\* fulgur in pluuiam fecit.

8 Qui producit ventos de thesauris suis:

\* qui percussit primogenita Aegypti ab homine vsque ad pecus.

**C**elebrate laudibus benedictum, & nunquam satis laudabile nomen domini: quicumque illi seruitutis obsequia præstare vultis, laudibus efferte eum quantum potestis. 2 Peculiariter verò vos decet laudatio, o sacerdotes & ministri templi domini, qui versamini ad perficiendum vestra ministeria in domo domini, & in atrijs eius: qui diuinis obsequiis estis præ cæteris specialibus deputati. \* Vniuersi quoque qui per fidem statis in Ecclesia sancta, quæ est domus Dei, & qui in eius amplitudine demoramini, laudate dominum Deum vestrum cui creditis. 3 Et est sanè vt laudetis dominum æquissimum omnino atq; iustissimum: quoniam ipse solus verè essentia sua bonus est, imò purissima immensaque bonitas: à qua bonitatem suam participare debet quicquid in creatis bonum dicitur. Est ergo dominus, quomodo solus summe perfectè atq; essentialiter bonus, ita solus summe laudandus: \* psalmos & iucunda lætitiæ cantica canite nomini eius, quoniam verè suauis est, & omnino iucundissimum. Semper enim iucunda est memoria nominis eorum, qui boni sunt & benefici. Vnde cum dominus noster & summe bonus sit, & summe beneficus omnibus seruis suis, debet indubie suauissima quoque esse memoria nominis eius. 4 Si requiritis, in quo bonitatem hanc ostendit, ecce in hoc eius apparet erga seruos suos bonitas atque suauitas, quòd ipse cum sit gloriosissimus, ac potentissimus æternitatis dominus, nullius egens ministerio, neq; bonorum nostrorū indigens: propter tamen bonitatem suam in nos effundendam & gloriam comunicandam, elegit populum fidelium: \* & hos qui credunt nomini eius, ipse in peculiarem hereditatē sibi assumpsit, vt in eis inhabitet, eòq; custodiat, & ditet in omnibus bonis. 5 Et quidem per fidem certissimo certius ego noui, & sciunt mecum quicumque fidem rectam habent, quòd dominus noster verè & simpliciter infinitèq; magnus sit: ita vt magnitudinis eius non sit finis, cum sit infinitus & immensus in maiestate sua: \* & Deus noster ipse magnus est super omnes, vel qui dicuntur, vel qui æstimantur dii, in celo & in terra: & ita in immensum omnes antecellit, vt nulla parte cum illo valeant cõparari. 6 Si requiritur in quo demonstret ipse magnitudinē suam, opus consideremus magnificentia eius. Tanta est enim eius potentia, vt quæcūq; velit fieri, mox fiat ita vt voluit. Neq; mora est inter eius velle & fieri, neq; est apud eum impossibile omne verbū, imò nec difficile quicquam. Sunt enim in eius ditione cuncta posita, & nō est qui possit eius resistere voluntati: \* neq; verò hanc potestatis plenitudinē in cælis tantum habet, verumetiam in terris, in mari, imò & in profundissimis profunditatibus atq; voraginibus abditissimis, ita vt omnino nullus locus subtractus sit eius imperio, in quo nō possit quicquid voluerit. Vnde cum omnes, siue qui æstimantur, siue qui nominantur dii, alicubi horum locorum cūstodire debeant, si in rerum natura existant, cõstat, omnes sub Dei nostri ditione atq; imperio, vt creaturas sub creatore ac domino cõtineri. 7 Ipse est qui leuat sua virtute in aera, & ascendere facit à summitate terræ, atq; etiam ab vltimo terræ, à mari oceano (quod est terræ terminus) exhalationes atq; vapores, ex quibus in aeris regione nubes generantur, vt inde cõsequenti ordine, pluuiæ, ros, grando, nix, atq; cetera generentur: \* ipse est & qui fulgura quodammodo resoluit in pluuiam, & post fulgura sublequi facies pluuiam, & fulgura per pluuiam quodammodo sedari. Solent enim post fulgura & venire pluuiæ abundantiores: & his aduenientibus, illa cessare, atque ita fulgura in pluuias finire, siue terminari. 8 Ipse est qui ventos suscitatur, eòq; cū voluerit, facit procedere de occultis terræ visceribus, de locis nobis prorsus incognitis, vt nesciamus vnde veniant, aut quòd dant, quasi de occultis cellariis: \* ipse est qui in vltionē rebellionis regis Pharaonis, qua filios Israel nolebat dimittere, iuxta verbum domi

9 Et misit signa & prodigia in medio tui Aegypte in Pharaonem, & in omnes seruos eius.

10 Qui percussit gentes multas:

\* & occidit reges fortes.

11 Seon regem Amorrhæorum:

\* & Og regē Basan,

\* & omnia regna Chanaan.

12 Et dedit terram eorum hereditatem, hereditatem Israel populo suo.

13 Domine nomen tuū in æternum:

\* domine memoriale tuum in generatione & generationem.

14 Quia iudicabit dominus populum suum: & in seruis suis deprecabitur.

15 Simulachra gentium argentum & aurum:

\* opera manuum hominum.

16 Os habent, & non loquentur:

\* oculos habent, & non videbunt.

ni, vna nocte interfecit omnia primogenita Aegyptiorum, tam in hominibus, quam in pecoribus. 9 Multa quoq; ante hanc potissimam plagam, alia priora mirabilia signa atq; portenta, tam in iis quæ ad naturam attinent, quam in iis quæ extra naturam sunt, exhibuit in medio Aegypti, quæ viderunt atque senserunt omnes Aegyptii, Pharaon rex & omnes ei subditi, cum filii Israel in terra sua nihil malorum horum perferrent, illisq; multipliciter afflictis, hi nihil eiusmodi experirentur. 10 Ipse est qui volens populum suum iam traditum per mare rubrum atque per desertum, introducere in terram promissionis, quam promiserat patribus eorum, interfecit pro eis populos terram illam inhabitantes: qui & numero erant plurimi, & robore, armis, diuitiis, atque munitionibus potentissimi, nempe Chanaanæos, eueos, lebuzeos, Gergezæos, ac cæteros: \* reges eorum potentissimos ipse tradidit in manus illorum, & interfecit pro illis. 11 Nomina sunt filii Israel pacificum, non solum non concessit, verumetiam exercitu magno occurrit eis in prælium: quem tradidit dominus in manu Iosue ferui sui, percussitque est ab eo in ore gladii, & inhabitata sunt omnia loca eius à populo domini. \* Deinde etiam regem Basan, potentem valde, nomine Og: qui & ipse cum omni populo suo filiis Israel occurrit in prælium, & traditus est à domino in manus Iosue, factumque est illi sicut priori factum fuerat: \* multos in super reges alios terra Chanaan cum populo & ciuitatibus suis, regem Hierico, regem Hai, & alios reges v. regem Hierusalem, regem Hebron, regem Hierimoth, regem Lachis, & regem Eglon, cum exercitibus suis: quos conturbauit dominus à facie Israel, contriuitq; plaga magna, super quos etiam lapides magnos grandinis misit dominus de celo, & propter quos solem stare fecit ad orationem Iosue, aliosq; reges plures omnes qui inhabitant in terra Chanaan, cum exercitibus eorum, quorum omnium domino pro ipsis pugnante, facti sunt filii Israel victores. 12 Horum autem omnium terram ac possessionē, illis propter peccata sua iam vsq; ad plenum consummata interfecit, atq; euulsis de terra sua, dedit in possessionem atque hereditatem populo suo Israel, iuxta quod promiserat patribus eorū. 13 Maxime deorū Deus, tu in æternum permanes, & gloriosum nomen tuū tecum permanet in æternū, quod in obliuionē nunquam venire poterit seruis tuis: \* memoriam sempiternā fecisti nomini gloriae tuæ, dum talia tamq; præclara edidisti pro seruis tuis signa atq; prodigia, neque in vllis vnquam generationibus auferetur memoria magnificæ omnipotentia tua. 14 Quoniā tu domine, sicut olim fecisti cū filiis Israel, pro quibus iuxta promissum in terram illā introducendis interfecisti impios terræ inhabitatores, ita semper iudiciū facies pro populo tuo, & pro omnibus qui in te fideliter credunt, eorū aduersarios pro eis expugnando: \* & erga seruos tuos te exhibebis deprecabilem atq; placabilem, tēq; ab eis deprecari, placari, atq; exorari faciliē sustinebis, etiam si quando in vllō offenderint: tamen si a duerlum peccatores illos obstinatos, ita seuerum te & implacabiliter furibundum exhibueris. \* Insuper etiam in seruis tuis consolaberis, atq; oblectaberis, efficietisq; erga illos placabilis, posteaquam ad tempus tuam indignationem ostenderit, tamen si istos obstinatos & consummatos peccatores ita fueris abominatus. 15 Hactenus quidem opera potentia & virtutis Dei narrauimus: quibus patet quā sit ipse magnus, q̄ potens, quā bonus erga seruos suos, atq; proinde q̄ sit verè ab omnibus laudandus. Nunc verò gentium deos, libet quid sint aut quanti expendere, vt videamus verū esse, q̄ magnus sit Deus noster præ omnibus diis. Sunt aut simulachra quæ gētes colūt in deos suos, vel argētea, vel aurea, vel area: neq; secundū materiā, ex qua cõstant, aliud sunt q̄ argentū, vel aurū, vel simili alia quælibet pretiosa materia, nulla anima viuificatē animata: \* suntq; opera facta per manus artificū, qui ea vel opere sculptili, vel fusili effigiant, siue efformant, & multo labore atq; impēsis in eam figuram, pulchritudinē atq; nitorem, in quibus conspiciuntur, perducunt. 16 Videntur quidem secundū externam apparentiā ratione figuræ, habere os, quæmadmodū ea quæ viuunt: verum suo hoc ore quod videntur habere, non valent sermonem edere: \* oculos videntur habere propter effigiatam similitudinē, verum per hos oculos videre nihil poterunt,

17 *Aures habent & non audiunt: \* neque enim est spiritus in ore ipsorum.*

18 *Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.*

19 *Domus Israel benedicite domino:*

*\* domus Aaron benedicite domino.*

20 *Domus Leui benedicite domino:*

*\* qui timetis dominum benedicite domino.*

21 *Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Hierusalem.*

17 Aures item habere videntur, neque tamen per eos audire valent: \* neque id sane mirum, quando quidem ne respirare quidem possunt: quæ res indicio est, spiritum vitæ in eis nullum esse, qui tamen necessarius ad loquendum, audiendum, videndumq; cæterisq; sensuales actus perficiendos est necessarius, tanquam eorum omnium efficiens principale. 18 Qui ea sibi fieri iubent ad colendum, & omnes qui fiduciam suam ponunt in eis, quasi in veris diis, ipsi similes fiēt illis, nempe sine sensu & ratione homines: qui veritatem Dei cōmutant in mendacium, & gloriam creatoris tribuunt creaturæ, operibus hominum sese submittent, qui eos iuvare non possunt, & quibus ipsi potius benefacere possunt, quàm ab eis accipere quicquam beneficii: quæ omnia, nemo nisi irrationalis & lapidei cordis, ac sine ratione bestia, admittere poterit. 19 Cum itaque nulli hi falsi dii potētiam habeant, ne ad actus quidem vitales corporis, qui omnibus tamen conueniunt animalibus, quomodo non sine comparatione infinito maior est Deus verus quem colimus? Proinde huic nostro domino vero Deo benedicant omnis populus Israel, omnes qui credunt in eum: \* specialiter tamen Aaronica familia benedicat dominum, quæ singulari electione sacerdotio summo donata est. 20 Levitarum etiam vniuersa familia, pro sua singulari electione, ad ministeria diuersa domus domini deputata, benedicat domino: \* denique in vniuersum omnes qui diligitis dominum, benedicite illi vnusquisque in eo gradu in quo à domino positus est. 21 Sit semper laudatus dominus Deus verus, qui est Deus Sion, Deus cæli, Deus populi sui, Deus Ecclesiæ sanctæ, qui in Hierusalem inhabitat in medio populi sui. Atque ò vitam sic digne nunc tuas laudes inchoare valeamus, potentissime Deus, vt in æternis canticis te olim cum sanctis tuis omnibus colaudare mereamur, Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXXIII.

**V**ersu septimo, Educens nubes ab extremo terræ. Potest istud intelligi dupliciter. Vel de mari, quod est quasi terminus terræ, vt quidam exponunt, eo quod illinc copiosius extrahantur vapores. Vel de superficie terræ, cui consonat quod habet versio Hieronymi: Leuans nubes de summitatibus terræ. Quidā ab extremo terræ accipiunt, loco huius, ab extrema terra, id est, à terra, quæ est nouissimum & vltimū locum habens inter elementa. A tota enim terra exhalationes & vapores eleuantur. Atq; ita verti potest ex Hebræo, Subleuans nubes ab extrema vel infima terra. Quod etiam sequitur in eodem versu, Fulgura in pluuiam fecit, variis modis exponitur. In Elucidatione sic exponitur, Fulgura fecit in pluuias desinere, & quasi post fulgura pluuias dare conuenit: præmittens videlicet terrorem fulgurum, vt postmodum sequeretur pluuialis fecunditas. Atq; huic intelligentiæ satis fauet in Græco atq; Latino casus accusatiuus: & in Hebraico articulus Lamed præpositus pluuiæ, vt videatur significari, ipsi pluuiæ, vel ad pluuiam, vel pro pluuiæ, vt dicamus, Fulgura ipsi pluuiæ fecit, vel ad pluuiam, vel pro pluuiæ, videlicet vt post fulguris terrorem subsequatur fecunditas pluuiæ. Potest etiam sic intelligi, Fulgura simul cum pluuiæ fecit, vt proponatur quoddam miraculum, in eo quod hæc duo (quæ videntur naturæ contraria) nempe pluuiæ & fulgura, simul fieri cernantur. Et hanc sententiā velle videtur versio Felicitis, quæ per ablatiuum habet, Fulgura in pluuiam fecit. ¶ Versu decimo quarto, Et in seruis suis deprecabitur, Hoc loco deprecabitur accipi debet secundum significationem passiuam, licet verbum sit deponens, & secundum Latinæ lingue vsu significet magis actiue. Valet autem Deprecabitur, idem quod Exorabitur, vel Placabitur, aut Deprecabilem se reddet, propitiū atque exorabilem. Vnde Hieronymus, Et in seruis suis deprecabitur, quod significat & consolari, & deprecari (vt supra acceptum est) in significatione passiuæ. ¶ Versu decimo sexto, Aures habent, & non audiunt: neque enim est spiritus in ore ipsorum. Pulchrè hic redditur causa, quare idola gentium illo suo ore quod videntur habere, non possint loqui, & quare suis illis quos videntur habere oculis non videant, denique cur & cæteris suis illis effectis membris non valeant vti ad vitales operationes: videlicet quoniam non est spiritus in ore ipsorum, quoniam non est in eis status inspirationis vel respirationis, quæ res indicio est, spiritum vitæ non esse in eis, neque vllam animam viuificantem. De vita loquimur animi. Cum ergo omnis operatio vitalis: primario à spiritu vitæ, id est, ab anima inhabitante corpus, debeat procedere, impossibile est illa, in quibus non est anima viuificans, vitalem operationem vllam posse exercere. Quæ de re etiam supra diximus, in annotationibus psalmi centesimidecimitertii, vbi iidem hi versus positi sunt, quos hic habemus præ manibus.

A CXXXV. PSALMI ARGUMENTVM.

**A**rgumentū psalmi huius penè idem est quod mox præcedētis. Est enim exhortatio fœdium ad Dei laudem ex magnitudine eius: quæ primū ex operibus creationis, deinde ex mirabilibus pro Israeli co populo specialiter exhibitis consideratur.

CENTESIMITRIGESIMI QVINTI PSALMI ELVCIDATIO.

1 *Confitemini domino quoniam bonus:*

*\* quoniam in sæculum misericordia eius.*

2 *Confitemini Deo deorum.*

3 *Confitemini domino dominorum.*

4 *Qui facit mirabilia magna solus.*

5 *Qui fecit calos in intellectu.*

6 *Qui firmavit terram super aquas.*

7 *Qui fecit luminaria magna.*

8 *Solem in potestatem diei.*

9 *Lunam & stellas in potestatem noctis.*

10 *Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum.*

11 *Qui eduxit Israel de medio eorum.*

12 *In manu potenti, & brachio excelso.*

13 *Qui diuisit mare rubrum in diuisiones.*



Audem dicite, & confessionem date domino Deo omnēs serui eius, quoniam solus ipse verè substantia sua est bonus, ac proinde solus laudabilis: \* neq; solum in seipso bonus est, verum etiam maxime beneficus, ita vt in sempiternum perduratura sit super seruos ipsius misericordia eius: atq; ob hoc etiam maxime est dignum, vt laudibus illū celebremus, cuius sempiterna gaudemus misericordia. 2 Laudes dicite Deo vni viuo & vero, qui est super omnes deos, sine vlla comparatione omnibus in immensum excelsior. 3 Laudes dicite ipsi, qui est rex regum & dominus dominantium, super omnes qui domini nominantur, aut etiam quadam participatione existunt. Ceteri enim dii sunt aut domini, vel nominatione sola, vel etiā participatione. Deus autem noster non sic, sed verè ei competit, vt omnium creatori atque possessori, super omnia imperium, neque ab alio quoquam regni sui accipit potestatem. Atq; ob hæc, solus ipse super omnes est laudibus celebrandus. 4 Ipse est qui solus per virtutem propriam omnipotentia suæ, potestatem habet operandi mirabilia quæcunq; , & quomodocunq; placitū fuerit ei. Nam & si alius quilibet, siue angelus, siue homo, siue dæmon, videatur miranda facere, cōstat id nō esse à propria virtute, sed quatenus vt hoc possint, virtutē acceperūt à domino Deo nostro. 5 Si audire gestis, quæ fecerit mirabilia: ecce calos in principio creauit, in sapiētia sua corpora amplissima, solidissima, nobilissima, indissolubilia, & imperpetuū duratura. 6 Ipse elementū terræ stabiluit & firmiter statuit super aquas, vt quasi in aqua requies haberet, nec subsideret, haberetq; stabilitatē, nec inclinaretur in seculum sæculi. Ipse enim est qui à principio terræ elementū in aquis posuit, & sup aquas firmamētū (vt nō inclinetur, cōmoueat, aut subsidat) in sui loci stabilitate custodit. 7 Ipse quarto die distinctionis rerum post lucem creatā, post firmamētō diuisas aquas ab aquis, post terram discoopertā, & fecunditate fructificationis donatam, fecit in cælo duo luminaria, præ cæteris (quantum ad humani visus iudicium magna) nempe solem & lunam, quæ humano sensui, propter maiorem propinquitatem & vicinitatem, maiora videntur aliis luminaribus, id est, stellis quæ sunt in firmamento: quæ etiam luminaria ob hoc dicuntur magna, quod lumen maius præbeant super terram, quàm ea quæ sunt in firmamento, etiam si quantitate, multa horum illis sint maiora. 8 Inter hæc duo luminaria, quæ fecit ad lucendum in firmamento & illuminandum terram, vnum fecit maius in quantitate molis & virtute lucis, nempe solem, vt præesset, potestatemque ac dominium haberet per diem super terram, eam tunc suis radiis illuminando atque visitando. 9 Alterū verò fecit luminare, & quantitate molis & virtute illuminationis minus, nempe lunam, atq; etiam alias infiniti numeri stellas, plurimas in firmamento fixas, nonnullas autem sed paucissimas in orbibus inferioribus errantes. Atq; hæc luminaria ob hoc fecit, vt simul cum luna præessent nocti, potestatemque ac dominium haberent super terrā, ad eam illuminandū per noctem, in solis absentia. 10 Ipse est qui plagis maximis Aegyptum percussit atque afflixit, inter quas illa erat præcipua, quod vna nocte omnia eorum primogenita per manum angeli transeuntis interfecit, tam in hominibus, quàm in iumentis. 11 Ipse eduxit populū Israel de medio Aegyptiorum, inter quos habitabat sub seruitute durissima. 12 Idq; fecit Deus per manum omnipotentis virtutis suæ, in magnifica & gloriosa fortitudine. Postquam enim plagā hanc nouissimā in primogenitis conspexerunt Aegyptii timore perterriti, compulerunt exire à se filios Israel, quos prius rogati, atq; etiam in Dei mandato iussi demittere noluerant. Et ipse eos egredientes sua potētia seruauit, vt nemo Aegyptiorū quicquā illis auderet inferre nocumētū. 12 Ipse est qui ad populi sui clamorē

Psal. 103.

Gene. 1.

Exod. 12.

Exod. 13.

- 14 Et eduxit Israel per medium eius.
- 15 Et excussit Pharaonem & virtutem eius in mari rubro.
- 16 Qui transduxit populum per desertum.
- 17 Qui percussit reges magnos.
- 18 Et occidit reges fortes.
- 19 Seon regem Amorrhæorum.
- 20 Et Og regē Basan.
- 21 Et dedit terrā eorum hereditatem.
- 22 Hereditatē Israel seruo suo.
- 23 Quia in humilitate nostra memor fuit nostri.
- 24 Et redemit nos ab inimicis nostris.
- 25 Qui dat escam omni carni.
- 26 Cōfitemini deo cali.
- 27 Confitemini domino dominorum, quoniā in aeternum misericordia eius.

Num. 27.  
Ibidem.  
Iosue. 6.  
& 8.

& orationem Moysi serui sui, mare rubrū diuisit in duas partes, ita vt aqua quasi murus staret ex vtraq; parte, cum persequeretur Pharo cum exercitu suo filios Israel. 14 Ipse transire fecit populum Israel per medium sicci maris, aquis sese pro muro, hinc inde præbentibus. 15 Pharaonem verò cum omni exercitu suo, ingressos post filios Israel, per eandem viam transire volentes, ipse violenter oppressit in mari rubro, dum per columnam ignis & nubis interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curruum, ita vt ferrentur in profundum: siuere autem volentes, mari rdeunte in locum suum, & aquis illis occurrentibus, demersit in profundum. 16 Ipse deinde populum ita mirabiliter saluatum ab Aegyptiis, transduxit per desertum quadraginta annis, multa eis ibi beneficia prius inaudita præstans. 17 Post annos autem quadraginta, vt in promissam terram eos introduceret, deuicit, expugnauit, & interfecit pro eis reges magnos, qui terram illam filiis Israel promissam possidebant. 18 Et occidit, pro eis pugnando sua diuina virtute, reges virtute atque diuitiis admodum fortes, quibus nunquam potuissent virtute humana filii Israel præualere. 19 Ex horum numero erat Seon ille rex Amorrhæorum, qui filiis Israel humiliter petentibus, contumaciter negauit transitum: quē tradidit Deus in manus populi sui. 20 Item & Og regem Basan, qui & ipse occurrebat populo domini in prælium, factumque est illi a domino sicut priori: sed & alios plurimos trans Iordanem tradidit dominus in manus filiorum Israel. 21 Et tradidit terram illorum quos interfecerat propter peccata eorum, in hæreditariam possessionem aliis melioribus quibus volebat. 22 Tradidit, inquam, populo quem elegerat sibi in peculium, populo Israel, in possessionem & hæreditatem. 23 Fecit autem hæc omnia pro populo suo tam magnifica & stupenda, eo quòd viderat afflictionem & tribulationem, qua humiliabantur & opprimebantur ab Aegyptiis seruitute intolerabili: & clamorem eorum qui de angustia operis clamabant ad dominum, ipse attendit, memorque fuit populi sui, & promissionum quas fecerat patribus eorum. 24 Et propter hoc apposuit cor suum vt liberaret populum suum ab inimicis & oppressoribus eorum. 25 Neque verò soli populo Israel exhibet beneficentiam suam, verum etiam erga omnes omnino quicumque viuunt super terram, dans omnibus escam & pabulum, vnicuique iuxta conditionem & proprietatem naturæ suæ, in qua condita sunt ab initio. 26 Concludens resumo quam ab initio proposui exhortationem, vt confessione laudis Deum verum qui in calo habitat, non in manufactis celebretis. 27 Celebretis, inquam, dominum omnium dominantium, & regem regum: quoniam in sempiternum permanebit super omnes seruos eius misericordia ipsius, & vsque in consummationem sæculorum quisquis quaesierit in omni progenie, inueniet eam.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXXV.

Psal. 46. **V**ersu 5. Qui fecit calos in intellectu. Græcè est *ἐν νοῦν*, id est, in intellectu, quod valet, in sapientia: quemadmodum in Psalmo quadagesimo sexto, psallere *σοφίας*, vertitur, psallere sapienter, quod verti potuisset, Psallite intelligibiliter, vel cum intellectu: quemadmodum & hic, pro eo quod nos habemus, Qui fecit calos in intellectu. Clarius dici potuisset, Qui calos fecit sapienter. Atque ita Hieronymus vertit, Qui fecit calos in sapientia. Felix, in intelligentia, siue prudentia. ¶ Versu septimo, Qui fecit luminaria magna. Luminaria ista duo, quorum in duobus sequentibus versibus fit mentio, nēpe sol & luna, peculiariter magna hic appellantur, sicut & in primo capio libri Genesis. Quod non ita est accipiendum, quasi secundum molis quantitatem omnibus stellis quæ sunt in firmamento sint sol & luna maiores. Nam de luna ex astronomorum demonstratione constat eam esse quantitatem multo minorem omnibus, etiam minimis stellis quæ videri possunt in firmamento. Minima enim stellarum visibilium firmamēti, vt Alphraganus astronomus asserit, tota terra est maior. Luna verò minor est terra, ac proinde omnibus stellis quæ in firmamento videri possunt quantumuis minimis. Imò verò stellas esse tradunt astronomi in firmamento tam miræ magnitudinis, vt totam terræ quantitatem quælibet earum contineat centies & septies, alias quæ eam contineat nonagies, alias septuagies & bis, alias quinquagies & quater, alias trigies & quinquies, alias decies & octies: quemadmodum suo loco ostendimus in 7. libro de consideratione rerum naturalium, cui titulus est De calo & mundo. Quomodo ergo, si de quantitate molis sermonem faciamus, luna ipsa (quæ tota terra est minor) verè dici poterit luminare maius, comparatione ad eiusmodi stellas firmamenti tanto terra maiores? Sed & sol secundum molem licet luna sit lōge

**A**mplior, tamen multis stellis firmamēti est minor. Oportet ergo hanc peculiare appellationē quæ nuncupatur sol & luna, duo magna luminaria, accipi secundū præcellentiā luminis, & excellentiā ministerii, quo suæ lucis beneficio eximie inseruiunt mortalibus, præ oibus aliis luminaribus lucē abundantiorē terris infundendo, & operationes exercendo magis validas, magisque manifestas. Quæ enim stella firmamenti sic sentitur in terris, secundū operationē sui effectus, vt eius aduētū omnia vireant, eius abcessu omnia flaccescant & emoriatur? Quæ stella vel maxima firmamēti, ita manifeste totū hominis corpus disponit, vt ipsas quoque medullas sua varietate auget & minuat? Attamen istas solis & lunæ esse operationes, manifestissima certissimāque experiētia cognoscimus. Et notandum, quòd non dicuntur hæc duo sol & luna peculiariter magna corpora, aut magna astra sed tantum magna luminaria, videlicet vt indicetur illuminationis super terrā præcellentiā. Denique, magna singulariter dici possunt secundū æstimationē mortaliū. Secundū namque humanū iudicium, euidentissimum est, lunā & solem iudicari maiores omnibus stellis quæ sunt in firmamento. Quod autem in versibus duobus sequentibus dicitur solē esse factū in potestatiē diei, siue (vt Felix vertit) in Gen. 1. d. omnium diei, & lunā in potestatiē vel dominiū noctis, cum stellis, illud est quod in primo capite Genesis, in horum luminariū creatione die quarto, sic dicitur, Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare maius vt præset diei, & luminare minus vt præset nocti & stellis. Et posuit eas in firmamento cali, vt lucrent super terram, & præset diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras.

CXXXVI. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste populi ueteris est Iudæorum suam desolentis captiuitatem. Et primum quidem sui cordis amaritudinem testatur, dum terræ sanctæ à qua translati sunt recordantur, propter quod organa suspendunt, signa nulla exhibere volentes illius lætitiæ, neque cantica iucunditatis canere, in terra captiuitatis, etiam si ad hoc ab iis qui illos in captiuitatem ducebant, iniuriantur: præcipue ob recordationem ciuitatis sanctæ illius Hierusalem cuius se memoriam atque desiderium protestantur nunquam imperpetuum velle de corde abicere, adeo vt etiam mala sibi ipsi imprecantur, si id vnquam contingat. Deinde vers. 9. per modum imprecandi poenam prædicat Iudæorum, qui in destructione Hierusalem Chædeis admixti, crudelissimos sese hostes exhibuerunt Iudæis, ad omnimodam & perfectam destructionem vsque ad fundamenta, illos suis exhortationibus animando. Nouissimis uerò, duobus uersibus, Babyloniorum poenam, ex diuinæ iustitiæ statuto eis uenturam, præenunciat.

CXXXVI. PSALMI ELVCIDATIO.

- 1 Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus: dum recordaremur tui Sion.
- 2 In salicibus in medio eius, suspendimus organa nostra.
- 3 Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, uerba cationum.
- 4 Et qui adduxerunt nos: hymnum cantate nobis de canticis Sion.
- 5 Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena?
- 6 Si oblitus fuero tui



**C**um abduceremur captiui in Babylonē à terra patrum nostrorum, in itinere adhuc constituti transmigrationis, reledimus atque demorati sumus iuxta fluentia Babylonis, ubi ad demorandum locus aptior videbatur: illicque sedentes, atque demorantes, lugubres fletus edidimus: cū nobis in mentem ueniret consolatio ciuitatis sanctæ Hierusalem, & terræ illius sanctæ miseranda dissipatio, & quomodo

templū quod in eo erat solenne domino, igne cōbustum sit, & uasa sancta prophana, aliaque indigna plurima in loco sancto cōmissa: simul etiā dolentes nos à loco illo sancto, quē sibi dominus sic elegerat, per transmigrationem hanc & captiuitatē elongari. Quis enim ista cōsideras, lachrymas valeat cōtinere? 2 Ingressi in Babylonicā terrā, & iam uelut in medio eius positi, uidētes, quæ esset locus hic à terra nostra alienus, in strumēta lætitiæ quæ attuleramus nobiscū, in quibus cātare eramus soliti, suspendimus ad salices, quarū erat iuxta fluenta ubi demorabamur magnus numerus: utpote quibus nō liberet instrumētis uti lætitiæ, sed potius flere & eiulare in tristitia pro misera trāslatione & captiuitate nostra. 3 Et quidē (quod nostrū dolorē etiā angmētābat) ii qui nobis præfati erāt in hac trāslatione, quos rex Babyloniorū ad nos trāsferēdos cōstituerat, postularerūt à nobis uerba cātorū, & cātica lætitiæ nos hortabatur canere. 4 Et qui nos de natali sancto loco nostro adduxerūt captiuos, in terrā ignotā, alienā, & idololatria contaminatā, postularerūt nos, & exigere uidebatur à nobis: dicentes, ut cātica aliqua lætitiæ caneremus de iis quæ canere solebam⁹ in instrumētis nostris musicis, cū essemus in terra nostra Hierusalē. Atque hæc dicebāt, vel per irrisionē, ad nostri doloris aggrauationē uel per cōpansionē, ad tristitiā qua nos oppressos cōspiciebāt lenimētū. 5 Nos uerò, utpote homines amaro animo, & quibus nō libebat signa vlla ostendere lætitiæ, respōdebimus illi dicentes. Quonā modo cātare poterim⁹ cātica domino cōsecrata, cātica diuino cultui deputata in terra hac aliena atque prophana, in qua ois uiget idololatria, ubi prope ignoratur Dei reuerētia? 6 O Hierusalē ciuitas sancta, o terra deo sacra, quomodo signa poterim⁹ ostēdere vlla lætitiæ, donec desola-



## PSALMVS

*Hierusalem, obliuioni  
detur dextera mea.*

*7 Adhæreat lingua  
mea faucibus meis, si  
non meminero tui.*

*8 Si non proposuero  
Hierusalem in princi-  
pio lætitiæ meæ.*

*9 Memor esto domi-  
ne filiorum Edom in  
die Hierusalem.*

*10 Qui dicunt, exina-  
nitate exinanire usque ad  
fundamentum in ea.*

*11 Filia Babylonis mi-  
sera: \* beatus qui re-  
tribuet tibi retributio-  
nem tuam quam retri-  
buisi nobis.*

*12 Beatus, qui tene-  
bit & allidet paruulos  
suos ad petram.*

*Isaie. 13.*

tionis illius que in te facta est nobis heret memoria? Ecce enim firmisimo proposito illud statuo, nūquā tui memoriā de corde deponere, sed quantumuis diu hæc nostra protrahatur captiuitas, tuā desolationē deslebo, & ad reparatiōē reditūq; suspirabo, adeo ut fidenter audeam mihiipsi etiam cōminari ac dicere: si vnquam in loco isto captiuitatis positus, memoria atq; desideriu tui o Hierusalem e corde abiecero, oblectatus in terra ista aliena, aut in Babylonicis siue diuitiis, siue deliciis, in vltionē hæc mihi pœna eueniat, ut nō vltra memor sis dextera mea, nō mihi veniat à te vllum auxiliū, sed derelinquar à te, atq; proiciar. 7 Arescat quoq; in me omnis vigor meus, & interius humore omni atq; virtute destituar, ita vt præ siccitate lingua velut adhæreat gutturi. Hæc (inquam) mihi faciat Deus & hæc addat, si tuū memoriā abiecero de corde meo. 8 Si non te, o ciuitas sancta, caput semper & principium lætitiæ meæ, omnib; desiderabilibus & delectabilibus quæ mihi obuenerit possint præposuero, si non te semper in animo præ omnibus gestauero, si non tuū bonum & tuam restitutionem omnib; semper anteposuero, quæcunq; mihi possent læta aut prospera obtingere, si non in omni lætitiā quæ mihi quomodocunq; contigerit, tui primum memor existam. Et omnino nunquā in terra hac captiuitatis cōstitutus ita me vlla sinā capi aut detineri oblectatiōe, vt prorsus tui siam immemor. Ita mihi cordi est, que in te facta est desolatio, & ita mihi in desiderio est, tua quam spero futuram aliquando reparatio. 9 Domine Deus, tu vides, quanta in nos mala exercuerunt inimici nostri Babyloni, quibus iuncti fuerūt ii qui terræ nostræ erāt vicini Idumæi, qui se illis cōmiscuerūt, vt nos iuxta quod semper optauerāt, nacta opportunitate, per exercitus potentioris virtutem destruerent. Horum, tu domine, Idumæorū malitiā attende, & ad vltionem memor esto malitiæ & crudelitatis quam exercuerunt in nos in die visitationis, & in tempore destructionis ciuitatis tuæ sanctę Hierusalem. 10 Qui Chaldæos, licet ex seipsis nimis crudeles, adhortantes ad maiorem crudelitatem, dicebant, Euaquate, & ad fundamenta vsq; prorsus demoliamini, cūcta destruite, igniq; absumite, prorsus nihil relinquentes, neq; lapidē in fundamento, neque vllum omnino vestigium: ita vt in sempiternum vltra non valeat reedificari, neque vltra sit memoria eius super terrā. Huius crudelitatis tu domine memor eris, vt eis iuxta malitiam suam reddas vindictā: cum debuissent iure fraternitatis nobis ipsi potius in protectionem atque auxilium extitisse, aut vt minimum cōpassionis nobis affectum exhibuisse. 11 Populus autem Babylonicus, gens Chaldæa, qui desolationis factæ in ciuitate tua præcipui authores & crudelissimi exequutores fuerunt, ipsi erūt miseri, & ex decreto iustitiæ tuæ sentiant miseriam in die, cum retribuieris eis pro sua malitiā: & beatum nos prædicabimus populū illo, qui ex decreto diuinæ sententiæ retribuet illis iuxta meritū digna præmia, ita in illos agere crudeliter, vt sine misericordia ipsi crudelissime egerunt aduersus locum sanctū tuum. 12 Beatos illos prædicabimus, & laudibus magnis celebrabimus illos diuinæ iustitiæ ministros, qui ex sententia iustitiæ Dei eandē ostēdent in vos crudelitatis seuitiam, quā monstrastis & exercuistis aduersum nos, ita vt etiā paruulis vestris infantibus atque lactentibus non parcant, sed crudeliter eos apprehendant, allidantque sine misericordia ad petras, & sagittis perfosos, nephādissime interemistis. Sic enim à domino decretū & statutum est, vt iuxta omnem malitiam, quam in nos exercuistis, o crudeles Babyloni, suo tempore reddatur in caput vestrum.

## ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXXVI.

**M**anifestū per se est, hunc Psalmum ad literā cōuenire filiis Israel in transmigratiōe Babylonica desolatiōis suæ captiuitatis miseriam & loci sancti desolationem, suis autē hostibus pœnā & vltionē vel prædicētib; vel imprecantibus. Secundū autem mysticā intelligentiā, facile aptare poterimus Psalmum istum populo fidelium, in hoc mundo tanquam in exilio degētī, vbi longe sumus ab illa terra sancta, à loco illo paradysi, vbi erat summa quies atque tranquillitas, vbi erat perpetuum sabbathū in perfecta innocētia: cum nūc in medio Babyloniōrū, id est, in maxima cōfusione, in perturbatissimo hoc mundo, vitā ducamus in medio derisorum & iniquorū, qui de die in diem (vt de Loth ait sanctus Petrus) affligunt animas iustorum. Ipsi verō sancti iugiter memores sui exilii, & agnoscētes transmigratiōis locum, sciētes vnde abducti sunt, atque in patriā

*2. Petri. 2.*

**A** suam tandē aliquando reditū sperantes organa suspēdunt in salicibus, omnia huius mūdi gaudia, delicias omnes & voluptates abiiciūt & abiurāt, semper ad patriam illā vnde abducti sunt aspirantes, in omnibus quæcunq; in terra captiuitatis blandiuntur renuentes cōsolari, atq; in sola spe sui ad patriam reditus oblectari proponētes. Vltio autē illa quæ in fine Psalmi ponitur, significat grauissimam illam desolationē & damnationem, quam iusto Dei iudicio experiētur vniuersi impii, & demones peruersi, & illis adherētes maligni homines, qui in hoc mundo iustorū fuerunt irriiores quique filiorum Dei in hoc exilio, quantum potuerunt, captiuitatem aggrauare non desierunt. ¶ Versu primo, Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus. Potest ista sessio sup flumina intelligi, in via, cū essent adhuc in transmigratiōe. Solēt enim magni exercitus libeter iuxta loca, vbi sunt aquæ, figere tentoria, ob vsum aquæ in cūctis necessarium: quemadmodum in primo lib. Esdræ legimus, quod Esdra ipso cū magna populi multitudine ascendente de captiuitate Babylonica, congregatus sit omnis populus ad flumē qui decurrit ad Ahava, ibiq; mansit tribus diebus. Vel intelligi potest sessio ista, de habitatiōe in terra Babylonis, quā plurima irrigabāt flumina, vti Strabo refert libro decimo sexto, quorū maxima erant Tygris & Euphrates. Nam & vulgo sic dicimus, ciuitatem illam esse sitā super hoc aut illud flumen, id est, iuxta flumen, videlicet vt ex eo ciuitas ipsa sua cōmoda in rebus necessariis accipiat. Quod autē dicit populus, secundo in versu in salicibus se suspendisse organa, indicat magnā ibi fuisse salicum copiam, que iuxta flumina solent in locis humidioribus libeter nasci, quemadmodū e contrario myrica in locis arētib;. ¶ Versu tertio, Quia illic interrogauerūt nos qui captiuos duxerūt nos, verba cantionū. Intelligi potest quod hic dicitur de Babyloniis postulatibus cantica à filiis Israel, tripliciter. Primo, vt ironice accipiam? hos illos dixisse, deridendo populū Domini: quasi dicant, Cantate nūc cantica que canere soletis, quare non canitis: quare nō gaudetis: quemadmodū per ironiam subinde afflitis loqui solent illudentes alii, qui malis afflictorum cōgratulantur, maxime illis qui prius in excedenti erant gaudio, antequā subita illa occurreret tribulatio. Atq; huic intellectui cōsonat quod vertit Felix, Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerūt nos, verba cantici: & deridētes nos latitiā (supple interrogauerunt nos, dicendo) Cantate nobis de tantico Sion. Neq; dissonat quod habet Paraphrasis Chaldaica ibi interrogauerunt nos Babyloni qui captiuos abduxerūt nos, vt diceremus verba cantilenarū: & raptores nostri lætitiā affecti dicebāt, Psallite nobis cantica que dicebatis in Sion. Secundo accipi potest hæc postulatio vt seria, & nō ironica, vt videlicet exegerint Babyloni serio ab ipsis, cātare carmina consueua laudis Dei ad eorum irriationem, vel ob nimiam superbiam ad suam ostentationem quemadmodū rex Balthasar, ex ingēti superbia & nimio cordis fastu, sacra vasa iam temulētus iungenteos, quasi dignū se iudicās qui iisdem vteretur vasis cū domino Deo Israel, in quibus ille olim acceperat ministrerū. Ita intelligi potest, Babylonios ob superbiam voluisse corā se decantari illa carmina, & suas aures iisdē oblectari, quibus solēt in terra Israel soli cātare domino. Tertio, potest accipi hæc postulatio, vt ex cōpassione prolata. Quanquā enim Babyloni, in ipsa ciuitatis destructione & inuasiōe crudelissime egissent: fieri tamen potuit, vt post vltionē consummatā, & iam omnia demolita, ad qualem cunq; māsuetudinem eorum animi flecterentur erga eos qui relicti erant superstitēs, quemadmodū ferē solent post omnia vastata & impetū expugnationis transactum, animi victorum erga reliquias deuictorū mollescere. Atq; ita fieri potuit, vt Babyloni illi, quibus erāt admixti filii Israel, videntes magnam tristitiā quam fletibus & querimoniis grauer protestabantur, misericordia commouerentur super illorum desolationem, ac proinde hortarentur illos ad sese consolandū patriis canticis, quibus populum Israel cognouerant plurimum affuefactum, videlicet potestatem illis concedentes (ad consolandum animi mcerorē) canendū cantica domini. Est autem primus horum modorum cōmuniō, & magnis verisimilis. ¶ Versu quinto, Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Terrā alienā intellige, non solum populo domini alienam & peregrinā siue incognitam, sed alienam etiā à Deo, vtpote in qua agnoscebatur, neq; celebrabatur Deus. ¶ Versu nono, Memor esto domine filiorum Edom, in die Hierusalem. Oratio est egyptica, id est, defectum patiens, cuiusmodi esse solent orationes imprecatoriæ: vt ipsa etiam loquendi forma, animi indignatio & rei indignitas, pro qua fit imprecatio, ostēdantur. Cōpletur autem versus, hoc modo, Memor esto domine filiorum Edom, secundū ea quæ fecerunt contra populum tuum in die Hierusalē, vel quanta aut qualia fecerunt aduersum nos in die Hierusalem, Diem autem Hierusalem, vocat tempus vastationis & desolationis ipsius quo modo loquendi etiā in vulgato sermone subinde vtimur, dicētes, Hodie dies mea est, cras forsitā tua volētes indicare, vt mihi hodie est afflictio, infirmitas, aut quodlibet malū, ita tibi cras forsitā enētura similia: quæ admodū de morte apud Sapientē breui verbo dicitur, Mihi heri, tibi hodie. Sic in Psalmo trigesimo sexto, de die impii dicitur, Dominus autē irridebit eū (impium) quoniam prospicit quod veniet dies eius, nempe impii, id est, dies quo pœnas dabit, & subibit aterna supplicia. Quo etiam modo videtur intelligendū, quod Hieremias dicit, Diem hominis non desiderauit, tu scis: hoc est, ego nemini malum optaui, aut malum quæsiui, sed in vera charitate omnibus bene volui. De Idumæis autem pœna quæ hic prædicatur, eandem latius atque apertius apud Prophetam Abdiam explicatur, cum ad Edom ita vaticinatur, Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, & peribit in aeternum. In die cum stares aduersus eum, quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Hierusalem mittebant sortem, tu quoque eras quasi

*Esdr. 8.*

*Danie. 5.*

*Eccle. 38.*

*Psal. 36.*

*Hier. 17.*

*Abdias.*

vnius ex eis. Ac post pauca, Sicut fecisti, fiet tibi: retributionem tuam conuertet in caput tuum. **E**  
**¶** Versu vndecimo, Filia Babylonis misera. Possumus accipere constructione transitivam, pro non transeunte, vt filia Babylonis dictu sit, pro filia Babylon. Sic enim solent ciuitates in scripturis appellari filia: quemadmodum alibi, Dicite filia Sion, Ecce rex tuus venit, &c. Possumus autem secundum constructionem transitivam proprie accipere filiam Babylonis, pro gente & populo qui est in ipsa. Est enim ciuitas, principium & quadam mater omnium qui in ea nati sunt: quomodo dicimus filios Hierusalem, filios Ecclesie, id est, natos in Hierusalem, renatos in Ecclesia, atque ita in ceteris. Cum autem in eodem versu subnectitur, Beatus qui retribuere tibi retributione qua retribuisti nobis, non idem valet, beatus, quod in principio libri Psalmorum, cum dicitur, Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum: aut in Psal. III. Beatus vir qui timet dominum, atque in aliis consimilibus locis. Non enim fit hic de tali beatitudine metio, neque talis beatitudo promittitur iis qui interfecituri erant Babylonios, eorumque pueros allisuri ad petram. Sonat ergo hic, beatus, laudabilis & pradicandus. Hunc enim sensum voluit, Populus ille qui tibi retribuere, &c. hac in re benefaciet, rem bonam & laude dignam (nimirum Diuina iustitie executionem) faciet, laudemque & commendationem ex ipso facto commerebitur. Et hoc quidem ita verum est, si rem ipsam, ipsumque factum in semetipso consideres. Bonum enim est & dignum laude iustitiam exequi, & Diuinae voluntatis peragere sententiam. **¶** Versu vltimo, Beatus, qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram. Vulgo hic legunt per pronomen tertiae personae, Beatus, qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram, quod etiam mystice exponunt, illum vere beatum pradicantes secundum Deum, qui cogitationes & affectiones prauas, antequam ad perfectum consensum perueniant, supprimit & allidit ad Christum, quem petram esse interpretatur sanctus Apostolus. Verum hac sententia, licet admodum arrideat, cum versiculus iste per se fuerit enarratus, vbi tamen ad praecedentia & cum toto decursu Psalmi confertur, vel modica est, vel nulla coherentia. Neque legendum est per tertiam personam, suos, sed per secundam, paruulos tuos. Dirigitur enim sermo ad ipsam Babylonem, quomodo & in versu praecedenti. Atque ita per secundae personae pronomen manifestissime fit sermo in Hebræo, Chaldaeo, & Graeco, item & antiquioribus atque correctioribus Latinis exemplaribus, tam Gallicani quam Romani Psalterii. Quod si quis mordicus velit tenere pronomen suos, accipiat impropre pro eorum, nempe Babyloniorum: & eandem habeat sententiam. Hanc autem poenam quam hic Babylonis imprecatur populus domini, latius pronuntiatam legimus per prophetam Elaiam, capite decimotertio, in haec verba, Omnis qui inuentus fuerit, occidetur: & omnis qui superuenerit, cadet in gladio. Infantes eorum allidentur in oculis eorum, diripiuntur domus eorum, & vxores eorum violabuntur. Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non querant, nec aurum velint, sed sagittis paruulos interficient, & lactentibus vteri non miserebuntur, & super filios non parceret oculus eorum.

CXXXVII. PSALMI ARGUMENTVM.

**C**onfitebor fidelis domino in conspectu angelorum sanctorum, super misericordia eius & veritate, & exaltatione nominis eius, atque etiam promptissima Dei benignitate, quae petentibus semper augmentat fortitudinem. Cui etiam uerbo quinto, optat ab omnibus regibus & regnis terrae confessionem & laudem propter magnitudinem gloriae eius: quae in hoc peculiariter est spectabilis, quod ipse excelsus, humiles tamen diligit, & excelsos corde superbos odit. Propter quod, corde humili in domino fidens, etiam inter medias tribulationes nihil metuit, securus in Dei protectione & custodia, qui opera manuum suarum non despicit.

CXXXVII. PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti omnia verba oris mei.
- 2 In conspectu angelorum psallam tibi: \* adorabo ad templum sanctum tuum, \* & confitebor nomini tuo.
- 3 Super misericordia tua & veritate tua: \* quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.
- 4 In quacunque die in-



**C**onfessione laudis celebrabo te domine ex pleno affectu cordis mei, mente pura & voluntate bona: quoniam secundum benignitatem tuam, misericorditer exaudisti omnia verba deprecationis meae, quibus oravi ante conspectum tuum. 2 In spiritu quoque mentis meae eleuatus ad te, tanquam in medio angelorum tuorum constitutus, psallam laudis tibi cantabo: \* adorabo ad thronum sublimis gloriae tuae, ad sanctam caelestem habitationem tuam, in qua ut in templo tuo sancto gloriosus inhabitas: \* atque illic spiritus mentis constitutus, quasi ante praesentiam maiestatis tuae, confessionem laudis cantabo tibi, tamen si carne adhuc positus in terris. 3 Quamquam autem infinita mihi sit confessionis materia, de duobus tamen potissimum confitebor tibi, nempe super misericordia atque veritate sine fidelitate tua, quas in omnibus operibus tuis coniunctas inuenio, & in iis quae erga humanum genus agis operibus praecipue lucere conspicio: \* quoniam super omne quod est in caelo & in terra, tu superextulisti magnificentiam sancti nominis tui: & tuam sanctam maiestatem demonstrasti super omnia gloriosam, atque praecellentem. 4 Tu vero, domine, secundum hanc misere-

**A** uocauero te, exaudi me  
 \* multiplicabis in anima mea uirtutem.  
 5 Confiteantur tibi domine omnes reges terrae:  
 \* quia audierunt omnia uerba oris tui.

**6** Et cantent in uitis domini: \* quoniam magna est gloria domini.  
**7** Quoniam excelsus dominus, & humilia respicit: \* & alta a longe cognoscit.  
**8** Si ambulauero in medio tribulationis: uisificabis me: \* & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam: \* & saluum me fecit dextera tua.  
**9** Dominus retribuet pro me: \* domine misericordia tua in seculum: \* opera manuum tuarum ne despicias.

ricordiam tuam atque ueritate, in quocunque tempore te corde fidei inuocauero, exaudies me: \* & angebis in spiritu meo fortitudinem & uirtute interna me confortabis, ita ut a te nunquam discessurus sum uacuis, sed aliquid semper spiritualis gratiae atque fortitudinis internae adicies mihi, quotiescunque ad te effudero orationem meam: ut sic de uirtute semper in uirtutem progrediar. 5 Et non solum digni est ut ego tibi homo pauper & modicus confitear, uerum etiam tanquam dignum & iustum opto, peto, & futurum spero, ut confiteatur tibi omnes reges orbis terrarum, cum regnis ac populis sibi subiectis, ita ut tibi famuletur totus orbis: \* quoniam iam in omnes fines orbis terrae annuntia sunt atque audita, ex Apostolica praedicatione, omnia uerba sancti Euangelii, praepcepta atque promissa omnia quaecunque per os tuum praepcisti aut docuisti: unde factum est, ut in omnibus partibus orbis terrae plurimi ex populis, multi etiam reges ac principes se submiserint confessioni Christianae fidei. 6 Et quamquam apud homines magni aestimatur dignitas regia, iustum tamen est, ut superiore agnoscens dominum in caelis, in canticis laudis & gratiarum actionis, etiam reges ipsi & principes terrarum, una cum subiectis sibi populis, in uitis praepceptorum tuorum ambulantes, confiteantur tibi: \* quod magna sit super omnem gloriam terrenam, gloria magnificentiae tuae. Iustum enim est, ut se humiliet huius mundi principes ante conspectum tuum, qui es rex regum & dominus dominantium. 7 Et in hoc quidem peculiariter ualde miranda est & magnificanda gloria tua, quod cum ipse excelsus sis, super omnes altissimus, & in omnibus praecellentissimus, semper tamen ad humiles respicis & attendis, ut eos exaltas: \* super perbos uero & eos qui se ipsos exaltant, tu despicias, contemnis, & tanquam elongatos a conspectu tuo pro nihilo reputas. 8 Et ego si humiliatus fuero, teque humiliter inuocauero, confido quod etiam si inter grauissimas ex omni parte tribulationes & tentationes uersatus fuero, tu me sis liberaturus, & in uita spiritus seruaturus, atque etiam corroboraturus: \* imò contra iram, inuidiam, & malitiam eorum qui me persecuti fuerint demonstrabis potentiam uirtutis tuae eorum uidelicet malitia tua potentia prohibendo & superando: \* & dextera omnipotentiae tuae saluabis me ab insania & furore inimicorum meorum. 9 Insuper tu domine retribuere etiam, & uindictam facies in illos pro me. Tua enim est ultio, & tu retribuere impiis iuxta malitiam suam. \* O domine, misericordia tua sempiterna est, quam ab initio cognouimus semper erga seruos tuos fidelem extitisse, neque dubitamus in finem usque in perpetuum permanfuram: \* propter quam misericordiam, te precor piissime Deus, ut nos qui sumus, opera atque figmenta manuum tuarum, quos formasti atque finxisti ad imaginem & similitudinem tuam, in potentia, sapientia, & bonitate tua nunquam abicias aut negligas: neque unquam nos in perditionem venire permittas, propter gloriam nominis tui, quod est benedictum in secula. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXXVII.

**V**ersu secundo, In conspectu angelorum psallam tibi. Hinc manifeste cognoscito, etiam spiritum habere pedes suos, quibus proficisci possit cum uoluerit, vel usque ad angelicorum agminum confortia, corporis pedibus interim super terram perstitibus. Nisi forte magis uelimus alas dare spiritui, quibus uolet, quam pedes dare humano spiritui, cum de se ita caneret, Sunt etenim pennae uolucres mihi, quae celsa conscendant poli: Quas sibi cum uelox mens induit, Terras perosas despicit: Aeris immensi superat globum, Nubesque post tergum uidet: Quoque motu agili calet aetheris, Transcendit ignis verticem, Donec i astriferas surgat domos, &c. His ergo siue pedibus, siue alis, confidit uir sanctus, & proponit in conspectum angelorum ascendere, an potius subuolare, illicque Deo psallere, & adorare ad templum sanctum eius. Sine his enim nunquam ad tantam posset celsitudinis sublimitatem conscendere. Tunc uero in conspectu angelorum Deo psallimus, quando mente & affectu Deo praesentes nos facimus, & quasi in circuitu throni eius nos ipsos constitimus. Vel dum in profundissima cordis humilitate, cum summa reuerentia coram Deo procidimus, ut in medio angelicorum agminum gloriosissime regnante, quando sic coram throno gloriae eius procidimus: attendentes quanta reuerentia illi ministrant milia milium, & assistant decies centena milia. Potest etiam illud, In conspectu angelorum, aliter exponi, ut significetur, quasi sub illorum patrocinio. Quomodo enim is qui pra humilitate nimia erubescit coram rege magno solus loqui, fideius loqui audebit, si assistant quos sperat causa sua habiturum se patronos: ita & nos meritis nimium exigui in conspectu angelorum psallere & orare debemus, ut per illos nostrae laudes Deo praesentatae fiant acceptae, & exaudiantur orationes.

**¶** Versu tertio, Magnificasti super omne nomen sanctū tuū. Ne putes omne nomen, esse orationem ē adiectiui & substantiui: sed diuini lege, & omne numeri singularis intellige positū per plurali, omnia, in hunc sensum, Magnificasti super omnia nomen sanctū tuū. Quā verò dulce est, quod in versu sequenti vir sanctus, quotiescunq; ad dominum clamat, nō solum exaudiri, verum etiā adiacere sibi virtutem, & multiplicari semper fortitudinē, confidenter pronunciat, de Dei bonitate & fide nihil hēsitans. Cui nō male cōsonat, quod alio in loco dicit, Beatus vir, cuius est auxiliū abs te, ascē siones in corde suo disposuit in valle lachrymarū, &c. Etenim benedictionē dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem. Illi enim quorum auxiliū a Deo est, & qui ascensionē in corde suo disponunt, ipsi sunt & qui clamando inuocant dominum: atque hi exaudiuntur a domino, & ex benedictione eius pergunt de fortitudine in fortitudinem, multiplicatūq; virtus in animabus eorum.

**¶** Versu sexto, Et cantent in viis domini, quoniā magna est gloria domini. Cantent quidē, sed non in viis domini, qui (iuxta Apostolum) ore quidē Deum laudant, aut Deum se nosse confitentur, sed factis negant, qui labiis Deum honorant, corde autē & moribus elongantur ab eo. In viis autē domini cantare monemur, vt Dei praecepta custodientes laudemus. Qui enim cātant & nō in viis domini, peccatores, horum (teste Sapiente) non est laus speciosa. Rectos verò (vt noster ait Psalmista) decet laudatio. In secunda autē parte dictio quoniā, accipi potest vt dicat causalitātē, in hunc sensum, Cātent fideles reges in viis domini, propterea quōd gloria domini magna est. Magnitudo nāque gloriā Dei, ratio est, quare laudandus sit, & nos illi in viis ipsius cantare debeamus. Vel accipi potest pro q̄, vt significetur quid debeat cātari, in hunc sensum. Fideles in viis domini hoc cātent, quōd magna sit gloria eius: id est, de hoc cū canticis laudēt, quōd sit magnus & gloriosus sup oēs.

Psal. 83.

Titim. 1.

Elai. 29.

Mat. 15.

Eccle. 17.

Psal. 32.

CXXXVIII. PSALMI ARGUMENTVM.

**I**n hoc psalmo multiplex ponitur consideratio Diuinae magnificentiā, ex qua consurgitur ad laudem Dei. Et primum quidem ipsius omniſcientia proponitur, quae se etiam vsque ad singulas humanas actiones, cogitationes, atque loquutiones, ad praeterita in super & futura extendit: ita ut futurorum etiam priusquam sint habeat praescientiam: propter quod, mirabilis est & supra imbecillum humani ingeni captum, Dei omniſcientia. Deinde versu sexto, ad Dei omniſcientiam (vt ita rei exprimende gratia loquamur) transit, ostendens per inductionem, nusquam locorum posse quēquam effugere praesentiam domini, qui est & in caelo & in terra, & in nouissimis maris. Versu autem decimo, soluitur erronea persuasio, qua se quidam putant tenebris a Dei conspectu atque praesentia occultari: & declaratur, quemadmodum Deus perinde die ac nocte, in luce & in tenebris, omnia habeat praesentia, & patenti suo conspectu: neque adiuuetur luce diei, neque impediatur tenebris, noctium: cuius adiungitur causa, quoniam omnibus ipse est praesentissimus semper & intimus, ita vt intima nostra possideat, habeatque in sua potestate, quos a matris utero formare cepit. Propter quod, ex mirabili operum contemplatione, in spiritu consurgit ad laudem & confessionem eius, cuius oculis etiam ossa nostra, quantum pelle & carne occultata, nuda tamen sunt & aperta: qui etiam substantiam corporis nostri cognoscebat adhuc in terrae visceribus dispersam, priusquam iu corporis compaginacionem uniretur: qui deinde corpus ipsum nostrum in matris utero vidit imperfectum, nondum membris omnibus absolutum, neque rationali anima adhuc formatum: in cuius praesentiae libro vniuersi scripti seruantur, etiam illi qui in post venturis diebus formandi sunt, nondum in rerum natura subsistentes, atque haec quidem, vsque ad versum decimum sextum. Ad hoc autem, consequenti ordine, relicta contemplatione operum creationis & mirabilium praedictorum, transit ad considerationem Diuinae bonitatis atque dignationis, quam erga electos suos demonstrat, quos honore maximo honorificauit, & principatu sempiterno dotauit: neque eos paucos, sed in multitudine innumerabili, multos valde, quos nemo dinumerare possit hominum: ad quorum societatem aspirans, se dicit exurgere & erigere spem atque conatum, & cum Deo intra illorum numerum velle semper permanere. Peccatores autem & viros sanguinum sciens esse sub odio illius, & ab illo esse mortis sententia interficiendos, etiam ipse se a se abigit vir iustus: propterea quod vanam sentiant esse spem electorum, caelestes mansiones (quas expectant fideles) conuenientias & vanas existimantes, promissis Dei credere recusantes. Atque hos, quatenus Deo sunt inimici, etiam ipse inimicos habet, & odio perfecto exorsos. Vltimis tandem duobus versibus se ad Deum post omnia conuertens, ipsum interrogat suae conscientiae testem & iudicem: bene confidens de cordis sui rectitudine, probari ipsum petit a Deo, atque ita in aeterna vite via eundem habere ductorem, ne vsquam forte aberret.

CXXXVIII. PSALMI ELVCIDATIO.

**I** Domine probasti me, & cognouisti me:

\* tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam.



**M**agna est & mirabilis, domine, latitudo scientiae tuae, qua omnia nosti, etiam particulares quasque actiones hominum. Ecce enim domine, tu me totum intus & in cute perscrutaris, inuestigas, atque perquiris, & quasi probatum diligenter atque peruestigatum optinae nouisti: \* siue sedeam, siue iurgam, siue stem, siue iaceam, & omnino quicquid egero, tu exacte nouisti singula: & nihil te potest latere eorum quae ago. \* Denique, siue sedeam in quiete contemplationis & meditationis legis tuae, siue exurgam a quiete contemplationis, ad negotia qualibet aut labores actionis, tu omnia attendis, & nosti vniuersa quaecumque ago, tu habes explorata.

**A** 2 Intellexisti cogitationes meas de longe: \* semitam meam & siniculum meum inuestigasti.

3 Et omnes vias meas prauidisti:

\* quia non est sermo in lingua meo.

4 Ecce domine, tu cognouisti omnia nouissima & antiqua:

\* tu formasti me:

\* & posuisti super me manum tuam.

5 Mirabilis facta est scientia tua ex me:

\* confortata est, & non potero ad eam.

6 Quod ibo a spiritu tuo? aut quod a facie tua fugiam?

7 Si ascendero in caelum, tu illic es:

\* Si descendero ad infernum ades.

8 Si sumpsero pennas

2 Neque verò solas actiones externas, verum etiam cogitationes quae mihi sunt intima: tu cognoscis a longe, hoc est, prius etiā quam intra me sint per tuam praescientiam: \* aut de longinquo, cū tu in caelo habitas, nos hic in terraversemur, neque obstat tibi spatium intermedii vel maxima distantia, vt confundantur qui te putant, quod circa cardines caeli perambules, nostra ob hoc nihil considerate: \* viam vitam meam, quam ambulo, & conuersationem meam, simul & siniculum vitae meae, id est, intentionem mearum omnium actionum, tu optime habes cognita. Tu enim nosti viam bonam, an malam ambule coram te: & singularum actionum intentionem tu iudicas. 3 Neque verò tunc vias meas & actiones scire incipis, cum me vides in eis ambulare, quasi ex mea actione tu hautias tuam scientiam, quemadmodum homines faciunt, qui per sensus exteriores cognitionem hauriunt eorum quae intellectu cognoscunt: sed ab eterno secundum eternam tuā praescientiam praenouisti omnes vias vitam meam, quas in hoc mundo eram perambulaturus: \* & omnino nullus est sermo in ore meo, quem tu nō noueris, etiam priusquam edatur per os meum, & donec sub lingua mea ad huc volutatur nondum expressus. \* Neque sermo vllus est in lingua mea, quo tibi aliquid valeā patefacere, quod non antē in cogitatione mentis meae aequē clarissime conspexisses: neque sermone vti debeo per linguam meam, ad tibi rem quamlibet insinuandam, sed sola tibi cogitatio sufficit, vt tibi sola cogitatio hominis loquitur. 4 Et quid multis est opus? Ecce enim in vniuersū omnia, & quae vltima sunt nouissimis ventura temporibus, & quae antiqua sunt, quae olim praecesserunt in prioribus generationibus, sicut praesentia aequē omnia nouisti. Tu enim scientia & praeterita, & praesentia, & futura, aequē cōplectitur, ratione eternitatis tuae, in qua praeteritum & futurum non sunt, sed totum praesens est: in qua tibi sunt praesentia, quae hominibus in tempore isto viuentibus, aut praeterita sunt, aut futura: neque verò tantū spectanda occurrit mirabilis latitudo cognitionis tuae, Verūctiā ineffabilis potentia virtutis. Tu enim creasti me, & secundum animam tuam imaginam me alsimilans, & secundum corpus de limo terrae me fingens: \* neque postquam creasti me, statim abstraxisti manum tuā a me, neque mox cessauit erga me operatio virtutis tuae, sed manum potentiae tuae, sicut adhibuisti mihi, cum me creares, ita eandem super me confirmasti: vt quem creasti, quandiu tibi fuerit placitum conferues. Non enim es tu domine vt corporales sunt artifices, qui postquam opus quodlibet per fecerint, conferuare ipsum opus non habent, manū abstrahunt, & permanet nihilominus opus quod effectum est. Omnia si quidem quae a te creata sunt, perpetua egent manutentione, & sustentatione tua: ita vt si semel manus tuae tentationem subtraxeris creaturis, vniuersae simul colabantur in nihilum. 5 Verē mirabilis facta est tua scientia atque sapientia a me, extra me, supra me, mihi inimum videtur mirabilis, extra captum meum est, supra intelligentiam meam, \* valde confortata est valde robusta, valde valida est, nimiumque exaltata, & non potero praua lere vt cōprehendam eam, nimis excelsa est, & eleuata longe supra vim ingenii mei, vt nequaquam spes sit mihi posse eā vt est comprehendere. Excedit enim miranda tua sapientia, quā in rerum tam creatione, quam sustentatione monstras, omnem humani ingenii facultatem: neque ad eius sublimitatē pertingere valet nostra casualitas. 6 Et quemadmodū in omni scientia tua atque omnipotentia, sic & in omni praesentia tua spectandus es atque mirabilis, quod videlicet in omnibus locis vnus ipse praesens adsis. Neque enim vllus est locus in caelo sursum, aut in terra deorsum, ad quem possit homo accedere, ad abscondendū se a te domine, qui spiritus es, & non caro: neque est quo possit homo confugere, ad occultandum se a conspectu praesentiae tuae, id quod per singula inducendū facile sit manifestum. 7 Si enim etiam vsque ad caeli altitudinē quis conscenderit, putans illic se a te occultare, errat grauius ille. Te enim illic maxime praesentem inueniet, quādoquidem caelum tibi sedes est, & mansio habitationis tuae, caelumque & terram adimplet: \* si verò in oppositam partē abscedens, etiam vsque ad profūda inferni descenderit, sperans vel ibi non ad futurum dominū, errat iterum. Tu enim illic ades secundum potentiam et seueritatem tuam iustitiae, quasi iudex & vltor in loco carceris, ad perpetuam impiorū, qui illic vinciti detinentur, vltionem. 8 Quod si illi possibile foret etiam

Iob. 22.

Ioan. 4.

Elai. 66. Hier. 33.



meas diluculo, & habitauero in extremis maris.

9 Etenim illuc manus tua deducet me:

Hier. 23. Heb. 4. Ioan. 1. \* & tenebit me dextera tua.

10 Et dixi, forsitan tenebrae conculcabunt me:

\* & non illuminatio mea in deliciis meis.

11 Quia tenebrae non obscurabuntur a te:

\* & nox sicut dies illuminabitur:  
\* sicut tenebrae eius, ita & lumen eius.

12 Quia tu possidisti renes meos:

\* suscepisti me de utero matris meae.

13 Confitebor tibi, quia terribiliter magnificentus es:

\* mirabilia opera tua, & anima mea cognosceat nimis.

14 Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto:

\* & substantia mea in inferioribus terrae.

15 Imperfectum meum viderunt oculi tui:

alas sibi assumere primo diluculo, & celerrimo volatu volare vastissima maria, ita ut perueniat usque ad longissime distantes partes maris. 9 Ne sic quidem euaserit ille praesentiam tuam. Si quidem illuc eum deducere debet manus tua omnipotens, neque sine tuo ducatu illuc pertingere poterit: & eris ei quasi dux per omnem viam, neque vnquam vnquam vel ad momentum aberis ab eo: \* & dextera omnipotentia tua inueniet illum, tenebit quasi apprehensum, aut tenebit ne cadat in profundum & pereat. Patet ergo, quod admodum nec in caelo sursum, nec in inferno deorsum, nec in ultimis maris, ac proinde nec in alio quolibet loco possit esse absconditus a praesentia vultus tui: quandoquidem caelum & terram tu implet, suntque omnia nuda & aperta oculis tuis. 10 Quod si quis dixerit, & reputauerit secum in corde suo, lux est Deus, & in luce videt omnia. Forsitan verò fieri potest, ut tenebrae occultent hominem, a cognitione & praesentia Dei, & quasi abscondat, conculcent, atque supprimant, ita ut non videat existens in tenebris per noctem, vel etiam per diem in locis obscuris: quod admodum homines etiam quae ante oculos sunt, non possunt videre, quando lumen abest. Forsitan ita & cum Deo res habet: \* Sed hoc omnino vanissimum est. Nam quantum ad oculos diuinae cognitionis, etiam nox me illuminat, & lumen super me praebet Deo, aequae atque dies, ad me contuendum: si me abscondero ad perfrundum deliciis meis, ad explendas conceptas voluptates & peccandum liberius. Solent enim homines suas concupiscentias explere cupientes, fugere lucem, & tenebras exquirere, perinde quasi ita tuos oculos possint effugere. Verum falluntur miseri, nescientes, quoniam aequae die & nocte illuminata sunt omnia tibi ad perspicendum. 11 Quia tenebrae quas homines reputant tenebras & obscuritates, apud te non sunt tenebrae, nec obscuritates reputantur a te, siue ante te, ita ut valeat quicquam omnino coram te obscurare, aut occultare quod non videas: \* nox quoque (quae maxime hominibus obscura videtur) ante te reputatur quasi illuminata, ita ut non minus per noctem cuncta videas, quam per diem: neque minus tibi pateant omnia in densissimis tenebris, quam in clarissima luce: \* sicut tenebrae ipsius noctis, sic lumen ipsius diei ante te: & sunt coram te lux diei & tenebrae noctis aequales, propterea quod sicut illa non indiges, ita his non impediris. Neque enim lux corporalis diei quicquam te adiuuat, ut videas etiam corporalia: neque tenebrae corporeae vllum tibi ne videas praestant impedimentum: ita fit, ut ante te lux & tenebrae sint aequales. 12 Neque verò mirum, si mihi tu vbique praesens adsis, & semper me atque mea omnia cognoscas, quandoquidem in intimis meis tu inhabitas, & intimus es mihi, ita ut etiam renes qui intra me sunt occultissimi & bene absconditi, possideas, eos in tua plenissima habes potestate: \* suscepisti quoque me faciendum & perficiendum ex utero matris meae, in quo me primum plasmare coepisti, omnibus membris necessariis componens: ut deinde post egressum ex materno utero, temporis processu, iniustam quantitatis & roboris perfectionem adduceres: \* suscepisti etiam me a matris utero, in tuam protectionem, curam atque custodiam. 13 Confessione laudis praedicaabo te, domine, pro eo quod mirabiliter valde magnificatus sis, mirabilissemque te demonstraueris in omnibus operibus tuis, potissimum autem in mirabili creatione signamenti nostri: \* verè miranda sunt atque stupenda opera tua, omnia quae facis: & ita sunt miranda, ut anima mea nunquam satis valeat illis cognoscendis intendere, nunquam ea sufficienter possit contemplari, & quantumuis contempletur spiritus meus, quantumuis consideret, non satiabitur praed admiratione. Neque enim inter omnes tuas creaturas est vel vna, quam dignè homo admirari, vel sufficienter & plenè (quantum ad potentiam, sapientiam atque bonitatem infinitam, quae in eis lucet ex tui participatione) possit contemplari. 14 Non sunt occultata a te ossa mea, quae tamè fecisti in occulto, pelle & carne vestita: neque per hanc operationem abscondi possunt a conspectu tuo: \* & substantia mea, siue materia de qua eram secundum corpus formadus, non erat occultata a te, cum adhuc esset in visceribus terrae: priusquam in materiam disponeretur corporis mei, aut priusquam in eam anima esset introducta. 15 In forme meae, meam informitatem, id est, me adhuc informem & imperfectum in matris utero viderunt oculi tui: priusquam formam ultimam & perfectionem corporis acciperem, cum adhuc rudis, & impolita massa essem in matris utero, sine forma

A \* & in libro tuo omnes scribentur:

\* dies formabuntur, & nemo in eis.

16 Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus:

B \* nimis confortatus est principatus eorum.

17 Dinumerabo eos & super arenam multiplicabuntur:

\* exurrexi, & adhuc sum tecum.

18 Si occideris Deus peccatores:

\* viri sanguinum declinate a me.

D 19 Quia dicitis in cogitatione:

\* accipiant in vanitate ciuitates suas.

20 Nonne qui oderunt

naturam humanam, priusquam forma vltima perficeretur ante rationalis animae infusionem: \* & omnes omnino quotquot creati sunt, vel creati sunt boni atque mali, in libro praesentiae tuae erunt scripti, & in mente tua quasi in libro seruabitur omnium memoria, illi etiam qui nondum perfecti sunt, adhuc informes, imò profus adhuc in nihilo delitescetes: \* adhuc tempora decurrunt, & formabuntur in eis multi, etiam adhuc generabuntur homines, & non est iam vnus, neque subsistit adhuc vnus ex illis omnibus, qui in diebus illis veteris generabuntur: & tamen iam scripti sunt vniuersi in libro praesentiae tuae, & non est vnus ex omnibus illis tibi incognitus, non minus quam si in diebus praeteritis iam praefuissent. 16 Et haec tenus quidem magnificentiam maiestatis tuae in teipso atque in tuis mirabilibus operibus considerari ut potui. Libet nunc ad tuam gloriam etiam illud attingere, qualem te erga tuos seruos exhibeas. Et mihi quidem haec considerare volenti, videntur tui electi quos tu amicos habes, & nominas, a te honore permaximo plurimum honorificati: pro quibus talia ac tam stupenda peregrina mirabilia, proprium filium tuum carne vestitum pro eorum salute tradendo in mortem, spiritum paraclitum illis mittendo, & vitae aeternae promissa magna & preciosa donando: quae sanè omnia propter electos facta, maxime erga illos dignationis sunt indicia: \* eorum quoque imperium & regnum quod disposuisti illis, valde confortatum, corroboratum, atque confirmatum est. Regnum enim quod disposuisti eis, sempiternum est: & regnabunt tecum amici tui in saecula saeculorum. Regnum quoque eorum valde confortatum est, dum ipsi ex paucissimis facti sunt plurimi, & in maximum excreuerunt numerum, adeo ut iam dilata se videatur principatus & dominiū amicorum Dei in omnes fines orbis terrarum. 17 Si enim velim eos dinumerare, & cepero numerum considerare electorum tuorum, inuenio esse innumerabiles, quod admodum sunt arenae in littore maris: nimirum ex omnibus gentibus, tribubus, linguis, populis & nationibus collectos, Apoc. 7. turbam magnam nimis, quam praes multitudine nemo dinumerare posset, tametsi tibi sit cognitus tuorum electorum numerus: \* & ego quoque cupiens & sperans in horum numerum computari, & ascribi catalogo amicorum tuorum spe concepta ex tanto electorum numero & multitudine tam innumerabili, simul & accenso desiderio ex tanto amicorum tuorum honore, a peccatis meis in quibus iacere ceperam exegi me, sicque exurrexi: & adhuc tecum permaneo, adhuc (ut confido, testimonium mihi perhibente conscientia) in conspectu tuo inter amicos tuos persisto, persistamque: tuae gratiae auxilio, dum viuam, & imperpetuum tecum eligo permanere, ita ut nulla me possit quantuis abundans malitia a te abstrahere. 18 Atque ita quidem honorificati sunt apud te sancti & electi tui. Caterum, quantum ad homines reprobos longe aliud considero, quos nos saluationis honor, sed potius mortis aeternae manet decretum. Et quidè si tu domine decreuisti, imò quia omnino decreuisti & firmiter statuisti illos damnationis gladio ferire, quia tu eos in morte aeterna daturus es praecipites: idcirco neque ego eos villo dignabor honore, quod admodum electos tuos, neque communicare cum eis volo, aut quicquam habere commercii: \* sed aduersum ipsos qui sunt viri sanguinum, homines iniusti, peccatis dediti, & effusionis innoxii sanguinis cupidi, exclamabo ut fugiant atque discedant a me in hoc tempore: quemadmodum tu illos in nouissimo die iubebis a te discedere: iubebo (in qua) 2. Cor. 6. declinare a me, exhiboque & separabo me de medio eorum, ne communem cum operibus eorum tenebrosos & infructuosos, ne particeps factus immunditiae, inuoluatur in peccatis ipsorum. 19 Occidet autem vos Deus, o peccatores impii, & ego vos iam abigo, quoniam falsis persuasionibus dicitis in cogitationibus cordis vestri, quasi ad irrisionem electorum Dei: \* nos mundo hoc & iis quae in eo sunt perfruamur pro libito. Istiti autem relinquimus ciuitates & mansiones caelestes, eas quas sibi imaginantur atque pollicentur. Accipiant illas, & regnent in eis, quas ipsi se coelesturos sperant. Accipiant eas (dicitis) in vanitate, quasi non vera, sed vana sit spes electorum Dei. Haec enim dicunt apud se impii homines carnales, cogitationes non rectè existimantes falsam & vanam esse expectationem iustorum: suas autem voluptates, quibus in saeculo perfruuntur, veras ac summas esse delicias: atque ita ob hanc falsam persuasionem, increduli & inobedientes, ab eo quidem interficientur, omnibus autem iniustis debent esse abominabiles. 20 Te ipsum interro-

Actu. 1. *te domine oderam? \* & sup inimicos tuos tabescebam?*

21 *Perfecto odio odera illos, inimici facti sunt mihi.*

22 *Proba me Deus, & scito cor meum: \* interroga me, & cognosce semitas meas.*

23 *Et vide si via iniquitatis in me est: \* & deduc me i via aeterna.*

go Deus, qui corda omnium nosti, tuipe iudex esto, an nō mihi facti sunt abominabiles, & summo odio detestabiles peccatores obstinati, qui te habēt odio, tibi increduli atq; rebelles mādati tuis: \* & an nō summa indignatione & ira aduersum inimicos nominis tui affectus fui, ita vt praē ira & indignatione veluti cofumerer, atq; tabescerem in memetiplo, ad eum modum quo solent graui qualibet indignatione af fecti deficere, deperire, ac veluti resoluti per indignationis feruorem? 21 Domine, tu vides, quemadmodum odio consummato & integro ex toto cordis affectu illos habuerim exosos, & quēadmodum eos vt maxime inimicos habuerim: non quidem eorum substantiam quam creasti, odiendo, sed malitiam, & obstinatam nequitiam, secundum quam inimici tui existunt. 22 Quae loquor, domine Deus, coram te, & secundum te, ex sinceritate, & in veritate cordis mei loquor, non aliud corde tenens, quam verbis exprimam: \* Tu inuestiga, & examina me, & considera intētionem cordis, vt scias cor meum: tu cognosce, & attende ad vias meas, quas ambulare studeo coram te, iuxta gratiā tuā, in corde recto & bona voluntate. 23; Et attende domine, num in me vlla iniquitas inhabitet, aut si via illa quam ambulo iniqua sit, si vlla actio siue operatio quam ago sit praua: \* & ab omni via iniqua elongatum, quāso, deducas in via aeternitatis, in via praēceptorum tuorum quae ad aeternitatem perducit. In hac enim via vitae aeternae te peto ducem habere & directorem, Deo piissime, vt à te Deo creatore & saluatore meo non aberrem in sempiternum. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXXVIII.

Versu. 1. Domine probasti me, & cognouisti me. Totum hunc psalmum, vt à Christo prolatum, conantur Latini commentatores exponere. Vnde in sancto die Paschae pro introitu ad missam vsus ecclesiasticus accipit illud quod est in huius psalmi versu decimo septimo, Exurrexi, vel (vt habet lectio psalterii Romani) resurrexi, & adhuc sum tecum: pro versu autem ad introitum accipit initium huius psalmi, Domine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam: videlicet intelligendo per sessionem, ipsam passionis humilitatem, aut in sepulchro quietem: resurrectionem autem, à morte & sepulchro. Cui interpretationi vt nō obstitim⁹, ita in Elucidatione nostra non accedimus, sed generali applicatione psalmi totum, Dei omni scientia, omni praesentia, atque omnipotentia applicamus, considerantes in eo mirabilem Dei erga vniuersa scientia, praesentiam, & prouidentiam. Iam enim supra diximus in Annotationibus psalmi cētesimidecimi quinti nō esse necessarium, si quando versiculo aliquo ecclesiastica consuetudo vtatur ad talem aut talem sensum, vt hoc cogamur ad eum sensum psalmum totū pertrahere. Illā enim dedimus libertatē ecclesiastico vsui, vt ex scripturis particulas accommodatas sibi possit assumere, suōque proposito applicare, etiam si principalis scripturae talis intētio illuc non tendat. Nos ergo diligentissime expenla tota psalmi consequentia, quae nobis videbantur magis cōsentanea, magisq; germanam intelligentiā tangentiā diximus, nemini praeducantes, qui aliter quomodo docung: (modo fideliter) enarrarit. Et haud scio, num in vniuerso libro psalmorum alius sit huic similis, qui tā in Hebraeo quam in Graeco, Latino, ita varia est intelligentia, cuiusq; partes tam variis modis possunt & transferri & exponi, quemadmodum partim in his praecipuis, partim in alteris posterioribus annexis patebit annotationibus. Quid autē nos per sessionem & resurrectionem intelligamus, gemina interpretatione aperuit Elucidatio, quarum prior est, Tu me cognouisti, siue sedentē in quiete, siue exurgentē ad opus: siue ociosus degam, siue operis aliquid agam, vbique & semper me conspicis: nimirū vbique & semper praesens. Posterior intelligentia, per sessionem intelligit contemplationem in quiete, quam praebet sessio, iuxta illud Hieremiae, Bonum est homini cum portauerit iugum tuum domine, ab adolescentia sua. Sedebit solitarius, & leuabit se supra se. Post resurrectionem verò à contemplatione quieta exitus ad laboriosam & distrahentē exteriorem actionem. Cui posteriori intelligentia cōsonat quod habet Paraphrasis Chaldaica, Coram te nota est sessio mea, ad studendum legi: & resurrectio mea, ad eundem in praerium. ¶ Versu secundo, Intellexisti cogitationes meas de longe. Longinquitas ista (vt in Elucidatione indicatur) accipi potest vel secundum temporis distantiam, quoniam multo ante quam cogitationes sint in homine, Deus eas cognoscit, atque ita ideo quasi à longe videt, dum id quod longe abest, quod adhuc in longinquo est, cognoscit. Vel secundum distantiam localem, quoniam excelsus dominus, & in altis habitans, ista quae hic infernē cogitamus non ignorat. In secunda autem parte, cum dicitur, Semitam meam & funiculum meum inuestigasti, nos per semitam intelligimus rationem viuendi atque cōuersandi: per funiculum autem, intentionem, eo quod sicut per funiculum siue perpendiculum solent aedificantes in rectitudine aedificium disponere, atque etiam in mensurandis terris per funiculum aequalitas & proportio sortium acquiritur: ita per intentionem tota vita hominis, vel in rectitudine, vel in curuitate disponitur, ipsūq; totum corpus omnium actionum & totius cōuersationis, ex ea accipit suam rectitudinem, si ipsa recta fuerit: quēadmodum apud Lucam pulchrē Saluator loquitur, dicens, Lucerna corporis tui est oculus tuus, si oculus tuus lucidus fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, &c. quem passum, non male sancti

Luc. 11. Matt. 6.

A doctores de intētionē bona omnia rectificante exponunt. Vnde breui, sed erudito verbo dixit quidā, intentio operi tuo nomen imponit. Ob hanc scilicet causam, nos funiculum sumus interpretati intentionem. Aliter verò hereditatem intelligimus, quemadmodum & alibi dicitur, Pars autem domi Deut. 32. ni populus eius, funiculus hereditatis eius. Et iterū, Funes ceciderunt mihi in praclaris, eo quod per Psal. 15. funiculos fiat diuisio. Secundū hunc ergo modū, ita intellige quod hic dicitur, Tu inuestigasti ambulationem meā per viam, cū foris essem in negotiis: & quietem meam, cum essem in funiculo meo, siue in hereditate & habitatione mea: hoc est, siue foris peregrinabar, & domo aberam peregre profect⁹ ad negotia, siue in habitatione sortis meae & hereditatis demorabar, vbique me considerabas, & mea omnia peruestigabas. Cui expositioni satis apte cōsentit quod ex Hebraeo pro funiculo Hieronym⁹ ac Felix vertunt, Accubitum vel accubationem, vt significetur quies in loco & forte hereditatis. Item & quod Chald. habet paraphra. Sed & quando ambulauero in via, aut quando accubauero ad studendum legi, &c. ¶ Versu. 3. Quia non est sermo in lingua mea. In Latina lectione videtur hac pars esse incompleta, quam in Elucidatione duabus rationibus compleuimus, nonnulla subaudientes. Posset tamen absq; subauditione aliqua perfecta haberi sententia, si finē istum tertii versus conueneremus principio versus quarti sequētis, in hunc modū, Non est sermo in lingua mea, & ecce domine tu cognouisti omnia nouissima & antiqua: hoc est, etiam si tibi nihil indicemus per linguā & os nostrū, attamen omnia tu habes cognita, & quae olim praecesserunt, & quae sūt in futuris temporibus. ¶ Versu quarto, Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam, in libris de consideratione rerum naturalium ostēdimus, inter efficientes causas, quasdam esse sui effectus causas tantum secundū fieri, siue quibus videlicet effectus non posset produci: attamē cum semel productus fuerit, nihil vltra indiget eadē causa ad sui permanentiam: neque opus habet causa quicquam agere ad illius producti effectus conseruationem: quemadmodum videlicet artifex statuam facit aut domum, operēq; absoluto manet domus, mortuo artifice qui fabricauit illam. Sic patre (qui est causa filii vt fiat) mortuo, nihilominus is quē genuit filius in robore permanet. Sunt proinde causae istae suorum effectuum tantum secundum fieri, non etiā secundum esse. Sunt verò causae aliae quae nō solum causa sunt vt res fiant, verum etiā vt sint: ita vt non solum non fieri possit effectus absq; causae efficiētiae, sed neque possit absque eius causalitate vllō modo subsistere, quo modo corpus lucidum causa est sui luminis, eo quod lumen à luce depēdeat: neque omnino posset vel ad momentū lumen subtrahā luce permanere: quēadmodum ex iplo momēto quo solare corpus auferretur vel lux eius, necessarium foret simul omne lumen quod est ab eo deficere. Hoc modo etiam caelestia corpora dicunt in omnibus his inferiorib⁹ habere causalitatē vel efficiētiam. Super omnia verò Deus optim⁹ maximus, super omnia benedict⁹, causa talis est, à qua omnes omnino effectus secundum suum esse dependēt, vt sicut absque eius efficiētia nihil potest fieri, ita nec permanere iam productum, neque vel ad momentum subsistere, nisi continuo sua infinita virtute ipse adestet, qui illud velut manuteneret. Atque hanc manutentionem, siue sustentationem indicat Elucidatio intelligendā, cum non contentus psalmista dixisset, Tu formasti me: adiecit quātocumq; Et posuisti super me manū tuā, ab eo videlicet momento quo me sustentare & manutenece cōepisti. Quēadmodum enim cum opus aliquod primum efficiamus, dicimur admoliri manum operi, vel manum applicare ad opus: ita per manus positionem super ipsum opus, recte accipimus ipsam sustentationem atq; conseruationem. Alii verò hac duo, formasti me, & posuisti manum super me, pro eodē accipiunt, vt ponere Deum super nos manum, sit idem quod formare, nempe manum ad nos opificiū applicare. Potest etiā in hac manus superpositione intelligi singularis protectio, cura atq; defensio qua nos Deus ab infantia mirabiliter curat, ptegit, & defendit, quasi iugiter super nos extēto brachio eius. Alii intelligūt de afflictione & correptione: Tu formasti me, & formatum multis miseris affixisti, aggrauasti vlticem & verberatricē manum tuam super me. In quem sensum, scripturae dicunt manum domini aggruari super eum, aduersus quē disciplina seuerior missa fuerit: quēadmodum in psalmo. 31. ex persona poenitentis dicitur, Aggrauata est super me manus tua, conuersus sum in arumna mea, &c. Sic interdum leuare manum dicitur Deus, quādo ad grauem vltionem se parat: vt psalmo. 105. Et leuauit manum suam super eos, vt prosterneret eos in deserto. Et alibi, Leua manus tuas in superbias eorum in finem. Atq; huic expositioni fauet, quod Psal. 73. Felix ait, hoc in loco ex Hebraeo verti posse, Posuisti super me plagam tuam. Et Chaldaica Paraph. Concitasti super me per uisionem manuum tuarum. ¶ Versu quinto, Mirabilis facta est scientia tua ex me. Particulam illam, ex me, nos accipimus in Elucidatione, loco à me, vel supra me, vel vltra me, vel extra me: cui non male consonat versio Hieronymi, Super me est scientia, & excelsior est, non potero ad eam. Potest tamen particula Ex, accipi proprie, vel loco De, in hunc sensum, Scientia tua ex me, de me, quam videlicet ostendis in me, vel erga me, vel circa me, est mirabilis, & ita excelsa, vt ego non possim eam comprehendere. Atque ita sanē res habet. Dei enim scientia, vel sapientia, vel illa solum quam circa hominem monstrat, & quae de homine est, tam est mirabilis, tam est excelsa, vt non possimus nos ipsi comprehendere, quomodo tam sapienter, tam mirabiliter, nos formare, & nobiscum agere possit. ¶ Versu decimo, Et dixi, forsitan tenebrae conculcabunt me. In psalmis hoc consuetum est, cum quippiā proponitur per modum obiectionis, praemittere particulam talem, & dixi. Quemadmodum in psalmo leptuagesimo secundo, Et dixi, ego sine causa iustificauit cor meum, & laui inter innocentes manus meas, &c. Et iterum in eodem psalmo, Et dixerunt (impii) si est Deus, Psal. 72. & si est scientia in excelsis. Rursum in alio psalmo, Et dicit homo, si vti que est fructus iusto? Sic e- Ibidem. nim per interrogationem cōuenienter hoc legi potest, vt suo loco declarauimus. Ita ergo & hoc in Psal. 57.



Loco quod sequitur post, & dixi, nempe. Forſitan tenebræ cõculcabunt me, per modum obiectionis, & ſiue dubitationis, dubiaque proſitionis conſiderandum offertur, & diſcutiendum atq; diſſolnendũ proponitur. Quod verò mox ſubſequitur, Et nox illuminatio mea, propoſiti eſt determinatio ſecundum partẽ negatiuam, oſtendẽs, nequaquam tenebras poſſe hominẽ conculcare, ſiue obtegere, ne à Deo conſpiciatur. In hunc enim ſenſum accipi debet Cõculcare, hoc in loco, pro Operire, ſiue Occultare, eo quòd ab oculis quodammodo ſubtrahitur quod in terra pedibus calcatur. Vnde Hieronymus clariùs vertit, Forſitan tenebræ operient me. Similiter Felix, Operient, vel obtenebrabunt. In eo autem quod ſequitur ad diſſolutionẽ propoſiti, Et nox illuminatio mea in deliciis meis, conjunctionem ET pro ETIAM accipe, vt hunc faciat ſenſum, Nequaquam fieri poteſt, vt tenebræ operiãt & abſcondãt me, imò etiam nox ipſa illuminatio mea eſt, vt tam in nocte, q̄ in die me Deus videat: hoc eſt, apud te nox quoq; lucida eſt: vel (vt Hieronymus vertit) Nox quoq; lux erit circa me, Quod autẽ in Græcis & Latinis codicibus habetur, In deliciis meis, non habetur in Hebræo. Habet autem duplicẽ intellectum. Priorem in Elucidatione expreſſimus. Alter eſt, Nox quoque erit illuminatio mea ad meum gaudium, ad meum cõmodum, ad meas delicias. Vir enim iuſtus adeò nõ cupit poſſe latere Deum, vt etiam in magnum gaudium hoc ſibi reputet, quòd ſemper & vbique, etiam in denſiſſimis tenebris, etiam in tenebroſiſſimis locis, pateat oculis Dei benigniſſimi curatoris & protectoris ſui. Eſt ergo etiam nox circa me lucida in deliciis meis, ad meas delicias, ad meum gaudium. Atq; hæc ſentẽtia poſſet vtrũque accipi ex Hebræo. Verti enim poteſt, Nox erit lux vel lucida, vel illuminata pro me. Quod ſimpliciter quidẽ intelligitur, pro me cognoscendo aut vidẽdo: id eſt, vt me Deus videat etiã in nocte. Veruntamen poteſt etiam aliter exponi pro me, in meum commodum, ad meum gaudium, quod eſt, in deliciis meis. ¶ Verſu. 11. Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumẽ eius. Partes prima & vltima, in noſtra lectione atque etiam in Græco, difficilem habent intelligentiam Eandem autem ſententiã ex Hebræo clariùs ita vertit Hieronymus, Nec tenebræ habẽt tenebras apud te, & nox quaſi dies lucet: ſimiles ſunt tenebræ & lux. In eandem quoque ſententiã, nec minus clare Felix, Etiam tenebræ non habent tenebras apud te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſimiles ſunt tenebræ luci. Ex quib; diſce in noſtra lectione quod dicitur, tenebras non obſcurari à Deo, idem eſſe, quòd tenebras apud Deum non reputari tenebras, vel non eſſe obſcuras. Nam hoc eſt quod Hieronymus dicit, tenebras non habere tenebras apud Deum. Diſce item, in vltima parte cum dicitur, Sicut tenebræ eius, ita & lumẽ eius, pronomina illa, eius & eius, non idẽ referre: ſed primum relatiuum noctem refert, ſecundũ diem: ad hũc ſenſum, Sicut tenebræ noctis, ſic lumẽ diei, intellige: & ecõtrario, ſicut lumẽ diei, ita tenebræ noctis. Quare clariùs ſic dici poſſet, Sicut tenebræ illius, ita & lumẽ huius: hoc eſt, diei lux & noctis tenebræ, æquales & ſimiles ſunt apud Deum, vt æquẽ in nocte tenebroſa videat omnia atque in clara die, dum neque diei corporale lumen quicquam Deo confert, vt videat, aut meliùs videat, exactiùsve rem pernoſcat: neq; noctis tenebræ impediunt, quominus videat, aut quominus exactẽ rem perſpiciat. Vt autem intelligas, quomodo Deus omnia tã in luce, q̄ in tenebris videat, & nihil illi poſſit eſſe occultũ, nec in denſiſſimis tenebris, quod hoc pſalmo frequenter inculcatur, ſinge tibi oculum aliquẽ, qui ex ſemetipſo lucẽ habet inſufficientẽ, in qua videat quicquid voluerit, qui item omniũ rerum ſpecies habeat ſibi congenitas, talis oculus neque lumine extrinſeco indigebit, vt rem quãlibet videat, eo quòd ipſe lucẽ habeat ſibi intrinſecã, in qua poſſit omnia contueri, neque vllis tenebris extrinſecis impediri poterit à rebus viſibilibus percipiendis, Atque à tali oculo nulla res poterit abſcõdi, cuius in ſe habeat congenitã ſimilitudinẽ, quin ſemper eam videat, & quaſi præſentem habeat atque intueatur. Ita diuinã mentẽ nos intelligimus, velut mentalem quandã & ſpiritualem oculũ: id eſt, intellectum purũ, qui in ſemetipſo lucẽ habeat intrinſecam, imò qui eſt ipſemet lux vera & incõprehẽſibilis, & tenebræ in eo non ſunt vllæ, in qua luce illuminãtur illi omnia, vt nihil apud illum poſſit latere quaſi occultatũ in tenebris: propter quod, tenebris extrinſecis nec adiunatur, nec impeditur. Iterũ, quia in ipſo ſunt omnia, & vt in radice, omnia quæ fuerunt, ſunt, erũt vel eſſe poſſunt, cõprehẽduntur: & quia in ſua eſſentia, vt in quodã ſpeculo & quadã ſimilitudine, ſiue imagine omnes creaturas cognoscit, fieri non poteſt, vt quicquã ei abſcõdatur, & occultetur, quòd non, quãtumuis intra intima terræ deſoſſum viſcera, præſenti oculo intueatur. Eandem hanc rem pulchrẽ & plene, quantum potuimus, à propoſito tractauimus in libris de conſideratione rerum naturaliũ, cap. 2. lib. 11. ¶ Verſu. 12. Suſcepisti me de vtero matris meæ. Magis obuius videtur hic ſenſus: Suſcepisti me defendendum & educãdum ex vtero matris meæ, id eſt, fuiſti mihi ſemper adiutor & auxiliator: quẽ ſenſum breuius in Elucidatione loco poſteriori tantũ indicauimus. Verũ ipſa originalis Hebræa lectio ſuadet aliter intelligendũ, Suſcepisti me formandum & fingendum de vtero matris meæ. hoc eſt, incepisti me facere & formare in vtero matris. Sic enim ex Hebræo vertit Hieronymus, Orſuſque es me in vtero matris meæ. Similiter Felix, Orditus es me in vtero matris meæ. Vulgò autẽ dicere ſolemus, cum artifex quiſpiã opus aliquod inceperit, quod multum tẽpus ad perfectionem requirat, ſuſcepisse illum hoc opus: & ſi hodie inceperit opus, dicitur illud ſuſcepisse hodie, videlicet ſuo tẽpore perficiendũ. Inſtum enim eſt, vt quod cõcepit artifex, perficiat. Ita intelligimus Deũ nos ſuſcepisse de materno vtero, quoniã iam tum formare nos cõcepit, neque ſubtrahet manum, donec opus perfecerit quod cõcepit in vtero. Neque enim diei vnus opus eſt homo, ſed opus eſt multi tẽporis. Pulchrẽ quoque huic expoſitioni conſonat quod in Chald. Patap. dicitur, Fundaſti mihi, vel fundamẽtum poſuiſti, ſiue ieciſti mihi, in ventre matris meæ. ¶ Verſu. 14. Non eſt occultatum os meum

Ioan. 1.  
Rom. 11.

H

A à te. Caue, os hinc accipias pro ore. Nam os quod genitiuum oſis format debes accipere: quod beat⁹ pater Auguſtinus quo facilius intelligeretur, dicebat oſſum meum, loco os meũ, melius dicens vt reprehẽdant Grammatici, quã non intelligant populi. Id tam ex Hebræo quam ex Græco eſt euidẽtiſſimum. Vnde ad diſcretionem, Hieronymus per numerum pluralem vertit, Non ſunt occultata à te oſſa mea. Oſſa autem ſignanter dicit non eſſe occultata Deo, vt ſignificet, etiam illa quæ intima ſunt, eſſe Deo aperta & nuda, poſteaquam oſſa & pelle & carne diligenter teſta, non ſunt illi abſcõdita. ¶ Verſu decimoquinto, Imperfectum meum viderunt oculi tui. Imperfectum meum dicitur, pro imperfectum me: quemadmodum frequenter dicimus Alſpice paupertatem meam, vide afflictionem meam, id eſt, vide me pauperẽ, me afflictũ, & cetera. Imperfectio autem iſta intelligitur, ſecundum formationem corporis, quod in principio admodum rude eſt & inabſolutũ in matris vtero, & temporis ſucceſſu paulatim perficitur. Vnde Hieronymus vertit, Informem adhuc me viderunt oculi tui, & Felix, Informem meum vel imperfectum meum, id eſt, corpus meum nondum formatum nec organatum, maceriam rudẽ & incultam atque indigeſtam. Illud autem quod ſequitur, Dies formabuntur, & nemo in eis, ſic intellige, Dies formabuntur, & decurrent adhuc tẽpora, & nemo in illis venturis diebus formabitur vel erit, qui non ſit ſcriptus in libro tuo. Vel ſic, Adhuc formabitur dies, & nemo illorum qui in diebus venturis naſcitur ſunt in illis adhuc eſt dieb;: quoniã, videlicet nondum ſunt dies illi, & ob hoc nondum ſunt illis qui tunc naſcitur ſunt ſubaudi: & oẽs illi tamẽ in libro tuo etiã deſcripti ſunt. Vel ſic Nemo in eis, id eſt, ex eis qui in diebus formandis ſunt naſcitur, eſt adhuc in rerum natura: vel nemo ex eis eſt quem non habeas ſcriptũ in libro tuo. In Græco autem ſic legitur, ἡμέρας πληθύνονται καὶ οἱ θῆες ἐν ἀνθρώποις, vbi dies in genitiuo caſu ponitur, vel in accuſatiuo plurali videturque ſic vertẽda hæc lectio, Per dies formabuntur, ſcilicet homines poſt naſciturũ, & nemo in eis, hoc eſt, Adhuc per ſingulos dies noui homines formãdi ſunt, & ex eis nemo eſt qui nõ ſcriptus continetur in libro tuo. Atque eundem ſenſum habeat noſtra lectio, ſi dies accipiatur vt accuſatiuus pluralis numeri, rect⁹ à ſubintellecta prepoſitione per hoc modo. Per dies formabũtur, & cetera. Alii nemo accipiũt improprie, vt valeat nullus vel nulla, quẽadmodũ in Græco ſonat ἄνθρωπος, id eſt, nec vnus, ſicque intelligunt. Dies formabuntur, & non eſt iam vnus ex illis venturis dieb; ſubaudi, & tamen iam omnes illi, ſimul & omnes qui in eis naſcentur, & quacunque in eis fiet, tuo iã libro ſunt inſcripta. Et ad hanc intelligentiã fatiſ accedit quod vertit Hieronymus, Dies formati ſũt, & non eſt vna in eis. ¶ Verſu decimoſexto, Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus, Mihi honorificati, intellige meo iudicio, ſecundum meam exiſtimationem, vt fit ſenſus. Mihi cõſiderati ſunt, & magni admodũ reputati, & magnificati à te. Vel ſic intellige, A me valde honorificati ſunt, & magni admodũ reputati, ego illos maximi feci, & in magno honore habui: quemadmodum de viro iuſto in alio pſalmo dicitur. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malign⁹, timẽtes autem dominũ glorificati. Eſt enim hoc pii hominis, quos deus amat magnificare, & qui Deum habent odio, vicifiſimque odiantur à Deo, habere contemptos. ¶ Verſu decimo ſeptimo, Dinuera bo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur, Id nos, partibus ambabus ſimul iunctis, ita in Elucidatione exponimus. Si dinumerare eos voluerõ, inuenio multos ſicut arenã. Alii diuiſim legunt, prius referentes ad initium Eccleſiæ nouæ, quãdo admodum pauci num ero erant fideles veri, poſterius ad profectum eiũdem quando iam mirum in modum creuit fidelium numerus, per vniverſum orbem illato euangelio. Atque ad hunc ſenſum, præſentem locum ita exponunt, Prius quidẽ illi amici tui admodum erãt pauci ita vt facillime poſſent dinumerari, ac nullo negotio cogi in certũ aliquẽ numerum, quemadmodum videlicet in actis Apoſtolicis, eos qui ſimul in Hieruſalem erãt cõgregati fideles. Eccleſiã nouã initium, legimus certo comprehenſos numero, atque ante ſpiritus ſancti miſſionem ferẽ etiam nominatim deſignatos. Verum poſtmodum ſpiritu ſancto demifſo de celo, & beatis Apoſtolis in oẽm terram exeuntibus, tanta facta eſt credẽtium multitudo, vt quaſi arena maris fierẽt innumerabiles, Pars illa autem qua ſequitur, Exurrexi, & adhuc ſum tecũ, multipliciter expoſitur. Quidam de Chriſto peculiariter intelligũt, Surrexi, õ pater, à mortuis ego filius tu⁹, & adhuc tecum ſum, permaneo viuus in ſæcula ſæculorum, nõquam vltra poſt mortem vna morte mea deũctam moriturus. Hac autem occasione dicunt reſurrectionis Chriſti fieri mentionem, quoniã mox ſermo præceſſerãt de multiplicatione fidelium, quæ tum primum facta eſt, cũ à mortuis ſurrexiſſet Chriſtus dominus ad patris gloriam. Ita enim deſinitum fuerãt, vt non prius in gentibus prædicaretur Euangelium, vnde illa innumerabilis arena confluxit in Eccleſiã, ſed tantum intra fines iudeæ (quemadmodum indicabat Chananeã mulierculẽ Saluator dicens, Nõ ſum miſſus niſi ad oues quę perierunt domus Iſrael: & cum diſcipulos vetuit non abire in viam gẽtium, neque in ciuitates Samaritanorum introire) donec exaltatus à terra, iuxta quod ipſe prædixerãt, omnia ad ſe attraheret, & donec ſemen cadens in terrã bene mortuum, fructum proferret plurimum. Verum quia in toto hoc Pſalmo ſingularem nuſquam fecimus Chriſti mentionem in Elucidatione neque hic voluimus Chriſti peculiariter meminifſe, vt eſſet Pſalmi connexio cõmodior, Exponit autẽ ſic Elucidatio, Exurrexi à peccatis, tantum videns tuorum amicorum honorem, tantam gloriam, & tantam multitudinẽ, videlicet allectus illorum gloria, confortatus illorum copioſo numero, vt ſpẽ haberẽ poſſe me fieri ſicut vnũ ex illis. Sic enim & ille prodigus filius perditionis, cum exurgere, & ad patrem vnde fugerat reuerti proponeret, apud ſeſe dicebat, Quanti mercennarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem fame hic pereõ: Surgã & ibo ad patrẽ meum, & dicam ei, Pater peccaui, & cetera, ſic me ſicut vnũ ex mercennariis tuis. Cum ait, Quãti mercennarii, vides ipſum multitudinis ſeruoſũ

Pſal. 14.

Actũ. 2.  
Actũ. 1.

Apoc. 1.  
Roma. 6.

Math. 15  
Matt. 10.  
Ioan. 12.  
Ibidem.

Luc. 15.



patris mentionem facere, Cum addit, abundant panibus, recordatur, quam illis bene sit, quā beatē, qui in patris domo versantur. Atque harum rerum duarū consideratione seipsum confirmat, & erigit animum, vt in sancta concepta fiducia dicat. Surgam et ibo. Nouissime verō cū ait, Fac me sicut vnum ex mercenariis tuis: quid hoc aliud est, quā, vt ego semper sim tecum? Equis tandem tam obstinati cordis fuerit, quis tam in vitiis profunde immersus, qui harum duarū rerū consideratione non exurgat per spem veniā, & sese erigat à sua prauitate, in qua iacuerat? Vbi nanque mentis consideratione perpenderis, quā multi sint in sancta Ecclesia adoptione filiorum Dei donati: si turbam illam magnā attendas, quā in sacra Apocalypsi dilectas domini discipulus se vidisse testatur, ex omnibus gentibus, tribubus, linguis, populis, & omni natione, stantes ante thronū in conspectu Dei & agni, & palmas habentes in manibus, quomodo non & tu vnus miser & pauperulus sperabis posse te in eadem societate loculum vel nouissimū obtinere, si in corde cōtrito & spiritu humiliato postulaueris? Rursum, si cōsideres, ad quantā dignitatē euecti sint illi amici Dei, in quā sublimi gloria & plenissima felicitate positi, quēadmodum in eadem Apocalypsi vigintiquatuor seniores, omnium (vt arbitror) fidelium nomine canunt, Redemisti nos domine Deus noster in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram: si præterea attendas quod aiunt sancti Apostoli domini, Ioannes & Paulus. Ille quidem Charissimi, nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus, quoniā cum apparuerit, similes ei erimus, quoniā videbimuseum sicuti est. Hic vero, Cū Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria. Sed quid discipulos nominam? Ipse magister Luce. 22. omnium ait, Vbi ego sum, illic erit & minister meus. Et iterum, Dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum, & edatis & bibatis super mensam meam, in regno patris mei. Iterum ad patrem, Et ego claritatem quam tu dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Hęc (inquam) omnia quæ ad honorem & gloriam pertinent amicorum Dei, quisquis attenda mēte considerauerit, quomodo fieri poterit, vt non accensus tantorū propositione bonorum, vt non tantis tamque amplissimis spebus prouocatus, erigat sese, atque exurgat è luto in quo iacuerat, vt non vltra velit peregrinari à patre tam benefico, sed amodo eum esse, & perpetuo cum eo permanere, vt cū Apostolo, siue absens, siue præsens corpore, semper contendat placere Deo? In hoc autem sensu, possit dictio, adhuc, accipi p semper, vt sit sententia, Exurrexi, & vsq; vel semper sum tecū: id est, perpetuo tecū eligo permanere, & nunquam à te separari, quantacūq; malitia occurrerit. Quidā sic intelligunt, Exurrexi summo mane, vt dinumerarem electos tuos, & adhuc sto coram te ad dinumerandū & considerandum, & nequaquam possum comprehendere tuorum amicorum numerū, tam sunt in superexcedenti numero. Atque ita nihil hic nisi nimia electorum multiplicatio inuinitur. Verū omnibus mature pensatis, & excusa diligenter psalmi consequentia, arbitror, inter cætera non pelsimum esse quod in Elucidatione exprimimus, & in hac iam annotatione latius declarauimus. Attamē in tā variis enarrationibus, nostrum non est, cuiquam quid teneat præscribere. ¶ Versu decimonono, Quia dicitis in cogitatione, accipiāt in vanitate ciuitates suas. Præter intelligentiā positā in Elucidatione, potest altera assignari. Vos impii dicitis in cogitatione vestra, q peccatores in vanitate sua, in peccatis suis viuētes, accipiēt ciuitates suas, id est, mansiones caelestes, dicitis & persuadetis vobis, eandem retributionē caelestium habitationum venturā illis qui viuunt in vanitatibus, atq; illis qui conuersantur & viuunt in veritate: atque ob hoc, dū non metuitis aeterna supplicia, nec dissimilem metuitis retributionem, agitis quæcūque vultis. Quidam putant legendū per pronomen secundæ personæ, pro suas, tuas, quomodo habent Græcæ atq; Hebraicæ lectiones. Siue autem legamus suas siue tuas, eadem facile accipietur sententia. In expositionibus autē prædictis, semper illud, Accipiāt & cætera. Verum poterunt hæc etiā ab inuicē diuidi & disungi secundum sententiam, si tantum subaudiatur accusatiuus mala, in hūc sensum, Ideo vos viri sanguinū declinate à me, quia dicitis mala in cogitationibus vestris: id est, cogitatis abomināda & non nominanda. Ac deinde, Ipsi hi impii, o domine, tuas ciuitates accipiēt inuani: id est ipsi sublimabuntur & præficiētur populis & exaltabuntur (vt non raro fieri solet) accipiētque populorum, ciuitatū, aut regionum regimen, sed inuani, id est frustra & ad nullam vtilitatē. Quomodo enim vtiliter præesse possent populis & ciuitatum regimini, qui ipsi pleni sunt impietatibus, & nihil nisi talia cogitāt: Quomodo aliis poterit vtiliter præesse, & p salute ac vera vtilitate alios regere, qui sibi ipsi nescit dominari, imò cui dominatur iniquitas & impietas? Et si quidem temporale administrant dominiū, tyranni sunt & oppressores bonorum. Si verò ad spirituale prouehuntur dignitatem, hoc sunt, quod asinus ad liram, imò fures sunt & latrones, qui plerumque non intrant per ostiū, sed ascendunt aliunde: & ad hoc ascendunt, vt furentur, maētent & perdant. Ergo ciuitates tuas, o Deus, inuani accipient: & suas ciuitates quas ipsi occupauerint, vel in quas sublimati fuerint, accipiēt in vanitate. i. absq; vtilitate. Nō enim prodesse querunt, sed tantū præesse. Hūc autem sensui melius conuenit futurum indicatiui, accipient, quā optatiui, accipiant. Hebraica autē lectio, hoc loco multum diuersa est quemadmodum suo loco fiet manifestum. ¶ Versu vigesimo primo, Perfecto odio oderam illos. Quidam subtiliter interpretantur, odiū perfectum esse quo sic mali odiuntur, vt tantum odiatur vitium, ametur autem persona. Non erit autem odium perfectū, si simul cum vitio odio habeatur & persona. Est enim hoc odium malū, & vere charitati contrarium. Hęc autem sententia licet pia sit, & eertam habeat veritatem, non videtur tamen hoc modo in præsentī loco accipi perfectū odiū, sed pro odio cōsumma-

Atto & odio vehementi aduersus impietatem. Sunt enim quidam, qui vt cūque odio habent malū, sed non quantum oportet, non sicut oportet: non est consummatum, non perfectum, non integrū odiū. Habeo (exēpli causa) filium quem videbo male agere: displicet quidem mihi malitia, & molestū est mihi malum quod agit filius: non adeo tamen malitiæ illius indignor, non tantū est odiū mali eius, vt illū velim arguere, & quomodo istū est corripere, profecto non est hoc perfectum odium, non est odium integrum siue consummatum. Atque hoc odio imperfecto multi homines vitia odiunt, in quibus tamen & ipsi permanēt, & alios quos possunt & deberent eripere, permanere dimittunt. Perfectum autē odiū mali est, quo sic homo auersatur malitiam & execratur, vt eam pro sua virili à se quā longissime propellat, & in aliis destruere conetur, vt pro sua facultate, verbo, exēplo, autoritate, potestate auferat malū de medio populi sui, ac primū omnium à seipso, & obsistat malo vbi- cūque potuerit, quēadmodum in alio psalmo propheta & rex noster ait, Non proponebam ante oculos meos re inuisitā, facientes præuaricationes odiui. Non adhæsi mihi cor prauum, declinantē à me malignū non congnocebam. Detrahemus secretū proximo suo, hunc persequerbar. Sēperbo oculo & in fatiabili corde, cū hoc non edebam. Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam, qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorū. In matutino interficiēbā omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatē. Hoc videlicet est perfectum iniquitatis odium, quod omniū maxime in principe debet relucere, & in omni eo qui præpositus est populo domini.

Pla. 100.

CXXXIX. PSALMI ARGUMENTVM.

In psalmo isto. 239. vir iustus à Deo poscit salutē & auxilium contra malitiam & insidias multiplices, paratōsq; laqueos aduersantium: post quæ vsque ad versum septimum enarrata, in dominum suum iactat fiduciā quam & aliis nonnunquam expertus est propugnatorē, simul postulans, neque futuro vnquam tempore tradi in manus inimicorum. Post hæc autē à versu decimo ad finem vsque, impiorum poenam describit atque vindictam Dei, quam pro suis pauperibus aduersus impios est demonstraturus, quando iustos recipiet in habitationē suam, ante conspectum vultus sui, in confessione sempiterna.

CXXXIX. PSALMI ELUCIDATIO.

1. Eripe me domine ab homine malo, à viro ini quo eripe.



Domine Deus spes mea vnica atque refugium tutissimum, in omnibus aduersitatibus meis te precor vt me eripias ab hominibus peruersis, qui mala mihi meditantur, vtque me illasum tu custodias ab iniquis & impiis tam demonibus quā malis hominibus, ita vt non patiaris aliquando illos mihi præualere. 2

2. Qui cogitauerunt iniquitates in corde: \* tota die constituēbāt prælia.

Ipsi enim aduersus seruos tuos mala cogitant animo, & corde versant semper, quomodo seruis tuis valeāt inferre mala: \* iugiter quasi tota die meditantur atq; parant pugnā aduersus seruos tuos, perpetuo eos circumeuntes, oppugnantes, debellātes, vt vel tandem aliquando deuorent, expugnent, siue denunciant. 3

3. Acuerūt linguas suas sicut serpentes: \* venenum aspidū sub labiis eorum.

Linguas suas acutas reddunt, & subtilibus verbis adornant ad fraudem, deceptionem atque oppressionem bonorum, vt noceant sicut serpentes iniecto veneno: \* pestiferos sermones, ad modū veneni efficacissimi maxime noxios sub labiis suis gestant, & in ore paratos habent, vt opportuno tempore virus illud suum effundant, idque siue per dogmata praua mendacii, siue persuasiones malas veritatis atque peccati. Duplex enim hoc est virus, quod impii demones eorumque ministri bonis semper ad nocendum querunt infundere. 4

4. Custodi me domine de manu peccatoris: \* ab hominibus iniquis eripe me.

Custodi me, domine, & per protectionis tuæ gratiam me serua, ne veniam in manibus impiorum in potestatem, ditionem atque subiectionem inimicorum animæ meæ: \* vt mihi non præualeant homines impii, neque etiam demones, tuā supplex imploro liberationem atque custodiam. 5

5. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: \* absconderunt superbi laqueum mihi.

Valde enim magna & multum pertimescenda est istorum peruersitas. Cogitauerunt nāque & firmo proposito decreuerunt, quantum quidem in ipsis foret, conari ad infringendum gressum meum quo ambulo in via tua, mēque, in lege tua gradientem in terram prostertere: quemadmodū solent per insidias nonnunquam homines inter ambulandum prostertere, sicque pedibus calcari: \* atque hoc vt perficerent impii, per occultas tentationum suarum versutias, insidias posuerunt mihi, & quasi laqueum absconderunt, quo me sperabant in captiuitatem sibi attrahere. 6

6. Et funes extenderunt in laqueum:

Et quemadmodum solent nonnunquam homines in obscuris tenebris funem extendere, de parte vna in alteram quasi pro laqueo, vt in fune hærens viator cadat, qui transire existimabat: ita

\* iuxta iter scandalum posuerunt mihi.

7 Dixi domino, Deus meus es tu:

\* exaudi domine vocē deprecationis meae.

Philip. 4. 8 Domine domine vir tus salutis meae:

\* obumbrasti super caput meum in die belli.

9 Non tradas me domine à desiderio meo peccatori:

\* cogitauerunt cōtra me ne derelinquas me:

\* ne forte exalcentur.

10 Caput circuitus eorum, labor laborum ipsorum operiet eos.

Mat. 25. 11 Cadens super eos carbonis: \* in ignem deiciet eos: \* in miseris nō subsistent.

Apoc. 9. 12 Vir linguosus nō dirigitur in terra:

\* virum iniustum mala capient in interitum.

13 Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis: \* & vindictā pauperum.

14 Veruntamen iusti-

mihī occultas insidias studiofissime tetenderunt: \* posuerunt mihī e offendicula iuxta viam praeceptorum tuorum, quam ambulabam, ita vt si paululum declinauero, vel ad dexteram, vel ad sinistram, mox in terram prosternear à rectitudine & statu bono animi, in profunditatem vitiorum casurus. Nonnunquam etiam nobis iuxta iter rectum scandala ponunt, dū mala quasi bona sub aliquavirtutis specie suadent atque proponunt. Atque iterum, dum ex vere bonis actionibus, occasionem sibi fumere conantur, nos in lapsum praecipitandi, vt pote cum ex operibus iustitiā nos quaerunt ad vanā gloriā impellere. 7 Ego autem attendens istorū tantam malitiā, tamque callidas insidias, mihī ipsi plane diffidens, ad te o domine recurrebam, dicebāque tibi in oratione mea: Ecce Deus meus es tu, creator meus & saluator meus: \* exaudi orationem serui tui, tantam malitiā & tales insidias non iniuria metuentis, teque pro liberatione sollicitè deprecātis. 8 Tu vero, o domine, domine (inquā) qui es fortitudo & robur omne saluationis meae, per quem, & in quo possum omnia, & sine quo valeo nihil: \* tu (inquā) aduocatus & inuocatus non defuisti seruo tuo, sed ad protectionem aduenisti mihi in tempore pugnae: cū me oppugnarent hostes mei, tu mihi fuisti quasi galea, caput operiens, & quasi vmbra culū atque clypeus super caput meum, ita vt tua protectione munitus, hostiū impugnationes saluus euaserim, & ab eorum ignitis iaculis illaesus: quem absque tua protectione, facillimo negotio confodissent vsque ad mortem. Obumbrasti etiam, ac veluti in vmbra luminis apparuisti super caput meum, quasi propugnator, pro me debellaturus atque fugaturus aduersarios meos. 9 Hoc ipsum autem protectionis atque propugnacionis tuae beneficiū, vt in praeteritis sensi periculis, ita in posterum oro mihi semper adesse. Neque patiaris vnquā tradi me, aut quomodocunque venire ipsis peccatoribus in subiectionē & potestatem praeter & contra desiderium meū ac voluntatem bonā, qua semper cupio tibi adherere, & ab illis prorsus esse alienissimus: \* consilia fecerunt & firmo cordis proposito statuerunt mihi nocere: atque ab hoc precor, vt nunquam me derelinquat protectio gratia tua, ne te absente ego (qui sine te nihil possum) deuincar & ipsi gloriētur, exultent, & extollātur de casu meo, quasi victores capta praeda, & sicut auceps in laqueum tractis auibus. 10 Neque verò sine vltione euadent aduersarii iustorum. Nā caput ac summa circuitus eorū, nempe labor laborum ipsorū, operiet eos confusione in die nouissimo. Siquidē deceptorii eorum sermones quos ad decipiendum bonos, elaboratos reddiderunt, & modis omnibus quibus poterant vt effica ces essent ad male suadendum adornaerunt, erunt impiis causa damnationis & confusionis in die nouissimo. Atque hi elaborati cōptiq; ac molliti sermones, caput sunt, summa atque praecipuum, quo impii bonos circumeunt atq; circumdant, vt per eos decipiāt, & in peccatū trahant. 11 Super eos proferetur à iusto iudice sentētia gehēnae & ignis aeterni, & quēadmodū cū de super cadunt carbonēs igniti, sic inflammabūtur & ardebūt succēsi igne gehēnae quasi caminus ignis flagrantis: \* proiciet eos à facie tua, à cōspectu praesentis tuae eos in bebis discedere in ignē aeternū, qui paratus est diabolo & angelis eius: \* perfectā infelicitatem sentient & omnimodā miserā, quā eis erit intolerabilis, in qua praerbitate poenarū perdurare non poterunt, & quā nisi summa miseria portare non valebunt: ferent tamē diuina cogente sententiā, velint nolint, ita vt querant mortē & nō inueniāt, dicantque mōti bus, cadite super nos, & collib⁹ operite nos, & nō obtinebūt. 12 Homines qui linguis suis malevntur ad proximorū deceptionē, & seducti onē simpliciū, ad loquēda mēdaciā, ad seminādos errores, ad peierandum, ad tractāda de proximis mala, atq; ita in aliis quā per linguā cōmitti possunt malis, huiusmodi nō erūt firmi, stabiles, recti, aut solidati non prosperabūtur, neq; hic in terra inter iustos, neq; in terra viuentiū in numero beatorū: \* homines iniustos mala apprehendent in tempore mortis cū interierint, mala poenae sentiet aeternae in interitu sempiterno. 13 Fide teno indubitātū, & firmissime credo, qd facturus sit dominus iudiciū pro pauperib⁹ aduersus opprīmetes eos: \* vindictam atq; vltionē retribuet illis, qui nūc premūt inopes, tametsi in hoc tempore dissimulet Deus, & illi videātur euadere impuniti. 14 At verò iusti & pii serui tui collaudabūt nomē tuū, cū viderint tuā erga se miserā

A confitebuntur nomini tuo: \* & habitabunt recti cum vultu tuo:

cordiam, & contra aduersarios iustitiam: laudabuntq; te vltorem & vindicem suum in saecula saeculorū: \* & qui recto sunt corde, bona & pura voluntate, nulli vitiorum curuitati aut tortuositati subiecti, ipsi tecum habitabunt, eruntq; tecū in mensa tua; sicut filii coram patre suo per omnia saecula. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXXXIX.

Versu primo, Eripe me domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me. Attende, qd nonnūquā in psalmis etiam dāmon sub hominis aut viri nomine accipitur, potissimum cum in malū sit sermo. Vnde potest hic psalmus contra dāmones dirigi, & (vt videtur) conuenientius quā contra homines malos tantū, tametsi in principio statim de homine dicat malo & viro iniquo. Est enim conuenientia diabolo cum homine in eo quod est praecipuū hominis, nēpe in parte rationali & spiritu, tametsi corpus non circumferat. Similitudo quoque est in torpiditate peccati & cōsensu prauitatis: estque dāmon caput impiorū hominum, & ipsi membra eius. ¶ Versu sexto, iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Iuxta iter dicitur scandalū poni. Nō enim in via recta praeceptorū Dei scandalum esse potest, quoniā pax multa est diligentibus legem ipsius, & non est illis scandalum. Tametsi enim ex operibus omnino bonis nonnunquā exoriri contingat, quasi per occasionem, alterius generis vllū vitium (quemadmodum ex operibus praclaris occasionem contingit prestari vanā gloriae) nunquā tamen in via recta scandalum esse potest, sed iuxta viā sunt scandala posita: quia donec in via iustitiā quis permanet, offendere non potest. Si verò vel paululū cōeperit deflectere, timendū est lapsus periculū. ¶ Versu 10. Caput circuitus eorū, labor &c. Huius versus multiplex dari potest & intelligentia & partium ordinatio. Secundum autem modum qui in Elucidatione indicatur, accipiantur illi duo nominatiui, caput & labor, vt appositorie sibi inuicē coniuncti, ad hunc modū, Caput circuitus eorum, qui est labor laborū ipsorum, operiet eos. Hāc enim constructio, & facilis est, & rectam faciliēque habet intelligentiā. Constructio quidem ex Graeco sermone accipitur, vbi caput in nominatiuo casu, & circuitus in genitiuo ponitur, ad hunc modum κεφαλή τῶν κινημάτων, & cetera: hoc est, Caput circuitus vel circuituū ipsorū. Sentētia autē apta est, accipiēdo caput pro summa vel praecipuo, talis: Summa & ipsum praecipuū circuituū ipsorū, id est quo impii circueunt bonos, nempe labor laborum ipsorum operiet eos, & in cōfessionem mittet praecipites. Nō enim aliud possunt dāmones neque ministri eorū, nisi sermonibus atque suggestionibus mala suadere, & artificiosis suis suasionibus, atque miro modo elaboratis mala proponere: & hoc ipsum caput est atque praecipuū, quo circumdare, tentare, vexare possunt bonos. Non possunt autē sic bonos circuire, vt vlla violentia eorum corda ac voluntatē in peccata queant pertrahere. Vnde fit, vt cū per arbitriū sui libertatē, iusti gratia Dei confortati, illorū elaboratos & mollificatos sermones reiecerint, in veritate solidati, confusio illos operiet & ignominia. ¶ Versu 11. Dānati in miseris non subsistent. Non ita hoc accipitur, quasi secundum suam substantiam impii perituri sint, & imperpetuū substantialiter vidēri (vident enim semper, & semper mortē ferent, iuxta id quod in alio Psalmo de impio dicitur, Et laborabit in aeternū, & viuēt adhuc in finem) sed iuxta communem loquendi modum accipi debet, vt significetur importabilitas tantum & infinita magnitudo miseriae eorum. Sic enim etiā vulgo dicere solent homines, se nō posse perdurare, vel subsistere in iis quae nimīū eis vidētur dura, & ad tolerandū grauiā, quaeque sine vehementissimo dolore & magno incōmodo ferre nō possunt: & non raro dicunt ferre se aliqua, aut in eis perdurare, aut subsistere nō posse, quā velint nolint ferre coguntur: quo loquendi modo vtitur sanctus Petrus, cū angelos malos dicit non portare aduersum se execrabile iudicium.

CXL. PSALMI ARGUMENTVM.

Lamat in hoc Psalmo pro suis membris Ecclesia militans, congregatio iustorum, orationem suam gratam fieri & exauditionem exoptans: specialiter vero contra linguae lapsum, & potissimum contra excusatorios sermones, ad peccatorum defensionem, quibus vti solent peccatores in suis malitiis perseuerare volentes, à quibus alienos esse oportet qui sunt de congregatione sanctorum & Ecclesia dei. Hos enim decet ad correptionem suscipiendum esse paratos, si quando in vllare peccauerint, & excusationes non praetendere: peccatorū autem adulationes detestari, ne per eas in malitiis foueantur, cōtra quas oratione iugiter debent fideles militare. Atque hoc quidem vsque ad medium versus septimi. Post hoc vero iudicium, quod à Christo factum est contra principes errorum, malignas videlicet potestates, tyrannos, mundi sapientes & haeresarchas describitur: quibus iudicio Dei absorptis, auditus praebetur verbis veracium atque fidelium, quae sancti apostoli predicauerunt, & quo tidie praedicant in ecclesia sancta ministri fideles: ex qua verborum veritatis praedicatione, tametsi persequutio immaniſſima exorta fuerit in primitiua Ecclesia, sitque etiam post exoritura, ita vsque ad ossa dissipentur confesores veritatis: quia tamen semper in domino Deo spes eorum erit ab omnibus malis, quod ad animam attinet, saluos euadent electi Dei. Quod ipsum versus penultimo iterum sollicita deprecatur Ecclesia, ne in laqueos mortis cadant eius filii, & vt Dei protectione custodiantur à scandalis peruersorum, quos dicit in rete diaboli concludēdos, electis singulari Dei custodia, & electione ab illorum impietate seruatis, donec de saeculi huius malitia in vris illius membris. Videntur tamen octauus & nonus versus ipsi magis fidelium cōgregationi, quā vni cuiilibet illius cōgregationis particulae competere.

Psal. 118.

Psal. 48.

2. Petr. 2.



Domine Deus meus, ecce in oratione ego clamorē & desiderium bonū cordis mei leuavi ad te, tibi aperui, tibi obtuli orationem meā, tu me clamantem benignus exaudi. \* ne auertaris, sed attēdas ad vocem orationis meae, cum ad te orauero, vt impleas pręstēsque misericorditer quid postulo. 2 Non inueniat obstaculum aliquod oratio mea in ascensu suo, quemadmodum oratio impiorum, quā iniquitatis nubes deorsum pellit, nec sursum finit scandere: sed dirigatur via recta vsque ante conspectū tuū, pertingatq; ad sacrariū exauditionis tuę grata tibi & accepta, ad eum modū quod thus aut aliud quodlibet suffrimentum igni impositū solet fumum sursum recta mittere absque obstaculo, simul cum bona fragrantia, & odore grato in naribus olfacientū: \* cū in oratione manus meas ad te leuauero, sit tibi deuotio cordis mei oblatio grata & accepta, quemadmodum sacrificiū vespertinum, quod ex legis statuto offerebatur per singulos dies, ad honorē nominis tui in signum eius hostiæ quæ in plenitudine temporis pro omnium salute erat immolanda. 3 Et quoniam facillime in lingua video labi homines, & raros admodum esse qui in lingua non offendant: idcirco peculiariter hoc abste postulo, vt os meum tua custodia ita obserues, ne quid per os meum loquar, siue mendaciū, siue vanū, siue ociosum, quod non deceat: \* sicq; labiis meis ostiū ponas quod ipsa circumstet & custodiat per circuitū, vt nihil per ipsa possit egredi, quod pręstitisset non egressū fuisse, hoc est, dona mihi gratiā tuā ad obseruandū, refrenandū atq; edomandū linguā, vt ea nō peccet. 4 Non finas cor meū se se dare ad ferēdos sermones malos, siue ad veritatis blasphemias, siue ad proximorū seductionē aut deceptionē: \* potissimū autem patiaris inclinari, aut eoulsq; moueri cor meū, vt excusationes quarat in peccatis cōmissis, quib; ea defendere siue excusare labore: sed magis cor pœnitens & spiritum contritū da mihi, ad consistendū tibi iniustitiā meam, pro peccati remissione consequenda. 5 Non loquar (inquam) ego verba malitiæ, neque excusationes quaram in peccatis, iuxta quod faciunt homines illi qui ex affectu prauo & voluntate peruersa sunt operarii iniquitatis. \* & nō communicem, non fiam particeps eorum quæ ipsi electa reputant, & in quibus ipsi suas constituunt delicias. Nō enim peto huius sæculi voluptatibus & deliciis frui quibus fruuntur ipsi: in quarum rerū perfruitione (vt pote in conuiujs & compotationibus) solet multipliciter labi hominis lingua: sed malo in silētio vti iis etiā quæ illi vilissima reputant, vt pote panis bucella tantū, aut esca qualibet mediocri. 6 Si quando me contigerit per fragilitatem & infirmitatem in vilo deficere, paratus sum correptionem (vel tuā, domine, vel hominis iusti timētis te) suscipere, & misericorditer atq; humiliter, salubriterque monentē, vel etiā acriter obiurgantem patienter audire: sciens, quoniā correptio hæc tametsi seueritatē prædat est tamen misericordiæ & benignitatis, ad emendationē peccati mei: \* adulatorum autē blanditię, quibus demulcent peccatiū corda, eosque in malis fouēt atq; enutriunt, non oblectent animū meum, neque foueant me in peccatis meis. Melius enim est, lixiuio corripientis caput abluī & mundari, quā oleo adulantū, vt fiat immundius obliniri atq; impinguari. 7 Neq; mirū, si ab illorum malitiis cupio mundus inueniri: quando quidē adhuc futurum est, vt oratio mea dirigatur contra illorū malitias in quibus cōplacent sibi & oblectantur, contra hæc orationē fūdere non cessabo, donec viuā: primū quidē, vt ab illis semper ego mūdus seruer & incōtaminatus. Deinde, vt ii etiam qui in illis adhuc agunt aliquādo aduertāt ab eiusmodi, relictisq; vitijs & cōcupiscētijs, discant odio iā habere, quæ antē habuerāt beneplacita, & in quibus antē fuerāt oblectati. 8 Principes malorū, qui velut capita erant & duces inter eos errorū atq; vitiorum, vias alijs demonstrantes & in illis homines dirigētes, hi petre Christo applicati, perierūt, absorpti sunt atq; vorati à facie præsentis eius, postquā aduenisset in mundum ad faciendū iudiciū eius. Nā & demones, qui erāt velut mūdi rectores, firmissima illi petre Christo iuncti, deuicti sūt, iudicati forasq; missi in abyssum. Iudices etiā & principes terræ, item & mundi sapientes qui populo duces erant (illi quidem per vim, isti per apparentē sapientiam) omnis erroris, Christo iuncti, ad Christum comparati, absorpti

1 Domine clamaui ad te, exaudi me: \* intende voci meae, cum clamauero ad te.

2 Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: \* eleuatio manuum mearum sacrificium vesperatinum.

3 Pone domine e custodi am ori meo:

\* Ostium circumstantia labiis meis.

4 Non declines cor meum in verba malitiæ:

\* ad excusandas excusationes in peccatis.

5 Cum hominibus operantibus iniquitatem:

\* non communicabo cum electis eorum.

6 Corripiet me iustus in misericordia: & increpabit me:

\* oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

7 Quoniam adhuc, & oratio mea in beneplacitis eorum.

8 Absorpti sunt iuncti petre iudices eorum:

1. Cor. 1. Ioan. 2. 1.

A

\* audient verba mea:

\* quoniam potuerunt.

9 Sicut crassitudo terræ erupta est super terram, dissipata sunt ossa nostra secus infernum.

10 Quia ad te domine oculi mei, in te speraui, non auferas animam meam.

11 Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi:

\* & à scandalis operantium iniquitatem.

12 Cadent in reticulo eius peccatores:

\* singulariter sum ego donec transeam.

D

videntur: quando eorum & potentia & sapientiam omnem ipse dissipauit, virtus & sapientia patris. \* Sunt quoque contriti, & perierunt; attriti ad Christum durissimam petram, quem debellare tentabant. \* Sunt insuper in abyssum damnationis missi iudices illi terrarum, postq̄ exhibitū sunt, & applicati ante tribunal sūmi iudicis Christi: \* hoc autem contra principes magistrō; que errorum factio iudicio, populi qui illorum detinebantur erroribus, pœnitentiam agentes, audierunt atque etiam audient verba veritatis, quæ ego fidelis Ecclesia loquar illis: obediētes sese præstabunt doctrinæ meæ, suscipiētiq; gaudentes doctrinam veritatis: \* neq; id sanē mirum, quando quidem verba prædicationis & doctrinæ, quæ ego ex Dei doctrinatione doceo, & trado, potentia admodū sunt & valida, eloquia casta sunt & exami nata, potentia sicut ignis, & quasi malleus conterens petram: suntque decora admodum, iucunda & amabilia, fide & omni acceptatione dignissima. 9 In annuaciando autem hæc veritatis & sanctæ fidei verba, grauissima nobis tribulatio atq; persecutio exurrexit in primordijs nascentis ecclesiæ, & exurget crudelior in nouissimis temporibus Antichristi, ita vt non solum nos interficerent, verum etiam in ossa quantum possent delæuarent, ea dissipando in cinerem adurendo & dispergendo, iuxta infernū siue foueam sepulchri: nolentes propter fructum, vel ossibus fidelium in sepulchris requiem dare, cadauera nostra feris & bestiis exponendo, & ossa tanquam sepulta indigna per superficiē terrę in locis abominabilibus dispergēdo, ad eum modum quo terræ crassitudines: id est, crassa glebæ terræ (agricola terram aratro scindente) erumpunt per scissionem aratri, & magna violentiā à loco suo, in quo cōpacta iacebant, disperguntur super superficiem terræ. 10 Veruntamen licet grauissima & fuerit in initio Ecclesiæ, & erit in fine persecutio nostra: quia tamen semper respiciunt oculi nostri ad te domine saluator & liberator fidelium tuorum, quia in te sperant serui tui, & tuo innituntur auxilio: idcirco tu perire nō fines animas nostras, sed conseruabis semper tibi tuos electos, quos nullis persequutionibus patieris à veritate excidere, in quorum corpora tamen patiaris impios peruersam exercere potestatem, animas tamē eorum auferri, aut perdi nō fines. 11 Veruntamen quia video excescere & abundare in terris, impiorum malitiam clamare adhuc cogor in membris meis, ac dicere, Custodi eos domine, & præserua semper ab insidijs tentationum malarū, quas ponunt & occultant aduersarii bonorum seruis tuis: \* & ab offendiculis quæ præbent bonis operarij iniquitatis, illos conserua, vt nunquam in laqueum incidant, neq; impingentes aut offendentes cadant in peccatum. 12 In rete & laqueo eius, nempe diaboli & impiorū seductorum, qui sunt ex parte eius, in laqueum & in vincula mortis æternæ, cadent ii qui in peccatis suis permanent obstinati, & moriuntur in eis: huiusmodi sunt, quos ipse cum sibi adherentibus capiunt, quos laqueo suo in damnationē abducunt. \* ego verò congregatio iustorū & nos serui atque electi tui, velut separatim atque singulariter subsistimus per tuæ electionis gratiam, ab illis merito separati, & quasi in partē sepositi, vt in nullo cōmunicantes eorū infidelitati, aut infructuosos operibus tenebrarū ita nec damnationi pœnatū, donec tandē post hanc exactam malitiam, transitus nobis præstetur ex præsentis sæculi malis, ad requiem sempiternam, quam in te præstolamur. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXL.

Versu secundo, Dirigatur oratio mea, &c. Quemadmodū (teste Sapiente) oratio humiliantis se nubes penetrat, & ad Deū pro exauditione transcēdit: ita impiorū oratio est execrabilis, & obstaculum habēs repellitur, ne ad exauditionē ante Deum introgreddatur. Bonorū autem oratio recta sursum scandit: in modum thuris cremati, estq; Deo gratissima. Oratio autem impiorum ad modum nebulae dispergitur, & in naribus Dei factida est atq; abominabilis. Ob hoc petit fidelis orationē suam dirigi in cōspectu Dei sicut incensum. ¶ Versu tertio, Pone domine custodiam ori meo. Quomodo in domū cui nulla est custodia adhibita, quæ porta aut ostio nō est cōclusa, sine delectu quilibet ingreditur atq; egreditur, facillimēque ventus quilibet introgredditur & efflat: ita stulti & peruersi, quibus non est linguæ custodia, neque ostium labia circumstans, sine delectu atque iudicio proferunt quicquid in buccā venerit, & quicquid liberit. Et quomodo ciuitatem aut

Pla. 27. Hier. 23. Luc. 13. Ephes. 5.



domū, quæ custodia adhibita seruat, ostio quoq; & porta concluditur, nisi cum discretione & in  
 dicio egredi vel introire nemo potest: ita per os bonorū non egrediuntur, nisi quæ secundū iudiciū  
 & rationis examen, vera, bona, atq; vtilia probata fuerint. Vnde & vulgo dici solent homines, Ori  
 frenū imponere, aut serā adhibere, quum non nisi probos & bene meditato sermone loqui propo  
 nunt, neq; sine delectu inutilia quelibet indiscriminatim profundere. ¶ Versu quarto, Non decli  
 net cor meū in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Admodū necessaria est hæc  
 oratio, omnibus qui cupiunt in aeternum non proici, nō derelinqui in perpetuum à domino. Nam  
 peccare humanum est, & à peccato potes resurgere, si lapsus fueris, modo humiliter tuū peccatum  
 agnoscas; & cōfitearis, iuxta quod in alio psalmo dicitur, Dixi, cōfitebor aduersum me iniustitiam  
 meam domino, & tu remisisti impietate peccati mei. Hinc in alio iterū psalmo cū de grauib; scedi  
 adulterii, & impiū homicidii sceleribus veniā quæretet olim propheta domini, tūc factus seruus dia  
 boli, precando remissionē constitetur culpā, dicens, Amplius laua me ab iniquitate mea, & à pecca  
 to meo munda me. Quoniam iniquitate meam agnosco, & peccatum meum contra me est semper.  
 2. Reg. 12 Tibi soli peccaui, & malum corā te feci, vt iustificeris, &c. Sic veniente ad ipsum propheta domini  
 Nathan, de perpetrata impietate redargutus, nō quasiuit excusationes in peccatis, sed ingenue reatū  
 confessus est, dicens, Peccaui domino. Quā ob causam, diuinæ consolationis verbū meruit audire,  
 Ibidem. dicente Nathan, Dominus quoq; transiit à te peccatum tuum, non morieris. Illi autem qui post  
 commissum peccatum excusationes quarūt sui peccati, qui redarguuntur, vel interius obmurmurā  
 te conscientia, domino in ea loquēte, vel exterius bonorum verborū, siue exemplorum exhortatio  
 nibus, non solum non agnoscunt iniquitate, non solū nō dicunt, Peccaui domino, sed aliquod insu  
 per suo peccato pallium querunt, quo operiant, quo tegant, quo excusent cōmissam iniquitatem:  
 quomodo remissionē huiusmodi promerebuntur accipere? Sic sanē primus ille parens noster Adā,  
 malum exēplum reliquit posteris, simul & coniunx eius: quod nimis libenter imitatur filii Adam,  
 quicūq; ex tali patre & tali matre sunt progeniti. Sic enī in Genesis exordio legimus, post Dei præ  
 ceptum serpentis seductione præuaricatū, domino requirente Adam, & interrogante, quam obrem  
 præceptum fuisse transgressus: respondisse illum, non verbū humilis confessionis, sed vanā excusa  
 tionis. Mulier (inquit) quā dediisti mihi sociā, dedit mihi de ligno, & comedi. Item & cōiunx inter  
 rogate, cur id fecisset, verbū vanæ excusationis respōdit, dicens, Serpens decepit me, & comedi. Nus  
 quam hic audis vocē filii Isai, nusquā audis, Peccaui domino, sed excusationes tantum in peccatis,  
 illa decepit me, ille decepit me. Propter quod non meruerunt ipsi parentes primi à domino audire,  
 quod filius Isai à propheta domini Nathan audiuit, videlicet vt transferetur peccatum eorum, sed  
 quanto cyus in eos vltionis sententia prolata est. Huius exempli mali primū imitatore legimus,  
 Gene. 4. illum primū homicidā Cain, qui post patrātū crudele fratricidii, domino misericorditer requi  
 renti, Vbi est Abel frater tuus? nō respōdit, Peccaui domino, sed frōte superba & ceruice elata excu  
 sationē quæsiuit: Nunquid (inquiens) custos fratris mei sum ego? Quā ob causam, euestigio diuinæ  
 vltionis sententia aduersus illū prolata est. Vix autē alium inuenimus tam pertinacē excusatorē,  
 vt illum prius humilē, pōst nimium superbū Saulē. Sic enim vbi præter suum officium holocausta  
 obtulisset, atq; ob hoc à Samuele fuisse correptus, prolixā excusationē proponens, etiam necsita  
 tem prætendi, dicens, Necessitate compulsus, obtuli holocaustum domino. Nōne violenta est excu  
 satio, quæ necessitate prætendit (vt dici solet) lege carentē? Ita in captione Amalech, quem pen  
 itus deleri mandauerat dominus, cum aduersum domini mandatū optimis quibusq; seruatis à Sa  
 muele fuisse admonitus, interrogante, quā nā esset vox gregū sequentium, &c. ille superba excusa  
 tionē respōdit, De Amalech adduxerūt ea. Pepercit enim populus melioribus ouibus & armētis, vt  
 immolarētur domino Deo tuo, reliqua verō occidimus. Vide (quæso te) superba excusationem. Pri  
 mum, non ait, De Amalech adduxi ea, Pepercit melioribus, vt immolarē, &c. sed à se peccatū abiicit  
 in populum, dicens persona tertia, adduxerūt, pepercit populus. Deinde etiam laudē excusatio ista  
 videtur postulare pro reprehensione, cum pietatē prætendit, dicens, Vt immolarentur domino. Et cū  
 iterum à Samuele acrius oburgaretur dicente, Quare ergo non audisti vocē domini, sed versus ad  
 Ibidem. prædā es, & fecisti malū in oculis domini? Ille perfrecta frōte excusationē excusationi adiecit, Imō  
 (inquiens) audiui vocē domini, & ambulauī in via per quam misit me dominus, & adduxi Agar re  
 gem Amalech viuum. Tulit autē de præda populus oues, & boues primitias eorum quæ cesa sunt, vt  
 immolet domino Deo suo in Galgalis. Nunquid hic audit, peccaui domino? Se enim dicit obedisse  
 domino, & per viā bonā ambulasse: vt populo verō imponit, q̄ adducta sit præda, & hoc ipsum quan  
 tum valet excusans q̄ ad immolandū essent adducta. ¶ Versu 5. Et nō cōmunicabo cū electis eorū.  
 Potest accipi, electis, in genere masculino: vt sit sensus, Nō habebō societate, neq; cum iis qui  
 inter operarios iniquitatis sunt primi. Melius tamē accipitur ī genere neutro, quomodo in Elucida  
 tione à nobis expositum est, cui consonat quod ex Hebræo vertit Hieronymus, Neq; comedere in  
 deliciis eorum Et Felix, Ne comedam ex iocundis eorum. ¶ Versu septimo, Quoniam adhuc & ora  
 tio mea in beneplacitis eorum. Beneplacita impiorum, quid melius intelligimus, quàm vitia atque  
 peccata, in quibus illi eligunt permanere & requiescere? Est ergo sensus, Adhuc oratio mea est, & e  
 rit in eorum malitiis: vel potius in malitiis, cōtra vitia & peccata eorum: siue pro malitiis eorum,  
 videlicet vt ipsi ab illis conuertantur, donec tempus est, & ego illis nunquam conuincam. Atque  
 huic expositioni cōsonat, quod ex Hebræo vertit Hieronymus, Quia adhuc oratio mea pro malitiis  
 eorum: item & quod Chal. habet paraphasis, Adhuc oratio mea ordinata est cōtra malitiis eorum.

A Alii sic intelligūt, Ego orabo pro eis, dū ipsi manebunt in suis vitiis, quæ sunt eis beneplacita. Cui  
 sensui videtur sanere quod vertit Felix, Adhuc oratio mea iter mala eorū. ¶ Versu eodē, Absorpti  
 sunt, iuncti petra indices eorum. Clarior esset intelligentia, si ab hac parte, versus nonus inchoare  
 tur, vt simul cum principio versus sequentis cōponeret versus octauū: ac deinde secunda pars ver  
 sus octauū cum principio noni cōponeret versus nonum, ad eum modū quo nos in Elucidatione  
 distinximus: vt aliqua fieret per talem distinctionē commodiorē alienatio difficultatis, quæ est in  
 his verbis nō modica. Huius autē versus intelligentiā prolixè indicauimus in Elucidatione, per iu  
 dices intelligendo principes & capita errantiū, id est, duces, magistros, & quomodocūq; authores  
 errorū, non obediētes veritati, sed potius repugnātes ei, & contradicentes. Hi enim impiorū prin  
 cipes iuncti petra C H R I S T O, absorpti sunt, cōsumpti sunt, iudiciū suum acceperūt: & illis inter  
 factis, Dei iudicio, audierūt simplices prius seducti per principes illos, verba Dei, quoniam potuerūt  
 supple, verba Dei, id est, potentia & præualida fuerūt. Sic enim in presenti loco, potuerūt, accipi de  
 ber, vt valeat potentia fuerunt, præualida fuerunt. Ex Hebræo Hieronymus legit, Audient verba  
 mea, quoniam decora sunt. Felix, iocunda: alii, suauia, vel dulcia. Quidam Hebræorum expositores  
 interpretantur hunc locum de peccato Moyſi & Aaron iuxta petram. Ipsi enim iuncti petra, id est,  
 prope petram, vel iuxta petra positi, sublati sunt, & absorpti sunt, quatenus hoc ibi promeruerūt,  
 vt morte interirent vterq; ante ingressum terræ promissionis: ac deinde audierunt verba domini,  
 B quoniam potentia fuerunt ad educendū aquam de petra. Verū huic sensui non bene consonant  
 neq; præcedentia, neque sequentia. Neq; satis videtur, quorsum huc pertineat eius rei facere men  
 tionem, maxime cum mox subdatur, Sicut crassitudo terræ, &c. Quod non videtur vilo modo cum  
 præcedentibus coherere. ¶ Versu nono, Sicut crassitudo terræ erupta est super terram, dissipata  
 sunt ossa nostra secus infernum. Hunc versus clarius aliquanto sic legit ex Hebræo Hieronymus,  
 Sicut agricola cū scindit terrā, sic dissipata sunt ossa nostra in ore inferni. & Felix, Velut scindēs &  
 findens terram, dispersa sunt ossa nostra secus foueā, vel in ore inferni. Quod in Elucidatione satis  
 lucide expositū est. Illud autē secus infernum, exponi potest, iuxta sepulchrum, quoniam videlicet  
 iuxta sepulcri foueā, interfectorum martyrum cadauera proiciebantur, & ossa dispergebantur in  
 humata iacencia. Pro quo facit quod vertit Felix, Secus foueam. Solet enim nonnunquā per foueam  
 intelli gi sepulchrū. Vel intellige: Sic dissipata sunt ossa nostra, vires nostra ita cōfracta sunt, in tā  
 ta nos adduxerunt discrimina, vt visi nobis fuerimus esse in portis inferni, & inferno iam proximū  
 quædam modū de homine pximo morituro dicimus, quod est prope sepulchrū, vel prope infernū, aut  
 quod alterum pedē habeat in sepulchro, vel in cymba Charontis. ¶ Versu vltimo, Cadēt in re  
 tiaculo eius peccatores, Quoniam nihil præcessit secundum numerum singularem, quod videatur  
 C eius posse referre, eo quod præcedētia omnia per numerum plurale sint dicta, potest tamen referre  
 ipsum caput impiorum diaboli, aut simul totū corpus diaboli, ipsum enim seducit, & in laqueos  
 trahit, dum seducti mali seducunt alios, quæadmodum Paulus dicit, errantes & in errore mittentes  
 quomodo per contrariū corpus C H R I S T I se à laqueis studet eximere, dum qui audit (iuxta il  
 lud Apocalipsis) dicit, Veni, & vnusquisque per Deū liberatus, rationem salutis habet proximorum  
 suorum. Vel singulare accipe per plurali, in retiaculo eius, id est, eorū, quæadmodum in Greco ha  
 betur ἀρῶν. Intelligi etiā posset, in retiaculo impietatis, cuius in fine versus præcedentis fit mentio  
 Illud quoq; in retiaculo, diuersum sensum patitur. Nā si ablatius pro accusatiuo ponitur, in re  
 tiaculo pro in retiaculū, quomodo habet lectio Romana: sensus est, In rete diaboli vel impiorū, vel i  
 pietatis cadent peccatores. Si verò in retiaculo valeat, per retiaculū, sensus est, Per retiaculū cadent  
 in mortē, & præcipites corruent in infernum. Quomodo autem iustorum congregatio singulariter  
 fit, donec trāseat id quod in fine psalmi dicitur, docet nos Christus dominus huius beatę societatis  
 caput & princeps, cū Iuis ait Apollolis, Nō vos me elegistis, sed ego vos elegi, & posui vos, vt eatis, Ioan. 15:  
 & fructū afferatis, & fructus vester maneat. Et infra. Si de mundo fuissetis, mundus quod suū erat di  
 Igeret: quia verò de mundo nō estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Ac rur  
 sum ad patrem loquēs, ait, Ego pro eis rogo, nō pro mūdo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia  
 tui sunt. Ego dedi eis sermonē tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut &  
 ego nō sum de mundo. Vides, quomodo sunt singulariter sancti, donec transeūt. Transitus autē hic  
 idem est, de quo apud Ioannē scribitur: Ante diem festum paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius  
 vt transeat ex hoc mundo ad patrē, &c. transitus videlicet per corporis mortē, à vita temporalī ad  
 eternam, ab exilio ad patriā, à valle lachrymarū ad paradīsum æterni gaudii, à corruptione ad in  
 corruptionē, à mortalitate ad immortalitatem, deniq; à morte ad vitam sempiternā. De particula  
 quoq; Donec, hic notanda sunt quæ diximus in versus secundum psalmi centesimi & noni. Nam  
 post hunc transitum, tunc vel maxime singulariter erunt iusti, tanquā oues separate ab hædis, sicut  
 dilecti pueri in cubili parentis segregati à maleficis vincis in sempiterno carcere, deniq; sicut per  
 petuò beati à perpetuò miseris. Atque ita quidem in persona totius ecclesiæ, siue totius congrega  
 tionis iustorum, exponitur hæc particula: quemadmodū in psalmo illa videtur loqui. Si autem in  
 hoc versiculo accipere voluerimus ipsum caput nostrum, in sua tantū persona loquens, & oratio  
 nem corporis finiens, admodum suauē habebit hæc clausula intelligentiam, nimirum hanc, O cele  
 stis pater, ego filius tuus, totius caput ecclesiæ (quæ hætenus ad te clamaui) sum quasi singularis,  
 quasi solitarius, & vnicus tuus filius, donec ex hoc mundo ad te transeā, donec ad te redeam vnde e  
 gressus fueram, Tunc enim nequaquā singularis ero, non amplius solitarius, non vltra vnicus filius  
 Ephel. 4:

2. Tim. 3  
 Apoc. 22

Ioan. 15:

Ioan. 17:

Ioan. 13:

Matt. 25:

Pla. 140:

Ephel. 4:

Heb.2.  
Rom.8.

tus: sed ascendens in altum, captiuam ducam captiuitatem, multos filios tibi adducam in salutem & gloriam: eròque extunc quali primogenitus in multis fratribus, qui antè fueram quasi solitarius.

CXLI. PSALMI ARGUMENTVM.

**E**X titulo palam est, David prophetam psalmum istum, post consummatam Saulis aduersus se iram, in fuga cecinisse suam miseriam & animi angustiam, partim ex grauisima aduersantium persecutione partim ex amicorum omnium atque notorum derelictione, domino commendando, atque ab eo (postquam humanitas nullum erat) supernum poscendo auxilium. Veruntamen quia David figura erat Christi, totus iste psalmus commodè admodum Christo domino peculiariter aptari potest. Ipse enim in grauisima persecutione iudeorum positus, ita ut omnibus amicis, notis, apostolis, atque discipulis derelingeretur, ad patrem clamauit, ab ipso salutem deposcens, in cuius etiam manus spiritum suum moriens commendauit, à quo orauit de carcere inferni saluari, & à corpore mortis expediri, ad satisfaciendum expectationi iustorum, qui ante eius resurrectionem in suam quam expectabant retributionem pertinere, absque illo non poterant. Iterum autem sicut psalmus iste Christo domino peculiariter aptari potest, ita cuilibet fidei (qui membrum est eius) formam præbet ad Deum orandi in afflictionibus & persecutionibus, cum humanum sibi vel deesse, vel sufficiens non adesse conspexerit auxilium. Nos Elucidationem ita moderati sumus, vt facile, siue Christo capiti, siue fidelibus membris eius, ab attento animo eque valeat aptari.

CXLI. PSALMI ELUCIDATIO.

- 1 Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad dominum deprecatus sum.
- 2 Effundo in conspectu eius orationem meam: \* et tribulationem meam ante ipsum pronuncio.
- 3 In deficiendo ex me spiritum meum: & tu cognouisti semitas meas.
- 4 In via hac qua ambulabam, abscederunt laqueum mihi.
- 5 Considerabam ad dexteram & videbam: \* non erat qui cognosceret me.
- 6 Perit fuga à me: \* non est qui requirat animam meam.
- 7 Clamaui ad te domine: \* dixi: tu es spes mea: \* portio mea in terra uiuentium.
- 8 Intende ad deprecationem meam: \* quia humilatus sum nimis.
- 9 Libera me à persecutoribus meis: \* quia confortati sunt super me.

**V**ocem orationis meae ad dominum leuaui, & ex cordis affectu ad illum dixi clamorem deprecationis meae, qui solus ab omni malo & periculo me possit saluum facere. 2 Ante conspectum eius penitus mihi ipsi diffidens effundo, veluti ex pleno affectu cum sincera fiducia orationem meam: \* tribulationem omnem quam patior, siue corporis, siue animi, manifestam facio ante praesentiam illius, & illi angustias meas omnes propono, utpote quem scio mihi de tribulatione & posse & velle dare auxilium. 3 Cum deficeret in me spiritus meus, & praenimia angustia vix intra intra me posset contineri, cogere turque velut excedere è corpore, ego semper ad te clamabam, & tribulationem omnem tibi aperiebam: neque enim aliud est cui rectius mea omnia possim, aut debeam committere, quandoquidem tu cognouisti omnes vias meas, quibus ambulavi coram te corde perfecto & bona voluntate, & omnis ratio vitae meae nulli melius est quam tibi cognita. 4 Iuxta viam istam veritatis atque iustitiae per quam ambulavi, insidias posuerunt mihi aduersarii mei, cupientes me in mortem siue animae siue corporis precipitare, propter iustitiam quam tenui, ad mortem usque me persequentes. 5 Istis autem sic insidiantibus, aspiciebam ex omni parte, si ex hominibus nullum mihi adueniret adiutorium: & attendebam si nemo adesset à dextris, paratus ferre auxilium mihi, inimicorum insidiis circumdato, & diligenter attendebam, ad modum eius qui ardentem expectat liberatorem: \* verum neminem omnino conspexi, neminem inueni: ex omnibus notis, cognatis & amicis, qui me agnosceret: sic vt pro mea liberatione quicquam auderet agere, aut ferre tribulationem meam: imò qui erant noti & proximi mei, sibi timentes fugerunt à me, reliquerunt me, atque etiam abnegauerunt. 6 Quòd si me ipsum fuga saluare voluissem, non erat quòd, aut ad quem confugerem, vbi ab hostibus meis saluari possem: \* omnes me reliquerunt, neque est ex notis & amicis quisquam, qui animam meam requirat ad saluandum eam, cui cordi sit saluare vitam meam: sed in manibus hostium absque vlla requisitione me dimiserunt, neque pro mea innocentia propter timorem humanum, vel loqui vel agere sunt ausi. 7 Cum ergo viderem apud homines nusquam mihi esse auxiliu, nullam esse spem liberationis meae ab hominibus, leuaui ad te domine vocem meam deprecatoriam: \* tibi dixi in confessione orationis meae, spes mea in te omnis est, utpote quem scio & potentissimū vt valeas, & optimum vt velis salutem dare animae meae: \* tu quoque pars es & hereditas mea omnis, quam expecto possidere, & qua spero frui in caelesti illa patria semper ac beatè viuētū. 8 Proinde, obsecro te, o spes & hereditas mea, vt intentu te exhibeas ad orationem meam, qua te deprecor pro salute mea, exaudiāsque deprecantem: quonia afflictionibus & angustiauerunt me valde inimici mei, ita vt ex mea virtute, nisi tu adiuues, non videam quomodo illorum manus effugiam. 9. Tu me libera, qui solus potes, ab iis qui me ad mortem usque inlanabili odio persequuntur: \* iam enim tempus est vt fe-

**A** 10 Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo:

\* me expectant iusti, donec retribuas mihi.

stines, quonia valde inualuerunt in me, & seuerunt contra me, & penè prualuisse videntur mihi: libera (inquam) vt in manibus illorum non pereat anima mea, sed in manibus tuis custodia saluetur. 10. Educ domine, ad laudem & confessionem nominis tui, animam meam de custodia & obfidione qua me obfidunt inimici mei, perdere querentes eam, vt salua educa liberatione tua. \* Itè & de custodia siue carcere inferni & mortis libera animam meam, ne per fraudes atque insidias aduersantium vnquam illuc ingrediar. \* Insuper & de custodia carnis humanae mortalis, in qua vt in carcere multis pleno miseris spiritus inhabitat, educa illam, cum tibi placitum fuerit. Inquieta est enim anima mea, donec veniat ad te: \* me expectat iusti omnes, qui priores ad te ingressi sunt, cum expectatione & desiderio multo, donec à te accipiam retributionem felicitatis meae, vehementer cupientes impleri numerum fratrum suorum, facturi festum magnum & gaudium super saluatione mea, qui gaudium habent etiam super peccatore penitentiam agente. Lucæ. 15.

**B** ANNOTATIONES IN PSALMVM CXLI.

**V**ersu primo, Voce mea ad dominum clamaui. Præmittitur huic psalmo titulus, Intellectus David, cum esset in spelunca, oratio. Qui titulus indicat extremam illam angustiam in qua erat David, cum cogere tur in speluncis sese occultare, occasionem dedisse Davidi, hunc psalmum per orationis modum componendi. Non tamen ob hoc necesse est, totum psalmum peculiariter de illa angustia temporali profugi Davidis exponi: quæ admodum post psalmi tertii annotationes diximus: sed verisimile est, præcipuam intelligentiam Christo accommodandam esse, vt de sua passionis angustia ad patrem pro liberatione & resurrectione clamanti. Tituli enim huiusmodi, non tam materiam, quam occasionem psalmi, plerumque expriment: quemadmodum illo in loco plenius prolixiusque per plura exempla deduximus. Optime itaque hic psalmus conueniet Christo domino, de extrema illa angustia, in qua erat, cum iam esset traditus in manus hostium, cum illum vituli multi circumdeditissent, & tauri pingues obfidissent, ad patrem, totam suam salutis anchoram, exclamarem, illique suum spiritum lamentabiliter commendantem. Quomodo autem in psalmo tertio diximus, quod secundum literam ad temporalem angustiam Davidis in illa persecutione (cuius sit mentio in titulo) positi, posset etiam referri, sic & de hoc dicendum erit. Magis tamen vtiliter ad vnumquemque suum passionibus Christi figuratum, in grauibus angustias positum, secundum spirituale expositionem accommodabitur. Et præcipue ex hoc mundo abscedentibus in Dei gratia conueniet: quemadmodum sanctum hominem Dei, beatum Franciscum, in suprema vite hora, iam iam Deo redditurum omnibus virtutibus bene frangentem spiritum legimus, totum eum à capite ad calcem usque, perlegisse, atque ita in voce vltima dicentem: Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo, me expectat iusti donec retribuas mihi, beatam animam in patris sinum exhalasse. Applicatio itaque psalmum huic Christo, principium in cruce pendenti rectè cõpetit. Illic enim voce sua ad dominum clamaui, voce sua ad patrem deprecatus est, effudit in conspectu eius orationem suam, & tribulationem suam annuntiauit, deficiente ex eo spiritu suo: quædo (vt ex euangelii discimus) in cruce pedens exclamauit: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? Quando tandem cum clamore valido exclamans, Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: beatam posuit animam, quædo (vt Apostolus ait) preces supplicationesque; ad eum qui posset se saluum facere à morte cum clamore valido & lachrymis obtulit. Atque ita defectio illa spiritus ex ipso (de qua in versu tertio) intelligitur emigratio animae à corpore. Defecit enim in mortis articulo ex eo spiritus eius. Verum si ad vnum quolibet de angustia corporali aut spiritali clamantem referamus intelligentiam, per defectionem illam, non aliud quam grauis angustia & nimia anxietas accipietur. Iuxta enim vulgatam loquendi consuetudinem, dicimus, in nobis vel ex nobis deficere spiritum, aut à nobis abscedere, nos spiritu priuari, siue destitui, cum in rem arduam, perplexam, aut penè desperatam incidimus, vnde ipse nobis non videatur emergendi. Atque in hanc sententiam vertit Hieronymus, Quom anxius fuerit in me spiritus meus: & Felix, Dum mœroro operietur in me spiritus meus, vel dum anxietate inuoluetur. ¶ Versu quinto, Respiciebam ad dexteram, & videbam. Ex scripturarum consuetudine, à dextris esse dicimus, quasi ad auxilium paratum assilire: vt psalmo decimo quinto, Providebam dominum in conspectu meo semper, quonia à dextris est mihi, ne commoueat. Et psalmo centesimo octavo, Qui assistit à dextris pauperis, vt salua faceret à persecutoribus animam meam. Cum ergo hic dicit in angustia positus, se respexisse ad dexteram, significat ad auxiliu se respexisse, an nullus ferret suppetias, nemo subueniret iniuste oppresso innocenti, an non alicunde veniret sic vallato subsidiu. Et quod iterum addit, & videbam, significat diligenter, & quasi cum obseruatione attendebam: quemadmodum solent in graui metu positi attentissima obseruatione ad auxiliu aspiciere, an non alicunde quicquam adueniat. Quo tamen loquendi modo, non intelligamus Christum anxie quæsisse auxiliu. An enim putamus, quia non poterat ille rogare patrem, & dedisset ei plus quam duo decim legiones angelorum, siue in praesidiu, siue in subsidiu? Non ergo ista dicit, quasi anxie quærens auxiliu, & inuenire non potens, sed ad significandum hoc loquendi modo suam extremam derelictionem & destitutionem: quando relicto eo (vt scriptu est in euangelii) omnes fugerunt, & nemo pro illo iam tradito, vel verbo vel opere quicquam auderet agere. Quodam sic exponunt, Considerabam ad dexteram, & videbam, suppetias, ad similitram, id est, ad omnem



partē direxi acie oculorū meorū, & nulla ex parte apparuit qui cognosceret me. Verū quod prio-  
 ri loco diximus, videtur potius. Quod autē in versu sequenti dicitur, Peritit fuga à me, tatumdem va-  
 let atq; Non patebat mihi effugium, nō erat quō fugerem, nullus erat rectus effugiendi locus, dum  
 ita eram vndiquaq; circuncinctus hostibus, omni ex parte tentus atq; vallatus angustiis vt nescirē  
 quō me verterem. A Christo verò peculiariter fuga in passione peritit, nō quia nō potuisset effugere,  
 sed quia iam hora venerat & potestas tenebrarū, quando à patre decretum fuerat, vt non effugeret:  
 & quomodo decretū fuit, ita & ille adimplere cuncta voluit: quemedmodū in alio psalmo dicitur,  
 Lucē. 22. Traditus sum & nō egrediebar, videlicet quoniā nolebam egredi, eo quod patris esset voluntas, vt  
 impleretur eorum, qui me oblederūt, malitia, Requirete quoq; animam longe aliter hic accipitur,  
 Pfal. 87. quam in aliquot scripturā locis significat quārare animā. Animam enim quēre, plerunq; signifi-  
 cat quēre ad perditionē, vel ad interitum: velut Exodi quarto, Mortui sunt omnes qui quarebant  
 Exod. 4. animam Moyfi: id est, qui querebant interficere. Et 1. Reg. 10. conqueritur Saul de filio suo Ionatha  
 1. Reg. 20. quōd quarebat patris animam. Et in psal. 36. Confundantur, & reuertantur omnes, qui quārent ani-  
 Pfal. 39. mam meam, vt auferant eam. Et iterū, Ipsi verò in vanum quāserunt animam meam. Et apud Mat-  
 Pfal. 62. thæum angelus Ioseph alloquitur, dicens, Vade in terrā Israel: defuncti sunt qui quarebāt animam  
 Matt. 2. pueri. Requirete autem animā, hoc loco per cōtrarium intelligitur, ad seruandū, quomodo dicitur  
 pastor ouem perditā quēre sine requirere, vt perditam inueniat, ac seruet ne pereat. ¶ Versu deci-  
 mo. Educ de custodia animam meā. Cum versum istum vt à Christo prolātū accipimus, intelligere  
 licet custodiā siue carcerem mortalis corporis, vel custodiā siue obsidionem inimicorū perse-  
 quentium: vel custodiā siue carcerē inferni aut lymbi. Primo modo hic est sensus, Educ pater cele-  
 stis animam meā de corpore isto pleno doloribus, & agonie grauissimā finem impone, iube exire  
 Pfal. 15. spiritum meum, & in manus tuas euolare. Secūdo modo hic est sensus, Libera domine animā meā  
 de ista obsidione, qua obsidēt me diligētissime hostes mei, vt nō in illorū manib⁹ me derelinquas,  
 tanquam vnū ē mortuis ceciderunt gladio: sed tertia die resuscitatū, fac illorū manus euadere. Ter-  
 tio modo hanc habes sententiā: Libera domine animam meā de custodia lymbi, vbi tan quā in car-  
 cere vincti custodiuntur, & à gloria detinetur electi: nō derelinquas animā meā in inferno, sed visi-  
 tatis captiuus, fac etiā in corpus redire, & ad te vnā cū illo assumi in gloria. Illud quo q; quod adiū-  
 gitur, Ad confitendū nomini tuo, expone, vel vt ego liberatus confitear nomini tuo, vel vt iusti de  
 mea liberatione confiteantur tuo nomini. Quāquam in idem hęc duo conueniunt, quoniam qui-  
 dem confessio fidelium eadem & Christi est atq; cōtrario, quā Christi, & membrorū eius. Vltima  
 quoque clausula psalmi, Me expectāt iusti, donec retribuas mihi: de Christo sic exponitur, O pater,  
 festina me educere de corpore mortis, de obsidione inimicorū, de custodia inferni. Nam iusti omnes  
 Heb. 2. meam præstolantur liberationem & salutē, vtpote non potentes sine me consummari, me præsto-  
 lantur, vt authorem & causam salutis suę, absq; quo diu expectatā & multum desiderata salutem  
 non possint consequi, & per quam sciant se illam accepturos, simūque mecum in beatam requie-  
 in gressuros ante conspectum tuum. Me expectant, donec mihi retribuas, quoniam sciunt nō prius  
 Rom. 9. se accepturos suam retributionē, nisi vbi ego meam accepero. Ego nanq; vt primogenitus in mul-  
 Apoc. 1. tis fratribus, vt primogenitus mortuorum, & primitiā dormiētium, & primam debeo beatā remun-  
 1. Cor. 15. rationis hereditatem accipere: ac deinde per me vt primogenitum & consubstantialem, illi vt ado-  
 ptiuī nam singuli sunt accepturi gloriam. Si verò ad fidelem quenque psalmus applicetur, habes in  
 elucidatione multiplicem intelligentiam,

CXLII. PSALMI ARGUMENTVM.

Qvod hætenus in psalmis illis, qui penitentiales nominantur, notauimus, idem in hoc quoque eius ap-  
 pellationis secundum ordinem nouissimo, quā apertissime cernitur. A luctu enim graui incipit, &  
 in securo gaudio finit, vt in illo manifeste videre liceat, quod in alio psalmo legimus: Quoniam secun-  
 dum multitudinem dolorum, consolationes Dei lætificant animas iustorum: & quod Paulus apostolus ait: Quo-  
 niam sicut abundant passionēs Christi in nobis, sic & per Christum abundat consolatio nostra. Itaque pressus  
 graui mole tentationū seruus Dei, qui cupit retinere iustitiā, ad dominū clamat pro exauditione: quā vt impetret,  
 suę iustitię parum fidens, districtum iustitię iudicium non audeat suscipere, cōsciū infirmitatis & miserię suę,  
 sed misericordiam magis exoptat: quam vt obtineat, mala quę ab inimicis patitur, sollicite diligenterque com-  
 memorat, & insolite miserationis pristinorum temporum opera mentis oculis intendit. Ex quorum considera-  
 tione, versu sexto, spem erigens, concepta fiducia, manus fidenter expādit, & celerem postulat succursum, iam-  
 iam deficiens, priusquam in perditionem descendat per peccati consensum: vocem miserationis diuinę audiri  
 intra se deposcit, viā quoque vitę sibi monstrari, & in omnibus quę sunt salutaria spiritu ductore regi atque  
 deduci. In cuius auxilio plenissime fidens, versibus duobus vltimis quasi securus de victoria & salute, omnes  
 inimicos suos fugandos atque etiam perdendos audacter denuntiat.

CXLII. PSALMI ELUCIDATIO.

1 Domine exaudi ora-  
 tionem meam, auribus  
 percipe obsecrationem  
 meam: \* in veritate

Domine Deus, orationem quam fundo ante conspectum  
 tuum benignus exaudi, & aures tuas (vt humanū aliquid  
 loquar) fac intendas deprecationi meę, benignūque  
 illi auditum præbe: \* secundum veritatem promissionū  
 tuarū, secundum æquitatem iustitię tuę, exaudi me, tibi  
 corde humili supplicanti. Exigit enī hoc tua veritas & iustitię æqui-  
 tas, vt iuxta pmissū pœnitentię peccatori misericordiā nō deneges. Ne

A tua exaudi me, in tua  
 iustitia.

2 Et non intres in iudi-  
 cium cum seruo tuo:

\* quia non iustificabi-  
 tur in conspectu tuo om-  
 nis viuens.

3 Quia psequutus est i-  
 micus animam meā, humili-  
 auit in terra vitā meā.

4 Collocauit me in ob-  
 scuris sicut mortuos sæ-  
 culi: \* & anxius est  
 sup me spiritus meus, in  
 me turbatū est cor meū.

5 Memor fui dierū an-  
 tiquorū meditatū sum  
 omnibus operibus tuis:  
 \* & in factis manūū  
 tuarum meditabar.

6 Expādi manus meas  
 ad te: \* anima mea sicut  
 terra sine aqua tibi.

7 Velociter exaudi me  
 domine: \* defecit spiri-  
 tus meus.

8 Non auertas faciem  
 tuam à me: \* & similis  
 ero descendētibus in  
 lacum.

9 Auditam fac mihi  
 mane misericordiā tuā:  
 \* quia in te speraui.

10 Notam fac mihi  
 viam in qua ambulem:  
 \* quia ad te leuaui a-  
 nimam meam.

11 Eripe me de inimicis  
 meis: \* domine ad te cō-  
 fugi: \* doce me facere  
 voluntatem tuam:

que enim iustitiā est, neque veritatis tuę, promissum denegare postu-  
 lanti humiliter. 2 Neque verò me, Deus piissime, adducere velis in  
 districtum tuum iudicium, vt secundū districtiōnem seuerę iustitię  
 tuę mihi retribuas, sed ad thronum misericordię tuę confugio, &  
 misericorditer mecum agi cupio: \* Nam secundum districtiōnem &  
 seueritatem iustitię tuę, seposita misericordia, vix quisquam viuē-  
 tium super terrā, iustus per omnia ante conspectum tuum comperie-  
 tur, qui non vlla vnquam macula peccati vel fuerit vel sit coinquina-  
 tus. Neque quisquam soli iustitię, nō præsupposita misericordia, in-  
 nitens, se poterit iustum comprobare ante districtum eiusmodi iudi-  
 cium eius. Quanto minus ego peccator miserabilis, qui multorū ma-  
 lorum mihi sum conscius, tui audebo iudicii districtiōnē prouocare,  
 vel expectare? 3 Ecce enim psequuti sunt me ad mortē aduersarii,  
 & perdere quāserūt animā meā, eam in mortē præcipitare quērentes:  
 & reuera vitā animę meę valde affixerunt, depresserunt, & contriue-  
 runt vsq; in terrā, in interitū penē & infernū. 4 Constituerunt me  
 & habitare fecerūt in obscuritatib⁹, tenebris & horribus internis,  
 tentationū multitudinē & grauitate cōscientiā velut obtenebrantes,  
 & spiritus lumē obnubilātes, ad eū modū quo peccatores huius mun-  
 di, qui in perfectis & perpetuis degunt obscuritatibus. \* Vel sicut eos  
 qui olim mortui sunt qui iam in tenebris degūt: \* vel sicut eos qui in  
 hoc mundo mortui additi sunt, quos tenebrorū seruiant carceres: \* spi-  
 ritus autem meus intra me factus est timore anxius, sibi metuens, ne  
 forte obscuritatibus eiusmodi inuolutus pereat in mortem, & huius-  
 modi metu turbata sit intra me anima mea. 5 Cum verò ita me con-  
 turbarent cogitationes meę, nō desperabā tamen, sed in memoriā re-  
 duxi sæcula præterita, quę ab initio mūdi fluxerūt, & considerauī dili-  
 genter ad omnia opera tua, quę fecisti in tēporibus & generationib⁹  
 præteritis, quomodo semper humilibus & pœnitētibus propitius mi-  
 serator, impiis verò seuerus vltor extiteris: \* & in iis quę fecerunt ma-  
 nus tuas, quę tu fecisti in omnipotentia tua, diligētē apposui cōsi-  
 derationem. 6 Ex his verò spe misericordię tuę & liberationis meę  
 concepta, expandere cœpi fiducialiter brachia ad te Deum meum,  
 qui me possis à morte & ab omni malo facere saluum: \* anima mea  
 tibi est, ad te sitit, te desiderat, & modo quodam præ ariditate tibi est  
 aperta, aquis gratię & consolationis tuę percipiens humectari atque  
 resocillari: quomodo terra arida & sicca, non habēs aquā humorem,  
 præ siti & ariditate fissā, aperitur sititque & anhelat ad pluuię irriga-  
 tionem, vt potetur & humectetur ab ea. 7 Festina domine ad ser-  
 uum tuum, ne tardes amplius: sed exaudi me quanto cypus, & velociter  
 presta auxiliū: \* iam enim in proximo est vt deficiat spiritus meus, lon-  
 ga & graui nimis inimicorū prauitate cōfractus, nisi presentissimum  
 adit tuum mihi auxiliū: nec video quemadmodum ex me ipso vltra  
 valeam tantę malitię resistere, cum penē nihil remālerit in me vitii.  
 8 Nequaquam vltra differas ad me conuertere benignum aspectum  
 tuum, neque exaudire distuleris orationem meam: \* alioqui etiam si  
 vel modicum adhuc auerteris aspectum tuum, iam similis ero iis qui  
 in lacum mortis & inferni demersi sunt, & vnus ero de numero illo-  
 rum, eritque cum illis portio & mansio mea. 9 Mane diluculo, in se-  
 renitate & tranquillitate interiori, per tuum aduentū in anima mea  
 immisissā, te post noctē tribulationis ex oriente ad visitationem & con-  
 solationē in spiritu meo: atq; etiam matutino tēpore, cū ad te attēti⁹  
 orauero, tūc quęso fac me audire vocē miserationis, fac vt à me audi-  
 atur vox tuę consolationis, fac vt sentiā intra me dulciore aduenien-  
 tis misericordię tuę: \* Ecce enim spem meā omnem & fiduciam ple-  
 nam in te reposui. 10 Demōstra mihi viam bonam, per quam ambu-  
 lare debeā coram te, vt placeam tibi, & instrue me, ac dirige per viam  
 præceptorum tuorum: \* quoniā ad te Deus leuaui panperculā & ca-  
 cutientem animam meam, vt à te lumen accipiat & eruditionē atque  
 ducatum bonum. 11 Libera me domine ab aduersariis & psequuto-  
 ribus meis, qui malum quārent me, vt praualeant mihi:  
 \* tu es o domine tutissimū meum refugiū, ad quem in omnibus ob-  
 uenientibus mihi periculis fiducialiter confugio, tanquā ad patrem  
 dominū & patronū meū, & à quo securitatē semper expecto. \* proinde  
 te tu me doce interno tuo magisterio, & spiritus tui illuminatione



\* quia deus meus es tu.

12 Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam

\* propter nomen tuum domine visitabis me, in equitate tua.

13 Educes de tribulatione animam meam: & in misericordia disperdes omnes inimicos meos.

14 Et perdes omnes qui tribulant animam meam: \* quoniam seruus tuus ego sum.

salutari, obseruare precepta tua, & in omnibus tuis sanctissimam voluntati fieri obedientem: \* tu enim es dominus meus & Deus meus, cui me parere in omnibus aequissimum est, quique solus me potes de omnibus quae veritati sunt edocere. 12 Sanctus tuus spiritus, qui est ipsa essentialis bonitas, a quo omnis bonitas in omnibus per communicationem procedit ac deriuatur, ipse mihi dux erit (vti postulo & confido) praestabitque ducatum, lumine gratiae suae & directione sua sancta, per viam rectam & bonam, per viam preceptorum tuorum: \* propter gloriam magni nominis tui, & propter temetipsum, non propter mea Deus merita, viuifico spiritu tuo vitam dabis animae meae, & in ea vita in finem vsque seruabis, propter iustitiam & fidelitatem tuam. 13 Liberam ac saluam facies animam meam de omnibus tribulationibus & angustiis suis, quibus premitur ab aduersariis: \* & propter misericordiam tuam, cum tibi placuerit oculis tuis misericordiae meam afflictionem respicere, disperdes, dissipabis, fugabisque omnes qui mihi querebant mala. 14 Et in perditionem atque damnationem mittes, per seueram ultionem iustitiae tuae, omnes qui tunc tribulant & affligunt spiritum meum: \* quoniam seruus tuus ego sum, bona voluntate tibi desiderans seruire: & tu vicissim meus es dominus, qui me seruum tuum & nunc in hoc tempore consolationibus destitui non patieris, & in venturo saeculo vna cum omnibus sanctis tuis plena satisfactate latificabis in saecula saeculorum. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXLII.

Verfu quarto, sicut mortuos saeculi. Per mortuos saeculi possunt intelligi peccatores huius mundi, iuxta quod in Elucidatione expressimus. Aut intelligi possunt mortui, a saeculo, qui olim in praeteritis generationibus quasi a saeculo & mundi initio lunt mortui, quorum non est vlla amplius memoria. Et huic sensui consonat beati Hieronymi ex Hebræo versio, quae habet: mortuos ante quos, id est, olim mortuos. Aut per saeculum intelligatur infelix illud damnatorum habitaculum, locus inferni, in quo omnes qui mortui sunt, ad vitam non resurgunt amplius. Vel mortuos saeculi accipere eos qui secundum iudicium huius mundi condemnati in obscuris locis seruantur ad mortem. ¶ Versu octauo, Et assimilabor descendētibus in lacum. Noua videtur eloquentia, & noua admodum coniunctionis copulatio acceptio, cum ita dicitur, Non auertas faciem tuam a me, & similis ero descendētibus in lacum. Ad intelligentiam enim & sermonis claritatem aptius dicendum videretur, Alioquin similis ero: aut ita, Si enim auertas adhuc faciem tuam a me, similis ero descendētibus in lacum. Et ad hanc sententiam accipi debet proposita enūciatio. Similis acceptio coniunctionis, & inuenitur Psalmo. 27. cum versu primo dicitur, Ad te domine clamabo, Deus meus ne files a me, nequādo taceas a me, & assimilabor descendētibus in lacum. Aliquādo verō eadē coniunctio pro causali ponitur, vt Psalmo. 59. Da nobis auxilium de tribulatione. & vana salus hominis, hoc est, quia vana salus hominis, quo ferē modo etiā hic potest accipi, in hunc sensum, Non auertas, & c. nā si adhuc auerteris, assimilabor ego, vel sine te ego assimilabor, & c. ¶ Versu nono, Audita manū meam misericordiam tuam, id est, fac vt a me audiat, fac me audire, fac me percipere ac persentire intra me misericordiam tuam. Et potest auditus accipi specialiter, sed spiritualiter, vt postulet homo afflictus vocē Diuinā consolationis & misericordiae Dei interioris loquētis, auribus spiritualibus exaudire: iuxta illud, Audiam quid loquatur in me dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Postulat enim vt dicatur sibi a domino, Dimissa sunt tibi peccata tua, Vade in pace, Fides tua te saluam fecit, Dimissus es ab infirmitate tua, Fiat tibi sicut petisti, & alia huiusmodi Diuinā consolationis verba: quae sicut ita etiam nunc in cordibus poenitentium & humilium loquitur per singulos dies. Ant generaliter accipi poterit audire, pro percipere vel cognoscere vel intelligere, quemadmodū frequenter, & videre solet accipi: sicque postulat afflicti cognoscere, sentire, experiri & percipere Dei misericordiam, quam omnibus rebus antepōnit. ¶ Versu. 12. Spiritus tuus bonus deducet me in terram. Per terram rectam faciliore intelligentia accipe viam rectam & bonam, eo quod super terram sit via quam caleat & ambulat homo. Vnde Psalterium Romanum pro terra recta habet viam rectam. Tametsi possit & ad Ecclesiam sanctam, potissimum triumphantem, congrue referri: quae est, propter aeternitatis stabilitatem. recta verō propter perfectam iustitiam, quoniam nihil est in ea coinquatum, curuum aut tortuosum, sed omnia in rectitudine sunt stabilita.

Psal. 53.

Apoc. 21.

CXLIII. PSALMI ARGUMENTVM.

Psalmum hunc David composuisse videtur, recogitans plurimas sibi a domino Deo concessas victorias. Et licet ex titulo vtunque videri possit, compositum esse ante tempus regni ipsius David, eo quod inscriptionem habeat aduersus Goliath, magis tamē apparet ex Psalmi verbis, tempore regni fuisse de cātatum, in rememorationem priorum victoriarum: inter quas quia omnia prima, atque adeo praecipua fuisse gigantes illius Goliath prostratio, idcirco non immerito titulum ab ipso sortitur particularem, cum tamen simul con-

tra omnes aduersarios dirigatur. Itaque statim in ipso Psalmi initio, Diuino muneri non sibi ipsi ascribit omnem victoriam eunque susceptorem, protectorem, & saluatorem agnoscit, per quem populos sibi agnoscit factos esse fierique & permanere subiectos. Vbi obiter Dei magnificentiam considerans, & hominis vilitatem, admiratur tantam Dei erga genus humanum dignationem: moxque relicta admiratione, versus sexto, orationem dirigit contra aduersarios suos, & de manibus alienigenarum & hominum peccatorum postulat liberari, qui ad agendum male exercitiam habent dexteram, pro gratiarum actione canticum noui liberatori promittens. Postque versu. 13. hominum peccatorum in hoc mundo prosperitatem, in qua plerumque florere conspiciunt enarrat: primum in prolis fecunditate, deinde in diuitiarum copia & multitudine gregum, in omnimoda tranquillitate & securitate, in qua degere videntur huius saeculi potentes, in quibus mundus felicitatem sitam male iudicat: contra quos ultimo Psalmi hemistichio sententiam fidelissimam omnino atque verissimam pronunciat, in Deo solo astringens sitam esse vere beatitudinis felicitatem.

CXLIII. PSALMI ELUCIDATIO.

1 Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad praelium: & digitos meos ad bellum.



It benedictus, sit laudatus & glorificatus dominus Deus meus, qui me docet pugnare & praeliari aduersum hostes meos, qui mihi manus roborat & digitos aprat ad dimicandum aduersum illos, ad resistendum iis qui me quarunt interficere, dās mihi virtutē & agilitatē vt me defendere valeam ab inimicis meis, eosque in fugam vertere. Quo enim modo doceri solent tyrunculi ad praeliandum corporaliter, quomodo videlicet manibus gladium siue hastā gestare, eisque vt debeant, quomodo item digitos debeant versare, agilitēque mouere, iuxta istum aduersarii ferientis, sic per omnia exactissime & sollicitē Deus suos pugnatōres instituit, vt praelia domini, aduersum tam visibiles quam inuisibiles hostes, valeant praeliari. 2 Ipse est a quo omnis mihi procedit miseratione, ipse meum est tutissimum refugium, ad quem in omnibus mihi obuenientibus periculis cōfugio, in quo vt in arce munitissima securus semper exiit: \* ipse est defensor meus, qui me suscepit in defensionē contra omnes me oppugnātes, & liberator meus, de omnibus periculis saluum me facturum in vitam aeternam: 3 Protector meus est, & in ipso salutis meae summam spemque omnem constitui: \* ipse est qui sua diuina mihi assistenti virtute, populos subiicit ditioni meae, cuius virtute barbaras subigo nationes per circuitum. 4 Considerans verō tam beneficam erga nos homines magnificentiam tuam, obstupefco Deus, & admirans optimo iure clamito, Magne Deus, quae est humana natura, & quid in vniuerso hominū genere est, ob quod tam peculiari & familiari dignatione te ipsum sic nobis exhibes: cur tā familiariter manifestas homini te ipsum, & tantis illi beneficiis innotescere tibi complacuit: \* & quid sumus nos filii hominū homines de hominibus, de mortalibus mortales geniti, caro de carne, puluis de puluere, quod tam singulari dignatione tua tāti nos facias, tamque dignāter te ipsum exhibeas nobis mortalibus? 5 Ecce enim homo vanitati subiectus est atque assimilatus, & quasi vanitas quaedā est omnis homo super terram viuens: qui ad modicum quidē apparet, mox autē abscedit, & in puluerem redit, quasi flos agri, perinde ac si non fuerit: \* dies tēporis & anni durationis vite ipsius breues sunt, & pauci admodū, & cito nimis pertranseunt: ad eum modū quo umbra pertranfit, nullā habēs durationis substantiā, quae postquam ablata fuerit, sic est quasi nusquam fuerit. 6 Sed desino mirari, & admirationis huius abyssum relinques, ad solitū tuū deprecandū auxiliū animi intentionē conuerto. Tu domine qui caeli es inhabitator, solita tua miseratione descēde de sublimi solio, vt venias mihi in auxiliū, & modo quodā calos tuos sic inclina, vt ad me descēdas, in terris aduersum inimicos dimicantē, mecumque praerieris cōtra illos: \* & veni in terrore tuo cōtra inimicos meos, mōtes cōtingēs in ira tua, ad ostensionē terribilis praesentiae tuae: & mōtes ipsi, te iubēte, ad manifestādū praesentiae irae tuae, velut ignes ardētes fumū dabūt: \* Itē superbos saeculi principes, qui se veluti montes eleuant super populum tange per ultionē iustitiae tuae: & ipsi praerant, furore & insania, veluti fumum spirabūt, & quasi ignem voment. 7 Fulmina fulmina tua, id est, fulminando emitte fulmina siue fulgura tua, ad ostensionem terribilis praesentiae tuae: & ipsi cū conspexerint te pro me desuper pugnantē, in fugam vertentur confusi, & huc illucque diffugient: \* cū fulmina illa tua quasi sagittas terribiliter emiseris, cōturbabūt vehementissime, & dissoluentur corda eorū praetimore. 8 Extende manū tuā de excelso calorū habitaculo in quo inhabitas, & brachiū omnid-

Psa. 38. Psal. 102

2 Misericordia mea & refugium meum: \* susceptor meus & liberator meus.

3 Protector meus & in ipso speraui: \* & subdit populum meū sub me.

4 Domine quid est homo quia innotuisti ei? \* aut filius hominis, quia reputas eum?

5 Homo vanitati similis factus est: \* dies eius sicut umbra praetereunt.

6 Domine inclina calos tuos & descende, \* tange montes & fumigabunt

7 Fulgura coruscationem, & dissipabis eos: \* emitte sagittas tuas, & conturbabit eos.

8 Emitte manū tuam de alto:

\* eripe me & libera me de aquis multis,  
\* & de manu filiorum alienorum.

9 Quorum os locutum est vanitatem:

\* & dextera eorum dextera iniquitatis.

10 Deus canticum novum cantabo tibi:

\* & in psalterio decachordo psallam tibi.

11 Qui das salutem regibus: \* & qui redemisti David seruum tuum de gladio maligno.

12 Eripe me, & erue me de manu filiorum alienorum, quorum os loquutum est vanitatem, & dextera eorum, dextera iniquitatis.

13 Quorum filii sicut novellae plantationes in iuventute sua.

14 Filiae eorum compositae: \* circumornatae vt similitudo templi.

15 Promptuaria eorum plena: \* eructantia ex hoc in illud.

16 Oves eorum fetose abundantes in gressibus suis: \* boues eorum crassa.

17 Non est ruina maceria, neque transitus:

\* neque clamor in plateis eorum.

potētē tuę fac manifestū in terra: \* eripe me de populis multis & multitudi-  
tine aduersantium, qui in modū aquarum magnarū & vehementium me quęrunt opprimere & suffocare animā meam: \* aut de multis & magnis periculis, in quibus infixus sum, & penē immersus: \* de manu (inquam) & potestate alienigenarū, hominū idololatrarum, qui te non nouerunt, & nomen tuum inuocare nescierunt, nō tui, sed idolorum cultores: propter quod filii sunt alieni. De manu etiam prauorum demonum & aliorū peruerforum, qui omnes a te sunt alieni, me libera, vt nō mihi vnquam praualeāt. 6 Qui alieni filii per os suum loquuntur quę falsa sunt, quę vana, quę inutilia: quę noxia, quę veritatis & virtutis sunt loqui nescientes: \* & dextera eorū non nisi ad iniquitatem potens est, & malitiā omnimodam perpetranda. Sunt enim viri fortes atq; potentes ad faciendum male, impotentes autē ad bene agendum: & in summa, quicquid meditantur, siue ore, siue opere, ac multo magis etiā cogitatione, vanitas est atq; malitia: propter quod eripi postulo de manibus illorum. 10 Et cum tu mihi liberationem iuxta votum pręstiteris, ego tibi pro gratiarū actione, in cordis mei letitia, canticū nouitatis & iucunditatis decātabo: \* & psalmos canā tibi in psalterio decē chordarū, instrumēto ad laudem & gratiarum actionē accommodatissimo. 11 Siquidē tu es cuius munere & auxilio victoria & salus contingit non solum in infimā fortis hominibus, verum etiam potentissimis principibus terrę & regibus, magis quā ex armorum potentia. In manibus enim tuis salus est atq; victoria, & cui volueris das ea: \* tu es qui me David seruum tuum redemisti de omnibus periculis, angustiis & necessitatibus meis, & in hanc vsque horam saluum custodisti, specialiter ab illo pessimo & omnibus agminibus Israel formidabili gladio Goliath atq; etiam Saulis mihi diu molestissimo. 12 Et quomodo hactenus semper me custodisti, ita precor vt perpetuus fias mihi protector, vt de potestate hominum prauorum qui a te sunt alieni, semper me saluum facias, neque illos vnquam dominari mihi aut praualeere permittas: qui filii alieni nisi vana, falsa & praua loquuntur, estq; eorum dextera ad omne malum facilis & valida, sicut ad omne bonum tarda & impotens: potētes sunt ad male faciendum, bene autē facere nesciunt. 13 Qui filii alieni, homines mūdani & peccatores, in omni temporali prosperitate abundantes atq; florentes, filios habent pulchros atq; decoros, in adolescentia sua crescentes, & augmentum tam quantitatis quā roboris cōtinuum sumentes, ad modum nouellarū plantationum, tenellos atq; delicates, & omnibus deliciis copiose pastos atq; impinguatos. 14 Filias habent multo ornata & habitu decēter compositas & coaptatas, corporisq; proceritate & coloris viuacitate atq; omni externa pulchritudine veluti pictas, ita vt statuę magis artificiosissime pictę, q̄ homines naturaliter progeneratē videri possint: \* & super hęc, variis monilibus, torquibus, annulis, zonis, alijsq; preciosis eiusmodi ornamentis ita sunt circūpositę, ita sunt circūdata, illis hinc inde ex omni parte dependētibus, vt quasi tēpla videre te putes, aut in tēplis statuas, quę solent ad hunc modū preciosis donariis, & exquisita arte fabrefactis, plurimum adornari. 15 Neq; verō prole tantum sunt fecundi, verum etiā diuitiis & omnibus temporariis rebus abundantes, arca, cellaria, penaria, & repositoria omnia, omnib⁹ reb⁹ necessariis plena habentes: \* tam vtiq; copiose, vt diversorum generum & cibos & potus & alia humanis vltibus necessaria, abunde & diniter valeant subministrare, vt quasi de genere vno in aliud genus, de vna specie in aliā, prę nimia plenitudine eructent effundantq; largiter. 16 Oves suas habent admodū fecundas, abundantes in partibus suis, & in multo numero parientes agniculos, vnde augmentantur greges illorū: \* boues habent pinguisimos, & velut pinguedine onustos, siue ad faciendum opera crassos, fortes, atq; robustos. 17 Et cum tanta ipsi vbiq; commoda percipiant, nihil vel minimum damni patiuntur, neq; quicquam sentiunt aduersum, ita vt neq; maceria illis corruat, neque quicquam illis vel maceriā circum agros aut vineas diruat, ad faciendū sibi transitum per agros aut vineas eorū, eo q̄ reuereantur omnes potentia & diuitias illorum, propter quod nec in minimo quisquā illis nocere audeat: \* neq; vlla vox mali rumoris aut vllius tumult⁹ auditur ī plateis eorū, aut circū locū habitationis eorū: sed in summa degūt trāquillā-

A 18 Beatum dixerunt populum cui hæc sunt: \* beatus populus, cuius dominus Deus eius.

tate, securitate & gloria: neq; quisquam vel hircere præsumit aduersum illos, neq; nisi prospera audiūt & leta. 18 Huiusmodi populum cui hæc adsunt temporaria, dicunt sæculi homines (in quibus non est scientia Dei) beatum, & in his ipsi beatitudinem summāq; felicitatem constitunt, errantes, & in errore mittentes: \* verum nequaquā ita res habet, neq; hæc in parte ego cum illis sentio: verū iuxta meam sententiam & secundū veritatē, beatus est populus ille, qui est cultor domini Dei sui, & cuius vicissim protector atq; saluator est dominus, qui ipsum agnoscit & habet Deum suum, qui illum colit & qui illum habet adiutorem ac protectorem suum.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXLIII.

Versu tertio, Qui subdit populū meum sub me. Quidam libri habent subdis, sed commodior est persona tertia, & magis cum precedentibus conuenit, atq; ita habent exēplaria emendatiora, Qui subdit populum meum sub me. Ideo autē David asserit dominū sibi subdere populum suum, quia ex ipsius voluntate, electione & virtute, regnū obtinuerat super Israel & Iudā, & super plerimas per circuitū nationes. Generaliter etiā intelligi potest hoc de omnib⁹ regib⁹, quatenus per ipsum (vt à Sapiente dicitur) reges regnāt, quatenus ipse rex primus est à quo omne regnū & omnis potestas, quemadmodum Paulus ait, Non est potestas nisi à Deo. Quę autem sunt à Deo, ordinatę sunt. Itaq; sic generaliter loquendo, verum est, Deum omnem populum suo principi subdere. Est tamen indubitatū, speciale aliquid voluisse Davidē. Agnoscebat enim paruitatē suam & progeniem humilē, agnoscebat impossibile hoc esse, vt sua aut suorum virtute ad tam gloriosum regii culminis fastigiū conscēdisset, nisi singulari Dei electione atq; promotione eō fuisset subuectus, quomodo secundi libri Regum capite, 7. post susceptum regnum stabile, legimus eum in cordis humilitatem potēstātē, quando post auditos sermones Nathan, ingressus est, & sedit corā domino dixitq; Quis ego sum domine Deus, & quę domus mea, quia adduxisti me hucusq;? Sed & hoc parum visum est in cōspectu tuo, domine Deus, nisi loquereris etiā de domo serui tui in longinquum. Si cui verō hunc Psalmū spiritaliter pronuciare corā Deo libuerit, pro victoriis sibi frequenter de immani Goliath (id est, aduersario diabolo, mundo etiā & propria carne) reportatis ex Dei auxilio, poterit ille populū hunc intellegere cogitationes omnes & affectiones, & vniuersas operationes, quę multę valde sunt in homine, & sunt quasi populus, nisi auxilietur gratia Dei, atque seditiosum, plerunq; murmure & rebellionē quem sanē populum, nisi auxilietur gratia Dei, nunquā tibi subdere poteris. Nam hic erat populus ille quē etiam vas electionis expauescebat, cum velut terrēt nimo eius ipse exclamaret, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? quasi dicat, O me miserum, & quātum me infelicem, nisi aduersus seditiosam turbam quę intra meam hanc carnē inhabitat, contingat mihi auxilium. Cum verō euestigio subiungit, Gratia Dei per Iesum Christum dominū nostrum, quid hoc est aliud, quā tu meum populū lubdes sub me, tuę gratiæ auxilio tumultuosam hanc turbā cōpescere & subigere valebo? Impii verō qui Dei nesciunt auxiliū, vel qui in suis propriis fidunt viribus, hunc populum nunquā sibi habebunt subditum. Est enim hoc inter iustos & impios discrimen, quōd boni hunc populum sibi habent subiectum, quōd suis dominatur passionibus, & affectibus prauis imperant, eos sub rationis cōstringentes imperio: in malis verō econtrario, populus iste dominatur, sibiq; sceptrum vsurpat, rectam Dei institutionem & naturā ordinem peruertēs. ¶ Versu quinto, Homo vanitati similis factus est. In alio Psalmo dicitur nō solum quōd vanitati sit assimilatus, verū quōd ipsa sit vanitas, imō vanitas vniuersa. Veruntamē (inquit) vniuersa vanitas, omnis homo viuens: quod quomodo intelligēdum sit, suo loco plenius declaratū est. De inclinatione autē celorum, quę in sexto versu ponitur, mentio etiam fit Psalmo. 17. vbi hoc vt præteritum enuntiatur, quod hic per modū deprecatorum postulatur. Inclinauit (inquit) celos, & descēdit, & caligo sub pedibus eius. Rursum de montū contra & fumigatione, Psalmo. 103. dicitur, Qui respicit terrā, & facit eam tremere, qui tangit montes & fumigant. Quę iterū sequuntur, versibus septimo & octauo, per modum deprecatorum, eadem Psalmo iupracitato. 17. per modū indicatiū vt præterita enunciantur, his verbis, Misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multiplicauit & cōturbauit eos. Misit de summo & accepit me, & assumpsit me de aquis multis, & eripuit me de inimicis meis fortissimis, &c. ¶ Versu nono, Dextera, eorum, dextera iniquitatis. Per dexteram, solet in scripturis non raro significari virtus siue potētia ad agendum vel operandum aliquid. Vnde in Psalmis frequētē dextera domini & brachium domini, pro virtute Dei ponitur, vt, Dextera domini fecit virtutē, dextera domini exaltauit me. Et iterum, Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me, sed dextera tua & brachiū tuum. Ac rursum, In brachio virtutis tuę dispersisti inimicos tuos. Sic & impiorū dextera vel brachium intelligitur ipsa eorū potestas, potentia & virtus, siue per se, siue per suos, quod voluerint operādi. Vnde in Psalmo. 9. orat iustus conteri brachium peccatoris & maligni. Habēt ergo & impii dexteram, non sunt absq; brachio impii, & non raro pręualidum videtur brachium illorū: sed dextera iniquitatis est, nō dextera iustitię, quoniam totam suam potestatem atq; fortitudinem impendunt in iustitię. Iustorum autē dextera est, dextera æquitatis & iustitię, quoniam in ea iustitię seruiunt ad defensionem bonorum, vindictam autē malorum. ¶ Versu duodecimo & decimotertio, De gladio maligno eripe me, & erue me de manu filiorum alienorum, &c. Secundum hanc distinctionem

vulgo legimus iuxta vsum Gallicani Psalterii, vt particula illa Eripe me, iungatur cum precedenti, De gladio maligno. Verum multo videretur distinctio aptior, si in caput versus sequentis se iungeretur: illud autē de gladio maligno, conneſceretur statim precedentiibus, hoc modo, Qui das salutē regibus, qui redemisti David seruū tuum de gladio maligno: ac deinde diuisim, Eripe me, & erue me de manu filiorum alienorum, &c. quam distinctionem habet Psalterium Romanum, habent item manifestissime Græca, Hebræa, atq; Chaldaea exemplaria. Insuper & sensus est multo cōuenientior. Illud autem gladium malignum, cuius specialiter facit mentionē, intellige gladium Saulis, qui illi insigniter fuit molestus, & nimium diu: vel gladium Golię, qui terribilis fuerat omnibus a gminibus Israel. Cui manifeste fauet quod habet Paraphrasis Chaldaica, Liberaſti David seruū tuū a gladio prauo Golię. Propter quod nos in Elucidatione distinctionem Psalterii Romani sequuti sumus, maxime cum non in vocabulo vllō, sed in sola distinctione sit differentia. Neq; raro hoc occurrit, vt finis versus precedentis debeat referri ad caput sequentis. ¶ Versu decimotertio, Quorū filii sicut nouella plantationes. Nos hæc & quæ sequuntur omnia, exponimus de tēporali felicitate & abundantia impiorum, qua illos suo occulto iudicio Deus patitur in hoc mōdo gloriari, quibus nō est spes futura salutis. Alii tamen sanctis & iustis malunt applicare, eo quod non pauci iustorum non solum in spiritualibus, verum etiā in temporalibus acceperint rerum omnium abundantiam, quemadmodum Abraham, Isaac & Iacob, & horum complures similes: neque pauci eiusmodi inueniuntur, etiam sub tempore nouæ legis, qui in iustitia perseverantes, multis etiā temporibus bonis a Deo donantur. Prior autē expositio, quam in Elucidatione ponimus, aptius quadrat Græcæ lectioni, & nostræ vulgatæ Latine, eo quod vbiq; sub tertia persona sermo fiat, quorum filii, oues eorum, filii eorum, prōptuarie eorum, in plateis eorum, & postremo, beatum dixerunt populum: qui sanē loquendi modus, satis indicat, nō ad iustos qui loquuntur, sed ad impios de quibus iustus loquitur, pertinere hæc omnia, vsq; ad vltimam Psalmi clausulam, Beatus populus, &c. quæ est vox iusti contradicentis impiorum sententiæ. Sic e contrario lectio Hebræa magis fauere videtur posteriori expositioni, vt omnia ad personam referantur iustorum, eo quod in Hebræo omnia dicantur sub prima persona, hoc modo, Filii nostri, filia nostra, oues nostræ. In vltimo autem versu nō est verbū tertia persone dixerunt, sed tantū legitur, Beatus populus cui sic est, vel beatus populus cuius talia sunt, vt deinde quod sequitur, Beatus populus cuius est dominus Deus eius, nō sit cōtradictio, sed quasi prioris cōplementū. Non enim qui hæc habet, ideo beatus est, quia hæc habet, sed quia est dominus Deus eius, in hoc est ipſius solida felicitas. Et quidē manifestum est, secundū sententiam beati Hieronymi in sua versione ex Hebræo, totam hanc Psalmi partē ad iustorum felicitatē referri. Sic enim hunc versum cum precedentibus continuat, Libera me, & erue me de manu filiorum alienorū, &c. vt sint filii nostri quasi plātatio crescens in adoleſcētia sua, Filia nostra, &c. similiter intelligere Chaldæū Paraphrasten, ex adiectis aliquot verbis sit manifestum. Sic enim habet, Quod filii nostri sint sicut plantationes dactylorum in doctrina legis nutriti a iuuentute sua, filia nostra splendida & acceptę sacerdotibus, qui ministrant in medio templi, quod de filiis alienis nequaquam potest intelligi. Hoc tamen sciendum est, quod nostra lectio & interpretatio cōuenienter ex Hebræo accipi potest, neq; obſtat quod ita dicitur, filii nostri, filia nostra, &c. si tantum accipiamus versus omnes vsque ad vltimum, tanquam verba probata prolata ab ipſis impiis. Nam in versu præmissum est, Quorum os loquuntur est vanitatē, vt si quæras, quam vanitatē? habeas hęc ad oculum vanissimum sermonē, sese de tēporali sua felicitate iactantium, quo quid vanius potest dici? Tam enim vanū est in huiusmodi gloriari, ac semetipsum iactare, quam est illorum duratio momentanea & minime stabilis. Et hac consideratione arbitror eos, qui ex Hebræo in Græcā versionem fecerunt, vbiq; commutasse personam, pro prima ponēdo tertiā, vt ambiguitatē tollerent, & manifestum facerent, de tēporali prosperitate impiorum, non autem iustorum debere omnia intelligi. ¶ Versu decimosexto, Oves eorum factosæ, abundantes in egressibus suis. Egressus nos sumus interpretati partus, vt oues esse abundantes in suis egressibus, sit, eas fecundas esse partubus, vt scilicet vno quolibet partu multos effundant fetus, quo sic crescant greges. Nam hac via maxime fit speciei multiplicatio. Quidā autem putant legendū, In egressibus suis, quod si exponatur in itineribus, satis rectē cōsentit Hebræo, quod habet, in compitis vel in vicis nostris. Similiter & Romanæ lectioni, quæ habet in itineribus, Græcæ autem lectioni non quadrat, quæ habet in iſidoris, quod manifestē sonat, in exitibus vel egressibus eorum. Eandem tamen sententiam cum Hebræo habebis, si egressus accipias pro gressibus vel itineribus, eritq; sensus, Cum gradientur oues per iter, erunt numero plurimæ.

CXLIII. PSALMI ARGVMENTVM.

**P**salms qui sequitur, forma est fidelibus aptissima, qua se in Dei laudes excitare, & in eis sese exercitare valeant. In quo multiplex Diuinae laudis materia exprimitur, nempe magnitudo eius immensa, infinita potentia, magnifica gloria, sanctitas gloriosa, opera mirabilia, suauitas atque bonitas inestimabilis, quam eructant qui eam percipiunt, longanimitas & misericordia, quæ generalis est super vniuersa opera eius, magnificentia & aternitas regni eius, dominationis perpetua stabilitas, veritas quoque Dei in promissis, sanctitas in omnibus operibus, miseratio in erectione collapsorum & peccatorum iustificatione, liberalis omnium viuentium educatio, facilitas exauditionis bonorum, saluatio iustorum, & impiorum perditio. Pro quibus omnibus, concludens laudem illi pollicetur sempiternam, & ad eandem omnem carnem exhortatur: hoc ipſo patenter indicans, laudis illius posse quidem facile reperiri introitum, sinem verò nequaquam.

GENTESIMIQUADRAGESIMIQUARTI PSALMI ELUCIDATIO.

- A **1** Exaltabo te Deus meus rex: \* & benedicā nomini tuo in seculū & in seculum seculi.
- 2 Per singulos dies benedicam tibi: \* & laudabo nomen tuum in seculum, & in seculum seculi.
- 3 Magnus dominus, & laudabilis nimis: \* & magnitudinis eius non est finis.
- B **4** Generatio & generatio laudabit opera tua: \* & potentia tuā pronuntiabunt.
- 5 Magnificentiam gloriae sanctitatis tue loquentur: \* & mirabilia tua narrabunt.
- 6 Et virtutē terribilium tuorū dicēt, & magnitudinem tuā narrabunt.
- 7 Memoria abundantiae suauitatis tue erubescunt: \* & iustitia tua exultabunt.
- 8 Miserator & misericors dominus: \* patiens, & multum misericors.
- 9 Suavis dominus vniuersis: \* & miseratioes eius super omnia opera eius.
- 10 Cōstentur tibi domine omnia opera tua: \* & sancti tui benedicant tibi.
- 11 Gloriam regni tui



Lorificafete volo, & magnificēpradicare, o Deus creator meus, qui es etiā rex & possessor meus, & nomē tuū gloriosum laudare, pradicare, atq; benedicere volo in sempiternū. 2 Nolo vllō vnquam tēpore cessare, neque aliquando fatigari, sed per dies singulos recens semper inueniri volo in tuis laudibus, per singulos dies ita ut tuis horis tibi laudes canā, tēque pradicabo vt poterō: \* & benedictū nomē tuū laudibus effera in sempiternū, donec ab huius vitę imperfecta laudatione, ad perfectissimā illā transferat veturē seculi, vbi nō erit a tua laude villa requies, nulla cessatio, neq; per diē neque per noctē. 3 Et est mihi quidem te laudare volenti laudis cōpiōsissima materia. Nam magnus omnino super omnes tu es dominus, tam secundum substantiæ naturā, quam secundum præcellentiam mirabilium operum tuorū: & iuxta tuæ magnitudinis præcellentiam, es super omnes etiā laudandus: \* & magnitudo tua finem non habet neque mensurā, infinita est, immensa est, inestimabilis & imperuestigabilis. 4 Generatio præcedens, & generatio subsequens: id est in omnibus generationibus serui & fideles tui, laudib; celebrabūt & pradicabunt magnificā atq; miranda opera tua \* & gloriosam potentiam virtutis tuæ, quam monſtras in illis, enarrabunt atque pradicabunt. 5 Magnificam illam gloriam tuæ sanctitatis, tuæ iustitiæ & omnimodę perfectionis (qua in teipſo sanctus es, simul etiā sanctificans omnia) fidei confessione apertē cōstebūt: \* & mirabilia quę tu facis nequaquam tacebunt, sed per os suum eloquētur ea, & pradicabunt palam omnibus. 6 Fortitudinem mirabilium atque stupendorum operum tuorum proloquētur, & tuam illam infinitam magnitudinē enuntiabunt tibi quidē ad laudem & gratiarum actionem, posteris verò & filiis suis ad eruditionem & fidelem instructionem, libi iuicem quoq; ad mutuam exhortationē & consolationem. 7 Ipſi tanquam plenā & velut satiati tuæ summæ bonitatis copiosissimis beneficiis, eloquentur quam senserunt abundantiam bonitatis atque suauitatis tuę, quam sensisse se meminerūt, quāmq; in se sunt optime experti, quo sic & tibi dignas gratiarum actiones persoluāt, & item proximos ad eiusdem desiderium accendāt: \* & in iustitia, veritate atque fidelitate tua, quā præstas seruis tuis, magnificē lætabuntur, & exultabūt, non frustratē spe & expectatione sua. 8 Si requiris, quæ sit hæc abundantia bonitatis eius, quæque hæc sit erga seruos eius fidelitas, ecce dominus ipse est misericors natura, & misereri sciēs, semperque misericordiā præstare solitus ab initio: \* longanimis & patiens, non statim ostēdens irā, neque exercens vindictā, sed patienter expectans peccatores, vt conuertantur ad penitentiam: & sicut ad iram longus ac tardus est ita est cōuerso multū misericors, ad miserendum semper promptissimus, quacunque hora conuerterit se quis ab iniustitia sua, quantumuis etiam fuerit illa magna. 9 Nequaquam morosus, durus, intractabilis, aut difficilis est dominus, sed benignus est, bonus, dulcis, mitis, atq; suavis, neque id quidem cum personarū acceptione, quibusdam tantum, aliis autem non, sed sine discretionē aut personę respectu, omnino erga omnes requirunt bonitatem eius: \* & misericordia eius non particularis est, vt ad pauculos aliquot tantū se extendat, sed effunditur tanquam generalissima & vniuersalissima super omnia opera quæ fecit ipse. Est enim terra plena misericordiā eius, & miseretur omnium quę fecit est: que misericordia eius super omnem carnem. Omnia siquidem opera quæ fecit Deus, miserationes Dei suscipiunt, & veluti in se persentiūt. 10 Proinde, cum nulla creatura expers sit miserationis tuæ, iustum est vt tibi dent laudis cōfessionem omnia opera tua: id quod faciunt, dū in suę naturę substantia, tuam infinitam potentiam, sapientiā atque bonitatem demonstrant: \* peculiariter verò sancti & fideles tui, quos per fidem & spiritum tuum sanctificasti, debent laudem tibi & confessionem, vt pōre qui nō per substantiam suę naturę, verum etiam intellectu & affectu te laudare debent, atq; etiam ore & opere siue vita cōfiteri. 11 Gloriam & magnificentiam regni, domini atque potestatis tuę proloquētur, qua nimirum tam gloriose regnas super omnia quę in cælo sunt, & in terris potestātē obtinēs aternam, nō vtique ab aliquo communicatam siue acceptam, sed a temetipſo eā habens aternam.

Psal. 32. Sapient. 11. Eccle. 18.



Apoc. 19. dicent: \* & potentia tuam loquentur.  
 12 *Ut nota faciant filii hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiam regni tui.*  
 13 *Regnum tuum regnum omnium seculorum: \* & dominatio tua in omni generatione & generationem.*  
 14 *Fidelis dominus in omnibus verbis suis: \* sanctus in omnibus operibus suis.*  
 15 *Alleuat dominus omnes qui corrumpunt: \* & erigit omnes elisos.*  
 16 *Oculi omnium in te sperant domine: \* & tu das escam illorum in tempore opportuno.*  
 17 *Aperis tu manum tuam: \* & implet omne animal benedictione.*  
 18 *Iustus dominus in oculis visus suis, & sanctus in oculis operibus suis.*  
 19 *Propere est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate.*  
 20 *Voluntate timetum se faciet: \* & deprecationem eorum exaudiet: \* & saluos faciet eos.*  
 21 *Custodit dominus omnes diligentes se: \* & omnes peccatores disperdet.*  
 22 *Laudationem domini loquetur os meum: \* & benedicat omnis*

liter, rex regum existens, & dominus dominatum: \* & potentia virtutis tua admirabile, cui nemo potest resistere, pronuntiabit. 12 Idque facient ad instructionem & eruditionem posteriorum suorum, ut generationibus posterioribus sua confessione faciant nota potentiam tuam, & magnificentiam illam gloriam regni tui: quemadmodum & ipsi est a te siue a suis maioribus, manifestata. 13 Magne deus, de tuo regno quid dicam? Ecce enim regnum est nequaquam horarium aut temporarium, sed sempiternum, ac per omnia semper secula aternaliter duraturum, neque temporis plenitudine aliquando defecturum, vel etiam imminuendum: \* & potentatus dominationis tuae, qua dominaris super omnia, in omnibus generationibus sine fine perdurat in sempiternum: que omnia longe sunt a regnis huius seculi, que temporaria sunt, neque perdurant nisi ad dies vel annos modicos, & inde vel deferuntur omnino, vel transferuntur atque mutantur. Regnum autem tuum, semper stabile manet, & indeficiens. 14 Fidelis ac verax est Deus in omnibus verbis suis, nihil promittens quod non fidelissime adimpleat in tempore suo, neque falsum quicquam aut vanum loquens, quod a veritate alienum: \* & sanctus est, immaculatus atque irreprehensibilis, in omnibus operibus, ita ut de omnibus operibus quacunque operatus est ab initio, nemo iure illum possit arguere, aut vel in vno reprehendere, dicens, cur hoc ita fecisti? aut illud quamobrem sic non fecisti? 15 Ipse est qui peccatores in peccata collapsos, quantum quidem ex se est, vniuersos, a suo lapsu facit resurgere: \* & omnes qui collidendo se ad offendiculum quodlibet, vulnerati sunt, aut offendendo incuruati, siue collapsi sunt, ipse erigit, inque sospitate anime & rectum statum restituit. Sic (inquam) omnes erigit, & omnes alleuat lapsos, ut quisquis resurrexerit, non nisi per eum resurgat, & nemo omnino resurgere valeat, nisi eo subleuante. Atque etiam simpliciter omnes (quantum quidem ex se est) ipse alleuat gratia eis per quam resurgere valeant, & adminicula sufficientia praebens, quamquam iacentium pertinacia plurimos in peccatis detineat. 16 Est insuper tam copiosa & vniuersalis misericordia atque bonitas tua, ut omnia animalia & viuientia ex ea pendeant. Siquidem omnium oculi ad te respiciunt, tibi sunt intenti, tanquam pastori & nutritori suo, a te expectantes atque expectantes pabulum nutritionis suae: \* & tu non sinis ea frustrari spe & expectatione sua, sed pabulum conueniens praebes illis, cuique iuxta conditionem naturae quam dedisti ei: cum opportunum fuerit, cum esurierint, & nutritione indigerint. 17 Ostendis tu liberalitatem tuam, & donas liberaliter, benigne ac diuiter, quae sunt illis necessaria: \* & replet omnia animalia beneficiis tuis, iuxta desiderium reficis abundanter, & pascis diuiter, liberaliterque; fatias ea. Neque solum haec vera sunt de corporis pabulo verum etiam de nutrimento anime quod item a te expectant & expectant omnes serui tui, & te aperiente manum tuam, de tua liberalitate recipiunt. 18 In omnibus actionibus & iudiciis suis, quibus agit, disponit, & operatur omnia, iustus est & rectus dominus, neque quicquam est iniquitatis in eo: & est sanctus atque irreprehensibilis in omnibus quae fuerit operatus. 19 Propere est in auxilium & defensionem, & ad omnimode benefaciendum, omnibus qui ipsum ut verum Deum & dominum inuocant, absque simulatione in veritate, ut oportet, de corde puro & conscientia non ficta, huiusmodi: non labiis tantum, sed ex cordis affectu serio illum inuocant. 20 Estque eius tanta benignitas atque facilitas, ut paratus sit perficere ea quae volunt & petunt serui eius, quae ipsis proficua & salutaria noverit: \* & exaudiet orationem, implebitque petitionem eorum, quamcumque postulauerint in nomine ipsius: \* & ab omni malo saluos faciet, liberabitque eos, & in salutem ac quietem aeternam perducet in regnum suum caeleste. 21 Custos est dominus, seruator, protector atque defensor omnium se ex corde vero diligentium, suaque mandata obseruantium: \* peccatores autem, qui sunt osores nominis eius, & sanctae voluntatis prauaricatores, mittit in perditionem aeternam. 22 Cum itaque tot modis magnus & laudabilis cooperiatur dominus Deus noster, concludens, in eo quod cepti perseuero proposito, nepe quod laudem domini Dei mei loquar ego iugiter per os meum, neque quisquam unquam hanc mihi laudem auferet de ore meo in sempiternum: \* & hoc ipsum opto, ut omne quod viuunt, aut spiritum vitae habet super terram, item sancto eius nomini confiteatur, & benedicat in aeternum. Ita enim

*caro nomini sancto eius in saeculum & in saeculum seculi.* *aequum est & iustum, optime Deus, ut creatura omnis, potissimum autem ea in qua vitae rationalis spiritum posuisti, quam ad imaginem tuam creasti, tibi confiteatur laude perenni & confessione sempiterna, in saecula saeculorum. Amen.*

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXLIIII.

**H**ic psalmus, quomodo & 33. per alphabeticas literas est compositus, ita ut singulares versus in Hebraeo secundum ordinem litterarum Hebraicarum a singulis literis incipiant, primus videlicet ab Aleph, secundus a Beth, atque ita deinceps, excepta sola littera Nun, quae in Hebraico nullum habet versus quem inchoet. ¶ Versu 4. Generatio & generatio laudabit opera tua. Iam saepe diximus, hac repletionem dictionis eiusdem, significari vniuersaliter, vel collectionem vniuersalitate: ut sit sensus. Omnis generatio laudabit opera tua. Sic & saeculum saeculi, pro aeternitate (in qua omni saeculo duratio vnica colligitur) in scripturis ponitur, vel in plurali, saecula saeculorum. Sic apud Ezechielem dicitur, Homo homo ex filiis Israel, &c. id est, quicumque ex filiis Israel. Ita qualis qualis, significat qualiscunque: quatus quantus, valet quantumcunque: quilibet quilibet, quicumque. Sic frequenter, a progenie in progeniem, a generatione in generationem, significat in omnes generationes, per omnes progenies: sic dicimus, de domo in domum: id est, per omnes domos. Quidam vero exponunt, generatio, vel populus veteris testamenti, & generatio seu populus noui testamenti, laudabunt opera tua. Sed melius accipitur vniuersaliter, ut significetur per omnes generationes laudatus Deus. In sequenti autem versu, cum dicitur, Magnificetiam gloriae sanctitatis tuae loquentur, in eo quod tria illa sic simul iunguntur, dicendo, Magnificetiam gloriae sanctitatis, cum duo abunde potuissent sufficere: dicendo, Magnificetiam sanctitatis, vel gloriam sanctitatis, non aliud quam magna quaedam exaggeratio ostenditur, & singularis emphasis maiestatis Dei, quam cupit & conatur, prout valet utcunque exprimere. Eset autem oratio clarior, si vniuersum illorum abstractorum verteretur in concretum, hoc pacto, Magnificetiam gloriae sanctitatis tuae loquentur, vel gloriosam magnificentiam sanctitatis tuae: quomodo beatus Hieronymus in sua versione ex Hebraeo versus septimum aliquando reddidit clariorem, per commutationem vnus abstracti in concretum. Nam vbi nos legimus, Memoriam abundantiae suauitatis tuae eructabunt: ipse vertit, Memoriam multae bonitatis tuae loquentur. Sententia tamen eadem est. ¶ Versu septimo, Memoriam abundantiae suauitatis tuae eructabunt. Suauitas hic non accipitur, ut ad gustum referenda, sed pro benignitate sumitur. Nam in Graeco est χρηστότης, quod significat benignitatem. Sic & in versu nono, cum dicitur, Suavis dominus vniuersis. χρηστός est Graecum id est, benignus. Quia de re admodum etiam in annotationibus psalmi 33. vbi dicitur, Gustate & videte, quoniam suavis est dominus. Quod autem sequitur, Et in iustitia tua exultabunt, eandem videtur habere sententiam, ac si per praepositionem diceretur, Et in iustitia tua exultabunt: vel de iustitia, aut pro iustitia tua. Cui consonat quod vertit Hieronymus, Et iustitias tuas laudabunt. In eandem quoque sententiam Felix, Et iustitiam tuam cantabunt. Vel sic, Et in iustitia tua exultabunt. Potest etiam aliter intelligi, Per iustitiam tuam exultabunt: id est, cum a te fuerint iustificati, exultabunt per tuam iustitiam, qua scilicet tu illos iustificasti a peccatis eorum. De his autem quae dicuntur in versu sequenti, Deo attributis, videlicet quomodo miserator sit, quomodo misericors, & quomodo longanimis, in aliis pluribus psalmis iam ante prolixius ostensum est, specialiter etiam in psalmo 102. cum dicitur, Miserator & misericors dominus, longanimis, & multum misericors, non in perpetuum irascetur, &c. Et in psalmo 110. vbi dicitur, Memoriam fecit mirabilium suorum misericors misericors miserator dominus. ¶ Versu nono, Miserationes eius super omnia opera eius. Quidam istud interpretantur, Miserationes Dei superexcedunt omnia opera eius, quoniam videlicet super omnia opera eius emineant operationes misericordiae: quomodo apud Iacobum dicitur, Superexaltat autem misericordia iudicium: & secundum id quod misereri peculiariter Deo quasi proprium quodammodo solet attribui: iuxta quod oratione publica legitur in ecclesia, Deus cui proprium est misereri semper & parcere, &c. Quae quidem expositio licet admodum pia habeat sententiam, non videtur tamen proposito conuenire. Nam, super, hic non significat excellentiam vel supergressum. Quod enim hic dicitur, Miserationes eius super omnia opera eius, non aliud significat, quam ad omnia Dei opera miserationes eius pertinere. In qua sententiam vertit Hieronymus: Misericordiae eius in vniuersa opera eius: vbi manifestum est nullam indicari comparisonem. Idipsum & ex Graeca & ex Hebraea lectio facili cognoscitur. ¶ Versu decimo quarto, Fidelis dominus in omnibus verbis suis, &c. Versus iste hoc loco in Hebraeo non habetur, sed in sequentibus ponitur totus post versus decimum septimum, excepto quod illic iustus ponitur loco fidelis. Quid autem in versu decimo septimo sit aperire manum, diximus in psalmo centesimo tertio, vbi eadem ponitur sententia. Omnia a te expectant, ut des illis cibum in tempore. Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.

CXLV. PSALMI ARGUMENTVM.

**Q**ui nunc sequuntur psalmi ad finem vsque libri, numero sex, & titulum eundem habent, & materiam penes eandem. Omnibus enim his titulus Halleluia praefigitur, quod sonat, laudate Deum: & est laus Dei, omnium vna eademque materia, tametsi diuersis rationibus & considerationibus sumpta. In hoc autem praesenti psalmo, seipsum fidelis ad laudem Dei excitat, & sperandum in eo, quod vanum sit in principibus;

aut in quibuscuq; filiis hominū salutis spē ponere, qui velint, nolint adueniente mortis tēpore, hinc emigrare de-  
bent, resoluique in terrā puluerem, vnde formati sunt. In Deo autem spē ponere, multis rationibus & cōsidera-  
tionibus beatum prædicat atq; securum: tum quod potentissimus sit, nimirum creator caelestium atq; terrestrium,  
tum quod fidelis sit in obseruatione verborum suorum, tum quod erga afflictos atque miseros plurimum sit mis-  
ericors, iudex oppressorum, pastor esurientium, compeditorum liberator, illuminator caecorum, collapsorum erectior  
& amator iustorum, aduenarum quoque, pupillorum, & viduarum custos, atque defensor, quem in aeternum su-  
per populum electorum prædicat regnatum.

1 *Lauda aīa mea domi-  
num: \* laudabo domi-  
nū in vita mea, psallam  
deo meo quandiu fuero.*

Psal. 33.

2 *Nolite confidere in-  
principibus: \* in filiis  
hominum, in quibus nō  
est salus.*

Genes. 3.

3 *Exibit spiritus eius,  
& reuertetur in terram  
suam: \* in illa die peri-  
būt omnes cogitationes  
eorum.*

4 *Beatus cuius Deus  
Iacob adiutor eius:  
\* spes eius in domino  
Deo ipsius, qui fecit ca-  
elum & terram, mare &  
omnia quæ in eis sunt.*

Psa. 144.

5 *Qui custodit verita-  
tē in sæculū: \* facit ini-  
diciū iniuriā patienti-  
bus: \* dat escam esuri-  
entibus.*

Titum. 1.

6 *Dominus soluit com-  
peditos, dominus illumi-  
nat caecos.*

7 *Dominus erigit eli-  
sos: \* dominus diligit  
iustos.*

Psal. 9.

8 *Dominus custodit ad-  
uenas: \* pupillum & vi-  
duam suscipiet: \* & vi-  
ampeccatorū disperdet.*

Danic. 4.

9 *Regnabit dominus in  
& 7. secula Deus tuus Sio,  
Psa. 14 4. in generatione & gene-  
rationem.*

PSALMI ELUCIDATIO.

Auda dominum Deum tuum animæ meæ, quæ tanta ab il-  
lo percepisti, & in creatione, & in redēptione, beneficia,  
& cui parata sunt ab illo bona inuisibilia & inestimabilia:  
vtique laudare ego volo dominū meū donec viuā, psal-  
mos illi & laudes canā, donec substitero in vita corpo-  
ris, benedicā dominū in omni tempore, etiq; semper laus eius in ore  
meo. 2 Nolite, o filii hominū, spē, fiduciāque vestrā ponere in præ-  
cellentibus sæculi huius, qui excellenti sine potētia, siue prudētia, siue  
nobilitate mundana: neq; vniuersaliter in quocunq; filiorū hominū  
a quibus vobis nō potest vera provenire salus, neq; potestātē habent  
vos, imō neque seipso saluādi: sed spē vestrā ponite in Deo viuō, cui  
est saluare, & perdere. 3 Nequāq; (dico) salus esse potest in filiis homi-  
num. Emigrabit enim adueniēte mortis tēpore spiritus eorum de ta-  
bernaculo corporis, & reuertetur ipsi in terrā matrē suā, de qua sum-  
pti sunt: quoniā pulvis sunt, & in puluere reuertetur, per corporis dis-  
solutionē & incinerationē: tūc quidē, sic adueniente mortis tempo-  
re peribunt, & in nihilum redigētur omnia consilia, proposita, & co-  
gitationes eorū, ita vt pradii morte nō valeāt quæ cogitauerāt perficere,  
Ac proinde vanissimū est in eiusmodi spē ponere, quos certum  
est morti esse subiectos, per quā omnis eorum quæ videbatur potentia  
peribit. 4 At verō ille vir beatus est, qui dominū Deū Israel, Deū viuū  
& verū, ponit & habet adiutorē suū: \* qui spē suam omnem at-  
que fiduciā cōstituit in domino Deo suo, qui creauit de nihilo cælum  
terrā & maria, & omnia quæ in eis sunt caelestia atq; terrestria: per quā  
rerum omnium creationē, nota fit omnipotētia eius, cui soli potestas  
competit verā salutē donandi. 5 In hoc (inquam) qui sperat beatus  
est, qui, præter quod est omnipotens & saluare potens est, etiā fidelissi-  
mus in omnibus verbis suis, custodiēs veritatē promissionū suarū, &  
fidē seruās in sempiternū, ita vt mentiri aliquādo non possit, neq; fal-  
lere: \* qui in super, secundū suā iustitiā, iudiciū facit pro iis qui oppri-  
muntur, & iniuriā patiuntur ab oppressoribus, facturus pro illis vin-  
dictam in iudicio: \* qui etiam cibum dat congruentē omnibus esurien-  
tibus, tam quoad corpus corporalē quā quoad animam spiritualem  
6 Ipse est qui potestātē habet victos soluendi, & cæcos illuminandi:  
idque frequenter facit etiam quoad corpus, eos qui corporeis compe-  
ditibus victi sunt a captiuitate liberando, cæcisque oculis visum resti-  
tuendo: quantū verō ad spiritum & animam, per singulos dies, dum eis  
qui peccatorum vinculis iacet irretiti, impotētes ad omne opus bo-  
num, vincula dirumpit captiuitatis ipsorum, & eos qui mētis oculos  
habēt excæcos, spiritalis lucis beneficio, per spiritū sanctū illumi-  
nādo sanat. 7 Dominus erigit, & subleuat eos qui elisi & collapsi sunt  
siue cōfracti, & eos qui iā ad casum erāt incuruati, suppositione ma-  
nus suæ sustentat: \* dominus diligit eos qui odiētes malū, diligūt & se-  
quuntur iustitiā. 8 Dominus custos est, tutor, patronus, atque defen-  
sor aduenarum & peregrinorum, qui in terra aliena inter exteros cō-  
morantes absque amicorū sunt patrocinio: \* orphanos quoq; & pupil-  
los absq; parētib; & viorū suorū solatio orbatas verē viduas, in suā  
tutelā, protectionē atq; defensionē suscipit, tanq; pater orphanorū, iu-  
dex viduarū, & pupillorū adiutor, eō quod soleat huiusmodi pl<sup>9</sup> cate-  
ris humano esse destituti patrocinio: \* itinera autē & actiōes impiorū  
disperdet, dū pro eis perdicionis aternæ & dānationis præmia factori-  
bus retribuet. 9 Nolite timere Sion, popule fidelis, populus domini,  
qui fide cognoscis dominū Deum tuum, sed fidēter spera in illo. Siqui-  
dem idē ipse Deus tuus regnabit in aeternitate, in omnibus generatio-  
nibus. Potestas enim tua Deus, potestas est aeterna, & regnū tuū regnū  
est omnium sæculorū, in super dominatio & potestatus tuus, atq; im-  
perii in omnibus generationibus persistabit in sæcula sæculorū. Amē,

Versu secundo & tertio, Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus nō est sa-  
lus. Exibit spiritus eius, & reuertetur in terrā suam, in illa die, &c. Vide hic propheta quod  
monet, quā pulchre demonstrat, & quā efficaciter persuadent. Nam vbi propoliuisset, Nolite  
te cōsiderare in principibus, in causam huius admonitionis euestigio subiungit, In filiis hominū, vbi  
statim mortalitas & corruptibilitas eorū, ac minimē stabilis vita insinuat: ac deinde adiungit, In  
quibus non est salus, vt ostēdat vanum omnino esse a tali sperare salutē, in cuius potestate non est  
saluatio. Vanum est enim sperare quippiā a aliquo, quod in ipsius facultate nō est. Causa verō ob  
quam non possit esse salus in filiis hominū, dehinc exprimitur, cū subiungitur: Exibit spiritus eius,  
nempe filii hominis, & reuertetur in terrā suam, & tunc peribunt omnes eius cogitationes: tanq; si  
dicat, Etiā si te princeps aliquis saluare decreuisset, & saluādū suscepisset, etiā si ad id optima fuerit  
volūtas, poterit tamē subitō illum nihil cogitantē mors abripere, sicq; spes tua quæ tibi videbatur  
amplissima, tota collabitur in cinerē (quod dici solet) & pro spe tibi succedet desperatio: dū ille in  
quo spē omnē constitueras, morte absorbitur, ne tuum possit cōplere desiderium. Aptissime ergo  
ostendit, nullā esse spē certā in hominibus. Propter quod, apud prophetam Hyeremiam maledicti  
oni subiicitur huiusmodi, qui Deo relicto cōfidit in homine: Maledictus homo (inquit) qui confidit  
in homine, & carnē ponit brachium suū, & a domino recedit cor eius. Erit enim quasi myrice in  
deserto, & non videbit cum venerit bonū, sed habitabit in siccitate in deserto, in terra saluginis &  
in habitabili. Cōtra verō, benedictio subiungitur illorum qui fiduciā habēt in domino: Benedictus  
vir (inquit) qui cōfidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Et erit tanquā lignū quod transplan-  
tatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cū venerit æstus. Et erit fo-  
lium eius viride, & in tempore siccitatis nō erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum.  
¶ Versu eodē, in quibus non est salus: hoc est, in quibus non est facultas siue potestas saluādi, neq;  
semetipsos, neq; alios, in quorū potestate nō est vt salutē conferant. Hieronymus ex Hebræo in hac  
ferē sententiā vertit, In filio hominis cui non est salus: id est, qui non habet vt possit saluare. Vel  
in quibus, accipit, pro, a quibus: vt fit sensus, A quibus non potest salus procedere. In eo quoq; quod  
sequenti versu dicitur, Exibit spiritus eius, & reuertetur in terrā suam, singulare positum est pro plu-  
rali, eius pro eorum. Nō enim de aliquo in particulari fit sermo, sed generaliter de quolibet filiorum  
hominum. Suppositum quoq; verbi Reuertetur, non est spiritus eius, sed ipse filius hominis. Nō est  
enim sensus, Exibit spiritus filii hominis, vel principis, & ipse spiritus reuertetur in terrā suā, quasi signi-  
ficetur spiritus humanus simul interire cū corpore, & in terrā dissipari, quum id sancta nostrā fidei,  
neq; nostrā solū fidei, verum etiā saniorum philosophorum sententiā sit contrarium, sed hic sensus  
accipiendus est, Emigrabit spiritus filii hominis, & ipse filius hominis reuertetur in terrā suam ni-  
mirum secundum corpus. Quæ autē sit ista reuersio hominis in terrā, & quare dicatur non simplici-  
ter in terrā, sed in terram suam, vt tunc nobis in illa sententiā domini indicatur, quam protulit su-  
per Adā, dicens, In sudore vultus tui veleris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus  
es, quia pulvis es, & in puluere reuertetur. Sic & in alio psalmo dicitur, Auferes spiritum eorū, & defi-  
cient, & in puluere suū reuertetur. Profecto enim noster pulvis est, nostra terra est, quoniā de pul-  
uere & terra formati sumus: quomodo aurum ipsius est ex eo composita auræ statua, tāquam eius  
pars atque materia. Quod si altiori cōsideratione, in terrā suam, accipere vellemus loco huius, in lo-  
cum suū: id est in locum sibi deputatum, sibi cōpetentem, sibi assignatum a Deo, posset absq; vilo  
fidei periculo, etiā spiritus pro supposito verbi Reuertetur subiici, in hunc sensum, Exibit spiritus  
hominis, & reuertetur spiritus ipse in locum quē illi Deus assignauerit, quēmq; ille dum viueret a-  
dionib; bonis vel malis sibi velut pparauit: in loca occulta, vel ad aeterna gaudia, vel ad sempiterna  
supplicia, &c. illud tamen quod prius diximus, atq; itē in Elucidatione explanauimus, nō dubiū est  
in præsentī loco Psalmistam voluisse: præcipue, quod in Hebræo habeatur, nō aretz (quod plerunq;  
pro terrā ponitur, vt etiā superna patria terra viuentiū appellatur) sed adamah, quod significat hu-  
mum, a qua primus homo Adam dicitur, sicut Latinis ab humo denominatur homo, quasi factus ex  
humo. Vnde beatus Hieronymus vertit, Reuertitur in humum suam. ¶ Versu quarto, Beatus cuius  
Deus Iacob adiutor eius. Felix aliquādo clarius sic vertit, Beatus illē in cuius auxilio est Deus Iacob  
vel cuius auxilium in Deo Iacob. In iis autem quæ sequuntur per plures versus, vsque ad finē, ratio  
ostenditur: ob quam beatus asseritur, cuius est spes in domino, quæ admodum in versu secundo & ter-  
tio ratio data fuit, ob quā vanū est sperare in principibus, aut filiis hominū. Quare antē bonum bea-  
tūq; sit, fiduciam habere in domino, ratio assignatur multiplex. Et primū quidē eius summa potē-  
tia, quæ inuicitur hoc ipso versu, quum dicitur, Qui fecit cælum & terrā, mare, & omnia quæ in eis  
sunt. Deinde firmissima & indubitata Dei fides, quam tangit subiungens. Qui custodit veritatem in  
sæculum, post hæc eius index iustitiā contra eorum oppressores, quam proponit, dicens, Facit iudi-  
cium iniuriā patientibus. Deniq; eius erga miseros & egenos omnes inexhausta miseratio, quā proli-  
xe declarat, cum præcedentibus adiungit, Dat escā esurientibus. Dominus soluit compeditos, domi-  
nus illuminat cæcos, &c. ad versum vsque penultimum. Postremo indefectia regni eius, quam versu  
vltimo pulchre exprimit, dicens, Regnabit dominus in sæcula, Deus, &c. Illa autem quæ dicuntur  
de esurientium pasto, cæcorum illuminatione, & alia huiusmodi, partim quidem temporaliter, po-  
tissimum verō spiritualiter debent exponi, quomodo in Elucidatione satis appertē monstrauimus.



PSALMVS  
CXLVI. PSALMI ARGUMENTVM.

Quemadmodum in psalmo mox precedente, atque etiam qui illum antecedebat. 144. ita & in hoc, exhortatio ponitur laudis diuinae, multiplici laudis materia ad id adducta & commemorata, quemadmodum ipse per se psalmi processus facile quemlibet docet inspicientem. Neque opus est alio peculiari argumento aut epitomate.

CXLVI. PSALMI ELUCIDATIO.

1 Laudate dominum: quoniam bonus est psalmus: \* Deo nostro sit iocunda decoraque laudatio.

2 Aedificans Hierusalem dominus: \* dispersiones Israelis congregabit.

3 Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.

Matt. 9.  
Luc. 5.  
Esa. 52.

4 Qui numerat multitudinem stellarum: \* & omnibus eis nomina vocat.

5 Magnus dominus noster, & magna virtus eius: & sapientia eius non est numerus.

1. Petrus.


6 Suscipiens mansuetos dominus: \* humilians autem peccatores vsque ad terram.

7 Precinuite domino in confessione: \* psallite Deo nostro in cithara.

8 Qui operit caelum nubibus: & parat terrae pluuiam.

9 Qui producit in montibus fenum: \* & herbam seruituri hominibus.

10 Qui dat iumentis escam ipsorum: \* & pulis cornuorum inuocantibus eum.



Elebrate laudibus dominum fideles serui eius, quoniam bonum est psallere illi & laudare: \* sit Deo nostro ex nobis seruis suis iocunda laudatio, sit illi placita, sit illi speciosa, grata & accepta laus qua illi optamus canere. 2 Ipse est dominus qui ciuitate pacis ecclesiam suam sanctam, veram Hierusalem, ex sibi credentibus aedificat, quasi ex viuis lapidibus: \* atque ad hoc extruendum aedificium congregat electos suos a quatuor vetricibus, dispersos per vniuersum orbem, ex omnibus finibus orbis terrae, ex omnibus gentibus, linguis & populis, in vnam fidem, vnam spem, vnum baptismum, vnum spiritum, atque in eandem ecclesiam sanctam, inque perfectam & omnimodam vnitatem salutis. Quos enim peccati author diabolus, sua prauitate & fraude dispersit, ipse author iustitiae colligit, & congregat in vnum ad aedificium sanctum suum. 3 Ipse poenitentes & vera cordis contritione humiliatos sanat, tanquam medicus bonus, qui venit sanare male habentes, & peccatores vocare ad poenitentiam: sanat certe, languores peccatorum tollendo, & dolores mali reatus nostri in seipsum assumendo: \* dolores quoque, vulnera, & infirmitates eorum diligenter curat, ad eum dum quo medicus peritus iuxta ac diligens, loca vulnerum atque infirmitatum solet alligare, & fouere emplastris, donec quae erant infirma, ad firmitatem & sanitatem perducatur. 4 Ipsius scientia tanta est, vt vniuersitatem stellarum firmameti (quae sunt hominibus innumerabiles) habeat veluti numerata, in cognitione sua omnem earum numerum in sua scientia descriptum habens, exactissimamque etiam singulas pernolescens: \* & ita pernolescens, vt singulas vocet propriis suis nominibus, sciatque distincte vocare singulas, vnaquaque iuxta conditionem naturae suae. Ad quod profectum non solum necesse est illi stellarum definitum numerum habere cognitum, verum etiam sigillatim singularum stellarum naturam atque proprietates habere perspectas. 5 Sed quid vnum vel alterum infinitis Dei mirabilibus proponimus? Ecce simpliciter in omnibus, & per omnia magnus est dominus Deus noster, & omnino maxima est virtus omnipotentiae eius: sapientiae quoque eius non est finis, sed est vt virtus potentiae, ita & sapientiae eius nobilitas infinita atque immensa. 6 Ipse est susceptor defensor atque patronus mansuetorum, qui humiles suscipit ad exaltationem, vt eos exaltet in tempore visitationis: \* superbos autem peccatores qui se modo exaltant in inobediencia mandatorum Dei, ipse deprimit, & humiliabit confusione maxima, & prorsus in terram prosternet omnem altitudinem eorum. 7 Precinuite serui Dei qui ista cognoscitis, ac velati contedentes ad laudem Dei, aliosque ad eandem inuitantes, cantica confessionis & laudis priores incipite, vt vos audientes amuletur ceteri: \* psalmos & laudes Deo nostro canite, etiam citharis aliisque musicis instrumentis adhibitis. 8 Ipse est cuius potentia nubes generatur, quae in altum subuectae, caelestem machinam sua densitate & caliginosa obscuritate obuolunt quodammodo & obscurant, vt nequeat videri: \* calum quoque aereum partem aeris inferioris operiunt, dum superlatam in mediam superioris aeris portionem, illam inferioris veluti obducunt: \* & ipse id est qui terris, per nubium condensationem, & ad naturam aquae dispositionem, parat, atque per earundem resolutionem donat pluuiam, quando, & vbi voluerit, 9 Ipse est qui in montibus facit germinare herbam, vbi nulla adest cultoris hominis industria, labor, vel diligentia: \* & terras facit gramina herbamque progignere, in pabulum iumentorum ceterorumque animalium, quae homini subseruiunt, quoque hominibus sunt in usum, siue quo ad cibum, vt vacca, oves, boues, & alia huiusmodi, siue quo ad ministerium, aut alium quemlibet usum, vt equi, camelus, atque id genus alia. 10 Ipse est qui in vniuersum omnibus iumentis cibum dat conuenientem naturam ipsorum: \* peculiari quoque miraculo, etiam pullis cornuorum escam praebet, ad se praesursum clamantibus, quos antequam plumescant atque nigrescant, a parentibus derelictos sine pastu ipse pascat, absque vlla alte-

CENTESIMVS QVADRAGESIMVS SEXTVS 301

A 11 Non in fortitudine equivoluntatem habebit: \* nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.

12 Beneplacitum est domino super timentes eum: \* & in eis qui sperant super misericordiam eius.

B

rius pabuli per quancumque creaturam administratione: hoc ipso patenter indicans, orphanorum omnium & delictorum peculiarem se gerere curam. 11 Cum vero sit ipse Deus noster potentissimus atque fortissimus, non est tamen ei beneplacitum, neque complacentia aut oblectationem habet in fortitudine corporali, etiam si quis equi fortitudinem habeat: neque etiam in equorum gloriatur fortitudine, quemadmodum solent homines bellici atque mundani: \* neque iterum in fortitudine viri oblectatur, si conspexerit quempiam crassum atque robustum tibijs, validum ad luctum siue ad pugnam, in quo solent homines mundi huius gloriari: in his inquam atque huiusmodi non est beneplacitum Deo, neque ista sunt quae attendit in hominibus, aut propter quae homines diligat. 12 In quo ergo beneplacitum est altissimo? Vtique complacentiam & oblectationem habet in eis, ac super eos ponit benigni aspectus sui oculos, qui reuerentur atque diligunt eum, obseruantes studiose mandata ipsius: \* & in eis qui spem suam ponunt, & gloriantur non in fortitudine corporali, neque in alia qualibet re temporalis, sed in altissima & immensa misericordia eius. Non ergo gloriatur fortis in fortitudine sua, neque potens in potentia sua, neque quomolibet aliter praecellens in praecellencia sua: sed in hoc gloriatur, scire, nosse, atque timere te, Deus piissime, & in tua suavissima misericordia sperare, quae est super omnes electos tuos aeterna, non auferenda in saecula saeculorum. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXLVI.

Versu primo, Laudate dominum, quoniam bonus est psalmus, Deo nostro sit iocunda decoraque laudatio. Posteriorem partem ita sumus interpretati, Nostra sit Deo nostro iocunda & decora vt speciosa, grata, & suauem optemus fieri laudem illi quem celebramus laudibus: quomodo in alio psalmo dicitur, locundum sit ei eloquiū meum, ego vero delectabor in domino. Aliter etiam accipi potest, vt exhortatio sit ad digne apteque Deum collaudandum, in hunc sensum, Laudate dominum, quoniam bonus est illi laus sufficit, sed talis sit nostra laudatio quae sit iocunda & decora, quae sit speciosa & grata, vt placeat Deo. Insuper datur ille Deo nostro, qui secundum vulgata constructionem coniungitur sequentibus, potest & praecedere annecti, hoc modo, Laudate dominum, quoniam bonus est psalmus Deo nostro. id est quoniam bonus est psallere & confiteri domino, quomodo in alio psalmo scribitur: ac deinde, sit iocunda decoraque nostra laudatio. Et est haec distinctio magis consona Hebraeo, quam prior: quemadmodum priori, magis Graeca fauet lectio. Sic enim Graeca est *ὁ ψαλμὸς ὁ καλὸς ὁ θεὸς ὁ καλὸς ὁ θεὸς*, hoc est, dulcescat laudatio. ¶ Versu secundo, Aedificans Hierusalem dominus, dispersiones Israelis congregabit. Possunt duae istae partes separatim legi, vt in priori intelligatur verbum substantiuum, hoc sensu, Dominus erit aedificans Hierusalem, & ipse dispersiones Israelis congregabit vel coniunctim, vt totum illud aedificans dominus, sit suppositum verbi congregabit, hoc sensu, Dominus qui edificabit Hierusalem, congregabit dispersiones Israelis: vel dominus cum edificauerit eam, & cetera. De hac autem dispersionis congregatione, spiritualiter ad aedificium spirituale sanctae Ecclesiae noue relata, pulchre Ioannes meminit Euangelista, vbi in concilio iudeorum, Cayphae Pontificis consilium simul atque prophetiam describit, capite sui Euangelii vndecimo, cuius haec sunt verba, Vnus autem ex eis Cayphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, propheta uir, quia Iesus moriturus erat pro gente: & non tantum pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum. Haec ille. Quae dispersionem, quis dubitet spirituales debere intelligi, ex diuersis vitijs & erroribus, in vanam fidem vnamque sanctam Ecclesiam, non autem temporalem? Vnde signanter dicit, vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum, non autem vt filios Israel. Alioquin de temporali congregatione loquamur, videtur mors Christi potius dispersionem fecisse filiorum Israel secundum carnem (intelligendo per occasionem) quandoquidem propter eius interfectionem & suam infidelitatem, contriti sunt & dispersi in omnes gentes, vsque in praesentem diem, quomodo apud Lucam de eis futurum praedicitur. Et ipsemet in Euangelio dominus confitetur, quod venit facere separationem secundum corpus: Veni (inquit) separare filium aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nunc aduersus focum suam, & cetera. & inimici hominis domestici eius. ¶ Versu quarto, Et omnibus eis nomina vocat, hoc est, singulas stellas vocat suis propriis nominibus, vel singulis indit siue imponit propria nomina. In quo indicatur magna & valde exacta Dei cognitio, qua pernolescit distincte singula, eius enim qui nomen potest rei indere, est re prius cognoscere: & quanto vniuscuiusque rei naturam melius cognoueris, tanto eidem nomen aptius potius poteris indere. Cum enim nomina debeant rei conuenire, vt congrua sit appellatio, omnino necesse est eum qui nomen imponit, vt conuenienter imponat, rem ipsam cognoscere. Veluti (exempli gratia) cum Adam adductam ad se vxotem vocat Isach, quod Latine Hieronymus viraginem vertit: quomodo odoid conuenienter fecisset, nisi cognouisset quod esset de vira sumpta? Et cum Adam singula animantia appellaret suis nominibus, ita vt quodcumque appellasset ea Adam, hoc esset vniuscuiusque nomen (quo-

Psal. 103.

Psal. 91.

Ioan. 11.

Luca. 27.

Matt. 10.



modo in Genesis scribitur historia (indubie significabitur, singulorum animalium a Deo illi fuisse datam scientiam, & singulorum naturas atque conditiones ipsam cognouisse. Alioquin, non ad illum adduxisset dominus, ut videret quod vocaret ea. Ita ergo in proposito loco, cum dominum Propheta dicit stellas numerare, & insuper singulas suis propriis nominare nominibus, significat non solum numerum stellarum non latere Deum, verum etiam singularum naturam & conditionem exactissime illum pernoscere. Aqua perfecta scientia, quantum nos absumus, imò quantum absint vniuersi Astro nomi, vel illud nos docet verbum domini ad Abrahamam, Numeram (inquit) stellas, si potes, quasi significare velit, nihil minus esse homini possibile, quàm stellarum vniuersitatem numero certo in sua cognitione comprehendere: quato minus ergo singulis vocare nomina, id est, singulis nomina imponere, vel singulas suis appellare nominibus? Quidam verò mystice hic per stellas intelligunt electos, fide lucetes in Ecclesia, ad modum stellarum in firmamento. Et in hoc quo dicitur Deus multitudinem stellarum numerasse, & singulis vocare nomina, significatur, Deum cognoscere, & definitum atque descriptum in sua prædeterminationis libro tenere, electorum suorum numerum, & singulos eorum sibi esse optime cognitos, iuxta illud Apostoli, Cognouit dominus, qui sunt eius. Quod si quis roget, cui proposito versus iste deseruiat, maxime si ad literam de stellis corporalibus exponamus, quod facit Elucidatio. Dicimus, quoniam in præcedentibus dixerat dispersiones Israelis a Deo congregandas in ædificationem Hierusalem, & sanandos infirmos, curandosque; vulneribus faucios, ne cui ista magnum aliquid & quasi impossibile Deo videantur, sic dispersa posse colligere ex omnibus gētibus, & in vnum congregare, aut sic infirmis singulis adhibere curam, adducit exemplum de stellis corporalibus, quæ cum plurimæ sint, & per firmamenti immensam latitudinē abinuicē quàm maximo spatio distantes, sic tamen singula subsunt exactissime Diuinæ cognitioni. Si verò mystice exponas, cōtinuam manifestata est. In versu autē sequenti, cum dicitur, sapientiæ Dei non esse numerum, attende numerum poni pro mensura vel fine, ut significetur, non esse mensuram definitam, vel non esse finem magnitudinis eius. Et versu sexto, quod dicitur humilians peccatores vsq; ad terram, accipe ut secundum figuram dictum, pro humiliatione maxima & depressione infima. Qui enim ad terram vsq; deprimitur, non potest vilior fieri atque humiliari magis. ¶ Versu septimo, Præcinite domino in confessione. In Græco est verbum *ἑξομολογῆτε*, quod significat incipite. Est enim sensus, Incipite domino in confessione, inchoate psalmos & cantica confessionis Diuinæ, ut exciteris proximis, qui prosequantur vnā vobiscum cœpta cantare carmina. In Hebræo autē simpliciter est, canite. Versu decimo, Qui dat fumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Ferunt pullos coruorum iam editos, vbi a parentibus cōspiciuntur, non esse similes in plumis atris, vel (iuxta quorundam sententiā) quod implumes sint, vel (ut alii volunt) quod plumas ipsas quas habent, albas vel subalbas habeant, tanquam degeneres & parentum dissimiles, ab eis relinqui in nido absque pabulo, donec suo tempore plumis enascentibus, & paternum colorem referentibus, parentum ad se reuocent naturale studiū. Interim verò, dum sic a parentibus relinquuntur, Deus illos sua bonitate sustentat: quanquam de sustentationis modo est nonnulla diuersitas. Quidam dicunt rore celesti eos pasci: alii, vermiculis in nido enascentibus Dei providentiā. Alii, absque omni cibo Diuina bonitate tantisper illos dicunt sustentari. In hoc autē coruorum sic derelictorum pastu, euidentissime Deus monstrat, quàm semper ad sit rebus desperatis, & iis qui relictī sunt ab hominibus. Quod etiā considerans alio in loco noster Psal mista, dicebat domino, Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. Nam si ita coruorum pullis succurrit derelictis, quanto magis filius hominum, cum in eadem venerint derelictione: Nā & ipse nos dominus in Evangelicis exhortationibus iubet volatilia cæli respicere, atque ex iis quæ circa illa agere cōspiciuntur benignissima Dei providentiā, spē nostrā firmare. Respicere (inquit) volatilia cæli, & c. ac deinde, Nonne vos magis pluris estis illis? De hoc autem pastu coruorum ex Dei providentiā, manifeste Dominus loquitur ad Iob dicens, Quis præparat coruorum escam suam, quando pulli clamant ad Deum vagantes, eo quod non habeant cibos? In his tamen verbis, nihil de illa pullorum derelictione indicatur, sed tantum dicitur, clamantibus pullis, Deū providere cibum parentibus, quæ videlicet adferant suis pullis præ fame clamantibus. Vnde & in proposito loco, si cui non placerent illa de pullorum coruinorum derelictione, puto illū posse locum præsentem cōmode exponere, absque mentione rei illius, in hunc sensum, ut dicatur Deus pullis coruorum in nido ad ipsum clamantibus, atque præ fame crocitatibus, providere de necessario victu, idque per parentes, quibus Deus donat, ut inueniant quæ in pastum afferant pullorum. Verū si ita dixeris quæstio tibi restabit, quamobrem magis de pullis coruorum dicatur, quod eis cibum præbeat Deus, quàm de pullis aliarum avium, cum sit hoc commune omni speciei volatiliū, imò non tantum volatiliū, sed etiā gressibilem super terram, & in aquis natatiliū? Cui quæstioni responderi poterit, ideo specialiter de coruis dictū esse, quia carnivore aues sunt, insuper & multi cibi, ob vehementem calorem quo abudat: propter quod, difficilius videtur & maioris miraculi, illos sufficere pasci vnā cum suis pullis, quā alia volatilia, quæ ferè quibuslibet oblatīs vescuntur, & pauco sustentantur nutrimento, ac proinde non ita multo negotio & se & suam nidularē familiam iustētant. Vel forsitan ob contemptū singulariter dici potuit de coruis, quoniam vulgò hæc aues triste aliquid referunt, & quasi infernale quiddam repræsentant, tum ipso colore atterrimo, tum crocitate per quā in amœna, tum voracitate humana carnis, quibus omnibus, aliqua ex parte, cum odiosissimo nobis inimico diabolo, avium hoc genus videtur conuenire: propterea quod hæc aues hominibus in deliciis non sunt, ut alia plurimæ, neque multum hominum aspectibus sese offerunt. Atque ita quasi per despectū accipi posset, quod hic dicitur in hunc sensum, Qui dat escam omni carni, etiā pullis coruorum ad eum elat-

Gene. 15.

2. Tim. 2.

Psal. 26.

Matt. 6. Iob. 38.


A matibus, etiā aues illas quæ nobis quasi execrabiles sunt, sua vniuersali ac generalissima benignitate pastu congruo sustentat. Verū nos ista tantum proposuimus: elige tibi lector quicquid malueris. Illud tantum aduerte, quod coruorum hæc inuocatio, non aliud intelligitur quàm clamor. Dum enim præ defectu cibi in nido aues clamant, quasi Deum nutritorem inuocant: quemadmodum cum instabilis consistens iumentum, & pabulo carens, clamorē emittit suæ naturæ congruum, ut pote ouis balatum, bos mugitum, equus hinnitum, hoc suo clamore testatur iumenta indigentiam, & quasi dominos suos inuocant, ut pabulum vel potum præbeant. Vnde in Hebræo hoc loco habetur, Pullis coruorum qui clamant.

CXLVII. PSALMI ARGUMENTVM.

Considerans Psal mista, quæ & quanta vtriusque Ecclesiæ oues a Deo percipiunt beneficia, ad laudem benefactoris sui in spiritu exhortatur vtraque: & primum quidem illam supernam triumphantem, cuius seræ sunt vultibus obfirmata, in qua est plena benedictio omnis boni, quæ pace est per Deum circummurata, & pinguedine satiatur diuinitatis eius. Post hoc verò, de ea quæ adhuc militat loquitur: cui Deus verbum suum misit saluatorem, atque per eum, verbum fidei, & prædicationis Euangelicæ, quo velociter orbem vniuersum percurrente, spiritali generatione plurimos sibi regenerauit, & tetra infidelitatis atque vitiatorum nigredine pulsa, virtutum, & veritatis candore dealbavit, quasi niuem & lanam: caliginosos spiritus, qui velut nebula hærent in ære, fugere cogens, longèque abscedere de cordibus credentium: eos autem qui corde obdurato noluerunt obedire veritati, in damnationem proiecit & pœnas intolerabiles. In qua etiā Ecclesia, ut nemo pro se desperet, quotidie Deus per operationem verbi sui gelida peccatorum corda liquescit, emollitque ad compunctionem & penitentiam, & flatu spiritus sui quæ prius arida fuerant peccatorum corda, suæ salutaris gratiæ imbribus perfundit. Nouissime autem, legis Euangelicæ beneficium magnificans, & velut peculiare beneficium plurimum offerens ut pote cuius indigentiam omnes patiantur qui extra Ecclesiam sunt, ita terminat Psalium exhortationis.

CXLVII. PSALMI ELUCIDATIO.

1 **Lauda Hierusalem dominum: \* lauda Deum tuum Sion.**



Urbs beata Hierusalem, o ciuitas pacis superna, quæ in pace æterna triumphas secura, tu lauda dominum Deum tuum: \* sed & tu o militans iustorum Ecclesia, quæ per fidem adhuc ambulat, & specularis in enigmate, nondum per speciem facie ad faciem, laudare etiā debes dominum Deum tuum. 2 Et est profecto cau-

2 **Quoniam confortauit seras portarum tuarum:**

sa inuisibilis, cui vtraque hæc Ecclesia, tam triumphans illa, quàm hæc militans, laudare debeat dominum. Et primum quidē, quantum ad te, o celestis Hierusalem, propterea quod ipse dominus portas tuas non solum seris clausit, verum etiā seras ipsas portarum cōfirmauerit, veltibusque corrobauerit, ut sit firmissima clausura atque custodia tua, ita ut nullū possit ad te accedere malū, nullū possit flagellum in te introire, atque etiam vt nemo omnium qui intra se sunt vnquā ab illa, quam intus possidet, felicitate possit eiici, vel exire, vel excidere, vel exerrare: \* filios quoque qui in te sunt, id est, ciues & incolas tuos, idem ipse Deus benedictiōibus æternæ beatitudinis copiose impleuit. 3 Ipse tibi fines posuit & terminos tuos constituit in pace, perfectamque & imperturbabilem pacem tibi pro muro dedit, & pacem te quasi per circuitum circūdedit ac veluti circummurauit, ut nihil ad te valeat accedere quod possit tuā quietem conturbare: \* & quod omnibus maius est, aspectu diuinitatis suæ (quæ est tanquam adeps & pinguedo frumētī, cibis delicatissimus & præciosissimus) ipse te satiat, & omnes qui in te sunt ciues tuos: dum suam diuinitatē vobis dat videre facie ad faciem, sicque satiamini, ap-

\* **benedixit filiis tuis in te.**

parente vobis gloria ipsius. 4 Et tu quoque, o Sion militans, tamen si hæc nondū in te præsentias, neque adhuc tanta acceperis, habes tamen in quibus, & pro quibus iustum est te laudare dominum Deum tuum: Ioan. 1.

3 **Qui posuit fines tuos pacem:**

qui verbum suum, filium suum vnigenitum emisit & signum suo in mundum, ad salutē Ecclesiæ suæ, atque per hunc verbum prædicationis Euangelicæ, verbū salutaris fidei, a Iudæa (vbi per se Dei filius ipse prædicauit) emisit per Apostolos ceterosque fidei prædicatores, in omnem terram, & in omnes fines orbis terrarum: \* & verbum hoc eius, ut pote magnæ efficacitæ & virtutis, velociter cucurrit, celerrimèque peruolauit: dū iplo cooperatè, & sermone illorum confirmante, breuissimo tempore ris spatium in omnem terram exiuit sonus prædicationis, eorum & verba eorum in fines orbis terræ peruenerunt. 5 Currente autem sic verbo sanctæ prædicationis, ipse nona regeneratorum, & ad modum niuis candidatorum fidelium multitudinem dat, & nasci facit, in candore ac

\* **Et adipe frumenti satiat te.**

etiam vt nemo omnium qui intra se sunt vnquā ab illa, quam intus possidet, felicitate possit eiici, vel exire, vel excidere, vel exerrare: \* filios quoque qui in te sunt, id est, ciues & incolas tuos, idem ipse Deus benedictiōibus æternæ beatitudinis copiose impleuit. 3 Ipse tibi fines posuit & terminos tuos constituit in pace, perfectamque & imperturbabilem pacem tibi pro muro dedit, & pacem te quasi per circuitum circūdedit ac veluti circummurauit, ut nihil ad te valeat accedere quod possit tuā quietem conturbare: \* & quod omnibus maius est, aspectu diuinitatis suæ (quæ est tanquam adeps & pinguedo frumētī, cibis delicatissimus & præciosissimus) ipse te satiat, & omnes qui in te sunt ciues tuos: dum suam diuinitatē vobis dat videre facie ad faciem, sicque satiamini, ap-

4 **Qui emittit eloquium suum terræ:**

parente vobis gloria ipsius. 4 Et tu quoque, o Sion militans, tamen si hæc nondū in te præsentias, neque adhuc tanta acceperis, habes tamen in quibus, & pro quibus iustum est te laudare dominum Deum tuum: Ioan. 1.

\* **velociter currit sermo eius.**

dū iplo cooperatè, & sermone illorum confirmante, breuissimo tempore ris spatium in omnem terram exiuit sonus prædicationis, eorum & verba eorum in fines orbis terræ peruenerunt. 5 Currente autem sic verbo sanctæ prædicationis, ipse nona regeneratorum, & ad modum niuis candidatorum fidelium multitudinem dat, & nasci facit, in candore ac

5 **Qui dat niuem sicut lanam:**

candidatorum fidelium multitudinem dat, & nasci facit, in candore ac

\*nebulam sicut cinerē spargit.

6 Mittit crystallum suam sicut bucellas:

\* ante faciem frigoris eius quis sustinebit? 7 Emittere verbum suum, & liquefaciet ea:

Hiere. 23.

\* stabit spiritus eius, & fluent aqua.

Ioan. 4.

8 Qui annunciat verbum suum Iacob: \* iustitias & iudicia sua Israel. 9 Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

munditia precellenti, in omnibus virtutibus & gratiis, ut sint quasi lana albilissima atque mundissima: \* caliginosa autem & terras aereas potestates, quae sunt quasi nebula atra per malitiam, caliginosa per ignorantiam, & sterilis per defectum omnis bonae operationis, has imple per virtutem praedicationis Evangelicae spargit, dissipat, difficit, fugat, & expellit, quemadmodum cinis & puluis aridus flante vento dissipatur atque dispergitur, non valens subsistere, & quemadmodum nebula solaribus radiis dissipatur, adueniente sole in virtute sua. 6 Homines quoque obstinatos & induratos in sua malitia, qui sunt quasi crystallus & glacies induratisima, ultra non liquefactibilis, homines corde incredulo & inobedientes (qui per verbum Evangelicae praedicationis non voverunt emolliiri, neque resoluere ad poenitentiam) hos ipse a facie sua in tenebras exteriores proiciet, cum diabolo & angelis eius, dabitque eis velut in cibum, ut sint partes & portio vulpium, quemadmodum proici solet bucella panis ante conspectum canum in escam: \* Quis vero hanc iram eius non timebit? Aut quis stare poterit ante conspectum indignationis eius? Quis ferre poterit hanc iram intolerabilem? 7 Attamen cum emiserit ipse verbum suum, siue per internam inspirationem, in cordibus hominum loquendo interius, siue etiam per exteriorem praedicationem sanando exterius, liquefaciet & resoluet ad poenitentiam corda multorum, quae glaciata, congelata, aut aliquoufque indurata esse ceperunt, & aliqua ex parte crystallus erant: & flante, operante atque inspirante in eis spiritu domini, veluti aquae resoluetur per poenitentiam, quemadmodum cum glacies dissoluitur a facie caloris liquefacientis atque resoluetis. Potens est enim verbum Dei quasi ignis, & quasi malleus conterens petram, etiam frigidissima nonnunquam, & quae videbantur obdurata corda in quibus nihil erat diuini amoris, ad veritatem & poenitentiam conuertens: \* fiat quoque in Ecclesia spiritus ille sanctus, a patre atque filio missus, per influxum & elargitionem donorum suorum in cordibus fidelium: & quocumque peruenit benignus status eius, fluunt, copiosaque scaturiunt in eis aquae vitae, salientes in vitam aeternam aquas lachrymarum excutiens de saxosis cordibus poenitentium. 8 Ipse est dominus Deus qui verbum fidei & salutaris Evangelicae doctrinae, verba quoque mandatorum suorum annuntiare facit populo fidelium Ecclesiae suae sanctae: \* populo suo Israel, id est fidelibus suis, annuntiare facit omnes voluntates, praecipua atque iudicia sua, quae obseruari vult ab ipsis, & secundum quae iudicium faciet in die retributionis. 9 Neque vero paruum est hoc beneficium, tamen si forsitan in aduertentibus & ingratis hoc ita videatur, sed peculiare & grande est donum. Non enim sic fecit omnibus nationibus gentium & ceterorum populorum, qui adhuc in infidelitate perseverant, quemadmodum nobis fecit fidelibus suis, qui in Ecclesia sancta sumus: & iudicia, praecipua, ac voluntates suas non fecit omnibus manifesta, sicuti fecit nobis. Sunt enim plurimi extra Ecclesiam populi, apud quos magna est fames verbi Dei, quo nos, qui intra illam permanemus copiose, reficimur & satiamur.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXLVII.

Versu primo, Lauda Hierusalē dominum, lauda Deum tuū Sion. Nos in Elucidatione partem priorē retulimus ad Ecclesiam triumphantem, posteriorem ad militantem. Item versus duos proxime sequentes, Quoniam confortauit, &c. Qui posuit, &c. accommodamus triumphanti Ecclesiae: quae verò deinde sequuntur militanti. Quae distinctio satis manifeste in Elucidatione monstratur, ut hic iterum replicare non sit opus. Possent tamen omnia ista commode intelligi de sola militante Ecclesia, quae Hierusalē appellatur, ratione verae pacis, quae Christus donat eius ciuibus: illius (in qua) pacis, de qua Saluator abscedens aiebat discipulis, Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis: Non quomodo mundus dat, ego do vobis Appellatur & Sion, ratione contemplatiōis, in qua sunt per fidem incolae eius. Huius autem Ecclesiae seras portarum confirmasse dicimus Christum, eo quod illa sic valide munivit contra omnes aduersarias potestates, ut nec portae inferi possint prevalere aduersus illam, neque vlla omnino inimici quantumlibet seruiens potentia vel astutia ea valeat expugnare. Porro, quomodo filiis qui in ea sunt benedixerit dominus, nemo ignorat eorum, qui, ut veram Ecclesiam filii & ciues, non numero tantum nominis, verum etiam virtute & merito bonae conuersationis, eam inhabitant: cum (iuxta Apostoli verbum) dinites fiunt per Deum, in omni bono, ita ut nihil eis desit in vlla gratia, & (quomodo alibi nos iter Psalmita ait) accepta a legislatore benedictione, eum de virtute in virtute, ut videant Deum deorum in Sion. Fines quoque militantis Ecclesiae Deus posuit,

Ioan. 4.

Matt. 16.

1. Co. 1.

Psal. 38.

A pacem id est, pacem circummuniuit & circumdedit per circuitum quasi inexpugnabilem, dum (ut supra diximus) ipsam securam constituit, & firmam reddidit in pace firma, quam mundus ut non potuit dare, ita neque auferre, & quam euertere item non valeat omnis virtus inimicorum. Adipe quoque frumenti ciues Ecclesiae satiat Christus, quando de pinguedine spiritualium gratiarum eius (quam ab eius plenitudine credentes accipiunt) abunde reficimur, pascimur, oblectamur & corroboramur, ut crescamus in viros perfectos, in mensuram atque plenitudinis Christi: utque alacres simus, & potentes ad currendum in fortitudine viam mandatorum domini. Nam hac pinguedo gratiae spiritualis, readeeps frumenti potest nuncupari, frumenti scilicet quod est Christus, quemadmodum ipse se in Evangelio appellat, dicens, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, proculdubio sese designare volens morte afficiendum, atque intra terra viscera ad tempus condendum, donec resurgens a mortuis fructum faceret centuplum. Huius ergo frumenti adeps est quicquid ab eius plenitudine in membra eius, in Ecclesiae ciues manat. Aut per adipem frumenti, accipit illum delicatissimum atque pinguisimum panem sancti corporis domini, quo satiat, quo pascuntur, & copiose quasi eximiiis deliciis reficiuntur omnes fidelium animae, quae ipsum digne & cum iudicio manducauerint, de quo etiam illud intelligi potest quod in alio psalmo scribitur, Et ci bavit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. Satiare autem in hac expositione accipi debet, non secundum plenitudinem suae significationis, iuxta quam dicitur in alio psalmo, Satiabor, cum apparuerit gloria tua, sed ut significet sufficientem, imò copiosam & delicatam refectio-nem. Nam prior illa satietas a peregrinationibus nobis longe est, tamen posterior iisdem nequaquam denegatur. ¶ Versu secundo, Quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. Vigilanter attende, quod non simpliciter Propheta hic dicit, Deum confortasse aut seras clausisse portas Hierusalem, verum quod seras portarum eius confortauerit. Plus enim hoc videtur, etiam seras portarum confortasse, quam tantum portas confortasse, vel seras clausisse. Nam ita solent ciuitatum portae, contra hostium ingressum vel insultum, duplici claudi & obfirmari munimine. Primum enim seris maximis & fortissimis concluduntur, deinde vectes adhibentur ferrei, aut lignae trabes magna, ferramentis crassis quasi circulis fabricorum artificio obligatae & corroboratae, quibus ea clausura quae serarum est, veluti confirmatur, confortatur, & secuta redditur, ne vlli forsitan impetu vel concussione hostili possint serae non confirmatae cedere: quomodo & priuarum domorum plararumque non tantum ostia seris simplicibus clauduntur, sed insuper & pessulo ferulis illa clausura vel firmatur. Videtur autem mihi secundum hanc considerationem dixisse Propheta, non simpliciter, Clausit portas, sed confortauit seras portarum tuarum, volens nimirum fortissimam & penitus infrangibilem clausuram securitatemque maximam atque inexpugnabilem huiusmodi verbis significare. Nā si de illa loquamur securitate caelestis Hierusalem, certum est, nullis vnquam verbis satis illam posse explicare. Si verò de hac terrestri loquamur Hierusalē, ipsa tamen non eadem qua illa prior perfecta gaudeat securitate, ut prorsus malum nullum, nedum superans, sed nec tentans aut vexans ad eam possit accedere: ex ipsis tamen domini verbis, tantam cognoscimus esse etiam huius securitatem, ut nulla possit hostili oppugnatione, ab ipsis quidem inferi portis, deuinci aut expugnari, quomodo in Evangelio ait Saluator, Et portae inferi non preualebunt aduersus eam. Quod Matt. 16. si queras quis hanc praestit serarum confortationem, id est summam securitatem & firmam custodiam? Ipse videlicet est, qui in Evangelio loquitur, dicens, Ego vobiscum sum usque in consummationem saeculi, & de quo in alio psalmo dicitur, Deus in medio eius non commouebitur, adiuuabit eam Deus, &c. quae dicat, ideo non commouebitur illa ciuitas, quoniam dominum habet in sui meditullio, qui ciuitatem suam nunquam patietur expugnari, qui semper illi laboranti aderit, feretque suppetias in ea pugnantis, ne prorsus succumbant, Rursum attende, quod tota haec confortatio domino ascribitur. Non enim dicitur simpliciter, Quoniam confortatae sunt serae portarum tuarum, sed dominus id fecisse memoratur: Quoniam (inquit) confortauit, nimirum ipse Deus tuus, seras portarum tuarum. Videlicet quia (ut in alio psalmo scribitur) Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam. Postremo & hoc aduertendum est, quod ciuitatis huius plenam beatitudinem volens describere, duo haec simul iungit, nempe quod seras portarum eius Deus confirmauerit, & filiis eius benedixerit. Nam tunc ciuitas aliqua recte valet, cum talis est portarum atque murorum fortitudo, ut sit tuta ab hostibus: insuper abundantia est eorum quae ad vitam agenda fuerint necessaria. Nā alterum sine altero nequaquam sufficit. Si enim ciuitas quaelibet, vel validissimas portas, aut quam maxime confortatas portarum seras habuerit, si intus defectum patiatur panis, atque salis, aut aliarum rerum quae sunt ad vitam humanam necessariae non ex sola portarum fortitudine erit bene tali ciuitati. Rursum, non satis fuerit ciuitati, abunde habere omnia eiusmodi quae humanis apta sunt vibus, neque hoc vnquam ab hostium expugnatione illos poterit securo facere, si portas habuerint nimium infirmas, aut imbecilles muros, ut facile queant hostes irrumpere. Neutro (inquam) horum modorum ciuitati bene potest esse prospectum. Nam illic penuria ac fames hosti portas aperire compellit: hic, portarum infirmitas hosti irrumpenti & insultanti quantumcunque cedens, praebet aditum. Verum ubi haec simul duo eadem ciuitas habuerit: nempe ut portarum seras habeat confortatas, contra hostium insultum, & rerum omnium necessariarum intra se abundantiam, ut non cogantur qui intus existunt, sese dedere in manus hostium, ibi scilicet omnia secuta sunt, ibi in tuto degunt ciues. Atque hoc pacto, in praesenti nunc loco Propheta perfectam volens Ciuitatis supernae securitatem designare, in priori parte primum inueniat, cum ait, Confortauit seras portarum tuarum: in altera autem

Ioan. 14.

Ioan. 1. Eph. 4. Psal. 108.

Ioan. 12.

Psal. 89.

Psal. 16.

Matt. 16.

Matt. 28.

Psal. 45.

Psal. 126.



posterior, cum subiungit, Benedixit filiis tuis in te. Siquidem benedictio hæc, omnis boni à Deo liberalis donatio & prouisio est. Videntur autem que in hoc versiculo obcurius dicta sunt, eadē proxime sequenti clarius exponi. Cū enim subiungitur, Qui posuit fines tuos pacem, videtur hoc prorem partem iam dicti versus declarare, velut exprimendo quid voluerit per confortationē serarum intelligi. Et cū deinde adicitur, Et adipe frumenti satiat te: proculdubio illa aperte exprimitur benedictio, cuius in præcedenti versu mentionem fecerat. Cuius enim supernorum hæc est benedictio Diuinitatis adipe satiare. ¶ Versu tertio, Et adipe frumenti satiat te. Iam supra in annotatione prima ostendimus, quomodo adeps frumenti, & ista ex adipe satietas intelligi debeant, si militanti applicemus Ecclesie. Verū si triumphanti (vt in elucidatione) voluerimus accommodare, ponderandum hoc nobis & expendendum videbitur, quod non simpliciter Psalmista dixerit, Et frumento satiat te, sed plus dixit, frumenti adipe. Nam sicut in tritico est separare adipem siue medullam que in ipso est, ab ea quæ remanet grossiori magisque crassa substantia: ita in Christo homine, qui seipsum grano frumenti in sancto Euangelio comparat, duplicem consideramus naturam, Diuinam scilicet atque humanā. Illa, velut adeps delicatissimus est, & medulla pinguisima: Hæc autē, licet crassior sit, & minus ex se digna, tamen simul est cū illo adipe in eodē frumento coniuncta. Non solum autem tritici adeps, verum etiam reliqua eius substantia eius apta est, & pabulum congruum. Et licet sit ille regum cibus, iste tamen posterior inferioribus etiam bonus est. Ita & nos in proposito loco, duplex consideramus pabulum. Nam adipe Diuinitatis medulla illa delicatissima, iam satiantur qui sunt in conspectu regis Christi nostri, ipsi simul cum eo reges & sacerdotes in sæcula sæculorum hac (inquam) satiantur, quoniam eam vident faciem, & in ea oblectantur plenissime ad omnem sufficientiā & abundantiam, supra quàm dici, imò vel cogitari potest. Nos verò interim hic su per terram adhuc peregrini, adhuc miseri, adhuc exules, illo nondum adipe satiamur: attamen ne deficiamus in via, miseretur nobis frumentum nostrum, & quasi de crassiori substantia nos pascit de sua humanitate, dum nobis de sua plenitudine communicat, quantum ipse voluerit, & nobis necesse fuerit spiritualis gratiæ, & dum suo nos benedicto corpore pascit. Non omnino tamē deest nobis peregrinātibus ille adeps, illa medulla: sed latet later nos, & occultatur adhuc, neque nobis crassius illud corporaliter proponitur. Atque ita sanè dicere possumus, quod de frumenti adipe, peculiariter beatos in gloria Dei satiat. ¶ Versu quinto, Qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum suum sicut buccellas. In his verbis, effectus describitur virtutis verbi Dei, & Evangelicæ doctrinæ, cuius in versu statim præmissio fiebat mentio. Tria enim hæc potissimum operata est Euangelii per orbem prædicatio, videlicet niuis sicut lanæ apparatus, nebulæ dispersionem vt cineris, & crystalli in modum buccellarum projectionem. Euangelio nanque rutilante, niuem dedit Deus quasi lanam, id est electos suos fideles, candidissimos reddidit, vt fierent quasi lana naturali colore albissima, etiam si qui ante per peccata fuerant nigerrimi, aut velut coccinū siue vermiculus maxime rubri, quemadmodum per Prophetam dicitur, Si fuerint peccata vestra quasi coccinum, velut nix dealbabitur: & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erunt. Et in Psalmo quinquagesimo, Lauabis me, & super niuem dealabor. Potest verò in niue nō solum candor, sed & alia ratio considerari, ob quam electi comparantur niui. Nix enim dum cadit, flocci videntur diuisi innumerabiles, qui tamen mox vbi ceciderint, pariter coadunantur, & quasi vnā efficiunt te lam, adeo vt nemo artifex tam apte possit filum filo iungere texendo, quā flocci niui sibi inuicem coniunguntur. Atque ita fideles in Ecclesia, ad Evangelicam prædicationem, tametsi ex diuersis gentibus, tribubus, populis, linguis, & statibus cōgregētur, in summa tamen vnitate, in vna fide, vna spe, vna charitate, & omnimoda vnitate, per Deum vniuntur. Nebulam verò per Euangelium disperdit Deus vt cinerem, qui ante faciem venti nequit consistere, sed rapitur & dissipatur: id est, aereas potestates fugauit de cordibus credentium, fecitque euanescere, vt non possent in suis habitaculis quæ obsederant consistere, quemadmodum in alio Psalmo dicitur, Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Tertius autē effectus, qui ex Euangelii prædicatione scribitur cōsequutus, crystalli est in modum buccellarum projectio, id est hominum prauorum, & in suæ infidelitatis ac aliorum vitiorum frigiditate permanere eligentium reprobatio. Vbi nota, nō de qualibet glacie dici generaliter, Mittit glaciem sicut buccellas, sed tantum de crystallo. Omnes enim peccatores qui extra Dei charitatem sunt, verè glacies dici possunt, videlicet quoniam niui frigus illorū cor obsedit, & congelari fecit, atque concrefcere iuxta illud, Coagulatum est sicut lac cor eorum: sicutque ante Deum qualibet glacie frigidiores, à quorum cordibus abest amor Diuinus, qui ignis consumēs & liquefaciens est, vt cordis congelationem nō patiatur. Quilibet enim peccator, glacies est: & quo quisque ab amore Dei magis est elongatus, eo magis glacies dici debet. Verum non itē omnis peccator crystallus est. Crystallus enim siue crystallum, est res induratisima, & ita concreta atque cōgelata vt nec igne adhibito admittat dissolutionē, cum glacies igne adhibito facillē se patiat ut resoluā Ita sanè peccatores illi, qui audito verbo veritatis, per pœnitentiā ad Deū emolliti sunt, velut igne Diuino liquefacti, glacies coram Deo quidem fuerant, sed nō crystallus, atque ideo nō sunt projecti quasi buccellæ siue fragmenta panis, idcirco nō sunt facti reprobi. Qui verò audito verbo veritatis, non solum emolliti sunt vt agerent pœnitentiā, sed magis etiam indurati sunt & deteriores facti: hi nō glacies tantū, sed crystallus indissolubilis reputatur, indissolubilis dico, ratiōe obstinatæ prauitatis, nō ob verbi Diuini impotentiā: atque ideo sicut buccellæ, sicut panis fragmenta, suere pietati.

Ioan. 12.

Apoc. 1.

1. Cor. 13.

Esai. 1.

Psal. 67.

Psal. 118.

Heb. 12.

A Quibus autem pronunciantur, in elucidatione manifestatur apertius, verum tamen dissimilandum non est, quod Græce *ψυχροδολος* etiam glaciem significat: quemadmodū psalmo proxime sequenti, Ignis, grando, nix, glacies, &c. neque hoc loco aliud quàm glaciem vertunt Hieronymus ac Felix. Atque ita si nos quoque crystallum hic sumamus pro glacie, necesse erit nos istam glaciem projectionem intel ligere de glacie, in modū crystalli indurata: non indiscriminatim de qualibet glacie. Nam (vt supra ostensum est) non indifferenter quamlibet glaciem Deus vt buccellā proicit, sed illam tantum que vt crystallus est indurata, vt nolit verbo Dei liqueferi. ¶ Versu eodē, Ante faciem frigiditatis eius quis subsistebit? Per frigus istud domini, nos intelligimus irā domini, qua ab obstinatis hominibus manet auersus. Vbi notandum, quod ira domini aliquando per calorem significatur, aliquando per frigus. Per calorem significatur psal. 18. quum dicitur, Non est qui se abscondat à calore eius. Sic ira Dei dicitur subinde exardescere velut ignis: quemadmodum in psalmo alio, Viquequo exardescet velut ignis ira tua? Ac rursum, Ignis à facie eius exarsit, Contrariis ergo similitudinibus, Dei ira exprimitur secundū diuersas cōsiderationes: quomodo itē Christus dominus noster nūc leo, nunc agnus figuratur. Ira ergo Dei, quatenus grauem vindictā, & severam vltionē excitans, quasi ad perditionem & consumptionem exigens impios, igni assimilatur, & feruori semper cōsumere, semper ignire desiderat, & semper vt voret gliscenti. Eadē verò Dei ira, frigus dicitur: quatenus per iracūdiā, Deus ab obstinatis, sui salutaris caloris subtrahit beneficiū, & dulces sui luminis radios ab eis abscondit, quos super iustos ac pœnitentes benigne effundit ad salutē animarū ipsorum. Quemadmodū videlicet solem corporale imaginari possumus duab⁹ rationibus irascētē. Si enim in quenquam tam impetuose, tamque nimium violenter iaciat suos flagrantis radios, vt illum incendat atque consumat, huic quasi per calorem irasci illum intelligimus. Contrā verò si terrā alicui prorsus suos neget radios, ita vt omnino nolit vel luminis vel ardoris sui beneficiū illi cōmunicare, & reliquas terræ partes illuminās, atque calore temperato fecundās, hanc solā terrā portionē nolit suis radiis contingere, huic dicemus illum suo frigore irasci: quemadmodū videlicet in tempore passionis domini dicere possumus, terrā iratū fuisse suis tenebris solem, quando noluit super terrā suam lumen effundere. Ad hunc sanè modū, dominus Deus noster, quatenus erga impios in tempore vltionis ad iudicium & perditionē per suam iustitiā feruet, quasi ignis gliscens ad inflammationē circumpositæ materiæ, eatenus eius ira caloris feruori assimilatur: ppter quod, etiā alibi Deus noster ignis cōsumēs esse dicitur. Quatenus verò ab iisdē illis, omnis luminis & omnis spiritualis boni oblectationē abstrahit, quatenus illis nō suo benigno aspectu illucescit, quasi frigore suo illos affigit, quibus ita suum gratum calorem & vultum benignū abscondit. Pulchrè verò secundum ordinē, duplicem hanc iram inuenimus descripsisse Moysen in suo cātico: prius quidē de ira frigoris, post de ira caloris loquentem. Sic enim habet, Vidit dominus, & ad iracundiam cōcitat⁹ est, quia prouocauerunt eum filii sui & filia. Et ait, Abscondā faciem meam ab eis, & cōsiderabo nouissima eorum. Generatio enim peruersa est, & infideles filii. En habes frigoris iram: cum ait, Abscondā faciem meam, &c. Hoc enim facit ira frigoris. Post pauca deinde subiungitur, Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima, deuorabitque terram cum germine suo, & montiū fundamenta comburet. Congregabo super eos mala, & lagitas meas complebo in eis. Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Dentēs bestiarū immittā in eos, &c. Foris stabit eos gladius, &c. Et dixi, Vbinam sunt, &c. Hæc omnia quis nō videt ad exardescētem ignis iracundiam pertinere? Admodum autem pulchra videtur respōdentia duarum istarū partium adinuicē, vt cum in priori parte dixisset de proiciendo crystallo, quod utique frigidū est, opponat ex aduerso diuinæ iustitiæ frigus vlciscens & puniens illud crystalli impium frigus: id est obstinatorū hominum impietatem & impœnitentiā. Tanquam si dicat Propheta, Eligunt impii nunc quidem crystallum esse, & suum frigus eligunt, inque eo permanere volunt, & non se patiuntur emolliri diuini verbi ardore: sed huic illorum frigori cōtinget frigus aliud intolerabile, quod crystallus illa ferre non potens, quod crystallus illa nequaquam amabit: ad significandum, quod frigori humanæ obstinationis, frigus ex aduerso opponetur diuinæ vltionis. A facie autem frigoris illius nemo poterit sustinere, vel quia nemo poterit illud subterfugere, aut quia nemo poterit resistere, aut quia definita ex ira Dei vltionem nemo poterit ferre, quomodo Petrus Apostolus dicit angelos malos, licet virtute hominibus potentiores, nō ferre tamen aduersum se execrabile Dei iudiciū. ¶ Versu septimo, Emitteret verbum suum, & liquefaciet ea. Difficultas est, in relatione huius pronominis E A. Non enim videtur aliquid apertè præmissum, quod referat. In elucidatione indicamus relationē secundum intellectum magis, quàm secundum vocem: hoc modo, Emitteret verbū suum, & liquefaciet ea: nempe corda glaciata, quæ sunt vt glacies, vel aliquomodo vt crystallus. Non debet tamen fieri relatio pro iisdem secundum numerum, qui significantur in versu illo præcedenti. Nam iisdem illi projecti sicut buccellæ, non hic dicuntur liqueferi, sed illi qui fuerunt quidē aliquando crystallus vel glacies, at nō ita obdurati in suo frigore: quin se igne verbi Dei emolliri sustinuerint: quales videlicet glacies illi erant: de quibus ait apostolus, Scitis, quoniam cum gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes, &c. Et alibi, Neque fornicarij, neque idolis seruietes, neque adulteri, neque molles, &c. regnum Dei possidebunt. Et hæc aliquando quidem fuistis, sed sancti estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. Posset tamē relatiuum istud referre simul etiam niuem: ad hunc sensum, Emitteret Deus verbū suum, & liquefaciet ea: nempe & niuē & glaciem. Sanctos enim, etiā eos qui iam nihil obdurati sunt, sed iam olim emolliti, adhuc tamen liquefacit Deus: vt magis amēt, vt magis mollescant, magisque calefcat in amore Dei: iuxta illud Apocalypsis, ec iiii

Psal. 88.

Psal. 17.

Hebr. 12.

Dent. 32.

2. Pet. 2.

1. Cor. 11.

1. Cor. 6.




Apo. 22. Qui sanctus est, sanctificetur ad huc. Vnde spōsa in Canticis, licet iā prius liquefacta, tamē quasi no  
 Canti. 5. no modo se faretur liquefactā, statim vt spōsum audiuit loquentem, Anima mea (inquit) liquefacta  
 est, statim vt dilectus locutus est. Eos verō qui adhuc glacies sunt, resoluit & liquefacit, cōuersione  
 pœnitentiæ, De aquis autē illis, quæ fluunt ad flatum emissi spiritus, nota quod non eadem semper  
 Luc. 7. aquæ sunt, quas excutit emissus spiritus. Nā vbi super glaciē cadit, primū aquas proignit amari-  
 tudinis. i. lachrymas pœnitentiæ, cuius egregium exemplū præbuit illa peccatrix femina, quæ ver-  
 bo domini exterius, simul & spiritu eiusdem interius tacta accurrens ingressa est domū cōiuiui, il-  
 licq; largiter aquas per oculos euomuit, vt lachrymis suis scribatur rigasse pedes ei⁹, cuius verbo &  
 Ioan. 7. spiritu tacta fuerat. In sanctis verō, qui iā olim glacies esse desierunt, aquæ fluunt dulces spiritualiū  
 gratiarum: de quibus Saluator ait in euang. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de vētre  
 eius fluent aquæ viuæ. Ac rursus, A qua quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ viuæ salietis in vitam  
 æternam. Sciendū tamen est, quosdam penitus literæ inharētes, & prædicta de Hierusalē & Sion tem-  
 poraliter intelligentes de pristina felicitate restitūda post Babylonicā captiuitatē ista omnia que  
 hæcenus cōgruis mysticis intelligentiis exposuimus, tēporaliter & corporaliter intelligere in hūc  
 modum, O Hierusalē, lauda dominum Deum tuū, qui te aliquādo est reedificaturus, & restitutus  
 in statum pristinū, vt habeas portas confortatas, & omnium rerum in te abundantia, vt habere om-  
 nia soles ante desolationē tuam. Quæ verō deinde sequuntur de nix, glaciē, & liquefactione, ita ex-  
 ponunt: Neq; verō est quod desperes, o Hierusalem, de tua reedificatione, sed crede verbo domini,  
 qui potens est, vbi voluerit, omnia cōmutare, vel solo verbo quod currit velocissime: id est, quāto-  
 cyus adimpletur, & cui parent omnia: id quod euidentissime ostendit, dum subitō niuem ad modum  
 lana candidissimā, super terram facit descēdere, & vbi voluerit, nebulam, siue pruina mittit: rur-  
 sumq; glaciem, siue grādinē ad modum fragmentorū panis, cuius glaciē, vel grādinis frigus foret  
 hominibus intolerabile, quoniā est vehementissimum: statim quoq; vbi iusserit Deus, solo eius ver-  
 bo ista (nempe nix, pruina, grando, & glacies) dissoluntur in aquā: & flante spiritu, siue vento cali-  
 do, ista conuertuntur in aquas, vt fluant quæ prius erant cōstricta, & velut solida: vt videlicet hoc  
 exemplo suum populū animet, atq; in spe confirmet quasi hoc indicare volens, si tantā Deus possit  
 solo suo verbo mutationē efficere in eiusmodi creaturis, posse etiā & Hierusalē, quamquam nunc  
 desolatam, suo tempore, vbi iuberet, in pristinum statum restituere. Quæ expositio, vt sufficiat pro  
 literæ rudī intelligentia, & admodū facilis sit, nos tamen eam non vt præcipuā sequimur, quoniam  
 altiora in his omnibus & penitiora arbitrati sumus latere mysteria, quæ pro nostro modulo, secun-  
 dum Dei gratiā, vt potuimus, elucidare conati sumus. ¶ Verū penultimo, & vltimo, Qui annūciat  
 verbū suū iacob, &c. Non fecit taliter omni nationi, &c. Videntur hi duo versus ad literā facere  
 mentionē de veteri populo Israelito, cui Deus pro speciali beneficio, & quasi singulari quadā præ-  
 rogatiua, dedit Moisaicā legē, quā aliis non dedit populorū nationibus. Nos tamen in Elucidatione  
 ista spiritualiter ad verum Israelis semen secundum spiritum, id est, ad fidelem in ecclesia populum  
 accommodauimus, de noua euangelica lege exponentes: per nationes verō, quibus non similiter fecit  
 Rom. 2. Deus, vniuersos accipientes incredulos, qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati.

CXLVIII. PSALMI ARGUMENTVM.

**P**salms iste, omnium creaturarum inuitatio est atque exhortatio, ad laudem Dei, qui creauit omnia.  
 Et primum quidem, ordine congruo celestes creaturæ inuitantur ad laudem, nempe spiritus angelici &  
 celestes omnes exercitus, sol quoque, luna & stelle, quæ solo verbo creata atque stabilita sunt, vt in-  
 eternū perseuerent, & suis archata legibus, quas inuolabiliter obseruare debent. Deinde, quæ in inferiori hoc  
 mundo cernuntur, ad laudem item aduocantur: primum omnium dracones, quos siue terrestres, siue marinos pos-  
 sumus accipere, qui in abyssi gignuntur & habitant, quos verisimile est propter nimiam corporis immanita-  
 tem, ac etiam super alia animalia terrorem & potestatem, priori loco nuncupari. Post hos aduocantur ea, quæ in  
 superiori vel mediâ aeris regione generari, atque ex ea conspiciuntur descendere, nempe ignis, qui ab exhala-  
 tionibus inflammatis in aere gigni conspicitur, grando, nix, glacies, & spiritus tempestatis: quæ omnia, diuino  
 verbo obediunt. Montes deinde & colles, & ligna tam fructifera, quam aliis apta vñibus aduocantur, bestię  
 quoque & serpentes & volucres, ac postremo omnium genus humanum vniuersum, nullum omnino neque sta-  
 tum, neque ætatem, neque sexum excipiendo, propter celsitudinem Dei, cuius confessio nimium sublimis, cælum  
 & terram superexcedit: qui præter omnia magnificentissima creationis suæ opera, etiam glorificatione populi  
 sui, hymnos & laudes ab omnibus fidelibus seruis promeretur ac postulat.

CENTESIMIQUADRAGESIMIOCTAVI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Laudate dominū de  
 cælis: \* laudate eum in  
 excelsis.  
 2 Laudate eum omnes  
 angeli eius: \* laudate  
 eū omnes virtutes eius.



Laudate dominū creaturæ omnes, tam celestes, quam  
 terrestres: & primum quidem, vos quæ de cælis siue  
 celestes estis, laudate cæli dominum: \* laudate ip-  
 sum vos o sublimes creaturæ, quarum est in excelsis  
 mansio, quibus pro sua dignitate deputatus est locus  
 supremus in altissimis. 2 In primis autem vos, o an-  
 gelici spiritus, laudate dominum Deum vestrum,  
 qui vos tam nobiles spiritus fecit, tamque magnifice glorificauit:  
 \* laudate eum vniuersi celestes exercitus, qui estis in circuitu ei⁹,

A 3 Laudate eum sol &  
 luna: \* laudate eum om-  
 nes stella & lumen.  
 4 Laudate eum cæli ce-  
 lorum, & aqua quæ su-  
 per cælos sunt: \* lau-  
 dent nomen domini.  
 5 Quia ipse dixit, &  
 facta sunt: ipse manda-  
 uit, & creata sunt.  
 6 Statuit ea in sæculū  
 & in sæculum sæculi:  
 \* præceptum posuit,  
 & non præteribit.  
 7 Laudate dominū de  
 terra: \* dracones, &  
 omnes abyssi.  
 8 Ignis, grando, nix,  
 glacies, spiritus procel-  
 larum: \* quæ faciunt  
 verbum eius.  
 9 Montes & omnes  
 colles: \* ligna fructi-  
 fera, & omnes cedri.  
 10 Bestiæ & vniuersa  
 pecora, serpentes & vo-  
 lucres pennata.  
 11 Reges terra, & om-  
 nes populi, principes, &  
 omnes iudices terra.  
 12 Iuuenes, & virgines,  
 senes cū iunioribus lau-  
 dent nomen domini:  
 \* quia exaltatum est  
 nomen eius solius.  
 13 Confessio eius super  
 cælum & terrā: \* &  
 exaltauit cornu populi  
 sui.  
 14 Hymnus omnibus  
 sanctis eius, filiis Is-

ministerrantes in millibus millū, & in decies centenis millibus assisten-  
 tes ei omni tempore. 3 Laudate illum sol & luna, duo luminaria ma-  
 gna, & præ cæteris insignia, facta à Deo vt præstitis diei ac nocti, illumi-  
 nentisq; terram, & in distinctionē sitis temporū: \* laudate etiam illum  
 vos stellæ omnes, quas ad illuminationē noctis creauit altissimus, &  
 lumē omne quod siue à sole, siue à luna, siue à stellis est, laudet pariter  
 increatum illum patrem luminum, & lumē increatum, à quo creatum  
 lumen omne procedit. 4 Omnes quoq; cæli, ipsum præcipue sum-  
 mom empyreum cælum, quod alios omnes tēgens, atque in se conclu-  
 dens, est veluti cælorum cælum, laudate Deo qui vos mira claritate  
 adornat: cælum quoq; chrystallinum, siue aqueum, quod est super fir-  
 mamentum, naturam quandā & conditionē aquæ participans: \* hæc  
 (in quā) superna oia laudent nomē domini, qui cuncta ea incorrupti-  
 bilia cōdidit, ac perpetuō stabilia. 5 Idcirco autem vos, o nobiles &  
 præcellentes creature, laudē Deo debetis, quoniam solo verbo vos ab  
 illo facta estis, & sola voluntatis eius iussione creata estis, absq; vllius  
 laboris molestia, absq; vllius alterius cooperatis admīculo. 6 Sta-  
 tuit quoq; vos, firmavit, atq; stabiliuit in stabilitate essentia vestra,  
 vt perpetuō maneatis atq; in sempiternū in vestra essentia persistatis,  
 nunquā interitura: \* præceptū quoq; posuit vobis, quomodo, & quo-  
 usque moueri, & in omnibus quid, quādo, & qualiter agere debeatis,  
 quomodo in terras influere, quibus temporib⁹ vbi apparere, quando  
 terras relinquere, quando eadē reuifere, & ita in cæteris oibus leges  
 & regulas motuum, atq; operationū vestrarum omniū ab illo accepit  
 stis conditore vestro: \* & præcepta illa atq; statuta Dei nunquā fient  
 per vos irrita, nunquā vos ea trāsgrediemini, neque aliud quam quod  
 vobis præstitum est facietis. 7 Vos quoque terrestres creaturæ, quæ  
 sub cælis estis in elemētari mundo, laudate eundē dominum, qui sicut  
 cælestium, ita etiā vester est dominus: \* vos in primis dracones, siue in  
 terris venenosa animalia, siue in mari cete grādia, quæ estis animalia  
 magnitudine & mole, singulariter eximia atque insignia: oēs quoque  
 profunditates immensæ, siue terrarū, siue marinum, in quib⁹ dracones  
 isti siue maris nascuntur, siue inhabitāt. 8 Ignis etiā & grando, nix,  
 & glacies, & spiritus turbinis, ac venti tēpestuosi, etiā vos laudate do-  
 minum: \* quæ nullā habentes stabilitatē substantię vestræ, obeditis  
 verbo & iussioni eius, ita vt cum ille iusserit, mox exurgatis, vel cesse-  
 tis, siue ad consolationē & liberationē iustorum, siue ad pœnam & vl-  
 tionem malorum, siue ad aliā quamlibet diuinæ voluntatis adimple-  
 tionē. 9 Montes etiā maiores, & monticuli minores, qui ascenditis  
 in locum prænitū, qui terminos custoditis quos ille posuit vobis, vt  
 non conuertamini operire terrā: \* ad hæc ligna omnia & arbores quæ  
 nascimini è terra, & fructum fertis humanis potissimū vñibus accom-  
 modum, cedri quoq; proceritate nobiles, & ad adificia construenda  
 humanis vñibus plurimum cōducentes. 10 Bestiæ item irrationales  
 & pecora vniuersa, cuiuscunque sint generis, cuiuscunq; tandem na-  
 turæ, serpentes etiam qui repunt super terram, & aues quæ pennas ha-  
 bent ad volandum in aere. 11 Postremo vos, o rationales homines, cui  
 iuscunq; tandē status, cōditionis, ætatis, vel sexus fueritis, siue reges  
 qui dominamini in orbe terrarum, siue subiecti illis populi, siue prin-  
 cipes atq; iudices super terrā. 12 Adolescentuli, siue adolescentulæ,  
 senes atq; iuuenes, pariter omnes laudem & confessionē dent nomini  
 domini, neq; vllus omnino hominū à laude cesset creatoris: \* quia no-  
 mē eius solius verè est excelsum & magnificatū, & solus ipse iuxta suā  
 celsitudinē est omni laude dignissimus. 13 Cōfessio & laus eius altior  
 est cælo & terra, neq; cælo vel terra cōprehendi potest, neq; vñquā  
 illi, siue hic, siue illic, digna & sufficiens potest dari laudis confessio: &  
 ipse exaltare decreuit fortitudinē, potestatē, & gloriā populi sui, ma-  
 gnificare salutē electorū suorū, eos à captiuitate diaboli liberādo, &  
 in libertatē verā, atq; in adoptionē filiorū Dei sublimādo: quod super  
 alia oia creationis opera, fidelibus maior adhuc debet esse laudis ma-  
 teria. 14 Hymnus, laus, & benedictio pertinet & cōpetit omnib⁹ cre-  
 dentibus in eū, verō secundū spiritū Israeli populo, qui per fidē & re-  
 ctum cultum illi appropinquare studet, illiusq; & dici & esse populus  
 conatur. Decet enim sanctos & electos Dei seruos, laudibus & hymnis  
 illum celebrare, qui in omnibus, tam quæ ad creationē, quam quæ ad

Danie. 7.

Gene. 1.

Psal. 103.

recreationem spectant, vsque adeo sese exhibuit gloriose mirabilem, & mirabiliter gloriosum, qui in trinitate summe vnus, & in vnitare verè trinus regnat in perpetuis æternitatibus sæculorum. Amen.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXLVIII.

Versu 1. Laudate dominum de celis. Ita accipienda est hac oratio, ac si diceretur, Laudate dominum vos qui estis de celis. i. ciues caelestes: ac deinde, Laudate eum in excelsis. i. qui estis in altis qui in supernis moramini. Similiter in versu 7. cum dicitur, Laudate dominum de terra, sensus est, Laudate dominum vos creaturae terrestres, siue quae estis de terra. Hunc sensum manifeste indicat Chaldaica paraph. quae in primo versu sic habet, Laudate Deum creaturae sanctae de caelis, laudate eum angeli excelsi. Posset tamen etiã aliter nostra lectio exponi, Laudate dominum de caelis, & de iis quae considerantur, geruntur in illis, laudate eum in, vel de sublimibus illis, de iis quae in sublimibus aguntur, vel habitant in eis. Omnino tamen prior expositio huic posteriori preferenda videtur. In secundo autè versu, virtutes debere accipi pro exercitiis, ex iis quae iam sepius in praecedentibus dicta sunt, praesupponimus manifestum. ¶ Versu 4. Laudate eum caeli calorũ, & aquae quae super caelos sunt, laudent nomẽ domini. In hoc versu duplex potest accipi constructio. Prior est, vt nominatiuus ille, aquae quae super caelos sunt, supponatur verbo Laudet: ad hunc sensum, Laudate dominum caeli calorũ, ac deinde, Et aquae quae super caelos sunt laudent nomẽ domini, eius videlicet qui eas sic mirabiliter super firmamentũ in maxima perspicuitate & limpидitate cõdidit & cõtinet. Altera est constructio, secundũ quã nominatiuus ille, aquae quae super caelos sunt, coniungitur verbo secundè personae, in principio versus posito, laudate: huius autè versus, ad omnia praecedentia refertur: hoc sensu, Caeli calorũ, & aquae quae super caelos sunt, laudate dominum: omnia (inquã) iam enarrata laudent nomen domini, quoniã &c. Atque hanc distinctionem, vt magis verã in elucidatione sequimur, quã in Graeco licet apertissime videre, vbi nõ secundũ numerũ pluralẽ dicitur, Aquae quae super caelos sunt, sed per numerum singularem τοὺς ὕδατος τοῦ οὐρανοῦ, hoc est, ipsa aqua quae super caelos est: verbũ autem sequitur in numero plurali, αὐτὰς ὕδατος, id est, laudent: vt manifestũ sit illum nominatiuũ qui est numeri singularis, nõ posse supponi huic verbo numeri pluralis. Quare cõformiter etiã in lectione Latina praestet distinctionẽ posteriorẽ eligere. Insuper & Hebraea lectio eidem distinctioni manifeste consentit, in qua totũ illud, Laudet nomẽ domini, penitus separatur à praecedentibus, in caput nominũ versus, hoc modo, Laudate eum caeli calorũ, & aquae quae super caelos sunt. Laudet nomen domini, quia ipse mandauit, & creata sunt. Nam quod in nostris & Graecis codicibus adiicitur, Quia ipse dixit, & facta sunt, Hebraea omnino nõ habent, sed illud tantum quod sequitur, Ipse mandauit & creata sunt. Ceterũ, de aquis illis quae super firmamentum sunt, quid sint, & quare ita appellentur, & quod loco constant, cuiusue sint naturae, plenius suo loco ex intẽtione tractauimus in libris de cõsideratione rerum naturalium, cap. 12. lib. 7. cui titulus est De caelo & mundo. ¶ Versu sexto, Praeceptum posuit, & nõ preteribit. Quidam putant, singularem numerum positum pro plurali, preteribit, pro preteribunt: vt sit sensus, Posuit Deus illis caelestibus corporibus praecẽptũ, & ipsa nõ preteribunt: hoc est, nõ transgredientur illud. Potest tamen nõ minus recte accipi in numero singulari, maxime cum & in Graeco & in Hebraeo singulare habeatur, iuxta sensum in elucidatione expositum, vt suppositum verbi preteribit, sit praecẽptum: hoc modo, Praeceptum nõ preteribit. i. non fiet irritũ, non erit inane, sed implebitur & obseruabitur diligentissime. Secundum quẽ modum Saluator in euangelio loquitur, dicens, tota vnũ, aut apex vnus non preteribit à lege donec omnia fiãt. Et iterum, Caelum & terra transibunt, verba autẽ mea non preteribunt, videlicet significare volẽs, omnia plenissime implẽda. ¶ Versu 7. Laudate dominum de terra, dracones & omnes abyssi. Illud de terra (vt supra admonitũ est) valet vos qui de terra estis: vbi etiã generaliter accipi debet, de terra, pro omnibus quaecũq; in hoc mundo inferiori existunt infra regionem caelestem. Nam hoc versu, ab illis quae in superiori caelesti habitãt regione delabitur, descenditq; ad ea quae in elemẽtari ista & inferiori regione videntur, vt sic ordinato progressũ per omnẽ transeat creaturã, nihilq; relinquat quod non in laudem proponat, atq; etiã excitet sui conditoris. Dracones autẽ hic intellige, immanis quã Hiritatis, siue terrestria, siue aquatilia animalia. Nam cete grãdia, etiã dracones appellantur, quã admodum in psal. 103. Draco iste quẽ formasti ad illudẽdũ ei. Et annotat in hunc locũ. B. Hierony, legi hic posse, Cete & omne abyssi, eadẽmq; animalia hic dracones appellari, quã in principio Genesis cete nominantur: vbi dicitur, Fecit Deus cete grandia. Quare manifeste vanum est, quod quidam dicunt legendũ tracones per t, non per d, dicentes tracones esse subterraneos meatus occultos. Nam & ex Graeco & ex Hebraeo manifestũ est, dracones per d legendum, non per t. In sequenti quoq; versu, attende, vt spiritum procellarum non intelligas tempestatẽ maris, sed flatum turbinis, id est, ventum turbidum. Vnde Hieronymus ex Hebraeo, pro spiritu procellarũ legit, Ventus turbo. Felix similiter, Ventus turbinis. ¶ Versu penultimo, Et exaltauit cornu populi sui. Diximus in annotatione vltima psal. 111. per exaltationẽ cornu intelligi sublimationẽ alicuius, & magnificationẽ dignitatis atq; gloriæ eius: quẽ admodũ illo in loco dicit de viro iusto, Cornu eius exaltabitur in gloria: & quomodo Anna Samuelis mater, accepta fecunditate, per quam super amulã fuit exaltata, canit suum cornu esse exaltatum in Deo. Ita sanẽ Deus cornu populi sui exaltabit, ita oes suos electos magnificẽ exaltabit: iuxta quod Paulus ait, Quos iustificauit, hos & magnificauit. Rursum ad memoriã reuoca, quod in psalmum diximus 131. in declaratione versus penultimi, Illic producam cornu David, &c. Per cornu videlicet intelligi illo in loco Christum dominum, per quem ecclesia contra inimicũ diabolu preualuit sicut per cornu animalia sese defendunt ab impotentũ feritate. Iuxta

Matth. 5 & 24.

I. Reg. 2.

Rom. 8.

A quam acceptiõnem, in presenti loco non incõmodè per cornu intelligere poterimus Christum dõminum, vt post omnẽ in creaturis enarratã Dei magnificentia, illud quod omnium maximum est, & priora oia in immẽsum superat, in admiratione subiũgat de Messia nostri exaltatione. Ad quod respexisse videtur in suo cantico Zacharias, cum ita canit, Benedictus dominus Deus Israel, quia vi sicut & fecit redẽptionẽ plebis suae. Et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui. Cornu enim istud appellat cornu salutis, vt pote per quod salus tum erat faciendã, estq; iam facta humano generi. Estq; hoc cornu populi Dei, quã pro populi liberatione productũ atq; erectum, nimirum vt per illud saluẽtur electi. ¶ Versu vltimo. Hymnus omnibus sanctis eius. Intelligendũ est verbum substantiuũ, vel modi indicatiui: hoc sensu, Hymnus est omnibus sanctis eius: id est, fideles habent laudem quam illi offerant, quãq; illum celebrent. Vel per modum imperatiuum, vt secundũ exhortationẽ accipiatur sensus, Hymnus vel laus sit omnibus sanctis eius, &c. fideles illi canant ac dent gloriam. Vel sic intellige, Hymnus debet esse, vel cõuenit omnibus sanctis eius, secundũ eum sensum quo dicitur in alio psalmo, Rectos decet laudatio: id est, ipsi sunt qui possunt laudare & debet: post sunt quidem, quia est speciosa laus in ore rectorũ: debent verò, quia ab eiusmodi Deo requirit laudem. Nã peccatori (vt in alio loco scribitur) dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meũ per os tuum? Tu verò odisti disciplinã &c. Econtrario verò iusto dicitur, Imola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.

Psal. 32.

Psal. 49.

Ibidem.

CXLIX. PSALMI ARGVMENTVM.

Quomodo in psalmo praecedenti posita fuit exhortatio totius creaturae, tam rationalis quam irrationalis, ad laudem creatoris: ita in hoc presenti specialis ponitur inuitatio ecclesiae huius militantis, ad laudandum in domino Deo suo, illique laudem & confessionem debitam per soluendum, propter beneplacitum ipsius in suis fidelibus, & propter misericordiam ac gloriosam electorum exaltationẽ, ad quam illos perducturus est in regno venturi saeculi, qui nunc in militante ecclesia fidelem ipsi seruiunt seru iustem. Vbi, occasione oblata, magnificentiam gloriæ & exaltationis illius venturae, late & pulchre describit, potissimum autem gloriosam illam exaltationem & letitiam ineffabilem, quam ex diuinitatis conspectu in caelestibus mansionibus sunt consequuturi, & potestatem auctoritatemque iudicariam, quam à Christo domino primario iudice sancti sunt accepturi, ad faciendum simul cum Christo iudicium, aduersum omnes tam inuisibiles quã visibiles veritatis aduersarios, etiam si reges illi, aut quantumuis nobiles extiterint. Placet enim Deo, huiusmodi gloriosa potestate suos electos glorificari.

CXLIX. PSALMI ELVCIDATIO.

- 1 Cantate domino cum nouum: \* laus eius in ecclesia sanctorum.
2 Latetur Israel in eo qui fecit eum: \* & filiae Sion exultent in rege suo.
3 Laudent nomen eius in choro: \* in tympano & psalterio psallat ei.
4 Quia beneplacitum est domino in populo suo: \* & exaltauit mansuetos in salutem.



Antate, o fideles omnes, Domino Deo vestro cantate cum nouitatis, iucunditatis atq; letitiæ: vera enim, summa atque gratissima laus eius est in congregatione fidelium, in populo electorum suorum: & à vobis quicunq; de ecclesia sanctorum estis, laus illi debetur, hancq; solam sibi gratam & acceptã habet, quã à iustorum congregatione persoluitur, non eam quã est à synagoga sathanæ. 2 Latetur populus fidelis gaudio spiritali, in Deo factore, creatore, & saluatore suo, qui ipsum fecit: primũ quidem secundũ naturã creãdo, deinde secundum adoptionem regenerando: \* fideles quoq; & deuotæ animæ, quae sunt filiae matris Sion, matris sanctæ ecclesiae, ipsae exultet, & magnificẽ gloriarentur in Deo, qui regnat in eis, nũc quidem per suã bonam grãtiam, in futuro autem per plenã gloriam. 3 In testimonium autẽ perfectæ letitiæ, chorũ facite, & cõgregamini pariter in laudẽ nominis eius, vt vno corde & ore collaudetis dominũ: \* adhibentes etiã exteriora musica instrumẽta, tympana, & psalteria, in quibus psallatis ei. 4 Si causam forte requiritis, qui ad cantandũ exhortamini, huius letitiæ & exultationis causa certe iustissima est, eo qd beneplacitum sit domino, & complacentiã bonãmq; voluntatẽ & oblectationẽ habeat dominus in populo suo, in seruis suis, in iis qui diligunt eũ, obseruãntq; praecẽpta ipsius: \* & ipse ad declarationẽ beneplaciti & dilectionis suæ, exaltare decreuit humiles atq; mansuetos populi sui in magnificã salutẽ, imò iam exaltauit, data illis potestate, vt filii Dei mereãtur & nominari, & esse, qui credũt in nomine ipsius. 5 In illa autẽ salute, cũ ad illã perducti fuerint, ibi sancti illi caelestes ciues exultatiõne ienarrabili oblectabũtur in gloria sempiterna: & letitia ienarrabili, incõtaminata, incorrupta, imarcescibili & sempiterna gaudebũt in caelestibus mansionibus (quae multa sunt in domo patris) in cubilibus illis, vbi omnino suauissimo, & quiete sempiterna potiũtur omnes beati. 6 Cautica exultationis & magnificentie laudis diuinae erunt in ore ipsorum, qualia in hoc tẽpore, in his antris exiliũ inq; his ignoratiã latibulis, meditari nõ potest nostri ingenii paruitas, & hebetudo intellectus: \* dabitur quoq; eis potestas iudicaria, ad faciendũ iudiciũ vnã cũ domino, super duodecim tribus Israel, & ad iudicandũ super oes impios, qui noluerũt obedire veritati

Ioan. 7.

1. Ioan. 3.

1. Pet. 1.

Ioan. 14.



7 *Ad faciendam vin dictam in nationibus:*  
 Rom. 2. \* *inreparationes in populis.*  
 8 *Ad alligandos reges eorum in compedi- bus:*  
 \* *& nobiles eorum in manicis ferreis.*  
 9 *Vt faciant in eis iudicium conscriptum:*  
 \* *gloria hac est omnibus sanctis eius.*

Apoc. 2. & 11.  
 Matt. 28.

quos, vt Christi coassessores & stipulatores, sententia dānationis qua si gladio ferient vtrinq; scindente, nimirū corpus & animam in perditionem mittēte. 7 Accipient (dico) potestatem hanc, vt faciant vindictam & iudiciū in incredulis nationibus, quæ veritati noluerunt obedire, obedierunt autē iniquitati: \* vtq; in populos eiusmodi incredulos exerceant sententiam increpationis & condemnationis, vnā cum Christo venturo iudice. 8 Vt reges illorū incredulorū, nēpe principes tenebrarū, rectores mundi huius, atq; etiā alios tyrānos ministros illorū alligent cōpedibus sempiternę condēnationis: \* & nobiles atq; inclytos eorū, tyrannos, reges, duces atq; prefectos terrarum alligent vinculis ferreis, viculis indissolubilib⁹ mortis æternę, quæ in æternū solui nō valeant, & quibus eis in sempiternū manus erunt colligatę, id est, potestas omnis erit ablata, qua pollere in mūdo videbātur. Manifestū est enim, quoniā sancti etiā angelos malos iudicabūt, & quōd in eis, & per eos iudicabitur mūdus. 9 Data est autē sanctis & fidelibus iudiciaria hac potestas, ad hoc vt in prauos dāmones atq; incredulos homines exerceat simul cū Christo, ad maiorem dānandorum confusioē, iudiciū illud cōdemnationis, quod est in libro diuinę p̄sentię descriptū, ad quod cōformiter ipsi ferent iudiciū, vt assessores & approbatores latē per illū sententię, cui se in iudicādo sancti omnes conformabunt: \* est autē hęc gloriosa potestas danda, & data omnibus fidelibus seruis eius, qui nūc illi fideliter seruiert. Qui enim vicerit, & custodierit vsq; in finē opera tua, magnificentissime Deus, dabitur illi potestas super gētes, & reget eas in virga ferrea, quomodo & ipse filius tuus Christus Iesus a te accepit, tanq̄ primogenit⁹ mortuorum, & princeps regū terrę omnīū in celo & in terra potestatem, qui tecum & cū spiritu sancto vnus Deus regnat per æterna secula. Amē.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CXLIX.

**V**ersu 1. Laus eius in ecclesia sanctorū. Duob⁹ modis hoc exponitur, vel (vt i elucidatiōe indicat⁹ est) laus Dei vera & accepta est in congregatione iustorū, à sanctis & fidelib⁹ vult De⁹ laudari: quomodo i alio psalmo dicitur, Rectos decet laudatio. & psalmo p̄xime præcedētī, Hymnus oībus sanctis eius. Vel sic intellige, P̄cipua laudis materia est in vel de ecclesia fidelīū, id est, de iis quæ fecit in ecclesia sancta, quæ nimirū in ea, & p̄ ea vel iā operatus est, vel adhuc operari decreuit in futuris generationib⁹ vsq; ad cōsummationē sæculi. Neq; enim tantā præbet diuinę laudis materiā, cali & terrę, & oim quæ sunt in eis potētissima creatio, quantā benignissima & suauissima erga humani generis reparationē curatio, & erga electorum salutē dulcissima prædestinatio, eorūq; in venturo sæculo post paululum reuelāda glorificatio. Ac de his prolixè simul atq; dilucide hic psalmus tractat, cum dicit, beneplacitū esse domino in populo suo, mansuetos exaltandos in salutem, sanctos exaltatos in gloria, & gladios habituros in manibus, ad faciendū iudiciū, &c. quæ sequuntur ad finē vsq; psalmi. ¶ Versu 2. Et filię Sion exultent in rege suo. In Græco est hīloī. i. filii, genere ma. nō filia: similiter in Hebræo per genus masculinū habetur, filii Siō, quomodo vertit etiam Hieronym. Dicunt quoq; ita habere p̄alterium Romanū. Verū sententia eadem est, siue filii Sion, siue filia Sion legamus. Intelligitur enī ciues & inhabitatores ecclesię, siue qui in ea sunt genti. Alibi verō iudē filia Iudæ appellatur, vt psal. 47, Latetur mōs Sion, & exultent filię Iudę p̄pter indicia tua domine. Interdū etiā singulari numero totus populus qui in ecclesia est, filia Sion appellatur: vt apud prophetā, Dicite filia Sion, ecce rex tuus venit tibi &c. Et iterū, Noli timere filia Siō. Quemadmodum per contrarium, totus populus Babylonis appellatur filia Babylonis: cum in psalmo 136. dicitur, Filia Babylonis misera. In numero autē plurali, filii huius mūdi vel huius sæculi nominantur, qui ad sæculū istud mundi huius pertinent. ¶ Versu 4. Quia beneplacitum est domino in populo suo. O vox nimīū suavis, dulcior faucib⁹ nostris sup mel & fauē, sup mel dulcis gutturi nostro, aurib⁹ nostris amabilior & desiderabilior oībus quę audiri possint. Ecce enim hęc ipsa vox de nobis in psalmo nūc sonat in ore p̄phetę, quā in sancto Euāgelio, pater in celis de nube sup filiū protulit dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, in quo mihi est complacitum, in quo, iquit ille de nube resonās, mihi cōplacui. In quo mihi est beneplacitū. Et nunc, qd de nobis hic propheta loquit. Beneplacitū (inquit) est dño in populo suo. Ergo non in solo illo filio, qui per colūbē descēsum naturalis & cōsubstantialis fuit demōstrat⁹, Deo patri est beneplacitū, verū etiā in nobis, in oī populo suo. Sed vigilanter attendendū est, qd nō dicitur, Beneplacitum est dño in omni populo, sed cū restrictione loquendo in populo suo, tantū ait Deo esse beneplacitū. Atq; ita cōfirmili obseruatione, etiā angelum Matthæus in suo euangelio refert loquentē, cum nomen dulcissimum Iesu patri Ioseph exponens, diceret, Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Populum (inquit) non quemlibet, sed populum suum. Qui autem sint de populo eius, statim inueniemus, si ad partem sublequentem procedamus. Subiungitur enim, Et exaltauit mansuetos in salutem. Sunt ergo mansueti populus eius, in quo est ei beneplacitum. Et si requiras, quosnam verē debeamus appellare mansuetos, audi quod per prophetā dicit dominus

**A** Ad quem respiciam, nisi ad pauperulum & contritū spiritu & tremem sermones meos? Hi enim sunt, quos hic mansuetos dicimus: hi sunt qui de populo domini cōputantur suo tēpore exaltandi in salutē. Caterū, exacerbatores illi eloquiorū Dei, qui nō acquiescunt veritati, credunt autē iniquitati, qui verba Dei nō cū debita reuerentia & obediētia suscipiunt in corde bono, sub odio Dei sunt, nunquā exaltandi in salutem, sed reprobandi suo tempore in damnationē: quæ distinctio pulchrē etiam in alio loco à Propheta indicata est, his verbis, Suscipiēs māfuetos dominus humilians autem peccatores vsq; ad terram. Caterum quod in quibusdā codicibus per tempus præteritū legitur, exaltauit, melius legitur per futurum, exaltabit, quomodo in Græco & in Hebræo, & quomodo habēt emendatiores Latini codices. ¶ Versu 5. Exultabunt sancti in gloria, &c. Omnia ista ad finē vsq; psalmi, nos de gloria & exaltatione sanctorū in futuro seculo, in elucidatione sumus interpretati: quam interpretationē ipsa psalmi verba, si diligēter cōsiderentur, manifeste monstrabunt. Possunt tamē fidelibus in militante Ecclesia nō omnino male accommodari, qui etiam in hoc mūdo exaltātur in salutē, quādo Dei gratia à diaboli potestate eximūtur, & salui fiunt à peccatis suis, quomodo in psal. 26. gloriās dicit victor, In petra exaltauit me, & nūc exaltauit caput meū super inimicos meos. Exultat iudē nunc in gloria & honore, quo affecti sunt à Deo, in gloria adoptionis filiorū Dei: quemadmodū Apostolus ait, Gloriamur in spe filiorū Dei. Insuper latantur in cubilibus suis. i. in cordibus & cōscientiis suis, dum testimoniū perhibet in cordibus eorū spiritus Dei, & filii sint altissimi, & gloria eorū est testimoniū cōscientiæ ipsorū. Ita dum gloriātur in sua cōscientia, quasi in cubilibus lætātur. Est enim vniciq; pro cubili, sua tuta cōscientia, in qua moliter requiescit, bonū est testimoniū quasi pro lætulo habens. Quæ etiā ratione apud sapientē dicitur, Secura mens, quasi iuge conuiniū. Quomodo autē exultationes Dei sint in gutture sanctorum, hic etiā in peregrinatione degentiū, manifeste indicat, qui dicit, Cantabiles mihi erāt, vel (vt in Hebræo legitur) Cantica mihi erāt iustificationes tuæ, in loco peregrinationis meę. Et alius quidā, Viuens viuens ipse cōfitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filiis notā faciet veritatē tuam. Domine saluū me fac, & psalmos nostros carābimus cunctis dieb⁹ vitæ nostræ in domo domini. Gladios autem ancipites in manibus fidelīū, appellabimus eadē illa veritatis ac Euangelicę doctrinæ eloquia, quæ alibi sagittæ acutæ appellātur, & sagittæ potētis acutæ. Sed & Paul⁹ aperte verbū Dei gladiū appellat cū Ephesius scribit, Accipite gladiū spiritus, quod est verbū Dei. Ac rursum Hebręis, Viu⁹ est sermo Dei & efficac, & penetrabilior oī gladio ancipiti, pertingens ad diuisionē animæ ac spiritus, &c. Hos gladios ancipites habēt in manibus sancti, vt in eis pugnent ac dimicent cōtra oēs aduersarios, quemadmodū materialem gladiū in manibus tenēs, hoc facit, vt defendat se atq; etiam impugnet & feriat hostes. Tenēt (inquā) hos gladios sancti in manibus, ad faciendā vindictā in nationibus, & increpationes in populis. Ad alligandos reges eorū in cōpedibus, & nobiles eorū in manicis ferreis. hoc est, ad subigēdas sibi incredulas nationes, ad expugnādas & deuincēdas aereas potestates, potentes quoq; & sapientes seculi superādos, & populos ad veritatem fidei de manibus eorum eripiendos. Quod in alio psalmo per cōparationem sagittarum ita dicitur, Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorū regis. Et Paulus Apostolus, de hac sanctorū victoria aperte scribit, cum ait, Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionē munitioū, cōsilia destrūētēs, & omnē altitudinem extollentē se aduersus scientiā Dei, & in captiuitatē redigentes omnem intellectū in obsequium Christi, & in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam. Hoc autē est iudicium conscriptum, hac vltio est, quā ab æterno proposuit facere per filium suum atq; eius discipulos Deus, contra principē mundi huius: hæc est, illa vltio, de qua trina replicatione gloriatur Ecclesiā, cū ait, Omnes gētes circueiūt me, & in nomine domini, quia vultus sum in eos. Circumdantes circūderunt me sicut apes, & exarserūt sicut ignis in spinis: & in nomine domini, quia vultus sum in eos. Hoc illud est iudiciū, de quo alibi dicitur, Iudicabit dominus populū suum, & in seruis consolabitur siue deprecatur. Et in Euang. dominus, Nunc iudiciū est mundi. Iam princeps huius eiicietur foras. Et postremo hæc omnīū sanctorum cōmunis gloria, quōd absq; humana potentia, absq; humana sapientia, sola Dei virtute, ita potentes sint ad perdendū sapientiam sapientum, & reprobandum prudentium prudentiam: atq; ad deuincendū & subigendum omnem mundi potentiā: & talia profectō sunt hæc omnia, pro quibus merito debeat cantari canticū nouū, in quibus lætari debeant verus Israel & filii Sion quomodo in alio psal. dicitur, Lætetur mōs Sion, & exultēt filia Iudæ p̄pter indicia tua domine. Digna profectō sunt, ob quæ debeamus illi in chorus, tympanis atq; psalteriis canere, quomodo nos ite modo psalm⁹ exhortatur, Sūt sanē iudicia patētissima certissimāq; testimonia, quōd beneplacitū sit domino in populo suo: hi effect⁹ sunt magnificę exultationis, qua suos electos etiā in præsentī seculo Deus exaltat, faciens illos mundū vincere, & semper in omni loco triūphare in Christo Iesu filio suo. Hęc autē expositio, nequaquam illi præiudicat quā nos in elucidatione de gloria & felicitate superna dedim⁹, imō potius ordinatur vna ad alterā: quemadmodum illa quæ in hoc tēpore est electorum exaltatio, illius post vlturę glorificationis quoddā est prænuncium. Caterum, quōd quidam hæc de temporali felicitate conātur exponere Iudgorū, post captiuitatē Babylonicam pristinā gloriam aliqua ex parte recuperantium, intelligentes gladios materiales & tēporales victorias atq; vltiones, & iudiciū conscriptum intelligentes iudicium quod in lib. Moysi promissum fuit filiis Israel à suis iniquitatibus ad Deum se conuertētibus, quo videlicet promissa illis erat vltio de inimicis, si ab iniquitatib⁹ se cōuerterēt ad seruiendum domino, quemadmodū e contrario à Deo recedētibus promissa fuerat captiuitas & subiectio: hæc (inquā) expositio, vt nimīū Iudaica & crassa, nobis digna visā non est quā prosequeremur.


Esai. 66.  
 Rom. 2.  
 Psal. 146  
 Rom. 5.  
 Rom. 8.  
 2. Cor. 1.  
 Prou. 15.  
 Psal. 118.  
 Esai. 38.  
 Psal. 44.  
 Psal. 119.  
 Ephe. 6.  
 Hebr. 4.  
 Psal. 44.  
 1. Cor. 10.  
 Psal. 117.  
 Psal. 31.  
 Dent. 32.  
 Ioan. 12.  
 1. Cor. 1.  
 Esa. 29.  
 Psal. 47.  
 2. Cor. 2.  
 Deut. 32.



Q Vasi in ebrietate spiritus raptus Propheta considerans nullum esse laudis diuine modum neque terminum, ipsum in sanctis & in firmamento fortitudinis in medio angelicorum exercituum gloriosè residentem & inhabitantem iubet, adhibitis omnis generis musicis instrumentis, pro possibilitate modi humani, quibus scunq; fieri possit medijs collaudari, vt quod agnoscit neque corde, neque ore plene impleri posse, ad id etiam exteriora corporis membra, quantum possint, adiuuent.

CENTESIMIQUINQUAGESIMI PSALMI ELUCIDATIO.

1 Laudate dominum in sanctis eius:



Laudate dominum in sanctis eius, in quibus tam mirabilem se ac gloriosum in potentia, sapientia & bonitate demonstrauit, dum ipsos ad suam imaginem creauit, vt diuina capaces essent natura, dum illos à peccatis saluauit, à morte redemit, dum ex filiis irae filios Dei constituit, nunc eos gratia iustificans, salute autem aeterna eos glorificare in saeculo venturo disponens: \* laudate quoq; eum in firmamento fortitudinis suae, in caelesti palatio, mansione fortissima, & firmissimo habitaculo suo, in quo cum sanctis oibus sine fine regnat & gloriatur. 2 Laudate eum in potentibus, fortitudinibus siue potētibus ac virtutibus eius, id est, in sua maxima & infinita omnipotentia, cui subest cum voverit posse, & cui pernitus nihil impossibile est, imò neque difficile: \* laudate eum iuxta magnitudinem immensa omnipotentiae & infinitae virtutis eius, hoc est, laudate quantum potestis, & quantum praeualebitis, quia propter immensam gloriam eius digne satis nunquam laudari poterit. 3 Et quia neque corde neq; ore ad laudandum sufficitis, vt etiam manus & membra caetera attestari valeant perfectae laudis (ad quam nō sufficitis) desiderium & bonā voluntatē, adhibete, & assumite etiā exteriora quaelibet instrumenta musicae harmoniae, in quibus laudes illi decantetis, videlicet in tubarū clāgoribus personates, & buccinis concrepantes, in psalteriis quoq; & citharis lauaē edentes melodiam. 4 Adhibete tympana, & personate in eis, choros facientes, ad pariter collaudandum dominum: in instrumentis quoque chordatum, & in organo laudes illi decantate. 5 Collaudate eum in cymbalis bene resonantibus, & laudate eum in cymbalis dulci sono bene tinnitibus, & hoc suauitinnitu veluti iubilantibus: \* Quid plura ego dicam? Quam inuitabo ultra creaturam? quem adhuc laudis modum exprima? Ecce per singula percurrere deficio, nec inuenio quid ultra commemorem. Generali proinde exhortatione concludens, omne quod spiritum habet vitæ, & omne quod subsistit creatum, ab ipso, inuito in laudem eius, quem pro sua magnitudinis præcellentia constat digne satis nunquam laudari, neque glorificari posse, qui est solus super omnes laude sempiterna laudabilis Deus trinus est vnus in omnia saecula benedictus. Amē.

\* laudate eum in firmamento virtutis eius.

Sapient. 12. Luc. 1. Gene. 18.

2. Laudate eum in virtutibus eius: \* laudate eum secundum multitudinē magnitudinis eius.

3 Laudate eum in sonotuba, laudate eum in psalterio & cithara.

4 Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo.

5 Laudate eum in cymbalis benesonantibus: laudate eum in cymbalis iubilationis:

\* omnis spiritus laudet dominum.

ANNOTATIONES IN PSALMVM CL.

P salmorum liber, conuenientissimum maximèq; decentem finem accipit hoc vltimo Psalmo, vtique deuotionis iubilo plenissimo. Cum enim totus Psalmorū liber hoc præcipue spectet vt ad laudem Dei homines adhortetur, partim ex iis quæ in ipso sunt perfectionibus, partim ex consideratione mirabilium eius operū, & prouidissima benignissimāq; eius erga humanū genus dispensatione, quo ad electorum salutem cuncta disponit disposuitq; ab initio, decens fuit, vt tali aliquo Psalmo clauderetur liber, qui nihil esset nisi laudis excitatio: cuiusmodi pculdubio hic est, si est vllus. Nihil enim aliud esse videtur quàm purum halleluia. i. mera laudis exhortatio: cū nihil aliud proponat, quā hallelu, hallelu, id est, laudate, laudate. Est autē in hoc Psalmo quasi defectio laudantis, cū præ magnitudine, tam multis, tamq; frequentibus & feruentibus exhortationib; propositis, veluti fatigatus iam deficit inuitator, & quasi deficiens laudi imponit terminum: cum post toties repetitū, & in priorib; duobus Psalmis, & in hoc nouissimo, laudate, cātate, talē ponit totius suae exhortatiōis clausulā: Omnis spiritus laudet dominum, hoc est, omne quod spirat, omne quod vitā habet, laudet dominum: sub hoc quod particulariter dictū videtur, intelligendo vniuersaliter, omne quod vitam & esse habet. Nam Deo viuunt omnia, in quo (vt ait Ioannes) vita erat quicquid factū est. Cæterum, quantum ad instrumenta quæ hic plura explicatur, in quibus iubemur laudare dominum, nota quod ea omnia secundū mysticas intelligentias moraliter exponi possunt, quemadmodum ante nos plures qui in Psalmis laborarūt, diligēter explicarūt, apud quos facile erit ista requiruntibus inuenire. Nos tamē nihil illorum attigimus, neq; arbitramur Prophetā illa principaliter spectasse, tametsi pie & deuote cōtemplantibus ita exposita sint: sed ex spiritus ebrietate & plenitudine deuotionis, ex nimia inflammatione cordis gestiētis magnifice celebrare dominum, putamus

Ioan. 1.

A omnia hæc musica instrumenta hic nominari: vt hoc modo significaretur, dignū esse Deū nosfer qui in omnibus musicis instrumentis, quibuscunq; modis fieri possit, collaudetur & celebretur, quæ ad modū in Psal. 148. à rationali creatura omnis inuitabatur ad Dei laudem, etiam irrationalis, etiam insensibilis, etiā inanimata creatura, vt sic tali inuitatione protestaretur laudās, solū se nō sufficere ad digne laudandū tam laudabilem dominū. Qui enim auxiliū postulat ad rem aliquā perficiendam, hoc ipso monstrat se nō esse per se, solum sufficientē ad rem cuiusmodi, vt dignum est, peragendam. Alioqui, quid opus fuerit alienū inuocare auxiliū, si tu solus tuo sufficis, quod quæris, transigendo negotio? ¶ Versu. 1. Laudate dominū in sanctis eius. In Græco atq; in Latino, ambigū est genus, vt intelligi possit, in hominib; vel angelis sanctis, genere masculino: vel in sanctis, genere neutro. i. in caelestibus, quomodo in Psal. 133. dicitur, In noctibus extollite manus vestras in sancta, i. ad caelos, qui (ratione inhabitantiū sanctificatorū) peculiariter aliquādo sancta appellatur, quomodo etiam Paulus Apostolus Christū dicit per propriū sanguinē semel introisse in sancta, aeterna redemptiōe inuenta, proculdubio caelos significare volens & mansionē beatorum, quæ sunt vera sancta. Similis ambiguitas est in versu vltimo Psal. 67. Mirabilis Deus in sanctis suis, &c. Nos in Elucidatione exposuimus per genus masculinū, in hominibus sanctis siue fidelib; eius, quomodo etiā beatus pater August. interpretatur, vt quomodo etiam alterum illum locū Psal. 67. sumus loco suo interpretati. Quod autē in secūda parte dicitur, In firmamento virtutis eius, nos exposuimus de caelesti habitaculo, accipietes videlicet firmamentū virtutis, pro caelesti habitaculo, quod Paulus appellat tabernaculū non manu factum. i. non huius creationis. i. quod non est factum manu vel sapientia hominum artificū, sed potentia virtutis Dei: propter quod, specialiter firmamentū appellatur virtutis eius. Atq; huic interpretationi bene cōuenit quod Felix vertit, In firmamento fortitudinis eius item quod alii vertūt, in expansio virtutis vel fortitudinis eius. hoc est, in caelo quod secundū virtutem suā expandit sibi, quomodo decimus tendere tabernaculū. Vel intelligi possit firmamentum virtutis Dei, eo q; ibi specialiter reluceat Dei potētia, nimirū circumdatib; illic ministris mille milibus, qui ministrant ei, & decies centenis milibus qui ei assunt. Alii verō sic intelligunt, In firmamento virtutis eius. i. in virtute eius, quæ est firmissima & potentissima, vt firmamentū accipiatur quasi pro firmitate vel fortitudine vel stabilitate, quomodo in alio Psalmo diximus, Non est firmamentum in plaga eorum. i. non fortitudo, non est duratio & stabilitas in plaga impiorum, vt sit sen Psal. 72. Non est impij in hoc saeculo grauis plaga, aut diu durans, aut multum grauens afflictio, quemadmodum suo loco expositum est. Atque huic expositioni non omnino dissonat quod vertit ex Hebræo Hieronymus, Laudate eum in fortitudine potentiae eius: & quod dixit Felix verti posse, In extensione virtutis eius: vel (vt alii) In extensa aut forti virtute eius. ¶ Versu secundo, Laudate eum in virtutibus eius. Ne mireris, si virtutes (quod hæcenus ferè vbique interpretati sumus exercitus) iam aliter interpretemur, nempe fortitudines. Nam in alijs locis, vbicunq; virtutes interpretati sumus exercitus, vt domine Deus virtutum (quod frequēter in Psalmis ponitur) Non egredietis Deus in virtutibus nostris, ac in alijs huiusmodi locis: vbicunq; (inquam) sic sumus interpretati, si Hebræam lectionem inspicias, inuenies haberi illic sebaoth, quod significat exercitus, in numero plurali. Itē si Græca inspicias, inuenies *δυναμεις*, quod frequentissime pro exercitibus ponitur, eo quod in exercitu sit virtus belli. Hoc autem loco, neque Hebræa habent sebaoth, neq; Græca *δυναμεις*, Psal. 58. sed in Hebræo est geburoth, numero plurali, quod robora, fortitudines, virtutes, vires, potentias, Psal. 79. vel potentatus significat. In Græco autem est *δυναμεις*, quod potentatus significat, vel praeualescentes fortitudines. Quæ ambæ dictiones, tam Græca quàm Hebræa, ponunt eodem in Psalmo. 91. vbi nos habemus, si autem in potentatibus octoginta anni, quod illic diximus ab alijs legi, in robusticitatibus, vel in praeualentibus fortitudinibus. Hoc ergo consilio cognoscito, nos hic virtutes diuerso modo quàm hæcenus exposuisse. Vnde & Hieronymus ex Hebræo hic vertit, In fortitudinibus, nō (vt solet) in exercitibus. Et Felix multiplicem ponit versionem, In virtutibus, potentibus, fortitudinibus, potestatibus, potentatibus. ¶ Versu vltimo, Laudate eum in cymbalis iubilationis. Tinnitus hic vocatur iubilatio, quæ admodū exprimit lectio Psalterii Romani, quod hoc loco habet, In cymbalis bene tinnitibus. Vnde cap. 12. Epistolæ prioris ad Corinthios, vbi nos habemus, Factus sum velut æsonans aut cymbalis tinniens, in Græco est *ἐκκαυχῶμαι*, id est, iubilans. quemadmodū *ἐκκαυχῶμαι*, iubilationem significat. Vnde sicut illic rectè versum est, cymbalum tinniens pro iubilans: ita hic pro cymbalis iubilationis, legi rectè poterat, cymbalis tinnitus vel tinnientibus, id est, bene sonoris. Quod autem sequitur, Omnis spiritus laudet dominum, nō solum huius Psalmi, sed totius libri Psalmorum est egregia & congrua clausula. Et post omnia subiungitur, halleluia, quod caput est & finis totius libri Psalmorum, qui semper & vbique non aliud clamat quàm halleluia, nihil nobis aliud loquitur, quàm laudate Deum. Quæ exhortatio vtinam sic modo capiat in cordibus nostris, vtinam sic tota possideat nostra pectora, vtinā tam lingua quàm vita ita sese nunc exerat, vt cum beatis supernis ciuib; perpetuum illud & indeficiens halleluia olim cantare mereamur in conspectu Dei & agni, qui cum suo consubstantiali patre & spiritu sancto viuunt ac regnant in omnia saecula saeculorum. Amen.

Heb. 9.

Ibidem.

Danie. 7.

Psal. 72.

Psal. 58.

Psal. 79.

Psal. 91.

FINIT EXPLANATIO LIBRI PSALMORVM. DEO LAUS ET GLORIA.

# ELUCIDATIO IN CANTICA FERIA LIA

QUAE EX CONSVETVDINE ECCLESIA-

stica per ferias decantantur in horis canonicis.

ARGVMENTVM IN CANTICVM

Esaiæ, cuius initium est, Confitebor tibi domine.

**C**anticum istud scribit Esaias capite sua Prophetia duodecimo. In quo Propheta loquens sub persona totius Ecclesie Christi, gratias agit de salute per Christum in plenitudine temporis allata, & ablata ira, quae ab exordio, propter primam praeuaricationem, usque ad tempus illud gratia humanum genus praecesserat: ac deinde felicitatem temporis huius quod est sub noua lege commemorat, & fideles omnes horum beneficiorum factos participes ad laudem Dei & praedicationem mirabilium eius inuitat.

## ELUCIDATIO IN CANTICVM ESAIAE.

**1** Confitebor tibi domine, quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus & consolatus es me.

Psal. 84.

**2** Ecce Deus saluator meus: \* fiducialiter age, & non timebo.

Galat. 4.

Matt. 7.

Psal. 73.

Psal. 117.

Rom. 8.

**3** Quia fortitudo mea & laus mea dominus:

\* & factus es mihi in salutem.

Ioan. 17.

Philip. 4.

**4** Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris:

Ioan. 1.

\* & dicetis in illa die.

Ioan. 3.


**5** Confitemini domino inuocate nomen eius.

\* notas facite in populis adinventiones eius:

Ioel. 2.

Rom. 8.

\* memoret, quoniam est nomen eius.



**C**onfessione laudis celebrabo, domine Deus meus, quoniam cum in prioribus aetatibus a tempore prima transgressionis mihi fueris iratus, iam tamen in temporis plenitudine cessauit illa iracundia tua, auertisti ab ira indignationis tuae, factus placatus humano generi: & qui olim auersus a nobis fuisti per iracundiam, iam tandem conuersus es ad nos vultu placido per misericordiam: & in hac tua conuersione refecisti nos consolatione optima, prius quasi desolatos & desperatos. **2** Ecce tu es ipse Deus saluator meus, tibi sic placuit, quando venit plenitudo temporis, mittere in mundum filium tuum ad saluandum populum suum a peccatis: tibi placuit per filium tuum operari salutem in medio terra: atque ob hoc bene fidenter agam, viam absque timore, nec ultra timebo quid faciat mihi homo, & ego despiciam omnes inimicos meos. Scio enim neminem posse condemnare quos Deus iustificauerit, neque ullam potestatem nocere posse ei quem dominus saluare voluerit. Quare in Dei electione & gratia firmam habens fiduciam, nolo conturbari, nolo ultra metue re. **3** Quid enim timeam? qui dominum Deum potentissimum habeo meam fortitudinem, & meam laudem vel gloriam: qui non in propria mea virtute, non in propriis viribus confido aut glorior, cum sciam me ex memetipso vel nihil esse, vel minus nihilo: sed dominus Deus ipse est fortitudo & virtus mea, in qua confido & glorior, sine quo vel nihil possum, ita in eo & per eum possum omnia: \* & ipse factus est mihi saluator, ipse placatus humano generi factus mundi saluator, genus humanum a captiuitate peccati, in qua detinebatur, & debito mortis quo obstringebatur, redimens ac faciens saluum. **4** In illo tempore acceptabili, in temporis plenitudine, vos qui intra Ecclesiam eritis fideles, credituri in nomine eius, abundanter accipietis aquas caelestis gratiae & spiritualium charismatum, de plenitudine Christi saluatoris quasi de fontibus plenissimis: accipietis de plenitudine eius qui plenus, est gratiae & veritatis, habens non ad mensuram spiritum: & sic accipietis, ut tamen illius plenitudini nihil decedat: quemadmodum cum ex fontibus aquam hauris, quantumcumque haueris, ob continuam scaturiginem, non deficit, neque diminuitur fontis aqua: \* & in illa die salutis ac gratiae, in illo tempore acceptabili, dicetis vos fideles quicumque estis credituri in nomine eius, & haec multo maxima beneficia in Ecclesia susceperunt: dicetis (inquam) vobis inuocet, ad exhortandum pro gratitudine. **5** Confitemini domino ex corde fidei & animo grato, qui tanta vobis contulit bona, quae non fecit omni nationi, neque generationibus primitiuis: & confitentur ad gratiarum actionem, simul etiam inuocate nomen eius fiducialiter, eum inuocate paratum adhuc maiora vobis conferre. Omnis enim quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit. \* Et quo salus haec omnibus allata magis diuulgetur & agnoscat, vos qui iam Deo credidistis, & agnoscitis hanc salutem, studete eam annunciare populis & gentibus, praedicantes mirabiles cogitationes & mirabilia consilia eius quae cogitauit super genus humanum, & quibus perfecit salutem nostram: \* & hoc ad memoriam reuocare, hoc recogitare, ac rememorando praedicare, quod no-

## CANTICVM ESAIAE.

309

**6** Cantate domino, quoniam magnifice fecit: \* annunciate hoc in vniuersa terra.

**7** Exulta & lauda habitatio Sion:

\* quia magnus in medio tui sanctus Israel.

men eius qui hac salutem est operatus, excelsum est & sublime super omne nomen. Saluatorem enim nostrum Deus exaltauit, dans illi nomen super omne nomen, ut in nomine eius omne genu flectatur, caelestium, terrestrium & inferorum. **6** Gaudentes cantate domino, quod magnifice admodum fecerit, quod suam magnificentiam mirabiliter demonstrauerit pro reparando & saluando populo suo, ut eos a morte restitueret vitam, ab ira ad gratiam, a captiuitate, ad libertatem, a damnatione ad gloriam: \* hoc opus tam admirabilis potentiae, sapientiae & bonitatis, sed proclamate & annunciate in omnem terram & fines orbis terrarum. **7** Exulta, & lauda, o beate populus qui habitas in Sion: gaudete & exultate quicumque in sanctam Ecclesiam inhabitatis, credentes in nomine saluatoris vestri: \* & merito vos quidem gaudere debetis & exultare, propter illum qui habitat in medio vestri, videlicet quoniam magnus est ille sanctus Israel, dominus Deus verus saluator vestri: qui habitat in medio vestri, tanquam protector, defensor, propugnator, pastor & rector in medio populi sui, sicut pater in medio familiae & filiorum suorum, qui pollicitus est, vbi cumque duo aut tres fuerint congregati in nomine suo, ibi se futurum in eorum medio, qui in super pollicitus est vobiscum esse ac permanere usque ad consummationem saeculi.

Philip. 2.

Matt. 18.

Matt. 28.

## ANNOTATIONES IN PRAEEDENS CANTICVM.

**V**ersu primo, Confitebor tibi domine, quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus. Sic intellige, ac si coniunctim haec partes proferreretur, ut confessio non ad partem illam referatur, quoniam iratus es mihi: sed ad totum hoc, quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, ad hunc sensum, Confitebor tibi, quoniam cum iratus olim fueris mihi, iam conuersus est tamen furor tuus, atque cessauit, & es me consolatus: quo ferè loquendi modo, Paulus Romanis ait, Gratias ago Deo, quod fuisti serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinae in qua traditi estis hoc est, Gratias ago Deo, quod cum olim fueritis serui peccati, nunc facti sitis obedientes, &c. Secundum sententiam verò pulchre ista reconciliatio & conuersio irae Dei apud Psalmistam exprimitur, cum in Psalmo 84. sic loquitur, Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. Remissi sunt iniquitates plebis tuae operuisti omnia peccata eorum. Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignationis tuae. **V**ersu tertio, Quia fortitudo mea & laus mea dominus. Laudem, potes intelligere gloriam. Dominus enim, laus & gloria nostra est, in quo solo gloriari & laudari sine laetari debemus, quomodo in Psalmo dicitur, In domino laudabitur vel gloriabitur anima mea. Potest tamen aliter intelligi dominus esse laus suorum fidelium, id est, laudis obiectum siue materia, quatenus videlicet ipse est quem pro suis maximis beneficiis & admirabilibus operibus laudare debent fideles. Vel laus est dominus suorum, quatenus ipse ratio est unde sui laudentur. Laudabilis enim populus & beatus, cuius est dominus Deus. Quemadmodum enim Salomon gloriosum praeregibus aliis, rectè dicimus fuisse laudem & gloriam sui regni atque sui populi, sic Christum multo magis dicere possumus laudem populi sui. **V**ersu quarto, Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Per fontes istos saluatoris, pie quidam intelligunt sacramenta Ecclesiae a Christo instituta: ex quibus hauriuntur aquae, quatenus ex Christi institutione per ea purgantur peccata, & confertur gratia. Pie item quidam fontes istos intelligunt vulnera Saluatoris, ex quibus aquas haurimus in gaudio quoniam ex eius passione tota nobis nostra salus processit.

Rom. 6.

Psal. 84.

Psal. 33.

## ARGVMENTVM IN CANTICVM

Ezechiae, cuius initium, Ego dixi in dimidio dierum meorum.

**C**apite. 38. Esaiæ legimus, post superbum & blasphemum Sennacherib percussum per angelum domini occisis in castris eius centum octoginta quinque millibus virorum, egrotasse Ezechiam usque ad mortem, adque ipsum egrotantem missum fuisse Esaiam Prophetam, qui illi diceret, Dispone domui tuae, quia morieris tu, & non viues: sed cum ille conuersa ad parietem facie orasset dominum, fletuque magno fleuisset, sententiam illam fuisse reuocata & retractatam, ut diceret illi dominus per eundem Prophetam qui prius mortem sibi denunciauera. Haec dicit dominus Deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuam, & vidi lacrymas tuas. Ecce ego adiciam super dies tuos. 15. annos, &c. dans ei signum retrocessionis umbræ solaris in horologio Achaz. Pro hoc ergo sanationis suae beneficio, quod subsequitur canticum Ezechias cecinit, quemadmodum titulus indicat his verbis, Scriptura Ezechiae regis Iuda, cum egotasset, & conualuisset de infirmitate sua. In hoc ergo cantico rememoratur amaritudinem & tristitiam illam in qua fuit, cum audisset nuncium mortis suae (in aetate adhuc florenti) & velut in dimidio dierum: quoniam (ut tradunt in hac re fide digni auctores) annum agebat. 39. cum de Sennacherib a Deo acciperet victoriam, quam subsequuta est ista infirmitas. Multum etiam deflet, quod ab ipse semine esset discessurus, & quod in eo generatio Dauid esset accepta a sinem deplorat, dicens, Generatio mea ablata est, &c. Dicunt enim, tunc temporis nondum illum genuisse liberos. Reliqua in super omnia ad sinem usque per querimoniam proponuntur. Sic enim loquitur, secundum eum effectum, quo tum erat, cum esset in angustia antequam ac conuale scientia erat ex Dei voce instructus: & maxime morbi sui grauitatem exaggerat,

quo Dei beneficium amplius extollat: pro quo, concludens pollicetur illi ad gratiarum actionem, sempiternam laudem. Est autem per se euidentis ac manifestissimi, secundum literam totum hoc canticum exponendum esse de Ezechia eius infirmitate atque conualescentia, neque in Elucidatione aliam ponemus intelligentiam. Veruntamen secundum mysticum sensum, poterit etiam accommodari illi qui similiter in spiritu fuerit affectus, ut Deo gratias agere velit pro liberatione a morbo animi, vel recogitare statum egrotantis animae per Deum iam sanatae: quomodo Ezechias hic de corporali infirmitate sanatus, suam curationem ad gratiarum actionem commemorat. Vel etiam ad totum genus humanum per Christum sanatum, secundum mysticum sensum potest accommodari.

## ELUCIDATIO CANTICI EZECHIAE.

1 Ego dixi:

\* in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.

2 Quæsiui residuum annorum meorum:

\* dixi non videbo dominum Deum in terra uiuentium.

3 Non aspiciam hominem ultra:

\* & habitatorum quietis.

4 Generatio mea ablata est:

\* & conuoluta est a me, quasi tabernaculum pastorum.

5 Precisa est velut à texente vita mea:

\* dum adhuc ordiret, succidit me:

\* de mane vsque ad vesperam finies me.



Ositus in infirmitate, ubi audissem per Esaiam Prophetam ex ore domini nuncium mortis meae, illo dicente: Dispone domui tuae, quia morieris tu, & non viues cum magno dolore cordis & fletu vocis, dixi ego, velut coram Deo proponendo querimoniam: \* ecce in medio dierum meorum secundum huius decreti nuncium cogor è viuis abscedere, iam in aetate florida ante senectutem, adhuc robore fortis, vegetus, atque robustus, praematura morte cogor occumbere & abire è terra ista uiuentium ad portas inferni, id est, ad loca mortuorum: secundum corpus quidem ad sepulchrum, secundum animam verò ad lymbum patrum maiorum meorum, qui ante me illuc descenderunt. 2 Quamobrem conuertens caput ad partem lectuli, fletu magno postulavi, & requisivi à domino meo residuum annorum meorum: postulavi ut miseretur mei, adhuc in aetate florida vigentis, quasi in medio vitae meae robore consistentis: & petii residuum annorum mihi ex Dei misericordia adici, petii mihi adici saltem annos aliquot vitae meae, & prolongari terminum: \* Et dixi, conquerendo atque lamentando, si morte iam iam cogar abscedere è terra uiuentium, ergo non ultra dabitur mihi hic super terram videre dominum, non ultra potero ascendere in domum domini, ut ibi eum viduam, sine visitem, & adorem. 3. Neque amodo aspiciam hominem vllum in hoc mundo, postquam morte iuxta hoc quod audiui nuncium) absumptus fuero, non ultra erit cum hominibus super terram conuersatio mea, neque videbo ego illos, neque illi me, neque sciam omnino quid illi agant in terris: \* neque videbo populum meum post Sennacherib percussum & contritum paci restitutum, in sua pace & quiete habitantem, populum iam secure inhabitatum terram, absque inimicorum timore, non dabitur mihi, quod tamen vehementer optarem si mihi posset contingere. 4 Et quod me omnium maxime cruciat, ecce generatio mea cessauit & ablata est: si moriar, penitus moriar, quoniam semen nondum suscitavi, neque relinquam similem mei, qui possit mihi in regno succedere: ita ablata est mea generatio, quoniam prolem non habeo: \* & quomodo tabernaculum pastorum, ubi voluerint migrare, voluitur in vnum & complicatur, quo portetur commodius, nec ultra extenditur ut antè: ita mea generatio conuoluta videtur, à me incipiendo finitur series lineae regiae & regii generis: à me, si iam moriar absque liberis, quasi tabernaculum pastorum conuoluetur generatio, quoniam in me finietur, & non extendetur amplius. Atque ita, quomodo fieri poterit, ut iuxta promissionem factam Davidi, non deficiat de semine eius qui regnet super domum Iacob: quomodo Messias ille desideratus cunctis gentibus de David nascetur, si ego absque liberis iam nunc morte absumar. 5 In vita mea in medio suo validissimo cursu subito per infirmitatem hanc abruptur & praeciditur, ut non ultra decurrat vel progrediatur longius: quomodo subinde texens rumpit filum & frangit in cursu medio, vel quomodo ille cum voluerit subito vno impetu filum rumpit & frangit: \* vix mihi videbar adhuc incepisse viuere, & iam ego succidior, iam finitur mihi cursus vitae meae. Nam in infantia vix homo viuere ut homo, dum rationis vsum non habet: in pueritia quae & adolescentia, vix ut homo viuere, dum non sui iuris, neque ad suum arbitrium permittitur viuere, & dum in multa viuere afflictione & insipientia, propter inuentutem & inexperientiam. Mox autem ubi florenter incipio in aetate perfectiori, praematura morte hinc abruptior, vix dum ni flore viuere exorsus: \* absumes me, & morte finies, de mane vsque ad vesperam expectantem & praestolantem, quomodo solent agri de mane expectare vesperam, & vesperae expectare

A 6 Superabam vsque ad mane: \* quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.

7 De mane vsque ad vesperam finies me:

\* sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba.

8 Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelso.

9 Domine vim patior:

\* responde pro me:

\* quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerim?

10 Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae.

D II Domine si sic viuatur & in talibus vita spiritus mei:

\* corripies me, & uiuificabis me:

\* ecce in pace amaritudo mea amarissima.

mane, quasi sperantes temporis mutatione aliquod sui morbi leuamentum. 6 Ita expectabam vsque mane, si aliquid sentirem leuamenis, quod subinde solet aegrotis tempore matutino contingere: \* verum morbus iste qui me ex Dei iudicio corripuit, totum me depascit, consumit, & deuorat, vsque ad ossa nihil mihi relinquit fortitudinis, omnibusque exhaurit viribus, idque in admodum modico tempore magno impetu, & multa violentia: quemadmodum leo deuorat praedam suam quam rapuerit, aut quae illi tradita fuerit, absque mora magna violentia. 7 Ita me finies de mane ad vesperam vsque; expectantem, & praestolantem: si sic pergas, & nisi alleuies à me manum tuam, ita me absumes expectantem, id quod ex continuo defectu, & destitutione manifeste percipio, dum me sentio de die in diem, de hora in horam, magis magisque destitui viribus: & quo diutius praestolor, eo vicinius ad finem tendere: \* propter quod ego ad te clamaui cum magno fletu & gemitu, sicut pullus hirundinis cum magno, quantum potest, vocis stridore clamitat: & meditat sum, & excitatus loquendo & gemendo, sicut coluba: id est, ex amaro animo, & ardenti affectu ad te clamaui, in bona fiducia, quae vnum sciebam mihi posse ferre auxilium, & praeterea neminem. 8 Oculi quoque corporis mei praenimia & continua susceptione ad caelum attenuati & debilitati sunt, continuo suspicientes, & sursum dirigentes aspectum. Facit enim debilitari & attenuari oculos illa continua defixio visus in rem vnā, maxime cum in superna leuatur, & defiguntur in ea quae sursum sunt, ut eleuari eos oporteat. 9 O domine (dicebam ego) vide tu, quomodo ego vim & violentiam magnam patior à morbo isto, qui me sic absque cessatione consumit, & penitus deuorat, ut nihil relinquat in me virium: \* tu pro me responde, pro me loquere, pro me age contra hunc tam rabidum leonem. Non enim ego video remedium, neque Deut. 32. puto quaequam esse hominum vel medicorum, qui possint me saluum facere, nisi tu solus: qui percussis, & sanas, occidis, & uiuificas: \* Sed quid dicam ego? Quorsum istam domino Deo propono querimoniam? Aut quid ipse mihi respondet? Quid ab illo expecto responsi, lutum à figulo, à creatore creatura, cum ipse sit omne quod patior, cum ipse omnia haec fecerit, cum ex ipsius iudicio, voluntate & dispositione in hoc vitae discrimen venerim? Non igitur quasi omnino contentens, aut quasi murmurans, ista quae dixi propono, cum sciam te quae cumque facis in iusto iudicio facere, & non obligari ad respondendum mihi, sed posse te facere quod volueris. Attamen in misericordia confidens postulo, & mea querimonia non murmurationis aut contentionis est, sed humilis deprecationis. 10 Et quo ad me exaudiendum fias pronior, ecce volo ante oculos tuos commemorari omnia tempora praeterita vitae meae, quibus vixi super terram, idque in amaritudine & dolore cordis mei: pro omnibus quibus te offendi malis, ne forte in me sint delicta inuētutis aut ignorantiae, propter quae indignus inueniar tua exauditione, ecce volo tibi commemorari omnia tempora mea cum amaritudine penitentiae: \* Item commemorabor coram te totum tempus praeteritum vitae meae, cum dolore cordis mei totum tibi proponam ante oculos, ut consideres quam breue fuerit vniuersum tempus vitae meae, & quam plenam miseris, & quam in illo omni tempore vitae meae studuerim coram te ambulare perfectus, ut vel sic te insectam ad adiiciendum tamen modico tuo meo, vel pauculos annos. 11 O domine (dicebam ego in hac amaritudine positus) haec cene est vita hominis, siccine viuere homo, ad tempus tamen modicum? non aliud est hominis vita, quam talis quidam velut umbra horarius, imò penè momentaneus transitus? & est vita spiritus mei in talibus? vita mea an consistit in tam modica & breui duratione, & tamen modica voluptate, tamen commixta malis, tam plena ærumnis? talis est vita hominis super terram: quae vulgo aestimant homines magnam quid esse, non attendentes ad breuitatem durationis, & finis velocitatem. O domine, tu me in tuo iudicio corripuisti, & a rudis morbo isto grauissimo: sed cum volueris, iterum me uiuificabis in tuo beneplacito, poteris me sanare qui percussisti: & hoc ut facias peto, propter misericordiam tuam: \* ecce enim iam quando pacem ex tuo munere nactus fueram, post victoriam de blasphemio Sennacherib, quando sperabam viuere in pace cum populo meo, venit mihi repente dolor alius maximus, & amarissima amaritudo, ex morbo isto qui iam querebat extorquere è corpore animam meam. Propter quod, te praecor, ut iam salutem mihi dedisti ab illo hoste, ita & ab hoc morbo gemi-



12 Tu autem eruisi animam meam, vt non periret:  
\* proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

13 Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: \* non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.

14 Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie:  
\* pater filiis notam faciet veritatem tuam.

15 Domine saluum me fac, \* & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo domini.

nata tua misericordia sanes. 12 Tu autem domine, qui semper ad miserendum es pronus, atque ad exaudiendum facilis, exaudisti orationem meam, & eruisi animam meam à perditione, seruasti à morte vitam meam: & quomodo à morte spirituali me præsruasti, ita etiã à morte temporalis, cum alio qui secundum naturam cursum aduersus hoc malum nullum esset remedium: \* omnia peccata mea proiecisti post tergum tuum, dimisisti mihi omnia peccata mea, quæ in annis præteritis commisi: omnia delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas non attendisti, neque memoratus fuisti, vt propterea non exaudires deprecãtem: & omnino non attendisti ad illa vniuersa, quomodo non attendit homo, neque respicit ad ea quæ post tergum sunt. 13 Quoniam illi qui in inferno sunt, non dabunt tibi confessionem laudis, & mortui qui in damnatione sunt, non vllas tibi laudes dabunt, quoniam in inferno & morte non audietur vox laudis, vbi non est nisi fletus & stridor dentium: propter quod complacuit tibi dimittere peccata mea, & ea post tergum proicere, quoniam maui, vt inter viuentes & iustos te collaudem, quã inter damnatos & mortuos perpetuo à tua laude fileam: \* qui descendunt in lacum profundum inferni & damnationis æternæ, ipsi non expectabunt veritatem & fidem tuã, nihil vltra præstolabuntur à te, non vllam habebunt spem salutis: quoniam in inferno nulla est redemptio. 14 Sed is qui viuic non solùm corporis vita, verum etiam vita spiritus, talis confessionem laudis dabit tibi, domine Deus, eiusmodi te laudabit, vt laudari dignus es: quemadmodum & ego hodie, adhuc viuens in corpore & anima, te pro omnibus acceptis beneficiis laudo, & sicut te laudant iusti omnes quicumque super terram: \* in dõ parêtes docebunt filios suos veritatem tuam, docebunt patres suos filios, quã sis tu verax & fidelis in omnibus verbis & operibus tuis: erunt solliciti parentes, etiam suos posteros in Dei cognitione instituere, vt discant & ipsi laudare dominum, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. 15 O domine, concludens propono postulationem meam, postulas saluum fieri, & secundum corpus ab infirmitate hac humana opera & arte incurabili, & secundum animam ab omni peccati periculo: \* & nos in gratiarum actionem, tum pro hoc beneficio, tum pro omnibus aliis, cantabimus cãtica laudis, in domo tua, in templo sancto tuo, & in sancto populo tuo, cunctis diebus quibus viuemus super terram, perpetuum exhibebimus tibi famulatum, & in sempiternum seruimus tibi.

ARGVMENTVM IN CANTICVM  
Anna matris Samuelis.

1. Reg. 1.

Anna Samuelis mater, cum diu fuisset sterilis, atque ob sterilitatem vehementer illi fuisset molesta emula Fenenna, & ipsa vxor existens Helchana, ita vt etiã exprobraret illi, quod dominus concludisset vuluam eius, contra ista super sterilitatis opprobrio, & impudenti exprobratione emula, coram domino in Silo in amaritudine animi sui effundens orationem, votumque faciens à domino exaudita est, concepitque & peperit filiũ Samuel: quæ (iuxta promissum) vbi fuisset ablactatus, obtulit domino: ac deinde concepit & peperit tres filios & filias: vt non solum esset ab ea ablatum sterilitatis opprobrium, id quod vnica prole sufficienter poterat fieri, verum etiam fecunditatis gaudium illi daretur multiplicatum pro afflictione quam tulerat. Videns itaque Anna, fecisse secum dominum misericordiam, in data sibi fecunditate, cecinit domino gratulatoriũ hoc canticũ: in quo sibi factam à Deo misericordiam gaudio se commemorat, & pro ablato opprobrio gloriatur in Deo, ac gratias agit, Deo soli opus illud asserbens, cuius sanctitatem & fortitudinem prædicat, in quo solo dicit gloriandum, cum ipse solus omnia possit pro suo arbitrio commutare: vt fortes reddat infirmos, atque e contrario infirmos fortes: victos victores, atque e contrario victores victos: pauperes diuites, atque e contrario, humiles excelsos: atque e contrario, steriles fecundas: atque e contrario, & ita in cæteris eiusmodi, in quibus magnifice Dei omnipotentia demonstratur eadem illa qua terræ fundamenta posuit. Nouissime verò singularẽ Dei erga electos curam describit, & contra impios iram, cum eum dicit seruare pedes sanctorũ, & impios in tenebris concludi, vt ibi confusi conticescant, & formidini eum fore impiis, quando super illos de cælis tonabit in terrore suo. Vltimo tandẽ versu Christi aduentum apertè satis designans, ipsi dicit à patre dandũ imperium, vt pro sanctis suis faciat iustum iudiciũ. Quamquam autem singuli pene versus mystice exponi possunt, referendo omnia ad ecclesiam gentiũ, cuius Anna typum gessit, vt Fenenna veteris synagoga: nos tamen in elucidatione simpliciter canticum istud ad literam, Annæ gratulationi, & gratiarum actioni accommodamus. Erit enim per quam facile hunc intellectum capientibus, ecclesie gentium omnia suo modo applicare.

A

1 Exultauit cor meũ in domino: \* & exultauit est cor meum in Deo meo.

2 Dilatum est os meũ super inimicos meos: \* quia latata sum in saluari tuo.

3 Non est sanctus vt est dominus:

B

\* neque enim est alius extra te, & non est fortis sicut Deus noster.

4 Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes.

5 Recedant vetera de ore vestro:

\* quia Deus scientiarum dominus:

\* & ipsi preparantur cogitationes.


6 Arcus forium superatus est:

\* & infirmi accincti sunt robore.

D 7 Repleti prius pro panibus se locauerunt:

\* & famelici saturati sunt.

8 Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est.



Or meum & spiritus meus præ gaudio gestiuic, & exultauit in domino, qui fecit mihi magna secundum magnam misericordiam suam: \* & cornu meũ sublimatum est in Deo meo: exaltata sum ego, & magnificata vehementer atque glorificata, & sic exaltata sunt cornua mea per Deum authorem salutis meæ, qui mihi exultauit cornua, sicut e contrario hostium meorum cornua confregit.

2 Tanta autem bona conferendo, Deus mihi quasi os aperuit, & late aperuit, ad gloriandum super & contra inimicos meos, vt audacter loqui iam possim, & gloriari contra eos qui me prius deridebant, atque etiam super illos, & præ illis: \* quoniam latificauerit me salutare domini Dei mei, quoniam Deus saluator meus tali me affecit latitia, vt merito possim super meos inimicos confusus latari & gloriari. 3 In veritate hoc sentio, & prædico, quod & expertus loquor, neminem esse vel in caelo vel in terra, vel vbiunque tandẽ locorum, qui sit comparandus domino Deo nostro in sanctitate, qui sic vt dominus noster sit fidelis & sanctus in omnibus verbis & operibus suis, qui sic firmus &

Pla. 144.

verax, certus & fidelis sit in cunctis promissis suis, & in adiuuando semper omnes in se sperantes: \* nam præter te, domine Deus, alius non est ita sanctus & fidelis, & non est quisquam ita fortis & potens, sicut dominus Deus noster: cuius fortitudo omnem excellit fortitudinem, cui vni subest cum voluerit posse, qui omnia quæcunq; voluit fecit in caelo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis, deniq; cui nihil est neque impossibile, neque difficile. 4 Ac proinde caueant sibi homines, ne multa garriant, & superbe loquantur in elatione cordis sui, gloriando vane in iis quæ sibi Deus de derit, in despectũ & contemptum proximorum: caueant à multiplicatione verborum iactatiæ, quibus eloquantur superba atque tumentia, inaniter gloriando propter ea quæ à Deo fortẽ donari sibi contigerit. Nam superbam hanc gloriatiõnem meritò debet compescere consideratio fortitudinis & omnipotentia Dei, cui facile est donare ei qui non habet id propter quod despicitur vel auferre ei qui habet id in quo extollitur. 5 Vetera illa vanæ gloriatiõnis & superbiae verba recedat de ore vestro, & illusores & contemptores mei: qui me olim quasi sterile spernebatis, & tanquam infœcunda insultabatis, cessate à verbis superbiae & tumetis gloriatiõis: \* quoniam Deus est dominus scientiarũ, qui omnia nouit, quem nihil latet, cuius oculis nuda & aperta sunt omnia: \* & ipsi preparantur cogitationes, hoc est, ab eo preparantur cogitationes, ipse preparat cogitationes, ipse se parat ad agendum quæcunq; cogitauerit, nõ aspicit quid nos iactemus gloriando, sed quæ sibi videntur bona facit, & frequenter longe alia quam hominis cogitatio comprehendat. Insuper & cogitationes nostræ omnes illi preparantur, cogitationes hominũ omnes corã eo sunt, ipsiq; denudatę, vt nulla illũ possit latere. 6 Facit ipse, cum sibi visum fuerit, cõmutationes admodum mirabiles, efficiens non raro, vt fortes cõfidentes in arcubus, sagittis, hastis, & armis bellicis, fu perentur: ita vt illis nihil prodesse possint arma bellica, in quibus cõfidebant, & tument, quasi inuicti & insuperabiles: \* contra verò illi qui imbecilles viribus & impotentes virtute reputabantur, vt induantur fortitudine, fortes fiant, Dei auxilio cõfortati in pralio, vt etiam aduersarios suos prius sibi formidabiles, & se prius multo fortiores, possint superare. 7 Item facit non raro, vt illi qui antè saturati erant, pleni & abundantes omnibus bonis, postmodum ad summam deueniant egestatem, adẽ vt cogantur seipfos locare, & suam operam quasi vendere pro necessario simplici pabulo, vt ad mercedem seruire cogantur, ad acquirendam victui necessaria: \* illi verò qui prius multum indigentes fuerant, etiam rerum necessariatũ, victus scilicet & vestitus penuriam magnam patientes, postmodum admirabili cõmutatione acquirunt eorum, quibus antè indigerant, abundantiam, & saturati sunt boni. 8 Denique & hoc non raro contingit, vt illa quæ prius vt sterilis & infœcunda despiciebatur, tandẽ ex Dei munere fiat admodum fecunda, & pariat plurimos filios, vbi illa quæ prius multis prolibus ornata erat, & admodũ fecunda, humiliatur, vel

Sapi. 12.

Pla. 113.

Gene. 18.

Luc. 1.

Hebr. 4.

parere desinens, vulua propter superbiam clausa à domino, vel morte pereuntibus prolibus, vt relinquatur mater orbata filiis. 9 Dominus est qui occidit cum voluerit, & cum voluerit, resuscitat ad vitam: qui potestatem habet super omnes vitæ ac mortis, vt viuentes possit morti tradere, & mortuos reuocare ad vitam: \* deducit ad inferos vsque homines, & reducit: vsque ad portas mortis, in discrimina vitæ maxima adducit homines, vt iam in portis, & sub umbra mortis sibi videantur degere, vt sibi videantur morti & infernalibus claustris proximi: atque iterum cum voluerit, educit hominem de periculis etiam maximis eum liberando, ac restituendo ad vitam. 10 Dominus quos vult facit pauperes, etiam si antè fuerunt diuites: & cum vult diuites facit eos qui fuerant pauperes, multos facit à paupertate peruenire ad amplas diuitias: \* pro suo quoque placito homines exaltat & humiliat, quemadmodum superbos & peccatores humiliat vsque ad terram, eosque deponit de sedibus, & in locum eorum exaltat humiles: facitque non raro viles & infimæ sortis homines ad amplissimas fortunas conscendere: quemadmodum Dauidem pastorem de gregibus ouium assumpsit ad augustissimi regni fastigium, & superbum Saulem inimicum eius penitus humiliavit, vt non relinquatur de semine eius qui regnaret pro eo. 11 Suscitatur, erigit, & eleuat pauperem de puluere. i. de vilitate maxima, in qua iacet quasi fordidus & ignobilis, exaltat eum: & pauperem illum in humilitate sua quasi in stercore sordentem, & despectum ab omnibus, ipse cum voluerit magnifice exaltat, & in summum prouehit altitudinis gradum: \* ita vt sedeat etiam cum principibus, cum iis qui nobilitate & dignitate habentur præcellentes, atque ita solum gloriosum obtineat & thronum magnificum dignitatis suæ, ex ignobili puluere ad sublime solum euectus, & ab infima sorte sublimatus ad celsitudinem maximam: quomodo etiam humanum genus secundum corpus penitus vile & ignobile, ad tantam subleuat dignitatem, nunc quidem in gratia, ac post in gloria superna, vt nobilissimis illis angelicis principibus coæquetur. 12 Neque verò mirum cuiquam videri debet, si tam admirandis commutationibus pro suo beneplacito cuncta possit agere Deus, si tam potenter simul ac mirabiliter possit omnia commutare. Ipse enim est, qui in omnipotentia sua creauit terram: & super stabilitatem suam fundauit eam, quasi super cardines suos eam appendens: & ipsius sunt cardines siue bases aut fundamenta terræ, & in sua manu ea habet, quod proculdubio non nisi eius est qui omnia potest, & multo videtur maius, quã fortes infirmare, aut debiles confirmare, pauperem ditare, aut diuitem pauperem facere, sterilem facere fecundam, aut fecundam sterilem aliãque huiusmodi. 13 Dominus semper obseruabit gressus fidelium seruatorum suorum, & eorum pedes custodiet, vt non declinent in vias malas: aut si declinauerint, vt quantocypus reuertantur à malitia, neque stent in ea, nec sinet offendi ad lapidem scandali pedes eorum: \* impii verò qui non studuerunt esse de numero seruatorum eius, in tenebris æternis, in damnatione inferni permanebunt, in silentio perpetuo, in summa tristitia, erumna atque miseria: vbi erit taciturnitas, & silentium à laude Dei & omni verbo bono, neque audietur vlla vox lætitiæ, sed tantum fletus & stridor dentium, & heu atque vix sempiterna: \* non enim confirmabitur homo, aut corroborabitur, siue praualebit in fortitudine sua, vt speret se posse Deo resistere, aut manus eius atque iudicium effugere. 14 Atque ob hoc etiam formidabunt dominum in sua potentia praualentem omnibus, cuncti aduersarii eius: & aduersum illos de cælis adueniens tonabit, tonitruum terribile emittet aduersum inimicos suos, quo omnes eos vehementissime perterrefaciet. Cum enim venerit dominus in maiestate sua, & apparuerit in praualenti fortitudine sua, tunc præmissio sonitu terribilis tubæ formidabunt omnes impii aduersarii eius, & ille proferet de supernis adueniens in modum terribilis tonitruum horribilem sententiam aduersum istos damnationis æternæ, dicturus: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. 15 Et si requiras, quisnam iste sit, qui hæc tanta sit facturus, ecce dominus Deus omnipotens ipse iudicabit fines terræ, ipse dominabitur super vniuersos habitatores terræ, ab Oriente

9 Dominus mortificat & viuificat: \* deducit ad inferos & reducit.

Psal. 146. Luc. 1. 10 Dominus pauperem facit, & ditat: \* humiliat, & subleuat.

11 Suscitatur de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem:

\* vt sedeat cum principibus, & solum gloriæ teneat.

Psal. 105. 12 Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.

13 Pedes sanctorum suorum seruabit:

\* & impii in tenebris conticescent:

Matt. 25. \* quia nõ in fortitudine sua roborabitur vir.

14 Dum formidabunt aduersarii eius, & super ipsos in calis tonabit.

Ibidem.

15 Dominus iudicabit fines terræ:

A \* & dabit imperium regi suo: \* & sublimabit cornu Christi sui.

vsque ad Occidentem, & à Septentrione vsq; ad Meridiem, super omnes imperabit & dominabitur, principemq; aget & iudicem, & suo tempore de omnibus faciet nouissimum vnus examinis iudicium: \* atq; hoc imperium, hoc dominium, Deus pater omnipotens dabit Christo filio suo, qui in temporis plenitudine nascetur inter homines: \* & Messiam sine Christum suum, illum quem nascificiet in plenitudine temporis, ipse exaltabit, magnificabit, & glorificabit: exaltabit caput siue Apoc. 1. cornu eius, ipsumque super omnia excelsum ponet præ regibus terræ, & 19. ita vt nominetur, & sit princeps regum terræ, rex regum, & dominus Matt. 18. dominantium: quum data illi fuerit omnis potestas à patre in cælo & Ioan. 6. in terra, acceperitque potestatem iudicium facere, constitutus iudex Actu. 10. viuorum atque mortuorum.

ARGVMENTVM IN CANTICVM

filiorum Israel, cuius initium, Cantemus domino, &c.

P Osteaquam stupendo miraculo filii Israel, diuiso mari rubro, & alueo siccato, aquis ex vtraque parte quasi pro muro stantibus, transiissent salui per medium siccati maris, Aegyptii verò & ipsi ingressi ad persequendum Israel, aquis redeuntibus, & dissolutis fluctibus, fuissent submersi, pro gratiarum actione composuit Moyses canticum istud, cuius subsequitur explanatio, quod simul cum filiis Israel cecinit, vt habet Exodi historia: Tunc (inquit) cecinit Moyses & filiis Israel canticum hoc domino: & dixerunt, Cantemus domino, &c. In hoc itaque canticum gratulatorio, primum in Deo præmittens exultationem, enarrat miraculosam & verè admirabilem sui populi liberationem, atque ex aduerso persecutorum condemnationem. Post quæ enarrata, transit deinde prophætico spiritu ad illa commemoranda, quæ adhuc restabant post annos plures exhibenda prodigia: sic tamen enuncians futura, quasi præterita, & adhuc patrandæ, quasi iam completa: videlicet de introductione in terram permissiois, & introductionem illam præcedentibus gloriosis victoriis.

ELUCIDATIO IN CANTICVM FILIORVM ISRAEL.

C 1 Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est:

\* equum & ascensorem deiecit in mare.

2 Fortitudo mea, & laus mea dominus:

\* & factus est mihi in salutem.


D 3 Iste Deus meus, & glorificabo eum:

\* Deus parrismei, & exaltabo eum.

4 Dominus quasi vir pugnator:

\* omnipotens nomen eius:

\* currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare.



Cantemus domino cantica laudis, & carmen gratiarum actionis, quoniam fecit nobiscum magnifice, & gloriose admodum magnificatus est, in patenti exhibitione praualidæ omnipotentiæ suæ, faciens pro nobis contra inimicos nostros victoriã: \* nã equos simul & eos qui super equos atque currus ascenderant Aegyptios ad periequendum nos, ipse excussos è curribus, & de equis postros, proiecit & demersit in mare. 2 Omnem hanc victoriã cum laude & cantico ascribo ego domino Deo nostro, qui est fortitudo mea illa tota, per quã tã præclara mihi cõtingit de inimicis victoriã, quã meis propriis vitibus spes nunquã fuisset cõsequendi: & ipse est laus mea, ipse meum canticum, mea gloriã, quæ soluit saluatorẽ meum sempiternis celebrabo canticis: \* nimirum ipse factus est mihi ad salutẽ, exhibuit se mihi saluatorẽ, per quẽ sum liberatus de potestate inimicorũ. 3 Iste est Deus meus viuus & verus, & extra eum alius nemo, quẽ vnũ colere & adorare volo, quem solũ pro Deo, vt est, propono agnoscere, & illi vni, vt dignũ est, dabo honore & gloriã diuinitati debitã, ipsum solum adorabo, ipsum inuocabo: \* neque verò Deus recens est iste meus saluator, sed est ipse idem Deus quẽ coluerunt patres mei, Abraham, Isaac, Iacob, ac cæteri, qui quæ etiam illis fuit semper protector & saluator, & eum magnificabo quantum potero in laudibus & canticis.

4 Hic dominus quasi vir pugnator pro me liberando apparuit, tanquã homo pugnator demonstratus fuit hostibus meis, mittens de nubibus fulgura & tonitrua quasi sagittas in Aegyptios, & rotas currũ eorũ subuertens, vt ferrentur in profundum: ad eum modum quo pugnator res viri è fortaliciis in hostes ei aculantur iacula sua, & quomodo in præliõ currus solent destrueri atq; subuertere, vt excutiantur pugnantibus in curribus, ita vt ipsi Aegyptii perferentes manũ pugnantis domini adinuicem dicerent, Fugiamus Israel, quia dominus pugnat pro eis: \* si requiras, quis iste sit pugnator tam validus, & quod nomen eius, ecce nomen eius est dominus omnipotens: hoc est illi nomẽ peculiare, quo ab omnibus lecernitur. Nemo enim alius præter hũc vnũ est aut verè dici potest omnipotens: \* currus Pharaonis regis Aegypti,

5 *Electi principes eius submersi sunt in mari rubro, abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.*

6 *Dextera tua domine magnificata est in fortitudine: \* dextera tua domine percussit inimicum & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios meos.*

7 *Misisti iram tuam quæ deuorauit eos sicut stipulam: \* in spiritu furoris tui congregatae sunt aquæ.*

8 *Streitvnda fluens, congregatae sunt abyssi in medio mari.*

9 *Dixit inimicus, persequear & comprehendam: diuidam spolia, & implebitur anima mea.*

10 *Euaginato gladio meo, interficiet eos manus mea.*

11 *Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare: \* submersi sunt quasi plumbum in aquis uehementibus.*

12 *Quis similis tui in fortibus domine?*

*\* quis similis tui magnificus in sanctitate? \* terribilis atque laudabilis faciens mirabilia.*

13 *Extendisti manum tuam, & deuorabit eos terra:*

& uniuersum exercitum eius ipse coniecit in mare, & demersit in eo.

5 Nobiles principes eius, qui illum ut suum regem fuerant comitati, submersi sunt in mari rubro: aquarum abyssi & immensa moles, inuoluerunt, operuerunt, & absorberunt eos: demersi sunt in profundum aquarum, absque impedimento, & subito ex ultione domini, cui nihil potest resistere: ad eum modum quo lapis absque mora in profundum subsidit suo pondere, quum fuerit in aquas iniectus. 6 Omnipotens brachium tuum, Deus potentissime, glorificatum est in fortitudine: in hac tua potente ultione, manifestam fecisti, & supra modum magnificasti fortitudinem omnipotentis brachii tui: \* omnipotens brachium tuum ita percussit inimicos meos, & in maxima gloria tua humiliasti aduersarios meos Aegyptios, qui persequebantur populum tuum quem de Aegypto eduxeras: in ista Aegyptiorum humiliatione & contritione maximam tuam fortitudini comparasti gloriam.

7 Misisti iram indignationis tuæ, quæ deuorauit eos, & penitus consumpsit: extendisti, & exercere uoluisti ultionem tuam contra eos quæ eos assumpsit, & penitus ad nihilum redegit absque ulla difficultate, ad eum modum quo stipula sicca consumitur à facie flammæ uolantis: \* & in indignatione furoris tui, quo aduersus illorum indignabaris superbiam, congregatae sunt aquæ, & dereliquentes naturalem fluxibilitatis suæ conditionem, ex utraque parte collectæ sunt in cumulos, ut fieret populo tuo iter per siccum alueum, quem paulo ante occupauerant aquæ. 8 Ad imperium iusionis tuæ steterunt aquæ, prius fluentes, & totum occupantes alueum, steterunt quasi pro muro à dextris & à sinistris: aquarum cumuli maximi, qui sunt uelut abyssi, agglomerabantur, & coniungebantur in unum in medio mari, ut iter præberent populo per medium transeundi in sicco alueo, sicque populus tuus saluaretur de manu persequentium. 8 Videns autem inimicus Pharaon cum populo suo, quod transiret populus tuus per siccum mare, hortati sunt se mutuo, ut sequeretur transeuntem, intrarentque & ipsi siccatum alueum, sic putantes facile posse se comprehendere quos quærebant: dixeruntque se inuicem exhortantes, & iam quasi certam victoriam reputantes, Persequemur illos transeuntes per medium maris, & facile præualebimus in fortitudine nostra, ut comprehendamus eos: quibus comprehensis, auferemus spolia eorum, & quæcunque illi attulerunt secum ex Aegypto, nos recuperabimus nobis, referemusque in Aegyptum uniuersa, & faturabitur desiderium nostrum, tam in punitione filiorum Israel fugitiuorum nostrorum, quam in spoliis diuisionibus. 10 Insuper uelut ante bellum adorantes victoriam, dixerunt adinuicem: Vbi illos comprehendimus, non parcemus animabus illorum, neque iterum reduecimus in Aegyptum, unde fugerunt uiuos, sed euaginato gladio, feriemus illos: manus nostræ in gladio interficiet eos, neque erit qui illos possit liberare de manibus nostris. 11 Illis uero sic cogitantibus, & præsumptione nimia post populum tuum, ad persequendum in mare ingressis, tu domine flare fecisti spiritum tuum, tu domine propugnator populi tui, misisti spiritum iræ & indignationis quo dissipatæ sunt omnes cogitationes illorum, quo factum est, ut redeuntibus aquis in statum pristinum post tergum populi qui iam transierat, iterumque se coniungentibus, & ad locum suum quem ad tempus dereliquerant reuertentibus, illi omnes operirentur aquis maris: \* submersi sunt, & absorpti aquis illis uehementibus, in aquis nimis, & admodum tumultuatis subitò & quasi in momento, in ictu oculi: quem admodum plumbum suo pondere, statim ubi in aquas fuerit iniectum, absque mora subsidit, neque quiescit, donec ad profundum usque perueniat. 12 O domine quis poterit assignari similis tui, siue æqualis tibi, ex uniuerso numero eorum, qui fortes existimantur, siue in diis, siue in hominibus? \* Quis sicut tu magnificus est in sanctitate? Quis assignari poterit tam gloriose sanctus & fortis? \* merito terribilis omnibus impiis etiam regibus terræ, utpote qui habeas potestatem auferendi spiritum, etiam principum & regum terræ, & contra ratio amabilis, atque laudabilis piis omnibus quibus tam benignum & fidelissimum te exhibes defensore, qui ppe qui facis aduersum impios pro bonis mirabilia signa atque prodigia: quem admodum pro nobis fecisti aduersum Aegyptios. 13 Extendisti ad uindictam ultricæ manum tuam, ad percutiendum persecutores populi

A *\* dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti.*

10 *Et portasti eum in fortitudine tua:*

*\* ad habitaculum sanctum tuum.*

15 *Ascenderunt populi, & irati sunt:*

*\* dolores obtinuerunt habitatores Philistin.*

16 *Tunc conturbati sunt principes Edom:*

*\* robustos Maob obtinuit tremor:*

*\* obriguerunt omnes habitatores Chanaan.*

C 17 *Irruat super eos formido & pavor in magnitudine brachii tui.*

18 *Fiat immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus domine, donec pertranseat populus tuus iste quem possediti.*

19 *Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tuæ:*

*\* firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine.*

20 *Sanctuarium tuum domine, quod firmauerunt manus tuæ.*

21 *Dominus regnabit in aeternum, & ultra.*

tui: & ex ultione tua absorbit eos mare, & perierunt, tanquam si uenientes subito fuissent absorpti à terra: \* Neque uero hoc satis tibi uisum fuit, liberaſſe uidelicet populum tuum de manu Aegyptiorum, ac per mare rubrum saluos tranſueſſiſſe, ſed inſuper iam traducto & liberato populo, te ducem præbuiſti in ſuperabundanti & inexhauſta miſericordia tua, quæ nunquam finem habet miſerendi. 14 Et deduxiſti eum, ac uelut in manibus portati, absque offentione & periculo, ad eum modum quo geſtat mater in uenis filium, neceſſaria omnia abunde ſuppeditans, & mala cuncta depellens, per fortitudinē omnipotentia tua, quæ poteſt omnia, & aduerſus quæ nihil poteſt aliud: \* uſque in habitaculum ſanctum tuum, uſque in terrā promiſſionis, quam peculiariſter elegiſti, & peculiari electione uelut ſanctificati ac mancipati tibi, ut tu habites in ea, unā cū populo tuo quem in tuum elegiſti peculium. 15 Audientes uero nationes populorum quæ erant uel circiter locum tranſitus noſtri, uel in terra illa promiſſionis, ad quam pergebamus, aſcenderunt & exurrexerunt ac præparauerunt ſe aduerſum populum tuum in prælium, & uehementer indignati ſunt aduerſum nos: \* dolores inuidiæ, & indignationes malæ occupauerunt inhabitantes Paleſtinam, loca quæ terræ promiſſionis finitima ægre hoc acceperunt de nobis, quod aſcendere tentaremus ad occupandum terram nobis promiſſam. 16 Tunc principes Edom conturbati ſunt, nolentes neque audētes nobis licet poſtulantibus, & conditiones pacis offerentibus præbere tranſitum: \* robustos quoque & principes Moab, ubi audiſſent quæ facta fuerant Amorrhæo & Chanaanæo, obtinuit magnus timor & tremor, adeo ut ipſe rex eorum Balach plurimum ſuo regno metuens, multis precibus & pollicitationibus quære ret à Balaam propheta maledici populo tuo, dicens maioribus natu Madian, ita delebit hic populus uniuersos qui in noſtris ſinibus commorantur, quomodo ſolet bos herbas uſque ad radices carpere: \* habitatores autē terræ Chanaan, auditis iis quæ fecerat dominus pro nobis contra Aegyptios, & quæ facta fuerant trans Iordanem Amorrhæo, Chanaanæo, Baſan & Moab, proſus obſtupuerunt, & obriguerunt, tanquam deſtituti uiribus, præ terrore nimio. Irruit enim in eos terror noſter, & elanguerunt, pertimueruntque, & elanguit cor eorum, nec remanſit in eis ſpiritus ad introitum noſtrum. 17 Ita domine, te ſic operante, irruat in eos formido & pavor, timor, & tremor apprehendat eos, propter magnitudinē, celeftitudinem, & fortitudinem, omnipotentis dextera tua, ita conſternati, & animo reddantur deſtituti, propter magnitudinem præclariffimorum operum tuorum, quæ tu pro nobis operaris in fortitudine tua. 18 Obrigeſcant (inquam) & timore obſtupescant, ut ſiant immobiles ad modum lapidis, ut quomodo lapis immobilis iacet, nec ſe poteſt mouere: ſic & illi non ſe poſſint ad nos inuadendum mouere, aut nobis quomodo cunq; obſiſtere, donec populus tuus, o potentiffime Deus: populus (inquam) tuus iſte (qui ſumus nos) quē in peculium & ſingularem poſſeſſionem elegiſti tibi ex omnibus gentibus, tranſierit ad terrā quam pollicitus eſt patribus noſtris poſſidendam. 19 Tu domine, in uirtute omnipotentia tua, expulſis & eiectis ante faciem eorum impiis inhabitatoribus, introduces eos, atque eradicatis illis malis & infidelibus incolis, quorum erant iam conſummatæ iniquitates, in locū horum plantabis eum, & firmiter habitare facies in illo mote hereditatis tuæ, in locis illis montioſis, in terra promiſſionis, quam elegiſti tibi ut habitares in ea, unā cum peculiariſter electo populo tuo, tanquam in hereditate & poſſeſſione tua: \* in illa firmiſſima & ſtabili habitatione tua, quam tu præparaſti tibi domine, & quam tibi comparaſti in fortitudine tua, ut habitaret in ea populus tuus, tuque in medio populi tui. Neque enim in gladio noſtro poſſidebimus terrā illam, ſed brachium tuum & dextera tua illam nobis comparabit. 20 In illud (inquam) ſanctuarium induces populum tuum, in illū locum tibi ſingulari electione ſanctificatum, quē ad hoc firmauerunt & parauerunt manus tuæ, ut expulſis illis alienigenis idololatrarū nationibus, populus ſanctus tuus habitaret in eo, ſimul & tu in medio eius, quaſi in ſanctuario tuo. 21 Hic item dominus Deus omnipotens, qui omnia iſta pro nobis mirabilia operatus eſt, non habet regnū ſimile regnis terrenis, quod aliquando poſſit deficere, aut ſuperari aut tranſferri, ſed regnum habet in æternū, ſtabile, quod imperpetuum



Psal. 44. 22 Ingressus est enim  
Danic. 7. eques Pharaon cum cur-  
ribus & equitibus eius  
in mare: & reduxit su-  
per eos dominus aquas  
maris.  
23 Filii autem Israel am-  
bulauerunt per siccum  
in medio eius.

non possit deficere aut in alium transferri. Regnum enim ipsius, re-  
gnum est omnium, seculorum: & regnum ipsius omnibus dominabitur  
& potestas eius potestas aeterna est, quae nunquam auferetur ab eo. Pro-  
pter quod nemini mirum videri debet si tanta pro suo populo ille possit  
aut potuerit. 22 Concludens vero canticum in gaudio, peculiariter  
illud placet repetere, quod nobis est ipsentiarum causa nostri gaudii,  
videlicet quod ingresso Pharaone equite (quo esset ad persequendum para-  
tior, & expeditior ad comprehendendum quos quaerebat filios Israel) si-  
mul cum comitatu vniuersorum curruum & equitum suorum in medium  
maris, dum insequerentur praecedentem Israel, dominus illum cum  
vniuerso comitatu suo fluctibus maris absorpsit, reducens super eos a-  
quas, quae donec Israel transiret, stabant agglomeratae quasi pro muro,  
extraque parte, ut inuoluerentur aquarum sibi occurrentium flucti-  
bus, ita ut nec vnus effugeret ex omnibus. 23 Populus autem domi-  
ni, filii Israel, maximo miraculo transierunt salui per medium maris ru-  
bri, per siccum alueum, aqua sese ad vtranque partem continente, donec  
ille transisset, neque submersus est vel vnus ex omnibus filiis Israel. Tan-  
tam in hoc die, tamque manifestam posuit distinctionem dominus inter  
populum suum & persecutores ipsius: quod & semper futurum illum  
non dubitamus usque in consummationem saeculi, qui nouit semper  
quomodo pios a tetracione ac persequutione impiorum eripiat, impios  
autem condonet: propter quod, iustum est a populo suo dari illi sem-  
per laudem & benedictionem, in saecula saeculorum. Amen.

2. Petr. 2.

ARGVMENTVM IN CANTICVM  
Abacuc, cuius initium, Domine audiui.

Canticum Abacuc, cuius initium, Domine audiui auditum tuum, & timui, tantae est difficultatis, ut ab He-  
braeorum magistris inter quatuor difficillima scripturarum loca censetur: propter quod aliqui Iudeo-  
rum titulum canticum praemissum, pro ignorantibus vel pro ignorantibus, sic intelligunt, quia canticum istud  
ea dicunt reseranda atque complenda. Quam tituli explanationem, nos quoque rectam arbitramur. Idcirco enim  
pro ignorantibus canticum istud inscribi putamus, quia de illis tractat, & illa proponit sub diuersis similitudi-  
num & figuratiuarum ac proverbialium loquutionum inuolucris, quae vulgo ignorantur, quaeque tum adhuc la-  
tebant occulta, neque cognoscebantur nisi ab iis quos Deus speciali illuminatione de iisdem instruxisset, ut David  
Esaiam, ac ceteros, quibus incerta & occulta sapientiae suae Deus antequam fierent voluit manifesta facere. Et  
vere dicunt Iudaei, non posse canticum istud intelligi, neque sensum verborum eius capi, donec veniat Messias qui  
eius sensum aperiat. Profecto enim impossibile foret, sensum eorum quae hic dicuntur, comprehendere, nisi in se om-  
nia implendo Christus dominus noster ea explicasset, nisi ipse qui habet clauem David & omnis prophetae, clau-  
sa aperuisset, nisi signacula ille agnus in sanguine suo occisus confregisset, & aperuisset signatum Propphetiae li-  
brum. Illud tamen verissimum est, quod adhuc Iudaei de huius canticum intellectu diffidunt, donec adueniat Messias  
quem ipsi somniant. Iam enim clauem habemus, in qua aperire & possumus, & audemus quod clausum fue-  
rat. Non ultra clauem expectamus aliam: quantum ipsi expectent, non aliam accipient: quam quia respuunt,  
& quia uti ea ad scripturarum apertionem nolunt, merito foris stare adhuc eis obscurato ostio compelluntur.  
Nos vero (ut iam diximus) clauem habentes huius diligentissime signati canticum, pro nostra virili illud explana-  
bimus de admirabilibus operibus, quae in generis humani saluatione, & ecclesiae gentium aedificatione, in temporis  
plenitudine, Deus pater per filium suum voluit operari. Post namque praemissam stupores admirationem pro-  
pheta diuino collustratus radio, statim in initio canticum Christi in mundum aduentum, & incarnationem ac nativi-  
tatem describit, ipsius deinde in cruce victoriam, de morte atque diabolo, mundi reparationem, ecclesiae gentium  
aedificationem, & conuersionem populorum gentilium, licet aethiopicis, daemionibus, & illorum ministris Madia-  
niticis, i. persequutoribus fidei inuidentibus & repugnantibus. Post hoc, Dei erga gentes propitiationem descri-  
bit, amotam, dicens, a fluminibus iram, per apostolorum praedicationem, quos equos Dei & quadrigas appellat:  
quam velut arcum foederis dicit in ecclesia positam, adimplendum promissiones patrum. Saecularis quoque sapien-  
tiae confutationem & destructionem describit, sciendos dicens terrae fluuios, licet contraluctantibus sublimi-  
bus saeculi, qui persequutionis gurgitem suscitauerunt ecclesiae, abyssos inferorum contraclamante, & saeculi po-  
testate arma contramouentibus: aduersum quos tamen omnes praualuit verbum Dei, & tam Christi gloria, quam  
ecclesiae splendor opprimi non potuit: sed verbum Dei potentia signorum confirmatum praualuit omnibus, Deo  
cooperante suis praedicatoribus, illorumque sermonem signis sequentibus (ut ait Marcus) confirmante, ipse vero  
princeps mundi percussus fuit & maledictus, vna cum omnibus sibi adherentibus, populumque Dei oppugnan-  
tibus. Post quae omnia, a magnitudine eorum quae audierat propheta, se dicens conturbatum & stupefactum, ple-  
no cordis voto optat populo illi beato, generationi venturae coniungi, per quos tanta Deus erat operaturus mi-  
rabilia, libenti animo se paratum offerens ad quantacunque perferenda huius mundi mala, ita ut etiam usque ad  
ossaeius ingrediatur putredo, tantum ut requiem cum illo populo Dei expedito possit accipere, quam praevidebant

Apoc. 3.  
Apoc. 5.

Marc. 16.

A per Christi victoriam fidelibus tam fore gloriosam atque perfectam: ubi per occasionem impiorum in futuro saeculo egestatem & tribulationem, ac omnis boni egestatem, per defectum fructuum vineae, ficus, oliuae, & agro-  
rum describit: se vero vna cum populo domini semper ait in domino gauisurum, & ad excelsa ex Dei victo-  
ria deducendum, cum gaudio & psalmodum canticis.

ELVCIDATIO CANTICI ABACVC.

1 Domine audiui au-  
ditionem tuam:



Domine auribus internis cordis mei & interiori spiritus  
auditu percepi verbum tuum, quod in me loqui, & quod  
a me audiri voluisti secretum tuum: intellexi, te mihi  
reuelante, arcanum consilii tui admirabilis, quod cogi-  
tasti facere in tempore tuo: & ab auditione eius mo-  
di tam admirabilis consilii stupefactus extimui, & pre  
admiratione nimia quasi in ecstasim raptus obtupui. 2 O domine,  
opus illud tuum, de quo mihi aurem reuelasti, tu viuificabis in medio  
annorum, in temporis plenitudine, ante mundi consummationem, quasi  
in annorum saeculi medio opus illud adimplebis, perficies, & quasi vi-  
tuere facies, non frustrabitur effectu suo verbum illud quod audiui ex te,  
non permanebit mortuum, tamen adhuc in longinquum sit differenda  
eius adimpletio: sed quando venerit plenitudo temporis ad hoc defini-  
ti, ante finem mundi, viuificabitur opus illud, & sicut multo ante praedi-  
ctum fuerat, verum exhibebitur. 3 In plenitudine temporis opus  
illud manifestum facies, & reali exhibitione monstrabis in oculis om-  
nium: non enim imperpetuum durabit ira tua, qua offensus es pro-  
pter praerogationem primi patris humano generi: sed postquam tem-  
pus irae finitum fuerit in plenitudine temporis, in tempore acceptabili,  
& die salutis, obliuisceris iram tuam, desines irasci: & memor eris miseri-  
cordiae, conuerteris ad miserandum humano generi ut ipsum tibi recon-  
cilies, quando pro eius reconciliatione admirabile tuum illud consilium  
perficies. 4 Veniet namque in temporis plenitudine ad homines Deus,  
ut inter homines homo factus uiuat, & cum hominibus conuersetur,  
veniet Dei filius verus Deus ab austro, siue a meridie. id est de sinu patris  
sui, ubi nunquam nisi meridies est, apud quem perpetua & perfecta clari-  
tas est, quasi splendor solis in meridie, ubi tenebrae non sunt vlla: &  
ipse sanctorum sanctorum venit de monte Pharan. id est, de monte subli-  
mi, excelsi & glorioso: hoc est, a celsitudine maiestatis paternae qui est  
Matt. 2. quasi mons excelsus & gloriosus altior omnibus. Vel de monte con-  
denso & vmbroso, de patris gloria, qui lucem habitat inaccessibilem,  
quem nemo hominum vidit vnquam, neque videre potest, sic ut uiuat.  
Ita (inquam) Dei filius exhibebit a patre, & veniet in mundum, ad operan-  
dum opus redemptionis humanae. 5 Ipso autem adueniente, ope-  
ruit caelos gloria eius: ipso natu, manifestata est in supernis gloria eius  
angelis in caelo cum magna claritate apparentibus, gloriamque Deo in  
altissimis coecinnentibus, stella insuper noua ad ortus, ipsius manifesta-  
tionem exteris in caelo gestibus reuelata, quae nati regis testaretur ma-  
iestatem: & laudis eius plena est vniuersa terra, eum post manifestatum  
celebrarunt laudibus vniuersi populi habitantes in terra.

\* & timui.  
2 Domine opus tuum  
in medio annorum vini-  
fica illud.

3 In medio annorum no-  
tum facies:  
\* cum iratus fueris mi-  
sericordiae recordaberis.

4 Deus ab austro ve-  
niet:  
\* & sanctus de mon-  
te Pharan.

5 Operuit caelos gloria  
eius:

\* & laudis eius plena  
est terra.

6 Splendor eius ut lux  
erit:  
\* continua in manibus  
eius.

7 Ibi abscondita est for-  
titudus:

6 Effulsit in mundo hoc pleno caligine errorum atque vitiorum, si-  
cut lux in tenebris lucet: erat lux vera quae illuminaret omnem homi-  
nem venientem in hunc mundum: sicut lucerna accensa & super can-  
delabrum posita illuminat omnes qui in domo sunt, ita splendore do-  
ctrinae conuersationis, atque miraculorum illuminauit mundum: & (quod  
pre omnibus maxime est admirandum) post peractum doctrinae  
& vitae suae cursum, fuerunt in manibus eius cornua crucis, affixae  
sunt manus eius cornibus crucis: post peracta omnia, morte turpissima  
condemnatus fuit, & in cruce extensus, fueruntque affixae cruci, & in  
eius cornibus siue lateribus fuerunt extense manus eius, tantam causa  
nostri ille subiit humilitatem, tale sustinuit aduersus semetipsum pro  
nobis contradictionem, ut perficeret opus redemptionis nostrae, nosque  
suo redimeret suo precioso sanguine, quem sic in cruce pendens effu-  
dit in redemptionis & salutis nostrae precium. 7 Ibi fuit abscon-  
dita, tecta, & occultata fortitudo eius, cum ita in cruce humiliatus pen-  
debat, sublatum fuit in humilitate iudicium eius, non se tunc mani-  
festauit illa diuinitatis fortitudo, quae tamen ei semper cum patre  
gg ii

Hebr. 11.

Esai 53.

est eorū equalis & cōternā, sed quāsi infirmus homo apparebat, in nullo ostendens potentiam diuinitatis suę, permittens cōpleri & consumari in se omnia quęcūq; secundū consiliū diuinę voluntatis & prophetarū vaticinia erant implenda. Et fuit quidem ipsa diuinitatis fortitudo in hac humilitate dupliciter abscondita: videlicet & i se ipsa dum se monstrabat in aliquo, sed pro libito fuit inimicos agere quęcūque voluissent: & in hominibus aliis, qui propter nimiam humilitatem scandalū passi, credere recūsauerūt diuinitatis in eorum virtutē, ita vt etiā scandalū & stultitia fiat verbum crucis. Attamen vere etiā illic in cruce pēdenti fortitudo diuina fuit, quę illum nunquam dereliquit: propter quod, credētibus verbum illud crucis fuit Dei virtus & sapientia: \* & quidē tanta fuit eius illic, licet abscondita fortitudo, vt ante faciē suam cogeret mortē abscedere. In crucis namq; triumphalibus cornibus extēsus agn⁹ Dei, fecit victoriā, & summā fortitudinis opus: quoniā sua morte nostrā superauit mortem. Occisus enim tulit peccata mundi, & redemit nos à morte ad vitā, in sanguine suo, & per mortem in corpore suo reconciliauit Deo: sicq; ante faciē eius in crucis cornibus appens, mors aufugit, & longe profligata est. 8 Simul & ipse author mortis, homicida primus, diabolus, serpens, antiquus, qui per serpentem decepit, & morti tradidit hominem, per illum crucis cornibus appensum denictus ac superatus est, nec potuit coram eo consistere princeps huius mundi diabolus, cōdemnatus est per eū atque proiectus foras: \* resurgens verò post paululum, & morte deuicta rediens ad vitam, accepta iam à patre potestate omnium, acceptis gentibus in hereditatē & in possessionē terminis terrę, ipse tanquam orbis dominus stetit, & mensus est terram: quomodo nobilis rex, vindicta de manu tyrāni regno aut ciuitate, cū diruta ac dissipata per iniustum possessore reparare voluerit, & restaurare quę ille demolitus fuerat, aut noua erigere ædificia, stat in terra eiusmodi, & cōsiderat ac metitur locum ædificiorum suorum. Ita post resurrectionē suam dominus vindicato sibi regno mūdi huius, & pulso foras tyranno diabo G lo (qui omnia demolitus fuerat per idololatriam & enormia facinora, in quibus seruire secerat gentes) cogitauit de restauratione & reparatione dissipati orbis, & noui ædificii erectione. id est, ædificatione ecclesię sanctę ex gentibus. 9 Aspexit oculo benigno misericordię suę gentium populos, quos inuenit prostratos & iacētes in imis sordibus, aspiciēsq; misertus est miserię illorum, & corda illorum indurata vt lapis, sua gratia emollit atq; dissoluit per pœnitentiā, dans eis pro corde lapideo cor carneū, spiritū contribulatū & cor cōtritū pro corde indomito & efferato vitis: imò & montes sæculi contriti sunt in misericordia spectu illius, nō pauci potēt atq; lapientū sæculi per pœnitentiā contriti sunt, egeruntq; de malis suis pœnitentiā, à vanitatibus aduersū ad Deum viuū sese conuertentes. 10 Colles mundi illi, qui in sæculo altitudine quęcūq; præfulgebant, siue potentia, siue sapientia, siue honoribus, siue diuitiis, ex omnibus nō pauci incuruati & humiliati sunt, colla sua cū humilitate submiserunt veritati: \* ab itineribus æternitatis siue diuinitatis eius, quādo ille secundū diuinitatē suam (secundū quā æternus est) in ecclesiā & corda hominum aduenit. Illo enim adueniēte, mōtes & colles humiliātur, & maximi & mediocriter excelsi, omnes illi se subdūt, cū nemo illi possit resistere. 11 Cū verò sic dissoluerētur gētes ex aspectu Dei, atq; etiā mōtes & colles humiliāretur sub manu domini, vidi tētoria Aethiopū ppter iniquitatē & inuidiā malitiose cōturbata, habitationes impiorū demonū (qui per malitiā cōsummatā sunt quouis Aethiope, imò quouis carbone nigriores) vidi cōturbatas & fremētes præ dolore inuidiæ, indignātes se superari, regno priuari, & auferri sibi prædam: \* simul etiā cū his Aethiopibus cōturbabūtur tabernacula Madianitarū. id est persequutorum populi domini, æquales enim fuerunt Madianitę, tempore Gedeonis, qui grauissimè opprimebant Israel. 12 Sed nunquid tu domine aduersus flumina, aduersus aquas multas ( qui sunt populi gentium) irā tuā seruabis: nunquid in tēpore illo, quando opus tuum (cuius ego auditū audiui) facies, aduersus flumina populorū multorū pfeuerabit furor tuus, aut indignatio tua? id est aduersus mare permanebit obfirmata? id est aduersus mundū ac genus humanum vniuersum, quomodo olim fuit cōtra eos ira, indignatio & furor tuus.

1. Cor. 1. *\* ante faciē eius ibit mors.*  
Ibidem.  
Ioan. 1.  
Eph. 2.  
Ioan. 8. *8 Egredietur diabolus ante pedes eius:*  
Ioan. 16.  
Matt. 28. *\* stetit & mensus est terram.*  
Psal. 2.

*9 Aspexit & dissoluit gentes.*

*\* & contriti sunt montes sæculi.*

*10 Incuruati sunt colles mundi:*

*\* ab itineribus æternitatis eius.*

*11 Pro iniquitate videntoria Aethiopia*

*\* turbabuntur pelles terra Madian.*

Iudic. 6. *12 Nūquid in fluminibus iratus es domine? aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua?*

A 13 *Qui ascendens super equos tuos:*

*\* & quadrigę tuę saluatio.*

B 14 *Suscitans suscitabis arcum tuum:*

*\* iuramenta tribubus quę locutus es.*

C 15 *Fluuios scindes terrę:*

*\* viderunt te, & doluerunt montes:*

*\* gurges aquarum transiit.*

D 16 *Dedit abyssus vocē suam:*

*\* altitudo manus suas leuauit.*

An permanebit ira tua aduersum populos perpetua? an nō vel tunc finietur, vt illis fluminibus & mari fias placabilis? 13 Non poterit fieri, Deus, vt etiā tunc perseueret indignatio tua, quoniā quidem illo in tempore tu ascendens super equos tuos, super equos cādidos & veloces sanctos Apostolos tuos, per quos veheris sup omnia flumina qui te prædicabant per vniuersum orbem terrarum: quando in omnē terram exhibit sonus prædicationis eorum, & in fines orbis terrę verba eorum: ita te quasi lēssorē, illi quasi equi candidi & veloces portabunt super mare præsentis sæculi, & super vniuersa flumina gentium: quod nequaquam fieret, si adhuc esset in fluminibus aut mari indignatio tua, si nō iam velles illis te exhibere placabilem: \* & ipse tuę quadrigę, quibus sic veheris, nō aliud quàm saluatio sunt: quocūque tu per quadrigas tuas siue curruseiusmodi (quos iā equos appellauimus) adueheris, præstas salutē omnibus, vbi que credentes saluos faciens a peccatis eorum, dansque eis potestatem filios Dei fieri. Quomodo ergo adhuc in fluminibus aut in mari poterit perstare indignatio tua? Quomodo non eris placatus gētibus & vniuerso humano generi, qui tantam omnibus præstabis gratiam? 14 Itaque irasci desines, atq; etiā propitiationis signū pones in terra hominibus. Quomodo enim olim post illud celebre diluuiū, quo in ira tua periit mūdus pene vniuersus, arcum posuisti nubibus, in signum fœderis, quod non ultra quis diluuiū effes perditurus sæculum: ita & in hoc tēpore gratiæ suscitās suscitabis, & firmiter statues signū fœderis atq; reconciliatiōis sempiternę inter te & genus humanum, quod signum arcus ille erit Evangelicę prædicationis & verbi tui sancti, quod quādiu permanebit in fidelibus (permanebit autē vsq; in consummationem sæculi) tādū placatus permanebis erga electos tuos, & nunquā in ira tua repelles eos, vt perdas vniuersam carnem: sed propter arcum tuum hunc in Ecclesiā, propter sanctum verbum tuum, semper tibi seruabis electos vsque in consummationem sæculi: \* suscitabis, præstabis, atq; implebis iuramenta siue promissa populis, quę locutus es ad patres eorū: illa quę iurasti atque promisti Abraham de seminis sui multiplicatione ad modum stellarum cęli, item & de benedictione omnium gentium in semine eius, hæc suscitabis tum in illo tempore acceptabili, & adimplebis sicut fuisti pollicitus. 15 Et scindes tunc quidem ac diuides fluuios terrę vt fiant pertransibiles electis tuis, & absorbeantur in illis, omnem sæculi sapientiam, omnē scientiam mundanam atque terrenam, siue animalem siue diabolicam, tu exhauries & superabis tua cęlesti sapientia, vt nihil sit ab ea periculi fidelibus tuis: quod tū facies, quando tuis illis equis & quadrigis dabis os & sapientiā, cui non possint resistere omnes eorum aduersarii, quando perdes sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabis, stultamque facies huius mundi sapientiam: \* viderunt te sic fluuios scindentem montes superbi sæculi, gloriantes in animali sapientiā & prudentia sua, viderunt suam doctrinam euacuari, suamque sapientiam vt stultam reprobari: & dolore inuidiæ vehementer afflicti sunt, ita vt striderent dentibus aduersum prædicatores tuos, & quærerēt vel dētibus eos discerpere, si possent: \* atq; hinc grauis persecutio exorta est seruis tuis, multę tribulationes & mala plurima venerūt sup prædicatores tuos, ita vt quasi gurges & impetus magnus aquarū super illos trāsierit: qui tamē gurges non super illos manit neq; in eo fuerūt absorpti, sed absq; nocumēto trāsit per Dei adiutoriū, in quo torrentē persecutionis pertrāsit Ecclesiā, quā alioqui forsitā habuisset intolerabilē, & cuius aquis facile fuisset absorpta. 16 Suscitata est seruis tuis persecutio grauissima tum à demonibus, tum ab hominibus in sublimi positis. Nam abyssus & demones inferni contraclamauerūt & resistunt per sua vasa iniquitatis, quantum potuerūt, veritati: item & prauitas cordis atque ingeniū humani, quod in malo quasi abyssus est, prauum & inscrutabile, & quod in malis adinventionibus atque mendaciis nunquam penitus exhauriri potest: \* quibus adiūcta est altitudo & potētia sæculi hui⁹, quę manus suas leuauit cōtra sanctos tuos, vt veritatem opprimeret, quando in primordiis nascentis ecclesię tuę, pene omnes potētes & sublimes sæculi principes potētiam suam & virtutem opposuerunt veritati, minis, tormentis, & grauissimis persecutionibus, hoc agentes, vt

Psal. 18.

Luc. 25.  
1. Cor. 1.

Psal. 123.

17 Sol & luna steterunt in habitaculo suo:

Ioan. 1. 7

\* in luce sagittarum tuarum ibunt:

\* in splendore fulgurantis haste tue.

18 In fremitu conculcabis terram:

Psal. 29. \* Et in furore obstupescies gentes:

19 Egredus es in salutem populi tui:

Psal. 10.

\* in salutem cum Christo tuo.

20 Percussisti caput de domo impij:

\* denudasti fundamentum eius vsque ad collum.

21 Maledixisti sceptris eius:

\* capiti bellatorum eius:

Dei verbū silet, & maneret in suo vigore sapientia hominū. Ita illi vocem dantibus, & quasi per rationem seculari sapientia pugnātibz hi manus leuāt, & violētia agit, sicq; persecutio facta est seruis tuis grauissima. 17 Sed nunquid hanc ob causam tu implere desisti quæ voluisti, in ædificatione Ecclesie gentium & conuersione populorum? Nequaquam. Sol enim & luna moti nō sunt, sed firmi permāserunt in habitaculo suo: Christus dominus, verus sol iustitiæ, lux vera, & luna ecclesia, ab illi luminis participatiōe illuminata, nō sunt priuati suo lumine, quantūuis illi cōtra nihil fuissent, sed firmi & stabiles permāserunt in loco suo, neque de splendore suo quicquam perdidērunt: \* Nam in splendore sagittarum tuarum ibunt, tā prædicatores Apostoli, quā auditores populi: ambulabunt & pergunt in saluationē, non obstante persecutionum gurgite, in splendore & luce verborum tuorum, quæ sunt quasi lucidæ sagittæ, illuminantes oculos hominū, vt videāt quod pergendū sit: & nihilominus corda transigentes, vt nō possint ambulare nisi vt ipse ambulandū mōstrauerint: \* simul & in splendore eorum cantis haste tue, id est, in potētia faciēdi miracula, quæ quasi hasta est coruscans, sic valida & efficax, vt vel inuitum modo quodā cogere videatur ad credendum veritati, tam potentibus signis cōfirmata. Illis namq; sagittis lucentibus, & hac fulgurāte hasta armati prædicatores veritatis, equi tui & quadrigæ, constanter & intrepide ibunt & peragrābunt terram: & in iisdem ambulabūt ad salutem homines, qui prædicatione illorum crediderint. 18 Ita in his sagittis acutis & fulgurante hasta conculcabis, pessundabis, ac penitus superabis terrā in fremitu suo, corda terrena quantumuis fremētia: \* & gentium populos in suo furore licet reluctantes, obstupescies, quāuis videantur furere & insanire aduersum te, attamen per tam potentia iacula tua, & per hastam illam præualidam (quæ erunt testimonia nimis credibilia) in stuporem conuertes eos: & plurimos quidem salubriter cōculcabis & obstupescies, alios verō in damnationem, qui tam patēti veritati recusauerint acquiescere. 19 Neque verō mirum, si in tempore illo acceptabili tāta venerit salus in terra, talis facta sit cōuersio populorum. Tūc enim ibi, Deus pater omnipotēs, egredi placuit ad salutem populi: tunc venit tempus miserendi, impletum est tempus quo exire voluisti per operationē salutis, ad populum tuum, ad operandum illi salutem: \* egredus es (inquā) tu pater in populi tui salutem, nō solus, sed vnā cū Christo filio tuo, per quem tibi placuit humani generis operari salutem. Neque tu solus aduenisti nobis saluator, neque solus tuus filius: sed venisti tu cū filio, & tecum venit tuus filius, neque dubium quin & spiritus sanctus (qui non potest non adesse vbi pater est & filius) quo sic nostra redemptio totius opus esse mōstraretur beatæ Trinitatis. 20 In saluando populum tuum, percussisti, vulnerasti, & superasti eum qui est caput de domo impij, principem domus impietatis. hoc est, principem huius mūdi diaboli, qui est caput domus impij siue impietatis. id est caput & princeps impie Babylonis, quæ ex omnibus impiis cōstat in hoc mūdo. Ipse enim primus homicida fuit ab initio, mendax & pater mendacii, omnisque peccati principium: hoc caput tu percussisti, contriuisisti, condemnasti, ac superasti in fortitudine diuinitatis tuæ: \* & confusione permaxima affecisti, totam eius turpitudinem & impudicitiam atque simulatam nequitiam, simul & ipsius ignominiosam deiectionem, & contemptibilem conculcationem manifestando & reuelando omnibus, tanquam si aliquem multum leprosum, aut aliās sordidū, vestibus spoliis, eūmq; denudes a fundamento vsque ad collum. id est, a parte infirma vsque ad supremam, quomodo per talē vestimētorum ablationē siue denudationem totalē, vehemētissima confusione sordidus ille perfunditur, reuelata omni turpitudine sua. 21 Maledixisti tu domine regno, imperio & potestati eius, destruxisti eius regnū & imperium, & potestatem imminuisti: sicque velut sceptrā eius, quibus sub tempore iræ domina batur in mundo, confregisti: \* & maledixisti quoq; capitibus & ducibus bellatorum eius, maledixisti principibus sæculi, qui se exhibuerunt capita & duces pugnantū pro diaboli regno, qui pro veteri idololatria ac pristinis malis & antiquo diaboli regno cōfirmādo, tota sua virtute agebāt, & his maledixisti, & hos humiliasti atq; deposuisti de sedē

A \* venientibus vt turbo ad dispergendum me.

22 Exultatio eorum sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.

23 Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.

24 Audiui, & conturbatus est venter meus, a voce contremuerunt labia mea.

25 Ingrediatur putredo in ossibus meis: & subter me scateat.

26 Vt requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum.

D 27 Ficus enim non floreat, & non erit germen in vineis.

28 Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum.

29 Abscindetur de ouili pecus: & non erit armentum in præsepibus.

bus: \* insuper & omnibus illis exercitibus ac populis maledixisti, qui ad modum turbinis magna violentia venerunt contra sanctam ecclesiam, contra populum tuum electum, ad oppugnandum, dispergendum, atque delendum cum de terra, & his maledixisti, & hos humiliasti, virtutēque eorum comminasti, & confregisti, vt prauallere non potuerint. 22 Exultatio eorum qui veniebant ad dispergendum me, magna erat, veniebant cōtra me in magna perulantia & exultatione, quasi certam habentes victoriam, sicut est exultatio latronis aut prædonis qui pauperem in abscondito denorat, spoliatur, prædatur, aut etiam interficit in occulto: & cum praualluerit, facit ei quicquid libuerit, & omne suum adimplet de eo desiderium; quoniam in occulto existens, vbi praualluerit, neminem habet qui ferat oppresso auxilium, aut qui illum ab eo quodcunque voluerit impediat. Ita & de ecclesia tua sperabant principes mundi & exercitus, facilem reportare triumphum, & agere quicquid eis fuisset collibitum. 23 Tu autem domine per mare sæculi huius, licet tam multis persecutionum fluctibus ætuans & intumescens, fecisti viam equis tuis: tua virtute prædicatores verbi tui mare totum illud pertransierunt, in omnibus sinibus eius facientes operationem suam: sic illos veloces, sic expeditos, sic agiles fecisti in tui spiritus virtute, deduxisti per medium lutum & cœnum aquarum multarum, per malitiam omnium populorum, ita vt nusquam infixi hæserint, sed omnibus superatis malis, cōtemptis minis & tormentis vniuersis, abierunt quocunque misi fuerant. 24 Omnia hæc tam miranda, tam stupenda, tam humano iudicio incredibilia, te interius in me loquente, & aurem mihi reuelante audiui, & plurimum conturbata est anima mea, mens mea præ admiratiōe nimia, velut in ecstasim rapitur: a voce ista sermonis tui, quam te interius loquente audiui, contremuerunt labia mea præ nimio pauore & stupore, quem intra me gignit tantæ dignationis admiratio. 25 Ego autem, tantis his auditis a te, quæ pro hominum salute in temporis plenitudine operari decreuisti, toto cordis desiderio populo illi qui hæc præsentiet adnumerari exopto. Et quanquā simul audierim illos multa aduersa passuros ab oppugnante malitia, non ob illorum fortem aduersor, sed etiam ad maiora (si fieri potest) paratum offero, ita vt etiam computrescant ossa mea & tabesiant præ afflictione & temporalibus malis, & caro mea ita computrescat, vt subter me putredo scateat: libenter summam huius mundi afflictionem & despectionem subire volo. 26 Vt vnā cum illis seruis Dei requiem postmodum accipere merear in illa salute, quam audiui in tempore malo, in die afflictionis & miseriæ, in tempore quando impiis (qui nunc florent, & gaudent) erit pessimè, quando illi in pœnis degent æternis: \* vt ascendere possim ad populum istum nostrum accinctum, ad illum expeditum & fortem populum domini, de quo iam auditu percepi, ad illos equos accinctos, paratos atque expeditos ad opera domini: vt ad hunc populum valeam ascendere, & vnā cum illis in eandem salutem merear suscipi. Prorsus nihil æstimo, quicquid poterit in hoc mundo afflictionis & despectionis contingere, modo ad illum accinctum populū, & simul cum illo ad eandem felicitatē mihi detur conscendere: libenter illis cupio particeps fieri in tribulationibus & laboribus, vt & ad eandem mihi detur pertingere requiē. 27 Nam quantum ad impios, illo in tempore requiē sanctorum, verè dies tribulationis erit, verè tempus summæ miseriæ, vbi erit egestas maxima, & omnis boni defectus. Illic enim non erunt florentes ficus, neq; germinantes vineæ vnde haurire possent quibus pascatur, vt solent cum in mundo essent florentes in deliciis. 28 Opus oliuæ illic mentietur: hoc est, illic deficiet: quoniam non erit tibi oliua, quæ eis fructum prebeat: & nulli erunt agri, nulli campi qui producant cibum. 29 Auferetur pecus omne de ouili, non habebunt ouilia omnibus plena, neque armenta bouum, aliorūque maiorum animalium ad præsepia, quæ possint mactare cum voluerint, eo modo quo solent facere, cum in hoc mundo viuere. Tunc enim omnis abundantia malorum, qua floruerant, penitus deficiet: vt qui in hoc mundo omnibus abundant, nempe ficibus, oliuis, & vineis, vnde fructus accipiebant ad delicias, greges quoque & armenta, & cuncta



30 *Ego autē in domino gaudebo.*

\* *Et exultabo in Deo Iesu meo.*

Ioan. 15. Philip. 4. 31 *Deus dominus fortitudo mea:*

\* *Et ponet pedes meos quasi ceruorum.*

32 *Et super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem.*

abundantia, iam prorsus omnibus sint nudi & egeni, omnibus relictis in saeculo. Atque hinc admirabilis valde fiet commutatio, vt qui in vita praesenti latari solebant, tunc esuriant: qui inebriari, sitiant: qui latari & consolari, lugeant, & affligantur in saecula. 30 Ego vero ab his toto corde me separans, & elongans, & populo illi accincto seruis fidelibus Dei mei me adnumerans, & voto cordis associans, non accipiam consolationem, nō delectationem aliam, quā in domino Deo meo, qui pro hominum salute tam magnifica cogitauit consilia: \* & magnifice gloriabor, atque exultabo in Deo Iesu, id est (iuxta nominis interpretationem) saluatore meo: labor in patre, & exultabo in filio, per quem illa omnia tam magnifica nobis perficientur in tempore suo, simul & in spiritu sancto, qui non potest non adesse, vbi ad sunt pater & filius. 31 Dominus Deus meus trinus & vnus, pater mittens, filius missus, spiritus sanctus vtrunque coniungens, & ab vtroque procedens, ipse est fortitudo, & virtus mea, sine quo nihil possum, & in quo possum omnia: \* & ipse praeparabit pedes meos, vt sint quasi pedes ceruorum: faciet me quoque accinctum esse, expeditum, atque velocem ad impletionem mandatorum suorum, vt possim huius mundi ima transcendere: id est, prospera & aduersa despiciere, atque in altitudinem montium expeditus currere, ad caelestia festinare atque euolare, quomodo cervi altitudines montium sua celeritate petunt. 32 Et ipse qui prior fecit victoriam, qui vt mihi vincendi daret fiduciam, prior vincere voluit mundum, diabolum, & mortem, ipse me quoque deducet super excelsa mea, ad illa excelsa & alta caelestis mansionis tabernacula, ad qua contendo, ad qua suspiro, vt sit etiam nunc in corpore mihi viuente in caelis conuersatio, ac post in vita futura firma habitatio: ita (inquam) victor me deducet sibi in psalmis canentē, laudum cantica sibi persoluentem, pro tam magnificis mihi, & vniuerso humano generi exhibitis, & praeparatis bonis, quibus perfruemur in saecula saeculorum. Amen.

## ANNOTATIONES IN CANTICVM ABACVC.

Canticum istud, ob nimiam suam difficultatem (de qua in argumēto diximus) admodū variis modis à diuersis interpretibus exponitur: potissimū ob hoc, quod penē omnia in hoc cātico parabolicis & similitudinariis elocutionibus dicatur, in quibus solet varia esse significatio. Nos in elucidatione vnicuique sensum explanare cōtenti fuimus expositionū multitudinē, effugiendā perplexitatis causa deuitantes: quum etiam absq; sensuum plurimū confusione, praenimia difficultate, vix capi possit simplex eius intelligentia. Hoc admonitum volumus lectorē, ne forte quum apud alios logē alios sensus in quibusdā cōpererit, nostra protinus quasi inania fastidiat, quā nos post diligentem & non oscitanter adhibita considerationem, vt magis consentanea toti processui cantici, pro nostro modulo diximus. Expositionē tituli, qui est, Oratio Abacuc prophetae, pro ignorantibus, in argumēto posuimus ex nostra sententia, ignorantibus accipientes pro occultis & latentibus mysteriis quae ignoratur, & occulta latent. Quod alii tamen interpretatur, pro ignorantibus diuinorum iudiciorū, vel pro peccatis ex ignorantia. Interpretes autem septuaginta, loco huius, pro ignorantibus, ponunt cum cantico, signanter dicentes hanc esse orationem cum cantico: quoniam videlicet orando hic propheta canit, & canendo orat: dum quae audit venire precatur, & quae ventura prauidet gloriando canit. ¶ Versu primo, Domine audiui auditū tuum. Auditū Dei intellige id quod loquitur Deus. Nam quod Deus loquitur, quatenus à Deo dicitur, verbum, aut sermo, aut eloquiū Dei appellatur: ac rursus idē ipsum auditus dicitur, quatenus auditur ab homine. Eodem hoc vocabulo in eandem significationem vsus est Esaias, cap. 53, dicens, Domine, quis credit auditui nostro: id est, iis quae nos à te audiui, quae tu loquutus es nobis: Quod autem in altero versu sequitur, Viuifica illud, nos exposuimus per futurum indicatiui. Frequenter enim solet imperatiuus pro indicatiuo poni. Potest tamen & per deprecationem accipi non minus cōuenienter, vt postulet impleri propheta quod futurum audit, Medium quoque annorum in eodem versu non accipiendum est secundum exactam supputationem Arithmeticam. Non enim opus incarnationis Christi, & redemptionis humanae viuificationem aut notificationem est, sic in medio annorum saeculi, quasi tantum temporis post sit relinquendum, quantum antē praecesserat. Venit enim Christus in aetate vltima, & velut circum consummationem saeculi: propter quod Ioannes ait, Filioli, iam nouissima hora est. Et Paulus Apostolus ait, in quo fines saeculorum deuenerunt. Et Esaias nouissima appellauit tempora, dicens, Erit in nouissimis diebus praeparatus mons domus domini, &c. Sed medium istud annorum generaliter intellige tempus quod post initium, & ante finem interiacet: vt sit sensus, ante temporis consummationē. Quidam admodum subtiliter istud medium annorum exponunt, nō de medio annorum saeculi, sed de medio annorū vite hominis, quo viuere potest homo, secundum consuetum naturae cursum in bona qualicumq; valetudine. Hoc enim tempus in

A psalmis assignatur anni septuaginta, cum dicitur, Dies annorū nostrorū in ipsis septuaginta anni. Si autem septuaginta diuidas in duas partes aequales, tempus mediū habes annos trigintaquinque. Christus autē dominus salutē humani generis in cruce operatus anno aetatis suae tricesimo tertio, qui numerus admodum parum distat à tricesimo quinto. Vnde opus illud humanae salutis rectē in medio annorū vitae hominis dici potest viuificatū & notum factū. Alii annos istos duos accipiunt duo testamenta, annum scilicet seruitutis, & annum libertatis, qui etiam apud Esaiā annus domini acceptus appellatur. Quasi autē in horum annorū medio perfecit Deus opus redemptionis nostrae, quia consummato veteri, & nondum manifestato nouo, passus est. Nam post passionē cepit annus acceptus, notus, fieri, & praedicari in gentibus. Neq; tacendum quod hoc loco septuaginta interpretes habent, in medio duorum animalium cognosceris. Quod admodum diuersimode exponitur. Intellegentiam potest, cognoscendū Christum in medio duorū latronum cruci appensum: quod satis impletū constat, quādo signis admirabilibus in cruce pendēs clarificatus fuit: ita vt diceret Cetero, Verē filius Dei erat iste, & reuertentes percuterent pectora sua. Cui etiam consonat quod ante suam passionē ipse praedixerat, Quū exaltaueritis filii hominis, tūc cognoscetis, quia ego sum. Alii duo testamenta intelligunt, quasi viuētia quaedā animalia & vitā spirantia. Alii duo Cherubin, in quorum medio Deus sedem habere videbatur super veterē arcam. Alii in medio duorum populorum, à quorum vtroq; post peractā salutem Christum est agnitus in vna ecclesia. Quidā ex nostris simplici pietate intelligunt de animalibus quae credunt fuisse in eodē hospitio, vbi natus est Christus dominus. Nam quae praesepi ibi fuerit vbi Christus nasci voluit, aperte exprimit euangelista Lucas, quum ait, Maria peperit filium suum primogenitū, & panis eū inuoluit, & reclinauit in praesepio. Quod autem ibi animalia tū adferunt, & si nō aperte exprimat scriptura, piē tamē credi potest. Vbi enim praesepia sunt, solent illic iumenta stabulari, & maxime in noctibus, vt inter iumenta in humilitate maxima credatur fuisse natus dominus noster. Atq; in hanc sententiā pietas quorundam etiā illud accommodat quod Esaiā primo cap. dicitur, Cognouit bos possessorē suum, & asinus praesepi domini sui. Quam sententiā in celebri illo & tritissimo Christianis cantico, cuius initium, Puer nobis nascitur: sequitur pietas deuota laudatium, quum ita canit, In praesepi ponitur sub feno asinorum, Cognouerunt dominum Christum regem calorū, quod indubitatum est de agnitione iumentorum intelligi. Pro quo etiam facit solenne illud responsoriū, quod secundū ecclesiasticū vsus (qui non est leuiter contēnendus) quarto loco in nocte natalis dominici canitur, his verbis, O magnū mysterium & admirabile sacramentū, vt animalia viderent dominū natum, iacentem in praesepio: beata virgo, cuius viscera meruerunt portare dominum Christum, &c. ¶ Versu quarto, Deus ab Austro venit, & sanctus de monte Pharan. Ab Austro, siue à Meridie, nos interpretati sumus, à patre, vel à sinu patris: vbi nimirū perpetuū nō aliud quā meridies est, claritas semper plena, abiq; omni tenebrarum obscuritate, sicut in meridie, sole lucēte in virtute sua. Idem quoq; per secundā partem intelligimus, vbi dicitur, Et sanctus de monte Pharan. Siquidem Pharan apud Hebraeos (vt ait sanctus Pagninus, vir in Hebraicis literis nō mediocriter eruditus) significat gloriam, vel gloriationē, vel gloriosum. Mons ergo Pharan, dicitur mons gloriae, vel mōs gloriosus. In quo rectē Dei patris gloriosam altitudinē intelligimus, vt significetur ab illa altitudine summa paterni sinus aduenturus Dei filius. Cui etiā ashipulatur, quod septuaginta interpretes pro mōte Pharan verterūt, montē condensum & vmbrosū. Maestas enim & altitudo patris, mōs condensus & vmbrosus rectē dicitur, propter occultationem suā: quoniam Deum (vt in Ioanne dicitur, nemo vidit vnquam, & lucem habitat inaccessibilem. Propter quod, etiā alibi dicitur dominus habitare in caligine. Et alibi, Nubes & caligo in circuitu eius. In primā autē parte, quidā per Austrum intelligunt spiritum sanctū. Aufer 2. Para. 6. eni est vel meridies, calidus est. Et spiritus sanctus calor vel ignis appellatur, sicut & amator. Vnde psal. 96. & in linguis igneis apert. apparuit, & datus fuit. Et de eo Christus dominus ait in euangelio, Ignē veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accēdatur: Peculiari verō modo sic ab austro Dei filius venire dicitur: quoniam ex maximo amore & charitate summa erga nos accessit ad nos, vt nos faceret saluos ab omni malo, in vitā aeternā: quemadmodū sanctus ait apostolus, Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Et dilectus domini discipul⁹ in facta Apoc. exordio, Qui (inquit) dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Apertissime quoq; ipse dominus in euangelio de patris dilectione testatur, dicens, Sic Deus dilexit mundū, vt filium suū vnigenitū daret, vt omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat vitam aeternā. Quidā in hoc aduentu Christi ab austro, intelligunt natiuitatem eius in Bethleem, quam dicunt sitam esse ad meridiē. ¶ Versu sexto, Cornua in manibus eius. Cornua ista (iuxta sanctorū patrū rationabilem aequē, ac piā interpretationē) exposuimus cornua crucis. Sed quare cornua ista dicuntur fore in manibus Christi, & nō magis contrario manus ipsa in cornibus crucis? Nam ita magis videbatur dicendū. Qui simpliciter intelligere voluerit, dicet, per transpositionē dictum esse vnū pro altero, Cornua in manibus eius: pro, Manus eius in cornibus: quemadmodū apud poetam, Perflauit fistula buccas: loco huius, Perflauit buccā stipulam. Et in psalmo. 110. Cinerem tanquam panem manducabam: quidam loco huius accipiunt, Panem tanquam cinerem manducabam. Altiori tamen consideratione poterit attribui mysterio, quod cornua signanter dicantur esse in manibus Christi, ad significandū videlicet quod non violēter teneretur in cruce, quasi nō posset ipse, si vellet, se liberare, manus detrahē, & clauos quibus affixē erant manus depellere, sed ex amore & voluntate sua. Verius enim ipse se in crucis cornibus tenebat, aut ipsa tenebat crucis cornua, quā cornua crucis illum tenuerint. Quomodo enim ait, Potestatē habeo ponendi animā meam, & iterum sumēdi eam: & nemo tollit eam à me, sed

ego pono eam à meipso: ita proculdubio potestatem habebat tenēdi in cornibus crucis manus suas, & potestatem habebat, si voluisset, iterū resumendi eas: & nemo quasi per vim expandit illas in cornibus crucis, sed ipse eas posuit, & dedit vt affigerentur illis. Possunt etiam per cornua in manibus, intelligi illi cornuti & rudes clauis, quibus beatæ manus in crucis arbore cōfossæ & cōfixæ fuerunt. Rursum ad similitudinem arcus poterimus accipere sermonem. Habet enim arcus duo cornua, id est, duo latera. Atque hoc modo quod dicitur, Cornua in manibus eius, significat Christum accepisse arcum in manu sua, ad sagittas videlicet suas iaciendū, & fugandum diabolu. Vnde & subiungitur, Ante faciem eius ibit mors. Egredietur diabolus ante pedes eius, quasi nō ferens arcum illum potentis, sagittas tam acutas iaculantis. Atque ita ferē per totum hoc canticū, singuli versus variis possent modis exponi: & possent singulorū ferē versū diuersæ assignari intelligentiæ. Nos tamen, ne nimium prolixi efficiamur, aut magno acervo interpretationū rem amplius inuoluamus, iis que in Elucidatione diximus contenti, de huius canticis verbis plura non adiicimus.

## ARGVMENTVM IN CANTICVM

Moyse, cuius initium, Audite celi.

**M**Oyse iam appropinquante morte, prænoscens dominus præuaricationes filiorum Israel, quibus eum ad iracundiam erant prouocaturi, post introductionem in terram promissionis: quomodo videlicet ad idolatriam, atque alia turpissima facinora, Deo celi abiecto, & lege eius prorsus contempta, deflecterent, inquit Moyse describere canticum istud, cuius initium, Audite celi, &c. vt esset posteris testimonium, in quo vniuersa mala que illis propter transgressionem ex Dei iustitia erant superuentura, aperissime pariter atque seuerissime proponeret, quo magis forent inexcusabiles. Ac primum quidem in hoc canticō celum & terram in testimonium legislator aduocat, contestaturus duræ cernicis populū. Denique magnificentiam & perfectionem in omnibus & operibus & verbis ante omnia proponit, ob que vel maxime debet esse mortalibus venerandus, statim ad increpationem peruersæ generationis verba conuertens, quod creatorem & patrem omnium Deum dereliquerent, à quo præter illud creationis & generationis beneficium omnibus gentibus commune, tam speciali electione fuerant electi in peculiū siue in populū peculiarem præ omnibus gentibus, & pro quibus tam multa stupenda signa atque prodigia fuissent edita, ex omnipotentia domini in eductione de Aegypto, & deductione per desertum, atque introductione in terrā lacte & melle manantem: id est, omnium bonorum que ad agendam vitam sunt opportuna, abundantia affluentē, post que omnia suscepta beneficia, dissoluti præ deliciis ingrati filii Israel, dereliquerunt dominum, & conuersi sunt ad idolorum culturam atque sacrificia, quibus rebus grauissime ad iracundiam prouocarunt dominū: propter quod, ultionem eis grauissimam cum magna seueritate denunciat vniuersorum malorum, aded vt etiam penitus gentem illam tam ingratiā & perfidiam voluisset delere, si non propter superbiam inimicorum, iactantiumque & exprobrationem id facere omisisset. Atque hæc plusquam dimidium canticis occupant. Post que, mentem sanioem & prouidentiam venturorū malorum optans insipienti populo, iterum malitiam eius describens, vineam de Sodoma & Gomorra eum appellat: & abominationes eorum, vvas fellis, botrosque amarissimos: fel item draconum, & venenum aspidum, illorum doctrinam pessimam, pro quibus omnibus, sub persona domini (qui subito intro ducitur loquens, ac dicens, Nōne hæc condita sunt apud me, &c. Mea est vltio, &c.) pœnam comminatur condignam aduenturam in proximo. Erga tamen populū suum & seruos suos propheta domini semper suam misericordiam seruaturū promittit, quantum erga impios se vltorem ostendat. Iterumque ingrato populo exprobratur super falsis diis quos coluerunt, quod auxiliū in angustia positis præbere non possint suis cultoribus: ex aduerso autem domini loquentis subito persona adiungitur. Vide, quod ego sum solus, &c. vbi suam tremendam & terribilem illam iudicariam potestatem, multa verborum magnificentia exprimit vsque ad versus duos nouissimos: qui, exhortatio sunt prophete ad populū gentium, quem in spiritu præuidebat in temporis plenitudine Deo adiungendum.

## ELUCIDATIO IN CANTICVM MOYSI.

1 Audite celi que loquar: audiat terra verba oris mei.

2 Concresecat vt pluuia doctrina mea:

\* fluat vt ros eloquium meum.



**C**ontestaturus ego hodie populū duræ cernicis, & serio venturi omnia ex Dei præcepto illi denunciaturus, inuoco vos, o cælum & terra, ad audiendum hæc verba que ex præcepto domini loquar per os meum, vt sitis mihi in testimonium contestationis huius, quam facturus sum audientibus. 2 Doctrina hæc quam loquar per os meum, audientibus vobis & vniuerso populo isto, coalescat, & concresecat ad modum pluuia: quomodo pluuia ex concretionem & coagulationem tenuis nubis concresecit, coagulatur, & condensatur, vt non amplius hæreat suspensa in aere, sed pondere suo cadat in terram: ita hæc mea verba que loquar, cupio suo pondere super corda audientium cadere, non quasi leuia auolare in auras, aut ventis dissipari: quod contingit nubibus que non concresecunt, non congelantur in pluiam: \* verbum contestationis meæ fluat ad modum rosis, sic dulciter labatur super audientium corda, & fructum fa-

**A** 3 Quasi imber super herbam, & quasi stille super gramina:

\* quia nomen domini inuocabo.

4 Date magnificentiam Deo nostro:

\* Dei perfecta sunt opera:

**B** \* & omnes via eius iudicia.

5 Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus & rectus:

\* peccauerunt ei, & nō filii eius in sordibus

**C** 6 Generatio praua atque peruersa, hæcine reddis domino, popule stulte & insipiens?

7 Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?

8 Memento dierum antiquorum: cogita generationes singulas.

**D** 9 Interroga patrem tuū & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.

10 Quando diuidebat altissimus gentes, quā-

ciat in eis, quomodo ros super terram cadens, eam fecundam ac frugiferam reddit. 3 Quemadmodum imber cadens super herbas, & pluuiales guttulae super gramina, vigere simul & virere faciunt humectata, sic verbum istud contestationis meæ opto in audientium cordibus humorem bonum mittere, & fructu fidelis ac mansueti cordis facere. \* Dignum est enim, vt non sine fructu vacuū egrediat verbum istud meum, quod loquar in nomine domini, quoniā iam in exordio sermonis mei nomē inuocabo domini, ex cuius loquor imperio. Non enim à meipso que locuturus sum loquar, sed domini erit verbum, cuius tantum ego ministrum me offero. 4 Ante omnia verò, o popule domini, filii Israel, vos hortor ac moneo, Deo nostro, vni viuo, ac vero (cui non est similis in diis, & præter quem non est alius) dare gloriam, magnificentiam & honorem, sicuti dignus est, omnē gloriā, omnem honorem, & omnem benedictionē accipere. \* Dei enim nostri omnia & opera perfecta & integra sunt, ita vt nihil in omnibus operibus eius quicquam reprehendere possit, aut ostendere quicquam aliter factum esse, quā fieri debuerit, aut non ita ab eo factum, vt debuit fieri: & omnes actiones eius, quibus agit cū humano genere, sunt iustissimæ, & in iudicio dispositæ secundū plenissimam æquitatem. 5 Deus ipse noster verax & fidelis est, qui mentiri non nouit, neque fallere, & absque omni iniquitate, perfectē iustus & rectus est: fidelis est in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis: omnia quæcunque facit, in vero facit iudicio, suntque opera manū eius veritas & iudiciū, vt falsitatis nihil, nihil iniquitatis in eo possit inueniri: propter quod ex ipsius parte nō est quod nos queramus de tā perfectissimo, tā fidelissimo, tam iustissimo, tā rectissimo domino Deo nostro, neque in eo nos desiderare quicquam possumus: \* verū tamen aduersus hunc tantum ac tantum dominū peccauerunt transgressores impii, in sordibus peccatorum suorum: qui cum filii Dei & populus ipsius nominari uelint, verè tamen appellationē hanc nō merentur propter inobedientiam peccati, sed potius non filii, & non populus eius merentur appellari. 6 O praua atque peruersa generatio, o popule stulte & insipiens, popule duræ cernicis, semper diffidens, semper obmurmurās creatori tuo, hæcine mala sunt que tu reddis domino Deo tuo? murmuratio, tentatio, blasphemia, diffidentia, cultus idolorum, & alia huiusmodi peccata pessima, in quibus dominum Deum vestrum offendistis multipliciter, istæne sunt que domino Deo vestro tam eximio, tam perfecto, tam iusto, tam fideli, pro gratiarū actione persoluitis? istine sunt fructus, o vinea amara, quos satori & cultori vestro profertis? 7 Nōne dominus Deus vester, in quem peccastis, ipse est verus ac primus pater vestrum omnium, qui vos in possessionem elegit, atque peculiū ex omnibus gentibus, & cuius vos possessio estis, subiectique eius dominio? \* qui etiam sua omnipotentia, sapientia, & bonitate vos plasmauit, tam secundum corpus, quā secundū animā: & creauit de nihilo, vt essetis aliquid, & non solum aliquid in rerum natura, verum etiā creature rationales. Huic ergo electori, possessori, factori, & creatori vestro, o praua generatio, rependitis? 8 Super hæc que vobis, o Israel, cum ceteris gentibus sunt cōmunia, reuoca in memoriam dies antiquos, tēpora præterita: & que in eis gesta leguntur pro patribus vestris, ante mentis oculos ponite, & reuoluite singulas generationes & sæcula, & que per diuersas generationes, atque diuersa sæcula pro patribus vestris magnificè à Deo gesta leguntur. 9 Vos posteri qui post generationes multas venturi estis, quos necdum etiam natos, & adhuc absentes alloquor non minus, quā presentes, qui ipsi forsitan nō vidistis mirabilia que fecit pro populo suo Deus, discite à parentibus vestris, interrogate patres vestros, & ipsi vos docebunt mirabilia illa que tam peculiari miraculo pro populo suo fecit: maiores & seniores interrogate, & ipsi vobis hæc indicabunt, vel que suis oculis ipsimet viderunt, vel auditu fide digno à suis maioribus acceperunt. Ipsi vobis indicabunt, quanta, quā magnifica ostēderit dominus populo suo, vt sic discatis, quāto debito obstringamini domino Deo vestro, præ omnibus gentibus, & quā debeatis illius esse seruituti addicti, qui tam magnificè egit vobiscum, & cū patribus vestris. 10 Cum ipse altissimus post diluuiū gentes diuideret, & filios Adam iam rursus per Noë mul-

Psal. 85.

Apoc. 4.

& 5.

Titim. 1.

Psal. 144.

Psal. 110.

do separabit filios Adam.

12 Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel.

13 Pars autem domini populus eius: \* Iacob funiculus hereditatis eius.

14 Inuenit eum in terra deserta, in loco horrido & vaste solitudinis.

15 Circunduxit eum,

\* & docuit,

\* & custodit quasi pupillam oculi sui.

16 Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans.

17 Expandit alas suas: & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.

18 Dominus solus dux eius fuit:

\* & non erat cum eo Deus alienus.

19 Constituit eum super

tiplicatos separaret, cum in ædificatione turris Babel confunderet linguas ædificantium, vt non audiret vnusquisque vocem proximi sui, sique eos diuideret ex eo loco in vniuersam terram, & super faciem cunctarum regionum terræ: aliis ad Orientem, aliis ad Occidentem, aliis ad Meridiem, aliis ad Septentrionem, diuersa loca occupantibus. 12 In hac (inquam) diuisione hominū, populos admodum multos constituit, atque separauit, & in eodem penè numero, in quo post modum filii Israel descenderunt in Aegyptum. Nam sicut Iacob decedente in Aegyptum, omnes animæ domus eius fuerunt septuaginta, ita in hac diuisione terræ, secundum eundem ferè numerum diuisa sunt gentes. 13 Et quum in tanto numero diuisa essent gentes abinuicem; non elegit tamen dominus vllam ex illis gentibus: sed populum suum, filios Israel, nondum natos, post autem nascituros, in partem sibi separauit.

\* Populus Iacob factus est funiculus hereditatis: id est, fors & portio hereditaria eius: solum populum Israel ex tot gentibus & linguis voluit eligere sibi in populum, & in peculium ex omnibus quæ peculiaris Dei electio, haud dubie maximæ fuit dignationis, & digna, quæ à posteris cum summa cordis gratitudinæ recogitetur attentius. 14 Populus autem iste Israel non erat ab exordio, quum primum diuiderentur gentes, sed nouus & recens populus est multo post genitus, quem dominus post educationem de terra seruitutis, de Aegypto, inuenit in terra deserta, in loco horrido, & in vasta solitudine: quem post liberationem de seruitute Aegypti, quodammodo inuenit quasi nouum populum, eo quod tunc inciperet se ostendere illius populi singulariter dominum, liberatorem, & custodem, illicque in loco deserto cepit eius gerere curam, illumque in suam curam tanquam filium suscipere. 15 Neque defuit paterno officio suo dominus erga populum suum, sed diligenter circumduxit eum, præcedens in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem: ad demonstrandum iter ignotum populis, quod deberent pergere, ad locum sibi promissum: \* eundemque per Moysen docuit, & lege æquissima instituit, vt sciret, quomodo Deum suum colerent: quidque agere, aut omittere deberent, quod maximum fuit diuinæ bonitatis beneficium: \* insuper & custodiuit, ac protexit illum summa diligentia atque sollicitudine, defenditque ab omnibus hostibus, & quibusuis noxiis, ad eum modum quo in corpore humano, oculi pupilla naturali sollicitudine custoditur diligentissime. 16 Quomodo aquila se habet erga pullos suos, prouocando eos ad volatum, & ad hoc super eos iterum atque iterum volitans, vt hoc pacto quasi doceat, & moneat volare pullos, quum iam ad volandum sufficere ceperint: ita dominus se habebat erga populum suum filios Israel, omni studio velut laborans ad leuandum illos de terra & peccatis suis, vt murmuratorem, infidelitatem, tentationem, ac concupiscentias suas desererent, fidem verò & obedientiam discerent. 17 Quomodo aquila, donec adhuc impotentes sunt ad volandum pulli, expansis alis suis, portat illos quò voluerit, cum sedes fuerit mutanda, fueritque migrandum: sic dominus omnipotens, hunc populum affectu paterno complexans, quasi in expansis alis suæ misericordiæ gestauit, quum eum de se impotentem Aegyptiacam seruitutem euadere mirabiliter eduxit, atque emigrare fecit: assumpsitque eum quasi in humeros suos, atque ita eduxit eum, qui ex semetipso nunquam à ferrea illa captiuitate potuisset effugere. 18 Quum autem migraret populus iste, & exiret de Aegypto, dominus omnipotens, Deus cæli, solus fuit dux eius, non habuerunt alium liberatorem, alium propugnatorem, alium ducem, quam dominum Deum suum, qui per manum Moyfi serui sui educebat illos in fortitudine brachii sui, ac postmodum eductis ducatum & defensionem præstitit: \* solus (inquam) Deus verus erat cum eo, ad protectionem atque ducatum, & non erat cum eo vllus Deus alienus, præter dominum Deum cæli fortissimum: propter quod ipsi soli debetur pro tanto beneficio gloria & gratiarum actio. 16 Neque verò solum de terra seruitutis eduxit eum, sed eductum, suo tempo-

A excelsum terram vt comederet fructus agrorum  
20 Vt sugeret mel de petra, oleūque de saxo durissimo.

21 Butyrum de armento, & lac de ouibus, cum adipe agnorum & arietum filiorum Basan.

22 Et hircos cum medulla tritici: \* & sanguinē vna biberent meracissimum.

23 Incrassatus est dilectus & recalcitrauit:

\* incrassatus, impinguatus, dilatatus.

24 Derelinquit Deum factorem suū: \* & recessit à Deo salutari suo.

25 Prouocauerunt eū in dijs alienis, & in abominacionibus ad iracundiam concitauerunt.

25 Immolauerunt demonijs & non Deo:

\* dijs quos ignorabāt.

D 26 Noui recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.

27 Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui.

28 Vidit dominus, & ad iracundiam concitatus est: \* quia prouocauerunt eū filij sui & filia

re posuit & habitare fecit in montanis, in locis sublimibus terræ promissionis, in terra alta & maxime fertili, vt ad abundantiam fruere-tur delitijs & fertilitate agrorum, quæ est illic maxima, adeo vt iure dicatur melle & lacte manare. 20 Vt sugeret & comederet mellis dulcedinem, cuius est ibi multa copia, quod in illa terra sponte producunt apes in petrosis locis, ob nimiam terræ dulcedinem, simul & oleum pingue, quod manat de saxis durissimis, in locis saxosis, vbi oliuæ abundant, & fructificando præbent oleum, pro ter-re dignitate præstantissimum. 21 Vt de armento & gregibus vaccarum butyrum acciperent pinguisimum, simul & lac de ouibus vnâ cum adipe agnorum & arietum talium, quales nutriunt filii Basan. id est, possidentes & nutriendes in terra sua agnos & arietes tantæ pinguedinis, quantæ sunt in terra filiorum Basan, vbi sunt arietes & agni delicatissimi, propter vberima quæ habent pascua.

22 Hircos quoque & triticum plenum medulla siue adipe, triticum delicatissimum. hoc est, vt abundanter & copiose acciperent omnia quæ ad esum spectant, tam in carnibus, quam in pane, & in alijs quæ elui solent accommodari: \* & pro potu verò acciperent ex fecunditate terræ sanguinem vna meracissimum. id est, liquorem vini fortissimi & preciosissimi, quod colorem referat sanguineum, in testimonium suæ præcellentia. 23 His autem omnibus ex Dei dono acceptis beneficijs, populus iste sic à Deo dilectus, cui tanta dilectionis indicia monstrauerat, non motus est ad seruendum suo benefactori, vel ad gratias reddendum illi pro tantis vltro & gratis collatis beneficijs, sed impinguatus atque incrassatus ex vltu temporalium donorum, murmurauit & rebellauit contra dominum, diuersis modis & pluribus vicibus tentando, murmurando, in idololatriam declinando, Deum verum relinquendo, alienos adorando: \* ita est incrassatus, impinguatus, & dilatatus populus iste secundum corpus: sederunt vt comederent & biberent, ac post surrexerunt ludere, & Deos alienos colere. 24 Post omnia Dei percepta beneficia, de-

Exod. 32.

reliquerunt dominum Deum factorem & creatorem suum, solum vnum viuum & verum Deum, qui illos & secundum corpus & secundum animam fecit, & condidit: \* & recesserunt à Deo salutari suo, qui solus illis salutem præstitit de manibus omnium inimicorum & qui solus illos saluare potens erat, aduersus omnes Deos gentium & nationes terrarum, quantumlibet fortissimas. 25 Irritauerunt eum per adorationem deorum alienorum, & in abominacionibus quas fecerunt, insequentes exemplum idololatrarum, prouocauerunt eum ad iracundiam, dominum Deum suum per idololatriam, offenderunt grauissime, & per abominanda sacrificia, quæ illis idolis faciebant contra præcepta domini, secundum consuetudinem nationum infidelium, quæ erant in circuitu. 25 Fecerunt enim sacrificia & oblationes idolis, & in ipsis demonijs: contempto relicto domino Deo, vno, viuo, & vero, & prælegerunt seruire ac sacrificia facere dijs falsis (quæ demonia sunt, & non dii veri) potius quam domino Deo suo: \* dijs (inquam) falsis & vanis, quos patres ipsorum ignorauerant, quibus non seruiuerant patres eorum, imò quos ipsimet ignorabant, quorum potentiam nunquā ipsi fuerant experti, quos nunquam vlla viderant edidisse mirabilia, quemadmodū dominum Deum Israel cognouerant, ex signis & prodigijs potentiam diuinam certissime attestantibus. 26 Nouos & recentes deos introduxerunt sibi ad colendum, quos patres eorū non coluerant, contra Dei imperium: qui præceptum illis dederat, vt non esset inter eos Deus recens, neque alienus, sed vnum adorarent dominum Deum suum.

Psal. 70.

27 Ita, ò generatio praua atque peruersa, per idololatriam dereliquisti cultum domini Dei tui, qui te & secundum corpus & secundum animam formauit de nihilo: & oblita es eius qui te creauit, à quo habes hoc ipsum quod es, & cuius est munus quicquid habes boni: huius oblita es, hunc contēnis & abiicis, quoniā ab eius cultu recedis, & præcepta eius transgredieris. 28 Considerauit dominus hanc pessimā infidelitatem & ingratitude populū sui, cui tāta dilectiois indicia iam monstrauerat, & iratus est vehementissime. \* Nam ad iracundiam eum prouocauerunt filij & filia, illi qui nomen gerebant filiorū & filiarum, quos ipse

hh



29 *Et ait: abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum.*

30 *Generatio enim peruersa est, & infideles filii.*

31 *Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis.*

32 *Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stultam irritabo illos.*

33 *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima.*

34 *Deuorabit terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet.*

35 *Congregabo super eos mala: & sagittas meas complebo in eis.*

36 *Consumentur fame: & deuorabunt eos aues morfu amarissimo*

37 *Dentes bestiarum immitam in eos: cum furore trahentium super terram atque serpentium.*

38 *Foris vastabit eos gladius, & intus paupor: iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.*

habebat tanquam filios & filias, & quos vicissim decebat erga Deum se exhibere vt filios & filias: quod ab his (inquam) prouocaretur, a quibus decebat, vel maxime paternum honorem accipere, hinc vehementissime ad iracundiam concitatus est. 29 Iratus autem dominus, ita apud se locutus est, ad exercendam ultionem pro transgressione impietatis: Abscondam a transgressoribus istis faciem meam, non me illis presentem demonstrabo in protectione & custodia, quomodo olim feci, donec mihi essent obedientes: subtraham aliquantulum fauoris mei presentiam, & quasi absens considerabo, quid tandem illis euenturum sit, posteaquam a me derelicti fuerint: videbo ad quantam miseriam & quantam humilitatem deuenturi sint, vbi ego abscondero ab eis faciem meam, vt vel hoc modo discant, quantum accipiant ex mea presentia atque fauore beneficium, sicque vel vexatione dante intellectum, cognoscant quid egerint. 30 Et profecto digni sunt quibus haec faciam, quoniam populus prauus & peruersus sunt isti, & filii rebelles, infideles atque ingrati: non sic erga me fideliter officium seruauit filiorum, quomodo erga illos ego exhibeo patris officium, & paternum monstro affectum. 31 Ipsi me ad iracundiam prouocauerunt: atque offenderunt, in cultu idoli, vel demonis, qui non est, neque dici meretur Deus: & ad iracundiam me prouocauerunt in abominationibus suis, in idolorum cultibus, & sacrificiis suis vanissimis, quae secundum ritum nationum contra legem meam faciunt. 32 Et ego vicissim, vt poena respondeat culpa, eos ad iracundiam prouocabo (hoc est, puniam, voluntati eorum faciendo contraria) in eo qui non est populus: hoc est, per gentes vilissimas, & nullius quasi reputationis, quas ipsi vix populi, aut gentis nomine olim dignati fuerant appellare: puniam eos, populos scilicet prius ab eis contemptos, & despectui habitos, illis proponendo. 33 Ignis ultionis meae exardescit, & iam succensus est in iracundia furoris mei: & non cessabit ardere hic furor irae meae, donec ad nouissimum illos perducatur in ignem inferni: in iracundia mea incipiam eos punire nunc in hoc saeculo, donec postmodum in ignem eos coniciam sempiternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. 34 Ignis iste furoris mei absorbet terram cum germine suo, terram prauaricatorum, & omnes qui sunt in ea consumet: qui ignis montium etiam fundamenta comburet: id est, quantumuis sublimes, potentes, & gloriosos consumet, & penitus quasi usque ad fundamenta comburet. 35 Ego dominus, adducam ex diuersis mundi partibus, & congregabo super eos mala plurima, & plagis diuersis affligam illos, tanquam si e pharetra mea semel vniuersas meas sagittas in illos plenè effunderem: neque erit vlla plaga, qua non feriam illos, vt non videatur restare modus alius quo puniam illos. 36 Nam primum pridem famem maximam, defectumque & penuriam cibiariorum inmittam super illos, qua plaga proculdubio est non minima: \* insuper & gentem velocem atque rapacem a longè adducam contra eos, qui in modum auium rapacium deuorabunt eos amarissimo morfu: id est, interficient crudeliter, & absque vlla misericordia. 37 Immitam in eos dentes bestiarum, homines crudeles, immanes, irrationabiles, & immisericordes, in similitudinem bestiarum adducam eis, qui sua sauitia, & miseranda crudelitate illos perdunt, ad eum modum quo crudeles bestiae solent dentibus suis dilaniare & perdere: \* etiam aduersum eos mittam furibundas & insania exagitas venenatas bestias repentes, atque serpentes super terram: hoc est, gentes pessimas crudelitate & malitia plenas, non aliud quarrentes, quam suam malitiam virus effundere, atque effusione veneni perdere. \* Nonnunquam etiam corporales bestias illis inmittam, simul & serpentes diuersi generis, qui rebelles creaturas rationales puniant. 38 Non erit eis requies, neque in ciuitate, neque extra ciuitatem, neque in domo, neque extra domum. Nam foris, id est, extra domum ciuitatem vel regionem, interficientur gladio, vbi cunq; fuerint reperti ab hostibus suis: intus autem, id est, in ciuitate, vel in latibulis, aut domibus suis, paupor mortis, & timor hostium exercuabit eos: \* ita (inquam) omnes in vniuersum gladius & paupor vastabunt, cuius cunq; conditionis, aetatis, aut sexus fuerint, tam adolecēculos, quam

A  
39 *Et dixi: vbinam sunt cessare faciem ex hominibus memoriam eorum.*

40 *Sed propter iram inimicorum distuli:*

\* *ne forte superbirent hostes eorum.*

41 *Et dicerent, manus nostra excelsa:*

\* *non dominus fecit haec omnia.*

42 *Gens absque consilio est, & sine prudentia:*

\* *vinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.*

43 *Quomodo persequeretur vnus mille, & duo fugaret decem milia?*

44 *Nonne ideo, quia Deus suus vendidit eos, & dominus conclusit illos?*

45 *Non enim est Deus noster vt dii eorum:*

\* *inimici nostri sunt iudices.*

46 *De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ.*

adolescentulas, tam infantes adhuc lactentes, quam homines senes atque decrepitos. Non enim vlli aetati, neque vlli sexui parceret hostium crudelitas. 39 Et dixi ad modum hominis plurimum iracundia exardescens, vbinam sunt prauaricatores isti: digni profecto sunt, si rigorem persequar meae iustitiae, quos funditus deleam, ita vt pereat de terra memoria eorum: digni sunt ob suam nimiam ingratitude, qui ita penitus deleantur de terra, vt nec memoria relinquantur eorum super terram in hominibus, quiq; fiant quasi nunquam fuerint. 40 Licet autem hoc illorum ingrata infidelitas merito exposceret, nolui tamen quantocyus id perficere: sed completionem huius punitionis distuli propter superbam iracundiam, vel iracundam superbiam inimicorum: \* videlicet ne hostes illorum superbirent etiam contra me, sibi ascribendo victoriam, atque de triumpho sibi plaudendo, non meum agnoscendo iudicium. 41 Ne in superbia glorianter dicerent adiuuicem, ecce manus nostra excelsa & gloriosa est in fortitudine, brachium nostrum praepotens est atque praeualidum in quo nos omnes hanc peregrinam victoriam de populo Iudaico: \* & non fecit ista omnia Dominus, sed nos ipsi propriis viribus nostris in multitudine exercitus & fortitudine armorum cuncta peregrinamus. Ob hanc videlicet causam, ne occasionem praerem sic superbe gloriandi aduersariis, ac simul etiam meum nomen blasphemandi distuli, ne penitus deleam populum meum, licet ex se optime hoc suis malis commeritum. 42 Gens stulta est populus iste meus, absque consilio & absque prudentia, non secundum recte rationis iudicium vitam instituens, neque cum prudentia debita quid agat considerans, populus absque sano iudicio est, non attendunt quid aequum ac rectum, quid decens atque conueniens, denique quid sibi utile aut expediens: sed inconsulte & imprudenter nimis, ea eligunt & agunt, quae sibi & summe inutilia sunt, & maxime noxia: \* vtinam saperent, non sapientia carnis, que mors est & inimica Deo, sed sapientia spiritus, sapientia vera, quae desuper est: vtinam intelligerent atque cognoscerent suorum peccatorum magnitudinem & multitudinem, legè ita & omnia quae illis tradita sunt, ad obseruandum ea: ac cum iudicio nouissima prospicerent, tam praemia quam tormenta aeterna haberent ante mentis oculos. 43 Si vel hoc attenderent & intelligerent, quomodo vnus ex hostibus persequeretur mille eorum, & duo ex hostibus fugabant decem milia ipsorum, id est, paucissimi numero hostes maximum exercitum deuicerint: cuius rei vel solius consideratio, merito admonere illos debuisset, quod ob sua peccata omnia illa mala paterentur. 44 Quam enim aliam ob causam ita in captiuitatem venerunt, & subiectionem hostibus suis, nisi quia dominus Deus eorum ob peccata sua tradidit eos, & quasi vendidit in potestatem ac subiectionem hostibus: quia dominus voluit eos in captiuitatem & seruitutem concludere? 45 Nam Deus noster non est sicut dii gentium infidelium, qui de suis cultoribus non faciunt ultionem, neque puniunt eos, si quando offenderint: quoniam potestatem non habent se vlciscendi, aut vindictam vllam faciendi: sed Deus noster populum suum quantocyus arguit & corripit variis plagis, vbi declinare coeperit, nimirum iustus ipse, & potestatem habens exercendi iudicium in populum suum, vbi transgressus fuerit praecipitum suum: \* cuius rei testes & iudices siue comprobatores sunt etiam inimici & aduersarii nostri, infideles principes & populi: qui subinde manum Dei & potestatem eius in seipsis grauissime experti sunt, quemadmodum videlicet Pharaon cum sibi subditis, & alii reges atque populi horum consimiles plurimi, iudicium Dei & potestatem eius in semetipsis euidentissime experti. 46 Ratio autem quare dominus ita illos de populo suo voluit tantis affligere malis, insignis & nimia ipsorum malitia fuit. Nam vinea eorum fuit de vinea Sodomorum, & de locis Gomorrhæ. id est, a similitati sunt vel aequati in peccatis populo Sodomorum & Gomorrhæorum, qui erant peccatores nimis coram domino, & homines pessimi: & cum illos Deus plantauerit vt vineam Soreth, vineam electam, de stirpe Patriarcharum, ipsi propter malitiam suam commutati sunt in vineam pessimam, tanquam si de Sodomitis & Gomorrhæis nati essent, Isaie. 5. hh ii

47 *Vna eorum vna  
fellis:*

*\* & botrus amarissi-  
mus.*

Isaie. 5.

48 *Fel draconum vinu  
eorum, & venenum a-  
spidum insanabile.*

49 *Nonne hac condita  
sunt apud me, & si-*

*gnata in thesauris meis?*

Apoc. 20  
1. Cor. 4.

50 *Mea est ultio:*

*\* & ego retribuam eis  
in tempore: \* ut laba-  
tur pes eorum.*

Psal. 61.

Psal. 74.

Psal. 91.

51 *Iuxta est dies perdi-  
tionis, & adesse festi-  
mant tempora.*

52 *Iudicabit dominus  
populum suum: & in  
seruis suis miserebitur.*

53 *Videbit quod infir-  
mata sit manus: \* &  
clausi quoque defece-  
runt residuique consum-  
pti sunt.*

54 *Et dicent vbi sunt  
dii eorum, in quibus ha-  
bebant fiduciam?*

55 *De quorum victimis  
comedebant adipēs:*

*\* & bibebant vinum  
libaminum*

56 *Surgant & opitu-*

non de sanctis patriarchis. 47 Vna, quas vinea ista producit, amarif-  
sima sunt ad modum fellis, & botros producunt amarissimos. i. fru-  
ctum malum faciunt & opera pessima, qualia faciebant peccatores So-  
domita coram domino: \* & nō vnas dulces aut botros suaves, quales  
proferebat quondā patres eorū. Ita vinea ista alienata à prima radice  
sua, conuersa est in amaritudinē: quæ expectata est vt faceret vnas, &  
fecit labruscas: quæ expectata est vt faceret iudiciū, & ecce iniquitas:  
iustitiam, & ecce clamor. 48 Vinum insuper eorū, id est, doctrina  
qua alios videntur potare, doctrina pessima est, sicut vinū draconū:  
non solum pessimos ipsi faciunt fructus, sed insuper & alios docēt si-  
milia: & est vinum hoc eorū sicut venenum aspidum, quod est insana-  
bile, quo videlicet perdunt animas proximorū, vt sanari nō possint, &  
morte perimunt, vnde nunquam saluabuntur. 49 Hæc omnia an pu-  
tatis me latere, & nō cognoscere ea quæ vos agitis aut dicitis? An nō  
hæc oia diligentissime apud me seruantur cognita, quasi in libro meo  
descripta, & in occulto cognitionis meæ, quasi in thesauris meis con-  
seruata, conclusa & obsecurata: quæ licet nunc, vt clausa seruetur ab-  
scondita, tamen suo tēpore reuelabuntur: quādo veniet iudiciū tēpus  
quando libri aperientur, qui iam sunt clausi, & iudicabuntur mortui  
secundū ea quæ in libris scripta sunt, quando illuminabuntur abscon-  
dita tenebrarū, & manifestabuntur consilia cordium, quando cuncta  
quæ fecerunt homines, adducuntur in iudicium. 50 Vtiq; sunt hæc  
mihi non incognita, & in cognitione mea omnia ista seruantur. Ad me  
nanque spectat iudicium & ultionem facere pro peccatis & omnibus  
quæ inique gesserint homines: ego potestatem habeo faciēdi iudicium,  
& exercendi vindictam in omnes peruersos: \* & ego retribuā vnicui-  
que secundū opera sua, cum tempus aduenit faciēdi iudiciū: cum  
accepero tempus, ego iusticias iudicabo: \* & quidē in impios illos &  
infructuosos homines talem exercebo ultionē, vt nō valeant stare in  
iudicio cum bonis, sed labatur peder eorum, & cadant in profundum  
inferni, quo illos iubebo vnā cum apostataris spiritibus discedere in  
ignē aternū. 51 Et ne quis sibi blādiatur de morē lōgitudine & nimia  
iudicii huius distantia, scitote, quod dies ista perditionis & damnationis  
impiorum propē est ianuis, nec longē adhuc distat, sed quanto cyus  
aderit, citius quā quisquam credat aut existimet: & tēpus illud ad iu-  
diciū definitum, adesse properat, accedit, imō accurrit, imō aduolat  
& plusquā aduolat celerrime, vt longē abesse non possit. Mille enim  
anni ante oculos domini sunt, quasi dies hesternæ quæ praterit, & oē  
tempus celeriter finem habebit: 52 Veruntamen populum suum do-  
minus iudicabit, & faciet pro eo iudiciū, atque erga suos se exhibebit,  
propitiū ac misericordē: quāq; erga infideles seruos & peruersos tam  
tenerum se vltorē monstrabit, semper tamen erga populū suū fidelem  
& obedientē, erga seruos bonę voluntatis, paternū seruat affectum,  
faciēq; pro illis iudicium defendendo illos, & vindicando ab omni-  
bus aduersariis, & misericordiā suam eis ostēdet. Illis etiam qui prius  
rebelles & inobedientes fuerant domino Deo suo, si cōuerti velint ex-  
corde ad dominū, & rursum serui eius fieri ac populus ei, faciet Deus  
pro eis iudiciū contra opprimētes aduersarios, & misericordiā ostē-  
det illis 53 Videbit enim dominus, & attendet miseriam illorum, H  
quomodo videlicet omnis eorum virtus & potestas ad nihilum reda-  
cta sit, vt ultra non valeant suis hostib; quicquam resistere: \* & quod  
illi quoque qui in carcere & captiuitate erant conclusi iam defecerūt,  
prę miseria & afflictione, & quod reliquæ penē in totū cōsumptę sint,  
quod vix pauculę reliquæ relicte sint, ad eō vt nisi domin; exercitū  
relinquat illis semper, sicut Sodoma & similes Gomorrhæ, vt pe-  
reat vniuersa eorum posteritas. 54 Et cum in hac miseria pro sua-  
rum iniquitatum demeritis fuerint constituti, dicent insultantes ad-  
uersarii, vel sic dicef & exprobrabitur impiis à bonis, si qui inuēti fue-  
rint: Vbi nunc sunt dii eorū quos coluerunt, & in quib; habebāt fidu-  
ciam? 55 Quibus sacrificia faciebant & oblationes, neglectis sacrifi-  
ciis Dei vini, & de quorū victimis illis oblati ipsi comedebāt pingua  
quæq; & delicatoria, & adipēs q in sacrificiis Dei vini ipsi cremebātur  
\* & in quorū deorū sacrificiis bibebāt vinū quod libauerāt & obtule-  
rāt illis. 56 Exurgāt nūc dii illi in auxiliū vobis, & opē ferāt positis

*Alentur vobis, & in ne-  
cessitate vos protegant.*

57 *Videte quod ego  
sum solus, & non sit a-  
lius Deus prater me.*

58 *Ego occidam, & ego  
vivere faciam:*

*\* percutiam, & ego sa-  
nabo: \* & non est qui  
de manu mea possit e-  
ruere.*

59 *Leuabo ad cælum  
manū meam, & dicam,  
Viuo ego in aeternum.*

60 *Si acuero vt fulgur  
gladium meum:*

*\* & arripuerit indi-  
cium manus mea.*

61 *Reddam vltionem  
hostibus meis: \* & iis  
qui oderunt me retri-  
buam.*

62 *Inebriabo sagittas  
meas in sanguine, &  
gladius meus deuorabit  
carnes.*

63 *De cruore occisorū,  
& de captiuitate nu-  
dati inimicorū capitis.*

64 *Laudate gentes po-  
pulum eius:*

in tanta miseria, vel in tanta necessitate iam protegant cultores  
suos: si potestatem habent, si quod habentur, sunt. i. dii veri, si saluare  
possunt sibi sacrificantes, quare nunc silent? quare suos cultores non  
defendunt? nō ferunt suppetias seruis suis, tanta calamitate oppres-  
sis: 57 Attendite, & videte, quod solus sim ego Deus vnus & verus,  
& quod prater me non sit alius quisquam verus Deus, qui potestatem  
habeat Diuinam, cum alii omnes dii gentium nec minimum quod  
possint: quod maxime tamen posse debere videntur, si dii veri sunt, vt  
habentur. Ad Deum nanque spectat, suos posse cultores defendere, &  
in aduersarios vindictam facere: quod cum eorum qui dii habentur  
nemo possit, ego autem possim, & cum voluero faciam, videre & co-  
gnoscere merito debetis, quod ego sim solus, & nō sit alius prater me  
Deus verus. 58 Ego nanque potestatem habeo vitæ ac mortis, vita  
& mors sunt in manibus meis: potestatem habeo efficiēdi morte, vel  
temporali vel aeterna, quos voluero, & potestatem habeo viuificandi  
quos voluero, id est, ad vitam perducendi, qui prius in vita non fue-  
rant, vel etiam ad vitam resuscitandi, qui mortui fuerunt: \* possum  
percutere atque vulnerare plagis & verberibus pro meo placito, sicut  
mihi expediens visum fuerit, & iterum sanare percussos ac de malis  
liberare, cum egerint penitentiam: \* & omnino non est quisquam  
qui possit de manu mea eruere eum quem voluero occidere aut percu-  
tere, qui mihi possit resistere, aut me impedire, in iis quæ ego voluero  
agere: omnia quæcunque voluero, & sicut voluero facio, nec est qui  
obstare possit aut impedire, quominus ego exerceam mea iudicia pro  
mea sententia: superiorem alium non agnosco iudicem, potentiorem  
non scio dominum, cuius iudicio aut potestate suspendi vel impediti  
possit exequutio decreti mei. 59 Quomodo solent homines iuran-  
tes leuare manum in cælum, ita ego dominus leuo manum meam ad  
cælum, id est, iuramento loquor & affirmo, dicens, Viuo ego in æter-  
num, & per meam vitam, per memetipsum ( qui in aeternum viuo, &  
vita aeterna sum) iuro, & tanquam firmissimum ac prorsus indubita-  
tum hoc pronuncio. 60 Si acuero, aptauro, & parauero ad vltio-  
nem gladium meū vindicem, sicut fulgur, vt sit quasi fulgur maxime  
penetrans: si rompheam meam vlttricem ego parauero ad celerem &  
terribilem vltionem, quam iandiu vibraui & ostentaui ad terrorem  
delinquentium, cum tandem suo tempore eam cœpero exequutio-  
nem exercere: \* & cum vltrix manus mea conuersa fuerit ad facien-  
dum iudicium, cum iustitia mea conuertetur ad iudicium, & poten-  
tia mea executionem facere voluerit iustitiæ, quæ hominibus in lon-  
ginquum differri videtur. 61 Tunc manifestum fiet, quomodo vltio-  
nem reddam, & vindictam exercebo in aduersarios meos, qui mihi  
infideles & inobedientes semper se prastiterunt, nec me coluerunt,  
neque mihi seruiuerunt vt iustum erat: \* & iis qui me oderunt atque  
contempserunt, sequentes deos alienos, cōtra præcepta mea, tum ego  
retribuam cōdigna sceleribus præmia, nempe pro admisis sceleribus  
aeterna supplicia. 62 Tum ego me ipsum ostendam in similitudinem  
crudelis pugnatoris, cuius sagittæ copiosæ perfunduntur & rubri-  
cantur sanguine interfectorum ab ipso, & cuius gladius plurimorum  
corpora trucidat, sicque carnes veluti deuorat: interficiam tum ego  
plurimos, & damnatione consumam aeterna. 63 Inebriabo (inquam) 2. Tim. 2.  
sagittas meas, & gladium meum commaculabo de sanguine eorum  
quos interfecero: & singulariter de captiuitate nudati capitis inimi-  
corum, id est, de iis quos nudato capite captiuos adduxerunt, & à me  
elongauerunt inimici mei: de iis qui se captiuos teneri permiserunt  
dæmonum laqueis & vinculis, vt me relicto, illorum insequerentur  
voluntatem, & de illis qui se à me abduci atq; alienari per idololatriā  
& abominationes suas permiserunt, captiuitate vtique scelerissima, vi-  
lissima & miserabili: quemadmodum cum in bello victi, capite nuda-  
to in confusiois signum aguntur vincti ante victores gloriantes: de  
hac (inquam) captiuitate nudati capitis quam tenuerunt inimici dia-  
boli, inebriabo sagittas meas & gladium me, um illos videlicet inter-  
ficiendo & perdendo condemnationis sententia. 64 Vos autem, o  
populi gentium, o nationes, quæ olim quasi reprobae habebamini, a-  
liena à testamento & promissionibus Dei, vos laudate, glorificate, &  
magnificate populum domini, beatum dicite populum cuius est do-  
hh iii

minus Deus eius: vos hoc magni aſſimate, quod vetus ille populus vi- g fus eſt parui admodum facere videlicet populum aliquem eſſe popu- lum domini, & dominum eſſe Deum eius: nolite facere ſicut populus iſte ingratus, cui in hoc cantico exprobraui, qui pro nihilo ducentes hoc, videlicet populum eſſe domini, maluerunt fieri populus deorum alienorum: ſed agnoſcite, laudabilem eſſe populū, & beatam gentem, cuius eſt dominus Deus eius, & cui⁹ Deus Iacob adiutor eſt: \* idcirco (inquam) populum eius laudate, & hoc magnificate, eſſe populum do- mini, quoniā ipſe deſenſor eſt & vltor populi ſui, faciētq; vindictam de aduerſariis ſeruorum ſuorū: & aduerſum illos ſe opponet, qui que- ſierint opprimere ſeruos ſuos, eorūq; effundere ſanguinem: & ſi ef- fuderint, ſi occiderint, nequaquā tantam impietatem ipſe patietur in- ultam. 65 Et vindictam faciet in hoſtes populi ſui atque ſeruorum ſuorum, quod non poſſunt facere dii alii, niſi hic ſolus viuus & verus Deus, & omnipotens dominus: \* terrā autem populi ſui erit ſemper propitiuſ, a populo ſuo, ( quicunq; tandem fuerit, ſiue Iudeorum ſiue gentium) qui illum coluerit, nunquā auferet miſericordiam ſuā: ſed permanſurus eſt cum eis vſque ad ſæculi conſummationē, ſemper curam habiturus de cuſtodia & ſalute ſeruorum ſuorum: vt de eo aut eius fide nemo hēſitare debeat, ſed hoc tantum omneſcurare, vt ei de- bitam præſtent fidem & obedientiam, caueant autem ab omni malitia & inobedientia, ob quā in hoc cantico ex Dei præcepto, præuarica- toribus Iudeis ira ſum comminatus, præſtiturus autem obedientiam gentibus bona denunciaui ex ore domini. Amen.

Pſal. 32. \* quia ſanguinem ſer- uorum ſuorū vlcifcerur. Pſal. 143. Pſal. 147.


65 Et vindictam retribuet in hoſtes eorum: \* & propitiuſ erit terra populi ſui.

ARGUMENTVM. IN CANTICVM trium puerorum Hebræorum, cuius initium, Benedicite omnia opera domini.

Deut. 3. E X historia libri Danielis cognoſcimus, quid tribus viris captiuitatis filiis Hebræis Ananæ, Azariæ, & Mithæli (quos, mutatis nominibus, Nabuchodonosor rex Babylonis appellauerat Sidrac, Miſac, & Abde- nago) acciderit in Babylone, quomodo videlicet contempt⁹ regis præcepto de adoranda aurea ſtatua, ex ſententia furibundi principis, in ignis ardentis fornacem fuerint coniecti: ſed Dei gratia (ob cuius fi- dem regi reſtituerant) liberati, ſalvi exierunt, & abſque omni nocimento, ita vt nec pilus de capite eorum ignis virtute deperiiſſet. Insuper & tantam illis Deus contulit gratiam, vt ignis ardore verſo in teporem roſis, in medio camini, tanquam in templo Dei, canticum iucunditatis ſuo liberatori canerent, omnem creaturam ad Dei laudē inuitat⁹, a ſupremis angelicis ſpiritibus & celeſtibus corporibus, per media quæ in aere de ſuper gignun- tur, ad inferiora deſcēdentes, quæ in terra, & quæ in aquis ac ſuper terram habitant, donec tandem ad homi- nem tanquam ad vltimum omnium corporaliū ſinem, deueniant: vbi peculiariter populum domini electum & ſanctos eius, ac nominatim ſeipſos ad laudem adhortantur eius, qui ſua benigniſſima miſeratione & potentiſſima virtute erga ipſos ſigna innoſcat antiqua. Hoc autem canticum, licet apud Danielem ita legamus deſcriptum, vt per ſingulos verſus replicetur, Laudate & ſuperex altate eū in ſæcula: vel, laudet & ſuperex altet eum in ſæcula. Ecceſtifica tamen conſuetudo, ſecundum quam in officio laudum matutinalium hoc canticum vtimur, non per ſingula id replicat, niſi in principio, & vbi terra inuitatur ſub perſona tertia, ſimiliter, & Iſrael, ac tandem verſu vltimo, vbi nominatim ſeipſos ad laudem inuitant, dicentes, Benedicite Anania, &c. In reliquis autē duo ſimul diuerſa connectimus. Quem etiam modum nos in Elucidatione, & locato ex aduerſo cantici textu ſeruauimus. Et quoniam frequens admodum, imò quotidianus ferme huius cantici eſt vſus Ecceſtasticis viris, idcirco prolixiore aliquanto in ſingulis facimus morā, quid in vnaſquaque creatura pro laudis materia poſſit aſſignari, pacis indicantes: quorum etiam pleraque multo plenius in libris de conſideratione rerum naturalium, ad Dei gloriam hoc ipſo anno per nos editis ſuis locis tractauimus.

ELUCIDATIO IN CANTICVM TRIVM puerorum Hebræorum.

1 Benedicite omnia opera domini domino:



\* laudate & ſuperex altate eum in ſæcula.

Pera omnia quæcunq; fecit Deus, iuxta magificen- tiam ſuam, ſiue in celo ſurſum, ſiue in terra deorſum, atque in profundis terrarū & marium, benedicite & laudate iuxta modum naturæ veſtræ dominū Deum creatorem veſtrum, cuiusque magificentiam & glo- riam iuxta conditionem veſtræ naturæ teſtemini, ac velut proclamate, qui vos ſecundum ſummam potentiam ſapientiam & bonitatem ſuam creauit, & quidem omnia valde bona, vt me- rito ab omnibus ſuis creaturis debeat laudari: \* laudate (inquam) creaturæ omnes, & quantum poteſtis exaltate, atque iterum exal- tate eum in ſæcula, laude ſempiterna collaudate illum, vt dignus eſt,

2 Benedicite angeli do- mini domino:

\* benedicite cali domi- no.

3 Benedicite aquæ om- nes, quæ ſuper cælos ſunt domino:

\* benedicite omnes vir- tutes domini domino.

4 Benedicite ſol & lu- na domino:

\* Benedicite ſtella ca- li domino.

5 Benedicite imber & ros domino:

\* Ipſum quoque qui eſt in ſæcula benedictus Deus æternus, laudate: & quantum valetis, ſupereleuate ſuper omnia. 2 In primis autē vos, o nobiles ſpiritus, angelicæ creaturæ, laudate dominum Deum, nō ſo- lum ſecundum naturā veſtrā ſubſtentiā, verū etiam per intellectum & affectum, quibus duabus nobiliſſimis potentiis eſtis prædit⁹: illius agnoſcentes beneficia, & pro viribus gratias agentes, laudēsq; referen- tes illi, qui vos tā nobiles fecit eſſe creaturas, vt primi ſitis dignitate in ordine omnium creaturarū: qui etiā vos à lapſu ſua gratia præſerua- uit, cū rudentibus inferni de celo detraherentur apoſtatici ſpiritus, & ipſi eiſdem vobiscū naturā, ne ſimili auerſione ab eo ſepararemini: ac poſt ita in gratia & gloria viſionis ſuę firmavit, vt imperpetuū amodo ſeparari ab eo, aut ab eius ſclicitate vlla ratione excidere non valeatis: \* ſecundo autē loco, & inter creaturas inanimatas loco primo, vos o celeſtia corpora, laudate dominū: vos o cali omnes, quos Deus mole ampliſſimos, & ſecundū naturam incorruptibiles, itēque impaſſi- biles fecit, nouiſſimiq; corporeis qualitatibus perfecit in veſtra nobilitate, qua ceteras omnes inanimatas præcellitis creaturas, laudate Deū a quo procedit quicquid eſt in vobis excellentiæ & præcellentiæ.

3 Specialiter verò aquæ quæ ſuper cælos ſunt, cælum aqueum, ſiue cryſtallinū, quod ſuper firmamentum eſt, ac cælos aliorū planetarum a Deo conditum, ac ſingularibus qualitatibus aliorū aſtrorum quali- tates cōtemperandas, prouidē a Deo formatum, lauda dominum, qui te ita ſuper firmamētum cōſtituit, eoque diuiſum eſſe voluit ab aquis quæ ſunt ſub firmamēto: \* & vos, o celeſtes ſpiritus, motores horū ce- leſtium orbium, quorū miniſterio & virtute vtitur naturæ gubernator Deus, ad calorū continuum & regularem motum, laudate domi- num Deū veſtrum, ex cuius iuſſu hoc fungimini miniſterio, ſiue offi- cio, tantam vtilitatē ex Dei præcepto præſtantes hominibus, atque ad- deo vniuerſis viuētib⁹ & creaturis inferioribus, quæ abſque celorum motu nequirent cōſiſtere. \* Item & virtutes omnes celeſtibus corpori- bus a Deo indite, & influentię varię, quibus influēt cæli in omnia in- feriora, laudate dominū a quo proceditis. 4 Singularem etiam lau- dē Deo adſerte vos, o duo magna luminaria, quæ præ ceteris lumina- rib⁹ in cælis creauit, luce & efficaciam virtutis inſigna: vos (dico) ſol & luna: ſol quidē vt poſitus a Deo in poteſtatem atque dominium dei: cuius tanta eſt ſuper hęc inferiora virtus, vt ipſius acceſſu atq; reſeſſu res inferiores generentur, & corrūpantur eius aduētū omnia, reuereſ- cant atq; reſſoreant, eius abſceſſu omnia cōtridentur, & emoriantur: qui totum terrę hemiſpheriū, cui apparuerit, mirabiliter ſuo fulgore colluſtrat, hac in re patentiſſimā diuinitatis gerens imaginem, & refe- rens ſimilitudinē: luna verò, vt facta in poteſtatem atque dominū no- ſtris, quæ ſimiliter ſua admirabili, & tamē ordinatiſſima mutatione, di- uerſimode illuminata, nunc ſecundū partem ſuperiorē, nunc ſecundū inferiorē, nunc ſecundū lat⁹ vnum, nunc ſecundū lat⁹ alterum, ac iuxta varios ad aſtra cetera reſpect⁹, mirabiles operatur in his inferioribus effectū diuerſitates: cuius etiam tractu maria creſcūt, ac deſceſ- cunt, itēque fluunt ac refluunt, oſſium quoque medullę augentur, ac minuantur ſecundum pleniluniū & nouilunium, & omnino multa eſt eius in his inferioribus efficaciam: \* ſtelle quoque, & omnia aſtra cæli domino benedicite, qui vos præ ceteris calorū partibus ſpeciali luce donauit, vt cælum veſtro pulcherrimo fulgore, quaſi variis depictum ſoſculis, adornetis: vt terrā per noctē illuminetis, & effectus quos no- uit Deus ſingulares, in inferioribus opere mini: ipſum laudate dominū Deum veſtrum, qui vobis hanc donauit claritatem atque virtutē, qui vos fecit & magnitudine mirabiles, & multitudine innumerabiles, adeo vt ſolus ipſe veſtri nouerit multitudinē, ſicut & ſingulas poteſt voca- re nominatim: magnitudine verò inſtitimabiles & immenſurabiles, vt vix credere poſſint homines, quanta ſitis magnitudinis, cum tamē vix aliud quā puncta humanis oculis videamini. 5 Poſt hęc autem ce- leſtia, impaſſibilia & incorruptibilia corpora ad inferiora traſcētes, quæ in ſupernis generantur, ad Dei laudē ſuo ordine inuitare volumus, priuſquam ad infima deſcendamus. Itaque vos, o imber, ſiue pluuiā, & ros ( quæ ex vaporibus ſurſum virtute aſtrorū eleuatis generamini in regione aeris, ac deinde ſuper terrā ad eam ſecundandam ex Dei in- ſtitutione deſcenditis) dominū Deum veſtrū laudate, qui vos pro ſua

2. Petr. 23

Genef. 1.

Pſal. 135.

Ibidem.

Pſal. 146.



\* *benedicite omnis spiritus Dei domino.*

Pfal. 134.

6 *Benedicite ignis & aestus domino.*

Hebr. 12.

\* *benedicite frigus & aestus domino.*

Sapient. 8.

7 *Benedicite rores & pruina domino:*  
\* *benedicite gelu & frigus domino.*

8 *Benedicite glacies & niues domino:*

\* *benedicite noctes & dies domino.*

9 *Benedicite lux & tenebra domino:*

\* *benedicite fulgura & nubes domino.*

Pfal. 133.

10 *Benedicat terra dominum, laudet, & superexaltet eum in saecula.*

voluntate, vbi voluerit, oriri facit ad vtilitatem terrae nascendum: \* omnes quoque venti & flatus, in quacunq; sitis diuersitate, e quacunq; proficiscamini regione, cuiuscunq; sitis qualitatis, laudate dominum Deum qui vos producit quasi de thesauris suis, vt vix percipi possit, vnde veniatis, aut quod proficiscamini, qui vos de visceribus terrae educit, & per aere circum terras modis variis moueri iubet. 6 Lauda dominum: o ignis, creatura pulchra, candida, rubicunda, lucens & flagrans, miri quoque in agendo roboris, & ad assimilandum tibi quicquid in aetheris potentissima, multum item valens ad immunda purgandum, mala conlumendum, & species diuersas separandum: in quibus omnibus admodum pulchre cum tuo creatore conuenis, qui & ipse ignis consumens est, purgans atque perficiens. Itē & aestus, siue ardor, & calor, qui semper igni es coniunctus, lauda dominum: per cuius ministerium, agunt ignis & sol, cuius virtute sunt miranda: \* insuper frigus siue hyems, quod est frigoris tempus, & aestus, laudate dominum: qui mirabili & terris vtilissima comoditate disposuit, vt vobis inuicem succedatis ordine congruo, vt neque semper frigus sit, neq; semper aestus, sed per quatuor anni partes, qualitibus diuisis, in vere calor sit remissus ad initia frugum, in aestate, calor intensus ad decoctionem fructuum terrae in autumno, frigus remissus, ne subitaneo nimio frigore radices terrae nascendum, & semina absumatur & pereant: in hyeme verò frigus intensus, vt missa in terram semina, cum fuerint bene congelata atque mortificata, postmodum vere redeunte, fructum multum afferant: atque vt arboribus ipsis & caeteris fructiferis calore interno ad radices confluent, ob circumstantem intensum frigus quasi vires reparentur, ad iterum frondes, flores, & fructus emittendos suo tempore. Siquidem vniuersis omnibus, non multo minus necessarium est frigus hyemis, quam calor aestatis. Propter quod haec omnia sic prouide disposita à Deo, summam illi canunt gloriam, qui disponit omnia suaviter. 7 Benedicite domino rores & pruina, quae ex nube aquea non multum eleuata generantur, quasi in aere regione infima, ita vt si aquae guttulas illa vertatur, sit ros: si verò congelatio fiat ante conuersionem, habeatur pruina: quae magis fit in tempore frigidore, quae admodum ros in suauitate & temperato veris nocturno frigore: \* benedicite domino etiam gelu, per quod mirabili modo aqua ex se alioqui fluida, stringitur & conpingitur, vt non dilabatur ab inuicem partes, manente tamen eadem aquae specie: & frigus, quo talis fit congelatio. 8 Benedicite insuper glacies, siue grandines, & niues domino: quae in supernis locis aeris generantur, ex vaporibus aqueis sursum eleuatis atque condensatis in nubem: quae si post conuersionem in aquam, ob nimium frigus superueniens, per guttas aqueas congelatur, grando habetur: si verò ante conuersionem nubis in aquam, nubes ipsa ob frigus nimium congelatur: nix descendit, quae sua albedine maxima nimium frigoris euidentis perhibet testimonium, quae quia aqua non fuit, nisi secundum preparationem materiae, idcirco difficiliter dissoluitur, aut in aquam resoluitur, quam grando: quae aqua fuit, & tantum aquae guttulae sunt gelu constrictae: \* noctes quoque & dies benedicite domino, quae vobis inuicem ex ordinatione quotidie succeditis, vt post diem (quam solis super nostrum hemisphaerium efficit praesentia) succedat nox, quam facit solis absentia; quae diuersitas sic à Deo prouide ordinata est, propter vtilitatem fructuum, & maxime propter quietem animalium, vt per noctis tempus quiescendo vires reparant diurnis operationibus defatigatas. 9 Benedicite domino lux & tenebra, quae sunt luminis priuatio: quarum illa diem facit, istae noctem, vtraque mortalibus apta, quoniam in luce illuminantur & viuificantur omnia, per tenebras autem sub dulci & necessario continentur silentio: \* benedicite etiam domino fulgura, quae mirabiliter apparetis ad terrorem hominum, generata ex vehemēti concussionē, vel impetuosa disruptione nubium, quibus subinde Deus ad ultionem vtitur impiorum, siue ad terrorem eorum, item & nubes omnes, quas ab extremo terrae, siue à terrae superficie Deus educit, vt ex ipsis praedicta omnia, nempe pluuia, imber, ros, pruina, grando, & nix gignantur, 10 Iam verò à supernis descendentes in infima, te imprimis, o terra (quae est firmata à Deo super aquas, & fundata, vt non moueatis in saeculum) ad laudem tui creatoris hortamur, vt eius laudes, & efferas laude sempiterna, qui te ita creauit, & solidam tibi stabilitatem loci dedit, ac veluti totius mundialis machinae cen-

A

11 *Benedicite montes & colles domino:*

B

\* *benedicite vniuersa germinantia in terra domino.*

12 *Benedicite fontes domino:*

\* *benedicite maria & flumina domino.*

13 *Benedicite cere, & omnia quae mouentur in aquis domino:*

\* *benedicite omnes vobis lucres caeli domino.*

14 *Benedicite omnes bestias & pecora domino:*

\* *benedicite filij hominum domino.*

trum, immobilem constituit, vniue ex elementis omnibus requiem à motu dedit, quum agitemur, & fluant caetera elementa, ignis, aer, & aqua, nec vnquam habeant à motu requiem: tu autē sola immota persistis, & immobilis solius Dei beneficio. Te etiā in principio aquis circumdatā tertio die aquis nudauit ex magna parte, vt apta fieret habitatio animalium, & fecunditatem dedit tibi mirabilem, atque ornatum varium, vt germinares herbam virentem, & ligna pomifera diuersorum generum produceres: in quibus omnibus multa tibi est diuinæ laudis materia. 11 Mōtes & colles, eleuationes in terra tam maiores quam minores, benedicite domino, qui ita ad terrae nascendum commoditatem, quaedam terrae partes voluit esse eleuationes praeter ceteris, quas magis ex directo radiorum solarium aspectus cōtingeret: subtus autem valles locauit, & loca demissiora constituit, ad quae velut ex obliquo à montibus, radiorum solarium ictus defleceret: vt illic quidem commoditatem habeant locum terrae nascendum illa quae fortē requirunt solis contactum, & calorem ardentem, quem admodum vinea & huiusmodi: hic verò locum acciperent sibi magis commodum, illa quae minorem exposcunt calorem, nec ferunt intensum, cuiusmodi sunt triticum, hordeum, & similia: \* denique in vniuersum omnia quae germinant in terra, omnes herbae virentes, & ligna pomifera, aut alia quaecumque de terra fecunditate nascuntur, laudate domino creatori vestro: qui suae infisionis verbo, quaedam quidem vltro, alia verò cultura & diligentia adhibita: & de iacto in terram semine, aut plātato ramusculo, haec omnia de indita terrae fecunditate facit procedere. 12 Benedicite domino fontes aquarum, qui modò mirabili de terrae visceribus absque cessatione, tam per diem, quam per noctem, aquas copiose praebetis, multis modis humano aptas vsui, idque per annos plurimos & multa saecula, absque vlllo vnquam defectu aquarum, adeo vt aestimare non sufficiat humanum ingenium, vnde tam indeficiens aquarum copia queat procedere, & quomodo non vel tandem exhauriamini post tantam euomitam aquarum abundantiam: \* benedicite domino cōgregationes aquarum quae appellauit Deus maria, quae creata estis ab initio: quando iussit Deus, vt congregarentur aquae in locum vnum, vt appareret arida. Item & flumina aquarum, cōgregationes minores, quae ex fontibus vel vno vel pluribus habetis vestri fluxus exordium, quorum quaedam magna sunt valde, profunda, & lata, alia mediocria, alia minima, iuxta fontium à quibus oriuntur magnitudinem, vel multitudinem: quae flumina percurrētia terrae, regionem à regione diuidunt, & per ciuitates ac pagos transēntia, maximo sunt hominibus & iumentis solatio, vt pote sine quibus penitus perdurare non possit hominum eohabitatio: per quae etiā ratibus nauigantes homines, ad inuicem mercibus communicant, & quasi mutuum defectum regionis diuersae supplet: vt quod huic deest loco, illi per fluminum ministerium abunde suppleatur. 13 Laudate dominum cere gratia, nata tiliā molis immensa; quae à principio fecit Deus, vt inhabitaret abyssos marium: simul & omnia quae in aquis nascuntur, pisces maiores atque minores, quorum sunt plurimae in aquis species, adeo vt certo numero comprehendere nequaquam possint, multo etiam minusquam species illae animalium quae reperiuntur in terra: \* benedicite dominum omnes aues quae volatis in aere, maiores atque minores, vnaquaeque in specie, atque natura sua plumis & penis à Deo donatae, quibus celerrime moueamini per aera, siue sursum, siue deorsum, siue dextrorsum, siue sinistrorsum, quocumque visum fuerit: celeritate volatus in aere longē excedentes pisces in aquis natantes, & animalia super terram gradiētia, quem admodum & habitationis locum sortiti estis sublimiorē illis. 14 Insuper bestiae omnes tam syluestres quam domesticae, tam cicures quam indomitae, laudate dominum, qui vestra speciem creauit sexta die distinctionis rerum, post formatos pisces & volatilia: die sexto dixit vt produceret terra animam vniuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terrae secundum species suas: \* omnium autem nouissime ad laudem creatoris inuitam filios hominum: id est, speciem humanam vniuersam. Siquidem homo opus nouissimum Dei fuit, quem post omnia consummata voluit Deus formare ad indicandum ipsum esse aliorum omnium corporalium prius conditorum finem, propter quae facta essent omnia. Quem etiam omnibus aliis corporalibus prius conditis multo nobiliorē & digniorem fecit, ad imaginem & similitudinem suam formans eum:

CANTICVM

Pfal. 8.  
Gen. 1.

15 *Benedicat Israel dominum: laudet, & superexaltet eum in secula.*

Hebr. 5.

16 *Benedicite sacerdotes domini domino:*

\* *benedicite serui do-*

Ioan. 4.

Prou. 23.

Matt. 15.

Esai. 29.

Eccle. 15.

Pfal. 32.

17 *Benedicite spiritus & anime iustorum domino:*

\* *benedicite sancti & humiles corde domino.*

18 *Benedicite Anania, Azaria, Mizael domino: laudate & superexaltate eum in secula.*

duabus potentiis nobilissimis, intellectu & voluntate, illi cunctis corporalibus preferens, & ex hac parte, quantum ad spiritum, penè coequans angelis: cui etiam omnia subiecit sub pedibus, ut terram sibi subiceret, & præflet piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis quæ mouentur super terram. Quas ob causas hominem ita constat plus cæteris omnibus Deo esse deuinctum ad laudem illi & benedictionem iugiter persoluendum, non solum ut cateræ creaturæ secundum suæ naturæ essentiam, verum etiam modo peculiari, secundum intellectum & voluntatem. 15 Peculiari tamen modo inuitandi veniunt ad Dei laudem illi qui sunt de populo domini, verus Israel secundum spiritum, populus fidelis agnoscens dominum Deum suum, ei que obediens, qui dominum Deum suum laudare debet, & quantum potest, laudare laude sempiterna: à quo tanta susceperunt maximæ charitatis beneficia, propter quos à peccatis, damnatione mortis, & iugo diaboli redimendos, caro fieri, & in cruce morte turpissima voluit mori, ut sua passione auferret peccata mundi, & sua morte nostram mortem destrueret, vitamque resurgendo repararet. 16 Inter eos verò qui sunt de populo fidelium & electorum, laudibus domini insistere debet peculiarius sacerdotum ipsius, quos sibi elegit & assumpsit ex hominibus, ad offerendum dona & sacrificia pro peccatis populi, & peragendum in templo Dei omnia quæ ad ipsius cultum spectant legitimè: hos decet pro omnibus vacare sanctis Dei laudibus: \* & omnes qui seruitio Dei specialius addicti sunt ad peragendum quæ ad illius cultum immediatius spectant, curate recte vestro fungi officio, cum timore & tremore persoluite vestra ministeria, vnusquisque in gradu & ordine suo. 17 Spiritus, siue animæ hominum iustorum benedicite domino, qui spiritus est, & non caro, & ab iis qui adorant eum vult in spiritu & veritate adorari, quippe super omnia sibi cor præberi postulat, & de corde puro, ac conscientia non ficta gaudent laudari, pro minimo, imò pro nihilo reputas, labiis honorari, vbi cor defuerit: \* Denique, in vniuersum omnes sancti & humiles corde, laudibus celebrate dominum. A talibus enim, id est, rectis & humilibus, laudari postulat, & talium laudes habet acceptas. Nam peccatoris laudes non postulat, quoniam non est speciosa laus in ore peccatoris. Rectos autem decet laudatio. 18 Postremo omnium, nos ipsos quoque huius canticæ authores, nominatim ad Dei laudem adhortemur, ne postquam vniuersum creaturarum ordinem ad Dei laudes exci-tauerimus, soli ipsi tam pulchro desimus certamini. Nos itaque Hebraei iussu regis in fornacem missi, ob contemptam idololatriam, Dei autem gratia ob fidem ei seruati in medio ignis, quasi in medio roris cum quarto quasi Dei filio, in consolatione residentes, quibus nomina sunt, Ananias, Azarias, & Mizael, benedicamus domino Deo nostro, qui non derelinquit sperantes in se: sed in nobis ostendit admirabilem, tum potentiam, tum misericordiam suam, qui nobis tam potenter innouauit sua mirabilia, quæ olim faciebat pro patribus nostris: nos ipsum laudemus & superestheramus præconiis, quantum possumus, in omnia secula: quomodo dignus est omnem accipere gloriam, honorem, & benedictionem in secula seculorum. Amen.

DEO VNI ET TRINO, PATRI INGENITO,  
filio vnigenito, & spiritui sancto paraclero, pro laboris huius consum-  
matione, sit laus, honor, & gratiarum actio in omnia secula. Amen.

# ANNOTATIONES


EX HEBRAEO ATQUE CHAL-  
DAEO IN OMNES PSALMOS, QUIBUS

*in vnoquoque psalmo distet originalis lectio He-  
braea à nostra vulgata Latina, demonstratur.*

*Diversorum quoque ex Hebraeo interpre-  
tum, varia versiones explanantur. Per*

*fratrem Franciscum Ti-  
relmanum Has-  
sellensem.*





Emo, cum in sequentibus multum subinde diuersam inuenerit Hebraicam lectionem à nostra vulgata Latina, conturbari debet vel offendi, sic vt de lectione nostra vulgata sinistrè iudicet, aut quasi suspectam, & non veram aspernetur. Non praua enim temeritatis, neque vulgata foret audacia, ea qua tantis retroactis seculis à maioribus nostris, tã Graecis quàm Latinis, habitã suere in summa auctoritate, tam leui ratione contemnere aut vilipendere. Primum enim illud considerandum est, bonam partem istarũ, quæ videntur, aduersitatem magis in verbis esse, quàm in sententijs. Nam fit nõ raro, illic etiam vbi prima facie nihil videtur esse conuenientia, post introspectam penitus vtrunque lectionem, & alteram cum altera diligentius collatam, vt sententia prorsus eadem inueniatur: & qua obiter tantum considerata plurimum videbantur dissidentia, post exactiorem pensulatione eadem in bonã concordiam minimo negotio reducantur. Neque minus rarum est, Hebraicam dictionem polysemam, id est, varie significationis (quã vulgo æquiuocam appellant) occurrere. Vnde fit, dum nostra interpretatio significationem vnã, alia aliam praelegit, vt translationũ varietas oriatur. Notũ qui Hebraeos literas vel à limine salutarunt, & Hebraica Biblia vel à longè inspexerunt, quàm frequenter in sermone Hebraeo id vsu veniat, sic diuersas ex æquiuocatione verborum sententias educere. Denique etiam si talis alicubi occurrat locus, in quo lectionem vulgatam, neque secundum æquiuocationem possis ex Hebraeo elicere, neque in eandẽ cum Hebraica lectione sententiam reducere, ne sic quidẽ vultum debes auertere, si non spiritum Dei velis despiciere: qui quã ob causam tales diuersitates Ecclesie vel admiserit, solus ipse nouit, cui nemo est à consilijs. Hoc tantum breui verbo accipe, sanctos Apostolos iuxta nostræ vulgatæ lectionis sententiam aliquoties ex Psalmis loca citare, quæ in Hebraeo secus haberi est manifestum. Duo tantum impræsentiarum ex multis exemplis proferimus. Paulus Apost. cap. 10. Epistola quam scripsit Romanis, ex Psalm. 18. hoc citat testimonium: In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. Non sic autem in Hebraeo legitur. Nam pro sono, dictio *Kau* ponitur, quã Hebraei dicunt significare cursum, vel lineam, vel regulam, vel directionem, vel perpendicularum, vel architectoniam, aliaque huiusmodi: de quo vide in sequentibus suo loco. Paulus tamen manifestissime sonum adducit omnibus exemplaribus concorditer attestantibus, Latinis atque Graecis. Græcè enim *φωνή* legitur quod iudubiè sonum significat. Alterum exemplum habes cap. 10. Epistola ad Hebraeos, vbi ex Psalm. 39. Paulus hoc citat testimonium, In capite libri scriptum est de me, &c. Hebraica autem lectio pro capite volumẽ habet: In volumine (inquit) libri scriptum est de me, quomodo ex Hebraeo concorditer omnes vertunt interpretes. Nemini verò est dubium, amplius aliquid esse in capite libri, quàm in volumine libri. Item quod ex eodem Psalmo citat Paulus: Corpus autem aptasti mihi, non sic in Hebraeo legitur: sed, Aures fodisti mihi, vel perforasti. Super his te paucis, benigne lector, volui pramonitum, antequam in sylvam ingredi faterer subsequenter, ne nostra diligentia tibi non iusta fieret occasio contemnendi quæ summa veneratione prosequitur Ecclesia, & spiritus Dei. Bene vale Philochriste lector, & nostros labores sanctis tuis precibus adiua & consolare.

**V**ersu primo, Et in cathedra pestilentia non sedit. Pro cathedra pestilentia, ex Hebraeo vertitur cathedra derisorum: quod secundum rem non ita multum dissonat à communi lectione. Qui enim prauos se doctores exhibent: quid aliud quã illudunt, derident, atque misere decipiunt sibi credentes: quibus veritatem & viam rectam pollicentur, cum nihil præstent minus. Possent tamen derisores intelligi, etiã quantum ad Deum. Vere enim illuso res sunt maiestatis Dei, & irrisores gratiæ eius, quicunq; eius mandata transgrediuntur. Specialiter autem hypocrite, cuiusmodi erant scribæ & pharisæi, & cuiusmodi sunt etiã nunc falsi Christiani: qui cum ore cõfitentur se nosse Deũ, factis negant, manifeste se irrisores Dei cõmonstrant. Beatus autem est, qui in huiusmodi irrisorum cathedra non confederit. ¶ Versu. 5. Sed tanquam puluis. Vocabulũ Hebraicũ quod pro puluere ponitur, ait Felix nõ proprie puluere significare, sed leuissimum illud purgamentum, quod, dum triticum ventilatur, in altũ à vento eleuatur & circumuoluitur, aut paleã minutissimam. Quidã virtutem ventiliatur, in altũ à vento eleuatur & circumuoluitur, aut paleã minutissimam. Quidã virtutem quisquiliæ; alii glumã. Cõueniẽtia omniũ est in re minutissima, leuissima & vilissima, quæ fit nulliõ poderis. Huiusmodi enim sunt impii. Et quantum abest leuis puluisculus, vel quisquiliæ, vel gluma ab arbore, tantũ impii distant à iustis. Ceterũ, illud à facie terræ, hebræa nõ habent, sed tantum, quem proicit vetus. i. quæ agit aut propellit ventus, quemadmodum Felicis habet translatio. ¶ Versu. 6. Neque peccatores in concilio iustorum. Ex Hebraeo fit manifestum concilium hoc in loco non debere scribi per s, sed per c: licet superius versu. 1. e contrario debuerat scribi per s, non per c. In Hebraeo enim habetur pro concilio, dictio adah, quæ significat congregationẽ, ceterũ siue concionẽ, hoc est concilium. Vnde beatus Hieronymus & Felix, pro concilio verterunt congregationem.

## IN PSALMUM SECVNDVM.

**V**ersu. 3. Proiciamus à nobis iugũ ipsorum. Pro iugo vertit beatus Hieronymus laqueos, alii funes. Felix tamen nobiscum iugũ seruat, nec vertit aliud. Sententia autem in his eadem inueniri potest: siue versum istũ (iuxta supra posita in annotationibus principalibus Psalmi) tanquã à fidelibus dictũ accipiamus, qui laqueos & funes eadẽ nunc appellant, quæ in priori parte vincula, nimirũ erroneas sententias & iniqua iudicia, quibus sunt impliciti increduli, quos & Apostolus ait captiuos teneri diaboli laqueis ad ipsius voluntatẽ. Hos enim laqueos à se proicere volunt boni ac fideles, vt non similitur ab illo tyranno male captiuo teneantur. Siue ex persona infidelium ista accipiatur dicta, qui sanctissimas Christi fidelium leges, præcepta & cõsilia, vincula & laqueos appellant: quemadmodũ & hodie Antichristi nostri (qui multi sunt valde) impudenter asseuerant. Hos autem (vt ipsi vocant) laqueos siue funes, increduli per rebellionẽ seinnicẽ adhortantur abiicere. ¶ Versu. 6. Ego autẽ constitutus sum rex. In Hebraeo non per verbum passiuum fit sermo, sed per verbum actiuum, hoc modo, iuxta Hieronymi translationẽ, Ego autem vnxi regem meum super Sion montem sanctum meum. Atque ita videtur vox patris esse de filio loquentis. Nos autem per passiuum habemus, quasi vocem de seipso loquentis filii: Ego (inquit) constitutus sum rex ab eo super Sion. Neque est in re vlla diuersitas. ¶ Versu nono, Reges eos in virga ferrea. Verbum Græcum poemans *παλαστήριον*, pascere potius quàm regere significat & (vt plenius exprimat) pastoraliter regere: quemadmodum & beatus Hilarius in hunc locum diligenter annotauit: quod verbum & aliã nonnunquam, cum de Christo in modum pastoris in bonam partem fit sermo, solet vsurpari: velut ibi, Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Vnde regimen istud, de quo nostra lectio loquitur, accipiendum est ad eũ modum quo pastor regit oves, in bonũ, quod est pascere. Atque ita etiam ex Hebraeo vertit beatus Hieronymus, Pascet eos in virga ferrea. Et iuxta hanc lectionẽ, oportet primam partem versus de bonis intelligi, secundam de malis: debetque relatiuum eos priori loco positum, ad alios referri, quàm in secundo: sicut in Elucidatione manifestum est videre. Nisi etiam secundam partẽ quis malit iuxta sensum in annotatione demonstratum in bonum intelligere. Alii autem pro reges vertunt conteres. Iuxta quam lectionem, eadem vtriusq; partis sententia foret: essetque secunda, tantum maior expressio prioris. ¶ Versu. 12. Apprehendite disciplinã. Vbi nostra lectio habet, Apprehendite disciplinã. Hebræa lectio admodũ fecunda est, & modis variis reddi potest. Hieronymus enim vertit, Adorate pure. Felix vertit, Osculamini filiũ, vel amplexamini filium, vel adorate filium. Verti etiam posset, Osculamini disciplinã, vel munditiã, siue amplexamini, apprehendite, suscipite illã, aut etiã armamini ea. Omnium autem horum, neque incommoda neque iucunda neque difficilis intelligentia est. Debemus enim filiũ patris osculari, & amplexari. id est cum honore debito suscipere, non vt infideles abiicere: debemus in super disciplinã salutaris fidei eius, & munditiã vitæ ac conuersationis bonæ, quã ipse nos docuit, osculari, amplexari, apprehendere, eamq; nõ relinquere. Atque hic ipse modus est, quo pure adoramus filium, & quo eum osculari vel amplexari possumus. Demum, per hæc omnia recte venturã iram effugimus. Vnde fit, vt singula hæc & sententiam commodam habeant, & loco non inepte quadrent. Qui autem osculamini filiũ vertunt, vel adorate filium, dicunt, quod hic dicitur de filio osculando, vel adorando, opponi illi quod superius dictũ fuerat aduersus Christum eius, quæ admodum id quod præcedenti statim versu dictũ fuit, Seruite domino, &c. opponitur parti priori, scilicet aduersus dominũ: vt sicut vt rig; infideles sese opposuerunt persequendo, ita vtriq; reconciliaretur humiliado. ¶ Versu vltimo, Cũ exarserit in breui. Particula kimeat, quæ in Hebraeo habetur, ambigua est, & diuersimode reddi potest. Vel enim ad tẽpus refertur, vt significet post paulu-

lum, quomodo vertit beatus Hieronymus. Alii eam ad irę quantitatem referunt, vertuntq; ceu paululum, aut certę modicum, dicentes, Cum exarserit paulum, vel certę minimum ira eius. Prior tamen sententia videtur plenior.

Sela quid significet

IN PSALMVM TERTIVM.

**D**icendum est hoc loco aliquid de dictione quadam obscura, quę in plerisq; Psalmis invenitur posita: non tanquā vilius versus particula, sed post finē versus præcedentis ante alterius inchoationem. Hęc autem dicitio apud Hebręos est Sela, pro qua Gręci ponunt diaplasmā, pro qua nonnulli latinorum ponunt, semper. De vi autem huius particule, multa diversitas est. Quisdam enim dicunt eam significare semper vel in æternum vel in sæculum: alii verē siue veritas: alii profectō vel certe. Alii nihil eā dicunt significare, sed tantum esse anhelantis ac optantis quadam anxietate & nimio affectu rei eventum. Alii dicunt esse signū admirantis dicitę rei novitatē vel magnitudinē. Alii signum esse dicunt magni & rari alicuius affectus. Alii putant significari vocis mutationem atq; elevationem. Alii signū esse dicunt discontinuationis psallendi, ut scilicet vbiq; hoc signum invenitur, aliqua fiat mora, prius quā progressus fiat ad sequentia, atq; hoc magis verisimiliter apparet significari per dictionē diaplasmā, quā huius loco 70 interpretēs posuerunt. Quemadmodum enim lymplasma significat continuationē concentus versus, ita per oppositū, diaplasmā, divisionem quandā, & discontinuationē per moram innuit. Huic etiam satis consentit Rabbi David sententia, qui elevationē vocis dicit significari. Forsitan enim ad vocis commutationem, ista divisio & mora innuebatur. Expensis autē omnibus, & locis in quibus huiusmodi particula maximē solet consistit, diligenter consideratis, arbitramur satis rectā esse illorum sententiam, qui asserunt prædictam particulā esse signum divisionis siue paulationis, inter versus decantatum atque decantandum: primum quidem propter admirationē eius quod dictū præcessit: deinde, ad inveniendum eius sententię quę subsequitur ab ea quę præcessit magnam diversitatem: propter quā diversitatem, verisimile est (ut secundū aliam sententiam) ad huius signi conspectum, cantores vocem mutare atque eleuare sint soliti. Atq; ita fieri potest, ut plures prædictarum significationum in vnum conglobata, totalē & plenam eius particulę vim exprimant. Illud tamen considerandū est, plerunq; vbi istud sela interponitur, inter illud quod præcedit, & quod sequitur, magnā esse differentiā, nec posse (ut ait beatus Augustinus) ea in vnum sensum coniungi, sed plenam sensus diuisionem semper efficit. Declaremus exemplo Psalmi propositi, quod dicimus. In duobus primis versibus, clamat quasi tribulatus, contra hostium multitudinē & exprobrationes iniquas, quid multiplicati sunt, &c. multi insurgunt, &c. dicunt animę meę, &c. post hoc autē, sela ponitur, quasi indicans terminatam querimoniam, & aliud aliquid longe diuersum subsequitur. Itaq; post sela, totus tranquillus, festinior & iucundior vocem resumit, dicens, Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea, &c. Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Ecce nulla hic, ut prius, auditur querimonia. Hic verō rursum sela constituitur: quoniam id quod sequitur, nouū aliquid mysterium (nempe dormitionis & resurrectionis) proponit. Propter quod, iterū concentus interrumpitur, & ad nouam rem canendam vox reparatur. Ita & in Psalmo sequenti, duobus primis versibus de clamore suo ad Deum loquitur pro misericordia, mox verō sela intericitur, quasi finiens deprecationē: statim verō post sela, nō ultra deprecatio ut antē ponitur, sed grauis querimonia & expositio proponit aduersum peccatores, & bona ad ipsos eruditio. Ita & in aliis per se ipsum diligēs lector expēdat. ¶ Versu tertio, Tu autem domine susceptor meus es. Pro susceptore (quod defensore in præsentī loco, & pene vbiq; significat) in Hebręo ponitur dicitio magen, quę significat clypeum aut scutum. Vnde beatus Hieronymus vertit, Tu autē domine, clypeus circa me: alius, scutum pro me. Constat autem, siue circa me dicatur, siue pro me, siue super me, eandē pene esse sententiam. Quid autem est clypeus pro me, aut scutum circa me, siue super me, nisi defensor aut susceptor meus? Neq; enim aliud quā defendit clypeus. Itaq; sententia in idem reuertitur. Et hoc compluribus in locis sic obseruatum agnosce, quod vbi in Hebręo Deus asseritur scutū aut clypeus noster, plerunq; ab interpretibus Gręcis positum fuerit ἀντιπαρῶν vel ὑπερασπιστῶν: hoc est, susceptor vel defensor, aut simile aliquid: quemadmodū pro petra pene vbiq; posuerunt firmamentum ad fortitudinem. Sicut enim clypeus defensionem, sic petra firmitatem habet & stabilitatem.

IN PSALMVM QVARTVM.

**V**ersu primo, In tribulatione dilatasti mihi. Tamest vulgata Gręca habeat per accusatiuū, dilatasti me, quemadmodum etiā Romana habet editio: nostra tamen lectio quę datiuum habet, magis respondet Hebręo. Nā pronomen Li apud Hebręos, manifestum est esse casus datiuī. Vnde beatus Hieronymus & ceteri omnes, quotquot ex Hebręo translationes fecerunt, datiuo verterunt, iuxta modum nostrę lectionis. Quapropter, non faciliē id per temeritatē debet immutari. ¶ Ver. 3. Filii hominū, vsquequo graui corde? Hebręa lectio longē secus habet, quā Gręca aut Latina. Hieronymi enim versio sic habet, Filii viri, vsquequo sclyti mei ignominiosē diligitis vanitatē quærentes mendaciū? Est enim hæc vox Dei, hominibus suę originis nobilitatē proponētis, & conquerentis, siue expositulantis de sua cōcultatione, tanquā si dicat, O vos filii viri, de rationali creatura nobilissima progeniti in clytę & sublimes creaturę meę, quos ego tā sublimi gradu creauī & condidi: quoniam vestrę dignitatis immemores, ad vestrā propriam ignominiam & vilipensionem diligitis ea quę longe infra vos sunt, rebus vanis & fallacibus inhærentes? Felicis autē versio sic habet,

**F**ilii viri vsquequo gloria mea opprobrio, supple erit aut fiet, a vobis: hoc est, quandiu gloriā meā vertetis in opprobrium & ignominia, pro me scilicet (qui solus sum amandus & colendus) vanitatē diligentes & mendacia: Quā sententiam quidam adiecto verbo expressit aliquanto clarius, hoc pato, Filii viri, vsquequo gloriā meam vertetis in ignominiam? Sententia autem pene eadem est, quam sæpius in Elucidatione & annotationibus prioribus prolixius expressimus. Filios autē viri, intelligit aliqui filios Abraham, vel Israelis. Nam quod ponitur hoc in loco Hebręum lisch, virum nobilem & quasi vel cælestē significat. Nos tamen paulo antē aliam intelligentiam indicauimus, huius nō preiudicantes. ¶ Versu quarto, Et scitote quia mirificauit dominus sanctū suum. Pro eo quod nos habemus mirificauit, in Hebręo habetur Hiphlach: quod diuersimode transferunt. Nā Felix testatur rectē verti posse mirificauit, nostro more, vel etiā mirabilē reddidit, quomodo vertit & Hieronymus: ipse tamen in textu pro mirificauit, legit, segregauit. Quę licet secundū vocē differre videantur, secundum rē tamen coincidunt. Quid enim aliud sibi vult, segregauit dominus pater sanctum suum, nisi quod cum eo mirifice egit, quodq; nō cæterorum more cum illo egerit, sed nouo quodam & eximio modo, non dans ei spiritū ad mensuram, quemadmodum cæteris, sed gratiæ & veritatis plenitudinem, de qua omnes acciperent? Hoc autē dum nulli aliorum præstat sanctificationum ad mensuram: nonne rectē illū dicitur segregare aut separare, tanquā primo genitum & naturalem ab adopti- Ioan. 3. Ioan. 1. tuis? Et hoc rursum, nonne est mirificare, & mirabilem reddere præ cæteris? Quemadmodum (exempli gratia) cum de Abraham legimus, quod filiis concubinarum dedit munera, Isaac autē ut vni- genito filio primarię coniugis, totā disposuit hereditatem: nonne hac ratione rectē dicitur & separasse filium suum Isaac, velle segregasse nimirū ad filios concubinarum, similiter & mirificasse, siue mirabilem reddidisse præ cæteris: utpote quem in solidū instituerit bonorum omnium heredem, aliis tantum accipientibus sua munera, viuentē patre Abraham, & præterea aliud nihil expectantibus. Sed & iuxta aliam considerationē aperte attestatur Paulus in Epistola ad Hebręos, quod Christus pon- Hebrę. 7. tificatus noster segregatus sit a peccatoribus, semper asistens vultui patris. Cæterum, pro sancto in Hebręo vox est Chasid, quā ait Felix significare sanctum vel misericordem, vel gratia plenum: quę omnia quę rectē conueniunt Christo domino, nemo ignorat fidelium. Quomodo enim non sanctus 1. Cor. 1. sit & misericors, quem Paulus testatur factum esse nobis a patre iustitiam & sanctificationem, & redemptionem? De plenitudine autem gratiæ testatur dilectus discipulus, quod vidimus eum plenum gratiā & veritate. Et alter ille, eiusdem nominis seu diuersi officii, Baptista, amicus spōsi huius quod non ad mensuram illi pater dederit spiritum, perhibuit testimonium. ¶ Versu 5. Irascimini, & nolite peccare. Priorē partem huius versus per omnia nobiscum vertit ex Hebręo sacer Hieronymus. Alii tamen ex Hebręo alium sensum eliciunt. Nā Felix vertit, Contremiscite, & nolite peccare: quod ad eandem sententiam, quam supra posuimus in Elucidatione, facile est reducere. Debemus enim, si ad hunc sanctum admirabilem conuerti voluerimus, irasci pristinis vanitatibus, & contremiscere pro eis atque pauere & timere salubriter: quoniam initium sapientię timor domini. Et beatus homo, qui semper est pauidus. Neque qui sine timore est, poterit iustificari. Ea verō quę sequuntur, videntur ex Hebręo habere diuersam sententiam. Hieronymi lectio sic habet, Loquimini in cordibus vestris super cubilia vestra, & tacete. Cuius sensus est, Agite poenitentia in cordibus vestris, in spiritu contribulato & corde cōrito, recogitantes in amaritudine peccata vestra, & in silentio præstolantes salutem domini, donec ipse vos consoletur gratia remissionis & visitationis suę. Bonum est enim cum silentio præstolari salutem domini. Et per se ipse docuit Christus, clauso cubiculo orare patre in abscondito, & dicere, Pater, dimitte nobis debita nostra, &c. ¶ Versu septimo, Segnatum est super nos lumen vultus tui domine. Ex Hebręo vertunt, Lena super nos, vel eleua, vel exalta, vel magnifica super nos lumen vultus tui, pro indicatiuo scilicet modo imperatiuum siue deprecatiū ponentes. Vult autem ista deprecatio hanc sententiam. Dicunt quidem mali & increduli, qui excusationes quarunt in peccatis, Quis ostendit nobis bona? Verum tu domine es, qui nobis bona demonstras. Tu tantum leua & exalta super nos, imprime in apicem spiritus nostri lumen salutis gratię tuę, & dabitur letitia in corde nostro, & docebitur, erimusque instructi in omni veritate.

**Q**uomodo autem eleuatio luminis diuini vultus super nos & signatio, in idem possint cōuenire, nō vsque adeo difficile est considerare, si attendamus tantum ad denarium, super quem imago per ictū desuper imprimitur. Quemadmodum enim non potest denarius accipere regis imaginem, nisi desuper suo radio nobis sui imprimat similitudinem. Alii autem vertunt, Erige super nos vexillum luminis tui. Sed neque hoc proposito incommodum est. Quemadmodum enim ad signum exaltatum sese gubernant milites, sciuntque quid agendum aut quando cessandū: ita lumen vultus diuini quod in nobis fulget desuper, dux nobis est itineris & actionū nostrarum, per omnia nobis demonstrans, quid agere, quidne fugere debeamus. Et in huius vexilli erectione est letitia cordibus fidelium, qui amant signa magni regis sui. Qui autem tardi sunt & pigri milites, non aspiciūt ad vexillum illud: & ideo in mortem miserunt, dum vitam male querunt, quemadmodum qui in plelio extra vexilla aberrant. ¶ Versu nono, in pace in idipsum dormiam. Particula in idipsum, idem valet, quod pariter vel simul, quemadmodum ex Hebręo vertit Hieronymus, ac ceteri interpretes. Similiter & alius in locis accipi debet, vbi eam poni contigerit: ut Psalm. 120. Cuius participatio eius in idipsum. Et Psalm. 33. Exaltemus nomen eius in idipsum. ¶ Versu vltimo, Singulariter in spe constituisti me. Hieronymi versio sic habet, Singulariter securum habitare fecisti me. Felicis autem translatio ha-



bet, Singulariter vel specialiter tuto facies me habitare vel sedere. Coincidunt autem hæc cum no-  
stra lectione, secundum sententiam. Nam singulariter in spe constituere, id est quod specialiter secu-  
rum facere, & singulariter tuto constituere. Neque aliud est, facere singulariter securum habitare, aut  
specialiter tuto sedere. Securitate enim quietis, utrunque designat. Potest autem illud, singulariter, re-  
ferri vel ad spem & securitatem hominis iusti, iuxta expositionem supra positam, vel ad ipsum domi-  
num constituentem, ut sit sensus, Tu domine singulariter constituisti me securum. id est, tu solum-  
modo, tu solus, in spe & securitate posuisti me, sicut habitare fecisti me. Atque ita sonat lectio quam  
in textu ponit Felix, Quonia tu domine solus in spe locabis me. Cui accedit quod alius vertit, Tu do-  
mine solummodo confidenter habitare facies me.

DE TITVLO PRÆCEDENTIS PSALMI.

**H**abet Psalmus iste quartus titulum, qualem hactenus tres præcedentes non habuerunt. In quo  
difficultas quaedam sese offert, hoc in loco explicanda, pro vniuerso libro Psalmorum. Similis  
enim titulus ferè ante omnes Psalmos præmittitur. Titulus ergo Psalmi præsentis talis est, In  
finem, Psalmus canticum David. Difficultas autem quam diximus, in illa particula latet, in finem: quam  
quidam Latinorum interpretum absque magna difficultate referunt ad Christum dominum, quonia  
(iuxta Apostoli sententiam) finis legis est Christus, ad iustitiam omni credenti. Ipse autem est, ad quem  
vniuersa hæc laus Psalmorum referri debet, & ad cuius laudem decantata atque conscripta est. Non est  
enim Psalmus qui non vel ipsius Diuinitatem prædicet, vel de mysteriis assumptæ humanitatis, secun-  
dum spiritus illuminationem, prophetet. Rectè ergo titulus iste in finem, penè omnibus Psalmis præ-  
mittitur: quonia ad Christum quacunque in eis decantata sunt spectare dinoscuntur, & in Chri-  
sti laudem, & amorem dirigunt fideliter modulantes. Sciendum tamen est, quod dicitio lamna-  
seach que loco illius, in finem, in Hebræo ponitur, non finem videtur villo modo significare, neque  
in finem: quam beatus Hieronymus vbique in Psalmis vertit victori, accipiens literam lamed præpo-  
sitam, ut sit signum datiu casus. Felix etiã in contextu vbique Vincenti vertit, in annotatione tamè  
marginali ponit, danti eternitatem, vel effundenti sanguinem, asserens fuisse congruum, ut David  
qui in Psalmis & diuinitatè Christi canere volebat, secundum quam æternus creditur: & humanita-  
tem, secundum quam passionem erat suscepturus & sanguinem effusus, talem præponeret dictionem,  
que utrunque significaret, existimans datiuos illos sic positos esse, ut significet, in laudem Vincentis  
sive superantis, ac effundentis sanguinem, sive cruentantis, sive sanguinolenti, aut dantis eternitatem.  
Sunt autè hæc meo quidè iudicio, ex fidei illius pectore piè dicta, ac diligenti meditatione contem-  
plationeque vtiliter admodum inuenta, & digna que piis mentibus cum suauitate ruminentur. Neque  
penitus dissonat hæc dispositio, ab ea quæ superius posuimus, de titulo Psalmorum Græco atque Latino,  
in finem. Victor enim iste & cruentans aut sanguinem effundens aut sanguinolentus, itè & ipse  
eternitatè dans: quis alius est nisi Christus dominus, que Latini expositores (iuxta Pauli sententiam)  
finem interpretantur? Sunt tamen qui dictione supradicta aliter intelligunt, videlicet ut litera Lamed  
præposita non sit articulus datiu casus, sed valeat potius ad vel in, sicque dictione illam tota lamna-  
seach, interpretantur ad victoriam. Quæ sententiam ponit beatus Hieronymus in prologo primi li-  
bri commentariorum in Daniele, dicens id quod à 70 interpretibus verbum est, in finem, potius si-  
gnificare, pro victoria. Atque ad hunc modum, in expositione titulorum, ex Rabbi Salomone adducit  
vir in scripturis sacris non vulgariter eruditus neque mediocriter bene de eis meritis Nicolaus à lyra,  
qui ex eiusdem sententia dicit, per hunc titulum significari conatum illum quo sese catores in cantan-  
do cum iubilo superare ac vincere conabantur omnes sic ex animo psallentes, ut quasi pro victoria vi-  
derentur contendere. Què admodum cum in honesto aliquo exercitio plures simul & diligentissime  
& summa sedulitate singuli laborant, dicuntur ad victoriã agere, & quasi pro victoria sive palma cer-  
tare. Atque id dici solet, etiã si nequaquam se inuicem superare aut vincere intendant, sic in eadem re di-  
ligenter laborantes. Sicque Psalmis hunc titulum non male præponi dicunt, qui istam sententiam se-  
quuntur: ad indicandum, quanto affectu debeat Dei laudes canere serui eius, secundum extremum videli-  
cet conatum & summam diligentiam. Vigilanter enim & omni attentione psallendum est tam summo  
tamque altissimo domino. Huic etiã intelligentie supra nominatus author Nicolaus accommodat non  
male titulum nostrum vulgatum, in finem: quonia videlicet secundum summam diligentiam & extre-  
mum conatum quasi secundum vltimum virtutis in psallendo laborant: quemadmodum ii qui pro  
victoria contendunt, etiã finem & vltimum virtutis solènt adhibere ad id in quo consistit victoria iux-  
ta illud quod Paulus ait, Omnis qui in agone cõten dit, ab omnibus se abstinet vt corruptibile acci-  
piat coronã. Nã (vt in alio loco dicit) qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime certauerit.  
1. Cori. 9. Atque hæc quidè quantum ad hanc particulam videbantur posse sufficere. Non videtur tamen præ-  
tereunda hoc loco Ioanis Reuchlinii, viri in Hebræis literis doctissimi, super proposita dictione senten-  
tia. Is enim in expositione quæ super poenitèntiales Psalmos edidit, lamna seach dicit significare, ad in-  
uitatorium. Vocè enim exhortantis & excitantis ad exercitiũ aliquod, quæ facit facere opus & offi-  
cium institutum, dicit appellare menea seach, sicque adiecta litera lamed, sit, ad inuitatorium. Quomo-  
do autè omnes psalmi rectè dicantur cani ad inuitatoriũ vel ad inuitatione, nemini difficile est in-  
telligere, propter exhortatione ad laudem Dei, & omnis virtutis amorem, vltiorumque detestatione-  
nem. Idè quoque libro de rudimentis Hebraicis, verbũ nassach dicit significare idem quod institit,  
2. Par. 2. coegit, sollicitauit, urgebat: allegans quod scribitur 2. Paral. 2. Præpositus que eorum tria milia. id est,

**A** prouocatores, sollicitatores, & operari hortatores. Et Eisdra 3. Vt instarent super eos qui faciebant  
opus. Et rursum, Vt vrgerent super opus domini. Atque hinc accipi potest, vel illa superior sententia,  
ad inuitatorium, vel ad inuitatione, prouocationem, excitationem, sive exhortatione, vt videlicet  
litera mem adiecta supraposita radici, nomen efficiat: lamed verò pro ad positum accipiat. Aut  
secundum aliam intelligentiam exponi poterit, ipsi præposito vel prouocatori, in instrumentis musicis  
vel in carminibus. i. cantorum magistro sive præfecto: quomodo nonnulli rectè putant verti posse.  
Chaldaica autè translatio pro hac particula lamna seach, quæ supradiximus, tam varie ab Hebræis  
reddi, ponit tantum, in laudem: quod sicut nullam prædictarũ sententiarum plene cõprehendit, ita  
nullam excludit, estque modo quodã generalis & vniuersalis ad omnes quæ supraposita sunt. Intel-  
ligi autem potest, in laudem ipsius cantoribus: quonia psalmi illis facti sunt, vt per eos laudè, & can-  
tent ad victoriam. Aut in laudem ipsi victori, vel effundenti sanguinem, vel danti eternitatem, &c.  
Verum hæc de particula proposita dicta sint satis. ¶ Nunc autè ad alteram particulam exponendam  
transeamus, dicamúsque quid sibi velit, quod non simpliciter in hoc titulo dicitur: in finem, psal. David  
sed cum adiectione, psal. canticum David. Dicunt autem Latini interpretes, specialè aliquam lætitiã  
commemorari in psalmis talibus, qui huiusmodi titulo prænotantur: propter quã sit eximie gauden-  
dum atque lætandum: quemadmodum hic in fine psalmi expressa sit mentio de illo incendo & gaudioso  
lumine, quod super nos signatũ, dat in cordibus nostris lætitiã, deique fecunditate frumentũ, vini,  
& olei, & spe dulciter in Christo cubantium. Quidam autè libri habent: In finem, in carminibus, psal-  
mus David: atque ita habet lectio Græca, in hymnis, sive in carminibus. In Hebræo autem habetur  
binginoth, quod beatus Hieronymus vertit, in canticis. Felix autè putat verti posse, in choris, vel in  
canticis simul cum instrumentis musicis: ut innuat titulus debere nos lætari (vt ipse ait) & choros du-  
cere, laudèque proferre in honorem ipsius redemptoris nostri, qui nos redemit suo sanguine. Sed &  
ipsa vocis origo rectè huic sententiæ consentit. Nam (teste Ioanne Reuchlinio, in lib. de rudimentis  
Hebraicis) neggam verbum, significat, lusit instrumentis musicis: quemadmodum organista, vel citha-  
rædus, sive musicus quilibet manualis. Atque hinc ait titulum præsentis quarti psalmi habere inscri-  
ptione. Quomodo autè in musicis instrumentis Deo cantari instituerit rex & propheta David, pul-  
cherrime atque plenissime descriptum inuenies cap. 15. primi libri Paralip. Verum de his hactenus.

IN PSALMVM V.

**V**ersu 4. Mane astabo tibi & videbo. Vertit ex Hebræo sacer Hieronymus, Mane præparabor  
ad te, & cõtemplabor. Felix autem vertit actiuo genere: Mane præparabo tibi, vel ordinabo  
ad te, supplems, oratione: vt sit sensus, Mane præparabo tibi, vel ordinabo ad te orationem,  
& speculabor, sive contemplanor. Hæc autè manifestè sibi inuicem & lectioni Latinæ vulgatæ, quã-  
tum ad sententiã, consentiunt. Quid enim aliud est astare domino, quam diuino cõspectui nos ipsos  
per orationem & meditationem facere presentes? Neque enim corporis pedibus sed cordis affectibus  
Deo assistimus cum post tenebras noctium (id est obscuritates viciorum, aut turbam malarum pas-  
sionum) mane nobis fuerit exortum, i. claritas & tranquillitas pectoris. ¶ Versu 8. Adorabo ad tem-  
plum sanctum tuũ. Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Adorabo in templo sancto tuo: quomo-  
do etiam Felix asserit rectè verti posse. Ipse tamen in textu ponit iuxta modum lectionis nostræ, Ado-  
rabo ad templum. Potest autem inter hæc duo, nonnulla assignari diuersitas: quonia etiam absen-  
tes in spiritu possumus ad templũ Dei adorare, loquendo de corporali sive manufacto Dei templo:  
quemadmodum de Daniele legimus, quod in terra captiuitatis positus, apertis fenestris cœnaculi sui  
contra Hierusalẽ, hoc est, versus Hierusalẽ (vbi patribus locus fuerat adorationis) genua flectebat,  
& adorabat, cõfitemens domino. Atque ita & nos matutino tẽpore, cum intra cubile reclusi consistimus,  
adorare possumus in spiritu, ad templũ etiã materiale domino dedicatũ, licet corpore simus absen-  
tes. In templo autè non adoratur, nisi qui in templo præsens existit. Verisimilius tamè est, Davidè hic  
principaliter sermonè facere de templo spirituali. i. de presentia diuinæ maiestatis. Illud quoque ad-  
uertendum est, quod pro verbo adoro Hebræi ponunt iachach, quod secundum proprietatè significat,  
dicunt incurvationem, sive genuflexionem: ac deinde, quonia adorantes Deum nos ipsos incurua-  
mus ad summam humilitatis protestationem: aut genua flectimus, velut ex consequenti significare  
adoratione. Vnde & in aliis cõpluribus scripturæ locis, genuflexionè inuenimus pro adoratione po-  
sitam. Veluti cum dicit apud prophetam dominus, Viuo ego, quia mihi flectetur omne genu. Et cum  
apostolus ait, Vt in nomine Iesu omne genu flectatur. In his namque adoratio significatur. ¶ Versu 9.  
Dirige in conspectu tuo viam meã. In Hebræo videtur contrario modo haberi, Dirige in cõspectu  
meo viam tuã: hoc est (vt habet versio beati Hieronymi) dirige ante faciem meã viam tuam, vel co-  
ram me. Quanquã autè hæc videantur verbis differre, sententia tamen prorsus vna est. Via enim no-  
stra in conspectu Dei dirigitur, quãdo vitã nostrã cœlesti gratia sic ducimur, vt placeat Deo. Et hoc  
ipsum (licet aliquantò obscurius) significat etiã illud alterũ quod ex Hebræo vertitur. Via eni Dei,  
i. obseruantia præceptorũ & mandatorũ eius, nobis est ante oculos, quando in eam iugiter diuina  
gratia adiuti intendimus, in lege domini voluntatè & mètè habentes, atque ita secundum eã cœlesti  
ducatu dirigimur, vt ab ea non aberremus. ¶ Versu 11. Linguis suis dolosè agebant. Pro eo quod nos  
habemus, dolosè agebat, iuxta Hebræũ habetur, lenificant, vel leuificant, vel leuigant: hoc est, blan-  
diuntur, & dulcia loquuntur, sermonesque mollificat, nimirũ ad facilius decipiendũ innoxias animas.  
Neque multũ secundum sententiã ab his distat, lingua dolosè agere. ¶ Versu 13. Habitabis in eis. Beat⁹  
Hieronymus vertit, Proteges eos. Alii vertunt, Obumbrabis eos. Sed neque hic sensus diuersus est. Si-  
quidem Deus habitat in nobis ad protectione, & in nobis habitando nos protegit, atque obumbrat.



IN PSALMUM VI.

DE TITULO PRAEDECEDENTIS PSALMI.

**P**salmi iam explanati titulus est. In finem, pro ea qua hereditate consequitur, psalmus David. Quod Latini expositores ad ecclesiam populūque fidelium referunt. Est enim psalmus iste oratio fidelis populi, siue totius ecclesiae contra impiorum malitiam, suam innocentiam protestantis coram domino. Ipsa autem ecclesia est, qua per Christum hereditatem consequitur, hereditatem scilicet vitae aeternae, regniq; caelestis, de qua etiam in fine huius psalmi fit mentio. Per ipsum namq; facti ipsius coheredes) heredes facti sumus Dei, secundum spem vitae aeternae. In Hebraeo autem habetur, albanechiloth: quod beatus Hieronymus vertit, Super hereditatibus: potestq; exponi secundum eandem ferē sententiā, qua titulus Latinus iam expositus est. i. pro populis, siue ecclesiis fidelibus, qua sunt hereditates Dei. Aut pro hereditatibus, plurali numero dictum est: quoniam in psalmo hoc mentio fit & de hereditate Dei, qua est populus fidelis sese preparās, & affans in conspectu domini, & de hereditate ipsius populi, qua e contrario est ipse Deus: qui (vt in fine dicitur) inhabitabit, & quasi scuto bona voluntate sua coronabit illos. Alii hanc chiloth putant esse nomen instrumenti musici, in quo videlicet psal. praesens erat decantandus. Interpretari tamen recte hereditates (vt diximus ex Hieronymi sententia) est manifestum ex radice Hebraea machal, qua significat hereditavit. Felix autem multiplicem ponit versionē, dicens praeter praedicta verti etiam posse, pro infirmitatib; vel vulneribus, aut pro cōgregationibus, vel societatib; aut iuxta torrentes, vel super torrentes: simul ostendens quomodo singula haec non male proposito respondeant, & Christo valeant aptari, cui psalmū tribuit: qua apud illū licet requirere, nos (vitandā nimis prolixitatis gratia) pertranāmus.

IN PSALMUM VI.

**V**ersu secundo, Quoniam infirmus sum. Infirmū intellige, non male habētem, vel languidum, i. languoribus aut morbo laborantem, sed debilem, aut imbecilem: quomodo ex Hebraeo vertit Latini interpretes. Proponitur enim fragilitas & imbecillitas generis humani, de qua in Elucidatione simul & Annotatione praemissa latius est dictum. Vbi autē nos habemus, Conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est, quomodo etiam legit Hieronymus: alii virtutē, Obstupuerunt ossa mea: Et anima mea stupefacta est nimis: quod clarius aliquanto languorē exprimit, a quo desiderat peccator curari. Per peccatū enim in homine vires omnes obstupescūt, & stupefiunt, velut ad bonum inhabiles, & ad virtutē rigidae atque inflexibiles: anima verō quasi iudicio & sensu priuatur: quemadmodum cum homo obstupescit, aut attonitus cōstitit praestupore, quasi in extasi positus, non est tum compos iudicii, & penē extra semetipsum fit. Atq; ita reuera cum iis agit qui peccato se subdant. Statim enim incipit anima hominis peccatoris rectū iudiciū & sensum perdere, similiter & vires omnes obrigescunt, & quasi inflexibiles ad bonum fiunt. Quemadmodū (exempli gratia) David ipse qui ante peccatū animam habebat & ossa vinacissima, vt etiam minima quaeque perciperet, vbi vni se peccato subdidit, cū Bersabee delinquens, obstupescit, & statim anima eius, & ossa eius obriguerunt, ita vt iam post, cum etiam ad inebriationem Vria laboraret, imō & occisionem meditaretur, atq; perficeret, nihil persentiret in anima, nihil in ossibus cōmoueretur. Iam enim obstupuerant omnia, donec veniente Nathan propheta domini, resitutus esset sanitati per amarā poenitentiam. ¶ Versu tertio, Sed tu domine vsquequo? Complect hanc sententiā Chaldaea paraphrasis, dicens, Et tu domine, vsquequo dabis dilationem mihi? Quod Elucidationi satis apte respondet. Est enim sensus, Vsquequo differes misereri, vsquequo prolongabis auxilium, & longe facies misericordiam tuam? Alii sic cōplent sententiā: Domine vsquequo conteres me? In Hebraeo tamen, vt in vulgata lectione, incompleta sententia est. ¶ Versu quarto, Conuertere domine. Pro Conuertere, interpretes omnes vertunt, Reuertere, & eadē est sententia. Dei enim reuersio, cōuersio est. Cum ei ad peccatorem benigno suo aspectu & vultu propitio conuertitur, donans peccati remissionem, & gratia auxilium, tunc ad illum & reuertitur: quemadmodum e contrario, cum ab homine propter commissum peccatū, vultum suum benignū subtrahēs auertitur, tunc abscedit ab illo. ¶ Versu sexto, Laboravi in gemitu meo. Laborare in hoc versu significat afflictionem, quomodo & alias nonnunquam solet accipi. Vnde Felix vertit, Afflictus sum in suspirio meo. Caterū, quod hic dicitur, Lauabo per singulas noctes lectū meum: beatus Hieronymus vertit, Natate faciam lectum, praebundantia videlicet lachrymarum, ita vt lauari possit in lachrymis. Dicitur autem hoc iuxta vītātā loquendi consuetudinem per quendam excessum. ¶ Versu 7. Inueteraui inter omnes inimicos meos. Inueteraui exponitur, consenui, siue nimium demoratus sum, vt plangat poenitens nimiam suam inter inimicos demorationem: quemadmodū in alio psalmo ait, Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Aut potius accipiatur Inueteraui, pro Cōsumptus sum, aut defeci, siue ad nihilum redactus sum. Quod enim antiquatur, & senescit, prope interitū est. Atque huic sententiae respondet apertius Hieronymi versio ex Hebraeo, qua habet, Consumptus sum ab vniuersis hostibus meis. Accipitur autem interdum haec dictio inueterascere, siue veterascere, pro consumi, siue deficere. Veluti psal. 46. Et auxiliū eorū veterascet in inferno à gloria eorū. i. consumetur, peribit, deficiet. ¶ Versu vltimo, Erubescat valde velociter. Valde velociter, in Hebraeo sonat subito, repēte, in instanti, siue in puncto. Nam impiis (iuxta verbum Sapientis) repentinus superueniet interitus.

DE TITULO PRAEDECEDENTIS PSALMI.

**S**extus psalmus talem habet titulū, In finem in carminibus. Psalmus David, pro octaua. Ex Hebraeo autē beatus Hieronymus vertit, Victori in canticis, super octaua, atq; ita vertit & Felix

IN PSALMUM VII.

§

**S**uper octaua. Omnia autem qua ad hunc titulū spectant, iam supra exposita sunt, exceptā particula illa, pro octaua, siue super octaua. Hanc autem Latini expositores nostri ad diem iudicii referunt, qua, quoniam post septē dies, per quos omne tempus voluitur (id est, post tempus praesens) sequitur, bene quasi octaua dies potest nuncupari. Recte autem pro octaua secundū hunc sensum inscribitur praesens psalmus, quoniam pro iudicii illius magni terrore a poenitente canitur, vt scilicet iram dei illius effugiat. Vnde mox incipit, Domine, ne in furore tuo arguas me: ac deinde, Miserere mei dicens subsequenter, etiam ossa & animā esse cōturbata, propter octauā illam. i. iudicii diem. Potest & per octauam significari subsecutura beata aeternitas, qua post euolutum septem dierum spatium (id est, post trāslatū vitā praesentis tempus) quasi octaua subsequitur. Erit enim dies illa quasi perpetua quaedam octaua, post qua dies isti septem qui nunc voluntur, suum decursum compleuerint. pro hac autem octaua consequenda gemit nunc peccator, & agit poenitentiam. Aduertendū tamen est, vocem Hebraeam qua in loco ponitur seminit, teste Felice, varie admodū exponi. Quidā enim dicunt esse nomen instrumenti cuiusdam musici octo chordas habentis, quod octochordium dicitur, in quo huiusmodi psalmus canendus erat. Cui a parte consonat Chaldaea translatio, habens, In laudem, laudatorio citharāq; octo fidium. Atque huiusmodi instrumentū convenienter etiam intelligi potest in titulo Latino, per octauam. Potest enim ab octo chordis instrumentū eiusmodi recte dici octaua. Vnde Paralipo. 15. vbi habemus iuxta versionē Hieronymi de citharibus, quod in citharis pro octaua canebant epinicion: in Hebraeo, loco dictionis octaua, habetur idem vocabulū quod hic ponitur, seminit. Ex quo loco recte etiā satis colligi potest, instrumentū istud quod seminit appellatur ab octo chordis, aptum fuisse ad decāandum triumphalia carmina. Pro epinicion enim quod vertit Hebraeo in Hebraeo ponitur lenaseach: quod (teste Ioāne Reuclinio, lib. de rudimentis Hebraicis) Graece dicitur epinicion, Latine autem triumphale carmen. In citharis ergo pro octaua, id est, super octauam canebant epinicion, siue carmen triumphale. Sed hic exclamet forsitan aliquis, & velut rem absurdam audiens dicat, Quomodo huic psalmo instrumentū tale praemittitur, in quo epinicion canatur, siue triumphale carmen, cum lectum magis & horrorem proponat, furorem scilicet Dei, miseriam propriam, ossium & animā cōturbationem, gemitus, fletum, & alia huiusmodi? Haec autem triumphali carmini non videntur competere. Sed aduertendū est, a fine magis fieri de denominatione. Psalmus enim qui inchoatur in magna amaritudine cōfessionis & poenitentiae, vide quanto gaudio, imō quanto exultationis tripudio terminetur: ita vt inimicis etiā insultet, in fiducia remissionis peccatorū, & exauditione lachrymarū suarum. Nimirum haec est vera victoria qua vincit mundum nostra: per quam peccatorum nostrorum consequimur remissionem, i. Ioan. 7. & perfectam de inimicis qui nos in peccata pertraxerunt, victoriam. Clamor quoq; gemitus, fletus, lachrymae, animae & ossium conturbatio (qua in hoc psalmo describuntur) ipsa sunt arma, quibus veram consequimur victoriā, & gloriosum reportamus de pessimo hoste triumphum. Quis nō ergo super octauam istud canatur triumphale canticum? Ponit in super Felix alias quaedam aliorum sententias de praedicto nomine: sed qua potiora sunt, iam latius explicata sufficiant.

IN PSALMUM VII.

**V**ersu nono, Si reddidi retribuētibus mihi mala. Hūc versum ex Hebraeo vertunt in hunc modū, Si reddidi habēti pacē meū malū, & oppressi tribulātes me sine causa, vel spoliaui inimicos meos gratis. Cui etiā cōsentit Chaldaica trāslatio, Si reddidi patrono pacis meā malū, & strinxi eū qui me angebat frustra. Haec autē secundū sententiā aliquāto minus habēt, q̄ nostra lectio. Maius enim & perfectius est quod in nostra proponitur, nō reddidisse malū retribuētibus sibi. i. iis qui sibi malū fecerant, nō reddidisse malū pro malo, quā quod illorū versio habet, non reddidisse malum pacifice secū conuersantibus, aut non oppressisse inimicos sine causa. Hoc enim & Ethnici pleriq; faciunt, vt iis qui secū pacifice conuersantur, nō inferant nocentū, neq; sine causa etiam nocent inimicis. ¶ Versu 7. Et exurge domine Deus in praeepto quod madaasti. Hieronymi versio sic habet, Consurge ad me iudicio quod madaasti. Felix autē vertit, Exurge ad me, iudiciū praecipisti: vel, Excita pro me iudiciū, quod praecipisti. Cōsonat quoq; praedictis trāslatio Chaldaica, Accelera mihi iudiciū quod madaasti. Horū autē eadem intelligentia est, Fac pro me iustitiā & iudiciū, quī iudiciū & iustitiā praecipisti. Omnia autē haec admodū & aperte consonant intelligentiā, quam in Elucidatione explicauimus, de faciendo iudicio quod praecipit Deus: videlicet vt ipse qui suis iudicibus super terram, atq; etiam vniuersis praecipit facere iudiciū & iustitiā, ad iudiciū consurgat, causāq; sibi cōmendatā iudicet. ¶ Versu 9. Et secundū innocentiam meam super me. Huius versus partem secundā aliquanto clarius vertit beatus Hierony. hoc modo, Et secundū simplicitatē meā qua est in me. Eadem autem est sententia, qua supra exposita est. ¶ Versu 10. Consumetur nequitia peccatorum. Quod passim habemus, Consumetur nequitia peccatorū, recte habemus: atq; ita etiā beatus Hieronymus vertit. Posset tamen secundū actiuum genus verti: hoc modo, Cōsumet malum impios. i. perdet impios malitia eorum. Potest in super per modum optatis accipi, in hunc sensum, Finitur obsecro randem malitia impiorum, tua nimio potentia compressa, & diriga iustū. Cui sententia aperte consentit translatio Chald. sic habens, Destruatur nunc malitia impiorū, & confirmetur iusti. ¶ Versu 11. Iustum adiutorium meum à domino. Primam dictionem huius versus (nempe, iustum) Hebraica lectio iungit cū sine versus praecedētis: ad hunc modū, Scrutans corda & renes Deus iustus: ac deinde, Adiutorium meū à domino. Vtraq; autem cōnexio bonam habet intelligentiam. Pro adiutorio autem vocabulū quod in Hebraeo ponitur, clypeū vel scutū significat. Atq; ita

ex Hebræo Hieronymus vertit Clypeus meus in Deo. Felix autem habet, scutum meum super Deo: & alius Clypeus meus est Deus. Quæ omnia manifestum est non aliud significare, nisi quod nostra lectio apertius indicat, auxilium iusti à Deo, & in Deo esse, ac Deum se habere auxiliatorē. ¶ Versu duodecimo, Nunquid irascetur per singulos dies? Hieronymi versio habet affirmatiue, atq; quaestione: Comminans tota die. Quod diuer sam quidem, sed non aduersam habet nostræ lectioni sententiam. Nam licet Deus non irascatur per singulos dies. i. iram suam non ostendat, neq; exerceat, comminatur tamē iugiter peccatoribus, per inferendam certissimò vindictā, nisi fuerint conuersi. Alii verò ex Hebræo interpretes vertunt, Irascitur tota die, vel omni die, vel per singulos dies. Et licet hic iam aperta videatur contradictio aduersus lectionem veterem, eo quod hæc indicet Deum non irasci per singulos dies, illa autē dicat irasci eum iugiter omni die, siue tota die, docuit tamen Hieronymi versio, quomodo hæc apparentē dissonantiā oporteat dissoluere. Irasci enim, aliter atq; aliter accipitur. Nam cōminando continuo irascitur, vltionē exercendo non semper. ¶ Versu. 14. Sagittas suas ardentib⁹ effecit. Hieronymus vertit, Sagittas suas ad comburendū operatus est. Neq; magna est sententię diuersitas, si nostra lectio iuxta sententiam in Elucidatione positam intelligatur. Nam cum dicitur Deus sagittas suas operari, aptare seu fabricare rebus ardentibus, siue ignitis, non ad aliud intelligatur hoc facere, nisi ad comburendum & incendendū igne eterno eos, in quos fuerit huiusmodi sagittas iaculatus: quemadmodū milites cū sagittas, quas in ciuitates iacere volunt, rebus aptant ardentibus, ad comburendū indubie id faciunt. Alii autem vertendū putant: Sagittas suas persequētibus operatus est: aut (quod dilucidius est) in persecutores fabricatus est. Quibus consonat Chaldaica Paraphraſis, Sagittas suas persecutoribus iustorum operabitur.

DE TITVLO PRÆCEDENTIS PSALMI.

2. Reg. 16 **H**abet psalmus iste septimus titulum aliquatō prolixiorē, hunc videlicet, psalmus David, quem cantauit domino pro verbis Cus filii Iemini. Hunc autē titulū variis modis exponunt. Pro cuius intelligentiā aduertendum est, nō debere scribi Chusi per duas syllabas, vt vulgo Latini codices habent, vt sit nomen amici & consiliiarij David eius qui Absalonis se iunxit ad dissipandum consiliū Achitophel, de quo etiam nonnulli titulū præsentē intelligunt, quod nequaquā videtur conueniens: sed monosyllaba dictio poni debet trium literarum, Cus videlicet: quæ apud Hebræos appellatus est, & significat Aethiopē. Per hunc autē Aethiopem, quidā intelligunt populū Iudæorum Christi persecutorē, scđum scilicet illud & execrandum impiorum cōsiliū, quod fremuit aduersus dñm, & aduersus Christum eius: qui propter nigrorē vesanię, inuidiæ, atq; malitię suæ, recte Aethiopi nomine significantur. Erant enim secundū nigrorē illum, quouis Aethiopi nigriores. Filii autē Iemini erant hic Iudæorum populū. i. filij dexteræ, quoniam secundū carnem filij promissionis, filij electi patriarcharum: ceteræ verò nationes, quasi sinistra filij reputabātur, qui (vt apostolus ait) sine Deo erant, promissionis spem nō habentes, & alieni à testamento Dei. Et qui hoc modo titulum intelligunt, ad Christum psalmū totum accōmodant, dicentes eum esse orationē Christi contra persecutores suos impios, in qua suam innocentiam proponens illorū malitiam condemnari optat à patre. Alii verò Aethiopem istum Saulē intelligunt, odio, inuidia, crudelitate, & multiplici malitia valde denigratū. Nam & inobediēs fuit voci domini in reseruatione Amalech: & exultationes in peccatis adiiciens, cum redargueretur à Samuele, proici meruit, ita vt ab eo recederet dominus, & apprehenderet eū spiritus malus. Deinde, capitali odio contra David innocētē pessime affectus fuit, ita vt illum obstinatissimo corde, quem innoxiiū sciebat, ad mortē inquireret: qui sacerdotes domini præter omnem causam interfecit, atq; circiter vitæ suæ finē de domino prorsus diffidens, etiam phytonissam cōsuluit. Mirum profectō, nigror tantus tanquā multiplex si non Aethiopē faciat. Hic autē filius Iemini erat, quia de stirpe Benjamin. Vnde & Felix pro filio Iemini, vertit, stirps Benjamin. Est enim frequens in scripturis, filios Iemini dici eos qui de tribu Benjamin, sic enim David maledicentem sibi Semai, vocabat filii Iemini. Quantomagis (inquit) hic filius Iemini maledicet mihi? Et Saul suæ stirpis homines alloquēs, dicebat, Audite me filii Iemini. Hinc autem expositioni de Rege Saul aperte subscribit Paraph. Chal. quæ habet in titulo, Pro interitu Saul filij Cis, de tribu Benjamin. Secundū hanc autem sententiā, psalmus iste protestatio est ipsius David de sua innocentia coram Deo iudice, & iniquitati aduersantiū propositio ad impetrandū à Deo in iudicium, & expurgatio de falsa accusatione, qua illum apud Saulem accusabant nonnulli, quasi regi insidiantem: quemadmodū ipse David in historia Reg. indicat, cum ad Saulem clamat, Quare audis verba hominum dicentium, Dauid quarit malum aduersum te? Imò & Saul ipse, vt suorum animos aduersum David concitaret ardentius, falsò criminabatur illū, quasi suo regno insidiantē. Sic enim illū legitur apud suos seruos, in testimoniū prauū sui doloris, ita concionantē: Audite me (inquit) filii Iemini, nunquid omnibus vobis dabit filius Isai agros & vineas, & vniuersos vos faciet tribunos & centuriones, quoniā coniurastis omnes aduersum me, & non est qui mihi renunciet: maxime cum & filius meus scđus inierit cum filio Isai? Non est qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annunciet mihi, eo quod fuscitauerit filius meus seruū meum aduersum me, insidiantem mihi vsq; hodie. Ecce quā grauē impius concionator, plenus fraude & dolo, aduersus eum quem optime sciebat innocentem, proponit querelam. Secundum hanc quoque intelligentiam, apte admodum correspondēt verbis aliquot huius psalmi, quæ David pro sua innocentia loquitur apud Saulem, postea quā hastam abstulisset & scyphum, qui erat ad caput eius. Quam ob causam (inquit) dominus meus persequitur seruū suū? Quid feci, aut quod malum est in manu mea? Nunc ergo audi, oro,

**A** domine mi rex, verba serui tui. Si dominus incitat te aduersum me, adoretur sacrificium. Si autem filii hominum, maledicti sunt in conspectu domini, quia eiecerunt me hodie, vt nō habitem in hereditate domini, &c. Ac post pauca concludens, Dominus (inquit) retribuet vnicuique secundum iustitiam suam, & fidem. Tradidit enim te dominus hodie in manū meam, & nolui extendere manū meam in Christū domini. Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis domini, & liberet me de omni angustia. Quā pulchre autem ista cum huius psalmi dictis consentiant, conferens quilibet facile aduertit. Puto ergo satis consentaneā esse vero hanc suprapositam tituli intelligentiam, & arbitror Saulis, ac suorum nimiam malitiam ipsi Dauidi occasionem præstitisse huic psalmo conficiendo. Quomodo tamen in psal. 3. in annotationibus principalibus diximus, ita & hic diximus, quod vilis vel ad Christum, vel ad fidelē vnam quēque contra hostium malitiam Deo se commendare volentem, potest accommodari. Alii verò per Aethiopem istum intelligunt maledicum illum Semai, qui (vt historia libri Regum indicat) de progenie Saulis erat: id est, de stirpe Benjamin, atque ita filius Iemini, qui contra David fugientem in persecutione filii ex aduerso clamitans, puluerēque spargens, & lapides iactans, ipsum appellabat virum sanguinum, & virum Belial, raptorēque regni Saulis, improperans, quod redditorus esset dominus sanguinē domus Saul super caput ipsius. Atq; ita hunc psalmum dicunt fecisse David in protestationem suæ innocentia, quod scilicet à crimine illo immunis esset, quod illi impie obieciat ille maledicus. Iuxta quam expositionem, cum dicitur, si feci istud: intelligendū foret, istud quod hic mihi improperat, de effusione sanguinis dom⁹ Saul: & si est iniquitas, talis scilicet vel ista quæ mihi improperat, in manibus meis. Hæc autem sententia quanquam nonnullis præ ceteris ardeat, mihi certe multum probari non potest: præcipue quum legamus Dauidem tanta humilitate & patientia tam suauiter tolerasse, atq; etiam bono corde accepisse istas Semai contumelias: Dimitte eum (inquit) vt maledicat mihi. Dominus præcepit ei, vt malediceret mihi. Vnde non arbitror, illum tam prolixum psalmum, & tam vehementem (vt finis atq; processus sonant) pro hac iniuria tam patienter accepta composuisse. Neque verisimile est, cōiugia hominis illius nihili adeo magni fuisse ab illo reputata, vt pro illorum expurgatione psalmum talem aderet: potissimum quum manifestissime constaret à vero longissime abesse, quæ ille obieciat de effusione sanguinis domus Saul. Neque enim ipse Saulem, neque quenquam de domo Saulis interfecerat, neq; regnum vlla violentia à Saule rapuerat: sed diuina dispositione, & cōcordi totius Israelitici populi electione, ad ipsum regni fastigium peruenit. Saul autē & filios eius in bello à Philisthæis occisos, nemini nō constabat. Hæc quum nulli nō essent nota quorū pro horum conuictorū expurgatione, psalmo opus fuerat: nos proinde (quod nostrum tenuē iudicium attinet) priores duas sententias huic tertiam longè arbitramur præferendas. ¶ Post hæc verò aduertendum est, in Hebræo primam dictionem huius tituli esse signaionem: quæ non significat psalmum, vt nos habemus, psalmus David, sed ignorationem quemadmodum Hieronymus ex Hebræo vertit: similiter quoq; Symmachus, & Aquila, teste Ioāne Renclino. Quod secundum eam sententiam accipi potest, quoniam in sui excusationem fecit hunc psalmum David, protestans nescire se quicquam omnino, quo Saulis iram fuisset promeritus, & se omnino nullius rei esse sibi conscius, propter quod ille iuste tantam concitaret persecutionem, & planè non agnosceret, neq; scire in sese quæ illi falsò in odium Davidis contra ipsum obieciabant. Alii verò dicunt dictionem illam Hebræicam significare exercitationem, aut angorem, aut sollicitudinem, quidam etiam interpretationem, cui translatio Chaldaica consentit, quæ habet in titulo: Interpretatio confessionis, qua laudem cecinit coram Deo, dixitq; canticum pro interitu Saul filij Cis de tribu Benjamin. Hæc autem omnia non est difficile ad aliquam cōgruam intelligentiam adducere, iis quibus in huiusmodi latius meditari fuerit collibitū. Nonnulli verò asserunt, signaionem significare musicum instrumentum, verum id perparum videtur habere certæ autoritatis.

IN PSALMUM VIII.

**V**ersu primo, Quam admirabile est nomen tuum. Beatus Hieronymus vertit, Quam grande est nomen tuum. Felix autem, nostro more, Quam admirabile & terribile. Chaldaica translatio duo coniungens: Quam forte (inquit) & laudabile est nomen tuum. Omnia autem hæc in idem recidunt. ¶ Versu secundo, Quoniam eleuata est magnificentia tua. Hieronymi versio habet, Qui posuisti gloriam tuam super cælos. Quæ lectio vtranque sententiam in Elucidatione propositam recte patitur, & eam videlicet quæ de celsitudine loquitur diuinæ laudis, & eam quæ de Christi super cælos exaltatione. Nam de secundo sensu clarum est, tunc Deum patrem suam gloriā super cælos posuisse, quando suum filium exaltauit super omnes cælorum ordines in æqualitatem suæ dexteræ. Iuxta priorem autem sententiam, posuit Deus super cælos gloriam suam, quando adeo suam gloriam magnificauit, sicq; eam exaltauit, vt longè omnibus esset cælis superior, vt nullo modo à cælis valeat comprehendi. Altior enim est cælis. Propter quod alio in loco dicitur, Excelsus super omnes gentes dominus, & super cælos gloria eius. Atq; huic posteriori sensui cōsonat Felicitis versio, Qui eleuasti laudem tuam, vel quoniam eleuata est celebratio tua super cælos. Consonat & lectio paraphraſis Chaldaica, Qui constituiti laudem tuā altissimam plusquam cælos. Putat tamen Felix, iuxta suam sententiam rectius vertendum, in hunc modum, Quam admirabile est nomen tuū in vniuersa terra, quæ dedit confessionē tuam super cælos. Quod adimpletū dicit, in cōuersione omnium gentiū ad Christum. Tunc enim vniuersa terra dedit confessionem & laudē Christo Deo, sedenti super cælos, ad patris dexterā, & admirabile adorabile habuit benedictū nomen eius.



¶ Versu tertio, Perfeciſti laudem. Beatus Hieronymus nobiſcum vertit, Perfeciſti laudem. Cateri ex Hebræo interpretes vertunt, Fundaſti fortitudinē vel virtutem. Vnde colligitur eandem eſſe virtutem que lectionis ſententiam: Fundaſti enim Deus (id eſt, firmauit, & corroborauit) ſuam fortitudinem, eam q; firmam, ac ſolidam demonſtrauit, ac proinde perfectam, & perfecte laudabilem fecit, dum ex ore infantium & lactentium ſuam gloriam magnificauit. In ſecunda autē parte, quum in pſalterio Romano habetur, Vt deſtruas inimicum & deſenſorem: necſe eſt vt accipiatur Deſenſor pro Vltore, ſiue (vt ita dicā) vindicator: quemadmodū iuxta vulgatam lectionem Latinam capite duodecimo epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Romanos legimus, Non voſmetipſos deſendentes chariſſimi, ſed date locū irę: vbi Deſēdentes, ſignificat Vlcicētes, aut Vindicantes: quomodo & in eo quod ſequitur ex Moyſis cantico, Mihi vindictā. Tertullianus antiquus author quodā loco adducit, Mihi deſenſam, & ego retribuam. Vnde patet, apud antiquos ſolere Deſenſam dici, pro Vltione, vel vindictā, & Deſendere, pro vlcicē, ac proinde Deſenſorē, pro vltore: de qua re nō nihil diximus in noſtris Collocationibus ſuper epiſtolā beati Pauli ad Romanos. Debere autē hoc loco Deſenſorem non aliter accipi, quā prędictum eſt, tam Græca quā Hebræa demonſtrant. In Græco enim *ὀνειδιστής* ponitur, quod manifeſte vltorem ſignificat. Ex Hebræo quocunq; cōcorditer omnes interpretes Vltorem vertunt. ¶ Verſu ſexto, Minuiſti eum paulominus ab angelis. Ab angelis, quanti ex Hebræo originali, recte verti poſſet, A Deo, quomodo vertit beatus Hieronymus: Minus enī (inquit) paulominus à Deo. Nam in Hebræo Elohim ponitur, quod nomē in ſcripturis Deus verti ſolet: quemadmodum primo cap. libri Geneſeos quotieſcunq; dicitur, Dixit Deus, vidit Deus, aut huiusmodi, ſemper vocabulum iſtud Elohim poſitum eſt. Huius autem lectionis ſententia eſt, Chriſtum Dei filium (qui ſecundum diuinitatem, quatenus verbum patris, coæternus ei erat, & coequalis) factum eſſe in ſua humanatione, ſecundum aſſumptam formam ſerui, patre ſuo minorē: quemadmodum & de ſe ipſe teſtatur, dicens, Pater maior me eſt. In ſuper & iuxta poſteriore in Elucidatione poſitā expoſitionem ad totum genus humanum accommodaretur iſta pars pſalmi, aptā nihilominus habebit intelligentiā: hanc videlicet, Humanū genus in tanta ſublimitate, dignitate, atq; nobilitate condidiſti, vt non ita multum abſit à ſimilitudine diuina: feciſtiq; hominē non vſque adeo tibi diſſimilem, dum inſpirans ei, rationalem animā, ad imaginem & ſimilitudinem tuam creaſti illū. Hac enim parte, valde diuina nobilitati appropinquamus. Vnde etiā habemus, vt Dei capaces ſimus, & deiformes effici valeamus. Et quanquam re vera maxima adhuc diſtantia interſit inter diuinā & humanā conditionem, dicitur tamen homo paululum à Deo minutus, ſecundū comparationē loquendo, & relationem ad cæteras omnes corporeas creaturas: quarum nulla ſic per ſimilitudinē imaginis appropinquat. Deo, vt humana natura. Recte itaq; ex Hebræo vertit beatus Hieronymus, A Deo: & quod vertit ſanam habet intelligentiam. Verū tamen ſeptuaginta interpretes Elohim hoc loco verterunt angelos, dicentes, Minuiſti eum paulominus ab angelis: quomodo etiam in epiſtola Pauli ad Hebr. cap. 2. locum iſtum adductum habemus, tam in Græcis quā Latinis codicibus. Quamobrem non ſatis circūſpecte quidam agere videntur, qui hanc lectionem noſtram vulgatam proſus è libris delendam putant, dicentes omnia tam Græca quā Latina hoc loco caſſigari debere, vt loco, Ab angelis, ponatur, A Deo, Neq; ſolum hunc locum in pſalmis, ſed illū etiam in epiſtola ad Hebræos quem ſupra citauimus, ſimiliter cōmutari volunt, ob hoc videlicet quod in Hebræo Elohim habetur, quod ſignificat Deum. Primū enim illud aduertendū eſt, ſi omnia quæ in pſalmis inueniuntur apud ſeptuaginta interpretes diſſonantia ab Hebræo, debeant ſecundū Hebræicam ſcripturā immutari, pene vniuerſam illorum interpretationē neceſſariō debere cōfundi: ſimiliter & vniuerſis prophetarum libris, cum plurima ipſi conſilio & ſpeciali diuini ſpiritus inſpiratione (vt pie, religioſe, & verē creditur) immutauerint: de qua re Auguſt. in libris De ciuitate Dei, atque De doctrina Chriſtiana multa diſſerit: quādā etiam hoc multo vetuſtior Irenæus, in libris quos contra hæreticorum errores conſcripſit: nos quoq; pro noſtro modulo pauca quādā diximus in præſatione Collationū, quas p veteris eccleſiaſtica Latinæ interpretationis noui teſtamēti deſenſione, ferē ante bienniū edidimus: propter quod, impræſentiarū iſta nō repetimus. Adde & illud, ſi ea quæ in Eugēliis atq; apoſtolicis literis citantur ex ſeptuaginta interpretibus, debeant corrigi ad Hebræā literam: quæ admodū iſti hoc loco fieri poſſulāt, pleraq; etiā in ſacris Euangeliis eſſe immutanda, ſimiliter in ipſis apoſtolorū literis. Plerūq; enim illi veteris teſtamēti authoritates ex ſeptuaginta interpretibus adductæ. Oportebit itaq; (ſecundū iſtorū ſententiā) & hæc obelo confodi, & iuxta Hebræam cūcta reſtitui. Quæ admodū (ex epli gratia) illud quod in cap. 13 epiſtolę ad Romanos ex Eſaia ſecundū ſeptuaginta interpretes adducitur: Erit radix Ieſſe, & qui exurget regere gentes, in eum gentes ſperabunt, dicent obelo tranſigendum, & eliminandū de libris omnibus, tam Græcis quā Latinis. Nam ex Hebræo aliter vertit Hieronymus his verbis, In illa die radix Ieſſe qui ſtat in ſignum populorū, ipſum gentes deprecabuntur, &c. Hæc autē ſi quis attentet, non ſolum (vt in epiſtola ad Hebræos) interpretem arguit Paulinæ epiſtolæ, qui eam ex Hebræo vertit in Græcum, verum ipſas etiam Pauli manu ſcriptas epiſtolas, cogetur ſuis articulis emendare: ſiue (vt verius dicam) temerare, atque cōmaculare. Itaq; etiam ſi conſtaret, Hebræice Elohim non ſignificare niſi Deum, neq; aliquando pro angelis poſſe accipi: non tamen ſtatim vnius hominis iudicio deberet pſalteriū, neq; Pauli ad Hebræos epiſtola Græco ſermone ſcripta emendari, neq; è libris ſanctorū interpretationes huic literæ reſpondentes, eliminari, & eradicari. Super hæc autē & illud aduertendum eſt, vulgatam iſtam lectionem quæ Ab angelis habet, nequaquā Hebræo aduerſari. Nam Elohim etiam angelos poteſt ſignificare, Vn-

Rom. 12.

Deut. 32.

Ioan. 14.

Eſaie. 11.

A de Chaldaica tranſlatio habet, Minuiſti eū minimo ab angelis, gloria & ſplendore coronaſti eū. Felix quoq; ordinis eremitarum ſancti Auguſtini, tamen in cōtextu ponat à Deo, ad marginē tamen ponit, ab angelis. Sanctes verō Pagnin⁹ Predicatorii ordinis, vir nō mediocriter in literis & linguis ſacris eruditus, non aliud vertit, quā quod nos habemus, ab angelis. Nunquā autem iſti ex Hebræo interpretes, Elohim vertiſſent angelos, niſi vocem id recte ſignificare iudicaſſent. Sed & Reuclinius ille citra controuerſiam hebræica literaturā, peritiſſimus, in rudimentis Hebræicis, authoritatem inducit Moyſis Aegyptii, in lib. perplexorum dicentis, prædictū nomen Elohim conuenire Deo, angelis & hominibus admiratione dignis. Ipſe verō ſuper hæc inueniri ait, pro idolis & iudicibus, quod etiam ex eplis confirmat. Carterū quod ad ſententiā pertinet, in Elucidatione atq; reſpondentibus annotationibus, arbitramur ſatis dilucide monſtratu, conuenientiſſimā eſſe vulgatā lectionis intelligentiam, eamq; multiplicem. Sed & ſanctorū authoritates euidentiſſime hoc ipſum confirmāt. Sententiā enim de Deo impiam, nunquā tuſiſſent piſſimi illorū animi. ¶ Verſu eodem. Et cōſtituiſti eum ſuper opera. Cōſtituiſti, hoc in loco nō ſignificat ſimpliciter poſuiſti aut collocaſti videlicet ſecundum eminentiam & excellentiam: ſed valet præpoſuiſti, vel præfecuiſti, quaſi habentē poteſtatem. Vnde beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Dabis ei poteſtatem ſuper opera. Felix habet, Cōſtituiſti eum dominatorem: alii, dominari eum feciſti: quæ omnia, illam quam diximus ſonant intelligentiam.

DE TITULO PRÆCEDENTIS PSALMI.

Pſalmus octauus, præter particulas ſuprà expoſitas, habet in titulo diſtionē quandam hætenus nuſq; repertam, neq; explicatam. Inſcribitur enim pro torcularibus, quomodo etiā beatus Hieronymus ex Hebræo vertit. Manifeſtum autē eſt, debere nos hæc torcularia ſecundum myſticum aliquem ſenſum accipere. Intelligunt enim nonnulli Latinorū doctores per torcularia iſta, Chriſti Eccleſias: inter quos ille eſt eximius doctorum ſanctus pater Auguſt. in huius tituli explanatione rationes plures adducens, quibus Eccleſiæ dici debeant torcularia. Illa autē præcipua eſt, qua ſic dicit Eccleſiā torcular eſſe, quomodo & aræ aſſimilatur, iuxta verbū Iohannis Baptiſtę, dicentis de domino, q; permundabit arcam ſuam: videlicet quod in ea hoc tempore boni cum malis ſint cōmixti. Quemadmodū enim in arca non ſolum eſt triticum, ſed ſunt inſuper tegumenta ſiue folliculi in quibus naſcitur & creſcit triticū, ſunt etiam ſuſtentamēta & deſenſoria inter quę proficit, cuiſto dicitur & augmentatur, & ſine quibus nunquā triticum bonū naſcitur: ita in torcularibus non ſolum eſt vus ſanguis (vt ita dicam) neq; ſolum vinum, ſed inſuper vinacia ſunt atque folliculi, in quibus gignitur & coquitur: ſunt & pilluli, qui interius implent & diſtendūt vinaciorū vteros. Atq; ita applicando ſimilitudinē, dicimus etiam in ſancta Eccleſia malos eſſe cum bonis cōmixtos, imō bonos per malos quodammodo ſuſtentari atq; etiam cōfirmari, & proficere in bonū. Diſcernit tamen nunc Deus in torcularibus vinacia atq; lapillos à ſanguine vuarū ſiue à vino: futurūq; aliquando eſt, vt vina colligat in cellaria ſua, vinacia verō proiciat ante canes & porcos, vt impleantur de eis ventres ipſorum: quomodo de arca dicitur: quod cum eā dominus permundare volet triticū angeli collecturi ſunt in horreū, paleas autem conſicient in ignem inextinguibilem. Super hæc verō quæ Luca. 3. pater Auguſt. pulchrius & latius declarat, adiiciendū merito exiſtimamus, torcularia in ſcripturis diuerſam habere ſignificationem. Quodam enim in loco interrogantibus angelis illū qui de Edon veniebat, tinctis veſtibus, de Bozra, quare rubrū eſſet veſtimentū eius: reſpōdiſſe eum legimus, quoniam torcular calcaveſſet. Hoc autē torcular, ſancti patres ad paſſionē Chriſti pertinere veridica expoſitione interpretati ſunt. Videndū autē, ne forte iſtud ſit torcular, pro quo hic pſal. inſcribitur. De paſſione ſiquidem domini præſentem Pſalmū loqui, Apoſtoloſ ſcribens Hebræis euidenter declarat: atq; idipſum moſtrat aperte præmiſſa Elucidatio. Neq; eſt quod pluralis numerus quencumque paſſio, ſed abundantiam paſſionum atq; tormentorum multiplicium, tam interius quā exterius, pro nobis ſubiit agnoviſtor, cui Pſal. inſcribitur. Deniq; ſub torculari domini licebit & ſeruorum torcularia comprehendere. Calcarunt enim ſinguli martyres ſuum torcular. Imō (generaliori quodam loquendi modo) omnes qui pie volunt viuere (dum ſecundū Apoſtoli ſententiā) perfequentionem perferre debent, ſuū habent ſinguli torcular. Legimus inſuper in lib. qui Eccleſiaſticus inſcribitur, de alio quodā torculari, quod impletur ſapientia. Sic enim illius operis authorem inibi audivimus loquentē, In benedictione Dei & ipſe ſperaui, & quaſi qui vindemiare replevi torcular. Ac deinde, Reſpiciate, quoniam non mihi ſoli laboravi, ſed & omnibus exquirentibus diſciplinā. Quid Eccle. 33. verō per torcular impletū ad modum vindemiantis intelligimus, niſi cor vitali ſapientia repletum, & ita repletum, vt nō ſibi ſoli ſufficiat, ſed vniuerſis inde bibere volentibus? Atq; hoc modo videamus, ne forte corda infantium horum & lactentium, de quibus in Pſalmo fit mētio, per quos laus Dei perfecta eſt, ſimiliter ex aduerſo & inimicorū confuſio, ne horum (inquā) corda ſint iſta torcularia repleta ad modū eius qui vindemiare. Vere enim quod ſequitur, ipſis optimo iure proclamare licet: Videte, quia nō nobis ſolis laboravimus, ſed & omnibus qui exquirunt diſciplinā. Quomodo enim ex torcularibus vinum omne procedit quo potatur mundus & oblectatur, ſic ex horū infantium & lactentium peccatore, Eccleſia vniuerſa ſua viter potata eſt, & mirabiliter viuificata. Et ex his torcularibus propinat ſapientia iis quos inuitaverit vinum, quod ſe illis dicit miſcuiffe: quemadmodum & ex his horreis panem ſuum depromit inuitatis. Panis enim verbi Dei, & vinū ſanctæ ſapientia om-

Luca. 3.

Eſaie. 93.

1. Tim. 3.

Eccle. 33.

Prou. 9.



ne quod in Ecclesia est, ex his horreis & torcularibus (i. de plenitudine & diuitiis spiritualibus Apostolicorum pectorum) de promptu est, atq; propinatum Ecclesiae. Ecce verò, quomodo iterum in infantes & lactentes istos prolapsi sumus, à quibus & in alteris annotationibus vix tandem auelli potuimus. Possimus verò & de torculari illo non nihil adiciere, quod in vinea sua extruxisse legitur Matt. 21. dominus vinea, qui illam agricolis locauit. Ceterum, torcular illud de quo in Apocalypsi legitur Apoc. 19 lacus videlicet ille magnus ira Dei, in què conuiciuntur botri vinea terrae, qui extra ciuitatè calcat, ita vt sanguis exeat vsq; ad frenos equorum, item & illa torcularia de quibus in Iob dicitur, calcatis torcularibus sitiunt, proposito videntur nulla ratione posse cõuenire. Insuper & illud aduertendum est, quòd dictio Hebraea quae hoc loco ponitur Gittith, ab aliis asseritur fuisse instrumentum quoddam artis musice, quod ex Gath Philistinorum ciuitate fuerat allatum, forsan & inibi repertum. Cui sententia paraphrasis Chaldaea aperte consentit, quae sic habet, In laudem cithara allata de vrbe Gath. Felix autem putat gentilem populù hac dictione significari, dicens eam esse patronymicam, à Gath ciuitate deriuatam, tanquam si dicamus effictio vocabulo populù Gathicum. Vult autem per hoc significari populum gentiù, sicut & per Philistinum in scripturis, cõpluribus in locis, gentilitas significatur. Dicit itaq; sensum tituli esse, Pro populo gentium, videlicet quia gentilitatis ad fidem Christi conuersionem per spiritum sanctum prauidentis Propheta, in huius Psalmi verba erupisset. Haecenus de Psalmi titulo.

**V**ersu 7. Inrepassi gentes, & perit impius. Chal. paraphrasis, hoc in loco sic habet, Inrepassi sunt populum Palaestinarum, perdidisti Goliath impium. Vnde patet, quòd in titulo premitit, pro morte viri qui egressus est de castris. De Golia Philisthaeo auctorem huius translationis intellexisse, de quo in expositione tituli plura inuenies. Nos autem Goliath diabolù vel Antichristum, & Philisthaeos impios idololatrias interpretati sumus. Alioqui, quid nobis cum Golia aut Philisthaeis illis, qui in baratru iam olim absorpti sunt? ¶ Versu 6. Ex Hebraeo vertit beatus Hieronymus, Inimici completae sunt solitudines in fine. Quod intelligi potest de populis gentiù, qui erant deserta & solitudines inhabitatae à draconibus & serpentibus, cum idola colerent. Hac autem deserta completae sunt, finita sunt. i. solitudines diabolice deserunt. Sunt enim in aduentu Christi facta habitacula ipsius & Dei. Et sic idem vult hac particula quod statim sequens, Destruisti ciuitates eorum, in quibus scilicet habitauerant, dum populos gentium ipse in possessionem ad inhabitandum occupasti. In sequenti autem versu, ex Hebraeo vertunt cõcorditer omnes, Perit memoria eorum cum ipsis, neque sit de sono vel sonitu vlla mentio. ¶ Versu 9. Et factus est dominus refugium pauperi. Pro refugio, priore loco, & adiutore secundo loco, in Hebraeo eadem dictio est misgab, quod beatus Hieronymus utrobique vertit eleuationem. Erit dominus (inquit) eleuatio oppresso, eleuatio opportuna in angustia. Felix priori loco monumentum, secundo protectione transitulit. Conueniunt autem haec omnia in idem. Pauperibus enim dominus refugium est, ad quem securi possint & debeant habere recursum: eis autem adiutor, in auxilium paratus: est exaltatio & eleuatio, quoniam de pondere tribulationum & oppressionis eos subleuat & exaltat, per liberationem, factiq; vt non succumbant, sed victores magis euadant: est munimentum, est protectio atque defensio eorum: est insuper & fortitudo eorum, in quo gloriantur sese omnia posse, & omnia facile perferre atq; superare. ¶ Versu 17. Cognoscetur dominus iudicia faciens. Hunc versum aliquando secus vertunt ex Hebraeo interpretes. Hieronymi versio sic habet, Agnitus est dominus, iudicium faciens. Felix vertit, Notus dominus, iudicium fecit. Quod de diabolo & eius cultoribus, impietatis contra Deum & Christum promotibus, recte intelligitur. Iam enim experti iudicium domini, agnouerunt illum quem prius contempserant, & agnoscere recubant. Aut accipiatur tempus praeteritum pro futuro secundum expositionem quae in Elucidatione posita est. Sequentem autem partem vertunt, In opere manuum suarum corrui vel illaqueatus est impius, quod nostrae lectione clarius explicat. In fine autem huius versus, particula quaedam in Hebraeo ponitur, scilicet Higaion, quasi separatim, absq; connexionem cum vlla vel praecedenti, vel sequenti dictione: neq; tamè sensum vllum per se potest completè efficere. Pro qua dictione, in translatione beati Hieronymi, omnino nihil verum inuenitur. Felix autem dicit eam significare canticum, vel meditationem, vel loquutionem. Ita autem exponit hanc particulam, vt ad statim praecedentem vltionem impiorum referatur, vt sit sensus, Cantabunt sine exaltabunt iusti, supple, de hac vltione. Aut meditatio vel loquutio. i. vnusquisque meditabitur & loquetur de hac vltione. Sanctes Pagninus paraphrasticè ita legit, Meditatio in saculum, est salus hac. Et Chaldaea paraph. Gaudebunt iusti in aeternum. ¶ Versu 21. Constitue domine legislatorem super eos. Beatus Hieronymus vertit pro legislatorem, timorem, hoc modo, Pone domine timorem eis. Cui consentit translatio Chaldaea. Incute domine timorè eis. Iuxta quam lectione petitur, vt super gètes veniat timor domini, nisi rum vt cognoscant & metuant eum omnes fines terrae: quauis possit & in malà partem interpretari. Recte tamen nostra lectio habet legislatorem. i. rectorem, doctorem, praecceptorem. Vox enim Hebraea vtraque; habet significationem, vnico tantum puncto variata. Nam si mori legatur, significat timorem vel terrorem. Si verò moreh per se legatur doctorem & praecceptorem significat. Felix autem vertit in contextu, Pone domine iugum ipsis. Quod recte de iugo illo accipi potest, de quo Saluator in Euangelio ait, Iugum meum suauè est, iugum scilicet fidei & legis Euangelicae, per quod humilitatè discunt homines qui ipsum susceperunt, & suae vtilitatis memores libenter se Deo subiiciunt. Vnde & Saluatorem audimus in Euangelio clamantem, Tollite iugum meum super vos, & discite à me,

**A** quia mitis sum & humilis corde. Ad idè referri potest timor ille, si tamen sanctus, castus, atq; Evangelicus timor intelligatur. Itaq; haec diuersitas potest in vnitatem facile reduci. ¶ Versu 26. Pro iniquitate sunt, Beatus Hieronymus vertit, parturiunt. Parturiunt (inquit) viæ eius in omni tempore. Potest autem parturicio ista intelligi (secundum quod in Psalmo 7. dictum fuit) de impio parturiente iniustitiam. Semper enim parturiunt ipsi & meditantur, quomodo innocentes opprimant. Vnde Felix vertit, Dolore afficient viæ eius, iustum videlicet, contra quem in omnibus viis suis meditatur impius. Alii vertunt, Prosperabunt viæ eius in omni tempore. ¶ Versu 27. Auferuntur iudicia tua à facie eius. Ex Hebraeo vertit Felix, Excelsè iudicia tua à conspectu eius, vel excelsa iudicia tua, quod clarius aliquando verti posset, In altitudine sunt iudicia tua coram eo. Clarissime verò reddidit Hieronymus, Longe sunt iudicia tua à facie eius. Omnium autem horum, simul & nostrae vulgatae lectionis, vna eademq; sententia est, Quod enim excelsè vel in altitudine supra nos est, id à conspectu nostro elongatum est, & à facie nostra ablatum vel absconditum, vt non videamus. Atq; ita sunt Dei iudicia in altitudine posita, & ablata siue remota à facie impiorum. Nesciunt enim videre aut considerare illa. ¶ Versu 32. & 33. Insidiatur vt rapiat pauperem. Iuxta distinctionem quae in Hebraeo est, vltima particula prioris versus iungitur cum principio posterioris ad hunc modum, Insidiatur vt rapiat pauperem, rapere pauperem, dum attrahit eum in rete suam, aut in laqueum suum. Quod autem sequitur, humiliabit eum, inclinabit se & cadet, &c. admodum diuersimode diuersè trãserunt. **B** Beatus namq; Hieronymus sic legit, Et contra factum scilicet pauperem subiciet, & irruet viribus valenter: quod per omnia apte respondet illi sententiæ, quã in Elucidatione expressimus. Felicitas autem versio sic habet, Subsidiabit, humiliabitur, & cadet in fortitudine eius exercitus contritorum. Cuius lectionis sententia est, impios interdum abscondere se, & occultare fraudulentiam, vt deinde in tota fortitudine irruant, quasi ex improviso: quemadmodum aucupes subsident & insistent sese, vt non videantur à multitudine auium, quas cupiunt in rete suã attrahere, sicq; ex improviso omnes illaqueant. Potest etiam intelligi secundum hoc quod frequenter tam diabolus quam ministri eius infirmitatem simulat, vt magis leniant: quo modo in vita magni Antonii legimus, spiritum malignum in specie nigri pueruli sese pedibus viri sancti prostrauisse, quasi victum sese confitendo, vt eum sic vel in gloriam eleuaret, vel in securitatem adductum facilius post deciperet. Hinc sententiæ consonat quod vertit Felix, contritum humilèmq; se ostenderet, &c. & quod habet Chaldaea, paraphrasis, Simulat egritudinem & debilitatem, caditque in fortitudine insidiarum eius pauper.

DE TITVLO PRAECEDENTIS PSALMI.

**P**salmo 9. Titulus praemittitur, iuxta vulgatam lectionem, Pro oculis filii. Quod sancti doctores referunt ad Christi aduentum in carnem: qui vere occultus erat, quoniam sub forma serui domini apparebat, & sub humanitate diuinitas latebat abscondita. Et de hoc aduentu fit in hoc Psalmo mentio, quando de generis humani de liberatione inimici destructione, & gentium conuersione, proluxa narratione multa describuntur. Itè & de iudicio discretionis, quo nunc electos Deus à reprobis separat secundum meritum, illis gratiam misericorditer largiè, hos iusto suo iudicio in odio & reprobatione derelinquens. Est autè & hoc iudicium admodum occultum, hinc enim Apostolus praedmiratione exclamabat, dicens, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius. Sed & secundum Christi aduentum & extremum iudicium, de quibus in hoc Psalmo fit mentio, tametsi tunc cum fient, manifesta erunt oibus, nunc tamè occulta sunt & abscondita. Propter quod, pro his omnibus occultis filii Dei Christi domini, recte dixerimus cãtari hunc psalmum, & intulari pro occultis. Ex Hebraeo tamen aliter vertit interpretes. Nam Hieronymus vertit, super morte filii: quomodo etiã Symmachus ait ex Hebraeo transulisse. Verù super hoc titulo questio exoritur, quare super morte filii hic Psal. inscribatur, cum de morte filii nulla hic fiat mentio, sed potius de victoria Christi, in daemone humilitione & gentium conuersione, maxime vsq; ad versum 22. à quo loco secundum Hebraeorum distinctionem Psalms alius inchoatur. Potest autem hac difficultas facile solui dicendo, ob hoc intulari Psalms pro morte filii, quoniam omnis illa de diabolovictoria & humani generis liberatio, gentiumq; ad fidem conuersio, & à portis mortis extractio per filii mortem perfecta fuerit. Moriens enim filius agnus Dei, fecit omnem illam victoriã. Ait beatus Hieronymus septuaginta interpretes Christi mortem & resurrectionem (quae ignota prius mundo fuit) per verbu ascensionis celare voluisse, ne à gentibus illo tempore facile hoc mysterium nosceretur. Et secundum hanc sententiã occulte idè indicatur per abscondita filii, quod per filii mortem. Alii vertunt, Pro iuuentute filii, quomodo beatus Hieronymus testatur vertisse Aquilem interpretem. Atque ita per filium pulchre intelligitur populus fidelium, in tempore gratiæ, quasi in iuuentute sua flores primitiis spiritus, & gratiæ, doctrinæ, atq; miraculorum splendens. Vel per iuuentutem filii intelligatur resurgens & victoris Christi glorificatio. Alii rursus vertunt, pro iuuentute: sed particulam sequentem laben, dicunt significare candidam vel splendidam, vertuntq; pro iuuentute splendida, vel Psalms iuuentutis splendida: quoniam videlicet de splendore & pulchritudine nascetis ac proficietis Ecclesiae, Psalms potissimè loquitur, similiter & de Christi post resurrectionem triumpho & gloria, quae aliquo modo potest iuuentus splendida appellari. Rursus alii vertunt quidè cum Hieronymo & Symmacho, pro morte vel super morte, sed sequentem in Hebraeo dictionem laben, accipiunt pro insipientem, iuxta quod exponit Abigail loquens de viro suo coram Dauid pro salute domus suae, ac dicens Ne ponat oro dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal, quoniam secundum nomen

suum stultus est, & stultitia est cum eo. Iuxta hanc itaq; intelligentiam vertunt, super morte insipientis. Quod potest intelligi de destructione hostiū Christi, utpote vel diaboli, qui insipientissimum sese demonstravit, atq; etiamnum monstrare non desinit, cum se Deo & Christo opposuit, & vsq; modo repugnare nō cessat. Huius enim interitus & mors, initio statim Psalmi describitur. Aut de populo Iudaeorum, nimis insipienter missum sibi saluatore respiciente & oppugnante: qui Ecclesia gentium surgente, excecati sunt, atque ita vere mortui. Item & de omnibus impiis, quorum interitus & mors per Christi iudicium in presenti psalmo describitur. Specialiter quoque ad illum verissimum Nabal, & superbe nimium stultum Antichristū aptari potest titulus, de quo pars psalmi posterior specialius loquitur. Licet enim psalmum hunc videantur Hebraei distinguere, quia tamen non praemittitur sequenti vllus titulus, quasi sub isto simul in vnum comprehenditur, iuxta multorum sententiam. Nonnulli verō, etiam ad literam putant hunc psalmum à Dauid pro morte insipientis Nabal fuisse compositum, cum audita morte illius dixisset (vt Regum narrat historia) **1. Reg. 17.** Benedictus dominus qui vindicauit causam opprobrii mei de Nabal, & seruum suum custodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit dominus in caput eius. Alii, Goliath Philisthæum intelligunt: verum hæc postrema minus apparent probabilia. Quæ prius dicta sunt, plus videntur habere auctoritatis atque dignitatis, quantum ad sententiæ pondus attinet.

IN PSALMUM X.

**V**ersu 2. Ex Hebræo vertunt in secunda parte versus, Posuerunt vel præparauerunt sagittas suas super neruum: pro quod nos habemus, Parauerunt sagittas suas in pharetra. In illo, apertius denotatur malorum cupidus ad nocendum animus. In hoc autem, occultum insidiarum, & fraudulentia nocere cupientium apertius insinuatur: quomodo in annotationibus alteris, latius explicauimus. Sententia autem in idem reuertitur. ¶ Versu 3. Quoniam quæ perfecisti destruxerunt. Dictionem ha sathoth variis modis transferunt interpretes. Septuaginta enim verterunt, quæ tu fecisti vel perfecisti. i. perfecta. Beatus Hieronymus vertit, leges. Quoniam leges (inquit) dissipatae sunt. Felix vertit, fundamenta. Quoniam fundamenta (inquit) Chal. translatio similiter habet, si fundamenta subuerterentur, in istis quare operatus est bonum? Alii vertunt retia, quomodo & Felix testatur recte transferri posse. Videretur autem generalius vertere, & minus sententiam stringere, qui verteret, quæ posita sunt. Hic enim & leges, & fundameta & retia manifeste comprehenduntur. Hæc enim omnia poni dicuntur. Sed & ea quæ perficiuntur ab aliquo, & in sua perfectione stabiliuntur, recte poni dicimus. Prædictorum verō expositione per singula non prosequimur, cōtenti ea quam in Elucidatione, ac post eam in annotatione expressimus. Ex his enim difficile non erit versiones alias intelligere. ¶ Versu 5. Oculi eius in pauperem respiciunt. In Hebræo nō additur in pauperem, sed simpliciter habetur, Oculi eius vident vel respiciunt: ad significandum videlicet, diuinis conspectibus patere vniuersa, neque omnino quicquam esse quod illum licet in altissimis residentem, possit latere. Loco autem verbi interrogant, Hieronymus similiter & alii interpretes constituunt verbum probant: quod secundum eandem intelligentiam accipiendum est, secundum quam supra exposuimus interrogant. ¶ Versu 6. Qui autem diligit iniquitatem, odit animā suam. Huius versus secundam partem aliter ex Hebræo vertunt, quam habeat vulgata lectio, in hūc videlicet modum, Diligentem iniquitatem odit animā eius: vt eius referatur ad dominum, sitq; sensus, Animam Dei odio habere eos qui diligit iniquitatem. Cuius dicti sententia clarissima est, si tantū intelligatur, quomodo in scripturis attribuitur anima Deo: qui tamen sicut nō corpus, ita nec animam habet. ¶ Versu vlti. Aequitatem vidit vultus eius. Secundam hanc partem versus, diuersimode ex Hebræo transferunt. Hieronymus enim vertit, Rectum videbunt facies eorum. hoc est, vultus eorum quos Deus dilexit, videre debent, probare, atque sectari quod rectum & bonum est. Atque in eandem ferē sententiam vertit Felix ad marginem, Recte aspicient facies illorum. Alii vertunt, Rectum videbit facies eius. Quod si secundum genus neutrum intelligatur, idem est cum vulgata nostra lectione. Similiter & illud quod Felix in contextu vertit, Rectū aspicient vultus eius. Erit enim sententia, Dei vultum aspiceret quod rectum est. hoc est, aequitatem. Si verō secundum genus masculinum, sententia est, Deum aspiceret rectos & simplices. Rursum verō ab his omnibus diuersam sententiam habet Chal. paraphrasis in hoc modum, Recti videbunt iocunditatem facierum eius.

IN PSALMUM XI.

**V**ersu 4. Labia nostra à nobis sunt. Ex Hebræo vertunt concorditer interpretes, Labia nostra nobiscum sunt. Iuxta quem modum habet etiam psalteriū Augustini, pro, à nobis, ponens, apud nos, quod est nobiscū. Puto autē illud nobiscū accipi debere, vel vt idem sit quod à nobis: quoniam videlicet ex naturali generatione lingua vt cætera mēbra, accipiunt homines: vel vt sonet, in potestate nostra: quasi dicant impii, Lingua nostra in potestate nostra habemus, quæ non loquamur quodcumq; visum fuerit: Pro magnificabimus autem, vertunt ex Hebræo roborabimus: quod eandē ferē habet sententiam. Nam & vulgo robustam aut fortem linguam habere dicuntur, aut in lingua robusti esse ac fortes, qui lingua habet magniloquā atq; superba iactantē: ¶ Versu 5. Propter miseriam in opum? Pro miseria ex Hebræo cōcorditer vertunt vltimatē. Quod Evangelico sermoni satis apte respondet, cum Saluator turbas aspiciens, describitur earum misertus, quoniam erant iacentes, vexati & desolati, tanquam oves nō habentes pastore, ac proinde (quod necessario consequitur) luporum morsibus parentes. Propter hanc ergo vastitatē & miseriam, pollicetur nunc exurgere dominus: quemadmodum & illo in loco misericordia motus est vt mitteret operarios in messem suam, mitteretq; discipulos ad prædicandū regnum Dei. ¶ Versu 6. Ponam in salutari, fidu-

Matt. 9.  
Ibidem.

**A**cialiter a gam in eo. Quantum ad secundā partē attinet, aliter ex Hebræo vertunt interpretes, sed variant inter sese plurimū. Beatus enim Hieronymus oim facillime vertit, iuxta sententiam ferē nostræ lectionis, Ponam in salutari auxiliū eorū. Felix in cōtextu vertit, Ponā in salute, loquetur pro ipso. Cuius sententia est, Ponam pauperē & inopem in salute. i. saluum faciā illū, & pro ipso loquar, pro ipso agā; ero illi aduocatus, patronus, & liberator. Ad marginē autē ponit, illaqueabit; quod exponit, Eripia ipsum iustū ab illo qui posuit laqueū illi. Sanctes Pagninus paraphrastice vertit in hunc modum, Ponam eū in salute, ab eo qui deridendo sufflat in eū: hoc est, saluabo eum de manu opprimētis, qui ipsum habuit pro nihilo, atq; contempit. Aliud ex Hebræo verti, Ponam in salutē flatus erunt: vt prius ad pauperes referatur liberandos, posterus verō ad malos & dæmones opprimētes, qui ante faciem Dei exurgētis erunt quasi flatus, & sicut fumus deficient. Chal. paraph. diuersam adhuc à prædictis habet sententiā: Statuam (inquit) redemptionē populo meo, impiis verō testificabitur malitia. Cuius sensus esse videtur, qd impiis prædicabitur & manifestabitur per Christū saluatorem sua malitia. Quod bene quidē in Christi persona impletum agnoscimus, quem propter inceptationem malitiæ peccatorū, crucis mortem per inuidiā sustinuisse credimus. Deinde, per eius spiritum post ascensionem demissum, per vniuersum orbē cognoscimus latius pleniūsq; perfectum: quoniam ipse est, qui per Apostolos cæterosq; fideles (iuxta Christi promissum) mundum arguit de peccato: quiq; vsq; hodie non desinit testificari impiis malitiā suam. ¶ Versu 7. Argentū igne examinatum, probatū terræ, purgatum septuplū. Hunc versum ex Hebræo diuersimode trāsferunt interpretes. Beatus enim Hieronymus ita legit, Eloquia domini, eloquia munda, argentū igne probatum, separatum à terra, colatū septupliciter. Quæ lectio non discordat à nostra, nisi qd probatū terræ clarius vertit, separatū à terra cum eadem sit sententia. Felix loco illius, Argentū igne examinatum, probatum terræ, vertit argentum conflatum vel examinatum à domino terræ: quod non habet difficilem intelligentiam, quando quidē omnem mundiciā quæ in eloquiis domini est. i. omnem veritatem, fidelitatem, vtilitatem, & quicquid in eis boni est, manifestū est à domino terræ (qui est Deus) & non aliunde procedere. i. nō ab humana sapiētia aut eloquētia, sed ex virtute Dei. Chaldea aut paraph. loco prædictæ particula ponit vas alchimicū siue infusorium: quoniam in huiusmodi vasis purgatur argentum. De qua re in prioribus annotationibus non nihil dictū meminimus. ¶ Versu penultimo. Tu domine seruabis nos. Quod nos habemus sub prima persona, seruabis nos: vertit beatus Hieronymus tertia persona, genere neutro, dicens, Tu domine custodies ea: videturq; referri debere sententia ad eloquia, vt sit sensus, Tu seruabis eloquia tua, tu adimplebis promissā tua: & verba quæ procedunt de ore tuo, nō facies irrita. Alii vertūt genere masculino, Tu domine seruabis eos, iustos scilicet, quomodo expresse etiā habet Chaldea translatio, Tu conseruabis iustos, custodies eos, &c. quæ lectio nostræ concordat. ¶ Versu vlti. In circuitu impii ambulat: secundū altitudinem tuam multiplicasti filios hominū. Hunc versum quantum ad partem secundam, longe aliter ex Hebræo vertunt interpretes, quam habeat vulgata nostra lectio septuaginta interpretum. Sed neq; ipsi inter sese consentiunt, qui ex Hebræo versiones fecerunt. Beatus enim Hieronymus sic habet, In circuitu impii ambulat, cum exaltati fuerint vilissimi filiorum hominū. Cuius lectionis poterit valde conueniens assignari sententia, secundum expositionem in annotationibus præcipuis monstratam, de exclusionē à regno superno, vt per vilissimos filiorum hominū intelligantur pauperes & inopes, de quibus in superioribus verbis dictū fuit: qui sane in hoc mūdo ab hominibus huius sæculi despiciuntur, cōtempnuntur, & quasi vilissimi filiorum hominū reputantur: quemadmodum ipse de sese I. Cor. 4. testatur Apostolus quodā loco, sic dicens, Puto quod Deus nos Apostolos quasi nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos. Et iterum, Tanquam purgamēta huius mundi facti sumus, omnium Sapien. 5. periculum vsq; adhuc. Et in lib. Sapientiæ dicunt de iustis impii, Hi sunt quos aliquādo habuimus in derisum, & in similitudinem improprietatis. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorū sine honore. Hi itaq; vilissimi ac despectissimi filiorum hominū, cum fuerint per Dei misericordiam exaltati, computatiq; fuerint inter filios Dei & sortem inter sanctos acceperint, am Matt. 25. bulabunt impii in circuitu. i. foris stare compellentur, clausa ianua, pueris in cubili existentibus: Luca. 17. & veluti plorantes atq; eiulantes ambulabunt per circuitum ciuitatis, à qua se exclusos conspexerint. Potest tamen & aliter hæc lectio intelligi, de exaltatione temporali quæ in hoc mundo est, ad hunc sensum: Cum in hoc mundo exaltati fuerint, & in potestate siue autoritate eleuati (quod nō raro fieri videmus) homines impii, nequissimi atq; vilissimi, qui nō sunt digni vt ferantur à terra, suntq; velut fex & sordes terræ: tunc in circuitu eorū ambulat impii adulatōres & ministri eorum, & adglomerantur in circuitu eorum peruersi in magna multitudine, ad grentes eis, ad consummationem malitiæ suæ. Videtur autem prior sententia magis conueniens. Chal. paraphrasis hoc loco sic habet, Circumeuntes impii ambulat, tanquam sanguisuga quæ fugit sanguinem filiorum hominum. Quæ lectio aperte fauet expositioni superius posita in prioribus annotationibus, de cupiditate nocendi impiorum contra bonos: neq; difficilem habet intelligentiam. Felix vertit, Cum exaltabuntur opprobria filii Adam, vel, cum exaltabitur vilipendia filii Adam. Rursum aliter sanctes illud, Cum exaltati fuerint, iungit cum præcedentibus, ad hunc modum, In circuitu impii ambulat, cum exaltati fuerint: ac deinde subiungit, Vilitas est filii hominum. Iterum alius vertit, Cum exaltati fuerint epulones aut comestatores filii hominum. Nos verō singulorum prosequi expositiones omittimus, ne supra modum efficiamur prolixi: maxime cum in prioribus annotationibus, atque etiam nunc in his ipsis, abunde multiplex huius loci assignata sit intelligentia.

Ioan. 16.

I. Cor. 4.

Sapien. 5.

Matt. 25.

Luca. 17.



**D**E titulo huius Psalmi, qui inscribitur pro octava, iam superius copiose dictum est post annotationes Psalmi sexti, qui eandem tituli habebat inscriptionem. Tantum hoc loco videtur indicandum, quomodo huic Psalmi talis conveniat titulus. Dicendum ergo, quod si octavam intelligimus iudicii diem, non male hic Psalmus pro octava inscribitur, qui contra peccatorum abundantiam profertur, postulans saluationem misericordie à terrore illius diei, impiis autem perditione quæ tum futura est prænuncians, cum ait, Disperdat dominus, &c. Si vero octavam pro requie æterna accipimus, nec sic Psalmi titulus male convenit, quoniam statim in principio ad illam aspirat, clamans, Saluum me fac: in medio quoque Saluator promittitur, & in fine electorum ad illam multiplicatio. Rursum, si pro instrumeto musico octo chordarum accipimus octavam, dixerimusque; (vt superius dixisse nos meminimus) epinicia esse. id est, læta victorie cantica quæ in eo cantantur, non multum aberrabimus à veritate. Tametsi enim Psalmi principium sit gementis hominis, medium tamen magnæ victorie per Christum saluatorem depromit mysterium: & finis gloriosum narrat electorum sclicitatis æternæ triumphum.

IN PSALMVM XII.

**V**erit. Vtque quo domine obliuisceris me in fine? Obliuisceris legendum est penultima longa. Est enim temporis futuri. Quemadmodum ex Græco atque Hebræo est manifestum. Vtrobique enim futurum tempus aperte conspicitur. Obliuisci autem in finem, est omnino derelinqui: quomodo illorum obliuiscimur, quorum ultra non recordamur. Atque in hanc sententiam clarè vertit ex Hebræo Hieronymus. Vtque quo domine obliuisceris mei penitus? Alii vertunt, semper, vel in seculum, vel in æternum. Omnia autem eandem sententiam habent. In secunda tamen parte tempore presentis est legendum, Vtque quo auertis faciem tuam? quoniam ita habet Græca lectio, tamen si Hebræa etiam hoc in loco habeat futurum. ¶ Versu 2. Dolor in corde meo per diem. Pro dolore vertit Felix anxietatem, & eadem sententia est. Dolor enim cordis, quem sibi inesse cõstituit, gemens in hoc Psalmo, non aliud quam anxietatem & angustiam animi tribulati, propter persecutionis gravitatem & lapsus periculum, maxime autem ob diuinæ consolationis absentiam significat. ¶ Versu 4. Obdormiam in morte. In Hebræo sonat, ac si dicas, Dormiam mortem. hoc est, dormitionem mortis, quod est dormire morte, siue obdormire in morte. ¶ Versu 5. Si motus fuero, intelligi potest, si lapsus fuero, si cecidero, aut si declinauero, quemadmodum habet Chaldaea. paraph. Si declinauero à semitis tuis. Aut si mutauero, hoc est, ad casum fuero inclinatus, vel si cadere cõperero, aut etiã si hæsitauero, aut celsitauero à via iustitiæ. Tam enim cupidi sunt inimici perditionis nostræ, vt non solum gaudeant, cum nos viderint iam prolapsos, & extra viam positos, verum etiam cum ad casum tantum declinantes aut lapsi propinquos conspexerint. Quemadmodum e contrario gaudium est angelis Dei ceterisque fidelibus salutis proximorum percupidis, non solum cum peccatorem vident reuertisse ad penitentiam, sed mox etiam vbi illum viderint propositum concepissem resurgendi, agendique penitentiam. ¶ Versu 6. Et psallam nomini domini altissimi. Hac particula in Hebræo non habetur. Et pro eo quod habemus, qui bona tribuit mihi, non habetur nisi, qui retribuit super me, vel qui reddidit mihi. Quod manifestum est debere accipi secundum sententiam nostræ lectionis, qui bona retribuit vel dedit mihi. Vnde Chald. paraphrasis habet, Laudes dicam coram Deo, quoniam mecum benigne egit.

IN PSALMVM XIII.

**V**ersu 2. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt. In Hebræo habetur verba actiua, tanquam si dicas, Corrupterunt, abominabile fecerunt: sic in priori parte subaudiendi oportet accusatiuum, semetipsos, vel viam suam, vel studia sua. Hieronymus nobiscum vertit, per verba passiuam. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt: sed pro eo quod sequitur, in studiis suis, vertit studiose: quod secundum eandem sententiam potest accipi. ¶ Versu 3. Si est intelligens aut requirens Deum. loco illius, requirens Deum, Chal. paraph. habet, quærens eruditionem à conspectu Dei. Secundum quem intellectum, requirere Deum, est illum vt præceptorè requirere & illuminatorè in via iustitiæ. Videtur tamen prima facie conuenientius, vt intelligatur querere Deum, qui illi cupit & studet placere. Alterum autem in altero includitur. ¶ Versu 4. Simul inutiles facti sunt. Beatus Hieronymus vertit ex Hebræo, simul conglutinati sunt. Quod intelligendum puto de consensu & societate malorum in sua prauitate. Adherent namque fortiter sibi inuicem, per malam viscositatem iniquitatis, quæ eos veluti in vnum compingit & continet. Alii vertunt nobiscum, abominabiles sunt, aut corrupti sunt, siue computruerunt, vel factuerunt. Sunt autem hæc adinuicem ferè coniuncta, neque est inter ea secundum rem multa distantia. Re enim corrupta, consequitur, eam ad nihilum ultra esse vtilem, non aliquo iam conducere, neque vllam amodo habere gratiam: sed ipsa sit ad omnia inutilis, ac proinde despecta, odiosa, contempta & abominabilis: quemadmodum de sale ait dominus, quod cum infatuatum fuerit vel euauerit, (hoc est, corruptum fuerit, suãque virtute priuatum) ad nihilum ultra valeat, nisi vt mittatur foras, & conculetur ab hominibus. Carnes quoque mox vt corruptuntur, abominabiles fieri incipiunt, tam quo ad esum, quam quo ad olfactum, & profusus sunt inutiles. Atque ita per omnia impii declinantes à iustitiã, quasi sale sapietie priuari, mox inutiles sunt & abominabiles, & fertent in naribus domini Sabbathoth atque sanctorum eius. ¶ Versu 5. 6. & 7. Sepulchrum patens, &c. Versus hi tres in Hebræo non habentur, hoc sane in loco: in aliis tamen Psalmis, partim eos licebit diuersis in locis inuenire. Quinti enim versus pars, prior videlicet, sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant: psalmo quinto continetur.

Luc. 15.

Matt. 5.

**A** Quæ sequitur autem, Venenum aspidum sub labiis eorum. Psalm. 139. illud autem quod proxime sequitur, initium versus sexti, Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. In psal. 9. habes. Reliqua autem quæ sequuntur, finis scilicet versus sexti, & principium septimi (id est, totum hoc, Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt) non videntur vsquam, nisi forte secundum sententiam in psalmis haberi. Apud Esaiam autem inueniuntur libri eius cap. 59. Sciendum tamen est, quod Paulus apostolus 3. cap. epistolæ ad Romanos, omnes hos versus tanquam ex cõtextu psalmi recitat, & adducit in testimonium. Quapropter mirum valde est in nullis non solum Hebræicis neque Chaldaicis, sed neque in Græcis exemplaribus, tres istos versus inueniri. Satis enim apparet in Græcis codicibus iuxta septuaginta interpretes partem istam olim fuisse habitam ex allegatione Pauli, qui in citando plerumque solet illorum translationem adducere. Quam suspicionem siue opinionem etiam confirmat Augustinus Iustinianus episcopus Nebiensis, vt in diuersis linguis apprime eruditus, ex vtraque Arabica interpretatione, Syra videlicet & Aegyptia, in quibus ista dicit haberi, quæ Hebræa & Græca modo non habent: quas interpretationes Syram videlicet & Aegyptiã, non dubitat ipse ex Græco esse desumptas: simul etiam adducens quod modo diximus, ex allegatione Pauli in epistola ad Romanos. ¶ Versu octauo, Qui deuorat plebem meam sicut escam panis. Ex Hebræo vertit Felix, Comedentes populum meum, comederunt panem: quod ipse tantum dem valere ait, ac si dicatur, Comedentes populum meum, ac si comeditissent vel comederent panem. Admodum autem rectè hæc consonat cum sententia, quam supra in Elucidatione expressimus. In sequenti autem versu ex Hebræo non habetur, Vbi non erat timor, sed tantum, illic timuerunt timore. Quod nonnulli ad statim sequens referunt, dicentes impios illic timere, inde timorè concipere, quod dominus in generatione iustorum habitat, tanquam eorum protector & vindex. In Græco tamen habetur, iuxta quod nos in Latinis habemus exemplaribus. Et forsitan interpretes subaudiendum istud existimarunt, quod adiecerunt. Neque multum dissimilis est lectio nostra paraphrasis Chald. quæ & ipsa supra Hebræicam literam nonnulla verba adiecit, habetque in hunc modum, Ibi timuerunt timore mædaciũ, quod non decebat timere.

IN PSALMVM XIII.

**V**ersu secundo, Qui ingreditur sine macula. Quod nos habemus, sine macula, ex Hebræo vertit aliqui, Qui ambulat perfecte, vel in perfectione: quod cum nostra lectione coincidit. Sine macula enim ambulat qui perfecte ambulat: & e contrario. Beatus autem Hieronymus, item & Felix nostro more vertunt, Sine macula. ¶ Versu tertio, Qui non egit dolum in lingua sua. In Hebræo habetur vocabulum Ragal: quod significat annotare, deferre, accusare, diffamare, detrahere, vt ait Iohannes Reuchlinus in rudimentis Hebræicis: addens presentem locum psalmi rectius transferri potuisse, Qui non detulit super lingua sua. Felix vertit, Qui non detraxit, detulit, vel susurravit lingua sua. Beatus autem Hieronymus diuersum ab his omnibus videtur reddidisse, dicens: Qui non est facilis in lingua sua. Quod tamè secundum sententiam cum prædictis conueniet, si intelligamus, facili ad delationem, detractionem, aut accusationem. Cui etiam consonat quod habet paraphrasis Chaldaica, Non facile detrahit lingua sua. ¶ Versu quinto, Qui iurat proximo suo, & non decipit. Initium huius versus multo aliter in Hebræo habetur, quã vulgata habeat lectio. Sic enim vertit sacer Hieronymus, Iurat vt se affligat, & non mutet. Felix similiter, iurauit affligere, vel vt cõtereret, aut humiliaret (supplendo seipsum vel corpus suum) & non mutabit. Atque ita habet etiam Chald. translatio. Intelligitur autem hæc lectio de firmitate propositi, voti, & iuramenti boni: cuiusmodi est semetipsum affligere per penitentiam atque opera virtutis, quæ circa difficilia sunt, & secundum sensum affligunt homines. Regnum enim celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et (iuxta Saluatoris verbum) odio habere oportet etiam animam nostram, si ipsam sequi volumus: quod profecto absque sui ipsius afflictione nequit fieri. Et quia minimum est proponere, vouere, iurare, nisi impleatur promissio, idcirco dicitur, iurauit affligere, & non mutat.

IN PSALMVM XV.

**V**ersu 1. Bonorum meorum non indiges. Ex Hebræo istud ambiguit vertitur. Quidam enim iuxta sententiam prædictæ lectionis vertunt, Bonitas mea non est super te, vel pro te, vel ad te: hoc est, bonum meum non cõfert tibi, neque tu indiges bonorum meorum, intelligendo per contrarium: sed tua bonitas pro me est, & cõfert mihi, & ego tuis egeo. Alii autem vertunt, Bonum meum non est nisi à te: aut Bene mihi non est sine te, vt habet Hieronymus. Cui lectioni cõsentit quod habet Chal. paraph. Bonum meum non pcedit nisi à te. ¶ Versu 2. Sanctis qui sunt in terra eius mirificauit omnes voluntates meas in eis. Hebræica lectio ad verbum sic habet, Sanctis qui sunt in terra, & admirabilibus vel magnificis vel fortibus, omnis voluntas mea in eis: quod clariù dici posset, hoc modo, In sanctis qui in terra sunt, & admirabilibus vel fortibus est omnis voluntas mea. Intelligitur autem hic admirabiles, siue magnifici & fortes, iidem qui & sancti. Et rectè quidè Christus patre suum oras pro salute membrorum, allegat omne beneplacitum suum esse in sanctis & admirabilibus vel fortibus fidelibus suis. Molles enim & vitiosi subiectos, qui se fortes in bello, & in pugna cõtra antiquum serpentem non exhibent, habet exotos: neque est ipsius bona voluntas in illis. Cui consonat quod in oratione deuotissima post cœnã vltimã ad patrem loquitur dicens, Non pro mundo rogo, sed pro iis quos dedisti mihi. Neque tamem pro illis tantum pauculis, sed & Ioan. 17. pro omnibus qui credituri sunt per verbum eorum. Hi enim sunt fortes isti siue admirabiles, in quibus

Matt. 11. Luc. 9.

Ioan. 17.



fibi iam dicit filius Dei bene placitū. Possunt verò præsentis Hebraicę lectiōis plures alię assignari expositiones atq; conexiones, quas consulto prætereundas existimamus, ne nimia multitudene lectoris animus obruatur potius, quã edificetur. ¶ Versu tertio, Multiplicata sunt infirmitates eorū, Pro infirmitatibus, ex Hebręo quidã vertunt, idola: ex quibus est beatus Hieronymus. Alii autem iuxta communem lectiōem, dolores vertunt, Quę diuersitas ex aquinocione procedit dictionis Hebraicę. Nã azab Hebręa dicitio, per z daggestatum, significat idolū vel sculptile. Significat etiam arumnas, dolores, lagores: vt Genes 3, Multiplicabo arūnas tuas. Sequentem autem particulã, Postea accelerauerunt, ex Hebręo vertūt aliqui, post alterū accelerauerunt: quod exponunt post alterū Deū: id est, post deos alienos. Secundum quam Sententiã paraphrastice vertit Sanctes Pagninus, Multipli centur dolores eorum qui alteri Deo donauerunt: hoc est, qui sese dederunt ad seruendum alteri Deo. Atque hoc pacto de reprobatione infidelium pars ista foret intelligenda. ¶ Versu quarto, Nō congregabo conuenticula eorum de sanguinibus. Hebraica lectio habet, Nō libabo libamina eorū de sanguine: quod exponunt aliqui, Non libabo libamina illorū, quorum libamina est sanguis: hoc est, nolo particeps fieri operū illorū, neque cum eis conuersari. Alii, Non ordinabo posthac sacrificium de sanguine pecorum immolatiuorum, vt scilicet exigã ab iis qui conuersi fuerint oblationē sanguinis animalū. Quę posterior expositio nostrę expositioni in Elucidatione positę satis recte cōsentit. ¶ Versu septimo, Qui tribuit mihi intellectum. Pro, Dedit mihi intellectum, in Hebręo habetur, Cōsuluit mihi, vel consilium dedit mihi. Pene autem in idem potest reduci sententia. Cum enim Deus interna sua illuminatione hominē erudiens, facit eum præligere hereditatem cęlestem, atque Deum ipsum, ceteris omnibus quęcumq; in mundo sunt desiderabilibus, nihil dubium, quin simul & intellectum illi dat, vt cognoscat hanc esse hereditatē optimam & longe præstantissimam, atq; etiã consiliū vt hanc omnibus præligat, & præ omnibus requirat. Pro Increpauerunt autem, alii vertunt, Castigauerunt, alii Erudierunt: quę facile ad sententiã superius expositam valent applicari.

DE TITVLO PRAEDECEDENTIS PSALMI.

Habet psalmus iste titulum specialem antehac nusquam expositū, qui iuxta vulgatã lectiōem talis est: Tituli inscriptio ipsi David. Quod facile exponitur, dicēdo, huius psalmi titulū inscribi David: id est, Christo, qui est verus David, vt aliis frequenter diximus: quoniã videlicet ad ipsum spectat, quę in hoc psalmo tractantur. In Hebręo autē maior est difficultas propter niam ambiguitatem vocabuli Michta, quod varie admodū reddunt interpretes. Beatus autē Hieronymus vertit, Humilis & simplicis David, sequutus Aquilã & Symmachū. Est autem simplex iste & humilis David, cuius auditur vox in Euangelio, ad humilitatem & mansuetudinem omnes inuitans. Discite (inquit) à me, quia mitis sum & humilis corde. Et iterū, Beati pauperes spiritu, & Beati mites, quoniã ipsorum est regnum cęlorum, & ipsi possidebunt terram. Alii dicunt Michtam, significare aureum insigne, regię nobilitatis indicium, vel signū militaris dignitatis. Quod recte etiã ad Christum accommodatur, quoniã in hoc psalmo de victoria, decore, & gloria resurrectionis eius fit mentione, per quã de diabolo & morte victor triumphauit. Alii plagam integram vel perfectam dicunt significare: quod etiam Christo accommodant, in quo plaga perfecta fuit, quã præter meritum & culpã pro salute generis nostri maximam & crudelissimã sustinuit. Alii instrumenti musici asserunt esse nomen, in quo psalmus iste erat decantandus. Nos lectori indicium liberum liberamque electionem relinquimus, vt selectet quod maluerit.

IN PSALMVM XVI.

Versu quarto & quinto, Igne me examinasti, & non est inuēta in me iniquitas, Vt non loquatur os meum opera hominum, &c. Longe secus habent Hebręa hoc loco, quã vulgatã lectio. Sic enim vertit Hieronymus, Conflasti me, & non inuenisti cogitationes meas transire os meum. Ac deinde, In opere hominum propter verba labiorum tuorum ego obseruaui vias latronis. Cuius lectiōis hæc est sententia, Conflasti me: id est, igne examinasti, & diligenter probasti, atque examinasti: & non inuenisti quod transierat cogitationes malę per os meum, quod murmuratio aut impatiencia (quę sese cogitationibus meis iniecerunt, vel in cogitationibus occurrerunt) transierint per os meum, vt scilicet consensum præbuerim malis occurrentibus cogitationibus, aut suggestionibus prauis: sed cōpescui labia mea & os meum: quomodo de sancto Tob dicitur, quod in omnibus afflictionibus non peccauit labiis suis, nec stultum aliquid contra Deum loquutus est. Nō enim cauere potest homo, nec cogitationes malę exurgāt in corde: est tamen eius abũcere male suggesta, vt non de illis trañet, loquatur, aut consulat perficiendis. Vnde & in alio psalmo dicitur, Quę dicitis in cordibus vestris, & in cubiculis vestris compungimini: quod suo loco in eandē sententiã à nobis supra expositum est. Quod sequitur autem, In opere hominum, propter verba labiorum tuorum, ego obseruaui vias latronis: hæc habet sententiã, In operibus hominum, in actionibus atque negotiis omnibus, quibus occupabar, & quibus occupari solēt homines propter verbum labiorum tuorum, propter præcepta atque mandata tua, ego obseruaui vias latronis, diaboli, qui homicida & latro est ab initio, qui nō aliud quærit quam nos occultē in mortē mittere præcipites. Valde autē oportet huius latronis vias obseruare, quoniã occultæ sunt valde, & vix nisi, à diligentissime conuentibus, perceptibiles. Et in omni opere hominum quo nos occupari cōtingit, semper necesse est nos huius latronis esse memores, eiusq; semper vias obseruare: quoniã ipse vt noceat, nusquam non adest, nusquã non se ingerit, vt nostras actiones vel aliqua ex parte commaculet. Hoc enim est sum-

amum & vnicū illius latronis peruerſi studium efficere, vt nihil eorum quæ nos agimus placeat Deo. Pro latrone, vertunt alii, dissipatorem: quod a quē diabolo conuenit, & secundum eandem penē rationem quę iam exposita est: quoniam hominis bona omnia dissipare, & disperdere laborat, iuxta quod in alio psalmo dicitur, Quæ tu perfecisti, destruxerunt. ¶ Versu nono, A resistētib; dextere tuę custodi me. Principium huius versus in Hebręo continatur cum statim præcedenti, ad hunc modū, Mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te, à resistētib; dextere tuę: vt præpositio à, iungatur ad saluos facis: ac deinde diuisim legatur, Custodi me vt pupillam oculi, &c. Illud autem, A resistētib; dextere tuę, ex Hebræo vertitur, Ab insurgentibus in dexteram tuam, vel, Ab insurgentibus in dextera tua. Ac iuxta hanc duplicem versionem, duplex itē assignari potest intelligentia. Secundum priorem, cū legitur casu accusatiuo, insurgentibus in dexteram tuam, idem valet quod resistētib; dextere tuę, vel oppugnantibus dextera tuam. Secundū casum verò ablatiuum, potest particula illa, In dextera tua, cōiungi verbo saluos facies, ad hūc sensum, Qui in dextera tua, sine per dextera tuam, saluos facies sperantes in te, ab insurgentibus: id est, ab hostibus & impugnantibus. Cui sententię suffragatur paraphrasis Chaldaica, quę sic habet, Redemptor confidentium, vlciscere illos qui insurgunt in eos, manu dextera tua. Beatus autem Hieronymus, iuxta modū nostrę lectiōis, legit, A resistētib; dextere tuę: tamen (vt iã prædictum est) cum præcedentibus particulam istam coniūgat. In sequenti autem parte: pro pupilla oculi, vertit Hieronymus, pupillam intus in oculo: alius, pupillam siliam oculi: alius, nigrum pupillę oculi. Chaldaica translatio, pupillã dicit orbiculatam, quę est in medio oculi. Quę omnia ad maiore teneritudinem spectant, & sententiã in Elucidatione atq; annexis annotationibus expositam satis adiuuant. ¶ Versu vndecimo, Inimici mei animam meã circūdederunt. Principium huius versus ex Hebræo sic ad verbum conuerti potest, Inimici mei, in animam vel ad animã, vel propter animam circūdederunt me: hoc est, Circūdederunt me obsidendo & circūmeundo propter animam meã. Quod enim nos circūeunt quasi leonē rugientes, inimici diaboli, non propter rapiendas diuitias aut temporalia bona faciunt, sed propter animam, vt eã rapiant, macent, & perdant. Ferē autem eandem sententiã hæc lectio exprimit, quã supra exposuimus. Quę autē sequuntur diuersimode, à diuersis interpretibus vertuntur, atque exponuntur. Beatus enim Hieronymus sic vertit, Adipe suo concluderunt, & ore suo locuti sunt superbe. Cuius lectiōis cōmoda facili dabitur intelligentia, si per adipem intelligamus potentiam & astutiam, vel etiã diuitias, si de temporalibus inimicis loquamur. Sic enim adipe diuitiarum, aut potētię astutięq; suę, animas pauperum concludunt, & obsident per circuitū impii, vt eos perdant. Aut simpliciter intellige, Adipem suum concluderunt: id est, omnes suas diuitias, omnem suam potentiam in vnū collegerunt, pariterque coniuixerunt, vt facilius nocerent. Sanctes Pagninus ad complendã sententiã adicit aliquid, hoc modo paraphrastice vertēs, Adipe suo concluderunt corpus suū: ac deinde, Ore suo loquuti sunt superbe. Felix verò secundū aliam connexionem legit in hunc modum Adipe eorum clauerūt os suum, loquuti sunt cum superbia. Cui etiã consentire videtur Chaldaica paraphrasis, quę habet, Diuitię eorum multe, adipe eorum aperit os eorum, loquuntur arroganter. Prior autem lectio magis probanda videtur, vt pote commodiorem habens intelligentiã: quę nostrę etiam lectiōi vulgatę accedit vicinij. ¶ Versu decimotertio, Suceperunt me sicut leo paratus ad prædam. Hebræa lectio habet, Similitudo eius sicut leonis, &c. Per quod significatur quod dicit Petrus apostolus aduersarium nostrū tanquam leonem rugientē ad nos perdendos circuire. Verti etiã potest, Imaginatio eius quasi leonis desiderantis vel anhelantis vel parati ad prædã. Quomodo enim leo cū ad prædã anhelat, imaginatur, phantasiatur, atq; cogitat de ea: sic faciunt & rapaces isti aduersarii. ¶ Versu decimoquarto, Ab inimicis manus tuę. Hebraica lectio istud separat in caput versus sequentis. Sic enim habet, Eripe animam meã ab impio, framea tua: ac deinde sequitur, A viris manus tuę, &c. Quod autem secundum hanc lectiōem dicitur ab impio, framea tua, primo hanc habet intelligentiam: Ab impio, qui est gladius tuus. Est enim peccator iustū persequens quasi gladius & flagellum Dei, in quo suos dominus exercitat. Atq; in hunc sensum vertit Hieronymus, dicens, Ab impio, qui est gladius tuus. Posset quoq; ablatiuus ille (framea tua) iungi verbo eripe: sicque sensus erit, Gladio tuo, eripe animam meam ab impio: id est, tua iusta vltione, sua seuera vindicta. Chaldaica paraphrasis aliquid supplendum putat, & diuersam à prædictis facit sententiã. Sic enim habet, Erue animam meam ab impio, qui meretur interfici gladio tuo. ¶ Versu decimoquinto, Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorū. Hic versus adeo difficilis est intelligentiē in Hebraica lectiōe, & tam incertã sententię, vt nec vnus interpretū cū alio cōsentiat. Beatus Hieronymus ita vertit, A viris manus tuę, domine, qui mortui sunt in profundo, quorū pars in vita: hoc est, ab hominib; malis super quos est manus tua, & vltrix vindicta, qui in profundo peccatorū & concupiscenciarū mortui sunt coram te, qui portio nē felicitatis suę habent in vita ista præsentis: quę admodū epulo ille euangelicus bona receperat in vita sua. Alii vertūt, A viris qui sunt manus tua, vel flagellū tuū: ac deinde, A viris ex tēpore vel de sæculo: hoc est, ab hominibus hui; mundi, vel ab hominibus modicę subsistentię quorū potestas non diu durabit. Chaldaica paraphrasis in bonam partem sonat, Et iustorū (inquit) qui deuouerunt animas suas propter te in mortem, de terra, pars eorum in vita æterna. Cui; lectiōis sententiã est, Eos qui propter Deū animas suas tradiderunt in mortē corporalē, habere portionem suam & mercedē, vitã æternam. Similiter & quod sequitur ad felicitatē iustorū refert, cum subiungit, Thesaurus tuus bonus adimplebit thechas eorum: quoniã corda eorum & nunc implet ad sufficentiã gratia spiritus, & post implebit plenissime gloria superna. ¶ Versu vltimo, ego autē in iustitiã a apparebo cōspectui tuo. Hunc versum ita ex Hebræo transfert Hieronymus, Ego in iustitiã

Matt. 11. Matt. 5.

Iob. 2.

Psal. 4.

Ioan. 8.

Psal. 10.

1. Pet. 4.

Luc. 16.

1. Ioan. 3.  
Colof. 3:

videbo faciē tuam: implebor cum euigilauero, similitudine tua. Cuius lectionis sententia est, Ego in iustitia perueniā ad aspectum vultus tui, & tunc implebor, atque perfectē satiabor plenitudine coeli citatis aeternae quod corpus & animā, cum a mortuis resurgam in similitudine tua: id est, assimilatus tibi per corporis & animae glorificationē. Erimus enim (vt Ioannes ait) similes illi: & (iuxta Pauli sermonem) apparebimus & nos cū illo in gloria. Quam sententiā plurimum & potiorum interpretum firmat autoritas. Vnde Augustinus Iulianianus circa huius versiculi pertractionē, ita ait, Satiabor, non in hoc saeculo sicut impij, quorū pars est in hac vita, sed in saeculo futuro. Inque aeterna vita, vbi euigilauero a somno mortis, videbōque similitudinē tuam, imō gloriam tuam, imō te ipsum, quies tota gloria mea. Chaldaica paraphrasis sic habet, Ego autem in veritate videbo iucunditatem faciei tuae, satiabor in tēpore quo euigilauero a gloria similitudinis tuae: vbi videtur illud, a gloria similitudinis tuae, coniūgiverbo, satiabor, ad hunc sensum, In tēpore quo euigilauero, cum surrexero a somno mortis, tunc satiabor a gloria similitudinis tuae, a gloria quae me faciet similē tibi. Alii autem vertunt, Satiabor, dū surrexerit similitudo tua: quod secundum praedictum sensum intelligi potest, Dū surrexerit mihi, cū mihi venerit similitudo tua. Alius vertit, Cū expergefata fuerit imago tua: quod iterum ad eandē sententiā potest accommodari: dicendo, Cum ego qui sum imago tua, qui sum factus ad imaginē & similitudinē tuam, fuero expergefatus in nouissimo die. Atque ita ex his omnibus videmus in hac lectione Hebraica non solū mentionem fieri de gloria animae (vt in vulgata lectione Graecorum atque Latinorum) sed etiam de corporis resuscitatione.

## IN PSALMVM XVII.

Versu primo, Diligam te domine. Ait Felix verti posse hoc loco, Quaro misericordiam a te: siue, Ambio miserationes tuas. Rectius tamen habet diligam, quomodo vertit Hieronymus atque ipse etiam Felix in contextu. ¶ Versu quarto, Laudans inuocabo dominū. Hunc versum varie ex Hebræo licet vertere. Vel iuxta modum nostrae lectionis, Laudans inuocabo dominum vel per passivum hoc modo, Laudatum inuocabo dominum: quemadmodum vertit Hieronymus. Quod eandem habet cum priore lectione intelligentiam: hoc est, inuocabo dominum cum laude. Cui videtur consonare quod habet Chaldaica paraphrasis, Dixit David, inter laudandum, ego orabo coram Deo. Verti etiam posset. Laudatus inuocabo dominum: hoc est (vt Felix ait) Cum meruero laudem, inuocabo dominū. ¶ Versu duodecimo, Et ascendit super Cherubin. Felix vertit, Equitavit super Cherub, & volauit: quod expositioni in Elucidatione posite satis respondet. ¶ Versu decimonono, Assumpsit me de aquis multis. Aquas multas intelligim⁹ multos populos persequentes, vel multas tribulationes obuenientes: quā duplicem expositionem in Elucidatione indicauimus. Priori tamen de multitudine populorū persequentium fauet Chaldaica paraphrasis, habens in hunc modum, Dixit me, & eripuit me de populis plurimis. In sequenti autem versu, loco illius, Quoniam confortati sunt super me: clarius vertit Hieronymus, Quoniam robustiores me erant. Felix autem, Multiplicati sunt, vel prauauerunt super me. ¶ Versu vigesimo secundo, Saluū me fecit, quoniam voluit me. Hanc partem ita vertit Hieronymus, Liberauit me, quoniam placuit ei. Felix, Quoniam dilexit me, vel quoniam complacuit sibi in me. Chaldaica translatio, Quoniam voluntas eius fuit in me. Quae omnia, cum nostra lectione consentiunt, eandēque explanat. ¶ Versu decimoquarto, Nec impiē gessi a Deo meo. Intelligi potest, a Deo, aduersus Deum: vel nō recessi impiē agendo a Deo meo. ¶ Versu vigesimo octauo, Cū sancto sanctus eris. Ita quidem rectē ex Hebræo transfertur. Potest tamen verti, Cum misericorde misericors eris: quemadmodū secunda pars, Cum innocente innocens eris: verti potest, Cum perfecto perfect⁹ eris. Sic in versu sequenti, priori loco verti posset, Cum fideli vel simplici, fidelis & simplex eris: vel, Cum mundo mundus eris. Quae omnia similem habent intelligentiam. Pro illo autem verbo, peruerteris, aliqui vertunt, Peruersus eris: quomodo etiam psalterium habet quo vertitur Augustinus. Alii, Peruersus videberis vel iudicaberis. Verti etiam posset, Peruerse ages: quemadmodum in priore versu, loco illius, Cum viro innocente innocens eris: Hieronymus vertit, Cum viro innocente innocenter ages. In Graeco autem habetur *μετὰ τὴν σφίβην, ἡδύος πλάσι*: hoc est, Cum eo qui est prauus, astutus, siue peruersus, tu puertes: id est, prae siue duriter ages, vel peruersus eris, aut durus, contrarius, & repugnans illi. ¶ Versu trigesimo primo, Illumina tenebras meas. Intelligi potest, Illuminando fuga & expelle tenebras quae sunt in me: aut illumina tenebras meas: id est tenebrosa cordis mei: & si quae adhuc latent in occulto in tenebris, ea detege lumine tuo, vt sim coram te omnino perfectus. ¶ Versu trigesimo secundo, Quoniam in te eripiar a tentatione, Hieronymi versio habet, In te enim curram accinctus: hoc est, fiducialiter & alacriter aggrediaretiā grauiā, omni abiecto torpore, preparatus ad impletionē voluntatis tuae. Felix vertit, In te conteram militū cuneum: vel, In te perumpam, vel percurram per militum cuneum: id est, absque nocuimento transibo. In sequenti autem parte, pro Transgredi murum, vertit Hieronymus ac ceteri, Transiliam murum: quod maiorem explicat vehementiam. ¶ Versu trigesimo sexto, Qui perfecit pedes meos, tanquam ceruorū. Beatus Hieronymus ita vertit, Cogquans pedes meos ceruis: hoc est aquales faciens in velocitate pedes meos cum pedibus ceruorū, vt curram scilicet velocissime in via Dei. Felix habet, Posuit pedes meos tanquā ceruorum. Chaldaica translatio habet, Pones pedes meos agiles, tanquā ceruorū. Quae omnia, lectionem nostram clariorem reddunt, & eandem sententiā retinent. ¶ Versu trigesimo nono, Disciplina tua ipsa me docebit. Huius loco in Hebræo sic habetur, Mansuetudo tua multiplicauit me, vel mansuetudine tua multiplicasti me: hoc est, confortauit vel auxit

A fortitudine, vt sufficerem expugnādis meis hostibus. Vel, Mansuetudo tua, siue humiliatio tua multiplicabit me: id est, quum me humilias, magnū me facis & exaltas. Prior autem particula: Disciplina tua correat me in finem, omnino in Hebræo non habetur, neque in psalterio Romano: habent tamē eam septuaginta interpretes. ¶ Versu quadagesimo, Nō sunt infirmata vestigia mea. Clarus ex Hebræo vertit Hieronymus, Nō deficient tali mei. Felix, Non sunt lapsi malleoli vel tali mei. ¶ Versu quadagesimo tertio, Confringam illos, nec poterunt stare. Hieronymus ex Hebræo, Cadam illos, & non poterunt surgere. Felix, Vulnerabo, percutiam, confringam eos, & non poterunt surgere. ¶ Versu quadagesimo quarto, Inimicos meos dedisti mihi dorsum. Expositioni de fuga, quā in Elucidatione posuimus, consonat Chaldaica paraphrasis, habens in hūc modū, Patronos inimicitiae meae fecisti vertere terga in conspectu meo. Beatus autē Hieronymus vertit, Inimicorū meorum dedisti mihi dorsum. Quod vel ad fugam modo praedicto, vel ad percussione, vulnerationem, & interfectionem pertinet hostium. ¶ Versu quadagesimo sexto, Vt lutū platearū delebo eos. Hieronymus ex Hebræo, Vt lutum platearum proiciam eos: quod Felix interpretatur, Sicut lutum platearū euacuabo illos, scilicet vt fieri solet de luto platearū, cum extraviā eicitur, & in cumulos congregatur: quasi dicat, Caduera mortuorum se in cumulos congesturū ex victoria virtutis Dei. Chaldaica autem translatio, quae habet, Vt lutū platearum conculcabo eos, nostrae expositioni in elucidatione posite manifeste respondet. ¶ Versu quadagesimo, Filii alieni mēti sunt mihi, &c. Felix ita vertit, Filii alienigenae mentientur mihi. Quod sic exponit, Negabunt mihi veritatē, & nō audebunt eam in praesentia mea confiteri, dicentque praetimore, nō fuisse se aduersum me. Quod autem sequitur, sic vertit, Filii alienigenae inueterascent (id est, deficient) & timebunt, ex penetrabilibus suis, vel ex claustris suis: id est, ex locis occultis in quibus se occultauerūt, & absconderunt praetimore. Beatus autē Hieronymus, pro vltima hac particula vertit, Deficient, & cōtrahentur in angustiis suis. ¶ Versu vltimo, Magnificans salutes regis eius. Beatus Hieronymus aptius secundum Grammaticā connexionem vertit cū datiuo, Magnificanti salutes regis sui, & facienti misericordiā Christo suo, &c. Est enim sensus, Confitebor tibi magnificanti id est, qui magnificas.

## IN PSALMVM XVIII.

Versu primo, Celi enarrant gloriam Dei. Chaldaica paraphrasis sic habet, Qui suspiciunt caelos, enarrant gloriā Dei: & opera manuum eius annunciant, qui suspiciunt in aera. Quae lectio, manifeste de corporalibus caelis videtur intelligēda. Neque omnino dissonat a vulgata lectione, si de caelis corporalibus intelligatur: quoniam non alia ratione dicuntur caeli enarrare gloriā Dei, nisi quia in se monstrant Dei gloriā, ita vt rationalis creatura illā valeat in his contemplari, & ex eis magnificare. Sequentē autem versiculum, eandem paraphrasis sic habet, Dies diei apponit, & manifestat verbum, & nox nocti nunciat scientiam. Hoc est, quod quis diutius fixiusque contēplatur, & suspicit magnificentiā creatorū Dei, hoc amplius proficit in cognitione & laude Dei creatoris. ¶ Versu tertio, Non sunt loquela: neque sermones. Hunc versum varie admodum transferunt interpretes. Hieronymi lectio sic habet, Non est sermo, & nō sunt verba quibus non audiat vox eorum. Quod intelligendo de apostolis iuxta sententiā in Elucidatione supra expositā, accipi poterit in hunc sensum, In omni genere sermonum, & idiomatū, siue linguarum auditus est sermo praedicationis apostolorū, vt quibus accipiatur, pro in quibus. Vel aliter, Non sunt homines vilius loquelae, vel cuiuscunque sermonis, a quibus nō fuerint voces apostolorū audita: vt quibus valeat, a quibus. Felix autem in contextu sic habet, Non sunt loquela: & nō sunt sermones, vt non audiat vox eorum. Vel aliter, ad hunc modū, Absque sermone, & absque verbis, etiam si nō audiat vox eorum. Quae lectio videtur intelligenda de caelis corporalibus: qui cū sermonē non edant, neque loquelā habeant, nec omnino audiri possit vox eorū, annunciant tamen gloriā Dei, vt in Annotationibus prioribus declaratum fuit. Huic etiā consonat quod vertit Sanctus Pagninus, Non est sermo, & non sunt verba non audiat vox eorum. ¶ Versu quarto, In omnem terrā exiit sonus eorum. Septuaginta interpretes hoc loco sonū posuerunt, quomodo etiā apostolus 10. cap. epistolae ad Romanos citat in testimonio, & Hieronymus vertit ex Hebræo. Alii tamē interpretes, pro sono, vertunt, lineam vel regulam. Quod intelligi potest de regula vel linea praedicationis apostolicae, siue euangelica doctrina, quae per apostolorū praedicationē in totum orbem extensa est: vel de linea cursus siue motus caelestium corporum, quae vniuersam terrā circueierunt, atque perambulāt. Ioannes Reuchlinus in libro de rudimentis Hebraicis explicās significationē dictionis Kav, quae in hoc loco ponitur, dicit eā significare regulā normā, lineam, directoriū, vel perpendicularē: & quia per illa mensuratur directoria aedificatur, idcirco tale vocabulum ad aedificationē aut architectonicā ait transfusum. Vnde hoc in loco rectius dicit transferendum, In omnem terram exiit norma, directorio, regula, aedificatio, & architectonia eorum, Quod aptissime sanctis apostolis euangelicā doctrinā annunciatoribus conuenit. Ipsi enim tanquā architecti, & praecipui operatores aedificii noui (id est, ecclesiae nouae aedificandae) sunt egressi p vniuersum orbem cum suo perpendiculari, atque norma aedificationis directoria: quae erat verbum euangelicē veritatis, quod a Christo acceperant, Vnde ex his quidā dicebat, Vt sapiens architectus fundamentū posuit. Et iterū, Dei adiutores sumus. De illis autē qui in hac fide instruebantur, & in aedificiū ecclesiae cogdificabantur, dicebat, quod factura essent & aedificatio Dei. Quamquā autem secundum vocem prima facie plurimū interesse videatur, inter sonū, & regulā, siue lineam, secundum hanc tamen intelligentiam res eadem est. Ipse enim sonus siue vox doctrinae euangelicē est regula ista, quam cit-



cunferebant architecti apostoli. Felix putat verti posse, In omnem terram exiit cursus eorum: quod tam de caelorum circa terram raptu, quam de velocissima apostolorum praedicatione potest intelligi Chaldaica autem paraphrasis habet, In omnem terram extensi sunt effectus eorum. Potestque & hoc aequè ad vtrunque praedictorum sensuum accommodari. ¶ Versu quinto, In sole posuit tabernaculum suum. Secus in Hebraeo legitur, Soli posuit tabernaculum vel tentorium in eis: quomodo beatus Hieronymus, ac ceteri ex Hebraeo interpretes concorditer omnes vertunt. Quam lectionem accommodando apostolis, dicimus, Deum patrem tabernaculum posuisse, & mansionem fecisse Christo filio suo (qui est verus sol iustitiae) in sanctis apostolis, ut per eos ad omnes partes terrae veheretur, ad illuminandum vniuersam terram. Et ex eis, quasi de tabernaculo suo, debellaret, eiiceretque mundi principem de populis orbis terrarum: quomodo soli corporali Deus tentorium & locum posuit in medio caelorum, in medio firmamenti, quo vehitur ad illuminandum mundum. Est enim sol quasi rex in medio aliorum planetarum locum habens, & quasi regnum inter illos tenens in magnifica gloria splendoris sui: quemadmodum latè & plenè demonstrauimus, in libris quos De consideratione rerum naturalium edidimus, capite vigesimo secundo libri septimi. ¶ Versu eodem, Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, Quae in hoc versu atque in sequentibus dicuntur in Elucidatione & in Annotationibus prioribus ostendimus, quomodo Christo per omnia aptissime conueniant. Possent tamen aptè etiam ad corporalem solè referri. Nam hanc processionem in modum sponsi, intelligere possumus in ipso solis ortu, quando ab occasu rediès, suu iubar terris gloriose refudit, & totus festiuus redit mortalibus. Quae expositionem Chaldaica paraphrasis aperte indicat, his verbis: Ipse in mane tanquam sponsus procedens de thalamo suo pulcherrime, & dum diuiditur dies, letatur ut gigas, & obseruat ad currentem in fortitudine viam occasus vespertini. Ab extremitatibus caelorum egressus eius, & fortitudo eius super latera eorum: & non est qui se abscondat à feruore eius. Quae etiam expositione plenius & pulchrius tractata inuenies capite vigesimo tertio libri septimi iam antè citati, ubi totus hic passus à proposito de sole corporali exponitur. ¶ Versu octauo, Lex domini immaculata, conuertens animas Felix dicit, pro conuertens, verti posse quietas: ut sit sensus, Lex domini quietat animas. Illis enim solis est vera quies & pax, qui obseruatores sunt legis Dei, & in ea iugiter meditantur. Beatus tamen Hieronymus, ac ceteri ex Hebraeo interpretes, nobiscum vertunt, Conuertens animas vel animam: quod ipse quoque Felix ponit in contextu versionis suae. Pro dictione autem (paruulis) quae in secunda parte versus ponitur, in Hebraeo habetur Peti, quod significat hominem simplicem, flexibilem, persuasibilem siue puerilem. Huiusmodi enim hominibus lex domini praestat sapientiam: illis verò qui superbi sunt, immites, rigidi, durè ceruicis, inflexibiles, & imperuassibiles, non praestat lex Dei sapientiam: verbum enim Dei (ut Saluator aiebat) non capit in illis. Et in maliuolam animam non intrat sapientia. Superbis enim Deus resistit, humilibus autè dat gratiam. ¶ Versu nono, Praeceptum domini lucidum. Pro Lucido (quod etiam Hieronymus habet) alii interpretes vertunt, immundum vel purum. Neque multa differentia est. Solemus enim quod mundum omnino, ac purum est, lucidum dicere. Quod enim foribus obductum est, non rectè lucidum esse potest. ¶ Versu decimo, Iudicia domini vera. Ex Hebraeo, Iudicia domini veritas. Quod autè sequitur, Iustificata in semetipsa, in Hebraeo habetur, Iustificata sunt pariter vel simul. Cuius sensus potest accipi, In totum ac prorsus iustificata sunt, ita ut nihil sit comixtum iniustitiae, nihilque desit veritatis. ¶ Versu vndecimo, Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum. Multum, hoc loco non est aduerbium, ut determinet adiectiuum preciosum quasi dicatur, multum vel valde preciosum: sed est nomen adiectiuum, determinans totum hoc lapidè preciosum, secundum hanc constructionem super aurum & multum lapidem preciosum. Quae loquutio similis est illi, quae dicere solemus, Multum aurum, vel multum frumentum: debere autem ita accipi multum nominaliter, manifestè demonstrat lectio Hebraea, quae pro multum habet nomen rab: similiter & Graeca, quae habet πολλόν, quod etiam nomen est, non aduerbium. In secunda autem parte versus in Hebraeo non simpliciter super fauum habetur, sed cum additione excellentiae super fauum redundantem (ut vertit Hieronymus) id est, copiosum & delicatum. Pro quo Felix vertit, Succum fauorū. Sanctes verò paraphrasticè sic legit, Dulciora melle & fauo, placētis melle confectis Chaldaica autè translatio habet, Super pinguedinem lactis. ¶ Versu duodecimo, Etenim seruus tuus custodit ea. Beatus Hieronymus vertit, docebit ea. Sanctes illustrabitur in eis. Felix, cautus fuit in ipsis, prouidus fuit & circumspectus in illis, scilicet obseruandis. Cui consentit quod habet translatio Chaldaica, Equidè seruus tuus est diligens in eis. Quod autem sequitur, In custodiendis illis retributio multa: huc habet sensum, In custodiendo illa, est multa merces: hoc est, dum illa custodiuntur, vel per hoc quod illa custodiunt, & obseruant serui Dei, est eis multus fructus, multum lucrū, multa merces: & (ut Felix ait) praemium multum & magnum. Nimirum ad vitam ingredientur, qui seruant Dei mandata. ¶ Versu decimo tertio, delicta quis intelligit, Beatus Hieronymus vertit, errores, pro delictis. Neque multa est inter haec diuersitas, si errores accipiatur pro peccatis leuibus, quae velut per resurrectionem aut errore quasi inaduertenter comitantur. Eiusmodi enim peccata minora, quae etiā iustis per resurrectionem, & velut ignoranter contingunt, per delicta in Elucidatione indicauimus interelligi: eademque sunt illa occulta, à quibus postulat mundari.

Versu tertio, Holocaustum tuum pingue fiat. Partem istam ex Hebraeo duobus modis transferunt. Quidam enim dicunt, Holocaustum tuum impinguescere faciat, vel pinguefaciat: id est (iuxta

A sententiā in elucidatione expressam) tanquam pingue reputet Deus, habeatque valde acceptum. Atque huic lectioni confert Beati Hieronymi versio. Aliter vertit, holocaustum tuum incineret, vel in cinerem conuertat: quod secundum sententiā cum priore lectione idem valet. id est, gratū habeat & acceptum. In scripturis enim legimus, Deū gratas sibi hostias igne de caelo demisso solere absumere: quemadmodum de oblatione Abel in lib. Genes. legimus, itè & de oblatione Manus in lib. Iudicum & in libris Regnorum, holocausto Heliae. ¶ Versu 5. Et in nomine Dei nostri magnificabimur. Hieronymus ex Hebraeo, In nomine Dei nostri dicemus choros. Felix, Erigemus vexillum vel catābimus. id est, triumphabimus, & triumphalia carmina decātabimus, à quo non omnino dissonat magnificabimur. Ioannes Reuchlinus in dictione degel, huius loci faciens mentionem, putat magis proprie transferri posse, In nomine Dei nostri insignes & notabiles siue nobiles erimus. Et neque ab hoc dissonat lectio nostra vulgata. Indubie enim magnificantur, qui nobiles sunt & insignes praeter ceteros. Et planè attentius consideranti facile patebit, haec omnia quauis secundum vocem videatur prima facie admodum diuersa, re tamè in verbo magnificabimur conuenire. Qui enim triumphat de inimicis in nomine domini, nonne magnificantur? Sic & qui propter triumphum cantant, atque choreas ducunt, vexilla explicant, ut solent in victoriis fieri: nonne vehemèter magnificantur? nonne notabiles fiunt & insignes? ¶ Versu 8. Nos autè in nomine domini Dei nostri inuocabimus. Ex Hebraeo vertunt interpretes: In nomine domini Dei nostri recordabimur, vel memorabimur: quod clarius dici posset, nomen Dei nostri recordabimur vel memorabimur: & hoc ad inuocandum in praesens & periculis, plus confidentes in inuocatione diuini nominis, quam in virtute armorum. Felix, recordabimur exponit clamabimus, ut faciunt existentes in bello, quo modo de exercitu fortissimi illius Iudae Machabaei legimus, quod tubis clagebant inuocantes Deum caeli, à quo sperabat salutem: & paucos illos cum Gedeone gloriosos factos victores, clamasse legimus. Gladius domini & Gedeonis. In priore autè parte, cum dicitur, Hi in curribus, & hi in equis, oratio est defectum patiens: ad quam implendam, subaudiri oportet verbum confidunt, vel veniunt aduersum nos, vel simile aliquid. ¶ Versu 9. Ipsi obligati sunt, & ceciderunt. Ex Hebraeo vertit Hieronymus ac ceteri interpretes, Incuruati sunt, & ceciderunt, quod clariorè habet sententiā quam vulgata lectio. In secunda autem parte, pro erecti sumus: Felix vertit, Exaltati vel corroboreati sumus: alii, Validiores facti sumus. ¶ Versu ult. Domine saluè me fac regè. In Hebraeo alia distinctio est. Sic enim distinguunt, Domine saluè me fac ac deinde, Rex exaudies nos, vel exaudias nos in die qua inuocabimus: quod apertius habet Chal. Para. in hunc modum, Verbum Dei redime nos, rex fortis accipe operationem nostram in die inuocationis nostrae. Atque ita verbum hoc ad regem Christum dirigitur. Quod videtur quidem prima facie non satis apte consonare nostrae expositioni, quam in elucidatione posuimus de rege temporali: attamen profundius considerantibus nullum videri debet inconueniens, si hoc vltimo versu tractus fiat ad regem Deum, cuius rex temporalis (pro quo in psalmo oratur) vices tantum gerit, ut verius administrator sit regni vice Dei, quam rex ipse dicendus. Nequam tamen repugnans illis, qui totum hunc psalmum regi messiae Christo domino applicare malunt.

Versu tertio, Prauenisti enim in benedictionibus dulcedinis. Pro benedictionibus dulcedinis ex Hebraeo vertunt, benedictionibus bonitatis vel boni. id est, benedictionibus, vel benedictionibus gratiae. In secundam autem partem, vertunt coronam de obrizo. id est, auro precioso & praestantissimo, hoc est, coronam auream, vel coronam auri preciosi. ¶ Versu quarto, Vitam petiit à te, & tribuisti ei, longitudinem dierum. Vulgo ita hanc sententiā distinguunt, ut post tribuisti ei, fiat distinctio, eiusque; quod sequitur velut quadam separatio, ad hunc modum, Vitam petiit à te, & tribuisti ei, ac deinde longitudinem dierum in saeculum & in saeculum saeculi. Secundum quam distinctionem sensus est, Petiit à te vitam, & vitam tribuisti ei: dedisti (inquam) ei longitudinem dierum in saeculum saeculi. id est, vitam aeternam. Facilius tamen esset sententiā, si sic fieret diuisio, ut accusatiuus vitā non nisi à petiit regeretur: alter autè ille longitudinem, à verbo tribuisti, hoc modo, Vitam petiit à te & tribuisti ei longitudinem dierum in saeculum & in saeculum saeculi. Iuxta quam constructionem, omnes ex Hebraeo habent interpretes. ¶ Versu sexto, Laticabis enim in gaudio cum vultu tuo Hieronymus vertit, apud vultum tuum. Alii vertunt, ab aspectu tuo: quae sententiā in elucidatione positam clarius expriment. ¶ Versu septimo, In misericordia altissimi non commouebitur. Beatus Hieronymus vertit: Non diripietur. Felix autè nobiscum, Non commouebitur. Et facile est, haec in eundem sensum reducere. ¶ Versu octauo, Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis. Hieronymus active vertit. Inueniet manus tua omnes inimicos tuos. Quod cum nostra lectione idè valet, si tantum illud inueniatur inimicis, intelligatur (ut debet) ab inimicis. Sanctes Pagninus hoc loco vertit: Sufficiet manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua sufficiet odio habentibus te. Cuius lectionis sensus est: Potens vltima De latè valida & fortis erit ad punitionem omnium inimicorum. Poena enim intolerabilis vindicta Dei omnes eos afficiet. Chal. translatio sic habet: Apprehendet ictus manus tuae cunctos patronos inimicitiae tuae, & puniitio dexterae tuae inueniet omnes qui te oderunt. Quae lectio, nostra paraphrasticè explanat. ¶ Versu nono, Pones eos ut clibanum ignis, in tempore vultus tui. Hieronymus nobiscum vertit, in tempore vultus tui. Felix autem vertit, In tempore irae tuae. Quae res testimonio est illi, quod in Elucidatione indicatum est, tempus vultus hoc loco pro tempore iracundiae positum esse. In eo autem quod sequitur, Dominus in ira sua conturbabit eos. Hieronymus vertit, precipitabit: quod rectè ad submerisionem in infernum potest referri. Translatio autem Chaldaica, habet, Deus igni inflammabit eos, & consumet eos incendio gehennae. ¶ Versu penultimo, Quoniam pones eos deorsum. Beatus



Hieronymus hanc partē vertit iuxta modum nostræ lectionis, Pones eos humerum, scilicet non mu-  
tans nisi dorsum pro humero. Felix autē vertit, Sepones eos, aut ponēs eos partē vel dorsum: hoc est  
(vt ipse interpretatur) separabis eos à iustis. Ex qua interpretatione monstratur, nostræ vulgata lecti-  
onis posse, præter eā quæ in elucidatione à nobis exposita est, aliam dari intelligentiam, hanc videli-  
cet, Tu illos inimicos tuos proiciēs quasi post tergum tuum, vt non videāt faciē tuam in æternum  
neque latentur in aspectu vultus tui. Nam iusti & beati quasi ante faciē Dei sunt, & lætantur cū vul-  
tu vel ante vultū. id est, in aspectu vultus eius: quod quis impiis imperpetuum nō dabitur, rectē illos  
dicimus in dorsum ablegari, vel dorsum poni: sicq; poni in dorsum vel in partē, & seponi, atque post  
tergum proici, idē valent. ¶ Versu eodē, In reliquiis tuis præparabis vultū eorum. Hanc partem lon-  
ge secus vertunt ex Hebræo interpretes. Hieronymus sic habet, Funes tuos firmabis cōtra faciēs eo-  
rum. Quod potest intelligi de funibus vel laqueis damnationis impiorū, qui sic firmati sunt contra  
faciēs eorum, vt nulla ei sit spes illos effugiendi. Felix vertit aliter, Cū neruis tuis diriges cōtra vul-  
tus eorū, subintelligendo sagittas, quod adiicit Sanctes in sua versione. Atq; ita sensus est pene idem  
qui antē, Tu diriges in neruis tuis, vel cū neruis tuis. (id est, in arcu tuo) sagittas cōtra faciēs illorū:  
hoc est, sagittas vtrices sententię tuę, quibus anima in mortē mittitur, diriges, & (vt ita dicā) sagi-  
tabis, atq; fulminabis cōtra eos ex adverso, cū videlicet dices, Discedite à me maledicti in ignem æter-  
num. Hæ autem lectiones, quanquam verbis multum differant à nostrā vulgata Latina lectione, se-  
cundum rem tamen manifeste coincidunt: quoniam & ipsa de damnatione impiorum loquitur.

IN PSALMVM XXI.

**V**ersu primo, Deus Deus meus respice in me. Illud respice in me, nō habetur in Hebræo neque  
Christus in cruce illud proferebat: sed tantum, Deus Deus meus, quare me dereliquisti, vt sit  
manifestum ex sacris euangeliis. In eo autē quod sequitur, pro verbis delictorum, ex Hebræo  
vertunt concorditer interpretes, verba rugitus, Longe à salute mea verba rugitus mei. Cuius sensus  
est, Quātumuis clamem & rugiam, non liberor nō saluor, sed maneo derelictus. Aliqui, verba lamen-  
tationis vel eiulatus vertunt: & hoc eandē habet sententiā. ¶ Versu secūdo, Et non ad insipientiam  
mihi. Secus habetur in Hebræo, Et non est silentium mihi. id est, non cesso clamare, non desino ora-  
re, secundum infirmam humanitatem (quæ continuo horret passionem) vt auferatur à me calix.  
¶ Versu 6. Ego autem sum vermis, & non homo. Pro homine in Hebræo nō habetur enos, quod homi-  
nem vilem significat, & miseris subiectum: sed ish, quod significat virum egregium, præcipuum,  
atq; nobilem, quæ admodum Adam hominem plebeium. Vnde Felix & Sanctes transferunt, Ego sum  
vermis, & debilis, & nequaquam fortis. In sequenti autem parte, pro opprobrio hominum, ponitur, por-  
tans vituperia hominum. ¶ Versu 7. Loquuti sunt labiis. Huius loco beatus Hieronymus vertit, Di-  
mittunt labium. Felix, Aperiet labia, aperient cum labio, vel erūpent in sermone. Chald. translatio,  
Garrunt malum labiis suis. ¶ Versu 9. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre. Hieronymus aliter  
vertit, Tu autem domine propugnator meus ex vtero. Cui sententię facile conformabimus lectionē  
vulgatam, si extractionem intellexerimus de periculis liberationem. Felix tamen nobiscum vertit,  
Quoniam tu extrahens me de ventre. Vnde rectē admodum quadrare videtur illa intelligentia, quā  
de Christi ex materno vtero processione in elucidatione posuimus. Quod autem sequitur, Spes mea  
ab vberibus matris meæ: alii malunt vertere, Spes mea vel fiducia mea super vber vel vbera matris  
meæ: quod eandem habet cum nostrā lectione sententiā, videlicet quod Deus pater spes Christi fue-  
rit iam tunc, cum super vbera matris quiesceret, cum ex illis lactis pabulum exurgeret. Vltima autem  
particula, In te proiectus sum ex vtero, præter sensum in elucidatione expressum, duplicem adhuc  
recipit intelligentiam. Prior hæc est, Ex vtero proiectus sum in te, siue super te: quasi dicat, Tu me ex  
vtero matris procedentem suscepisti, super te cadebam, & tu me suscepisti in manibus tuis: quoniam  
videlicet tui solius cura saluabar cum nascerer, & fuisti mihi quasi pro obstrictrice. Posterior est, Tu  
me eduxisti de vtero in tua virtute, & per te egressus sum, processiq; de vtero miro modo, clausis vi-  
delicet virginalibus, saluis. Quod enim sic ex vtero proiectus sum siue egressus, nō humana erat in-  
firmitatis, sed diuinę virtutis. Priori intelligentiæ consonant interpretes, qui vertūt, Super te pro-  
iectus sum ex vulua. Posteriori magis fauet Chald. Paraphrasis: sic habens, In roboratione tua leua-  
vi me à visceribus ventris matris meæ. ¶ Versu 14. Dispersa sunt omnia ossa mea. Hieronymus ex He-  
bræo, Separata sunt omnia ossa mea. id est, abinuicem diuisa, præ defectu videlicet vigoris vix coha-  
rentia adinuicem, vel distracta abinuicem, & è suis locis mota præ acerbitate tormentorum.  
¶ Versu 15. In medio ventris mei. Ex Hebræo vertit Felix, In medio intestinorum meorum. hoc est, in  
medio interiorum meorum, quæ in elucidatione per ventrem diximus intelligi. ¶ Versu 18. Foderūt  
manus meas & pedes meos. Hieronymus vertit, Fixerunt quod idem vult cum foderunt, Cateri quo-  
que interpretes ex Hebræo similiter vertunt, Magna tamē de hoc loco apud Hebræos disputatio est,  
quam videre poteris apud Felicem in annotationibus Psalmi presentis, similiter & in Augustino Ge-  
nensii, qui hunc locum prolixius & exactius tractant, & aduersus Iudæorum calumnias defendunt.  
¶ Versu 25. Quoniam non spreuit neque desepit deprecationem pauperis. Pro deprecatione, Hiero-  
nymus vertit modestiam. Felix humilitatem, afflictionem vel orationem. ¶ Versu 27. Apud te laus  
mea. Felix vertit, Ex te vel de te laus mea, in Ecclesia multa: quod faciliorem habet intelligentiam.

DE TITVLO PSALMI. PRAEDECEDENTIS.

**T**itulus huius psalmi, iuxta vulgatā lectionem est, In finē, pro susceptione vel assumptione ma-  
tutina, psalmus David. Cōuenientissime autē per hanc susceptionem vel assumptionem ma-  
tutinā accipimus resuscitationē Iesu Christi, quæ primo mane ante diluculū facta est: de qua  
manifestum est psalmū, post passionis descriptionē terminatam, facere mentionem. Intelligitur au-  
tem assumptio ista siue susceptio, vel vt patris ad filiū: quoniam videlicet in resurrectione patris filium  
suscepit & assumpsit de morte ad vitā, vel ipsius filii ad corpus & animā: quæ quidē secundum aliquē  
loquendi modum dicere possumus ab eo velut deposita, quando illa permisit ad tempus separari, vo-  
lens esse pro viuificando homine homo mortuus. Assumpsit autem siue suscepit & animā & corpus,  
quando ea iterum coniuuit, vt fieret iam iterum homo viuus, qui paulo antē fuerat mortuus. In He-  
bræo autem, pro susceptione ponitur dictio aielech, quæ à diuersis diuersimode exponitur. Quidam  
enim interpretantur ceruum vel ceruā. Vnde beatus Hieronymus vertit, Pro ceruo matutino. Felix,  
pro cerua aurora, vel cerua matutina. Quod facile, iuxta sententiā suprā expositā, accommodari po-  
terit resurrectioni: quoniam primo mane ante auroram vel in aurora, Christus tanquam ceruus sum-  
ma alacritate exiit à morte, in qua tempus modicum, donec voluisset, fuerat detentus. Poterit &  
propter passionem, ceruus matutinus vel cerua aurora Christus dominus appellari: quoniam primo  
manē à pontificibus, principibus & vniuerso populo, tanquam à rabidissimis canibus agitatus fuit  
& quæsitus ad mortē, cū à consilio ad Pilatum, à Pilato ad Herodē, rursumq; ab Herode ad Pilatum,  
ac deinde vsque in Caluarie locum, eundem fauissime pertrahendo, ad mortē agitent. Alii verō  
Hebræorum, stellam matutinā vertunt: quod etiā Christo rectē competit, vel quia ab æterno de pa-  
tre vt lumen de luce procedit, vel quia in mundū adueniens solem nobis suę diuinitatis aduexit siue  
annunciauit: quæ admodū stella matutina (quæ venerem vocant) solis est nuncia, & aurora vestrice:  
vel etiam quia in resurrectione quasi stella lucis plena, post tenebras mortis apparuit. Chalda. Para-  
phr. habet, Pro fortitudine siue virtute sacrificii iugis; immolationis. Et hoc in Christū rectē qua-  
drat, quæ in consummatione tēporum semel factus hostia pro peccatis (iuxta verbū Pauli) consum-  
mauit in sempiternū sanctificatus: est ipse semel oblatus, quasi iugis hostia & iuge sacrificium in cō-  
spectu Dei. Diuinare autem proflus videntur, qui instrumentū musicū significari dicunt. Fidelibus  
& piis mentibus ea magis hoc loco acceptanda erunt, quæ Christo messie, vel secundū passionē vel  
secundum resurrectionē conueniunt: maxime cum & ab euangelistis, atq; adeo ex ipsius psalmi ver-  
bis certissimum habeamus testimoniū debere hunc psalmum nō nisi de Christo intelligi: quicquid  
tandem rabido ore latent insani atq; amentes Iudæi, semel abiecta veritate ad omnia signēta prom-  
ptissimi, atque in absurdis sensibus (si ita dicere liceat) foelicissimi.

IN PSALMVM. XXII.

**V**ersu 1. In loco pascue ibi me collocauit. Hieronymus ex Hebræo, In pascuis herbarum acclina-  
uit me. id est, cōstituit me, quiescere fecit. Felix vertit, in habitaculis germinis, vel in pulchris  
amœnis: alius, in speciosis germinibus vel virentibus herbis: quæ omnia rectē ad amœnitatem  
& virorem pascuæ ecclesiæ accommodari spiritualiter possunt, sicuti in elucidatione monstrauimus.  
Est enim ecclesiæ veluti virentissima atque floridissima pascua, omnibus habitantibus in ea.  
¶ Versu 2. Super aquas refectiois educauit me. Felix, iuxta aquas placidas vel aquas requieci (id est vbi  
libenter requiescunt homines) enutriet vel sustentabit me, vel deducet me. Sunt enim aquæ istæ quæ  
tis & refectiois, atq; quæ scaturire facit in nobis spiritus Iesu, qui (iuxta prophetā) vena est aqua-  
rum viuentium, veræ quæ refectiois, veræ atq; placidę, veræ atq; requieci: tum quia libentissime il-  
lic solēt sancti requiescere, in dulcissimo decursu aquarum istarum oblectationē habentes maximā:  
tum quia quietissimas faciunt animas electorum. In his enim aquis, nec alibi requiem inuenire pos-  
sumus animabus nostris. ¶ Versu eodē, Animā meam conuertit. Hieronymus, Animam meam refe-  
cit. Felix, Animam meam restituit, refocillauit, quietauit: & illius esse dicit, qui laborauit in agonia,  
qui in pristinum statum restituitur. Rectē tamen etiam vulgata lectio habet cōuertit vel reduxit, si-  
cut pastor reducit ouiculam, & ab errore conuertit. ¶ Versu 5. Virga tua & baculus tuus. Felix pro ba-  
culo ponit pedum. id est baculum pastorem, quo in viam diriguntur oves errantes: per quod signi-  
ficatur disciplina domini, vt in elucidatione expressimus, à qua nō solum nō abhorrent electę oves  
domini, verum etiā diligunt eam plurimum, & consolationē accipiunt in ea: quemadmodum oves  
bonę à pedo sui pastoris nequaquam abhorrent, sed consolantur magis in presentia sui, pastoris, cum  
illum viderint pedo in xiu, suę custodię intendere, pascunturq; sub pedo quietius, vt pote à luporū  
moribus securę. Chald. translatio per virgam intelligit disciplinā & castigationē domini, & per pe-  
dum legem Dei, per quam dirigitur homo in bono, vt oves in via recte per pedum diriguntur. Sic e-  
nim habet, Castigationes tuę rectę, & lex tua, ipse me consolatę sunt. ¶ Versu penultimo. Misericor-  
dia tua subsequetur me. Hebræa lectio sic habet, Bonitas & misericordia sequentur me, vel benigni-  
tas & misericordia subsequantur me.

IN PSALMVM. XXIII.

**V**ersu 2. Super flumina præparauit eum. Ex Hebræo vertit Hieronymus, stabiluit. Felix similiter  
aut direxit, siue præparauit: quæ secundum eandem sententiā debent accipi. ¶ Versu 4. Qui  
non accepit in vano animā suam. Hieronymus ex Hebræo, Qui nō exaltauit frustra animam  
suam. id est, qui non per superbiam seipsum vane erexit, qui non superbe de se sensit, præter ratio-  
CC ii

nem, cum nihil habeat de quo se debeat exaltare. Felix in cōtextu vertit, vt nostra habet lectio, Qui non accepit in vano animā suam. Ad marginem autem ponit, Qui non iurauit in vano animā suam: quam lectionem clarius explanat lectio Chald. translationis, Qui nō iurauit super falso ad dānationem animā suę. ¶ Ver. 5. Et misericordiā à Deo salutari tuo. In Hebræo manifestum est non haberi misericordiam hoc loco, sed iustitiam. Sensus tamen non omnino diuersus est à lectione vulgata. Qui enim à Deo accipit iustitiam, per quam solam illi potest placere, nihil dubiū, quin hoc ipso ab eodem recipiat misericordiam. ¶ Ver. 7. Attollite portas principes vestras. Ex Hebræo longe secus vertunt hunc versum interpretes, quā habeat vulgata lectio. Non enim faciunt in propria mentionem, sed tantum ad ipsas portas dirigunt sermonē: hoc modo, Attollite portā capita vestra: siq; id quod sequitur, Et eleuamini portā aternitatis, vel portā perpetuā. Expositio est præcedētis particulæ. In eleuatione enim spiritus, portas caelestis regni alloquitur propheta sanctus, vt sese erigant & eleuent, vt sua capita sustollant, vt sese aperiant in latum & altum veniant in propria victori domino. Chald. Para. hoc loco sic habet, Leuate portā domus sanctitatis capita vestra, & eleuamini excelsa aternitatis, vel portę seculi siue perpetuæ. Erigite portę paradisi, horti deliciarum, capita vestra, & eleuentur excelsa vel portā aternitatis, vel erigatur gradus aternitatis, & ingrediatur rex gloria. Cæterum, huius psalmi cum duobus præcedentibus rectam & ordinatam consequutionem pulchre declarat Felix, dicens, post passionem & resurrectionem capitis, psalmo. 21. expressam, ac deinde psalm. 22. ecclesię corporis eius & fidelium membrorum gaudium atque bonum statum exposita nunc demum in hoc. 23. psalmo, de Christi dominio, & victorioso ad cælos ingressu, ordine congruo fieri sermonem.

## IN PSALMVM XXIII.

**P**sal. iste. 24. in Hebræo, secundum alphabeticas literas (sicut & alii plures) est compositus, ita vt per ordinem, versus singuli in capite habeant alphabeticā literam, consequenti ordine alteram alteri succedentem. ¶ Ver. 5. Te sustinui tota die Hieronymus pro sustinui, vertit expectaui. quo verbo apertius explicatur, quod per verbum sustinui significetur. Sustinere enim dominum, est cum patientia expectare. ¶ Ver. 9. Dulcis & rectus dominus. In Hebræo priori loco habetur dictio *roš*, significans bonum. Vnde ex Hebræo vertunt interpretes, Bonus & rectus dominus. Et in Græco *χρηστός* Christus ponitur, id est benignus bonus. Propter quod in eandem significationē accipi oportet nomen dulcis, quod habet vulgata lectio. In secunda autem parte pro legem dabit, vertunt, docebit vel instruet peccatores in via. Et eadem est (sed apertior) cum lectione vulgata sententia. Sic ver. 13. quod dicitur, Legem statuit ei in quam elegit: clarius verti posset, Docebit eum vel instruet eum in via quam elegit. Itē psal. 118. quod obscure dicitur, Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarū. clare verti posset ex Hebræo, Doce me domine, vel me fac intelligere viam iustificationum tuarum: vel instrue me in via. ¶ Ver. 14. Anima eius in bonis demorabitur. Chald. Paraph. bona venturi seculi exponit, dicens, Anima eius in bonis mudi vel seculi venturi demorabitur & filii eius hæreditabunt terram. Huic utcumq; consonat quod Felix vertit, Anima eius in bono dormiet. Bonum autem in quo sancti dormiunt, bonum summum & sempiternum est. Beati enim qui in domino moriuntur. ¶ Ver. 16. Firmamentum est dominus timentibus eum. Ex Hebræo vertit Hieronymus, ac cæteri interpretes pro firmamento secretum, hoc modo, Secretum domini, timentibus eum. Cuius lectionis sensus apertus est, secreta domini fieri palam timentibus dominum iuxta quod in alio psalmo dicitur, Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectu dat paruulis. Et iuxta hunc sensum habet Chald. Paraph. Secretum domini manifestum est his qui timent eum. quod autem sequitur, Et testamentum ipsius, vt manifestetur illis: sic vertit Hieronymus, Pactum suum ostendet illis. id est, docebit illos testamentum suum, intelligere faciet eos præcepta & promissa sua. ¶ Ver. 18. De necessitatibus meis erue me. Necessitates videntur pro angustiis accipiendæ. Vnde Hieronymus ac cæteri hoc loco vertunt, De angustiis meis educ me. Quod & in aliis locis, vbi eadem vox ponitur considerari debet. ¶ Ver. 19. Et dimitte vniuersa delicta mea. Ex Hebræo, Porta omnia peccata mea: quod secundum rem idem est, neq; est nostra lectio vulgata aliud quā huius expositio. Portare enim Deū peccata nostra, est auferre à nobis. id est dimittere. Sic & in vers. 12. quod vulgata lectio habet, Propiciaberis peccato meo, ex Hebræo vertit Felix, tolles vel accipies vel portabis peccatum meum. id est, parce peccato meo, & dimittes mihi peccatum. ¶ Ver. 26. Odium iniquo oderunt me. Odium iniquitatis vertit Felix, Chald. translatio dicit odium rapinę, alius transfert odium iniuriosum. Potest intelligi odium crudele & impium quo iniusti persequuntur bonos vsque ad rapinam, iniuriam, & mortem. Vel accipiatur iniquum odium, illud pro quo iustam causam non habent odientis, quasi odium irrationabile & iniustum. Qui enim erga nocentem (qui prior malum intulit) odium gerit, secundum aliquem modum æquo odio illum habet exosum, à quo malum prior accepit. Prorsus vero iniquum est, & nihil habet vel apparentis æquitatis aut rationis, aduersus innocentē qui tibi nil vnquam nocuit, graue gestare odium. Vtranque hanc expositionem, breuiter in elucidatione attigimus. ¶ Versu. 22. Innocentes & recti adhaerunt mihi. Aliter habetur in Hebræo, quā habeat nostra lectio. Sic enim illa habet innocentia & æquitas custodient me, & simplicitas & rectitudo, &c. Quę sententia perfectam veritatem habet. Saluantur enim electi in innocentia & iustitia sua, quemadmodum damnantur impii in suis iniquitatibus & iniustitiis.

## IN PSALMVM XXV.

**V**ersu. 2. Vre renes meos & cor meū. Felix vertit, Examina renes meos. Alius, Funde renes meos. Alius, Purifica renes meos. Beatus Hieronymus nostrā lectionem nihil mutat, sed vre nobiscum vertit. Sciendum autem est pro horum concordia & huius vsionis intelligentia, quod vocabulum Hebræicū hoc loco positum *tzarap*, significat sublimare vel purgare metalla: à quo verbo deriuatum nomen verbale, ponitur psal. 17. Eloquia domini igne examinata, quod Hebraice (secundum Ioannem Reuchlinium) sic ad verbum esset transferendum: Sermo domini purgatus & excoctus scilet, sicut metallarius aurum excoquit, & in sublime educit, purgando. Ait quoq; idē Reuchlinius, omnia deriuata ab hoc verbo significare probationem, expurgationē, & soliditatem atque firmitudinem. Ex quo patet, presentis versiculi hunc esse sensum, Proba me domine, & tanquam metallarius in camino me pone, vt probes, vt examines, vt purges, probatumq; & solidū, atque firmum facias per patientiam: excoque renes meos & cor meū, vt absumatur omne quod impurum est & alienū (id est vitiosū) cōmixtionis. ¶ Ver. 3. Complacui in veritate tua. In Hebræo habetur, Ambulaui in veritate tua: quod tamen in eandem sententiam cum nostra lectione satis conuenit. Quod enim vir iustus dicit sibi esse complacitum in veritate Dei, id indubiē intelligitur, ad ambulandum in ea. ¶ Ver. 4. Et cum iniqua gerentibus non introibo. Hieronymus vertit, Cum superbis. Felix, Cum versutis vel cum occultis: hoc est, cum iis qui aliud habent in corde, & aliud in ore. Vel cum occultis. id est, cum iis qui in occulto se abscondant, vel parant insidias, vt aliquid mali faciāt, vel alicui noceant. Et hunc posteriorem sensum indicat, Chald. Paraph. quæ sic habet, Cū occultantibus se vt noceāt, non introibo. Manifestum est autem, quomodo ista lectionem nostram vulgatam non nisi explicent, & plenius expriment. ¶ Ver. 6. Laui inter innocentes manus meas. In Hebræo, Lauabo in innocentia manus meas. id est, non ero impius cum impiis, non polluar illorum consortio atque commercio. ¶ Ver. 7. Vt audiam vocem laudis. In Hebræo, Vt audire faciam in voce laudis vel confelsio nis: quod beatus Hieronymus paraphrasticè secundum aliquem modum clarius vertit, dicens, Vt clara voce prædicem laudem, & narrem omnia mirabilia tua. Qui enim prædicat clara voce Dei laudes indubiē audiri facit eas. ¶ Ver. 8. Domine dilexi decorem domus tuæ. In Hebræo non habetur decorum, sed habitaculum vel habitatio, ad hunc sensum, Dilexi habitaculum vel habitationem domus tuæ. id est, in qua tu vt in domo inhabitas. ¶ Ver. 9. Ne perdas cum impiis. Hieronymus, Ne auferas cum impiis animam meam: quod potest secundum sensum in eundem accipi, quē habet vulgata nostra lectio. Felix autem vertit, Ne claudas, vel ne congreges aut coniugas peccatoribus animā meam in eandem scilicet retributionem damnationis aternæ. ¶ Ver. vltimo. Pes enim meus stetit in directo. In directo, clari⁹ diceretur, in rectitudine, vt vertit Felix: vel in recto (vt habet Hieronymus) pro rectitudine: vel via recta, vt habet psalterium Romanum, In secunda autem parte, loco in ecclesiis, habet Chald. Paraphrasīs, in congregationibus iustorum.

## IN PSALMVM XXVI.

**V**ersu. 4. Ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Hieronymus ex Hebræo, Ipsi impegerunt & ceciderunt. Felix corruerunt & ceciderunt. ¶ Ver. 8. Et visitem tēplum eius. Hieronymus, Et attendam templum eius. Felix, vt explorem vel diluculo surgam, & quarā templum eius. In contextu tamen nobiscum vertit, vt visitem. Et poterunt hæc facile in eandem reduci sententiam. Qui enim mane visitem ad explorandum & videndum agrum, hortum, aut vineam, recte hunc dicimus illa visitare. Et potest in hoc dulce admodum accipi mysterium. Qui enim toto corde cælestia amant, & desiderant supernam patriam inhabitare in aternitate: hi nunc donec in hac vita agunt, visitant quotidie templum domini, & explorant attenduntq; & respiciunt in illam quam expectant hæreditatem: quomodo ii qui villas aut possessiones habent valde caras, etiam si nō in illis inhabitant, frequenter tamen respiciunt ad illas, easque visitant & explorant, & oblectantur sic in visitatione atq; aspectu illarum. Iuxta quē modū omnino decens est, vt nos modo elongati à patria nostra, toto desiderio interim ad illam anhelemus, adq; eam visitadam, perlustrandam, ac diligenter perspiciendam mane diluculo consurgamus, ne aliquando sanctum ipsius desiderii in nobis incipiat refrigerere. ¶ Ver. 14. Non declines in ira à seruo tuo. Ita quidem nobiscum vertit Hieronymus, nullo variato. Felix tamen aliter vertit, Ne expellas in ira seruum tuum, aut ne declines in ira seruum tuum. hoc est, ne sic irascaris aduersum me, vt ob hoc me asperneris, abiicias, aut repellas à te. id est, à te aberrare sinas. Verti etiam potest, Ne declines in iram seruum tuum: hoc est, Ne sinas me seruum tuum: venire in iram tuam, vt siam sub ira tua. Verti etiam posset, Non declines in ira ad seruum tuum: hoc est, Ne venias ad seruum tuum in iracundia, in iudicium & vltionē, quomodo venturus es impiis. Omnia autem hæc in vnum sensum primarium reducere, per seipsum intelligens lector facile poterit. ¶ Versu decimo sexto, Dominus autem assumpsit me. Hieronymus, Dominus autem collegit me, id est congregauit me: quomodo ea quæ dissipata & derelicta sunt colligi, & congregari solent, vt foueantur & non pereant. ¶ Ver. 17. Legem pone mihi domine. Rursum occurrit quod in psalmo. 24. de verbo legem ponere annotauimus. Nam & hic ex Hebræo rectius ac clarius verteretur, Doce me, vel ostende mihi domine viam tuam, vt ex Hebræo vertunt Hieronymus ac cæteri interpretes. ¶ Versu. 18. Ne tradideris me in animas tribulantium me. Anima pro voluntate ponitur. Vnde quidam ex He



bræo interpretes vertunt, Ne tradideris me voluntati vel in voluntatem tribulantium me. In altera autem parte, quod nostra lectio habet, Mentira est iniquitas sibi, id est Hebræo aliter vertunt interpretes. Hieronymus sic habet, Surrexerunt contra me testes falsi, & apertum mendacium: ubi ad complendam intelligentiam videtur aliquid esse subintelligendum, videlicet loquuti sunt. Vel sic intellige, Apertum mendacium fuit testimonium illorum. Felix simpliciter vertit in surrexerunt in me testes falsitatis, & loquens iniquitatem, vel efflans siue effundens vel proponens iniquitatem, id est, malum & iniquum mendacium.

DE TITVLO PSALMI PRÆCEDENTIS.

**N**otandū, quod in Hebræo nullus inuenitur titulus specialis huic psalmo præmissus, sed tantū habet nude prænotatū Davidis nomē. In Græcis tamē codicibus, similiter & in Latinis titulus specialis præmittitur psalmo, in hunc modū, psalmus David, priusquā liniretur. Pro cuius intellectu notandū est, Davidis triplicem in scriptura inueniri vñtionem. Primum enim vñctus fuit à Samuele in medio fratrum, in domo patris sui in Bethleē. Deinde, saule mortuo, in ciuitate Hebron, à viris Iuda vñctus fuit, vt regnaret super domū Iuda. Tertia autē vñctio eius fuit, mortuo Ioboseth filio Saul, quando à senioribus Israel vñctus fuit, vt regnaret super Israël. Ex his ergo vñctio omnibus tribus, vna potissimū accipienda est, de qua sermo fieri intelligatur in presenti titulo. Comodissimum autē videtur, vt accipiatur media illa vñctio, dicatūq; David ipse ante hanc vñctionem mediā, per psalmi presentis exercitium, cor suum in domino Deo suo exercitasse, & sanctā vñctionem ita se paratū reddidisse. Ante primā siquidem vñctionem, quoniam necdum expertus fuerat vllum hostium insultum, neq; à parentibus fuerat adhuc derelictus, idcirco nō videtur psalmus tunc pronuntiatus ab vngendo Davide: nisi quis forte dicat per spiritū illum præuidisse quæ sibi erant euentura, & futura prophetico more, quasi præterita prænarasse. In secunda autē vñctione, nemō ignorat illum optime & frequentissime expertum hostiū sanissimos insultus, & grauissimam illam ac nimium diurnā Saulis persecutionem, à quibus tamen omnibus quia se non solum liberatum cognoscit, sed etiā ad regni sublimē fastigium cōtritis hostibus pertigisse, merito fidētissime in hoc psalmo, loquitur sperans, qualē hæcenus sensit talem semper se habiturum dominum, protectorem scilicet & in omnibus liberatorem. Ab hac autē secunda vñctione vsque ad tertiam, legimus peculiare persecutionem aut oppugnationem concitatam aduersum David ab vllis aduersariis, quos dicere possit corruisse & cecidisse, & contra quos ita ardentē hic loquatur. Comodius ergo videtur, vt ante secundam vñctionē psalmus compositus & decantatus accipiatur, velut in præparamentum sanctę regię vñctionis.

IN PSALMVM. XXVII.

**V**erū. Deus ne fletas à me, Hunc versum in nostra vulgata lectione satis obscurum, ex Hebræo clarius vertit Hieronymus, hoc pacto, Ne obsurdescas mihi: ne forte tacente te mihi compater iis qui descendunt in lacum. Quæ lectio eandē omnino sententiā lucidioribus verbis exprimit, quā continet lectio vulgata, & quā in elucidatione explicauimus. Ver. 2. Ad templum sanctum tuum. In Hebræo habetur nomen debiri, quod significat adytum, siue locum secretiorē templi, vnde videlicet dantur oracula & responsa. Vnde beatus Hieronymus vertit, Ad oraculum sanctum tuum. Felix, Ad abditum siue locū secretum templi. Ver. 10. Et resourit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei. Secus habetur in Hebræo, Exultauit vel gauisum est vel iocundatū, est cor meum, in cantico meo confitebor illi. Quæ lectio apertā habet sententiam. Lectio autem vulgata hanc veluti includit. Ex magno enim cordis gaudio, & magna hilaritate animi procedit reflorescentia, & (vt ita dicā) renigoriatio carnis. Qui autem ex cordis gaudio, sic in alacritate, cātico Deum celebrat, nōne rectē dicitur ex voluntate confiteri domino? Verū vltimo, Et rege eos. Iterum hic regere accipiendum est (vt supra admonuimus psalmo. 2. & 22.) pro pastoraliter regere, siue pascere. Nam idem & in Græco & in Hebræo vocabulum hoc loco ponitur, quod in locis istis prius annotatis.

IN PSALMVM. XXVIII.

**V**erū. 1. Afferre domino filii Dei, afferte domino filios arietum. Notandum, quod loco harum duarum partium, in Hebræo non nisi vna pars versus ponitur, quā propter sui ambiguitatem 70. interpretes recte duabus partibus expresserunt. Beatus enim Hieronymus ex Hebræo tantum vertit, Afferre domino filios arietum: Felix autē & alii nonnulli vertunt, Afferre domino filii Dei, vel filii deorum, vel potentū, vel principum. Quæ diuersitas ex æquiuocatione vocabuli elin, procedit. Interpretes ergo 70 vtrāq; significationem cōplecti volentes, duabus partibus explicare sunt conati, quod vnica plene fieri nō potuit. Quid autē per filios dei intelligatur, & per filios arietum, ex elucidatione est manifestū. Illud tamē specialiter aduertendū est, priorem partem, Afferre domino filii Dei, quantū ex sese orationē esse defectiuam, & cōpleri debere per ea quæ sequuntur, in quibus quæ debeant afferri domino, indicatur. Chald. Parap. habet, Afferre domino laudes, choros angelorū. Vnde patet, illā per filios Dei intelligere angelicos spiritus, qui etiā in libro Iob filii Dei appellantur, ubi inter filios Dei Satan adfuisse memoratur. Ver. 6. Et cōminuet eas tanquā vitulū libani. Ex Hebræo vertit Felix, Saltare fecit vel exilire fecit eos tanquā vitulū. Hoc est (iuxta sententiā in elucidatione indicatā) fecit eos quos cōuertit saltare (vt solet dici) ad suū placitū, vertit & cōuertit

**A**tit vt voluit, & agitauit quocūq; libuit: quem admodū tener vitul⁹ facile regitur, & agitur quocūque quis voluerit. Quod si per nominatiuum casum verterimus hoc modo, Cōminuet eas quasi vitulos libani, quomodo habet versio Hieronymi, habebimus etiam sic apertissimā sententiā Christus enim dominus non quasi leo in mundo pugnant ferociter, sed tanquā agnus mansuetus, & tanquam vitulus delicatus oblatitius vicit patienter: sicque vt vitulos sibi subiugauit electos. Occisus enim & immolatus fecit victoriam, & redemit populum suum. Recte ergo tanquam vitulus libani, tanquam delicatissima immolatiua hostia comminuit cedros. Ver. 7. Vox domini concutietis desertum, & cōmonebit dominus desertū Cades. Hieronymus, Vox domini parturire facies desertū, & parturire faciet dominus desertum Cades. Quod ad eandem sententiā potest acōmodari, quam in elucidatione assignauimus lectioni nostræ vulgata. Quum enim Deus ad penitentiam cōuertit populos siue Gentium siue Iudeorum, quasi parturire fecit eos. Sunt enim penitentes parturientibus similes, & dolor penitentiu dolori assimilatur parturientiu: quem admodū plenius declaratum est à nobis in annotationibus principi palibus psalmi 46. circa verticulum illum, ubi dolores vt parturientis. Alii vertunt, Dolo afficiet desertum: quod vel secundum prædictum sensum intelligatur de dolore penitentia: vel ad dolorem inuidia demonum atque malorum (qui à Deo deserti sunt) potest in malū referri. Ver. 8. Vox domini præparantis ceruos. In Hebræo habetur dictio cholel, i. obstetricans vel præparans partum, iuxta quam significationem vertit Hieronymus, Vox domini obstetricans ceruis. Significat tamen supra posita dictio Hebræica facere, formare, parare, creare. Vnde lectio nostra iuxta hanc intelligentiam exponi potest, Vox domini formauit, parauit, fecit ceruos vel ceruas, perfectos fecit viros euangelicos qui alta conscenderent, & contra diabolum pugnant, iuxta sententiā in elucidatione explanatā. Vel secundum primā significationem exponatur, Vox domini præparans ceruas, supple ad partum, quod est obstetricans. Atq; ita fœminicum genus magis conuenit, quod etiam habent pleriq; ex Hebræo interpretes. Ceruæ autē istæ quas præparat filiorum multorum, quocūq; per euangelium Christo gignunt. Ex quibus vnā aliquam Galat. 4. ceruam insignem, multorum ceruorum progenitricē, audioimus in parturiendo clamantem, Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Et ad eos quos iam verbo Dei obstetricante progenuit: In Christo Iesu (inquit) per euangelium ego vos genui. Non enim ceruæ istæ sibi valent obstetricari: parere nō valent, nisi obstetricante illis voce domini. Hæc enim est quæ de illorum vtero factus educit, quæ parere illos facit partū salutarē, filios Dei & regni. Ver. eodem, Et reuelabit cōdensa. Hieronymus, Reuelabit saltus. Felix, Detexit vel denudauit syluas. Syluæ enim condensa dicuntur propter frondium, foliorum, & ramorū densitatem. Vnde in alio psal. Constituite diem solennem in condensis: ubi Hieronymus vertit, In frondosis: secundum quem modum & hic dici possit, Reuelabit dominus frondosa i. occulta & obtecta obuolutione figuratū & anigmatum, iuxta sententiā in elucidatione expositam. Ver. vltimo. Dominus diluuium inhabitare facit. Hieronymus: Dominus diluuiū inhabitat. Quod intelligi potest de multitudine copiosa fidelium populorum, quam Deus in ecclesia sua inhabitat. Aqua enim multæ, populi multi in ecclesia, quasi diluuium faciunt & sunt, in quo diluuiū inhabitat Christus, & sedet, vt rex super illos in æternum. Alii vertunt, Dominus ad diluuium sedit, vel in diluuiū sedit. Pro qua lectione cōueniens foret per diluuium intelligere generale & vniuersale iudicium domini. Tunc enim pariter in vnum congregabuntur omnes in vniuersum populi, ex omnibus mundi partibus terræq; & mari, qui fuerunt ab initio vsque in consummationem sæculi, multitudo proculdubio multò maxima, & innumerabilia milia: qui omnes ad vnum illud tribunal pariter confluant, quod in medio positum erit, in quo refuldebit is cuius potestas facere iudicium, Christus Iesus, dominus & iudex noster.

DE TITVLO PRÆCEDENTIS PSALMI.

**H**ic psalmus in Hebræo nullum habet peculiarem titulum, nisi tantum iuxta cōmunem prænotationem: psalmus David. Græci tamen codices, & Latini omnes adiectum habent, in consummatione tabernaculi. De tabernaculo autem isto legimus capite 15. primi libri Paralipomenon, ubi David ædificasse narratur locum arcæ domini, ei que retendisse tabernaculum, & præparasse mansionem, ubi & constituta est à leuitis & sacerdotibus: quem admodum proxime sequenti capite monstratur. Nemo verò existimet, quoniam hic de tabernaculi cōsumatione sit mentio, idcirco totum psalmum debere huic tabernaculo acōmodari, & non ad illa nouæ legis mysteria, de quibus interpretatur elucidatio. Quid enim vanius posset excogitari, quàm tanta tamque splendidiſsima mysteria quæ psalmus hic cōtinet, solius tituli gratia opprimi, & velut sepeliri? Præsertim cum nec secundū literam quicquā ex omnibus quæ hic dicuntur, valeat ad hoc Davidis tabernaculū applicari, nisi forte hoc tantum quod initio ad efferendū hostias homines prouocatur. Ceterum, illa omnia de voce domini tam magnifica, nihil ad rem illā attinere videntur. Tituli ergo huius inscriptio, nō nisi occasionem vel tempus compositionis psalmi huius determinare videtur, vt accipiamus Davidem in tabernaculo prædicti consummatione spiritus radio illustratum, deq; mirabilibus istis mysteriis venturi tabernaculi (cuius illud erat quædam figura) magnifice edoctū, tale cecinisse canticum, in quo illa omnia cantando comprehenderet, quæ per spiritus illustrationem sibi manifestata cōspexerat. Et sanè videtur id conueniens admodū esse, vt eo tempore quo cōsummauit rex tabernaculū arcæ domini in figurā ædificationis ecclesiæ nouæ, quàm ædificaturus erat



patri suo Christus dominus in hoc mundo, idem ipse propheta de iis quæ in hoc præfigurato adificio futura erant illuminaretur, & psalmum caneret. Consummatio autem ista accipitur, vel quando perfecte præparatus fuit locus in quo debebat arca requiescere, vel post introductionem & constitutionem arca in loco præparato: ut tunc consummatum accipitur tabernaculum, quando arcam in se tenebat, cui fuerat præparatum. Quasi enim imperfecta est adhuc habitatio, quando ab eo cui præparatur, nondum inhabitatur.

IN PSALMVM XXIX.

**V**ersu 1. Quoniam suscepisti me. Beatus Hieronymus vertit, Saluasti: alii, Eleuasti, exaltasti, id est liberaasti. ¶ Versu 3. Saluasti me à descendentibus in lacum. Hieronymus, Viuificasti me, ne descenderem in lacum: hoc est, viuificando me præseruasti, ne cum illis venirem qui prolapsi sunt in puteum inferni. ¶ Versu 17. Quoniam ira in indignatione eius. Secus in Hebræo legitur, Ad momentum est ira eius, ut vertit Hieronymus: vel, Instans est ira eius, aut momentum est in ira eius: hoc est, breuissime irascitur, non diu irascitur, si conuerti volumus, facillime placatur.

**Ezech. 18** Quacunque enim hora conuersus fuerit peccator & in gémuerit, agens penitentiam, auertensque se ab impietate sua, omnium peccatorum eius nequaquam ultra recordabitur dominus. Tam breuis, tam ad momentum est ira eius. Nequaquam enim est Deus ut morosi homines, qui semel offensi, vix precibus vllis vel obsequiis valent placari. Atque ad sententiam accedit, licet obscurius, vulgata nostra lectio quæ habet, Ira in indignatione eius. Significatur enim hoc sermone iram Dei non esse permanentem, sed transitoriam: quemadmodum verbum quod in indignatione subito commoti homines dicunt, facile reuocant atque retractant. Sic & Deus quia facile iram retractat, & ultionem reuocat, quæ ex iusta indignatione decreuerat vel intulerat, quasi in indignatione tantum videtur habere iram: iuxta quod in Elucidatione plenius expressum meminimus. Chal. paraph. hoc loco sic habet, Vna hora indignatio eius, vita æterna bona voluntas eius: hoc est, indignatio & ira eius non diu durat, non ex beneplacito Dei est. Mallet enim (ut ita loquar) nunquam indignari, nunquam irasci, qui non cupit mortem peccatoris, sed omnes cupit fieri saluos, & ad veritatis agnitionem peruenire: tamen cogitur subinde irasci & indignari, nostris culpis id exigentibus. Vita autem non vult ad horam, non ad momentum nobis bene vult: sed æterna bona voluntate semper optat nobis bonum, & peccatori etiam ut conuertatur & viuat. ¶ Versu 6. Ad vespertinum demorabitur fletus, & ad matutinum letitia. Præter intelligentiam quæ in Elucidatione ponitur valde literalis, potest etiam hæc assignari: Donec in tentationibus agimus & afflictionibus, demoratur in nobis tristitia, gramur tristitia, desolati ad tempus, & destituti presentia consolatoris nostri. Verum ubi consolatio spiritus redierit, ubi hic illuxerit, tum redibit letitia, laus & gratiarum actio. Aut intelligatur vespere, in tentationibus & afflictionibus debere nos memorari iniquitates nostras, & eas in amaritudine recogitare, quibus afflictionem promerimus: quemadmodum faciebat in captiuitate Daniel orans pro populo suo, ac dicens, Peccauimus, iniquè egimus in omnem iustitiam tuam, &c. Mane verò redente consolatione, debere nos Deo laudes & gratiarum actiones offerre in letitia. Cui expositioni satis consonat quod habet Chal. paraph. Ad vespertinum iubet immorari fletum, & mane iubet persistere in laude. Adde & alteram expositionem, quod secundum temporis opportunitatem magis accommodum est vespertinum tempus ad desendum peccata, quam tempus matutinum: e contrario autem, tempus matutinum ad laudandum in letitia magis conuenit propter sensum omnium viuacitatem, & reparationem virium somno perfectam, id quod experientia facile quisque in sua exercitatione poterit deprehendere.

¶ Versu 7. Ego autem dixi in abundantia mea. Hieronymus vertit nobiscum, in abundantia. Alii autem aliqui interpretes vertunt, in prosperitate, felicitate, vel quiete mea. Chal. translatio, Cum sederem in fiducia: quæ omnia idem volunt. ¶ Versu 8. Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Hieronymus ex Hebræo, statuisti monti meo fortitudinem: hoc est, fecisti monti meo persistere & permanere suam fortitudinem, vel posuisti in monte meo fortitudinem. Spiritualiter autem (iuxta psalmi in Elucidatione expositam intelligentiam) per montem hunc cui præstat & firmat Deus suam virtutem, conueniens fuerit intelligere cumulum felicitatis & illius abundantiam, de qua in priori verso habitus fuerat sermo. Atque ita sensus idem est quo in Elucidatione exponitur vulgata lectio: Aur mons iste intelligatur fiducia animi, vel animus ipse in spe & fiducia Dei confirmatus. Cui præstat & firmat Deus fortitudinem, quoniam si modicum auerterit ipse faciem suam, statim homo conturbatur, quantumuis antè videbatur firmatus atque stabilis.

DE TITULO PRÆCEDENTIS PSALMI.

**P**salmo huic in omnibus exemplaribus, etiam in Hebræis, titulus peculiaris præfigitur, talis: Psalmus cantici, in dedicatione domus David. Quæ dedicatio cum ad literam nunquam inueniatur in vlla sacra historia, videtur secundum mysticam intelligentiam requirenda. Vnde qui de Christi passione & resurrectione psalmum exponunt, dedicationem istam domus David ad gloriam resurrectionis Christi domini referunt, dicentes, tunc dedicationem domus David celebratam fuisse, quando Christi caro à mortuis in gaudio fuit resuscitata, sicque in templum animæ fuit quasi post destructionem reedificata. Alii, qui totum psalmum etiã cuilibet iusto applicant, sic affecto ut psalmus indicat, dedicationi domus David eum dicunt inscribi: quia tunc maxime est preferendus, cum Deus animam per gratiam inhabitare sentitur, & quia de huiusmodi in habitatione Dei in animis potissimum loquitur: & quia de inuolutione hominis per gaudium spiritus post lamenta facit mentionem.

A Vnde in conclusione dicitur, Concidisti saccum meum, & circumdediti me letitia, ut cantet tibi gloria mea: quod animam quasi de nouo Deo dedicatam sanare videtur.

IN PSALMVM XXX.

**V**ersu 2. Accelera ut eruas me. Hieronymus & Felix clarius, Velociter libera vel eripe me. ¶ Versu 3. Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii. In Hebræo, Esto mihi in lapidem fortissimum, & in domum munitam, ut habet Hieronymus: vel in lapidem fortitudinis, & in domum propugnaculi: ut habet Felix. Ac deinde in versu mox sequenti, Quoniam petra mea & munitio mea vel munimentum meum tu es. ¶ Versu 9. Saluasti de necessitatibus animam meam. Hieronymus, Cognouisti tribulationes animæ meæ. Felix, Cognouisti in tribulationibus animam meam. Et hæc eandem habent cum vulgata lectione sententiam. Cognoscere enim dicitur Deus tribulationes animæ, vel cognoscere eam in tribulationibus, quando ad angustias animæ patientis sic aspicit & attendit, ut ea ab illis expediat. ¶ Versu 13. Infirmata est paupertas virtus mea. In Hebræo, pro paupertate, habetur iniquitas. Sic enim vertit Hieronymus: Infirmata est iniquitate fortitudo mea. Et Felix, Infirmata est propter delictum meum fortitudo mea: vel, Corruit in delicto meo virtus mea. Quod de virtute spiritus omnino videtur intelligendum. Per peccatum enim ipsa debilitatur & infirmatur: quoniam peccatum dispositionem aliquam relinquat necesse est ad male agendum: & quanto quisque ad male agendum fortius dispositus est, eo ad bonum inuenitur infirmior.

¶ Versu 14. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde. In Elucidatione præpositionem super, interpretati sumus propter, quomodo ex Hebræo vertunt quidam, propter omnes hostes meos fui opprobrium. Felix vertit, Ab omnibus tribulantibus me: quod ad eandem sententiam facillime accommodatur. Beatus autem Hieronymus vertit, Apud omnes hostes meos factus sum opprobrium, & vicinis meis nimis: hoc est, omnibus inimicis meis factus sum opprobrium, etiam vicinis meis valde. ¶ Versu 16. In eo dum conuenirent simul aduersum me. Clarius sic ex Hebræo transferetur, Cum conuenirent simul, vel cum inirent concilium pariter aduersum me, accipere animam meam cogitauerunt, vel potius impie cogitauerunt. ¶ Versu 18. In manibus tuis fortes meæ. In Hebræo habetur, In manu tua tempora mea: quomodo habet & Romanum psalterium. Sententia autem eadem potest accipi: Ecce enim in manu Dei tempora nostra aduersitatis, prosperitatis, afflictionis & consolationis, vitæ & mortis, nihil aliud est quam sortes nostras esse in ipsius manibus, idemque orationis sensus recte accipitur. Chaldaica paraph. habet, In manibus tuis dies redemptionis meæ. ¶ Versu 20. Illustra faciem tuam super seruum tuum. Illustra valet, illumina, vel lucere fac, vel ostende cum illuminatione siue irradiatione. Chal. paraph. habet, Lucere fac iocunditatem faciei tuæ super seruum tuum. ¶ Versu 22. Qui loquuntur aduersum iustum iniquitatem. Beatus Hieronymus vertit, Quæ loquuntur aduersum iustum vetera. i. diu excogitata mendacia, & iniquitatem multam elaboratam, diuque in corde velut parturiendo gestatam. Vel vetera. i. corrupta & putrida, malicia & sordida: hoc est impia. Alii vertunt, graua vel dura, iniqua, superba, vel opprobria. ¶ Versu 24. Perfecisti eis qui sperant in te. Perfecisti. i. operatus es sperantibus in te, ut habet Hieronymus. Vel operatus es pro sperantibus in te. Caterum, illud quod sequitur, In conspectu filiorum hominum, in Elucidatione coniunximus cum particula subaudienda: hoc modo, Quam reddes eis in conspectu filiorum hominum. Cui stipulatur Chal. paraph. sic habens, Operatus es sperantibus in te, ut reddas eis præmium bonum in conspectu filiorum hominum. ¶ Versu 30. Veritatem requirit dominus. Hieronymus, Fideles seruat dominus. Quod cum lectione communi facile concordari potest, si intelligamus Deum requirere fideles ad saluandum eos, quomodo requirit pastor oues, ne pereant, & saluator eos quos saluare velit. Hoc enim modo requirere veritatem vel fidelitatem, idem censetur quod custodire vel saluare fideles, & facientes veritatem.

IN PSALMVM XXXI.

**V**ersu 4. Conuersus sum in arumna mea, dum cõfigitur spina. Hæc lectio quam habeat intelligentiam, ex Elucidatione patet. In Hebræo autem secus habetur. Sic enim vertit Hieronymus, Versatus sum in miseria mea, cum exardesceret misis iugiter. Quod ita potest intelligi, Tribulatus & afflictus sum in miseria mea, cum viderem iugiter peccata mea maturefcere, & appropinquantem æstu diuini iudicii, quasi ad propinquam retributionem parari. Quo enim diutius peccator quilibet in peccatis absque penitentia & confessione dissimulando perseuerat, eo ad rationem punitionis magis magisque appropinquat, & velut exardescit, coquitur, & maturefcit continuo miseri eius, ita ut iudicio per singulos dies fiat propinquior. Aliter vertunt Felix atque alii nonnulli interpretes: Immutatus est humor meus in siccitates æstatis: vel, Versus est viror meus in siccitate æstatis: hoc est, Quicquid ante peccatum in me fuerat viroris & humoris, ex gratia Dei, velut excicatum est, quomodo æstate nimio æstu solet excicari terra. Vel sic, Conuersa est siue versa pinguedo mea, siue humidum meum in siccitatibus. i. (iuxta Felicis interpretationem) factus sum macilentus & excicatus, ac si positus fuisset ad radium solis in æstate. Atque ita ad corporis afflictionem hæc lectio secundum literam referretur, vel etiam ad animam secundum spiritualem intelligentiam. ¶ Versu 9. Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me: exultatio mea, erue me à circumdantibus me. Hunc versum ita transfert Hieronymus, Tu es protectio mea, ab hoste custodies me, laus mea, saluus circumdabis me. Quæ lectio ex seipsa claram habet intelligentiam. Alii partem illam posteriorem exultatio mea, &c. aliter vertunt: Canticis liberati circumdabis me: hoc est, cum circumdabis me ad pro-

tektionem & liberationem, accipies à me cantica liberationis, quæ pro gratiarum actione tibi decantabo liberatus. ¶ Versu 10. Firmabo super te oculos meos. Beatus Hieronymus, Cogitabo de te oculo meo. Felix, Innuam super te oculo meo. Sanctes, Consulam tibi oculo meo. Provenit autem ista diuersitas ex ambiguitate vocabuli Hebraici aat z, cñius hic futurum ponitur, quod (teste Reuclio) significat decreuit, cogitauit, consultatione conclusit, statuit. Est autem sensus prædictarum versionum ferè idem: nempe hic, Ego dominus habebō (vt dici solet) oculos & respectum ad te, conuertam oculos & aspectum meum ad te, vt te dirigam in via quam ambulare debes: vt si forte errare uolueris à rectitudine, ego tibi indicem atque monstrem errorem: & si forte ignorare contigerit quò pergere & quid agere debeas, ego tibi indicem quid placitum sit mihi. Et loquitur Deus secundum consuetudinem hominum, qui ambulantiū per ignota itinera gressus oculo & aspectu profsequuntur, vt de recto bonoq; itinere admoneant, & ab errore deniorum viæ ignoras custodiant. Aut secundum modum quo parentes præeuntibus in via filiis, qui viam tamen ignorant, continuo oculos habent ad viam filiorum, vt illis iter rectum demonstrent. Hæc autem intelligentia etiam in Elucidatione comprehenditur, tametsi plenior illa assignet interpretationem. Nostra autem lectio & expositioni videtur apertius consonare quod habet Chaldaica paraphrasis. Ponam vel firmabo super te in bonum oculos meos.

## DE TITULO PRÆCEDENTIS PSALMI.

In titulo huius psalmi vna dictio præponitur, quæ hæcenus nusquam occurrit, videlicet Masail, pro qua septuaginta interpretes in Græco verterunt *ἀντιστοιχία*, quod Latine intellectus dicitur. Beatus Hieronymus eruditionem transfert, quòd ferè idem valet. In Chal. translatione habetur intellectus, vel eruditio bona. Cur autem huic psalmo titulus præmittatur bonæ eruditionis, vel boni intellectus, facile percipiemus, siquid nos hic psalmus doceat, attendimus. Docet autem nos intelligere quomodo peccati remissionem assequi debeamus: & in hoc nos erudit, atque prudentes facit, quomodo vera penitentia ad Deum conuerti, eiusque iram effugere valeamus, & in peccatis commissis nequaquam permanere. Quis autem dubitet optimam hanc esse eruditionem & intellectum preciosum vtilissimamq; prudentiam? Docet enim salubriter lugere, quo nihil est in hac vita homini magis vile, vel magis necessarium. Beati enim qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

## IN PSALMVM XXXII.

Versu 1. Rectos decet laudatio. Felix, Rectis decora vel formosa est laus: hoc est, rectos decet: quemadmodum illud quod apud Sapientem ponitur, Non est speciosa laus in ore peccatoris: tantumdem valet, atque, Non decet peccatorem, Dei laudatio. ¶ Versu 3. Bene psallite ei in vociferatione. Hieronymus, Diligenter psallite in iubilo. Felix, Bene psallite cum iubilatione: vel, Facite bonam melodiam & tripudium cum iubilatione, vel musicis instrumentis bene canite cum iubilatione. ¶ Versu 5. Diligit misericordiam & iudicium. In Hebræo non habetur misericordiam, sed tzedal zed. i. iustitiam: coniungendo iustitiam cum iudicio, vt frequenter in scripturis fieri solet. ¶ Versu 6. Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Hieronymus, Omnis ornatus eorum, quod cum lectione vulgata habet eandem interpretationem. Vnde & Felix non aliud quam virtutem vertit. Alii autem aliqui interpretes vertunt, Omnis exercitus eorum. Cuius lectionis sensus est, Non solū celos maximos orbes in sua amplitudine à Deo fuisse solo verbo creatos, verum etiā cælestes exercitus, & immensum illorum spirituum numerum, qui in eis est, simul ab initio in sua multitudine fuisse spiritu oris Dei in sui generis nobilitate cōditos. Atq; in hanc sententiā conuenienter interpretari possit etiam cōmunis lectio, per virtutem intelligēdo exercitū: quemadmodū frequenter & aliās fieri solet. In Hebræo enim hoc loco habetur tzebaam, quod sonat exercitum, vel militiam, vel virtutem eorum. ¶ Versu 7. Congregans sicut in vtre aquas maris. Felix, Congregans sicut cumulum, aut velut in cumulo aquas maris. ¶ Versu 9. Quoniam ipse dixit, & facta sunt. In Hebræo singulari numero habetur, Quoniam ipse mandauit, & factus est: ipso præcipiente, stetit: totus videlicet orbis, & vniuersa mundi machina ad imperium domini esse accepit, & in sua subsistentia consistit. ¶ Versu 10. Dominus dissipat cōsilia gentium, Hiero. Dominus dissoluit consiliū gentium, irritas fecit cogitationes populorū. Felix, Amouit vel prohibuit cogitationes populorū. Eadē est horum cum nostra lectione sententia. ¶ Versu 14. De præparato habitaculo suo respexit. Hieronymus, De firmissimo solio suo prospexit vniuersos habitatores terræ. Felix, De habitaculo scelsionis vel habitationis suæ prospexit omnibus habitatoribus terræ, vel prouidit: quod ipse interpretatur, Prouidentiam habuit de eis. Vel simpliciter, Respexit omnes habitatores terræ. ¶ Versu 15. Qui finxit sigillatim corda eorum. Hoc loco videtur prima facie aliquam onare contrarietate litera Hebræa, atque lectio septuaginta interpretū vulgata. Hæc enim habet *וְיִסְּרֵם*. i. sigillatim vel singulariter. In Hebræo autem iachad ponitur. i. simul siue pariter. Vnde Beatus Hieronymus, ac ceteri in Hebræo interpretes vertunt, Quæ fingit pariter cor eorum. Videtur autem contrarietas aliqua esse inter eum qui dicit, Deum finxisse sigillatim vel singulariter corda filiorum hominum, & eum qui diceret, Deum pariter finxisse corda eorum. Sed aduertendum est, quòd Hebræica litera sensus nequaquam vult Deum pariter, id est simul tempore, fecisse corda filiorum hominum: sic quasi (iuxta hæreticorum quorundam errorem) omnes animas à principio Deus creasset: quemadmodū vniuersam angelorum multitudinem simul tempore creauit. Id enim prorsus impiū & catholica doctrina est aduersum. Neq; omnino litera Hebræa hunc sensum patitur, quoniam nō plurali numero dicitur, Qui finxit pariter corda eorum: sed numero singulari, Qui finxit pariter cor eorum. Vnde nequa-

A quam potest ille sensus accipi de cōcreatione animarū hominum, id quod attendenti proprietatem & vim elocutionis vnicuique facile potest fieri manifestum. Et forsitan speciali concilio ac spiritus sancti instinctu, septuaginta interpretes præuam intelligentiam ac sensum peruersum amouere volentes, lectionem posuerunt: quæ illi fallæ sententiæ videretur non solum non fauere, sed etiam aduersari, dicentes, Qui finxit sigillatim corda filiorum hominū. Quæ lectio pulchre intelligi potest ad firmationem catholici dogmatis, quòd singulas hominum vitas & animas (quæ per corda significatur) Deus creauerit sigillatim vel singulariter siue separatim: tunc videlicet vnamquāq; de nouo creans in illo ipso momento, quo in corpus proprium eam infundit. Quæ intelligentia manifeste aduersatur erroneo dogmati, cuius ferunt Auerroim vel authorem, vel assertorē extitisse. In litera autem Hebræica illud iachad. i. pariter, vel simul, secundū virtutem valere videtur, etiam, vt sit sensus: Qui finxit etiam cor eorum, & intelligit omnia opera eorum. Nam in tali significatione solet nonnunquam pariter vel simul vsurpari: velut cum dicimus, Deus de nihilo creauit nos, & pariter nos ad imaginem suam fecit, simūlq; capaces fecit suæ gloriæ: tantumde est ac si dicatur, Qui etiam nos ad imaginē suam creauit, atq; etiam capaces fecit suæ gloriæ. Et iuxta hunc sensum apta valde habebitur connexio, cum eo quod præcedit atq; subsequitur, in hunc modum, Dominus de suo habitaculo prospexit super omnes inhabitantes terram, qui etiam fecit corda eorum, & intelligit omnia opera eorum. Quasi dicat propheta, Non mirum si super filios hominum prospiciat Deus, si ipse erga illos prouidentia extendatur: quandoquidem etiam intima illorū formauit, & vitam, atq; adeo vitæ totius principium (quod in corde est) inspirauit in eis, ac proinde omnia eorū cognoscit opera. Posset etiam illud (pariter) aliter intelligi, Qui format pariter, supple cum corpore, cor eorū: i. simul cum corporis plastatione animam creat & infundit vniendo corpori: quod etiam erroris supra citato manifeste aduersatur. Atque huic sensui videtur vtcunq; accedere Chal. paraphrasis habens in hunc modū, Creans vel formans eos, vni t corda eorū, & vestigat omnia eorū. ¶ Versu 17. In abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. In Hebræo per actiuum genus habetur, In abundantia vel multitudine roboris sui aut fortitudinis suæ non saluabit, vel non liberabit. Quod eandem facit cum nostra lectione sententiam, si intelligatur, Non saluabit sese equus, neque sessorem suum. Nam & nostram lectionem quæ passiuum habet, in Elucidatione sic ambigue interpretati sumus, Non saluabitur neque equus ipse, neq; sessor illius. ¶ Versu 19. Et alat eos in fame. In Hebræo, Et viuificet eos in fame, quod in idem redit. Qui enim alit alio qui moriturum, quasi viuificat, dum vitam sustentando, vitam quasi præbet.

## IN PSALMVM XXXIII.

Psalms iste per alphabeti Hebræici literas (vt supra dixim⁹ de psalmo 24.) procedit, singulis versibus singulas literas secundum ordinem alphabeticum in cap. præferentibus. ¶ Versu 2. In domino laudabitur anima mea. De verbo Laudabitur, diximus in principalibus annotationibus, quod pro Gloria bitur ponatur. Vnde Felix vtrunq; vertit, quasi sub indifferentia constituens, laudabitur vel gloriabitur. Sanctes vertit, In domino laudabit se anima mea, quòd est gloriari. Qui enim gloriatur, quasi secundum modum aliquem se laudat, vel sibi complacet in illo in quo gloriatur. Deniq; etiā vulgò cum gloriari volunt homines, ita solēt dicere, Laudabo me, quod hoc illūde egerim, aut q̄ illi rei non consenserim i. gloriari & gaudeo. ¶ Versu 5. Accedite ad eum, & illuminamini. Hieronymus, Respice ad eum, & confluite. i. leuate oculos vestros ad eum, & cumulatim vniuersi ad eum accurrite, & vultus vestri non confundentur. Felix, Respexerunt ad eum, & ecurrerunt, siue confluxerunt, aut respexerunt in eum, & illuminati fuerunt, & vultus eorū non confundentur. ¶ Versu 7. Immittit angelus domini in circuitu timentū eum. Hierony. Circundat angelus domini in gyro timentes eum, & eruet eos. Felix, Moratur, vel quiescit, vel castrametatur angelus domini per circuitum timentium eum. Quæ versiones sententiam vulgatæ lectionis quæ in Elucidatione priori loco exponitur, clarius exprimunt. ¶ Versu 9. Non est inopia timentibus eum. inopia. i. non est deficientia vel defectus, quod clarius exprimitur in psalterio Romano, Nihil deest timentibus eum. ¶ Versu 10. Diuites egerunt & esurierunt. In Hebræo habetur, Leones vel catuli leonum siue leonculi depauperati sunt, vel inopes facti sunt, & esurierunt. i. egestatem passi sunt. D Nimirum diuites huius sæculi, qui per fas & nefas congregant, & fraudant, Deum non habentes præ oculis, rectè ob suam rapacitatem leones vel leonū catuli appellantur. In secunda autē parte, cum dicitur, Inquirentes autem dominum non minuentur omni bono: improprie admodum videtur accipi verbum Minuentur, pro Deficient, vt habet psalterium Romanum, Vel defectum patientur, vel indigebunt. Vnde Hierony. vertit, Quærentibus autē dominū non deerit omne bonū. ¶ Versu 16. Vultus autem domini super facientes mala. Beatus Hieronymus nobiscum vertit, Vultus domini. Felix autem vertit sub indifferentia, Vultus vel ira domini. Nam (vt supra diximus in annotationibus psalmi 20) vultus domini aliquando pro iracundia accipitur, propterea quòd in vultu ira solet relucere, dum toruo & senero vultu aspiciamus eos quibus irascimur. ¶ Versu 21. Mors peccatorum pessima. Hierony. Interficiet impiū malitia, & odientes iustum culpabuntur. Hoc est, peribit impius, & morte æterna punietur propter malitiam: & odiente, iustum, culpabiles inuenientur & rei peccati in iustos. Vel culpabuntur. i. accusabuntur atq; condemnabuntur. Vnde Felix vertit, Odientes iustum desolabuntur, vel destruentur. ¶ Versu vlt. Et non delinquent omnes qui sperant in eo. Hieronymus iuxta sententiam nostræ lectionis vertit, Non peccabunt omnes sperantes in eo: Felix autem vertit, Non desolabuntur, vel non penitebit sperantes in eo.





**H**ic psalmo præmittitur titulus historicus, in hunc modum, David, cum immutauit vultum suum vel os suum coram Abimelech, & dimisit eum, vel eiecit eum, & abiit. In quo titulo difficultas est, etiam secundum historiam propter nomē Abimelech, Si enim pro Abimelech diceretur Achis, facilis esset intelligentia ex historia primi lib. Reg. In cuius cap. 21. describitur, quomodo à facie Saulis fugiens David, postquam ab Abimelech panes propositionis accepisset, & Goliath gladium ad regem Geth Achis nomine, cōfugit, sperans ibi se saluandū à facie Saulis. Verum cum fama nominis David illic quoq; vulgaretur, dicentibus ministris Achis, Nōne iste est David rex terræ, cui cantabant in choro, Percussit Saul mille, & David decem milia? Territus David, furere se simulauit, & vultum atq; os immutauit corā rege Achis, collabi se sinens inter manus eorum, & in ostium portæ impingens, p̄erq; barbam salinam emittens, adeo vt obiurgās rex Achis seruos suos, diceret, Quare adduxistis ad me hominem istum insanum, vt fureret me præsentē? Ac deinceps, Dimittite illum hinc, ne ingrediatur domū meam. Cui sanè historia per omnia titulus optime quadrat, qui de immutatioe vultus David, & de eiectione siue expulsiōe, atq; abitu siue euasione eiusdē expressam facit mentionem. Ac si ita diceretur, David post euasione, primum quidem de manu Saul deinde de manu Achis regis Geth, psalmū istum cōposuisse in gratiarum actionē, nō pro hac solū liberatione, sed in generali pro omnibus beneficiis Dei, quæ simul memori mente & animo grato recogitabat: ita tamen vt ista particularis liberatio occasionem præstiterit generalis gratiarum actionis. Verum ob stare videtur huic dictio quod dicitur, corā Abimelech, nō coram Achis. Quod incommodū Iudæorum quidā Rabbini soluere conantur, dicentes eundem esse, qui & proprio nomine Achis nominabatur, & à cōmuni regni sui appellatione Abimelech: quo nomine reges Palæstini norum appellabantur antiquitus: quemadmodū reges Aegypti Pharaonis nomine solebant appellari, sicut ex sacris literis facile potest comprobari. Beatus Augustinus proluxa interpretatione mystice hæc exponit ad Christi passionem, & per resurrectionem ab omni periculo euasione, ea referens, vt sit Christi ad patrem pro se & omnibus membris, prōq; sua & omnium liberatione, gratiarum actio. Qui de his plura cognoscere desiderat, apud patrem sanctum Augustinum in tituli expositione abunde multa inueniet.

IN PSALMVM XXXIII.

**V**ersu 1. Iudica domine nocentes me. Hieronymus, Iudica domine aduersarios meos. Felix, Contende cum contenditibus mecum. i. contra illos litiga, vel pugna, vel dimica qui me oppugnant, vel contra me dimicant mihi nocere cupientes. ¶ Versu 3. Effunde frameam, & concludē aduersus eos qui persequuntur me. Hieronymus, Euagina gladium, & præoccupā ex aduerso persequentes me: hoc est, euaginato gladio occurre persecutoribus meis in prælium, exurge in occursum illis, & irruē in illos, vt eos tua potentia expugnes. ¶ Versu 8. Superuacue exprobrauerunt animam meā. Secus habetur in Hebræo, sine causa fecerunt foueā, vel foderunt foueam animæ meæ. i. sine causa & meo merito posuerunt mihi insidias. Atq; ita prior pars versus, nempe, Gratis abscederunt mihi interitum laquei sui, eadem est cum posteriori iam explicata. ¶ Versu 9. Veniat illi laqueus quem ignorat. Pro laqueo, Hieronymus vertit calamitatem, alii contritionem vel desolationem: Felix strepitum, tumultum vel deuastationē. Sententia autem in his omnibus manifeste eadē est. ¶ Versu 12. Eripiens inopem de manu fortiorum eius. Accōmodatus ad Grammaticam congruitatem diceretur, De manu fortiorum eo. Vnde Felix vertit, Eripiens inopem à fortiori illo. ¶ Versu 14. Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ. Felix hanc particulam, sterilitatem animæ meæ sic interpretatur, Quod faciunt mihi, malum pro bono reddentes, est vt mors animæ meæ, & quasi eam sterilem faciunt, & reddunt eam semimortuā, & eam in illa ponunt anxietate, in qua mulier solet esse post partum. Quæ expositio satis cum Elucidatione nostra concordat. Posset etiam sic exponi, Retribuebant mihi malum pro bono, per quod sterilem fecerunt animam meam: id est, vitam meam, quia sua ingratitude fecerunt vt illis nihil profuerit vita mea, quam pro eis expandi, & erogavi frustra: quæ expositio satis apte quadrabit, cum ad Christum psalmus applicabitur. ¶ Versu 15. Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio. Hieronymus, Ego autē cum infirmarer ab eis, induebar cilicio. i. cum tribulater, affligerer, molestarer ab eis: quod cū nostra lectioe idem valet. Aliter vertit Felix, Ego autē, cum ipsi infirmarentur, indumentū meum sacco vel ciliciū: hoc est, non reddidi malū illis pro malo, sed cum ipsi infirmarentur, aduersa patientur, tristarentur, ego condolebā illis non gaudebā super malo afflictionis illorū, sed afflixī me ipsum ieiunio & oratione, lugens cū lugentibus, secundū charitatis fraternæ expositulationē. Verū quia oratio mea locum non inueniebat, nec effectū in eis ad me rediit, & in meam utilitatē est conuersa. ¶ Versu 17. Quasi proximum & quasi fratrem nostrū, sic complacebam. Lectio nostra Latina hoc loco non facilem habet intelligentiam, & videtur in sermone esse incommodum, Facile autem vtrique mederi posset, si tantum adiceretur præpositio A D, hoc modo, Quasi ad proximū, & quasi ad fratrem nostrum sic complacebam. Aut si casus accusatiuus mutaretur in datiuum, hoc modo, Quasi proximo, & quasi fratri nostro sic complacebam. Atque ita per casum datiuum habet lectio Græca, οὗ ἀδελφοῦ καὶ τοῦ πλησίον ἡμετέρου οὕτως ἠγαπήσαυ. Iuxta priorem modum cum præpositione vertit Hieronymus, Quasi ad amicū & quasi ad fratrem meum sic ambulabam. Posset etiam verti per nominati

Rom. 2.

**A**uum, hoc modo, Quasi amicus, quasi frater, sic placide cōuersabar erga illos, sic æquū & placidum illis me in conuersatione exhibui. ¶ Versu eodem, Quasi lugens & contristatus, sic humiliabar. Hieronymus, Quasi lugens mater, tristis incuruabar. i. sic humiliabar, & tristitia granabar pro malo inimicorum meorū, sicut mater tristatur, dolet, & luget super mortuo vel infirmo filio suo. Aliter Felix, Sicut lugens matrem, nigerrimus humiliatus sum. i. tanquam lugens matrem nigris indutus lugubribus vestibus sic humiliavi me, afflixī atque cōtristavi pro inimicis meis. ¶ Versu 18. Et aduersum me lætati sunt. Hieronymus, In infirmitate mea lætabantur. Felix, Cum ego autem attritus essem vel contractus, vel claudicare, lætati sunt. Alii, In claudicatione mea lætati sunt. Quæ omnia eandem habent sententiam, hanc videlicet, Cum ego infirmarer vel deficerem viribus, siue claudicaret, atque vel modicum vacillare siue deficere inciperem, inimici mei lætabantur in malo meo. Quod autem sequitur, Congregata sunt super me flagella: beatus Hieronymus vertit, Collecti sunt aduersum me percutientes: quæ lectio nostra vulgata est quædam explanatio. Felix claudos vertit. Congregati sunt (inquit) aduersum me claudi. i. homines abiecti, vt ipse interpretatur. ¶ Versu 19. Disipati sunt, nec compuncti, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione. Ex Hebræo, Sciderunt & non tacuerunt, in simulatione verborum fictorum. Hoc est, lacerauerunt me iniuriis & maledicentiis, & non prohibuerunt linguas suas ab huiusmodi verbis ad derisionem fictis & compositis, mihi illudentes. ¶ Versu 23. Quoniam mihi quidem pacifice loquebatur, & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant. Hieronymus ex Hebræo, Non enim pacē loquuntur, sed in rapina terræ verba fraudulenta concinnant: quod sensum habet apertum, Non loquuntur, quæ pacis sunt, sed vt male rapiant, dolos componunt. Alii vertunt, Non enim pacem loquuntur, & super humiles vel mansuetos terræ verba fraudulenta cogitant, vel componunt, vel concinant. ¶ Versu ultimo, Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam. Pro meditabitur in Hebræo habetur futurum verbi hagag, quod (vt Ioannes Renclinus testatur) significat meditatus est, dissertauit, dispartauit, ratiocinatus est, loquutus est, sonos seu verba composuit. Vnde hoc loco transferri potest, Lingua mea tota die loquetur vel sonabit vel modulabitur vel dissertabit iustitiam tuam.

IN PSALMVM XXXV.

**V**ersu 1. Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso. Hieronymus, Dixit scelus impii in medio cordis eius, non esse timorem Dei ante oculos eius. Cuius sensus est, Iniquitas & peccatū impii hoc ipsi persuadent, vt cogitet in corde suo & existimet, non debere se timorem Dei ante oculos habere. Quod trāslatio Chal. clarius sic exprimit, Dixit scelus siue iniquitas impio in medio cordis eius ne ponat timorem Dei oculos suos. Vbi per scelus intelligi potest, vel peccatum, & iniquitas ipsa, quæ peccatorem excæcat, & facit non timere neq; attendere hominum iudicia, & velut persuadet cordi peccatoris, Dei timorem abiicere: vel diabolus scelestus & author peccati. Nam & ipse hoc maxime cordibus hominū persuadere conatur, vt Deum non habeant præ oculis, quo sibi feruiant liberis. ¶ Versu 2. Vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Ad odium, beatus Hieronymus vertit, ad odiendum. Quod potest exponi passiuē, vt odio habeatur, scilicet à Deo, quomodo nos in Elucidatione explicauimus: vel actiuē, ad habendum odio, subaudiendo bonum. Quod etiam apte quadrabit proposito Psalmo, quoniam ad consummatam impietatē hoc pertinet, sic in iniquitate desigi, & illi adharere vt virtus habeatur odio. Nam qui ex infirmitate qualibet peccant aut fragilitate humana, & si ad tempus passioni subiecti præligant iniquitatē, non inuenitur tamen eorum iniquitas ad odium boni. Diligunt enim bonum, & amant eos qui bene agunt, licet propter fragilitatem & passionem præligant malum. ¶ Versu 3. Noluit intelligere vt bene ageret. Hieronymus, Cessauit cogitare benefacere. hoc est, eoulsque in impietate sua progressus est impius, vt non vltra cogitet de faciendo bene, sed absque freno iam in omne malum habeat præceps. Quod à nostra lectioe non dissonat, Noluit intelligere vt beneficeret. i. noluit cognoscere, noluit cogitare, quomodo beneficeret, vel de faciendo bene: quod clare habet Chal. paraphrasis. Abscidit intellectum à bene operando. ¶ Versu 11. Prætende misericordiam tuam scientibus te. Dicitio quæ in Hebræo habetur loco prætende, à verbo masach venit, quod significat duxit, traxit, extēdit, vel tetendit. Vnde hoc loco Hieronymus vertit, Attrahe misericordiam tuam scientibus te. hoc est, trahe misericordiam tuam ad sciētes te, aut impartire misericordiam tuam fidelibus tuis. Et idem sibi vult verbum prætende, quod habet nostra lectio.

IN PSALMVM XXXVI.

**V**ersu 1. Noli æmulari in malignatibus. Hieronymus, Noli contendere cum malignis. Felix similiter: vel noli commiseri velut in contentionem cum eis, quod facile ad sententiam nostræ lectionis applicatur, hoc modo, Noli zelo commoueri intra te super malignantibus, non te moueat impiorum prosperitas, ita vt cum eis velis ob hoc in contentionem miseri, vt cum eis tu velis contendere. Verti etiam potest, Ne inuideas malignantibus, neq; ira cōmouearis contra illos. Chal. paraphrasis alteram sententiam explicat, dicens, Ne æmuleris malignos, ne similis fias illis, & non æmuleris facientes iniquitatem. Hanc autem vtrinq; intelligentiā, in Elucidatione clare satis indicauimus. ¶ Versu 2. Quoniam tanquam fœnū velociter arefcēt. Ex Hebræo, Tanquam gramen vel fœnū velociter succidentur vel cōterentur, & sicut olus viride marcescēt, vel sicut viror herbæ aut germinis deficiet. ¶ Versu 3. Inhabita terrā, & pascere in diuitiis eius. In Hebræo nō habetur, in diuitiis eius, sed pascere fide, vel veritate. Ponitur enim nomen æmunah, significans veritatē vel



fidem. Recte autem secundum sententiam huius lectionis iubemur sperantes in domino pasci veritate. Veritas enim & fides promissionum Dei, nos debet in bono nutrire, sustinere, educare, & ad incrementum iustitiae perducere. Ad illam enim intendentes, confortamur, consolamur, confirmamur in ea, & ad virtutis exercitia alacres atque potentes reddimur: quemadmodum solet confortare cibis edentes. Si enim vulgato sermone dicuntur homines quidam spe ali & vivere, maxime autem amantes (de quibus tritum proverbium est, Spes alit amantes) cum tamen huius mundi spes frequenter nimium sperantes confundat & fallat: quanto magis optimo iure dicere poterimus, de sancta spe qua in Deum est (qua iuxta Apostolum non confundit, ut pote illius innixa veritati, qui metiri nequit) quod alere atque pascere sufficiat amantes atque fideliter sperantes. Potest etiam intelligi de fide qua in nobis est, quod ipsa nos debeat pascere: quoniam per dilectionem debet fides operari virtutis opera, quae panis & cibus sunt animae. Fides enim quae sine operibus est, mortua cum sit, nescit pascere se habentes, neque vitam dare, quae vitam non habet. Eadem quoque intelligentia de veritate commode assignari potest, tam de veritate fidei, quam vitam. Potest etiam aliter intelligi, Pascere in fide, ad hunc sensum, Interim donec gustare non datur illam perfectam satietatem, quae exhibenda est in patria, in fide pascere, in fide oblectare, per eam & in ea contemnendo quae videntur temporalia: ea autem quae non videntur aeterna tota mente contemplando, & iam nunc per fidem vera charitate perfectam, in caelis habendo conversationem. Ex Chal. paraph. vertit August. Genuensis, Negociosus est, ad hunc sensum, Interim donec gustare non datur illam perfectam satietatem, quae exhibenda est in patria, in fide pascere, in fide oblectare, per eam & in ea contemnendo quae videntur temporalia: ea autem quae non videntur aeterna tota mente contemplando, & iam nunc per fidem vera charitate perfectam, in caelis habendo conversationem. Ex Chal. paraph. vertit August. Genuensis, Negociosus est, quod illi consonat verbo Evangelico, Negociamini, dum venio. hoc est, Cura, donec tempus est operandi, diues fieri in operibus bonis, quemadmodum Apostolus ait: & thesaurizare thesaurum bonum atque indeficientem in caelis iuxta sermonem domini. Adiuro te hoc loco, Christiane lector, considera, & ipse tecum expendas, quam ampla atque augusta sit scripturarum sanctarum maiestas, & quam abundans nimium fecunditas, quae in unico verbulo tam multipliciter complectitur intelligentiam, & singulas pio animo ad ruminandum suavisimas. O vere felices nimium, sua si bona norunt agricolae sancti, quibus in hoc agro dominico concessum est atque complacitum, ingenii sui vires expendere. Illud quoque adverte, priusquam hinc dimittaris lector quod iste ex Hebraeo versiones iam adductae & exposte facile possunt cum lectione vulgata concordari, si pronomen eius, cum dicitur, pascaris in diuitiis eius, referat dominum, ut sit sensus, Pascaris in diuitiis domini. Fides enim recta quae per dilectionem operatur, sunt vere diuitiae domini, quibus scilicet efficitur in Deo diuites. Imo & si referat terram, modo terra spiritualiter intelligatur terra cordis (ut in annotationibus principalibus prolixè deducitur) facile erit invenire concordiam. Verè enim diuitiae cordis nostri sunt, fides & opera Deo digna, quae illa operatur. ¶ Vers. 4. Delectare in domino. Delectare. i. diuitias tuas siue delectationem tuam accipe, habe, pone in domino, quomodo vertit Felix. ¶ Versu 5. Renela domino viam tuam. Hieronymus, Volue super dominum curam tuam. i. iuxta Petri verbum) omnem sollicitudinem proice in ipsum: quae sententia secundum rem cum nostra lectione satis convenit. Qui enim domino sua omnia renelant, ad hoc faciunt, ut ipsi totum committant quod sibi incumbit. Siquidem ad hoc manifestamus nostras miserias, ad hoc communicamus consilia, ut subleuemur, ut iuuemur in eo quod per nos ipsos non possumus. Felix vertit, Circuolue secus dominum viam tuam. hoc est, quicquid agas, quocumque ambules, semper cum Deo permanset, & ab eo ne discede, semper illi adhaereas optimo adiutori in omnibus. Quando enim in conspectu illius ambulas, & iuxta illum circumvoluis viam tuam, securus eris: quemadmodum pulli ab accipitre securi sunt, donec circumvoluunt secus matrem viam suam. Quod si longius abscedat, in itinere suo invenit periculum. ¶ Versu 6. Subditus esto domino, & ora eum. Pro subditus esto, in Hebraeo habetur imperatius verbi damam, quod significat quiescit, siluit, expectavit. Unde ex Hebraeo vertendum esset, Quiesce domino, vel tace domino, quomodo vertit Hieronymus. Tacet autem domino, vel silet, vel quiescit, qui non murmurat de iudicio domini, aequanimiter fert quicquid Deo permittente conspicit evenire, prosperitatem scilicet malorum, suam afflictionem, atque similia, & in nullo obmurmurat. Quid verò aliud est in proposito loco, subditus esse domino? Patet ergo, quomodo hoc quod nostra lectio habet, cum predictis conveniat. Pro altera autem parte, Et ora eum, vertunt, Et expecta illum vel parare illi: quod quomodo rectius quam oratione perficitur? Unde non dissonat quod habet nostra lectio, Et ora eum. ¶ Versu 10. Quares locum eius, & non inuenies. Hieronymus, Cogitabis de loco eius, & non subsistet. hoc est, considerabis, & videbis ad locum in quo prius peccator erat, ad statum in quo florebat: & non inuenies eum in eo statu & loco in quo paulo ante videras. Unde Felix vertit, Considerabis locum eius (i. intellectum & considerationem adhibebis) & non adest. Verti etiam posset, Tu aedificaberis super locum eius, & non erit, supple, ipse impius. Quod in Davide impletum cognoscimus. Saul enim interfecit eum, & ipse successit in regnum illius. ¶ Versu 12. Observat peccator iustum. Dicitio Hebraica zamam, quae hoc loco habetur, significat, praesumpsit, statuit, cogitavit. Atque ideo verti posset hoc loco, Praesumpsit impius contra iustum, vel statuit aut decrevit peccator, intellige: malas suas cogitationes contra iustum, aut cogitat contra iustum, vel de iusto, ut vertit Hieronymus. Felix vertit, Iniquam cogitationem cogitat impius adversus iustum. Alii, malitiose vel dolose cogitat, quod est praesumit. ¶ Versu 15. Vtrucidet rectos corde. In Hebraeo habetur, Vt trucidet vel interficiant rectos via, in via, quod secundum rem idem est cum eo quod habet lectio vulgata. Qui enim recti sunt corde, iidem sunt & recti via, vel in via sua. ¶ Versu 21. Inimici vero domini, mox ut honorificati fuerint & exaltati deficientes quemadmodum fumus deficient. Hieronymus, Inimici domini gloriantes ut monocerotes, consumuntur sicut fumus consumitur. Quod aptum habet intelligentiam, si tantum intelligatur gloriari ut monocerotes, idem esse quod gloriari in fortitudine & po-

tentia sua, tanquam si monocerotes essent: quomodo solemus dicere, fortes gloriari tanquam leones. hoc est, quasi de leonino robore. Felix ita vertit, Inimici domini velut adeps agnorum, vel, sicut preciosum agnorum defecerunt, in fumo defecerunt. i. sicut adeps agnorum nullam habens resistantiam, ab igne consumitur, & in fumum resoluitur: sic inimici domini igne gehennae cremabuntur. Aut accipiat hic sensus, inimici domini qui sunt tenerissimi & delicatissimi & piaguissimi sicut preciosum agnorum, vel sicut adeps agnorum, ipsi deficient subito, & igne peribunt aeterno. ¶ Versu 23. Quia benedictus ei haereditabunt terram. Hieronymus ac ceteri ex Hebraeo interpretes vertunt per participia significationis passivae, in hunc modum, Benedicti eius, vel benedicti ab eo, haereditabunt terram, maledicti autem eius, vel maledicti ab eo, peribunt. ¶ Vers. 25. Cum ceciderit, non collidetur. Felix exponit, Cum ceciderit cadere, non erit penitus proiectus: quae sensum in Elucidatione indicavimus. Quod autem sequitur, Quia dominus supponit manum suam: in Hebraeo, habetur, Dominus sustentat vel sustinet manum eius, scilicet viri iusti, hoc est, ne cadat, vel irreparabiliter cadat, apprehendit illum manu, atque ita tenet: quemadmodum tenere solent matres filiorum manus, ut etiam si palpitare coperit illorum crura debilia, materia sustentatione a casu preseruetur, aut certe priusquam se allidant, mox elevent eos manu quem tenent. Et hoc manifestum est quomodo cum vulgata lectione in eundem sensum possit reuocari. ¶ Versu 26. Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quarens panem. De hac posteriori parte in prioribus annotationibus questio mota est, quomodo veritatem habeat quod dicit Psalmista, nunquam vidisse se senem iustum quarens panem, cum multi conspiciantur hostiatiis quaerere victum & vivere mendicato. Cui quaestioni responsio adhibita est, explicando, quid intelligi debeat quaerere panem, iuxta sententiam litterae praesentis. Facilius tamen modo etiam alia via posset quaestioni fieri satis, repetendo vocabulum, derelictum, ad semen quarens panem, hoc modo, Non vidi iustum derelictum, nec etiam semen eius quarens panem vidi derelictum. hoc est, iustum derelictum non vidi, & filios iusti, etiam si ad tantam egestatem devenissent, ut cogenter mendicato quaerere panem, nunquam vidi derelictos, quin illis (quanquam in verecundia & sobrietate, sufficienter tamen) praebuerit dominus quae victui sunt necessaria. Quae sententia quaquam non se offert prima facie, quia tamen & facilis est, & absque omni incommodo, nec Graeca nec Hebraea lectioni repugnans aut dissonans, nequaquam venit aspernanda. ¶ Versu 27. Tota die miseretur & commodat. Caue ne commodare hic intelligas, commodo esse, vel commodum facere, siue prodesse, quomodo per contrarium dicunt incommodare, obesse, & damnum facere. Non enim hoc sonat originalis lectio, neque Hebraea, neque Graeca: Graecè enim habetur verbum *δανίζω* quod manifeste significat mutuo dare vel accommodare, quod significat hoc in loco commodare: cuius verbi actus passivum ponitur versu huius Psalmi. 22. Mutuabitur peccor. Graecè enim est *δανίζω*. i. mutuum accipiet. ¶ Versu 32. Os iusti meditabitur sapientiam. Eiusdem verbi futurum est hic, de quo diximus in annotatione ultima ex Hebraeo, in Psal. 34. in expositione versus ultimi, Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam. Unde posset & hoc loco verti, Os iusti loquetur, sonabit, disertabit, modulabitur, vel pronuntiabit sapientiam. ¶ Versu 33. Et non supplantabunt gressus eius. Hieronymus, Non deficient gressus eius: Felix, Non commovebuntur gressus eius, vel non labetur aliquis gressum eius, vel non mutabunt, aut aberrabunt gressus eius, aut non claudicabunt. ¶ Versu 35. Et non dampnabit eum, cum iudicabitur illi. In Elucidatione ita exposuimus, ut eum priore loco referat iustum: datius autem, illi, posteriori loco referat impium, ad hunc sensum, Dominus non condemna bit iustum, cum iudicabitur impio. Posset tamen ex Hebraica lectione utraq; relatio ad vnum referri, ad hunc sensum, Deus non condemna bit iustum, cum iudicabitur ipsi iusto. hoc est, cum viri iusti fiet iudicium, ipse non condemna bitur iudicio Dei. Atque in hanc sententiam accepisse videtur Hieronymus. Cuius versio sic habet, Nec condemna bit eum (scilicet iustum) cum iudicabitur. Felix adicit relatiuum, dicens: cum iudicabitur ipse, scilicet iustus. Tanquam si dicat Propheta, Iustus, quanquam nunc ante tempus iudicetur ab impiis & irrideatur, in die tamen iudicii, quando verum fiet iudicium, non condemna bitur a Deo, nec irridebitur, sed in iustitia sua saluabitur. ¶ Vers. 37. Vidi impium superexaltatum & eleuatum, sicut cedros libani. Hieronymus, Vidi impium robustum & fortissimum, sicut indigenam virentem. Felix, Vidi impium robustum & integrum, aut recentem, fortem siue extendentem radices, sicut laurus viridis, vel sicut arbor vegeta. Dicit quoque Felix, vocabulum ezrach. cuius loco nos cedrum habemus, significare apud Hebraeos virum qui auita nobilitate floret, & in bono nomine virens: quam significationem respiciebat sacer Hieronymus, cum in versione diceret, indigenam virentem. Chal. translatio habet, Vidi impium fortem & validum, sicut arborem transplantatam & abundantem foliis: & transfuit de mundo, & ecce non erat. Manifestum est autem, omnia haec florem & apparentem gloriam prosperitatis impiorum significare. ¶ Versu 39. Quoniam sunt reliquiae homini pacifico. Hieronymus, Ad extremum erit viro pax, id est, homini qui nunc in simplicitate & aequitate vivit, tamen nunc fit tribulatio & iugis afflictio, erit tamen pax & bonum illi in nouissimo. Pro malis enim quae in praesenti vita accepit, bona tunc commutato ordine iuxta patris Abraham vocem) recipiet. Alii sic legunt, Merces unicuique pax. Cuius sensus est, vnicuique viro nunc custodienti innocentiam & obseruanti aequitatem erit pax aeterna, pax vera, in mercedem & beatam retributionem. Huic lectioni consonat, quod ex Chal. paraphra. vertit Augustinus Genuensis, Finis hominis, pax. ¶ Versu 40. In iusti autem disperibunt, simul reliquiae impiorum interibunt. In Elucidatione & contextu ita distinximus praesentem versum, ut aduerbium simul ad posteriora adiunxerimus. Alii tamen malunt in praesenti partem referre, hoc mo-

do, iniusti autem disperibunt simul: ac deinde, reliquia impiorum interibunt. Quæ lectio facilem E  
habet sensum, omnes impios simul vnus istu sententia, in aternam perditionē deturbandos. Atq;  
huic posteriori lectioni magis fauent tum Græca tum Hebræa exemplaria, atque etiam nonnulla  
vetera Latina. ¶ Versu eodē, Reliquia impiorum interibunt. Clarius dici possit, Reliquia impio-  
rum, vel nouissimum seu merces impiorum, perditio & interitus. Felix, Nouissimum impiorū per-  
emptum est. hoc est, impiis nihil est relictum bonæ mercedis.

IN PSALMVM XXXVII.

**V**ersu 2. Confirmasti super me manus tua. Hieronymus, Tetigit me manus tua. Felix, De-  
pressa est super me manus tua: vel, Depressisti super me manus tuam. ¶ Versu 7. Quoniam  
lumbi mei impleti sunt illusionibus. Beatus Hieronymus vertit, Lumbi mei impleti sunt igno-  
minia. Felix, Illa mea repleta sunt combustione. Aut legi potest pro illusione, vilitas, contemptus  
aut immunditia. Habent autem hæc eandem sententiam cum vulgata lectione. Malæ enim concu-  
piscentiæ æstus, de quibus hoc loco manifeste videtur fieri mentio, rectè illusiones dicuntur & igno-  
minia, combustio & ardor. Vnde Apost. Paulus talem indicare volebat combustionē, cum diceret, F  
Melius est nubere, quàm vri. Quantam quoque habeant vilitatem, despectum & immunditiā, quili-  
bet natura, honestate docetur. ¶ Versu 8. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis. Hieronymus, Eui-  
gilauī, & afflictus sum nimis: Felix, Collisus sum & contritus sum vehementer. Aut, dissolutus, rela-  
xatus, mutatus sum, & contractus vīq; nimis. hoc est, prorsus impotens factus sum ad bonum, quasi  
contractis & dissolutis omnibus viribus. Pro gemitu quoq; cordis idem Felix palpitationē vel stre-  
pitum vertit. ¶ Versu 1. Cor meum conturbatum est in me. Hieronymus, Cor meū fluctuabat. Felix,  
Cor meum circūit, vel in orbem iuit. Hoc est, sic cōturbatum est, vt videretur palpitare, & quasi  
præ anxietate sese voluere atq; gyrare: quæ admodū euenire solet iis qui vehemētē anxii sunt animo  
¶ Versu 11. Amici mei & proximi mei aduersum me, &c. Hieronymus, Chari mei & amici mei, quasi  
contra lepram meā steterunt, Felix, Ex aduerso plagæ meæ steterunt. hoc est, contra vulnus & mor-  
bum meum steterunt, vt magis ipsum auerterent quàm lenirent vel minuerent, & ad deterius potius  
adducerent, quàm in vilo dolori proficerent. Posito nanque in doloribus penitentia, omnis ami-  
corum & proximorum cōsolatio, maxime quæ secundū carnem proponitur, oneri potius est quàm  
cōsolationi, & dolorem penitentis aggrauat magis quàm lenit. ¶ Versu 19. Cogitabo pro peccato  
meo. In Hebræo habetur futurum verbi daag, quod significat sollicitus fuit, timuit, formidauit.  
Vnde hoc loco verti possit, Sollicitus ero pro peccato meo (vt vertit Hieronymus) aut anxius ero,  
vel timebo, vel formidabo. Atq; ita etiam accipi debet in nostra lectione verbum cogitabo, videli-  
cet cum sollicitudine & anxietate, quemadmodum solent variis cogitationibus sollicitari, qui sunt  
in timore positi.

DE TITVLO PRAECEDENTIS PSALMI.

**T**itulus huius Psalmi iuxta Hebræum est, Psalmus David, in commemoratione. Nam quod ad-  
ditur in Latinis atq; Græcis exemplaribus, sabbathi, id in Hebræo non habetur, sed tantum in  
commemoratione, vel ad reminiscendum, vel ad commemorationem. Quod facilem intelli-  
gentiam habet de recordatione peccatorum, quoniam in hoc Psalmo potissimum fit mentio  
de peccatorum rememoratione, confessione, & exaggeratione, ad consequendam veniam peccato-  
rum. Aut in commemoratione propriæ fragilitatis, infirmitatis atque miseræ, quæ in nobis est  
ex nobis ipsis, maxime dum à Deo derelinqui videmur. Et de hac fit in Psalmo proluxa mentio. Si  
autem iuxta vulgatos codices adiciamus, in commemoratione sabbathi, significatur, Psalmū con-  
uenire peccatori, de sabbatho subsecuturo vitæ & requiei aternæ sollicito, & ipsam perdere formidā-  
ti, ac proinde penitentiam agentis. Vnde mox in principio Psalmi clamat, Domine, ne in furore  
tuo arguas me, &c.

IN PSALMVM XXXVIII.

**V**ersu 2. Posui ori meo custodiam. Felix pro custodia vertit clausuram, capistrū vel fiscellam:  
quæ idem sonant, & idem volunt, quod custodia. Beatus Hieronymus quid illud claustrū siue  
capistrum sit, quo os claudi debeat, in sua versione demonstrat, cum ait, Custodiam os meum  
silentio. Nimirum silentium, oris capistrum clausura & custodia est. ¶ Versu 6. Vt sciam quid de-  
sit mihi. Felix, Cognoscam quàm breuis temporis ego: vel, Quanti temporis ego. i. quanto tempore  
viam, vel quando deficiam. Iuxta quem modum habet Chal. paraph. Vt sciam quando deficiam à  
saeculo. ¶ Versu 7. Ecce mensurabiles posuisti dies meos. Hieronymus vertit: Breues posuisti. Felix,  
Ad mensuram pugillorum posuisti, vel pugillos dedisti. i. (vt ipse ait) iuxta minimam mensurā pu-  
gillorum. Sanctes dicit, Vt mensuram quatuor digitorum. Quæ omnia breuitatem nimiam sonant  
vitæ presentis, & cum lectione nostra facile intelligitur coincidere. Dum enim mensurabiles dies  
ait positos vitæ, significat eos valde breues esse & paucos, vt facile minimo negotio queant nūerari  
vel mensurari. Psalterium Romanum habet, Veteres posuisti dies meos, quod etiam cum prædictis  
coincidit: quoniam quod antiquatur, veterascit atq; senescit, propè interitū est: & quæ vetera sunt,  
non longam possunt obtinere durationem. Quod autem sequitur, Et substantia mea tanquam ni-  
hilum ante te. Ex Hebræo vertitur, Vita mea, vel tempus meū, vel æuum meum, quasi non sit, in con-  
Psal. 89. spectu tuo. Nam (vt Petrus Apostolus ait) ante dominum dies vnus, sicut mille anni: & mille anni,  
sicut dies vnus. Et Psalmista cōfiteror domino, quoniam mille anni ante oculos tuos sicut dies hebet  
na quæ præterit: quanto magis anni pauculi, vel 10. vel 20. vel 40. vel 60. aut potētatiūs 80. aut

Hebr. 8.

2. Pet. 3.

Psal. 89.

**A**mplius aliquantulum, & hoc ipsum tamen labor & dolor. Vt merito dici possit, quod tempus vi-  
tæ hominis, quasi nihilum sit ante oculos Dei, cuius est aterni duratio. ¶ Versu 8. Veruntamen vni-  
uersa vanitas omnis homo viuens. De hoc versu latius tractatū est in annotationibus huius Psalmi  
principalibus. Adiciendum tamen videtur, quod hoc loco habet Chal. paraph. in hunc modum,  
Omnia nihil reputantur, verum omnes iusti surgent ad vitam aternā: quod facilem quidem habet  
& pulchrā intelligentiā, sed à vulgata lectione & iis quæ circa eam exponendo dicta sunt, prorsus  
extraneam. ¶ Versu 9. Veruntamen in imagine pertransit homo. Psalterium Romanum habet, In  
immagine Dei. Verum huius genitui adiectio tam ex Hebræis, quàm ex Græcis & Latinis correctiori-  
bus codicibus probatur superflua. Neq; satis loco conuenit, de imagine Dei facere mentionem. De  
particula autem illa Veruntamen, aduerte, quod non aduersatiue accipienda est, sed potius exple-  
tiue vel assertiue, vt significet, Et quidem, vel & certe. Vnde Felix vertit, Certè: Hieronymus, tatum:  
Tantum (inquit) in imagine ambulat homo. ¶ Versu 11. Opprobrium insipienti dedisti me. Ex He-  
bræo deprecatius vertunt, Opprobriū insipientis vel stulti ne ponas me. hoc est, nō finas illos mihi  
dominari, vel (vt postulare solet) gaudere super me. ¶ Versu 14. Et tabescere fecisti sicut araneam  
animam eius. Hieronymus, Posuisti quasi tineam desiderabilia eius. hoc est, Omnia in quibus oble-  
scatur dies in hoc saeculo, tu facis quasi tineā, fœtida & corruptioni obnoxia, vel à tineis corrodi  
facis. Felix vertit ferè similiter cum Hieronymo: Tabescere fecisti velut tineam, preciosum eius.  
Aut liquefacere fecisti, vel putrefcere fecisti desideratū ab eo, sicut araneam. ¶ Versu vlt. Remitte  
mihi vt refrigerer. Hieronymus, Parce mihi vt rideam, antequam vadam, & nō lubrifam. Felix, De-  
clina à me, & confortabor: vel relaxa te à me, & confortabor, & consolidabor; antequam vadam  
& non ero. Quæ omnia, non nisi explanant vulgatæ lectionis sententiam.

DE TITVLO PRAECEDENTIS PSALMI.

**T**itulus Psalmi est, Pro Idithum, canticum David. Quod intelligitur de Idithum cantore cuius  
vocius hic Psalmus traditus fuit decantandus. De hoc enim Idithum legimus, primi libri  
Paralipomenon 16. cap. quod rex David, vbi arcam domini intulisset in domum suam, ipsum  
simulcum Heman constituit ad consistendum domino, quoniam in saeculum misericordia  
eius, vtque tuba canentes & cymbala quatientes, & in aliis quoque musicorum instrumentis dulci  
modulatione sonantes, laudem concinerent. Et nomine verò Idithum, quod interpretatur, transi-  
liens, mystica accipitur intelligentia: secundum quam, hic Psalmus pro transcendente inscribitur;  
quia mundum & omnia quæ transitoria sunt contemnendo transeuntur, & supersilientem ad aterna  
depingit: qui huius vitæ labilis & caduca pertasus dissolui cupit, & esse cum Christo, & in solo do-  
mino (contemptis omnibus & reputatis pro nihilo, quasi vanissimis) ponit expectationem suam. Philip. 1.

IN PSALMVM XXXIX.

**V**ersu 6. Beatus vir, cuius est nomen domini spes eius: & non respexit in vanitates & insanias  
fallas. Hieronymus, Beatus vir, qui posuit dominum confidentiam suam, & nō est auersus ad  
superbias pompasq; mendacii. Quæ lectione velut exponitur, quid in nostra lectione per va-  
nitates & insanias fallas intelligatur. Felix vertit, Et non respexit ad arrogantes vel superbos & di-  
uerentes vel circueuntes mendacio. i. non adhasit nec assimulauit se superbis, & iis qui operantur  
vel loquuntur mendacium, vel circueuntes mendacium. i. defendentes aut fouentes falsitatem &  
errores malos. ¶ Vers. 7. & 8. Cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciaui & loquutus  
sum, multiplicati super numerum. Longè aliter vertunt ex Hebræo interpretes. Hieronymus sic ha-  
bet, Multa fecisti tu domine Deus meus mirabilia tua & cogitationes tuas pro nobis. Non inuenio  
ordinem corā te: si narrare voluero, & numerare, plura sunt quàm vt narrari queāt. Cuius lectionis  
sensus est, Multa fecisti mirabilia, domine, & specialiter cogitationes tuas mirabiles & occulta con-  
silia tua, quæ pro nobis cogitasti, & pro nobis operari voluisti. Sunt autem opera tua & cōsilia ista  
tua tam multa, vt non possim ordine debito cuncta recēdere, neq; inuenire numerū, ita vt nesciam  
vnde potissimum queam incipere sermonem, neq; sufficiam enarrandis omnibus, tam sunt multa;  
D tam varia, tam magna. Felix eandem inducit sententiā, quam supra Hierony. sed multo obscurius  
& intricatius. ¶ Versu 9. Aures autē perfecisti mihi. In Hebræo ponitur verbū, carach, quod primo  
significat fodit, incidit, aperit: iuxta quā significationē, Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Au-  
res fodisti mihi. significat etiā prædictū verbum, ordinauit, disposuit, parauit vel apparauit: iuxta  
quam significationem habet communis lectio, Aures perfecisti mihi. i. aptasti & parasti, interiores  
videlicet animi, per quas audiam quid in me loquaris, vt fiam tibi obediens. Vnde Chal. paraph. sic  
habet, Aures autem ad auscultanda præcepta tua formasti mihi. Et secundum hanc expositionem  
idem videtur esse aurium persofisio, quod aurium perfectio. Spiritualiter enim aures apertas habet,  
vel incisas, vel persofas, qui Diuinæ voci eas habet semper patētes, vt possit ipsa intus introire ad  
intima humani cordis: quemadmodum e contrario, clausas aures intelligimus habere spiritualiter  
eos, quorum auditus non est apertus ad suscipiendum interius Dei sermones. Vnde & in circūcisa  
apud Hieremiam dicuntur aures obliuatoꝝ in prauaricatione sua, quasi non incisa, vel non per-  
fusa, vel non aperta, ad suscipiendum sermones Dei. Notandum autē, quod septuaginta interpretes  
hoc loco habent, Corpus aptasti vel perfecisti mihi. Iuxta quam lectionē etiam Paulus Apostolus  
10. cap. Epistolæ ad Hebr. adducit hanc partem Psalmi in testimoniū. Cuius lectionis expositionem  
DD iii

Hier. 6.



simul cum nostra atque Hebræa in Elucidatiōe pariter implicauimus, & quasi in vnam cōpegimus sententiam. ¶ Versu 11. In capite libri scriptū est de me, &c. Hæc atq; præcedentia in Elucidatione atque annotationibus principalibus suprâ exposuimus in persona Christi, propter authoritatem beati Pauli Apostoli: qui in Epistola ad Hebræos, hæc vt vocē Christi in mundum ingredientis, adducit. Veruntamen iuxta Hebræicā lectionem, Pauli Apost. authoritate seclusa, facile totā lectionē cui libet iusto liceret accommodare, hoc modo, Tu domine non exigis à me victimas & oblationes corporales pro expiatione peccatorū, sed obedientiam requisisti, & obedire me fecisti voci tuæ: & ego me ipsum obtuli proptū ad perficiendā mādāta tua, dicens, Ecce adsum. In volumine enim libri tui i scriptura sancta, aut in prædestinatiōe tua scriptū est super me: vel de me, hoc mihi in iungitur hoc à me exigitur vt faciā voluntatē tuā, nō autē vt victimas ferriā, aut holocausta corporalia. Atq; ita consequenter cætera omnia satis quadrāt. Sed & Cha. paraph. nihil omnino hoc loco de Melsia videtur indicare. Neq; iuxta hanc expositionem tantam facere oporteret difficultatem de commutatione modi loquendi, quantā indicauimus in argumento atq; in annotationibus. Secundū tamen Apostolicam authoritatem, omnino cogimur, hanc scripturam Christi personæ accommodare, vt ex superioribus evidens est ac manifestum. Notandum quoque, quod in Hebræo non habetur, In capite libri, sed in volumine libri: quod facilius est accommodari cui libet iusto, quā prior lectio quæ habet, in capite libri.

IN PSALMVM XL.

**V**ersu 9. Verbum iniquum constituerunt aduersum me. Hieronymus, Verbum diaboli infundebant sibi. hoc est, proposuerunt in animo, & firmauerunt in proposito cordis sui consilia pessima quorum diabolus in ipsis author extitit. ¶ Vers. 10. Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Hieronymus ex Hebræo vertit, Qui manducabat panem meum, leuauit contra me plantam vel calcaneum, quomodo etiam apud Ioannem ex ore Saluatoris adducitur. Felix tamen & ceteri magis vertunt, iuxta modum nostræ lectionis, Magnificauit super me supplantationem, vel magnificauit aduersum me calcem sine calcaneum. Est autem horum eadem sententia, Iudam proditorem fraudem magnam & dolum nimis insignem perpetrasse contra dominum suum, à quo nutriebatur, & nimis indigne illum optime meritum conculcasse, atque velut pedis calcaneo protriuisse.

IN PSALMVM XLI.

**V**ersu 1. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum. Felix, Quæmadmodum ceruus vociferat super inundationibus aquarum, sic anima mea vociferat ad te Deus. Quod sic exponit, Sicut ceruus præ desiderio clamat ad vel pr opter inundationes atque torrentes aquarum, vt eos scilicet inueniat, & eis refocilletur: ita anima mea, o Deus, præ desiderio ad te clamat. Aliter vertit Beatus Hieronymus, Sicut arcola præparata est ad irrigationes aquarum, sic anima mea præparata est ad te Deus. ¶ Versu 8. Memor ero tui de terra Iordanis & Hermoniim, à mōte modico. Hunc versum quidam ita exponunt, Memor ero mirabilium, que tu fecisti circa Iordanem fluiū & in monte Hermoniim. Quod autem sequitur, A monte modico, Beatus Hieronymus vertit, A monte minimo. Alii autem vocabulum Hebræicum tenent non versum, dicentes à monte Mizhar, quasi nomen sit proprium, non appellatiuum. ¶ Versu 9. Abyssus abyssum inuocat. Clarius verti posset, Abyssus ad abyssum clamat. i. alia aliam vocat, iuxta expositionem in Elucidatione & annotationibus latius expressam.

DE TITVLO PRÆCEDENTIS PSALMI.

**P**salmus iste, primus est inter eos qui inscribuntur filiis Core. Nam plures ex Psalmis hac inscriptione constat prænotari, de qua inscriptiones sancti patres, maxime autem inter hos patres Augustinus, mysticas plures & pulchras ediderunt sententias, ex ipsa nominis Core interpretatione, quod caluitium vel caluaria sonat: vt spiritualiter illi intelligantur filii Core, qui filii sunt illius qui in caluaria loco voluit crucifigi, illi videlicet qui Christo domino fide & charitate firmiter adherentes, cuncta huius mundi despiciunt, & toto affectu ad caelestia anhelant: qui non nisi in caluaria, nō nisi in cruce domini gloriari volunt, terrenam omnem consolationem, propter passionis dominicæ memoriam penitus respuentes. Et quidem facile hoc fuerit aduertere, attente considerantibus, quod ferè Psalmi qui prædictam habent inscriptionem expriment, vei magnum vitæ præsentis fastidium, vel ardens futuræ desiderium. Secundum literalem autem expositionem, dicere licebit, Psalmos quosdam filiis Core inscribi: quoniam ipsis canendi dabantur, & ad ipsorum spectabat officium, Psalmos istos peculiariter (qui sic prænotati sunt) Domino in musicis instrumentis decantare.

IN PSALMVM XLII.

**V**ersu 3. Ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Hieronymus per futurum vertit, Ipsa ducent me, & introducent in montem sanctum tuum, & in tabernaculū tuum. De quo in prioribus annotationibus diximus. ¶ Versu 4. Ad Deum qui latificat iuuētntem meam. In Hebræo habetur, Ad Deum lætitiæ & exultationis meæ. Id est, qui me facit gaudere, latari, & exultare in spiritu meo.

IN PSALMVM XLIII.

**V**ersu sexto. Qui mandas salutes Iacob. In Hebræo per imperatiuum modum dicitur, Manda salutes Iacob: vel præcipe pro salutibus Iacob, vt vertit Hieronymus. hoc est, præcipe vt saluatio fiat populo tuo. Te enim iubente veniet salus. In versu autem sequenti, vbi nostra

**A** lectio habet, Ventilabimus cornu: psalterium Romanū non habet cornu, neq; etiā versio Hieronymi ex Hebræo, sed tantū, ventilabimus. Vocabulū tamen nagach, significat cornu petiit, vel cornibus percussit, aut offendit, aut insultauit, impetit, inuasit: significatq; pprie impulsū & insultū animalū, qualē videlicet animalia cornibus faciunt. Vnde patet Hebræicę vocis emphasim hac circumlocutione, ventilabimus cornu, nō male neq; infeliciter explicatā. In secunda autem parte pro spernemus, Hieronymus vertit, cōculcābimus: Felix, ad nihilū deducemus. ¶ Versu 10. In Deo laudābimur tota die. Hieronymus ex Hebræo, In domino gaudebimus tota die. Vnde patet, quod suprâ psalmo 33. de verbo laudari diximus, verum esse nimirum laudari interdum pro gloriari, gaudere, & latari accipiendum. ¶ Versu 11. Et non egredieris Deus in virtutibus nostris. Virtutes pro exercitiis accipi debēt: quomodo & alibi, Dominus virtutū ipse est rex glorię. Vnde Hieronymus, Felix, ac ceteri hoc loco vertunt, in exercitiis. ¶ Versu 12. Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros. Hieronymus, Vertisti terga nostra hosti. Felix, Conuertisti nos retrorsum à tribulante: id est, fecisti nos fugere à facie inimicorum nostrorum: vel, fecisti nos posteriores inimicis nostris, quibus olim eramus priores. ¶ Versu 13. Dediti nos tanquam oues escarum. Hieronymus, Dediti nos quasi gregem ad vorandum. Felix, Dediti nos sicut oues in cibo, videlicet vt nos deuorent inimici nostri pro libito. ¶ Versu 19. Et inique non egimus in testamento tuo. Ex Hebræo, Non mentiti sumus, vel non falsi fuimus, vel non fecimus falsitatem in testamento sue pacto: hoc est (vt clarius habet nostra lectio) non egimus inique contra testamentum tuum. ¶ Versu 21. Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis. Hieronymus, Deiecisti nos in loco draconum. Felix, Contriuisti nos in loco draconis: hoc est, in loco captiuitatis, in medio infidelium & peruersorum idololatrarum, aliisq; vitiis deditorum in loco in quo regnat draco ille serpens antiquus diabolus. ¶ Versu vltimo, Redime nos propter nomen tuum. In Hebræo habetur, propter misericordiam tuam.

IN PSALMVM XLIIII.

Apoē. 20

**V**ersu primo, Eructauit cor meū verbū bonum. In Hebræo ponitur verbū rachus, quod rectius quidem transferri nō potuit, quā in verbum Eructauit. Attamē emphasim habet peculiarem quæ Latino verbo non satis exprimitur. Nā (vt Felix ait) proprie significat cordis locationē cum nondum ad os peruenit, & querit illam cor emittere, & circumuoluitur, & mouetur huc atq; illuc, & volutat quærens eā mittere ad os, & præ lætitiā quandoq; nequit: vt videntur facere vermīculi, cum aufertur operimentū eorū quo fuerunt operti, siue terra, siue aliud quodlibet in quo prius fuerant inclusi. Iuxta quā emphasim dicit diuinus plaltes sese hoc verbū bonum diu animo volutat se, & geluisse effari, antequā proferre posset, & penitus emittere in aures sponi. ¶ Versu 3. Speciosus forma præ filiis hominum. Hieronymus, Decore pulchrior es filiis hominum. Felix, Speciosus forma vel maxima pulchritudine præ filiis Adam. Chald. parap. habet, Pulchritudo tua, rex Melsia, superabundat à filiis hominū, vel maior est quā sit filiorum hominum. Quę omnia sententiam nostrę lectionis tantum explanant. ¶ Versu eodē, Diffusa est gratia in labiis tuis. Præter sententiā in Elucidatione propositam, potest etiam hæc assignari: Gratia noui testamenti, euangelii pacis & doctrinæ veritatis est diffusa & data in labiis tuis, nimirum à Deo patre per spiritum sanctum, cuius benedictionem non ad mensuram accepisti. Siquidē ad euāgelizandum euangeliū pacis missus est Christus dominus. Chald. translatio habet, Diffusus est vel datus est spiritus prophetiæ in labiis tuis. Quę lectio non male ad iam dictam quadrat sententiā. ¶ Versu 5. Specie tua & pulchritudine tua intende, prospere, procede, & regna. Hieronymus, Gloria tua & decore tuo prospere ascēde: hoc est, prospere procede, vel feliciter progredere, in opere scilicet ad quod te mittet pater tuus. Chald. autem para. pulchre de Melsia sic habet, Cinge ensēm tuū super latus tuum, o fortis, quo interficias reges & potestates splendore tuo & gloria tua. Gloria autē tua multiplicabit filios, sicq; prosperabis, vt equites super thronos regios vel super equos regni, propter causam vel negociū fidei, & veritatis, & mansuetudinis, & iustitiæ: & docebit te Deus operari timenda vel terribilia manu dextera tua: vel docebit te dominus vt terrorem inferas cum manu dextera tua. Quę valde dulcia sunt ad ruminandum pio erga Christum verum nostrum Melsiam affectui, & ex Elucidationis verbis atq; annotationibus annexis, intellectu sunt facilia. ¶ Versu 11. Astitit regiā à dextris tuis, in vestitu deaurato circumdata varietate. Hieronymus, Stetit coniunx in dextera tua, in diademate aureo. Nam pro toto hoc, In vestitu deaurato, circumdata varietate, nō vertit nisi, in diademate aureo. Alii vertunt, cū massa auri ophir, vel cum insignibus aureis. ¶ Versu 23. Ipse est dominus Deus tuus, & adorabunt eū. Hieronymus habet per imperatiuum, Et adora eum. Vel per futurum verti potest, hoc modo, Et adorabis eum, tu scilicet quę placere cupis sponso tuo.

DE TITVLO PSAL. PRÆCED.

**P**salmus hic titulum habet admodum singularem, In finem, pro iis qui commutabuntur filiis Core, ad intellectum, canticum pro dilecto. In quo titulo, per eos qui commutabuntur, intelligi videntur populi gentium, qui ante Christi sponi aduentum idololatriæ fuerant dediti, & procius vitiis omnibus miserè subiecti. Christi autem aduentu facti sunt synceri cultores vnius Dei, omnibusq; virtutibus studiosissime addicti, vt merito iā tum futura prophetico spiritu contēplans psalmista, illos diceret commutandos, quorum tā mirabilis futura erat ad veritatē Christi conuersio. Pro his autem rectē psalmus præsens inscribitur, quoniam de eis sic commutandis potissimū lo-



quitur, eum eos dicit sagittis transigendos, subq; sagittante casuros, item post regē vt virgines adducendos in tēplum, hisq; similia. Ceterum, canticum dicitur pro dilecto: quoniam sponū dilectissimi iucundo gaudio, gloriā & triumphum amabilem decantat. Ex Hebræo autem vertunt aliter titulum interpretes, pro iis qui commutabuntur, ponentes (lilia) titulum psalmo præfigentes, super lilia, vel pro liliis. Quæ tamen lilia, facili intelligētia, cōmode possunt intelligi iisdē ipsi fideles, qui iuxta vulgatam lectiōnē appellantur cōmutandi, propter candorē scilicet spiritualis gratiæ, & virtutis interiorē ornatū, Vnde & in Cantico canticorū de dilecto dicitur, quod pascatur inter lilia. Alii autem vocabulum Hebræicū, quod hic ponitur solannim, dicunt significare genus musici instrumenti, in quo psalmus cātari debebat. Alii pro septuaginta iudicib; spiritu plenīs à Moysē ordinatis accipiunt: quos lilia appellat, propter candorē spiritualis gratiæ, & æquitatis iudicii Dei. Ac de his quidem manifeste interpretatur Chal. parap. quæ habet in hunc modū, In laudem, pro sedentibus iudicibus ordinatis à Moysē, dicta spiritu prophetico per manū filiorum Core, intelligētia bona, & laudatoria confessio. Secundū hanc autem intelligentiam arbitror ob hoc fieri in titulo horum iudicū mentionem, quoniam dicitur in fine psalmi, Pro patribus nati sunt filii constituendi principes super omnem terram. Nā septuaginta illi à Moysē ordinati iudices, typus erant & figura eorū qui post in ecclesia pro Christo & loco eius futuri erant vsq; in cōsumationē sæculi iudices & doctores. Quæ admodum enim illi spiritus, qui in Moysē erat cōsequuti participium, facti sunt in eius adiutoriū in iudicando, dirigēdo, & erudiēdo populū: ita sancti apostoli, atq; discipuli domini, & post hos etiam hodie in ecclesia viri apostolici atq; diuini, spiritum Iesu qui in calos ascendit participant, præfunt populo Dei, dicendo, dirigendo, erudiendo, iudicando. Atq; hi sunt qui pro patribus illis primis iudicibus filii atq; posteri ordinati sunt, ac principes cōstituti super vniuersam terrā, Ceterum quod iuxta vulgatā lectiōnē in fine tituli dicitur, canticū pro dilecto, id ex Hebræo vertit Hieronymus, canticū amantissimū: alii canticum amorum vel dilectionum: quoniam videlicet amabilissima & deliciosissima canit spūs ac sponsa, regis atq; regina cōnubia, & castissimos dulci modulatione exprimit amores, quibus ad inuicem & sponso spona, & sponse sponus, mirabiliter coherent,

## IN PSALMVM LV.

**V**ersu primo, Adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. Hieronymus ex Hebræo, Auxilium in tribulationibus inuentus es validū. Felix eandem sententiam, Auxilium in tribulationibus inuentus est valde, vel inuenimus nimis. ¶ Versu 4. Fluminis impetus latificat ciuitatē Dei. Hoc loco de confessione gentium in ecclesia loquens Chal. parap. pulchrē sic habet, Populi velut flumina & scaturigines eorum, vel tanquā impetus eorū venient, & latificabunt ciuitatē Dei, & orabunt in domo sanctitatis Dei, in tabernaculo altissimi. Ex qua lectiōne patet, præter expositiones suprā assignatas, posse per hunc impetū fluminis intelligi copiosum cōcursum populorum ex gētilitate ad Christianismū sese conuertentium, atq; ad ecclesiā vnitate cōfugientium. ¶ Versu 5. Adiuuabit eam Deus mane diluculo, Hieronymus, Auxiliabitur ipsi Deus in ipso ortu matutino: quod idem valet cū lectiōne nostra, mane diluculo. Felix in eandem sententiā vertit, in prospectu aurora, vel iuxta prospectū matutinum. Psalterium autem Romanū hoc loco habet, Adiuuabit eam Deus vultu suo: quod videtur quidē secundum verborum faciē, diuersum esse ab eo quod habent Hebræicæ & vulgatæ lectiōnes, secundum rē tamen in idē faciliē reducitur. Cū enim Deus opportuno tēpore post noctē aduersitatis & tenebras tentationum, benigno consolationis fauore illucescit, velut requiescere aliquantulū iubens afflicta ecclesiam, tum quasi mane diluculo, vel quasi in ortu matutino, siue in prospectu aurora, adiuuat eandē. Neq; dubium, quin tunc etiā recte dicatur, idq; secundum eandē penē sententiā suo vultu vel suo respectu Deus adiuuare ecclesiam sanctam ciuitatem suam. ¶ Versu 8. Quæ posuit prodigia super terrā. Hieronymus, Venite, & videre opera domini, quantas posuerit solitudines in terra. Felix vertit, desolationes. Intelliguntur autē istæ desolationes euerfiones idolorū, & idololatriæ destructiones: quando videlicet ē populis gentiū idolorum cultus profligatus est, & veri Dei cultus pro nequissima impietate introductus. Atq; hę ipsæ desolationes siue solitudines, recte possunt accipi prodigia illa, ad quæ contemplanda nos propheticus spiritus adhortatur. Nā & Felix testatur verti posse mirabilia, pro desolationibus. Chald. translatio habet, Videte opera Dei, qui posuit desolationē in impios terrę: quod de cōtritione principū & potentum recte intelligitur. ¶ Versu penultimo, Vacate, & videte. Hieronymus, Cessate, & cognoscite quoniam ego sum Deus. Felix, Super sedete, vel deponite, scilicet idololatriā, & cessate ab opetibus malis, vel relaxate. Chal. paraphr. habet, Discedite, vel cessate à bello, quo scilicet vos infideles contra Deum pugnat.

## DE TITVLO PRÆCEDENTIS PSALMI.

**P**salmus iste ex tituli præmissione filiis Core inscribitur, pro arcanis, id est, pro occultis: quoniam videlicet de mysterio ecclesiæ, eiusq; post grauissimas persecuciones liberatiōis mirabili cōsilio tractat. Valde enim occultū Dei cōsiliū est, magnum est arcanum, quod sic potentissimus dominus in primordiis ecclesiæ nascētis, permisit grauissimā tribulationibus obrui, & tamen opportuno tēpore ita mirifice contritis hostibus, eandem in pace constituerit. In Hebræo autem habetur, pro arcanis dictio halamoth, quam beatus Hieronymus interpretatur iuuentutes, scribens psalmum, pro iuuentutibus. Quod recte prædictę sententię conuenit, quoniam de primor-

**A**d iis & initiis afflictæ nascentis ecclesiæ cōmemorat, eiusq; iucunda & tempestina liberatione. Felix vertit, pro occultis: quod lectiōni vulgatæ suprā posita consonat: vel, pro iuuentute, quod cū Hieronymo facit: vel, pro iuuentutibus siue virginibus: hoc est, pro fidelibus cordibus tenere Deū spūsū diligentibus, illique indiuisē adhærentibus, quibus ipse opportuno tēpore liberationis suæ impedit beneficium. Alii halamoth, nomē asserunt esse musici instrumenti. Translatio autem Chal. titulum præsentem multis verbis protrahit, dicens, Ad laudandū per manus filiorum Core, per spiritū propheticum, in die quando absconditus fuit pater eorū ab eis, & illi liberati sunt, & dixerunt canticū. Si mysticam intelligentiā vt oportet requiramus, omnino dulce mysteriū inuenimus in hac absconditiōne patris Core, & filiorum eius liberatione. Filii namq; Core spirituales nos sumus fideles omnes qui in Christū dominum in Caluarie monte crucifixum, credimus, iuxta quod in expositione tituli psalmi præcedentis latius declarauimus. Ipse enim Christus dominus, pater noster est Core. Hic autem pater noster in tempore tribulationis & angustia quasi absconditus est à nobis. Reputatur enim occultare sese, dū laborantibus filiis differt succurrere. Attamen opportuno tempore, mane diluculo, liberati, manifestante sese patre nostro & apparente in adiutorium, tunc laudem hanc in gaudio cordis nostri, atq; in gratitudine spiritus decantamus. Fuit etiā absconditus Christus pater noster, quando in cruce passus, & in terrę visceribus est sepultus. Nos quoq; tunc liberati sumus de potestate diaboli, & canimus canticum gratiarum actionis.

## IN PSALMVM XLVI.

**V**ersu 4. Elegit nobis hereditatem suam. Cuius iuxta sententiā Elucidationis habet Romanum psalterium, Elegit nos in hereditatem sibi. Ex Hebræo autē vertunt, Elegit nobis hereditatem nostram. Vbi si intelligatur verbum Dare, erit sensus, Elegit nobis, vel disposuit nobis, ex bona videlicet voluntate sua, dare hereditatem nostrā: sua bona voluntate elegit, nos facere hæredes suos, & filii sui cohæredes. Atq; ad hanc sententiā satis accedit quod habet Chald. paraph. Rom. 8. Elegit nos ad hereditandum; vel vt hereditarem hereditatem nostrā. ¶ Versu vltimo, Dii fortes terræ, &c. Hieronymus, Dii scuta terræ vehēmenter eleuati sunt. Quod in nullo à nostra lectiōne discordat, nisi quod pro fortibus scuta vertit: quanquā & hoc secundum rem idem est. Dicuntur enim scuta terræ sancti apostoli, quoniam terræ protectores & fortes propugnatores sese exhibuerunt ad introducendam veritatem, & expellendam falsitatem.

## IN PSALMVM XLVII.

**V**ersu 2. Fundatur exultatione vniuersę terrę; mōs Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni. Hieronymus, Specioso germine, gaudio vniuersę terrę, mōte Sion, lateribus Aquilonis, ciuitatula regis magni: hoc est, pulchra iocunditate, & magna amenitate totius terrę, in monte Sion & lateribus Aquilonis, quę sunt, vel ex quibus est ciuitas regis magni, iuxta intelligentiā in Elucidatione expositā. Felix vertit per nominatiuum, Formosa nympha, vel pulchra spona, pro specioso germine. Deus in domibus eius cognoscetur, cū suscipiet eam. Vocabulum Hebræicū arenō, quod pro domibus hic ponitur, proprie significat palatia magna & munita. Vnde beatus Hieronymus, ac ceteri vertunt, In palatiis eius, quod recte ad ecclesiā dignitatē atq; augustam maiestatem pertinet. Quæ optimo iure palatia valent, propter illum qui in ipsis à Deo est, decorē & protectionem, nuncupari. Quod autē legitur: Cū suscipiet eā, beatus Hieronymus vertit, in auxiliādo. Deus enim in ecclesiis agnitus est, cū in die salutis miser est populi sui, & cor apposuit, vt auxiliū aduersus hostis tyrannidē præberet eis. ¶ Versu 6. In spiritu vehemēti cōteres naues Tharsis. Hieronymus interpretatur, In vento vredinis Felix, Cū vento Noto, aut cum spiritu vehemēti, vel australi: alii, cum vento Orientali. Chald. translatio habet, In vento Noto valido, qui egreditur à conspectu Dei. Omnia autē hæc recte ad spiritū sanctum possumus referre, qui ventus validus est, & ventus vredinis: quoniam ignis consumens est atq; etiā Orientalis, vt pote ab illo fluens & flans, cuius est oriens nomen eius. ¶ Versu 8. Suscepimus Deus misericordiā tuam. Hieronymus, Aestimauim; Deus misericordiā tuam: id est, reputauimus, & magnificauimus, cum omni veneratione & cultu honoris debiti suscepimus, in medio templi tui. Felix vertit, expectauimus. ¶ Versu 11. Circundate Sion, & complectimini eam. Hieronymus, Circundate Sion, & circuite eam: numerate turres eius. Atq; in eundem modū vertit etiam Felix. Quę lectiō ad monet nos decorē ciuitatis ecclesię sanctę diligenter cōsiderare: quem admodum solet ciuitas ab iis qui decorē eius contemplari volunt, circuire, & numerari solēt turres atq; propugnacula eius. ¶ Versu vltimo, Ipse reget nos in sæcula. In Hebræo habetur alemuth, quod vertit Hieronymus, In morte. Ipse (inquit) erit dux noster in morte. Sanctes, Duct nos vsq; ad mortem. Felix, Ipse diriget nos per iuuentutem, vel in iuuenilitate, aut pedetentim, vt pueri diriguntur à matribus, vel iuxta mortem. Alii autem rectius versus putant à septuaginta interpretibus, in sæcula, vel æternaliter. Alii rursū vertunt: Deducet nos in suauitate, vel suauiter.

## DE TITVLO PSALMI PRÆCEDENTIS.

**H**ic Psalmo in Hebræo præmittitur titulus, Canticum psalmi, vel canticum psalmus: hoc est, canticum quod est psalmus, quoniam videlicet in ipso mirabilis lætitia concinitur, vt merito canticum psalmi potuerit inscribi. Ceterum, quod addunt Græci atque Latini codices, pro secunda sabbathi, id in Hebræo prorsus non inuenitur, neque aliud quicquā eius loco. Exponit

Gen. 1.

Psal. 18.

tamen beatus Augustinus hanc secundam sabbathi, secundam diē post sabbathum, vel à sabbatho, hanc quæ est dies secunda inter dies distinctionis rerū. Siquidem prima sabbathi, id est, prima post sabbathum, quæ apud nos dies dominica dicitur, fiebat lux, & diuisa est a tenebris. Sequenti autē die, hoc est, secunda post sabbathū vel à sabbatho, factum est firmamentum, quo diuisæ sunt aquæ ab aquis. Notum autem est per firmamentum interdum ecclesiā significari: potissimum autem ipsos ecclesiæ primates atq; principes: quemadmodum psalmo 18. Opera manuum eius annunciat firmamentum. Quod ergo hic psalmus secundā sabbathi in vulgato titulo præfert ad hunc intellectū secundū mysticam intelligentiā, conuenienter accipiendum videtur, quoniā de spiritali firmamento, id est, de ecclesiæ fundatione, atq; etiā primoribus eius, manifestum sermonē facit. Potest etiam mysticæ ædificationis ecclesiæ ad secundā diem sabbathi referri comparatione facta ad priorē diem: quoniam sicut firmamentum factum est secunda die, postquā in prima facta fuerat lux, ita post Christi resurrectionem (quæ in prima post sabbathum die, id est, die dominica facta est) ædificata est ecclesia, atque ita quasi secunda die sabbathi, quia post primam diem sabbathi, id est, post dominicam resurrectionem.

IN PSALMVM XLVIII.

**V**ersu 1. Omnes qui habitatis orbē. Felix vertit, Omnes inhabitantes tēpus, vel sæculū, in quo scilicet tēpus consummatur & circūuoluitur. Ait enim significari vocabulo Hebraico, tempus breue cito deficiens. Alii vertunt, habitatores terra vel orbis. Hieronymus, habitatores Occidentis. Vna omnium sententia est, admonere vniuersos vbicunq; lo corū, ab Oriente vsq; in Occidentem, quicunq; tēporis angustia cōstringuntur, & in tēpore sunt ac degunt, attendere ad ea quæ sunt narranda, tanquā ad verē vtilia ex quo vniuersis. ¶ Versu 2. Quiq; terrigenæ & filii hominum. Ex Hebræo ad verbū sic habetur, Etia filii Adā, etiā filii iſh: id est, viri nobiles & præcipui. Hæc enim differentia est inter Adam & iſh, quod Adam significet hominē plebeium vnum aliquē ē vulgo, iſh verò hominem patritiū & nobilē, vt ait Ioannes Reuchlinus in rudimentis Hebraicis, vbi propositum psalmi locū recte sic putat vertendū, Tam filii plebei, quā filii patricii vel nobilissimi id est, tam nobiles, quā ignobiles. ¶ Versu 12. Homo cum in honore esset, nō intellexit. Hieronymus, Homo in honore non cōmorabitur, alsimilatus est iumentis, & exaquaturs est. Quibus verbis significatur, homines huius mundi non diu in honore & gloria permanuros, sed breui in cinerem & puluerē redigendos: sicq; quod ad corpus attinet iumentis necessario alsimilari, & exaquare per huiusmodi corporis dissolutionē & incinerationem. Atq; huic sententiæ satis fauet versio Felicis, quæ sic habet, Homo in magnificentiā non dormiet, aut in honore nō morabitur, siue non permanebit, similis factus est quadrupedibus vel iumentis, quæ exterminata fuerunt. Ceterum Chal. parap. magis fauet sententiā, quā in Elucidatione expressimus, de hominis per peccatum abiectione, & vsq; ad brutalem vilitatem deiectione. Sic enim habet, Homo peccator in honore non commorabitur cum iustis, alsimilatus est bestia mūtē. ¶ Versu 15. Et auxiliū eorum veterascet in inferno à gloria eorum. Hieronymus, Et figura eorū cōteretur in inferno post habitaculum suum: hoc est, postquam ex habitaculo suo emigrauerint, ex habitaculo corporis sui vel terrenæ mansionis, figura eorum in inferno consumetur, nō vltra apparebunt in illa specie & pulchritudine, in qua hic mundus illos ostentabat conspiciendos. Felix sic reddidit. Fortitudinē eorum cōsumet fouea pro habitaculo suo: id est, infernus eorum robur & omnem gloriam consumet, pro eo quod imperpetuum futura sit habitatio eorum. ¶ Versu 19. Quia anima eius in vita ipsius benedicetur. Beatus Hieronymus adiuo genere vertit, benedicet. Animę suę (inquit) in vita sua benedicet: hoc est, benedicet. & placentiā loquetur animæ suę ad delicias, illā inuitās, more stulti illius diuitis: Comede, bibe, epulare anima mea, habes multa bona reposita in annos plurimos, & cætera quę saluatoris parabola in euangelio Lucæ cōmemorat. ¶ Versu eodē, Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Hieronymus, Laudabit te, cum benefeceris tibi, quomodo vertit etiā Felix, Huius autē lectionis sententiā ad hominē malum (de quo supra mentio facta est) referri debet: vt dicatur impio, Laudabit te adalatores tui, & beatum te predicabunt homines sæculi cum tu tibi ipsi benefeceris, cum tibi huius mundi bona curaueris, cum te feceris affluentem diuitiis, atque deliciis diffluentem.

IN PSALMVM XLIX.

Ioan. 1.

Psal. 44.

**V**ersu secundo, Ex Sion species decoris eius. Hieronymus De Sion, perfectō decore Deus apparuit. Felix. Ex Sion perfectę pulchritudinis Deus splendide apparuit: quæ secundum nostram in Elucidatione interpretationem, facile est primo Christi in mundum aduentui accommodare. Tunc enim in perfectō decore apparuit, plenus gratia & veritate, & præ filiis hominum forma speciosus. ¶ Versu 6. Qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Hieronymus, Qui feruunt pactum meum in sacrificio. Quod sic potest intelligi, Qui obseruāt, vel custodiunt testamentū meum in sacrificiis suis: qui videlicet non satagere se putant, si corporalia mihi sacrificia offerant, hircos & boues, verum in super solliciti sunt ferire pactum meum, obseruare, & ratum facere, obseruandq; velut confirmare testamentum meum. Quod à lectione vulgata, iuxta datam expositionem, non omnino dissonat. ¶ Versu 11. Iumenta in montibus & boues. Hieronymus vertit, Pecudes in montibus milium. Felix, Quadrupedes in montibus mille. Significat multitudinem infinitam & vniuersitatem bestiarum in sua esse possessione, & suę ditioni subiectam. ¶ Versu 12. Pulchritudo agri mecum est. Hieronymus pro pulchritudine agri, vertit, Vniuersitatem agri: hoc est, quicquid in campo pulchrum est, & omne speciosum in mea potestate est. Felix vertit, Fera campi mecum sunt.

**A** Dictio enim Hebraica hoc loco posita ziz, æquioca est, & à diuersis interpretib; Hebraici idiomatis peritis admodum diuersimode redditur. Quidā enim amœnitatem vertunt, alii pinguedinē, alii multitudinem, alii omnimodū, alii speciē vel speciositatem, alii vniuersitatem. Scribunt quoque Hebræorum Rabbin, hanc dictionē genus esse ad omnia animalia, fera & agrestia. Valde autē nouum est quod hoc loco ex Chald. paraph. vertit Augustinus Genensis, in hunc modum: Gallus syluester, cuius pedes quiescunt in terra, & cuius caput attingit cælum, cantat coram me. ¶ Versu 21. & 22. Hæc fecisti, & tacui: existimasti inique, quod ero tui similis. Hieronymus, Hæc fecisti, & tacui: existimasti me futurum similem tui. Arguam te, & proponam te ante oculos tuos. Quod manifestius sententiam continet in Elucidatione expositam. Libet quoq; adiungere, quæ pulchrē habet hoc loco paraphrasis Chald. in hunc modum, Has operationes malas operatus es. Ego verò expectaui conuersionem tuam: existimasti permanurū te in æternum pacificum, dixisti in corde tuo, ero fortis sicut tu, arguam te in hoc mundo, & ordinarō gehennā in mundo futuro coram te. Quæ verba admodum fidelem habent sententiā, si modo illud recte intelligatur, quomodo in hoc mundo arguuntur impii iuxta illud videlicet quod in euangelio dicitur, Qui nō credit, iam iudicatus est: & quod Paulus ait, de iis qui proprio suo iudicio sunt condemnati. ¶ Versu vltimo, Sacrificium laudis honorificauit me: & illic iter, quo ostendat illi salutare Dei. Hieronymus, Qui immolat confessionem, glorificat me: & qui ordinat viā (hoc est, Qui vitam suam & conuersionem recte debetq; instituit & docet, vel qui viam præceptorum Dei ante oculos suos constituit) ostendā ei salutare Dei. Similiter & Felix vertit, nisi quod in secunda parte dicit, Qui posuerit iter, ostendā ei, &c. quod eandē necesse est efficere sententiam. Dignum quoq; notatu est quod hoc in loco habet Chalda. paraphr. de concupiscentiæ malæ refrenatione, hoc modo, Domanti fomitē prauum, veluti sacrificium laudis imputabitur ei: & honoranti me & obseruanti (scilicet ad declinandū) semitas prauas, ostendā ei salutem Dei, vel respicere faciam illum in redēptione Dei. Ex quo loco, simul & aliis aliquot, colligimus, autethorem huius Chaldaicę translationis, per sacrificium iustitię, in psalmis nonnunquam intelligere mactationem propriæ carnis: id est, concupiscentiæ malæ dominationem atq; subiugationem. Sic enim in psalmo 4. loco eius quod habemus, Sacrificacate sacrificium iustitiæ, eadem hæc paraphrasis de concupiscentiā domanda manifeste loquitur, dicens, Domate concupiscentiam vestrā, & reputabitur vobis sicut sacrificia iustitiæ, & sperate in Deo. Quæ consideratio admodum pietati & Christiānæ doctrinæ consona videtur, si rem ipsam profundius penitusq; introspexerimus. Quid enim iustus, æquiūq; aut rationabilis, quid Deo mortificare & iugulare rectius poterimus, quā id quod Deus maxime exigit vt mactetur. atq; perdat: hoc est, carnē propriam, imō animam propriā, quā odire, quā obnegare, quā perdere, toties euangelica voce iubemur? Quomodo autem carnem perdemus, quomodo animam odiemus, nisi secundum prauam quæ in ipsa est vitiosa origine inuicita concupiscentiam, & fomitē prauum semper ad maculas procluemus? Multo profecto iustius est sic nos ipsos abnegando, & corpora nostra mortificando, concupiscentiamq; domando, rationalem atque viuentem Deo offerre hostiam, quā mutorum animantium & irrationabilium pecorum sanguinem fundere, quo non oblectatur Deus.

Ioan. 3.  
Titum. 3.

Matt. 10.  
& 16.

Lucæ. 9.  
Marc. 8.

Rom. 2.

IN PSALMVM LI.

**V**ersu 1. Secundum magnā misericordiā tuam. In Hebræo tantum habetur, Secundū misericordiā tuam, sine adiectiuo magnā. Et in versu sequenti, plurali numero dicitur, Dele iniquitates meas, vel transgressiones meas, Pro verbo autē Miserere, in Hebræo habetur imperatiuum verbi chanan: quod significat miserus est, vel per gratiā donauit, aut etiā gratificauit: siue gratiam fecit. Vnde hoc loco dici potest, Miserere mei: vel, Dona mihi per gratiā, peccatū: aut, Gratiā fac mihi, scilicet in peccati dimissione. ¶ Versu 4. Peccatū meum cōtra me est semper. Beatus Hieronymus nobiscum vertit, cōtra me: alii verò, corā me, vel in cōspectu meo, aut ex aduerso mihi. Et est eadē omnium sententia, peccatū scilicet ante oculos esse penitentis ad ingē displicentiā atq; iustum penitentia dolerē. ¶ Versu 5. Tibi soli peccaui. Pulchra emphasi hæc sententiā in Hebraica lectione exprimitur, tanquā si dicamus per replicationē pronominis, Tibi soli peccaui, & illud malum in oculis tuis feci. Quod autē in secunda parte versus dicitur, Vt vincas cū iudicaris: id ex Hebræo verti potest Vt purifices te, vel mundū ostēdas, cū fueris iudicatus: quod idē est cū nostra lectione. Vincit enim Deus iniuste calūniantes & male ipsū iudicantes, quādo per misericordię exhibitionē re ipsa monstrat & cōprobat, non ita esse vt illi calūniantur, vt nequiter consingunt. Potest quoq; ita ista secunda pars versus etiā sic verti: Vt tu iustifices te, vel iustificeris, cū fueris locut; & purifices te, vel mundum facias, cū iudicabis. Quæ lectio huiusmodi sensum habet, Coram te solo peccaui, & in tua potestate profusus est dimittere peccatū meum: propterea, tu cū loquutus fueris verbum gratiæ & remissionis, vt mihi dones veniā peccati, iustus eris, & mundus apparebis, quoniam tibi licet hac in re agere pro tuo libito, cū tibi soli peccauerim: & tu mundus ac purus cōprobaberis, cum iudicabis, de iniquitatis scilicet meę remissione, vel cū iudicaberis tanquā nimium seuerus & crudelis scelerum detentor, iuxta modū in Elucidatione expositum. Verti etiā potest, Propterea mundabis me, cum loquutus fueris, & purificabis me, cum iudicabis. Quod apertam habet intelligentiam: quia peccaui tibi soli, idcirco tu vel solo verbo me potes mundare iudicio tuo. ¶ Versu sexto, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Hieronymus, Ecce enim in iniquitate conceptus sum, & in peccato peperit me mater mea. Felix, Ecce enim in iniquitate genitus



sum, & in peccato concepit me, vel fouit ceu calefecit me mater mea. Quæ versiones astipulantur iis que in principalibus annotationibus diximus de peccato originali presentem versus intelligendum non de peccato actuali parentum libidinis. Simul etiã notandum, quod singularis numerus hic, non pluralis ponitur. ¶ Versu 7. Ecce enim veritatẽ dilexisti, Hieronymus ferẽ nobiscum vertit, Ecce enim veritatẽ diligis, absconditum & arcanum sapientiã tuã manifestasti mihi, Alii autẽ aliter vertunt, Ecce enim veritatẽ diligis, in intimis vel absconditis vel in renibus: hoc est, requiris veritatem non solum exterius secundum simulationem operis, sed in intimis etiã cordis: id est, intẽtionis & affectus rectitudinẽ, non solum operis bonitatem. Deinde adiungunt, Et in occulto notã facies mihi sapientiam, vel docebis me sapientiam. Nam vt suam sapientiam Deus homini notam faciat, cordis requirit munditiam & rectitudinẽ, sine qua nequit videri Deus. ¶ Versu 8. Asperges me domine hyl fopo. Pulchrẽ hoc loco habet Chal. parap. Infunde super me sicut sacerdos infundit super mundum aquam asperisionis, cum hyl fopo & cineribus vacca, & mundus ero. Quæ lectio pulchre cõsonat intelligentiẽ, quam in Elucidatione exposuimus, simul & iis quæ in annotatione adiunximus.

Matt. 5.

¶ Versu 9. Exultabunt ossa humiliata. Ex Hebræo, Exultabunt ossa quæ contriuiisti, vel confregisti. id est, humiliari, confringi, & contecti per peccatum permisisti. ¶ Versu 11. Et spiritũ rectũ innoua in visceribus meis. Hieronymus, Spiritũ stabilẽ vertit. Nostra translatio tamen bene habet, rectũ. Vtrũque enim Hebræa vox significat, & æquali sententiã cõgruitate spiritus sanctus & rectus & stabilis dicitur, quoniã scilicet hominẽ rectũ ac stabilẽ facit. ¶ Versu 13. Spiritu principali confirma me. In Elucidatione atq; annotationibus prioribus interpretari sumus spiritum sanctum, spiritum principalem, iuxta vulgatã literam: aut spiritum potentem, iuxta versionem Hieronymi: aut spiritũ muniticum vel liberalem, iuxta aliorũ interpretationes: & quomodo hæc omnia huic sancto spiritui diuino cõueniãt, ibi monstrauimus. Posset nihilominus recte etiã de spiritu humano intelligi, vt postulet penitus, qui collapsus fuerat nimium turpiter, iam a modo in spiritu principali cõfirmari: hoc est, in spiritu potẽti & valido, qui sufficit resistendis malis concupiscentiã motibus, & prauis occasionibus peccatorũ, vt nõ vltra succubat passionibus, neq; seducatur persuasionibus carnis, sed potẽter & valide resistat tentamentis, & expugnari se nõ patiat. Talem enim sic robustum spiritum, sic validum sic Dei gratia stabilitũ in bono, apte potentem spiritum vel principalem vel regium, nominare poterimus. Videtur tamen alia expositio potior & principalior. Quidã pro, spiritu principali, dicũt, spiritum voluntariũ, vel spiritum voluntatis, aut spiritũ libertatis. Chal. parap. habet, spiritum propheticum. Et hæc facile ad prædicta possunt accommodari. ¶ Versu 17. Quoniã si voluisses sacrificium, dedissem utiq;. In Hebræo obscurius habetur, Quoniã non diligis sacrificium, & dabo: hoc est, si voluisses, dedissem, sed non concupiscis, non requiris. Quod clarius expressit versio Hieronymi, Nõ enim vis vt victimam feriam, nec holocaustum tibi placet.

IN PSALMVM LI.

¶ Versu 1. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Ex Hebræo vertit aliter Hieronymus, ac ceteri interpretes. Quid gloriaris in malitia, potẽs misericordia Dei tota die? Cui cõsonat & Chal. parap. quæ sic habet, Quid laudaris lingua iniquitatis, qui potẽs vt damnes sanguinem iustum? misericordia Dei adest tota die. Cuius lectionis sensus est, Tu qui in malitia potens es, qui ad perpetrãdam iniquitatẽ potentiam habes, quid gloriaris, quid te ipsum iactas, quid tibi places in malis quæ cõmittis? Cur nõ magis te ipsum deses atq; deploras tua facinora pessima? Ecce misericordia Dei semper & vbique præsens adest, nunquã deficit, nemini villo tempore clauditur, quæ te etiã requirit & expectat, longanimitè differendo vindictã, vt benignitate inuitet ad penitentiam, aut certe contempta in maiorẽ te & intolerabiliorẽ abripiat punitionem. ¶ Versu 4. Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa pro verbis præcipitationis. Hieronymus vertit, Verba ad deuorandũ. Felix, Verba depressionis. Eadem autẽ sunt, verba præcipitationis, & verba ad deuorandum, siue verba depreisionis aut oppressionis, verba scilicet fraudulentẽ, quibus opprimuntur, præcipitantur, deuorantur, atq; perduntur pauperes & innoxii. ¶ Versu 7. Et præualuit in vanitate sua. Felix, Corroboratus est, vel præualuit in prauitate sua, vel in corruptela sua. Hieronymus, Confortatus est in insidiis suis. Quibus lectionibus idem significatur, nimirũ impios homines cõquirere sibi fortitudinẽ per insidias atq; malitiam suam, hisq; mediis super iustum acquirere dominium. In quam sententiam facillime nostra quoque vulgata lectio vocabitur, si tantum per vanitatem intelligamus iniquitatẽ. In Elucidatione, diuitias & læculi potentia interpretati sumus: cui etiã consentit quod habet Chal. parap. Fortis factus est in pecunia sua. ¶ Versu 8. Ego autem sicut oliua fructifera. Alii vertunt oliuam viridem, alii virentẽ, alii frõdosã, Nostra autem translatio pleniorẽ facit sententiam, cum dicit, fructiferam oliuam. Iusti nanque nõ solum non deflaunt folia, sed & fructum facit in tempore suo: & omne quod fecerit, prosperabitur.

Rom. 2.

Psal. 1.

IN PSALMVM LIII.

Annotationes in psalmum hũc quinquagesimum secundum, require in Annotationibus psalmi decimertii. Eosdem enim versus hic atque ille cõplectuntur, versus septimo excepto, qui est, Quoniã Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt, quoniã Deus spreuit eos. Circa quem aduerte ex Hebræo variis modis illũ transferri posse. Hieronymus vertit, Deus disperxit ossa circumdantiũ te: cõfunderis, quoniã Deus proiecit eos. Cuius lectionis sensus

A est (ad impium in potentia gloriantem sermonẽ dirigendo) Deus confringet potentia & virtutẽ eorum in quibus habes fiduciam, qui te circumdant vt ministri tui, tanquã exercitus in circuitu ducis sui in quibus cõfidis te omnia posse. horũ ossa Deus cõfringet, horum robur auferet: & tu cõfunderis, cũ te videris destitutum auxilio eorũ, & nihil posse ab illis adiuuari, quoniã Deus percussit, & abiecit illos. Atq; in hanc sententiã facillẽ reduci potest quod habet Chal. Parap. Deus disperdet robur exercituum peccatorum: egebuerunt, quoniã verbum Dei abiecit eos. Sunt qui vertunt, Deus dissipauit ossa dedicationis, exponentes corpora luxui & libidini dedita. huiusmodi enim Deus dissipat, & in perditionem mittit aternã. Alii vertunt, Deus dissipauit ossa hostium tuorũ, vel ossa castrametantium aduersum te. Atq; ita ad virũ iustum sermo dirigitur, cui promittitur inimicorum persequentium confusio.

DE TITVLO PSALMI PRÆCEDENTIS.

Hic Psalmo in vulgatis codicibus præponitur titulus, Pro amalech. Verũ id mendose ita legi videtur. Rectius enim legendũ, mahalath, quẽ admodum habetur in Hebræo atq; etiã in Græcis codicibus *μαλαθ*. Significat autẽ hæc dictio mahalath, vel instrumẽti musici genus, in quo Psalms iste decantandus erat, quomodo Hieronymus ex Hebræo vertit, Victori per chorũ, vel hereditatem, vt vertit Felix, Vincenti super hereditatẽ: quoniã videlicet aduersum illos canitur, qui domini hereditatẽ opprimunt & denorant. Cui expositioni nõ male cõsonat titulus quem præmittit Psalms Pa. Cha. dicens, In laudẽ pro punitione impiorum qui perturbant hereditatem domini, vel qui blasphemant nomẽ domini, intellectus bonus per manũ Davidis. Si tamen quis contenderet pro Amalech legendũ, facilis esset intelligentia contra impios qui molestatores sunt populi Dei, cuiusmodi se Amalechitã monstrauerant erga filios Israel: propter quod à domino etiã iusti sunt deleri. Exod. 17.

IN PSALMVM LIIII.

¶ Versu quinto, Auerte mala inimicis meis. Hieronymus, Redde malũ insidiatorib; meis, de quo in aliis annotationibus diximus. ¶ Versu vltimo, Et super inimicos meos despexit ocul; me; Hieronymus ex Hebræo, Et in inimicos vidit oculus meus. Felix exponit, Vidit oculus meus vltionem in inimicis meis, vel in inimicos meos. Cui cõsonat quod habet Chal. para. In patronis inimicitia meã vidit oculus meus vltionẽ. In textu tamen nobiscum vertit Felix, In inimicos meos despexit oculus meus. hoc est, super illos contemptibiliter aspexit, vel torue aspexit, quasi aduersum do & contemnendo. Et reuertitur in idem sententia.

DE TITVLO PRÆCED. PSAL.

Titulus Psalms 53. talis est, In sinẽ in carnibus, intellectus David, cum venissent Ziphei, & nuntiaissent Sauli, nonne ecce David absconditus est apud nos? Ex quo titulo manifestum est, Psalms cui præfixus legitur à David sancto fuisse cõpositum, pro illa maxima angustia in quã Zipheis cõmonstrantibus, Saulis persequutione fuerat perductus: cum ita à viris Saul in modum coronæ circumcingeretur, vt desperaret villo pacto se posse euadere. Historia nota est ex cap. 23. primi libri Regum. Pro hac ergo maxima & periculosissima persequutione, apparet hunc Psalms fuisse cõpositum à David, vel post euasione periculi, præteritũ quasi præsens in spiritu cõtemplante, & eo ipso ardore salutem postulante, quo in periculo adhuc positus postulauerat, vel etiã in persequutione liberationem futuram prænoscente ex Dei fiducia. Nã principium Psalms periculum sonat, finis vero enagionem manifeste pronuntiat. Potest nihilominus & Christo domino peculiariter accommodari aduersum persequutores suos, & generaliter iusto cuiilibet in tribulatione posito, aut de tribulatione Dei auxilio liberato.

IN PSALMVM LIIII.

¶ Versu 12. Quoniã si inimicus meus maledixisset mihi. In Hebræo sic habetur, Non enim inimicus meus exprobauit mihi, vt sustineã. Neq; is qui me oderat, super me magnificatus est, vt abscondar ab illo. Quæ lectio eandẽ habet cũ nostra sententiã. Clarior autẽ est nostra lectio, quoniã secundum cõmunem in huiusmodi re loquendi consuetudinẽ aptata est. ¶ Versu 19. Tu vero homo vnanimis, dux meus & notus meus. Hieronymus per omnia nobiscũ vertit ex Hebræo. Felix vero aliter vertit in hunc modum, Tu autem vir secundum ordinem meum. id est, iuxta dignitatem meam. id est habitus in honore vt ego: pro quo translatio Chal. dicit, Homo similis mihi. id est, par vel similis in dignitate. Potest etiam illud, homo secundũ ordinem meum intelligi, homo eiusdem instituti & ordinis, homo consentaneus & eiusdem animi: sicq; idem erit quod nostra habet lectio, vnanimis. Pro duce autem, aliqui doctorem vertunt vel præceptorem. Vnde Chaldaica translatio habet, qui me docuisti, & intelligere fecisti sapientiam. Sensus penẽ idem est, siue ducẽ siue doctorem dicamus: quẽ ego tanti estimauit quasi ducem, consiliarium, ac præceptorem meum venerarẽ. ¶ Versu 15. Qui simul mecum dulces capiebas cibos. Secus habetur in Hebræo, Qui simul habuimus dulce secretum, vt vertit Hieronymus. hoc est, dulce erat nobis secreta adinucem communicare. Felix vertit, Qui simul dulce inibamus vel eliciebamus consilium. Et in eandẽ redit sententiam. Significat enim singularem quandam familiaritatem, quam cum illo habuerat qui nunc inimicitias ostendit. Pro eo autem quod sequitur, In domo Dei ambulauimus, cum consensu, Hieronymus vertit, cum terrore: alii cateruatim. id est, cum magna frequentia & multitudine populi, & cum multo strepitu, quomodo solent magnates incedere locis publicis, stipati magna multitudine ministrorum aut mi-



litum, maxime ubi magnates plures sibi inuicem fuerint sociati. Atque hi sunt dum sic in multitudine & turba ambulant, quasi cum terrore potentia sua incedunt. ¶ Versu 21. Exaudiet Deus & humiliabit illos, qui est ante saecula. In Hebraeo habetur, qui habitat ab initio, subaudiendo celos. Vnde Chal. Parap. habet. Habitatator calorū ab initio, vel qui praesidet celis ab initio, tanquam videlicet dominus & iudex: propter quem sensum explicandum, Beatus Hieronymus vertit, Qui est iudex ab initio. ¶ Versu 22. Extendit manum suam in retribuendo. Hebraica lectio etiam hanc partem ad impiū refert, dicens, Extendit manum suam ad pacificos suos, vel misit manum suam in viros pacis suę. Significat autē hęc lectio, impios etiam contra amicos & homines secum habentes manum ad nocendum extendere. ¶ Versu 23. Contaminauerunt testamentū eius, diuisi sunt ab ita vultus eius. Hieronymus, Contaminabit pactum suum nitidius butyro os eius, appropinquat autem cor illius. Cuius lectionis sensus est, Impius pactum & fœdus suum commaculat, dū ipsum facit transgressione irritum: verba oris eius mollia, lenia & dulcia fuerunt quasi butyrum in ore, cor autem eius ad nocendum appropinquat, & bellum cogitat. Vnde alii vertere malunt, Bellū autē cor eius: vel, Pugnatum cor illius. Interim enim dum os fauorem simulat cor cogitat bellū. id est, meditatatur malum. In eandem quoque sententiā vertit Chal. translatio, Molliora quā pinguedo casei verba oris eius. ¶ Versu 25. Iacta super dominum curam tuam. Hieronymus pro cura transfert charitatē, Proiice super dominum (inquit) charitatem tuam. Verū Hieronymianā versionē nō assentitur Ioannes Reuchlinius dicens potius legendum onus siue pondus, quē admodū Felix ac ceteri ex Hebraeo interpretes vertunt. Vel secundum alios Hebręos traditum siue datū tuum, omne videlicet quod dederit tibi Deus, vsq; in praesentem diem. Sicque sensus erit, Proiice in dominū omne datum tuum, & illi ascribe, illique refer acceptum omne quod datum est tibi desuper, omne quod accepisti vsq; in hanc diem. Prior tamen lectio melior videtur, iacta super dominum pondus tuum vel onus tuum. Neque dissonat hęc lectio multum a vulgata, quoniam cura nostra pondus nostrum est & onus. Monet autem in hoc versu Psalmista, illud nos facere, ad quod Christus dominus ore proprio, cum in carne nobiscum degeret, cunctos inuitauit, dicens, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Quorsum enim vocat laborantes sub pondere, nisi ad hoc vt onus super ipsum proiciant, sicque refecillationem inueniant, & lenius ferant?

Matt. II.

## IN PSALMVM LV.

Versu 3. Ab altitudine diei timebo: ego verò in te sperabo. Non sic habetur in Hebraeo, Diuersimode tamen vertunt interpretes. Hieronymi versio sic habet, Altissime, quacumque die territus fuero, ego in te confidam. Cui consentit quod habet Chal. Parap. Deus altissime, cuius sedes est in excelsis, in die qua timeo, ego in te confidam. Alii verò in initio huius versus cum sine praecedentis iungunt, & longe aliam faciunt sententiā, hoc pacto, Multi bellantes aduersum me excelsē, vt dictio excelsē sit vel nomen vocatiuū casus, ò excelsē, ò altissime, vel aduerbiū valens idē quod superbe, aut arroganter aut etiam de excelsis vel desuper, vt fortiores & superiores potentia. Deinde legunt diuisim, Die qua timebo, ego in te sperabo. ¶ Versu 4. In Deo laudabo sermones meos. In Hebraeo non habetur pronomen meos, neque numerus pluralis: sed tantum, In Deo laudabo verbum eius. Quā lectio aliam exposcere videtur expositionem, ab ea quam in Elucidatione dedimus lectioni vulgatae. Poterit autem sic intelligi, Laudabo verbum Dei in Deo. id est, per Deum, & ex virtute Dei me confortantis, ego praedicabo & honorabo verbum Dei, quod impii conculcant, opprimunt & inhonorant. Alii sic, Verbum eius, scilicet Dei, laudabo in Deo. id est, cum laude memorabor & recogitabo, vt verbum Dei ad consolandum & corroborandum spiritum. Felix verò putat verbum accipi pro re. Vnde dicit sic verti posse, In Deo laudabo rem suam. id est, omne quod fecerit Deus, ego in ipso laudabo: & versu 11. In Deo laudabo verbo. id est, rem siue omne quod acciderit, vt ipse interpretatur. ¶ Versu 5. Tota die verba mea execrabatur. Hieronymus, Tota die sermonibus me affligebant. Felix tamen nobiscum vertit, Tota die verba mea execrabantur. Alii moleste vel agreferebant: quoniam videlicet impii mendaces, verba veritatis ( cuiusmodi iustus loquitur ) æquo animo nequeunt ferre. ¶ Ver. 7. Pro nihilo saluos facies illos, Hieronymus, Quia nullus est saluus in eis. Quod in eandem sententiā coincidit cum nostra lectione, quam in Elucidatione expressimus. Felix vertit, Propter iniquitatem liberatio illis, quod exponit, pro iniquitate liberabuntur. Videturque ad existimationem impiorum esse referendum, qui sperant per suam iniquitatem se posse effugere. Poterit & secundum ironiam, satis commodam hęc lectio habere intelligentiam. ¶ Versu 8. Deus vitam meam annunciaui tibi. Hieronymus, Secretiora mea dinumerasti. hoc est, mea omnia secretissima & occulta optime nosti. Quod autem sequitur, Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, sicut & in promissione tua, ita vertunt ex Hebraeo, Pone lachrymas meas in vtre tuo, vbiq; & in numero tuo, vel in libro tuo, vel in rationibus tuis. Petit enim fletum suum reponi in memoria Dei, vt pro eo consolationem accipiat in tempore opportuno, iuxta illud, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. ¶ Versu 11. In Deo laudabo verbum, in domino laudabo sermonem. Chal. Parap. priorem partem videtur referre ad laudes iustitię Dei, posteriorem ad laudes misericordię. Sic enim habet, In proprietate iudicii Dei laudabo in verbo eius, in proprietate misericordię Dei laudabo in verbo eius. Nihil tamen opus est hęc ita diuisim exponere, sed accipi potest hęc replicatio ad expositionem vehementiam.

Matth. 5.

## DE TITVLO PSAL. PRAECED.

A

Hic Psalmus, iuxta Græcam atque Latinā inscriptionē talem habet titulum, In finem pro populo qui a sanctis longe factus est, Dauid, in tituli inscriptione, cū tenuerunt eum allophyli in Geth. In Hebraeo autē secus habetur, Victori super columbam mutam, vel pro colūba muta, eò quod procul abierit Dauid humilis & simplex, cū tenuerunt eum allophyli in Geth. Ex quibus titulis apparet, hunc Psalmum a Dauid fuisse cōpositum, post insaniam illam simulatā corā rege Achis & euasione ipsius: quando videlicet coactus fuit propter rabie persecutionis Saulis & cōplicum eius, fugere extra hereditatē domini, terram Israel, & tanquam columba muta morari in solitudine atque in desertis & latibulis petrisque; & speluncis latitare, in modū columbę mutę. Composuit autem hunc Psalmum non contra Philisthaeos de Geth, quanquā illi per occasionem in titulo memorantur qui illum absque nocumēto dimiserunt: sed contra illos potius de populo Israel. id est, Saulem & cōplices eius, per quos in tantā angustia adigebatur, vt apud alienigenas & idololatrias cogere saluandę sibi vitę gratia cōfugere, ac ne ibi quidē comoda requie inuenta, in modum colūbę petere solitudinem. Qui etiam recte intelligi possunt populus ille, qui a sanctis longe factus est, de quo in titulo vulgatę lectionis fit mētio. Siquidē in hac innocentis leuissima persecutione nimium longe facti sunt a sanctis & iustis Saul ac cōplices eius: dū viri sanguinum, sua voluntate, & impii homicidę fieri voluerūt. Nōnulli verò hęc omnia quę de Dauid, deque Philisthaeis dicuntur secundū mysticas intelligentias declarant, quas apud alios pròptum erit inuenire. Nos, prolixitatis vitandę gratia, simul & quia nō vsq; adeo multum fructus in his repositū iudicamus, ea huic loco inferere nolimus.

## IN PSALMVM LVI.

Versu 3. Clamabo ad Deū altissimū, Deum qui benefecit mihi. Hieronymus vertit, Deū vltorem meū Felix, Ad Deū retribuētē super me, vel ad Deū qui perfecit super me; quod scilicet promissit. Vel ad Deū qui fecit mihi cōsummationē. id est, perfecte impleuit omnia bona quę pollicitus fuerat. Secundum quā expositionē praedicta lectio satis cū nostra vulgata cōcordat. Valde autē nouum videtur, quod hoc loco habet Chal. Parap. Ad Deū qui praecipit araneę, vt perficeret in ore speluncę telā in defensionem meā. Quod prima quidē facie videtur ridiculū aliquid sonare. Si tamē ad titulū Psalmi respiciamus ( qui indicat ipsum decantatū pro liberatione de manu Saulis in spelunca, in qua abscondit orā chlamydis, per quā eum ad lachrymas emolliuit, atque se absque nocumēto fecit abscedere ) videtur hoc indicari quod nulla vi aut violentia armorū Saul ita in manū Dauidis traditus fuerit in spelunca, sed quòd ita Dei solius permissione in eā intrauerit, propria voluntate, purgandi ventris causa, quē admodum in telā araneę per sese animalcula inuoluit, atque se ipsa inuoluit in eis. ¶ Versu 5. Eripuit animā meā de medio catulorū leonū, dormiuit conturbatus quod de hostiū feritate faciliē habet intelligentiā. Alii autē vertunt, In medio inflāmantium vel carbonum ardentium. ¶ Versu 11. Exurge gloria mea. Hanc gloriā aliqui interpretantur carmen vel Psalmum iucundum, Alii linguam intelligunt, vt innitetur primum lingua ad canendum, ac deinde instrumenta musica inanimata. In Elucidatione autem aliam dedimus intelligentiam.

## DE TITVLO PRAECEDENTIS PSALMI.

Titulus Psalmi, iuxta vulgatā lectionē Græcorum pariter atque Latinorum, talis est, In finem ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione, cū fugeret a facie Saul in spelunca. Pro cuius tituli intellectu reuocanda est in memoriā historia quę describitur primi libri Regū capite 24. quomodo videlicet Saul casu ingrediens in speluncā, in cuius interiore parte latitabat Dauid cū sexcentis viris, ita traditus fuerit in manū Dauid, vt minimo negotio & nullo periculo eū potuisset occidere, nisi sua maxima bonitate Christo domino maluisset parcere, quā leonino hosti vicē rependere. Nam & chlamydis orā latenter Sauli praescidit, neque quicquā tamen nocuit. etiam si ad id serui plurimum adhortarentur. Egresso autē Saule de spelunca, clamauit post tergū eius, voce flebili suā proteflans coram iudice Deo innocentia, simul & abscessam chlamydis orā, quā manu tenebat in cordis sincerissimi validū testimonium, ostentans quibus rebus etiā lachrymas excussit hosti pertinacissimo, eundemque a persecutione in propria cōpulis redire. Post hanc ergo tā victoriosissimā summæ pietatis & fidelitatis liberationē, Psalmum istum plenū gaudio & cordis iubilo Dauid videtur cecinisse, in cōmemorationem tam admirabilis a Deo sibi praestiti beneficii. Quod autem in hoc Psalmo atque aliis quibusdā praeposuit pro tituli inscriptione, Ne disperdas, fecisse videtur, ad postulandum (huius misericordię & fidelitatis, quā Sauli monstrauit, intuitu) vt quemadmodum ipse interficere noluit hostem, ne traditū quidem in manus suas, ita nec ipsum Deus pateretur hostili manu interfici: vt quomodo ipse misericorditer pepererat hosti, & a cæde manum cohibuerat: sic & ipsi parceret iustus dominus, & de manu hostiū saluum custodiret. Nomē autē Dauid, quod in titulo sequitur post Ne disperdas, casu datiuo accipiendū videtur, ad hunc sensum. Ipsi Dauid in inscriptione tituli, id quod in Græco sermone euidentius monstrat articulus casus datiuus. Chal. Para. sic habet, In finem pro molestia, tempore quo dixit Dauid, Non me disperdas per manum Dauidis humilis & simplicis, dum fugeret a facie Saulis in speluncam. Quod satis testatur illud, Ne disperdas, ad personam Dauidis debere referri. Alii suspicantur ideo praepositum in titulo, Ne disperdas: quoniam cum serui Dauid se offerret ad interficiendum Saulem in spelunca, dixisset Dauid, Ne disperdas, scilicet Saule vel

Christum domini. Latini autem interpretes, secundum mysticas intelligentias hæc omnia malunt ad Christum accommodare, quas in aliorum libris promptum erit inuenire requirentibus.

IN PSALMVM LVII.

Erſu 1. Si vere vtiq; iuſtitiam loquimini, recte iudicate filii hominũ. Hieronymi verſio, quantum ad hunc verſiculum nihil à noſtra lectione variat. Poſſe tamẽ ex Hebræo etiã hæc accipi leſtione, Nũ verẽ, ò cõſilium, vel ò congregatio, quod iuſti eſt loquimini: recta iudicatis filiis hominũ: aut recta iudicatis mortalibus: vt intelligatur reſpõſio negatiua, ac deinde ſubnectatur vos potius iniquitatẽ operamini, &c. Secundũ hanc autẽ leſtionẽ, recte hic ſermo ad conſeſſum iudicium impiorum vel congregationẽ conſilii iniqui proferretur, vt pote cõtra impium illud Phariſæorum conſiliũ, à quo dominus innocẽs turpiter condẽnatus eſt, vel contra cõſiliarios & aſſeſſores Saulis, qui contra iuſtũ agnum Dauid cũ lupo ſaulevulantes, loquebãtur iniuſtitiam & iniquitatem. ¶ Verſu 7. Intendit arcũ ſuum donec infirmetur. Id ita nobiſcũ vertit Hieronymus, niſi quod pro infirmetur, clarius ad noſtrã expoſitionem habet conterantur. Cõſentit etiã cũ noſtra ac Hieronymi leſtione, quod habet Cha. Para. Tetendit in eo ſagittas mortiferas, & ipſi abſcindentur vel conterentur. Felix tamen aliter vertit, Dirigent ſagittas ſuas, ac ſi conſtingerentur: vel ſic, Intendant ſagittas ſuas, ac ſi incenderentur: hoc eſt (vt ipſe exponit) nullum damnum faciant, ſed in itinere frangantur. Quod clarius ſic poſſet exprimi, Habeant ſe, vt cui tenſo arcu ſagittę diſil iunt. aut diffringuntur, ac incenduntur. Et ſecundũ hanc leſtionem manifeſtum eſt poſtulari hoc verſu prohibitio-nem & deſtructionẽ poſſetatis impiorũ. ¶ Verſu 8. Sicut cæra quę fluit auferẽtur. Hieronymus, Sicut vermĩs tabefactus pertranſeant. Alii, Sicut limax tabefactus aut liqueſcens pereat aut diſſoluãt. Quę ſecundum rem idem cũ noſtra lectione volunt. Secunda autẽ pars huius verſus, Super cecidit ignis, & non viderunt ſolẽ, omnino videtur in Hebræo aliam habere ſententiam. Sic enim vertit Hieronymus Quasi abortiuũ mulieris, quod non vidit ſolẽ. Felix, Velut abortiuum, velut talpa, quę nõ videtur ſolẽm. Quo ſermone ſignificatur, impioſos perdẽdos eſſe ſubito, quaſi nunquã fuerint: quẽ admodum abortiuum quod in vtero matris corripitur & tabeſcit, prius quã fuerit eductum in lucem. ¶ Verſu 9. Priuſquam intelligerent ſpinę veſtrę rhamnum. Hoc loco Palteriuũ Romanũ velut contrario modo habet ad leſtionem noſtri Gallicani. Sic enim habet, Priuſ quã producat ſpinas veſtre rhamnus. Prouenit autem hæc diuerſitas ex ambiguitate Græcę leſtionis, quã propter duos accuſatiuos ſimul poſitos, eſt anceps ad vtranq; prædicatam verſionem. Sic enim Græcę legitur πρὸ τῆς οὐνίτου τῆς ῥαμνῆς ἡμῶν τὴν ἐμῶν, quod ad verbum Græco more loquendi ſic verti poſſet, Ante intelligere ſpinas veſtras rhamnum, vbi ſi accuſatiuus ſpinas accipiat ut ſuppoſitus inſinitiuo intelligere, rhamnũ autem vt accuſatiuus à poſteriori parte ex vi tranſitionis rectus, habetur ſenſus noſtrę leſtionis, priuſquam ſpinę veſtrę intelligant rhamnũ. Si verò cõtrario modo accipiatur cõſtructio, & pronome ad rhamnum iungatur, habetur altera, Priuſquã ſpinas intelligat veſter rhamnus, vel potius veſtra rhamnus. Beatus Hieronymus noſtrę leſtioni Gallicanã magis accedit, imò eam illucidat, ita vertens ex Hebræo, Antequam creſcant ſpinę veſtrę in rhamnum, quomodo habet nullo variato etiã Feliciſ verſio. Poſt ni hilominus etiã Romanę leſtionis dari intelligentia, eadem fere quã leſtionis alterius, antequam veſtra rhamnus producat ſpinas. id eſt, antequã malitia veſtra poſſit fieri conſummata ad nocendum iuxta veſtrum deſiderium, antequam ad perfectũ nocendi ſtatum poſſitis peruenire, antequam ſpinas veſtra dura iniquitas poſſit acquirere ad pungendum, ad nocẽdum provo-to, Deus vos in ira ſubito abſorbebit, quaſi viuẽtes. Nonnulli verò verſum prædicatũ aliter exponunt de peccata intolerabili & duriffima gehennę ſed probatiorum interpretum expoſitiones nobiſcũ faciunt, ſimiliter & Chal. Para. quã ſic habet, Priuſ quã impii teneri dureſcant, ſicut ſpinę, donec ſunt ſicut herba (id eſt parum adhuc potentes) tempeſtate & turbine deſtruet eos.

IN PSALMVM LVIII.

Erſu 3. & 4. Irruerunt in me fortes. Neq; iniquitas mea, neq; peccatum meum domine, ſine iniquitate cucurri & direxi. Hieronymus, Congregati ſunt aduerſum me fortiſſimi, abſq; iniquitate mea, & abſq; peccato meo, domine. Nõ egi inique, & illi currunt & præparantur. Quę leſtione ſatis per ſe manifeſta, proteſtatur is qui pſalmum proferat ſuam innocentia, quod nulla ſcilicet iniquitate hoc apud aduerſarios meruerit, vt perſecutionem illi excitarent. ¶ Verſu 5. Exurge in occurſum meum, & vide. Clarius eandem ſententiam habet Hieronymus, Surge ex aduerſo pro me, & reſpice. ¶ Verſu 8. Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labiſeo rum, quoniam quis audiuit? Ad perficiendam ſententiam videtur aliquid ſubintelligendum, ad vltimam particulam, hoc modo, Quoniam (dicent) quis audiuit, vel quis audiet? Vnde Chal. tranſ. habet, Ecce loquentur ore ſuo verba acuta ſicut gladius: labiis ſuis dicent, fortiſcabitur: quoniam quis ille qui audiet & puniet? Beatus verò Hiero. modicum abſcedens à litera, loco illius, quoniã quis audiuit, clarius vertit, quaſi nemo audiat. ¶ Ver. 11. & 12. Ne occidas eos, nequando obliuſcantur populi mei. Diſperge illos, &c. Iſta nonnulli ſic intelligunt: Non ſubito mox interficias inimicos meos, nequãdo populus meus obliuſcatur, huius ſcilicet vltionis, ne ſtatim huius vindictę memoria populo excidat, ſi ſubito fiat: ſed tamen diſperge, & vagos fac eos ac profugos, & ita lento ac longo ſupplicio eos afflige, vt Dei iuſtitiam in ſeſe multis ſæculis oſtentent, & admoneatur populus Dei vltionis impiorum. Qui intellectus, in Iudeis incredulis recte admodum completus agnoſcitur, qui etiã hodie in ſua miſera captiuitate per orbem diſperſi, Diuina iuſtitia nobis in ſeſe contuendam ſeueritatem reſepreſentant ſecundum expoſitionem autem, quam in Elucidatione dedimus, verbum obliuſcatur ſatis impro-prie videtur accipiendum, pro veniant in obliuſionem, vel obliuioſe aut negligent agant.

A ¶ Verſu 14. Et de execratione & mendacio annuntiabuntur in cõſummatione, & nõ erunt. Hieronymus, Maledictionem & mendaciũ narrantes conſume, in furore conſume, vt non ſubſiſtant. Quę leſtione per ſe claram habet intelligentiam. Alii verò illud, de execratione & mendacio, ad ſinem verſus præcedentis adiungunt, hoc modo, Cõprehendantur vel capiantur in ſuperbia ſua, & de execratione & mendacio narrantur. hoc eſt, quicquid loquentur nõ ſũ abominatio aut mendacium erit. Ac deinde ſubiungunt: Conſume furore, vt non ſint.

DE TITVLO PRÆCED. PſAL.

T Itulus Pſalmi eſt, In ſinẽ, Ne diſperdas, Dauid, in tituli inſcriptione, quãdo miſit Saul & cuſto diuit domum eius, vt interficeret eum. Hiſtoria notiſſima eſt, proluxa narratione 1. lib. Regũ 1. Reg. 19. deſcripta. Indicat autẽ præmiſſus hic titulus, pro maxima illa anguſtia in qua tunc erat, ſive potius pro liberatione ab ea, Dauidem cõpoſuiſſe Pſalmum, aduerſus tã crudeliũ inimicorũ rabiẽ. Secundũ myſticam verò intelligentiam, licebit non incommode per hanc domum Dauidis cuſtodia accipere obſidionem ſepulchri, qua cupiebant Iudæi opprimere gloriam nominis Chriſti, ne videlicet gloria nominis Chriſti villo pacto per diſcipulorum mendaciũ (vt ipſi Phariſæi Pilato dicebant) poſſet promoueri. Valde autem conueniet hæc myſtica intelligentia, ſi (vt annotationibus principa libus admonuimus) in perſona Chriſti Iudæorum punitionem præcedentis, Pſalmus exponatur.

IN PSALMVM LIX.

Eſu tertio, Potiſti nos vino cõpunctionis. In Hebræo pro cõpunctione eſt vocabulum derivatum à taal, quod variis modis redditur. Reuchlini9 dicit proprietatẽ ſignificationis vocis huius eſſe fremere ſeu tremere: atq; ita verteretur vino fremitus vel tremoris, quod idem eſt cum vino cõpunctionis, iuxta expoſitionẽ à nobis aſignatã. Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, vino conſopiente, id eſt vino ſoporis, quod ſcilicet ſoporem inducit. id eſt grauitatem, & quod obnubilat iudicium animi: quẽ admodum facere ſolet excedens triſtitia. Felix vertit, vinum anxioſum, vel mœſtitia & anxietatis. ¶ Verſu 4. Dedisti metuentibus te ſignificationẽ. Beatus Hieronymus omnino nobiſcũ vertit, niſi quod pro ſignificatione ponit ſignũ. Alii autem pro ſigno vexillum vertunt, longe alia ſententia quã ſuprà expoſimus. Sic enim legit, Suſtulisti vel leuaſti timẽtibus te vexillum vt vincant vel exalterent vel ſuperent propter veritatem. Qua leſtione ſignificatur, Deũ populo quondã afflicto iam animum reddidiſſe, & certum victoria iudicium præſtituſſe propter veritatem promiſſionis ſua. Felix dicit etiã ſic poſſe verti, Dedisti populo tuo tentationẽ, vt tentarentur, vel vt ſignificarentur à facie veritatis. ¶ Verſu 8. Iuda rex meus. Diſtinctio quã in Hebræo pro rege ponitur, deſcendit à verbo chalkad, quod ſignificat decreuit, præcepit, ſtatuit, tulit leges. Vnde nomẽ illud reſeruatũ ſignificat eũ cuius eſt præcipere, diſcernere, & legem ferre, vertiturq; interdum principis aut dux, interdũ legiſer aut præceptor, maxime in canonibus. Vnde Beatus Hieronymus ex Hebræo vertit, Iudas legiſer meus, quod forte exponi poſſet de cõſiliariis & ſapientibus præcipuis, quos Dauid à Iuda habebat, cui primum præſerat. Cui vt cunq; conſonat quod habet Chal. Para. A domo autem Iudæ, ſcribã domus doctri-næ meæ. Alii verò iuxta modum noſtrę leſtionis vertunt regẽ vel ducẽ vel principẽ, iuxta ſentẽtiam ſuprà in Elucidatione expoſitam. ¶ Verſu eodem. Moab olla ſpei meę. Hieronymus, Moab olla lauari mei: Felix, Olla ablutionis meę: quod ita poſſet intelligi Moab ita mihi ſubiectus eſt, tanquã olla ſeu lebes in qua lauẽ pedes meos aut manus, vt ita ſcilicet ea quomodo cunq; mihi libuerit. Vel ideo olla lauari dicitur, quoniã tam abundanter Moabitarum ſanguinem fuderit ad plenã ſubiectionem, vt quaſi pedes ſuos lauerit in eorum ſanguine. Cui expoſitioni non diſſonat, quod habet Pa. Chal. Dum conculcarentur Moabita, fedati ſunt pedes mei in ſanguine procerum eius, ſicut in olla lotionis. ¶ Verſu 9. In Idumęam extẽdam calciamentũ meum. Hieronymus, Super Idumęam incedam calciamento meo, mihi Palaſtina fœderata eſt. Quę leſtione cum noſtra vulgata conſentit. Verti etiã poſſet, In Idumęam proiciam calciamentum meũ. Quod etiam D vtilitatem ſubiectionis deſignat, vt prius olla lauari. Chal. tranſ. habet, Super collũ occipiti proceres Idumęorum conculcauerunt calci mei. ¶ Verſu 12. Quia vana ſalus hominis, Clarius eandem ſententiam habet Hieronymus, Vana eſt enim ſalus ab homine. Et in verſu ſequẽti, conculcabit habet, pro ad nihilum deducet, quã idem valent.

IN PSALMVM LX.

Erſu 4. Protegat in velamẽto alarum tuarũ. Hieronymus vertit, Sperabo in protectione alarũ tuarum, ſimiliter & Felix. Neq; ita multum hæc abſunt abinuicem. Qui enim cõfidit & ſperat in velamento alarum Dei, hic & protectionem ſentiet. ¶ Verſu 6. Annos eius vſq; in diem generationis & generationis. Nonnulla difficultas eſt in hac leſtione vulgata, eò quod dicuntur anni regis Meſiæ eſſe vſq; in diem generationis & generationis. Clarius autem ex Hebræo ſecundum ſententiam eandem id vertit Hieronymus, dicens, Annos eius donec eſt generatio & generatio. Ex quo videtur dies accipi pro duratione, ad hunc ſenſum, Annos eius vſq; ad durationẽ generationis & generationis. id eſt, donec perſtabit generatio & generatio, quod eſt in omnes generationes in æternum. Chal. autem Para. hanc geminationem, ad diuerſa refert, priorem quidem generationem ad ſeculum præſens, in quo regnabit rex Meſias ſecundum tempus: poſteriore verò ad ſeculũ futurum, in quo regnabit ſecundum æternitatẽ. Sic enim habet, Anni eius ſicut mundi huius, & ſicut mundi venturi. ¶ Verſu 7. Permanet in æternũ in cõſpectu Dei. Hieronymus, Sedebit ſemper ante faciem Dei, quod ad iudiciaria apertius ſpectat poſſet, & ſeſionem in dextera patris euidẽtius exprimit. Alii verò



tunt, habitabit, vel commorabitur. neque; diuersa ex his sententia redditur. Quod autem sequitur, Misericordiam & veritatem eius quis requirit, admodum varie transfertur ex Hebræo. Hieronymi enim versio sic habet, Misericordia & veritas seruabunt eum. Quod potest intelligi de misericordia & veritate patris, quæ Melsiam nostrum seruauerunt ab omni malo, atque a morte in vitam redire fecerunt. Quoniam enim Deus pater misericors fuit & verax, idcirco saluabit Christum suum, nec in morte manere permittit eum qui mortem non commiserit. Atque huic interpretationi consentit Paral. quæ sic habet, Bonitas & veritas quas preparauit auctor seculi, seruabunt eum. Similiter & versio Felicitis, Misericordia & veritas à domino custodient illum. Alii autem vertunt, Prepara vel ostende misericordiam & veritatem, quibus custodias eum, estque eadem cum priore lectione sententia.

## IN PSALMVM LXI.

**Psal. 36.** **V**ersu 1. Nonne Deo subiecta erit anima mea? Hieronymus, Attamen apud Deum filebit anima mea. Felix, Certe ad Deum respicit anima mea, vel ad Deum filet vel silentio expectat, quomodo etiam illud quod supra habitus est Psalmo 36. Subditus esto domino, & ora eum. In Hebræo haberi diximus, Tace domino, vel in silentio respice dominum, vel expecta dominum. Sententia autem utriusque; lectionis fere eadem est. ¶ Versu 2. Non mouebo amplius. In Hebræo, loco dictionis amplius, habetur rabbah, id est, multum tunc valde, quæ admodum vertit Felix; sensus erit, Non commouebo valde, aut non labar grauius, non plurimum mouebo. Iustus enim tametsi ponat Deum suam fortitudinem, suum robur, suum salutare, contingit nihilominus vel septies in die cadat: verum quia resurgit fortius, dicit se quidem non multum, non grauius, non valde commoueri aut labi. Non asserit tamen, simpliciter se nullo modo labi aut moueri. Ad hunc autem sensum facile potest exponi etiam lectio vulgata, si tantum amplius accipiamus pro multum: quemadmodum supra Psal. 50. Amplius laua me, id est multum vel plurimum, vel etiam atque etiam. Vnde & in Græco eadem dicitur ὡς πλὴν hoc in loco ponitur quæ in superius designato loco posita inuenitur. Posset verò & hæc ex Hebræo accipi sententia, Non mouebo multa, scilicet tribulatione. Cui fauet quod habet Paral. Chal. Non mouebo in die tribulationis magna. ¶ Versu 3. Interficiatis vniuersi vos, tanquam parieti inclinato & macerie depollæ. Beatus Hieronymus casu nominandi trāstulit, dicens, Interficiatis omnes, tanquam paries inclinat & maceria corruēs. Cuius sensus est, Interficere laboratis & opprimere bonos, & magno impetu & vi multa, quæ admodum cum paries iam inclinat aut maceria dispersa corruit super quæpiam. Ad quæ sensum facile exponi posset etiam lectio vulgata, si tantum datius pro ablatiuo ablatu te posito secundum impropiam loquutionem acciperetur, ac hunc sensum, Irruicis in hominem & interficitis vniuersi vos, tanquam pariete inclinato & depollæ maceria. hoc est, tanquam si paries inclinetur & depellatur maceria. Alii vertunt per genus passiuum, Interficiemini vniuersi vos tanquam paries inclinat & maceria corruēs. Atque ita exprimitur impetus & terror perditionis impiorum qui super innocios irruunt: eritque admodum festina loquutio dum fere similis exprimitur modus punitionis cum ratione peccati. Primum enim proponens iniquitatem, dicit per increpationem, Vsq̄quo irruicis in hominem simplicem & innocentem? Deinde, punitio est uestigio subnectitur, Occidemini vniuersi qui nunc alios queritis opprimere, & corruetis, quem admodum paries inclinat, & maceria depollæ proxima est casui, & maximo impetu atque terrore casura est, vbi ceciderit. ¶ Versu 4. Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere. Hieronymus, Partem enim eius cogitauerunt expellere, quod bene ad pretium, honorem & dignitatem proposita in celestibus retributionis referretur: de qua in Elucidatione dedimus expositionem. Et in eandem fere sententiam sonat, quod vertit Felix, Certe propter exaltationem eius inierunt consiliū, ut expellant, vel propter exaltationem eius ad hunc sensum: quia timent ipsum exaltari, & ad propositam altitudinis dignitatem peruenire, ideo cogitauerunt quomodo valerent expellere. hoc est, propter impediendam exaltationem viri iusti ipsi fuerunt solliciti. Posset & ad Deum referri, hoc sensu, Exaltationem eius, scilicet Dei, cōsultant deiciere, hoc est, quos Deus vult exaltare & glorificare, ipsi querunt opprimere, quos ille decreuit exaltare, de iis deiciendis isti consultant. Quod autem sequitur, Cucurri in siti, longe aliter vertunt ex Hebræo interpretes. Hieronymus enim habet, Placuerunt sibi in mendacio. Felix, Affectabunt mendacium, vel optabunt, vel complacebunt in mendacio. Quod nonnulli sic intelligunt, Cupiunt quod non assequuntur, videlicet quod iam antecessit, ut exaltationem iustorum impediunt. Nequaquam enim impedire poterunt a salute, quos Deus ad illam præordinauit. ¶ Versu 8. Non emigrabo. Beatus Hieronymus vertit, Non timebo. Alii autem interpretes vicinior nostræ accedunt lectioni, dicentes, Non elabar, vel non mouebo. ¶ Versu 10. Sperate in eo omnis congregatio populi. Ex Hebræo, Sperate in eo omni tempore, o populi, effundite coram illo corda vestra. ¶ Versu 9. Veruntamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Hieronymus, Veruntamen vanitas filii Adam, mendacium filii viri, in stateris dolosis, fraudulenter agunt simul. Quod facilem habet intelligentiam. Alii hanc accipiunt ex Hebraica lectione sententiam: filii hominum, vanitas sunt & mendacium: si simul ponatur in trutina vel statera, erunt leuiore nihil & vanitate, id est, vanitas ponderabit deorsum & ipsi ascendent pariter sursum. hoc est, maior est vanitas filiorum hominum, quæ ut possit ponderari. Quæ sententiam habet Felicitis ista versio, In stateris, ut ascendat ipsi magis vanitate simul quod sic exponit, Si ponantur simul filii hominum altero latere stateris, & vanitates in altero latere, ipsi homines simul accedent magis vanitate, minus ponderabunt quæ vanitas, leuiore inueniuntur vanitate: hoc est infinita & quasi non ponderabilis est eorum vanitas, & sunt velut ipsa vanitate vaniores. ¶ Expositionem tituli qui est, pro Idithū, habes post annotationes in Psal. 38.

## IN PSALMVM LXII.

**A** Versu 1. Ad te de luce vigilo. Ex Hebræo ad verbum verti potest, Ad te manicabo: quo verbo Luc. 12. vsus est interpres Latinus in illo euāgelii, Et omnis populus manicabat ad eum. Iuxta quod habent vulgatiore codices. Interpretes autem fere omnes ex Hebræo per circūlocutionem vertunt. Hieronymus quidem, Ad te de luce confurgam. Felix, In aurora vel diluculo quæram te, vel surgam ad visitandum te. Alii, Diluculo adero tibi, vel mane suspiro ad te, vel præueniam manē coram te. ¶ Versu 2. Quam multipliciter tibi caro mea. In Hebræo non habetur, quam multipliciter, sed loco eius habetur, concupiuit, seu desiderauit te caro mea, quomodo vertit Hieronymus, ac ceteri interpretes. ¶ Versu 9. Ipse verò in quantum quæserunt animam meam. Hieronymus, Ipse verò interficere querunt animam meam. Alii ad perdendum, ad deustandum, in sine cum strepitu. Chald. paraphrasis. Ipse verò ad sepulturam quæserunt animam meam.

## DE TITVLO PRÆCEDENTIS PSALMI.

**I**n vulgatis codicibus Latinorum titulus premititur, Psalmus David, cum esset in deserto Idumæ: quod aliqui Latinorum interpretum secundum mysticam intelligentiam interpretatur desertum mundi huius. In Hebræo tamē habetur, In deserto Iudæ: item & in codicibus Græcis. Similiter habet Chal. paraphrasis. Psalmus David, in tempore quo erat in deserto, in finibus tribus Iudæ. Quæ lectio secundum literam, & historiam fidem verior videtur. Nusquam enim in historiis scripturæ legitur, Dauidem alicubi versatum in desertis Idumæ, ut ibi psalmos potuerit canere: in desertis autem Iudæ illum fuisse versatum manifestum est ex libris Regnorum: in quibus quoniam multo satis tempore vaga bundus versabatur, hac illacque fugam securiorem petens, psalmum canendi indubie sufficientem habuit opportunitatem. Et si forte desertum istud Zipherat: quod erat in tribu Iudæ, vbi diu in locis abditis & tutissimis latuisse Dauidem cum suis militibus, ex cap. 23. primi libri Regum est manifestum.

## IN PSALMVM LXIII.

**V**ersu 3. Intenderunt arcum, rem amaram. Hieronymus, Tetenderunt sagittam suam, verbum amarissimum quod clariore sermone sic explicari potest: Ceu tenso arcu, pro sagittis, verba amara & noxia ei aculatur. Chald. paraph. sic habet: Tetenderunt arcus suos, vixerunt sagittas suas veneno mortifero & amaro. ¶ Vers. 5. Narrauerunt ut absconderent laqueos: dixerunt, quis videbit eos? Beatus Hieronymus vertit, Quis videbit nos? ut ad ipsos referunt ponentes laqueos. Alii verò ex Hebræo interpretes iuxta modum nostræ lectionis habent, Quis videbit eos: nepe laqueos. ¶ Versu 6. & 7. Defecerunt scrutantes scrutatio: Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Ex Hebræo textu alia accipitur sententia, quam ex lectione vulgata. Sic enim habet, Perfecerunt scrutinium scrutatum, vel inuestigationem peruestigatam, intimo viri & corde profundo. Quæ lectio indicat prauos homines attentissimo consilio & profundissima peruestigatione occupari ad nocendum bonis. ¶ Versu 7. Sagitte paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Aliter ex Hebræo sic legitur iuxta versionem Hieronymi, Sagittabit eos Deus iaculo repentino, inferetur plagæ eorum, corruent in semetipsos linguis suis. Quæ lectione non aliud significatur, quam subitus & inexpectatus impiorum interitus, cuius se reos per suam impietatem fecerunt.

## IN PSALMVM LXIIII.

**V**ersu 1. Te decet hymnus Deus in Sion. Beatus Hieronymus sic vertit: Tibi silentium, laus, Deus in Sion. Quæ lectio Dei laudē significat inexplicabilem, & optimum modum ipsum laudandi esse in silentio, dum eius magnitudinem considerantes, silendo confitemur nihil nos posse dignum dicere laude eius. Nunquam enim rectius laudamus, quam quando præ stupore magnitudinis eius silere cogimur: hoc tantum confitentes, quod nos eius magnitudo nimium ineffabilis & incomprehensibilis silere compellat. Nihil est enim in Deo, quod cuiuscunque valeat hominis lingua explicare. Potest & aliter intelligi prædicta lectio, hoc modo, Laudes tuæ quibus à nobis laudaris in hymnis & psalmis, sunt quasi silentium, quoniam nihil valent eorum quæ in te sunt ad plenum explicare. Quæ tacunque enim de Deo dixerimus, nihil dicimus: dum eorum nihil ad plenum explicare sufficimus. Atque hunc sensum innuere videtur Chal. paraph. habens in hunc modum, Coram te reputatur sicut silentium laus, Deus in Sion. Attamen Felix in sua versione nostræ lectionis textum seruat, dicēs, Te decet laus, Deus in Sion. Illud autem quod in fine versus habet lectio vulgata, tam Latina quam Græca, In Hierusalem, non habent exemplaria Hebræa neque Chaldæa. ¶ Versu 5. Replebimur in bonis domus tuæ. Vox est iustorum ad beatitudinem celestis patriæ aspirantium: quemadmodum indicat Chal. paraph. ad initium huius versus præmittens, dicent verò iusti: Saturabimur bonitate domus tuæ &c. Quæ autem sequuntur in hoc versu atque sequenti, diuersimode connectunt. Nobis tamen non liber singula persequi. ¶ Versu 7. Qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius. In Hebræo contraria potius sententia habetur, Qui cōpescis sonitum maris, fremitum fluctuum vel vadarū eius, & multitudinem populorum. Ac deinde sequitur: Et timebūt qui habitant in extremis, à signis tuis. Neque, difficilis intelligentia est. ¶ Versu 11. & 12. Riuis eius inebria, multiplica germīna eius, in stillicidiis eius latabitur germinās. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vberitate. Beati Hieronymi versio ex Hebræo sic habet, Sulcos eius inebria, multiplica fruges eius, pluuiis irriga eam, & germīni eius benedic. Voluetur annus in bonitate tuæ



& vestigia tua rotabunt pinguedine. Cuius lectionis ex Elucidatione & prioribus annotationibus, E quantum ad primū versum facilis est intellectus. Secundus autē hunc habet sensum, Annus totus, tempus omne gratia, voluetur in benignitate tua, ita ut omni tēpore semper adis paratus pręstare benignitatem gratia tua: & quocumque profectus fueris, quocumque peruenieris visitatione tua, ibi guttas cadere facies salutaris gratia. Felix autē loco illius, Multiplica genimina eius, vertit, A Equa cumulos eius: hoc est, comprime glebas eius. i. superbos & eleuatos humilia, ut capaces fiant gratie tue. ¶ Versu vltimo. Induti sunt arietes ouium. Verbum istud ex Hebræo admodum diuersimode transferunt. Beatus namq; Hieronymus sic vertit: Vestiantur agnis greges: hoc est, greges ecclesiarū ornabūtur ouibus, & simplicibus fidelibus, Deo in simplicitate fideliter famulātibz. Felix sic legit: Vestient planities pecora, vbi pecora videtur esse nominatiui casus, & suppositum verbi: planities autem, accusatiuus rectus a parte posteriori, ut significetur, pecora vestire planities vel cāpos prę multitudine. Quare non aliud significatur, quā fidelium in ecclesiis maxima copia. Atq; in hunc fermē sensum alius vertit: Plana obtegentur gregibus: alius, Induentur campi ouibus. Chald. autem translatio diuersam ab his ponit sententiam, dicens, Ascendent arietes super pecora. Quare lectione significari potest mystica intelligentia fecunditas magna prępositorum & doctorum in tempore gratia: qui quoties charitate virgente, semen verbi Dei & sanctę fidei doctrinam conantur in animas hominum infundere, toties quasi super pecora arietes ascendunt, vt generent.

## IN PSALMVM LXV.

Versu 1. Date gloriam laudi eius. Ita quidem nobiscū vertit Hieronymus. Felix autem habet Ponite gloriam laudem eius. Quod ita potest intelligi: Laudem Dei constituite, & reputeate gloriam vestram, in laude Dei gloriemini. Verē enim nihil homini gloriosius, quā Deum laudare factorem & saluatorem suum. ¶ Versu 4. Terribilis in consiliis super filios hominum. Hieronymus, Terribilia cōsilia super filiis hominū. Felix, Terribilis opere vel studio super filios Adam. Eadem est cum vulgata lectione harum sententia. ¶ Versu 6. Qui dominatur in virtute sua in aeternum. Beatus Hieronymus habet, Qui dominatur in fortitudine sua sæculo: similiter Felix, Qui dominatur in potentia sua sæculo. i. Qui orbis & mundi totius imperium tenet in fortitudine potentia sua. Similiter habet Chal. transl. Soper orbem vel sæculum. Et per omnia consentit textus Græcus, qui sic habet ad verbū reddendo, Latābimur in ipso dominante in potētatu suo sæculi vel sæculo. Felix tamen ait recte etiam ex Hebræo verti posse quod habet nostra lectio vulgata, Qui dominatur in virtute sua in sæculum, vel in aeternum. In secunda autem parte, Qui exasperant, non exaltentur in semetipsis: vocabulum Hebræum quod ponitur hoc loco illius, qui exasperant, a verbo forar descendit, significat que peruersos, ab alienatos, declinantes, peruerse incedentes, inobedientes, rebelles, contumaces, proteruos, incredulos, contemnentes, recedentes, & huiusmodi: quæ omnia proposito non male conueniunt. huiusmodi enim manifestum est esse, qui Deum exasperant, & ad iracundiam prouocant per transgressionem mandatorum ipsius. ¶ Versu 10. Introduxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro. Pro (laqueo) beatus Hieronymus vertit obsidionem: & pro tribulationibus, stridorem. Introduxisti nos (inquit) in obsidionem, posuisti stridorem in dorso nostro. Alii pro tribulationibus, catenam vertunt: alii molestiam vel angustia. Vnde Felix, Posuisti angustiam vel gemitum vel stridorem vel tribulationem in lumbis nostris. Quod autem sequitur, Imposuisti homines super capita nostra: alii vertunt, Insidere fecisti homines capiti nostro: vel, Equitare fecisti homines super capita nostra. In quo significatur populus domini vilissima seruitute se fuisse subiectum inimicis, ita vt quasi iumenta venissent in abusum hostibus. In versu autem sequenti, cum dicitur, Eduxisti nos in refrigerium: Felix pro refrigerio, vertit, abundantiam, significari putans terram spaciosam & latam, nempe terram promissionis, ad quam post multas tribulationes peruenerunt filii Israel, aut terram inimicorum fertilem, admodumque fecundam, sub quibus antē seruiant. Nos verō terram viuētium intelligere possumus, aut abundantiam diuinę consolationis, de qua nos Apostolus instruit, dicens, Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra.

## IN PSALMVM LXVI.

Versu 1. Deus misereatur nostri. Verbum Hebraicum iechanenu, sonat misereatur nobis, vel per gratiam donet nobis, vel etiam gratiam donet nobis. Vnde intelligi potest in emphasi dictionis huius, & peccatorum remissio, & gratia spiritualis collatio. Quod autē in nostris codicibz, item & in Græcis habetur secundo repetitū in fine versus, Et misereatur nostri, id Hebræo non habent. Ipsa autem adiectione nihil nisi affectus magnitudo declaratur, ob quam solemus ea quæ cordi nobis sunt sapius inculcare. ¶ Versu 2. Vt cognoscamus in terra viam tuā, in omnibus gentibus salutare tuum. Hierony. Vt nota fiat in terravia tua, in vniuersis gentibus salus tua. Eadem est cum nostra lectione, sed aliquanto clarior intelligentia. ¶ Versu 4. Et gentes in terra dirigit. Hieronymi versio habet, Gentium quæ in terra sunt ductor es sempiternus. Quod tamen in Hebræo expresse non ponitur, sed tantum selah in fine versus adiungitur, quod ille cum contextu versus copulans, vertit, ductor vel director sempiternus, quoniam selah putat valere semper. Qui autē iuxta aliam sententiam selah aliud velle dicunt, nec poni ad significandum æternitatem, nihil aliud vertunt quā quod habet lectio vulgata, Gentes in terra dirigit, vel gentium in terra eris director sine ductor, ac deinde selah adiiciunt separatim.

## IN PSALMVM LXVII.

Versu 4. Iter facite ei qui ascendit super occasum. Hieronymus ex Hebræo vertit, Pręparate viā ascendenti per desertum. Quod intelligi potest de ascensu ad cælos per aerē & orbis cælestes, in quibus non est habitator vt super terram. Aut mysticē intelligitur de aduētū Christi ad cōscientias hominum a mundi tumultibus se custodientium in silentio & quiete animi. Felix autem vocabulum Hebraicum reliquit, sicque vertit, Pręparate semitam insidenti haraboth: dicens per haraboth intelligi supremum cælum, a sua uitate sic dictum. Cui sententię videtur consonare Chal. paraphrasis, Extollite sedentem super sedem glorię in haraboth, siue supremo cælo. Concordat & Reuclinius in libro de rudimentis Hebraicis, ita hunc versum iuxta Hebræos exponens, Qui vehitur in amcenis iocundis que beatorum cælis. Alii dicunt apud Hebræos cælum nonum appellari haraboth (quod interpretatur deserta) eo quod stellis omnino careat, cæteris octo inferioribus cælis stellis omnes cōplectentibus. Septem enim cæli inferiores planetas septē in se ferunt: octauū autem tenet stellas omnes fixas, quod est firmamentum. Itaque nonum desertum & stellis vacuum dicunt. ¶ Versu 6. Qui habitare facis vnus moris in domo. Ex Hebræo Hieronymus vertit solitarios, alii vnicos: id est, derelictos, non habentes a quibus colligatur aut foueantur, cuiusmodi sunt orphanī & pupilli. Hos enim in domo habitare facit, id est, ad se colligit, & tanquam filios suę familię facit ac familiars habet. Felix aliter intelligit: Qui habitare facit vnicos domum: id est, ex vniciis personis faciat magnam familiam, nimirum sanctam ecclesiam. Atque huc tendere videtur quod habet Chaldaica paraph. Deus qui combinat combinationes singulorum ad solum combinationis simul. Filium enim istud combinationis, vna fides & vna charitas est. Alii vertunt: Qui vniciis restituit domum: hoc est, Qui carentibus restituit suam familiam: quemadmodum Abrahā penē de posteritate sua desperante fecundauit, atque ad maximam familiam restituit. ¶ Versu 7. Similiter eos qui exasperant, qui habitāt in sepulchris. Huius loco ex Hebræo vertit Hieronymus, Increduli autem habitauerunt in siccitatibus: id est, in egestate & afflictionibus, non habentes spiritualem consolationem: aut, a quibus gratia & veritatis carebunt. ¶ Versu 10. Pluuia voluntariam segregabis Deus hereditati tuę, & infirmata est: tu verō perfecisti eam. Hieronymus Pluuia voluntariam eleuasti Deus, hereditatem tuam laborantem tu confortasti: quod nō difficilem habet neq; diuersam a vulgata lectione intelligentiam. ¶ Versu 13. Rex virtutum dilecti dilecti, & speciei domus diuidet spolia. Ex Hebræo Hieronymus vertit, Reges exercituum fœderabuntur fœderabuntur, & pulchritudo domus diuidet spolia. Quod sic potest intelligi, Reges potentes prædicationē apostolica conuerſi, submittent se fidei catholicę, & cum ecclesia velut fœdus inibunt, prædentēsq; ac præpositi in ecclesia (qui sunt pulchritudo, species, & decor domus Dei) diuident spolia, lati triumphabunt, quomodo apud Esaiam de iisdem scribitur, Latābuntur coram te, sicut qui latantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia. Alii pro, fœderabuntur fœderabuntur, vertere malunt, fugient fugiet, aut proſtigabuntur proſtigabuntur. ¶ Versu 14. Si dormiatis inter medios cleros pennę columbæ deargentatę, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Hieronymus, Si dormiatis inter medios terminos, pennę columbæ deargentatę, & posteriora dorsi eius in virore auri. Quod in eandem sententiam facile possumus reducere, in quam superius vulgatam lectionem sumus interpretati, hoc modo, Si ecclesiarum prælati inter medios dormiatis: id est, nō secure in conclauibus desides, pigri, ac resupini, sed in ipsis terminis: hoc est, si in custodia gregis commissi perigiles extiteritis, columbā habebitis formosam, &c. Oportet enim eos qui speculatores constituti sunt domus Israel, non in intimis conclauibus pigros & ociosos stertere, aut in vtranq; aurem securos dormire, quasi altissima pax sit, & nusquam hostium aliquid timere debeant per circuitum: sed inter medios terminos super speculā necesse est cubent, ita vt ad quantum is leuem rumusculum hostium possint excitari, moxq; tuba canere, & hostile periculū populo significare. Id vbi agunt, quibus populi cura commissā est, ibi formosa est colūba, ecclesia talibus gaudens rectoribus. Vbi verō quasi in altissima pacē securi rectores stertunt, in mediis ciuitatibus, gula & luxurię vacantes in cœnaculis & cubilibz, nihil mirū, si denigrata appareat colūba, quæ tā infidelissimos habet custodes. Ad eandem quoq; sententiam adduci potest quod Felix vertit, Si dormiatis inter chytropodes, vel focos, vel vncinos, vbi ponuntur ollę ad ignē. Solent enim qui in foco dormiunt inter instrumētā illa ferrea, sup quę locatur cacabi & ollę æneę, facillime ad quēlibet rumusculū excitari: & plerūq; ibi se locant qui non totā noctem edormire, sed ad mediū noctis ad opus necessariū volūt exurgere, Significatur ergo etiam hac dormitione in foco inter chytropodes, vigilantia & cura prępositorū ecclesię. Dicuntur autē Græco vocabulo χυτροποδες chytropodes, vel ferramētā pedata super quę ollę constituntur, vel (iuxta quorundā sententiam) ipsę etiā ollę pedes tales habentes. Dicitio composita est a χυτρον chytro, quod significat ollā, & ποδες pedes. Alii sic intelligunt: Si sederitis inter ollas: hoc est, ita atri fueritis, & commaculati, siue etiam miseri & deturpati afflictione nimia, vel vtiōrum immanitate, quemadmodū ollę in foco, nunc in tempore euangelicę gratię, eritis sicut colūba pulchra, quæ habet pennas deargentatas, & dorsum in similitudinem sulci auri: id est, vetera transferunt, sunt noua omnia. ¶ Versu 16. Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid suspiciamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitū est Deo habitare in eo. Hieronymus, Mons excelsus mons pinguis: quare cōtenditis mōtes excelsi aduersus montē quē dilexit Deus, vt habitaret in eo? Hoc est, Vos congregationes impię infidelium, sinagoge satanę, quare vos opponitis ecclesię sanctę, ipsius fidem respicendo, ipsam etiam persequendo: quum Deus ipsam ita dilexerit, vt habitationem volnerit in ea cōstitueret: Felix vertit, Vt quid mōtes altissimi infidiose intuemini, vel inuidiose aspi

citis, montē illum quem dilexit Deus. Et eadem sententia est. ¶ Versu 18. Currus Dei decem milibus  
 multiplex, milia letantiū. Hieronymus, Currus Dei, innumerabilia milia abundantium. Felix, Cur-  
 rus Dei, centena milia, duo milia angelorū. Alii, Currus Dei, binę myriades milium replicationis: hoc  
 est, bis decem milia milium replicata. Alii, myriadam milia. i. milia decem milium. Alii, Equitatus  
 Dei, binę myriades (vna autem myriades decem milia continet) multa milia angelorū. In omnibus  
 autē his, nihil indicatur quod innumerabilis est exercitus angelorū Deo ministrantiū. ¶ Versu 21.  
 Prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorū. Hieronymus, Portabit nos Deus salutis no-  
 strę. Quod intelligi potest, sicut mater portat filium & custodit portando, ne quid patiarur nocu-  
 mēti. In quo significatur maxima Dei erga electos benignitas & sollicitudo. Felix, Aggrauabit nos  
 Deus salute nostrā. i. pro onere nobis imponet salutem nostram. Verē dulce onus quo nos onerat.  
 Matt. 11. Verē onus leue quod imponit humeris nostris. Meritō enim dulcescere nobis debet etiam si quid  
 amari contingat imponi ferendū, quando cogitamus ad nostram salutē id fieri. Alii clarius vertūt,  
 Augeat nobis beneficia sua, vel cumulabit nobis beneficia sua, aut salutes suas. ¶ Versu 29. & 30.  
 Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu, principes Iuda duces eorū. Hieronymus, Ibi Benia-  
 min paruulus continens eos, principes Iuda in purpura sua. Felix, Ibi Benjamin paruulus domina-  
 tur illis, principes Iuda in phrygianicis suis. Quę versiones ambę eandem complectuntur senten-  
 tiam, quoniā Paulus Apost. de Benjamin paruula tribu (nimirū quę extincta fērmē fuerat propter  
 Iudi. 20. vxorem Leui turpi libidine a Galaonitis oppressam & interfectam) præcipuus fuit princeps & fun-  
 & 21. dator, itēq; & conseruator ecclesiarum, quę in gentibus Deo fuerunt edificatę: vt vbi de gētium  
 conuersione fit mentio, rectē primus locus detur Benjamin, quod dominetur illis, siue quod conti-  
 neat illos. Per id verō quod sequitur, Principes Iuda in purpura sua, aut in phrygianicis suis (quę  
 idem volunt) significatur ceterorum apostolorū qui de tribu Iuda potissimū electi fuerūt dignitas  
 sacerdotalis & apostolica, omni ornato & honore dignissima. ¶ Versu 31. Manda Deus virtuti tuę.  
 Ex Hebręo, Pręcepit Deus de fortitudine tua, vel mandauit Deus virtutem tuam. Vbi ad populum  
 Dei sermo dirigitur. Omnis enim fortitudo & virtus quę facta est in te, o plebs domini, eam præcep-  
 tit fieri Deus in vobis. Vel, Pręcepit tibi Deus, o popule Christiane, vt fortiter agas, a firmitate fi-  
 dei nullis tentationibus te sustinēs amoueri, sed fortis sis in bello, vt belles cum antiquo serpente,  
 & cum omnibus qui te impugnabunt. ¶ Versu 33. Vt excludant eos qui probati sunt argento. Bea-  
 tus Hieronymus vertit, Congregatio fortium in vaccis populorū calcitrantium contra rotas ar-  
 genteas. Quod rectē de rebellionē contra apostolicam prædicationem potest intelligi. Sunt enim a-  
 postoli quasi rotę argenteę. Rotę quatenus velociter discurrunt super terram vehentes sedentem  
 in curru dominum. i. gloriam eius vbique prædicantes. Argenteę verō, quoniā optimē sonorę per  
 probatissima veritatis eloquia quę prædicabant. Calcitrantes ergo cōtra rotas argenteas qui sunt,  
 nisi repugnantes apostolorū sermonibus? Atq; hos omnes, siue maiores fuerint, siue minores, orant  
 fideles increpari, atq; comprimi, vt non præualeant. Felix ita vertit, Disipa feram arundinis cōgre-  
 gationem robustorū in vitulis populorū, optantem numerationes argenti, aut fragmenta argenti. G  
 Quod exponi potest de auaritia principū sæculi, a quibus primitiua ecclesia sustinuit grauē perse-  
 cutionem, Legimus enim sæculares principes, aliosq; illis adiunctos per Christianorū persecutionē  
 frequēter cōluisse suę auaritię. Vnde de Iuliano illo impio apostata legimus, quod Christianorū  
 patrimonia rapiebat Christianitatis prætextu, sacrilegām; suam auaritiām euangelii testimonio  
 Luc. 14. colorabat, dicens, Christus vester dicit in Euang. Qui non renunciauerit omnibus quę possidet, nō  
 Hebr. 10. potest meus esse discipulus. Id ipsum Paulus Apost. de Hebręis scribit, quod in Iudæa pro Christi  
 1. The. 2. nomine rapinā bonorum suorum passi fuerint cum gaudio: idem de Theſſalonicensibus quoq; cō-  
 memorans, quod ean dem passi fuissent a suis concubibus, qualia Iudæi a suis cōtribulibus passi fue-  
 rant. Idem pluribus in locis testantur ecclesiastica historia. ¶ Versu 34. A Ethiopia præueniet ma-  
 nus eius Deo. Hieronymus, A Ethiopia festinet dare manus Deo. Felix, A Ethiopia faciet currere ma-  
 nus suas ad Deum: hoc est, celeriter manus suas Deo protendet, vt vertit alius. Chaldaic. translatio  
 totum hunc versum sic habet, Venient principes de Agypto ad cōuersionem filii Aethiopū, cur-  
 rent extendere manus suas in oratione ante Deū. Quę omnia lectiōne nostrā & expositionē suprà  
 positā rectē confirmāt atq; elucidāt. ¶ Versu 36. Psallite Deo qui ascendit super calū cęli ad orientē.  
 Hiero. vertit, Qui ascendit super calū cęli, a principio. i. qui sedet in calis cęlorū ab initio: quomodo H  
 vertit Felix. Alii vertunt ad sententiā nostrę lectiōnis, Ascēdenti super calos cęlorum Oriētis, siue  
 ad Orientem. Alii sic, Qui sedet super calos, calos, sempiternos. i. calos qui ab initio facti iidem per-  
 manent. ¶ Versu 37. Ecce dabit voci suę vocē virtutis. Quidam hos secundū naturam intelligūt de  
 terribili sono tonitruī, quę dicitur vox Dei, & vox virtutis suę, vox fortis, ita vt procul audiat  
 ab hominibus. Alii intelligunt de voce euāgelica prædicationis, quę vox Dei est, quoniā non ipsi a  
 se loquuntur quę prædicant, sed ex spiritu Dei qui loquitur in eis, iuxta Saluatoris verbū. Huic autē  
 voci prædicationis dat Deus vt sit vox virtutis & fortitudinis, quoniā efficacīā addit, vt vim ha-  
 beat ad operandū in cordibus audientiū: quemadmodū suprà dictū est in expositione versus illius,  
 Dominus dabit verbum euangelizantibus, virtute multa. Nobis conuenientius videbatur, vt de vl-  
 tima voce quam expectamus in die iudicii audiendā, præsens sermo intelligeretur: vt post initium,  
 ac processum ecclesię pulchrum descriptum, hic etiam finis omnī, ac retributio commemoretur.  
 ¶ Versu vltimo. Mirabilis Deus in sanctis suis. Hieronymus, ac ceteri omnes ex Hebręo interpre-  
 tes cōcorditer vertūt, De sanctuario suo, aut in sanctuariis siue sacrariis suis. Ac iuxta hanc senten-  
 tiā poterit in vulgata lectiōne Latina accipi ablatius, sanctis, vt sit generis neutri. Sic enī sancta p

A sanctuariis dicere solemus: quemadmodū sancta dicuntur & sancta sanctorū. Imō etiā si accipiamus  
 in genere masculino, sanctos, secundū rem possumus inuenire concordiam. Nam sancti Dei homi-  
 nes sunt velut sanctuarium Dei, in quibus ipse liberter secundum gratiā & gloriam suā inhabitat.  
 IN PSALMVM LXVIII.

Versu 1. 2. 3. & 4. Notanda est hoc loco Paraph. Chal. exponēns similitudinem cōparationis,  
 quę in annotationibus prioribus dicta est innui in his versibus. Sic autem habet, Salua me  
 Deus quoniā irruit cohors peccatorū vt inferat tribulationē mihi, sicut aquę quę intrāt  
 vsque ad animam. Demersus sum in captiuitatem, tanquam in lutum profunditatis, & non est mihi  
 locus vt cōsistam. Applicui in validam multitudinem cohortis peccatorū, & rex impius captiuum  
 tenet me. Fatigatus sum a clamoribus, siccatus est guttur meum, consumpti sunt oculi mei ab ex-  
 pectatione Dei mei. ¶ Versu 13. Et operui in ieiunio animam meam. Hieronymus, Et fleui in ieiunio  
 animam meam: hoc est, contristauī, & affixi flendo simul & ieiunando animam meam. Felix habet,  
 Et fleui, dum esset in ieiunio anima mea. ¶ Versu 15. In me psallebant qui bibebant vinū. Felix, Can-  
 tica sui bibentium siceram. i. vinum aut potum quemlibet inebriatum: hoc est, de me cantabant, &  
 mea opprobria suarum cantionū faciebant materiam, meamq; irrisiōne ipsi inter pocula faciebant  
 esse sua gaudia. Paraph. Chal. habet, Cantilena sui eorū qui vadunt ad bibendū sicerā in domo cau-  
 ponaria ipsorum. ¶ Versu 16. Ego verō orationem meam ad te domine, tempus beneplaciti Deus.  
 Hieronymus, Mea autem oratio ad te domine, tempus recōciliationis est Deus. Felix, Ego autē ora-  
 tionem meam ad te domine tempore beneplaciti Deus: i. cum tempus esset beneplaciti. ¶ Versu 18.  
 Neque vrgeat super me puteus os suum. Hieronymus pro vrgeat, posuit coronet. Non coronet  
 (inquit) super me puteus os suum. i. non per circuitum concludat. Felix clarius vertit, Non claudat,  
 vel non obstruat super me puteus os suum. Translatio autem Chal. puteū hunc accipit gehennam,  
 dicens, Non operiat aduerſum me gehenna os suum. ¶ Versu 24. Impropetium expectauit cor meum  
 & miseriam. Hieronymus, Opprobrio contritū est cor meum, & desperatus sum. Felix, Opprobrium  
 contriuit cor meū, & afflicus sum. ¶ Versu 36. Et placebit Deo super vitulum nouellū, cornua pro-  
 ducentem & vngulas. Felix, Et placebit domino super bouem & vitulū, cornua producentē, & pro-  
 ducentem vngulas. Hieronymi tamen versio, vitulum nouellum habet, quemadmodū habet vetus  
 nostra Latina lectiō. Mirum verō quid sibi velit Chal. paraph. quę hoc loco habet, Placebit coram  
 Deo magis q̄ bos pinguis & electus quē offerrebat Adā primus, cuius cornua præcedebant fisionem  
 vngularum. ¶ Expositionē tituli, qui iuxta Gręcos atq; Latinos codices est, In finē, pro iis qui com-  
 mutabūtur, secundū Hebręos: pro liliis, vel super liliis vel lilia, require post annotationes psal. 44.

IN PSALMVM LXIX.

Versu 1. Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandū me festina. In Hebręo non  
 nisi vnum habetur verbū, hoc modo, Deus vt liberēs me, domine vt auxiliēris mihi, festina.  
 ¶ Versu 4. Auertantur statim erubescētes, qui dicunt mihi euge euge. Hieronymus, R euer-  
 tantur ad vestigiū confusionis suę, qui dicunt mihi vah vah: hoc est, Veniant & pertingant ad con-  
 fusionem suam, qui contra me malum loquuti sunt.

DE TITVLO PRÆCEDENTIS PSALMI.

Titulus Psalmi est, In finem Dauid in rememoratione, eo q̄ saluū fecit eū dominus. In Hebręo  
 tantum est, Ad recordandū. Quo significatur hunc psalmū Deo suggerere de liberatione & sa-  
 lute præstanda, & quasi Deum præstāda salutis cōmonefacere, ac velut in memoriā reuocare:  
 quod ipsum etiā vulgata lectiōne indicatur, cum dicitur, In finē, Dauid in rememoratione:  
 hoc est, ad rememorationē vel recordationē. Quod autem adicitur in Latinis codicibus, Eo quod  
 saluū fecit eū Deus, in Hebręo oīno non habetur. In Gręco sic habetur, *ὅτι τὸ εὐχόμενον* hoc est,  
 vt Deus faciat saluū. Atq; ita non nisi exponitur hac adiectione, quid sibi velit quod præmittitur,  
 Dauid ad recordandū. Ad hoc enim sui petit dñm recordari, vt saluū fiat, & liberetur ab aduersariis.

IN PSALMVM LXX.

Versu 3. Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum. Hieronymus ex Hebręo, Esto  
 mihi robustum habitaculū, vt ingrediar iugiter: præcepisti, vt saluares, me. Similiter vertit  
 Felix, nisi quod pro robusto habitaculo, ponit, rupē fortitudinis. Postulat hac oratione iu-  
 stus Deum se habere vt locum munitū, sibi semper parentem ad ingressum, ad quem tutō possit in  
 omnibus periculis confugere. ¶ Versu 7. In te cōfirmatus sum ex vtero. Hieronymus, Ad te sus-  
 tentatus sum ex vtero. Felix, Super te innixus vel sustentatus sum ex vtero. Nam vocabulū Hebraicum  
 samach, significat apodiāuit, vel innixus est. Siue autem dicas, Super te confirmatus sum, siue super  
 te innixus sum, vel apodiāui vel sustentatus sum, eadem habetur sententia. Quod autē sequitur, De  
 ventre matris meę tu es protector meus. Felix ita vertit, De intestinis matris meę tu extrahens me;  
 id est (quod psal. 22. ponitur) qui extraxisti me de ventre matris meę. ¶ Versu 9. Repleatur os meum  
 laude, vt cantē gloriam tuā, tota die magnitudinē tuā. In Hebręo tantū legitur, Impleatur os meū  
 laude tua, tota die magnitudine tua, vel pulchritudine tua, vel gloria tua. ¶ Versu 15. Ego autē sem-  
 per sperabo, & adiiciā super omnem laudē tuam. In Hebręo, pro sperabo, habetur expectabo. Vnde  
 beatus Hieronymus ex Hebręo vertit, Ego autem iugiter expectabo. Sententia autem in idem reci-  
 dit, quoniā is qui sperat auxiliū, expectat illud ab eo in quo sperat. ¶ Versu 17. Quoniā non  
 cognoui literaturā. Tametsi nobiscum beatus Hieronymus verterit literaturas, ceteri tamē ex He-  
 bręo interpretēs longē aliter vertunt. Nā Felix (quē alii recentiores sequuntur) hanc partē coniun-  
 gendo præcedentibus in versu priori, ita vertit, Os meū annuntiabit iustitiā tuam, tota die laudem



tuam, certè non cognoui numerum: vel, Quoniã non cognoui numerationes vel narrationes. Quod sic exponunt, Certè non cognoui numerũ laudis tuæ, vel non possim enumerare siue enarrare laudem tuam: maior enim quàm vt humano ingenio comprehendere, aut humana enarratione possit enumerari. Et est sanè hæc versio Hebraica: derivationi latius cõueniens: quoniam vocabulum Hebraicum sephoroth, hoc loco pro literaturis positum, à verbo saphar descendit, quod absque hæsitatione significat numeravit, vel censuit. Vnde videtur deriuatum illud nomen pluralis numeri aptissimè numerationes verti posse. Sciendum tamen est, quòd neq; Gallicana lectio (quæ habet literaturas) ab Hebræo omnino dissonat, neq; Romana, quæ habet negociationes. De priore, primum quidem Hieronymi docet authoritas, qui nõ aliud quàm literaturas vertit. Deinde & Ioannes Reuchlinus hoc ipsum confirmat, manifestè asserens dictionem hoc in loco positam significare scripturam vel literaturam, quemadmodum ad oculum videre poteris in eius dictionario, in explicatione verbi supra positi saphar: cuius significationem admodum proluxa deductione manifestat. Porro de negociationibus quis non videt maximam esse conuenientiam numerationibus cum negociationibus? Nonne omnis penè negociatorum res in numerando, supputando, rationesq; conscribendo consistit? Qualibet ergo prædictarum lectionum iure toleranda videtur, etiam si originalem respiciamus Hebræorũ linguam. ¶ Versu 20. & 21. Donec annunciem brachium tuum generationi omni quæ ventura est. Potentiam tuam & iustitiam tuam Deus, vsque in altissima qua fecisti magnalia, Deus quis similis tibi? Hieronymus ex Hebræo, Donec annunciem brachiũ tuum generato (scilicet præsentem) cunctisque qui venturi sunt fortitudines tuas. Et iustitiam tuam Deus vsque in excelsum (subaudi annunciem, prædicem, vel efferam) ac deinde, quanta fecisti magnalia Deus, quis similis tibi? In eandem sententiam vertunt item alii ex Hebræo interpretes.

IN PSALMVM LXXI.

**V**ersu 1. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiã tuam filio regis. Chal. paraph. sic habet, Deus, itinera rigoris tui, vel sententiam iudiciorum tuorum, regi Melsiæ da, & iustitiam tuam filio regis. Ex quo primum patet secundum hanc paraphrasim, de Melsia psalmum principaliter intelligi. Deinde, quòd iudiciũ dare intelligat, dare executionem iudicii, & cõmissionem exequendæ iustitiæ: quomodo nos etiam in Elucidatione sumus interpretati. Nam quidam aliter accipiunt Da iudicium (i. aequitatem ipsam) regi melsiæ & membris eius, vt videlicet sint æqui & iusti. Sed prior intelligentia videtur cõmodior & plenior, toti; huic de Melsia prophetia quadrantior. Postremo indicatur illud, filius regis, referri posse ad regem Dauid, quod nos de patre rege æterno sumus interpretati. Melsias namq; & regis æterni Dei patris, & regis temporalis Dauidis verus secundum humanitatem filius fuit: quemadmodũ initio sui euangelii Matthæus testatur, & Paulus initio epistolæ ad Roma. asserit, ex semine Dauid cum factum esse secundum carnem. ¶ Versu 3. Suscipiant montes pacem populo. Hieronymus pro suscipiant, vertit assument: neq; diuersa est sententiã, Assumpserunt enim apostoli pacis euangelium populis prædicandum. Felix vertit, Extollent montes pacem populo. Eademq; rursum sententia est, Eleuabunt euangelium pacis super populũ. hoc est, prædicabunt. ¶ Versu 5. Et permanebit cum sole & ante lunam. Ex Hebræo, Timebunt te cum sole & ante lunam, vel in conspectu lunæ: hoc est, Timebunt te, adorabunt te, & seruient tibi fideles tui, quandiu erit sol, & quandiu durabit luna, videlicet vsq; ad consummationem sæculi & in æternum. Beatus Hieronymus vertit, Timebunt te quandiu erit sol, & ultra lunam, in generatione generationum. In quo illud, videri possit absurdũ quòd dicitur, ultra lunam: nisi sic intelligatur, quomodo in annotationibus principalibus diximus, de illo quòd post iuxta vulgatam lectionem sequitur, Donec auferatur luna. Felix autem vertit, In conspectu lunæ, vel dũ perseuerabit luna, vel ante lunam. Chal. autè paraph. sic habet, Timebunt à te cum ortu solis, orabunt coram te à lumine lunæ, generationes generationum: hoc est, primo mane exoriẽte sole, & vespere prodente sese lumine lunæ, tibi seruient fideles tui. mane & vespere, siue iugiter. ¶ Vers. 6. Descendit sicut pluuia in vellus. Hunc versum ex Hebræo variè interpretes transferunt. Quidam enim pro vellere ponunt herbam detonsam vel resecatam. Vnde Felix ad hunc modũ vertit, Descendet sicut pluuia super herbam resecatam, vel super tõsum: i. super gramen incisum: quòd si non habuerit pluuiam, postquam resecatum fuerit, arefcet. Atque ita intelligunt nõ de descensu Christi in vterum virginem, sed de spiritali descensu per gratiã in corda fidelium, per quem descensum iustitiã facit & pacem illic exoriri atq; foueri. Quomodo enim pluuia descendit super herbam resecatam, vt iterum floreat pratum suo virore spoliatum, ita super genus humanum iam semel resecatum, & omni ornatu spoliatum, ac per primi parentis peccatum velut detonsum, venire necesse fuit desuper gratiam Christi domini, vt iterum fructũ bonum proferat semel resecata, imò frequenter resecata & detonsa terra cordis nostri. Atque huic satis aperte consonat Chal. d. paraph. quæ hoc loco sic habet, Descendet velut pluuia voluntaria atq; desiderata vel pluuia beneplaciti super herbam quæ incisa est, vel corrosa à locusta. Ac iuxta hanc expositionem id quòd subiungitur, Et sicut stillicidia stillantia super terram secundũ rem cum priore parte idem sonat. At tamen beatus Hieronymus, nobiscum in versione sua ponit vellus, & post illum alii nonnulli ex Hebræo interpretes. ¶ Versu 7. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. In Hebræo sic habet, Florebit vel germinabit in diebus eius iustus, & multitudo pacis: hoc est, florebunt, & germinabunt ipso regnante iusti plurimi, & germinabit pax copiosa. ¶ Versu 9. Coram illo procident Aethiopes. In Hebræo est dictio Zim, quæ à diuersis diuersimode vertitur. Beatus Hieronymus nobiscum vertit, Aethiopes. Felix dicit verti posse, nautas, vel habitantes solitudi-

Matt. I. Rom. I.

H

**A** nem. Alii vertunt accolas deserti, vel solitudinarios, vt significetur populos remotissimos, & longe ab hominibus distantes, hominibusque incognitos, ad Christum conuertendos. ¶ Versu 10. Reges Arabum & Saba dona adducent. Hieronymus, Reges Arabia & Saba tributum conferent, Felix, Donum vel tributum vel premium adducent. Alius vertit honorarium munus, scilicet quòd ad honorem offertur. ¶ Versu 13. Parcet inopi & inopi. Felix, Miserebitur super mendicum & inopem. Nam parcet, positum est, pro miserebitur, vel gratiose seu misericorditer aget. ¶ Vers. 14. Et honorabile nomen eorum coram illo. In Hebræo non habetur nomen, sed sanguis, quemadmodũ Hieronymus ac ceteri qui ex Hebræo versiones fecerunt, concorditer omnes transferunt. Et honorabilis (inquit) vel preciosus erit sanguis eorum coram oculis ipsius. Quo verbo significatur, mortem sanctorum pro Christi nomine & sanctissima fide occumbentium, fore Christo domino gratissimam, & sacrificium omnibus modis acceptissimum, hoc enim est sanguinem eorum fore preciosum in oculis Dei, effusionem sanguinis & vitæ pro Christo oblationem, maximi precii ducendã, & in maximum meritum ipsis reputandã coram oculis Dei. Atque hoc ipsum est, quòd in alio quoq; Psal. Psal. 115. mo legitur, Preciosa in cõspectu domini mors sanctorum eius. Quòd licet de omnibus generali intellectu verum sit in sanctitate vitam finientibus, peculiariter tamen & excellentius de iis qui pro Christi nomine, martyrii supplicio, sanguinẽ fundunt. ¶ Versu 16. Erit firmamentũ in terra, in summis montium. Hoc loco pro firmamento, in Hebræo ponitur pissath bar, quòd apud interpretes tam Hebræos quàm Latinos, diuersimode redditur. Septuaginta enim trãsulerunt πύργος quòd Latine sonat firmamentũ, vt habet vulgata Latina lectio. Nam quòd arbitrati sunt quidã scriptorũ vitio firmamentum scriptum esse pro frumento, non habet verisimilitudinẽ, quoniam in Græco (vnde nostra Latina lectio verã est) manifestè non aliud quàm firmamentum habetur, de quorũ tamen concordantia in principalibus annotationibus nõ nihil diximus. Beatus autè Hieronymus ex Hebræo vertit memorabile triticum. Ioannes Reuchlinus in lib. de rudimẽ. hebraicis, dicit hebraicã dictionem significare placentam vel placentulã frumenti, quòd Rabbi David Kimhi exponit, particulam, vel massam frumenti. Idem dicit Paulus Burgenfis episcopus, natiuitate Iudæus, regeneratione Christianus: addens, trãslatione Chal. quæ targim dicitur, sic haberi, Erit placenta tritici, in capitibus sacerdotum. Secundum quorũ concordem sententiã, hebraica ista lectio aptissime poterit accipi, tanquam prophetia altissimi sacramenti, & sacratissimi sacrificii altaris, in quo sub specie placentulæ frumenti, sub specie modicæ massæ triticeæ, ac panis modici, in modũ albæ placentulæ cocti, præsens nobis adest Christus dominus, verus Melsias. Et rectè quidẽ (iuxta Hieronymi versionem) memorabile triticum dicitur hic panis viuus, quoniam omni tritico nobilitas & preciosus, panis vitæ mudo præstans, & à morte æterna præseruans, verum manna de celo descendens, quòd qui mæducat, viuunt in æternum, vel quia in immolatione huius tritici, memoria recolitur rei oim preciosissimæ, & beneficium perpetua rememoratione dignissimæ, nempe passionis & mortis Christi. hoc (inquit ipse dominus in cæna nouissima) facite in meã commemorationem. Et Paulus Apost. Quotiescunq; enim manducabitis panẽ hanc, vel calicẽ bibetis, mortem domini annũciabitis, donec veniat. Hæc autè placentula frumẽti, siue hoc memorabile triticum, est in vertice siue in capite montiũ. i. Apostolorum primorum sacerdotum, atq; eorum qui in illorum locũ successerunt, quibus huius placentulæ oblatio & cõsecratio, secundum rite traditã sibi potestatem & authoritatẽ legitime competit. In capite ergo montiũ prædicitur hæc futura placentula, quoniam super venerandum sacerdotum nouæ legis verticem, & super ipsorũ capita consecrata hostia erat eleuanda, in ostensionem omni populo, adorandi gratia, simul & rememorandi vnica illam semel consummatam oblationem, quando nuda ante oculos omniũ in conspectu patris, media inter cælum & terrã exaltata fuit in ligno, tanquam vniuersalis omniũ hostia, quæ nunc sub regimento placentulæ modicæ eandẽ sese præsentem exhibet. Ne verò ab aduersariis veritatis, ista in fauorẽ tantum nostræ fidei, præter omnẽ rationem & probabilitatem confingere existimemur, sciendũ est magistros Hebræorũ complures totũ hunc Psalmum de temporibus Melsiæ determinasse intelligendũ, atq; etiam specialiter de hoc versu qui nobis in manibus est, asserunt ipsum respicere felicitatem temporũ regis Melsiæ. Vnde Rabbi Salomon Christianæ fidei aduersissimus (vt ita loquar) Iudæus, suo autè Iudaico errori studiosissimus patronus, negare nec potest nec audet, Rabinos priores hunc Psalmũ notũ, & præcipue hunc versum, de Melsia expoluisse, tametsi ipse patribus cæcis nepos cecior, ad alium sensum eadem detorserit, nimirum pleo deante sole cæcior factus, quàm illi fuerant ante solis exortum. Sic autè in huius versus pertractione ait, Pissath bar (quòd supra diximus verti placentẽ frumẽti) loquutio est abundantia significans & multiplicationem. Magistri verò nostri exposuerunt sermonem esse placentularũ in diebus Melsiæ, totũq; Psalmum exposuerunt de diebus Melsiæ: quemadmodũ & in midras Tehilim (id est, expositione Psalmorum) est manifestum, vbi principium hunc Psalmi, Deus iudicium tuum regida, ad regem Melsiam dicitur pertinere, vt etiam supra manifestè ostendimus ex translatione Chal. id ipsum quo; Rabbi Mosse hardassam testatur in commentariis exponens illud quòd in libro Genesis habet prophetia Iacob, Non auferetur sceptrũ de Iuda, vbi huius Psalmi versum nonũ & vndecim, videlicet, Coram eo procident aethiopes, & inimici eius terram lingent. Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei, manifestè asserit ad Melsiam pertinere, cui omnes gẽtes (vt ipse ait) aggregabũtur, vt regnet super illos regno iustitiæ & pacis, quemadmodũ iã citatis verbis ait propheticè prædictum. Idem Rabbi mosse hardassam, in cõmentariis, non solũ testatur exponendum hunc versum præsentẽ de Melsiæ temporibus, verum etiã de sacerdotio Melsiæ, id quòd nostro proposito multũ conducit. Neque indiligenter sunt attendenda eius verba quæ subsequuntur.

Psal. 115.

Ioan. 6.

Luc. 22. 1. Cor. 11.

FF



Dicitur est Psal. 110. (est enim Hebraeorum ista computatio) Iuravit dominus, & non poenitebit eum, **Pfal. 110.**  
 tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec. Et quis est iste? Iste erit rex iustus & saluator, **Zach. 9.**  
 rex messias, sicut dictum est Zacharia 9. Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator. Et quid docet vel **Gene. 14.**  
 monstrat, dicendo, protulit panem & vinum. Quasi dicat, Erit placetula tritici in terra. Et hoc ipsum  
 est quod scriptum est, Et ipse sacerdos erat Dei altissimi. Hæc ille. In quibus verbis circiter finem, ma-  
 nifeste indicat, se istam placetula tritici referre ad oblationem sacerdotalem, dicitq; hoc quod in  
 Psalmo isto dicitur, Erit placenta frumeti in terra illud ipsum esse quod de Melchisedec dicitur, q  
 erat sacerdos Dei altissimi. Atq; ita profecto res habet, nostra enim hæc (de qua sum<sup>9</sup> interpretati)  
 placetula tritici, res ipsa est quæ præsignabat panis & vini per sacerdotem Melchisedec oblatio. Vnde  
 de hæc duo (oblatio videlicet panis Melchisedec in diebus Abrahæ, & Placetula tritici in vertice  
 sacerdotum, in diebus Messia) sic idem sunt, quomodo signum & res, figura & figuratum, umbra & veritas:  
 quoniam videlicet hæc præstat quod illa promittebat, exhibet hæc quod illa præsignabat. Mani-  
 festum itaq; sit, si nos Christiani hunc passim de sanctissimo Eucharistia sacramento exponamus, non  
 solum non sine convenientia, sed nec absq; Hebraeorum autoritate id facere. Alii autem quidam He-  
 braeorum, exponunt versus istum de temporibus Messia: sed intelligentia torquent ad felicitatem  
 temporalem (vt omnia pervertere, & ad carnem trahere solent iudæi carnales & excaecati) dicentes in  
 tempore Messia tantam fore multiplicationem atq; abundantiam tritici vltro germinantis, & sese  
 conficitis absq; hominum labore, etiam in summis montium, vt possint absq; labore inde homines  
 sumere plenis manibus, quantum velint. De qua re ab illorum Rabbis ita quodam loco scriptum inue-  
 nimus, Dixit Deus sanctus & benedictus. Faciam ego cœverti vos in mansuetudinē spiritus in mundo  
 isto. Et non erit tum Deus alienus. Quia non erunt in vobis filii hominum exercentes negotiationem  
 aliquam, vel vllam solitudinis occupationem, sicut dictum est Psalmo 73. Erit pissath bar in terra,  
 in capite montium. Erit pissath bar (inquit) quia frumenta producent in diebus Messia placentas,  
 sicut est plenitudo palma istius. i. tam magnas quam possit quis palma comprehendere. Sequitur,  
 Turgescent sicut libani fructus eius, quoniam frumenta se inuicem cōfricabunt, & dicent similes  
 suam in terram, & tu veniens accipies inde plenitudinem palmæ istius, quantum refectio tua opus ha-  
 bebis, vel quantum opus tibi erit pro refectioe tua. Verum cum ista ex fidei certitudine Christiani  
 omnes cognoscant vanissima esse, ac pluraquam ridicula, expectare scilicet tantam ac talem tempora-  
 lem felicitatem tempore Messia, nonne præstat vt de spirituali & vera felicitate temporum gratia  
 (quæ sunt tempora veri nostri Messia) exponamus: eatenus quidem Hebraeorum autoritate insequen-  
 tes, quatenus de Messia dicunt intelligi debere: quatenus verò ad venturam temporalem felicitatem  
 referunt, modo prædicto, nequaquam eos imitantes. Verba enim promissionum Dei per Prophetas  
 prænunciatarum, spiritus sunt & vita, neq; carnaliter debet sermo Dei (qui spiritus est) intelligi. Ad  
 prædictorum autem confirmationem facit non modicum, quod in Commentariis Iudeorum habet  
 super verbo illo Ecclesiastica. Quid est quod fuit: ipsum quod erit. vbi sic legitur, Rabbi Barachias  
 dixit in nomine Rabbi Isaac, Quæ admodum fuit redemptor primus, sic erit redemptor vltimus. Si  
 cut enim redemptor primus fecit descendere manna, ita redemptor vltimus erit placenta frumenti in  
 terra. Quibus verbis significatur, hoc ipsum in tempore gratia præstiturum in veritate Christi homi-  
 nem, quod ante nodum humanatus in deserto sub lege præstitit in typo, dando manna corporeum  
 nimirum quod sicut Deus nondum humanatus dedit manna corporale & figurale, sic idem homo  
 factus daret manna spirituale verum, fieretq; ipse in placenta frumenti, in sacrificio & sacramento  
 Eucharistia. sed & rabbi Ionathan referunt versiculum præsentem sic exposuisse, Videat qui habet  
 oculos, quod sicut dictum est, ipse est Messias de quo loquitur totus Psalmus. Cum ergo ait, Erit pla-  
 centa frumenti in terra in capite montium, vult dicere, quod placenta panis fiet sacrificium in capiti-  
 bus sacerdotum. Quid verò apertius possit pro nostra dici sententia? Targum quoque Chaldaica  
 translationis Ionathæ filii Vzielis sic exposuit, Erit sacrificium panis in terra, in capite montium. Tar-  
 gum verò Rabbi Akilas habet. Erit panis substantificus in terra, in capite montium. Quæ omnia bene  
 nostro proposito conveniunt. Postremò nec illud silentio prætereundum, quod Felix ex Iudæo no-  
 stris temporibus Christianus factus, monachus ex familia Eremitanorum diui Augustini, homo ma-  
 xima Hebraicæ literarum peritia, nec minori erga Christianam fidem pietate, fideliter annotavit  
 super versu proposito, ita scribens, Hoc tantum dixisse velim, quod non modicum nostræ confert fidei,  
 quoniam vbi nos posuimus in textu, Erit multiplicatio frumenti, quidam Hebraeorum exposuit  
 sic, Erit deprecatio & complacentia frumenti in terra. Vbi ostendit maximam sacramentum, quippe  
 frumento. i. sacrificio panis, quicunq; deprecaturus est Deum, vel Deo placere optaverit, panis sa-  
 crificio perficiet. Secundum quem sensum ideo cōplacentia erit frumenti huius in terra, quoniam  
 in hoc frumeto, in hoc pane, Deo patri (vt ipsemet testimonium de nube dedit) erit beneplacitum.  
 Compluribus ergo testimoniis abunde declarauimus, quomodo propositus locus omnino cōueni-  
 enter exponi possit de sanctissimo Eucharistia sacramento. Neque conueniens est, Christianum in  
 huius passus expositione vel ad temporalem Salomonis felicitatem recurrere cum Rabbi Salomone  
 perfido & iuratisimo Christianæ fidei hoste iudaisando (potissimum cum suprà, ratione & autoritate  
 monstratum sit, non posse Psalimum totum Salomoni aptari (vel ad Messiam adhuc venturi prosperita-  
 tem temporalem confugiendo, turpissimis vanissimisque fabulis delirare: quemadmodum suprà vanis-  
 simas horum fabulas & nugas ostendimus. Præstat Christianos Christi accipere mysteria, potissimum  
 cum & inimici nostri perhibeant veritati testimonium, etiam si nesciant ipsi quid loquantur. Nobis  
 enim loquuti sunt, vt intelligamus, ipsi non nisi per vmbra quamdam intelligentes quæ loquebatur

Matt. 3.

nobis. Nisi forte & illorum aliqui diuino meruerint radio illustrari, vt talia dicere. Neq; est quod  
 contra prædictam expositionem nobis quicquam obiiciat, veteres Christianorum doctores istam intel-  
 ligentiam nullam indicasse. Nam sic obiicientibus respondemus, non ita plene à primis illis patribus  
 exhausti potuisse omnia, vt posteris nihil facerent reliquum. Imò neq; in consummatione vsque  
 sæculi, exhausta erunt quæ in abyssis latent scripturæ oia. Ita enim dispensauit sua summa prouiden-  
 tia sapientissimus dominus, vt in cunctis generationibus profectum accipiat Ecclesia, & posteriores  
 continuo illuminationes nouas suscipiant in quibusdā quæ priores non aduerterant. Licet itaq; pri-  
 mi Christianorum doctores prædictam expositionem non posuerint, non ob hoc reiicienda debet iudi-  
 cari. Habet enim Ecclesia dogmata plura, temporum successu determinatione spiritualis luminis per-  
 uestigata, quæ præcorum libri vel omnino non continent, vel certè tractato admodum sobrio, aut  
 sub perplexa dubitatione. Fuerunt tamen annis multis Christianorum Magistri atque doctores non-  
 nulli, iisq; non incogniti nominis, siue eruditionem variam spectemus, siue vitæ sanctimoniam, qui  
 prædictam sententiam suis scriptis firmarunt. Inter quos est Nicolaus à Lyra, vir de sacris literis opti-  
 me meritus, & in antiquorum Hebraeorum scriptis non modicum versatus, neq; Hebraicæ literatura  
 ignarus. Deinde Paulus Burgenfis episcopus, & ex Hebraismo ad Christianismum conuersus, populo  
 Christiano egregius non aduena siue profelytus, sed domesticus & cōcuius, sancteq; fidei Christiana  
 fidelis alumnus: quem virum loco quodam eitans doctus ille Capnion, venerabilem magistrum ap-  
 pellat, sacrarumq; literarum sua sententia expositorum literatissimum, doctissimumque doctorem.  
 quæ sanè nomenclatura à tanto viro illi tributa non est parui reputanda. Post hunc est Iacobus Pa-  
 rezius, à valentia, Christianopolitanus episcopus, in Rabbiorum scriptis versatissimus, qui locum præ-  
 sentem iuxta prædictam sententiam admodum diligenter enarrat. Felix quoq; quem paulò ante com-  
 memorauimus, quam apertè eandem sententiam ponat nemo dubitat, cui non deest mens sana. Præter  
 hos omnes, doctor insignis Ioannes Beckius nostra ætate vir doctissimus, & de fide Christiana (quam  
 aduersus impiorum Hæreticorum dogmata acutissime simul & validissime defendit) optimè meritus,  
 libri primi de sacrificio Missæ cap. 6. locum præsentem magna diligentia pertractat, ex antiquorum  
 testimonis simul & ratione ostendens, in presenti Psalmo prophetiam haberi de sanctissimo isto fidei  
 Christiana sacramento. Neque prætereundus est Iacobus Faber Stapulensis, qui tam in expositione  
 continua (quam vocat) huius versus, quam in subiunctis annotationibus apertè hanc sententiam  
 ponit, multumq; commendat. Sed iam finem accipiat solito prolixior lingua peregrina, sed non my-  
 sterii peregrini, annotatio. Te verò, quisquis huic annotationi nostræ lector obtigeris, obtestor, ne  
 nostram prolixitatē indigne feras. Si enim pius es, & fidei orthodoxæ firmitate gloriaris, nec te vrit  
 siue affligit mysteriorum Christiana fidei cōmendatio, non te patitur aduersus laborem pium & fide-  
 le studium tua conscientia indignari. Sed iam ad eam quæ sequitur annotationem, absque fastidio  
 transi conuiua: forsitan & illic præparatum reperies dulce ferculum, quod tibi erit admodum sapi-  
 dum, si Iesum amas dulcissimum aeternumque patris filium. Versu 17. Ante solem permanet nomen  
 eius. Libet hoc loco annotationem Pauli hebraei Burgenfis Episcopi (cuius suprà honorificam men-  
 tionem fecimus) propriis ipsius verbis subscribere. Verba eius hæc sunt: In hoc loco vbi dicitur,  
 Permanet nomen eius, Hebraica veritas habet, ynon, quæ dictio non est eiusdem significationis cum  
 permanet, sed significat filiationem. Vnde Rabbi Aben hazra in sua glossa, in hoc loco sic dicit, Hæc  
 dictio ynon, est verbum passiuum, quod deriuatur ab hoc nomine nin, quod proprie significat filium  
 Et sic sensus est, quod ante solem filiaabitur nomen eius, ac si dicat, quod ab aeterno iste rex est filius.  
 Vnde ex isto loco, ex necessitate literæ Hebraicæ potest sumi efficax argumentum ad hoc quod in  
 Diuinis est dare filium, seu filiationem ab aeterno. Hæc Paulus. Idem quoque in scrutinio scriptura-  
 rum, distinctionis octauæ cap. 10. (vt citat Reuchlinus) nomen suprapositum nin affirmat signifi-  
 cationem, & præterea nullam habere significationem in scriptura sacra. Confirmat hæc doctissimus  
 Capnion ex autoritate Chaldegorum, Onkeli & Ionathæ, quibus plurimam fidem & autoritatem  
 tribuunt Hebraei, simul etiam adducens sententiam Rabbi David Kimhi, cuius in lib. de radicibus  
 hæc sunt verba: Et ab eo venit passiuum ynon, Psalmo 72. Ante solem permanet nomen eius, quod  
 secundum Abraham Aben ezra nobis ita licet exponere, Ante omne tempus filiaabitur Messias. Hæc  
 ille. Sensus ergo huius lectionis est, Ante omne tempus filiaabitur Messias, vt filius ab aeterno à  
 patre procedens. Filiari namq; est gigni, vt filius gignitur à patre. Vnde quidam vertunt, Filius no-  
 men eius. Atque ita hic locus recte consonat illi quod est in Psalmo 2. Dominus dixit ad me, filius  
 meus es tu, ego hodie genui te. Quod verò alii quidam transferre conantur, nepotabitur pro filiabi  
 tur, vt sit sensus, Nomen eius per nepotes deducetur quoad sol perseverabit, & celebre erit apud  
 posteros dicentes, nomen suprapositum nin (vnde verbum passiuum ynon deriuatum est) significare  
 nepotem, ac proinde verbum passiuum ab eo deductum debere idem valere quod nepotari, id non  
 approbant neq; Paulus episcopus Burgenfis, neq; Capnion, neq; Rabbi David Kimhi neq; (quorum  
 est grauisima apud Hebræos autoritas) Ionathas & Onkelus Chaldei. Videtur autem figuratum esse  
 Rabbi Salomonis, obstinatissimi Iudæi, cuius hoc fuit summum studium, ea quæ Christianos in sua  
 fidei commendationem cognouit a sumere, quanta potuit diligentia impie subuertere: id quod in  
 pluribus manifestissimum est, iis qui eius in scriptura sacra expositiones vel legerunt vel audierunt:  
 quemadmodum vel ex annotatione hac præcedente facile quibus potest aduertere, dum ea quæ à vete-  
 ribus Hebræorum de Messia exposita fuerunt in fauorē Christiana fidei, ab eo peruertuntur ad tem-  
 poralem regni Salomonis felicitatem. Quæ Christianorum perfidum hostem non absq; Christiana

na reipublica detrimento, quosdam Christianorum video nimium insequentēs. Et male metuo, ne res ista (quod Deus auertat) tandem & illis & reipublica Christiana male cedat. Non tamen negamus, posse hunc passum & aliter ex Hebræo interpretari. Nam beatus Hieronymus vertit, Ultra solem perseuerabit nomen eius. Felix similiter, Ante solem perseuerabit vel perpetuabit nomen eius: adiciens, vel filia bitur vel filia bit. Chalda. translatio, Ante esse solis preparatum fuit nomen eius. ¶ Versu 18. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ. Iudaizantes ac de Salomone exponētes, ita conantur hanc partem illi attribuere, quoniam omnes alteri voluerint benedicere, dicent, Faciat tibi dominus, sicut in diebus Salomonis. Verū istis, si Iudæi sunt, manifeste reclamāt Chal. paraph. quæ sic habet Et benedicetur in merito eius omnes populi, quod longe alium requirit sensum, nec de Salomone potest intelligi. Si verò Christiani sunt, Paulum Apostolum audiant, qui hanc benedictionem Abraham promissam, ac gentibus communicandam in semine suo (quod est Christus) late & apertissime explicat in Epistola quam Galatis scripsit. Quod post finem Psalmi adicitur, Defecerunt laudes David filii Iesse, non ut initium vel titulus Psalmi sequentis accipi debet, sed ad præcedentem adiungi, sicq; exponi, ut supra in annotationibus principalibus intelligendum diximus. Est autem & hoc aduertendum, ex hoc loco argumentū sumi posse, quo monstrantur Psalmi etiam illi quibus aliena præmittuntur nomina, ipsius esse Davidis: quemadmodum huic Psalmo præmittitur Salomoni, iuxta Hebræos: & tamen verba hæc testantur satis euidenter, Psalmū istum à David esse compositum, quod etiam astruit Hieronymus & probatissimi Hebræorū. Vnde fieri potest, ut & in aliis Psalmis, etiam ubi alterius nomen præmittitur, David tamen fuisse author credatur. Verum hac de re disputare non est præsentis loci. Hoc tantum propter loci opportunitatē, obiter indicasse sufficiat.

Galat. 3.

IN PSALMVM LXXII.

Versu 1. Quam bonus Israel Deus. Ex Hebræo, Attamen bonus est Deus, quomodo vertit Hieronymus, ubi ex ipsa hac prima aduersante particula significatur, Prophetā post multas cogitationes in hunc Psalmū prorupisse, ut ipso statim Psalmi huius initio cogitationibus murmuratoriis & argumentationibus quæ post exprimentur, respondeat aduersus illas inmobilem & firmam conclusionem constituens, in vehemēti assertionē, dicens, Attamen bonus est Deus. Alii, Certe, profecto, utiq; bonus est Deus. ¶ Versu 4. Quia non est respectus mortis eorum. Vertit quidem iuxta sententiā nostræ lectionis Hieronymus aliquanto clarius, Quod non recogitauerint de morte sua. Alii verò sic vertunt, Quoniam nō sunt ligamina in morte eorum, vel non sunt colligationes mortis eorū. quod tamen in eandem pene sententiā cum vulgata lectione potest exponi. non vrgentur ad mortem, non accelerat ad eos mors, sed fugit ab eis, permittens eos in longam ætatē vivere. G quemadmodū peruersissimos multos videmus à Deo in longam ætatē tolerari. Pro eo autē quod sequitur, Et firmamētum in plaga eorum. Hieronymus vertit, Et firma sunt vestibula eorum, quod intelligitur de solida & stabili prosperitate domus illorū. quasi dicat, In domibus illorū nunc cuncta prospera atq; stabilia, in successu bono & prospero. Felix autem habet, quippe fortis, robustus, supple est ipse impius: propter quod, mortem nō recogitat, quasi victurus perpetuo. ¶ Versu 6. Ideo tenuit eos superbia, operi sunt iniquitate & impletate sua. Hierony. Ideo nutriti sunt ad superbiā, circumdederunt iniquitatē sibi. Per hoc enim quod cum hominibus nec labores nec flagella sustinent impii (ut habet versus præcedens) quasi fouentur & nutriuntur ad superbiā, & aggregant impietatem sibi quasi vestimentum. Felix sic vertit, Propterea oneravit eos superbia, vel circumdedit siue circumcinxit ut torques, inuoluet natos iniquitas ipsorū, vel operiet ipsis fundamentū iniquitas. hoc est, violētia sua vestient & ornabunt veredas partes corporis. Per quod significatur, impios præ nimia malitia totam suam carnē turpissime cōmaculatos. Aut secundum prouerbialē loquendi consuetudinē dictum hoc in contemptū accipiatur, quomodo dicere solemus, hic omne patrimonium impendit in nates suas, de eo qui omnia in carnis nimium cultū insumit. Ita isti de iis quæ per violentiam rapiunt, non aliud quā suam carnem curant & ornant. Quem sensum Chal. translatio videtur innuere, cum ait, Coronā imponent capiti suo de rapina sua. ¶ Versu 7. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorū. Ex Hebræo, Egressus est præ pinguedine oculus eorum (quo significatur nimia corporis cura) transgressi sunt cogitationes vel affectiones cordis. i. plus acquisierunt quā cogitabant vel desiderabant. i. abundantissime omnia. ¶ Versu 10. Propterea conuertetur populus meus hic. Partem istam ita ex Hebræo vertit Hieronymus, ut habet nostra lectio. Felix autem diuerso modo vertit, Conuertetur populus meus concussus. hoc est, motus tentatione prædicta. Vel sic, Propterea faciet cōuertere populū suum huc & illuc, subaudi Deus. i. cum viderint iusti malos in prosperitate, vacillabunt atq; nutabunt, quasi dubitantes, & apud sese deliberātes, num viam Dei velint proficere in qua ambulare cœperunt, an iter arripere impiorū, quemadmodū in Elucidatione exposuimus. Secundam autē partem, Et dies pleni inuenientur in eis: varie transferūt. Beatus Hierony. ad hunc modū, Et quis plenus inuenietur in eis? Quod potest referri ad considerationem bonorū, super prosperitate impiorū. Tametsi enim prima facie mirum in modū prosperari & abundare videantur: si quis tamen piorū tentatione prædicta æmulationis malæ vexatus sese conuertat ad presens rem contuendā, videbit profecto, neminem impiorū esse, cui sua prosperitas per omnia sufficiat, nō illos tā plenos felicitate cōperient, quā prima facie existimāt. Quod enim plura habēt, eo sibi plura deesse existimāt, id quod p̄ fas & nefas perpetuo cōaceruātes euidenter demōstrāt.

A ¶ Versu 14. Et castigatio mea in matutinis. Quidam in matutinis vel in matutino intelligunt, à pueritia, ab ætate prima. Alii propterea dictum putant, quia singuli pene exortus solis aliquam noxam solent adferre molestiam. Succedit enim molestia molestia, & piis noua quotidie accedit vexatio. Nos in Elucidatione & in annotationibus principalibus, quod nobis videbatur vero similis, explanauimus. ¶ Versu 18. Veruntamen propter dolos posuisti eis, deiecisti eos dum alleuarentur. Hieronymus, Veruntamen in lubrico posuisti eos, deiecisti eos ad interitum. Qua lectione significatur prosperitatem qua florere videntur impii, stabilitatem nō habere, neq; soliditatem, sed breui illos collapsuros de statu eiusmodi. Qui enim in lubrico consistit, in sua statione neq; fixus, neque stabilis est, sed casui proximus, ubi vllum fuerit passus impulsus, mox collapsurus in terram. ¶ Versu 20. Velut somnum surgentium, domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Aduertendum est diligenter quod hoc loco habet Chal. paraph. de corporum refuscitatione euidentis testimonium. Sic enim habet, Sic somnū hominis ebrii euigilantis, Deus in die iudicii magni surgere eos faciet à domo sepulchri, & fremens imaginem eorum spernet. Sensus difficultatem non habet. ¶ Versu 26. Perdidisti omnes qui fornicātur abs te. Chald. translatio pulchre explicat, quid sit fornicari à Deo. Sic enim habet, Perdidisti omnem apostatantem à timore tuo. In versu autem ultimo non habent Hebræa finem illum Psalmi, in portis filia Sion: sed tantum, Ut annunciem omnes prædicationes tuas, vel (ut Hieronymus vertit) omnes annunciationes tuas, quod intelligi potest de operibus Dei annunciatione siue laude dignis, vel de omnibus quæ Deus voluerit annunciat, vel ad quæ annuncianda miserit. Vnde Felix sub disunctione vertit, Ut enarrē omnes missiones vel operationes tuas. Chald. autem paraph. habet, Ut enarrem iustis omnibus præcepta missionum tuarum, vel etiam præcepta Apostolorum tuorum.

IN PSALMVM LXXIII.

Versu 3. Leua manus tuas in superbias eorū in finem. Felix, Exalta persecutiones vel cōcussiones tuas, ad ruinas in æternum. Quod sic interpretatur, Exalta manū tuam, ut maiorem inferat persecutionem, ut ruant in æternū, hostes scilicet & persecutores sanctorū. Consentit huic quod habet Paraph. Chal. Leua conculcationes tuas ad humiliandas nationes imperpetuum. Beatus autem Hieronymus habet, Sublimitas pedum tuorum dissipata est vsq; ad finem. Quod intelligi potest de gloria sanctorum & fidelium conculcata & depressa vsque ad infimum. ¶ Versu 10. Et nos non cognosceret amplius: Hieronymus, Et non est nobiscum qui sciat vsquequo. hoc est, non habemus Prophetam aliquem nobiscum, qui à te edoctus de futuris dicere nobis possit, quā diu hæc calamitas atq; miseria in qua nunc viuimus permanura sit super nos, aut quando ab ea sumus liberandi. ¶ Versu 12. Ut quid auertis manū tuam, & dexteram tuā de medio sinu tuo in finem? Hieronymus, Quare conuertis manum, & dexterā tuam, in medio sinu tuo consumens? Quod intelligendum videtur secundum id quod vulgo dicere solemus, id quod in vsu non extenditur, corumpi atque consumi præ vsu defectu. Et marcescere dicimus hominem ignauiā, qui non in aliqua honesta operatione sese excitat. Ita Deum alloquens Propheta interrogat, quare manum cōuertat in sinum, ut ibi marcescat & consumatur velut otiosa: & quare nō magis eam exerat atq; extendat in vltionem inimicorum, ad glorificationem sui nominis? ¶ Versu 14. Tu cōfirmasti in virtute tua mare. Ex Hebræo Hieronymus ac Felix vertunt, Dissipasti, pro cōfirmasti. Verum sententiā in idem reuertitur. Nam cum faceret Deus mare rubrum populo Israelitico peruium, cōfirmavit illud, quia latus maris vtrunq; solidum fecit, ut fluere nō posset, donec illi transissent quos ipse transire voluit. Dissipauit autem, quia magna potētia diuisit, ita ut siccaretur profundū eius, & illi transiret. ¶ Versu 17. Tu fabricatus es auroram & solem. In Hebræo habetur, Tu ordinasti luminare vel luminaria, & solem. Per quod significatur, Deum omnium luminarium & magnorū & paruorum esse principium. Specialiter verò solem nominat, ob excellentiam luminaris potentissimi: quem etiam ob sui luminis maiestatem & virtutis eminentiam, Sapiens nominat vas admirabile, opus excelsum. ¶ Versu 21. Repleti sunt qui obscurati sunt terræ, domibus iniquitatū. Hieronymus, Repletae sunt tenebris terræ, habitationes iniqua subruta. hoc est, terra repletae sunt tenebris, totus mundus, omnes gentes sunt plenæ tenebris ignorantia: & habitationes iniqua, synagoga Satanae subuerfa sunt impii erroribus & doctrinis demoniorum. Alii sic vertunt, Repleuerunt obscuritates terræ habitationes iniquitatis, quod eandem fere habet sententiā. Chal. autem translatio sic habet, Respice ad pactum quod pepigisti patribus nostris, quoniam consummati sunt filii eorum: obscuritas autem dispersa est super terram, & dolus & rapina.

IN PSALMVM LXXIIII.

Versu 1. & 2. Et inuocabimus nomen tuū, Narrabimus mirabilia tua. Hierony. versus prioris finem cum principio sequentis coniungens, ita vertit, Et iuxta nomen tuum narrabunt mirabilia tua, ac deinde subiungit versus incipiens nouum, Cum accepero tempus, ego recta iudicabo. Sensus autē lectionis illius facilis est, Prædicabunt mirabilia opera tua iuxta nomen tuū, Psal. 47. iuxta magnificentiam & gloriā nominis tui, quod in alio Psalmo dicitur, Sicut nomen tuum, ita & laus tua in fines terræ. Felix autem vertit, Et propinquum nomen tuū: ac deinde diuisum, Narrabunt mirabilia tua. Est autē nomen Dei propinquū contentibus & inuocantibus, quoniam (ut in alio loco dicitur) prope est dominus omnibus inuocantibus eum in veritate, & iuxta est dominus iis qui tribulato sunt corde. ¶ Versu 2. Cum accepero tempus, ego iustitias indicabo. Felix vertit, Cum accepero solennitatē. quod exponit tempus scilicet in quo cōgregantur homines ad solennitatē.



Matt. 25. Quod intelligitur de tempore illo iudicii, quando apparebit Christus cum maxima gloria in milibus angelorum & electorum suorum, in gloria patris sui in nubibus, ita ut videatur eum admirabilem omnino oculis: ad quam sane solennitatem omnes omnino homines, qui ab initio fuerunt vsq; ad eos qui in nouissimo temporis momento inueniendi sunt, necesse erit conuenire, ut prorsus tot milium nemo abesse possit, oim eorum qui vitam rationalem vnquam fuerunt participes. Quia solennitate quae maior possit contingere? Alii exponunt, Cum acceperit certum vel tempus congregandi meos subditos. Et hoc predicto sensui optime congruit. Alii, Cum acceperit tempus definitum ad celebranda mea comitiaria iudicia (quomodo habet reges & principes saeculi definita tempora celebrandis comitiis & exereendis generalibus iudiciis deputata) tum ego iudicabo, non ut pleriq; principum saeculi iniquitate, sed iustitiam & aequitate. Et hoc iterum optime ad predictum sensum quadrat, Beatus autem Hieronymus, simpliciter tempus vertit. ¶ Versu 4. Dixi iniquis, nolite inique agere. In Hebraeo nomen iniquis & verbum inique agere ab vna radice sunt halal, quod significat insanire, vel inique egit. Vnde Beatus Hieronymus, praesentem locum vertit fere iuxta id quod habet vulgata lectio, Dixi inique agentibus, nolite inique agere. Alii vero transferunt, Dixi stolidis, nolite stolide agere. Felix, Dixi insipientibus, nolite insanire. Alii, Dixi insipientibus vel insanis, nolite insanire. Omnia autem haec in eundem sensum recidunt. Manifestum est enim oes impios stultos esse, stolidos & insipientes: omnes autem stultos (iuxta Ciceronis paradoxum) consequens est insanire. ¶ Versu 5. Nolite extollere in altum cornu vestrum, nolite loqui aduersus Deum iniquitate. In Hebraeo sic legitur, Nolite extollere in altum cornu vestrum, loquentes in ceruice veteri. Quod sic intelligitur, Nolite loqui contra Deum, iuxta veterem & antiquam superbiam sine pertinacia & rebellionem. Per ceruicem enim elatio & pertinacia designatur. Vnde vetus ceruix est, vetus & antiqua superbia. Est ergo sensus, Nolite loqui superba & blasphema ut olim: nolite loqui in veteri superbia, contra Deum. Huic etiam facile aptatur quod vertit Felix, Ne loquamini cum ceruice elatum. i. ne loquamini sermonem elatum in superbia & pertinacia. vel, Ne loquamini superbum vetus. i. iuxta veterem superbiam, sed humiliter discite loqui, & penitentiam agere de praeterita superbia & ceruice veteri. Nec dissonat quod habet Para. Chal. Ne extollatis in excelsum gloriam vestram, vel cornu vestrum, vos loquentes in fortitudine vel contentione & in opprobrio. Qui enim sic loquuntur, ceruice eos non carere dicimus. Contentio insuper quod vertit quidam, Ne loquamini collo duro, vel ne loquamini praefraete & pertinaciter. Potest vero admodum apte verus ista ceruix Iudaico populo applicari. De horum enim veteri ceruice Moysi loquens testatur dominus, quod dura, rebellis & inobediens fuerit. Video (inquit) quoniam populus iste durus ceruicis est. Hos ergo monet, ne iuxta veterem suam pertinaciam & incredulitatem, pergant murmurare aut tetare dominum: quemadmodum in alio Psalmo dicitur, Hodie si voce eius auerteris, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres vestri. ¶ Versu 7. Calix in manu domini vini meri plenus mixto. Hier. Calix in manu domini, vino meraco. i. fortissimo & durissimo ad potandum vsq; ad plenum mixtum. In Hebraeo autem pro vino meraco ponitur vinum chamar, quod iuxta quosdam significat vinum merum. i. excellentissimum & fortissimum, quemadmodum etiam habetur Deut. 32. Ut sanguinem vna biberet meracissimum. Et Elia. 27. In die illa vinea meri. Rabbi Dauid Kimbi intelligit vinum rubrum, putans ita dictum, quod rubrum in terra Israel praestantius sit, ut sic per translationem intelligeretur vis & efficacia diuinae vltionis. Alii autem malunt vertere vinum lutosum & turbidum, maxime quod de fecibus mox subiciatur. Alii, vinum effervescentis, ad significandum feruorem indignationis Dei. Felix habet, Calix in manu domini, & vino rubefactus est, plenus est mixtione. Omnia non aliud quam fortitudinem irae Dei designant. ¶ Versu 8. Et inclinabit ex hoc in hoc. Verum tamen fecerit eius non est exinanita, bibent oes peccatores terrae. Hier. Et propinabit ex eo (calice) Veruntamen feces eius epotabunt bibentes oes impii terrae. Felix, Et reddidare fecit ex hoc, vel, & distillare fecit vndique (quoniam scilicet abundanter ad plurimos deriuata est ex hoc calice vltio Dei) quippe feces eius sugent, bibent oes impii. Chal. trall. Feces autem & spuma sugent, & epotabunt omnes impii terrae. Quae omnia in eundem sensum coincidunt, ut pote designata amaritudinem vltionis Dei. ¶ Versu vlt. Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti. Pulchre hunc versum exponit Para. Chal. habens in hunc modum, Et omnem fortitudinem celsitudinis impiorum confringam, euellam eos a fortitudine eorum, & exaltabuntur fortitudines excelsae iustorum.

IN PSALMVM LXXV.

Versu 3. Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum. Hieronymus. Ibi confringet volatilia arcus, scutum & gladium & bellum, vertitque ad eundem modum & Felix. Intelligunt autem per volatilia arcus, non aliud quam sagittas, quae ex arcu velut euolant, dum iaciuntur in petu, & magna celeritate eiaculantur. ¶ Versu 4. Illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis. Hieronymus. Lumen tu es magnifice a montibus captiuitatis. Potest autem hoc secundum eundem sensum exponi, quem supra in elucidatione atque annexis annotationibus assignauimus lectioni vulgatae, videlicet de sanctis Apostolis, qui recte captiuitatis motes dici possunt, vel quoniam captiuo generi humano destinati, ad illuminandos eos qui in tenebris & in umbra mortis captiuo tenebantur sub mortis imperio: vel quoniam & ipsi de filiis erant captiuitatis huius, per quos Deus lumine suo libertatem nobis magnifice voluit concedere. Neque enim angelos misit ad illuminationem mundi in tempore gratiae, qui visibiliter mundum illuminarent: sed fragiles & viles homines filios captiuitatis, ut tanto magnificetior esset victoria de principe tenebrarum, tenebris mundo fugatis. Posset etiam praepositio, accipi, ut significet comparisonem & excellentiam, sicque sensus erit, Lumen tu es magnifice praemontibus captiuitatis, vel plusquam montes captiuitatis. Atque ita per motes captiuitatis intelligi poterunt, omnes praeminentes scientia & sapientia huius saeculi. Hi enim propter sublimitatem suae scientiae atque sapientiae

tes montes sunt, sed montes sunt captiuitatis: neque comparari valent secundum luminis sui claritatem vnicuique illi moti aeternitatis Christo domino, cuius sapientiae collatus omnis humanae sapientiae factus non nisi obscuritatis est & mere tenebrae. Vtrique autem expositioni recte consonat quod mox subditur in versione Hieronymi, Spoliati sunt superbi corde. Christi enim lumine mundo coruscante, omnis sapientia mundi obscurata est, iuxta illud prophetae, Perda sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo. ¶ Versu 5. Nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Hieronymus, Non inuenerunt omnes viri exercitus manus suas. Et pro eo quod post sequitur, Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt qui ascenderunt equos: sic vertit, Ab increpatione tua Deus Iacob sopitus est currus & equus. Est autem haec sententia, Aduersarii veritatis, & euangelii persecutores, tua diuina virtute impediti, non potuerunt quicquam efficere manibus suis. Hoc enim est non inuenire manus, nihil manibus posse efficere, manus non inuenite potentes ad perficiendum cordis desiderium: Ab increpatione insuper & imperio diuinae iustionis, nihil potuerunt in curribus & equis suis, factique sunt absque virtute equi & currus, & nihil potuerunt efficere. Consentiant versione Hieronymi iam explanatae ceteri ex Hebraeo interpretes. ¶ Versu 10. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiae cogitationis diuinae festum agent tibi. Hieronymus, Quia ira hominis confitebitur tibi, reliquiae irae accingeris. Quod non ita est intelligendum, quasi ipsa hominis indignatio per se laudem adferat Deo sed quod per occasionem ira malorum veritati resistentium, & fidelis populi totis viribus impugnantium (de quibus in prioribus versibus mentio facta est) Dei potentiam reddat celebrem, & faciat gloriosam: quemadmodum Paulus apostolus ap. 9. epistole ad Romanos, de vasis irae dicit, quod in multa patientia sustineantur a Deo, apta in interitum, ut nota faciat in eis potentiam & iram suam. Reliquiae autem suae residuo irae impiorum accingitur Deus, quando propter reatum impietatis illorum, contra veritatem insanientium ad vltionem condignam separat. Alii vero aliis modis & vertunt & interpretantur. Nobis impraesentiarum sufficit Hieronymi versionem explanasse. Ad predictum autem sensum posset utique etiam vulgata nostra lectio reduci, si cogitationem intelligamus malam machinationem hominum impiorum contra Deum & populum eius ac veritatem, astate impietateque cogitantium. ¶ Versu vltimo, Terribili & ei qui auferit spiritum principum. In Hebraeo verbum ponitur batzar, quod significat vindicare. Dicitur enim Deus vindicare spiritus principum: quoniam sicut homines racemos vindemiantes colligunt, hinc & illinc legendo, absque vlla laboris molestia: ita Deus quos vult nulla difficultate in morte colligit, & de vita auferens, quasi de vite botros decerpit, De qua vindemiatione in Apocalypsi, angelorum voce ad dominum habentem in manu falcem acutam, clamatur, Mitte falcem tuam acutam in terram, & vindemia botros vineae terrae, quoniam mutatae sunt vinee eius.

IN PSALMVM LXXVI.

Versu 2. Manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus. Hieronymus sic habet, Manus mea nocte extenditur, & non quiescit: id est, non cesso etiam per noctem te deprecari. Quo significatur infatigabilis & assidua viri iusti oratio. Felix autem sic vertit, Vultus meus per noctem defluxit, & non resedit vel cessauit. In quo proponit tribulatus suam afflictionem, comparatque eam plagae aut vulneri continuo sanie stillanti per diem & noctem. ¶ Versu 3. Memor fui Dei, & delectatus sum. Hieronymus, Recordans Dei, conturbabar. Quod intelligi potest ob peccatorum recordationem. Quoties enim in afflictione positi Dei habemus memoriam, merito conturbari nos conuenit propter nostra peccata quibus Deum offendimus, & tribulationes multo maiores promeriti sumus. Felix, Memor ero Dei, & vociferabor. In eo autem quod sequitur, Defecit spiritus meus: verbum Hebraicum quod ponitur pro defecit, significat summam commotionem & exagitationem, velut cum quis anxietate obuoluitur, & totus operitur angustia. Vnde Felix vertit, Anxietate inuoluetur, vel operietur spiritus meus: alii, torquetur, vel extasim patietur spiritus meus. Beatus autem Hieronymus nobiscum habet, Defecit spiritus meus. ¶ Versu 4. Anticipauerunt vigilias oculi mei. Hieronymus, Prohibebam suspectionem oculorum meorum: id est, non audebam lenare ad te oculos meos, vel ad te suspicere oculos. Felix, Tenuisti palpebras vel custodisti oculos meorum: hoc est, non permisisti oculos meos deficere, aut somno claudi, sed vigilas eos custodisti in oratione & meditatione. Pro eo autem quod sequitur, turbatus sum, Hieronymus reddidit, stupebam: Felix, contractus sum, quod exponit, deliquimus animi passus sum. ¶ Versu 6. Et scopebam spiritum meum. Beatus quidem Hieronymus non aliud vertit quam habet lectio vulgata. Felix tamen conuersam ponit sententiam, dicens, Perscrutabitur sese spiritus meus. Quod si ad ipsummet spiritum referatur, ut sit sensus, Perscrutabitur sese spiritus meus, sensus coincidit cum iis quae dicta sunt in principalibus annotationibus de spiritu scopendo, fodiendo, ventilando, vexando, atque emundando. Si vero ad Dei iudicia, quomodo alii exponunt, sensus habetur diuersus, cui magis fauet quod habet paraphr. Chal dai. Inuestigabit mirabilia scientiae cordis mei. ¶ Versu septimo, Ant non apponet ut complacitor sit adhuc: Clarius ex Hebraeo sic vertit Hieronymus, Aut non repropiciabitur vltra: Felix, Et non addet ut bonae voluntatis sit vltra: hoc est, non vltra benevolentiam suam exhibebit. ¶ Versu decimo, Et dixi, nunc ceppi, haec mutatio dexterae excelsi. Hieronymus, Et dixi, imbecillitas mea est, haec commutatio dexterae excelsi. Cuius lectionis sensus est, Non est aliud quam infirmitas nimium es infirma & pusillanimitas, & anima mea, non satis fidis, neque satis fixam & fortem te monstras in domino Deo tuo, dum ita querularis, tales enim mutationes sunt dexterae excelsi. Dei excelsi dextera est, quae potest



- Psal. 4.** mutare pro suo placito voluerit, & in illo oportet habere fiduciā, in illo corroborari, in quo poteris omnia. Est enim ex infirmitate & pusillanimitate ac defectu fiducia in Deo, quod plerique adeo sunt perplexi, vel nimium anxii, vel pro præteritis quæ cogitant malis, vel de præsentibus quæ perferunt, vel de futuris quæ metuunt. Oportet enim attendere, quod omnis bona commutatio ad potentiam altissimi spectat, & quod in illo fidetes omnia possint. In ipso enim sanctus Iob sperabat post tenebras lucem, Felix verò pro imbecillitate, vertit expectationē, hoc modo, Et dixi, expectatio mea est, mutationes dextere excelsi. Cuius sensus est, Dixi in corde meo, meū est expectare & præstolari dominum (in silentio enim & spe iuxta prophetam, erit nostra fortitudo) quoniam mutationes sunt in manu Dei, potens est altissimus commutationem facere cum voluerit: & qui nunc affligor, si patienter expectaui, potens est Deus efficere, ut pro afflictione recipiam consolationē. Cætera satis consentiunt.

**V**ersu 16. Statuit aquas quasi in vtre, Hieronymus, Stare fecit aquas quasi aceruum. Eadem est cum vulgata lectione sententia. Item & in eo quod versu priori, pro capo Taneos, vertit, regionē Taneos. Et versu 18. quod nos habemus, Adaquavit eos velut in abyssu multa: ipse clarior reddidit, Potum dedit quasi de abyssi magnis. Nā adaquare positum est pro potū dare, sumpta similitudine ex gregibus pecorum, quæ dicuntur adaquari. ¶ Versu 20. Panē angelorum manducavit homo. In Hebræo habetur, panē albirim, quod beatus Hieronymus & alii plures vertunt, panem fortium vel robustorum: quia scilicet tali pane fortes & robusti reddebantur. Nō enim minus quam panis terrenus, verū amplius etiam confirmabat corda sumentium. Aut forte propter significationem panis vivi illius, tēpore gratiæ mundo descensuri desuper (cuius nō dubiū est manna corporeū fuisse figuram) panis robustorū aut fortium dictus intelligatur: quoniam is cuius typum gerebat, panis viuus de celo mittendus cōfortaturus erat corda sumentium in vitā æternam: iuxta quod apud Ioannem Saluator testatur, dicens, Qui manducat hunc panē, vivet in æternum. Et qui manducat me, & ipse vivet propter me. Alii verò dicunt significari nubes, vertuntq; panē nubium, eo quod desuper descendebat de loco nubium. Alii angelorum, rationibus quas in Elucidatione atq; prioribus annotationibus assignavimus. Felix in sua versione prædicta omnia complectitur, dicens, Panē robustorum vel regum, vel angelorum, vel nubium comedit vir. In secunda autem parte cum dicitur, Cibaria misit eis in abundantia. Græce est *ἐπιπλοῦς*, numeri singularis: pro quo psalterium Romanū habet frumentationem, quod intelligi debet provisionem vel comēatū frumenti: id est panis. Nam frumentationem intelligi oportet, panis provisionē. Possētq; apte sic verti per numerum singularem, Comēatum misit eis in abundantia. Cui etiam consonat quod ex Hebræo vertit Felix, Cibum viaticum misit eis ad saturitatem. Cibum enim viaticum, comēatus est, & contrario. Hieronymus verò nobiscū cibaria vertit. Neq; est in his vlla sensus diveritas. ¶ Versu 30. Transiit Austrum de celo. Pro Austro, in Hebræo ponitur Kadim, quod significat ventos Orientales, à Kedem, quod Orientalem. Diversam tamen assignat huius versus sententiā. Nam Hieronymus sic habet, Abstulit Eurus de celis, & induxit in fortitudine sua Aphricū: qua lectione manifeste significatur venti Orientalis qui flauerat ablatio, prohibitio atq; cessatio, ac pro eo exultatio venti alterius, nēpe Aphrici. Atq; huic sententiæ consentit quod vertunt alii, vertit Eurus in calis, & induxit Aphricum. Dicitur enim vertivētus, quando mutatur. Alii verò sic putant vertendū. Suscitavit, vel progredi fecit, aut surgere fecit Eurus in celis: iuxta quē sensum habet psalterium Romanū, Excitavit Austrum de celo. Et huic sententiæ posset etiam vulgata litera Gallicani psalterii facile applicari, intelligendo, transiit de celo, fecit flare & exurgere desuper. Verum non videtur hæc sententia satis cum sequenti consonare, quoniam ibi de alterius venti introductione fit mētio. Sed & in Græco *ἐπιπλοῦς* ponitur, quod significat abstulit, non excitavit, vel progredi fecit. ¶ Versu 35. Et lectos Israel impediuit. Ex Hebræo vertit Hieronymus, Et electos Israel incuravit: alii, humiliavit: hoc est, per mortem interfecit. Aut etiā eos qui residi fuerant ad humilitatē & penitentiam convertit, & electos etiam ac nobiles ad mansuetudinem & timorem convertit. Possēt insuper ex Græco (quod habet *ἀποπέδησεν*) verti compedit, quasi pedes stringendo & prohibendo, ne in promissionis terram possent ascendere, per mortis scilicet interfecionem. Significatur autē hoc versu, quod non secundum personarum acceptionē Deus exercebat iudiciū, faciens primos esse in pœna qui auctores ac primi fuerant in culpa. Verisimile enim est, pingues, electos, & deliciores (ut pote magis a suctos diuersorū ferculorū omnigenis deliciis) murmurationis fuisse præcipuos auctores, eosq; ad se promiscuum vulgus in murmuratōnem attraxisse. ¶ Versu 37. Et defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione. Ex Hebræo si verendum, Consumpti in vanitate dies eorum & anni eorum. Ipse scilicet dominus, propter vanitatem, & infidelitatem consumpsit dies eorum & annos celeriter, quia intra annos quadraginta totum illum exercitum murmurantium pro introitu terræ promissionis, prostravit in deserto, solis lousue & Caldes servatis ad ingressum terræ. Felix autem pro eo quod habemus cum festinatione, vertit, in horrore. Et quidē valde horrendum fuit, tantum exercitum ita brevi tempore prosterni omnes in deserto, ut iuxta verbum domini, nec vnus præter duos illos ingrederetur in terram promissam. Hieronymus tamen secundum sententiā nostræ lectionis vertit, velociter. ¶ Versu 40. Et dilexerunt eū in ore suo. In Hebræo est, lactauerunt, ut vertit Hieronymus: vel adulati sunt ei, ut Felix: siue

**A** persuaserunt illi eum ore ipsorum, id est, ore simulabant & blandiebantur, promittentes mirabilia, cum non rectum esset cor eorum. ¶ Versu 42. Ipse autem est misericors, &c. Ante hunc versum Hebræorum libri diuisionem faciunt, interponuntque dictionē significantem hic esse totius libri psal-morum dimidium. Computarunt enim (nescio diligentia nimia, an superstitione dicam) versus omnes totius libri psal-morum, ac iuxta suam computationem dimidium hic esse inuenerunt: cuius tamen neque Hieronymus neque Felix in suis versibus vllam faciunt mentionem, neque talem possunt diuisionem. ¶ Versu 46. Et sanctum Israel exacerbauerunt. Hieronymus habet concitauerunt. Felix verò, Sanctum Israel circumscriperunt, quod exponit dicens: id est, potentiam eius limitauerunt, vel signauerunt, tentando scilicet & diffidendo de eius omnipotentia, ut cum versibus prioribus dicerent, Quia percussit petram, & fluxerunt aquæ. Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam in deserto? ¶ Versu 49. Et conuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum ne biberent. Vbi nos imbres habemus, Psalterium Romanum habet, aquas pluuiales, quæ in idem redeunt: quoniam imbrem nos per aquas stagnales & pluuiales debemus exponere. Verū huic lectioni videtur non admodū facere quod dicunt, in Aegypto aut vix, aut modicissime fieri pluuia, terram autem Nili inundatione (quæ illi pluuie vice est) irrigari, propter quod, non apparet satis verisimile fuisse ibi aquarum pluuialium congregationes. Hanc autem difficultatem Hebræa lectio non habet, quæ pro imbribus habet riuos, quemadmodum Hieronymus & ceteri omnes ex Hebræo verterunt. Aegyp-tus nanque (ut Strabo refert libro decimo quarto) fossis Nili riuos excipientibus vndique intersecta est, ut vbiq; sit navigabilis. Omnes autē istos fluuios & riuos, maiores pariter & minores, cōuertit Deus in sanguinem. Erit autem omnis difficultas à vulgata lectione ablata, si dicamus, improprie imbres poni pro partibus aquarum congregationibus. Nam parui riuuli, comparatione ad Nili magnitudinem non nisi imbres computantur. ¶ Versu 51. Et dedit ærugini fructus eorum. Nicolaus Perottus in commentariis linguæ Latine (quos Cornuopie appellauit) dicit pro ærugine hoc loco poni debere rubiginem. Hanc enim dicit in segetibus inueniri, non autem æruginem. Poni autem inter duo hæc differentiam, quod rubigo sit quæ in metallis situ contrahitur, arida & rubra, paulatim absumens metallum, qualem videmus videmus in ferro; atque hanc Græcis dicit à calore rubeo *ῥοιβή* appellari, quæ dicitio in Græco præsentia in loco habetur. A æruginem verò dicit esse eam quæ in metallis contrahitur ex humore non rubea & sicca, sed humida & viridi. Dicit autem corruptionem quæ segetes occupat, appellari rubiginem, quod sicut illa ferrum atque alia metalla consumit, sic ista segetes exurit vel consumit. Vnde & Robigus Deus dictus fuit, cui fiebat sacrificium ne rubigo segetes occuparet: & Robigalia huiusmodi sacrificia fuerunt appellata. Sunt tamen qui inter prædicta non ponant differentiam, idem intelligentes rubiginem & æruginem. In Hebræo autē nec ærugo habetur nec rubigo, sed brucus, quomodo beatus Hieronymus vertit, Dedit bruceo germen eorum; ¶ Versu 57. Et perduxit eos tanquam gregem in deserto. Hieronymus, Minuit eos tanquam gregem in deserto: hoc est, per desertum, quod pulchre curam Dei erga populum suum, secundum pastoris similitudinem explicat. ¶ Versu 59. Et deduxit eos in montem sanctificationis. In Hebræo habetur, Adduxit eos ad terminum sanctificationis suæ, vel ad terminos sanctificationis aut sanctitatis suæ. Nec tamen secundum rem differ à priore lectione sententia. ¶ Versu 69. Virgines eorum non sunt lamentatæ. Quoniam non est Latinis vītatum, ut verbum Lamentari in pœna accipiant significatione, beatus Hieronymus per actiuum fecit eloquationem, hoc modo, Virgines eorum nemo luxit. Aliter tamen vertit Felix, Virgines eorum non nupserunt, ad significandum quod omnis tum ab-berat latitia, ob nimiam tristitiam occupantem omnium animos. Adicit in margine, Virgines eorum nō sunt laudatæ: quod intelligendū est, non sunt laudatæ epithalamiis, vel canticis nuptialibus quod idem est ac si dicamus, non nupserunt: hoc est, non est auditā in eis vox sponsi & sponsæ. In eo quoque quod sequitur in versu proximo, Videt eorum (nempe sacerdotū) non plorabantur. In Hebræo actiue habetur, Videt eorum non fleuerunt, vel plorauerunt, intelligendo maritos. Et (ut in Chia. para. dicitur) non licuit viduis plangere eos, nimirum maritos, vel quia & ipsæ morte perierunt, quemadmodum de vxore Phinees legimus primo libro Regum, quum audisset mortem viri partu animā exhalante, vel quia nimio timore pro sese ipsa grauabantur. ¶ Versu 72. Et percussit inimicos suos in posteriora. Hieronymus vertit, Percussit inimicos suos retrorsum: similiter & Felix. Quod intelligi potest in posterioribus partibus, vbi Philisthæos legimus percussos: vel generaliter, ut significantur dominio priuati quo dominati fuerant super populum Dei, & iisdem subditi facti, quibus ante dominabantur: ut facti sint in caudam qui antē fuerant in caput; contraria sorte, in contrarium Dei vltice manu commutata. Verti etiam potest, Percussit inimicos eorum posterius, vel postea: ut sit sensus, Postquam inimicis eorum vsus fuisset ad populi sui punitionē, quasi virga peracta correctione populi sui, illos qui prius alios crudeliter percusserant, posterius percussit: quemadmodum solet virga cum detrita fuerit castigationis vsu, in ignem proici. Et sic ferē fecisse legimus dominum in sanctis historiis, quod eos quibus ad correptionem suorum vsus fuit, postmodum & ipse grauiter afflixerit: eo quod non Deo, sed sibi ascriberent victoriam; & quia nimium crudeli animo ac superbe nimium egissent negocium. ¶ Versu 75. Et edificauit sicut vnicornium sanctificium suum. Hunc passum diuersi diuersimode transferunt. Felix quidem sic vertit, A Edificauit sanctuarium eius, velut excelsa, id est, velut celos vel palatia superba & magnifica. Ad quem sensum etiam reduci posset lectio vulgata, A Edificauit sicut vnicornium sanctificium: id est, sanctuarium suum edificauit in magna gloria & dignitate, tanquā edificium vnicornium: quomodo scilicet illi gloriosas sibi mansiones præcæteris animalibus construunt, ut sunt potētissima, & gloriosa animalia. Beatus autē Hieronymus,

IN PSALMVM LXXVIII LXXIX ET LXXX.

iuxta sententiam veteris lectionis vertit, Aedificauit in similitudinē monocerotis sanctuariū suū. Nam quod Græce *monoceros*, Latine unicornis dicitur. Chal. etiam paraph. sic habet, Aedificauit sicut cornu naris cornis vel rhinocerotis sanctuarium suum: hoc est, excellenter.

IN PSALMVM LXXVIII.

Ersu 1. Posuerunt Hierusalem in pomorum custodiā. Ex Hebræo vertunt Hieronymus ac Felix, in acervos lapidum. Potest etiam verti, in desolationem, vel in deserta. In vtroque verō idem significatur, nempe destructio & dissipatio ciuitatis Hierusalem, Quādo enim ciuitatis muri infringuntur, & domus ac turres diruuntur, manifestū est ciuitatem in lapidū acervos redigi: ac tunc etiam in solitudinē ponitur, quoniā interfectis habitatoribus, habitationes dissipantur. Ceterum, de redacta Hierusalem in acervos lapidum sub illustri Antiocho, manifestū testimoniū præbet historia Machabæorū, quando præfectus tributorū ab Antiocho missus, dolose in ciuitatem Hierusalem irruit, & percussit eam plaga magna, perdiditque populum multū, & ciuitate spoliata eandē igni succedit, domosque eius destruxit, & muros per circuitū demolitus est. ¶ Versu 22. Posside filios mortificatorum. In Græco est *τελευτησάντων*, id est, morte affectorum, quod in vulgata editione dicitur mortificatorum, in psalterio autem Romano, morte punitorū. In Hebræo verō aliter habetur. Pro filii enim morte affectorum vel mortificatorum, habetur, filii mortis. Nec posside habetur, sed dimitte, vel relinque, vel dissolue, ad hūc modum, Relinque, vel dissolue, vel dimitte filios mortis: hoc est, eos qui morti addicti sunt, & mortē adhuc expectant in captiuitate positi, quō nondū gladio hostili perempti sunt, sed quotidie expectant periculum mortis: hos (inquā) tu dimitte, dissolue, facque liberos à periculo, serua eos tua gratia, ne hostili manu cadant, quē admodum ceteri qui iam occubuerunt. Aut relinque eiusmodi, id est, fac superesse, vt vel reliquæ saluentur populi tui, & nō prorsus deleantur simul. Filii autem mortis, iuxta proprietatem scripturarum appellātur, qui morti addicti atque deputati sunt, & quibus in proximo mors imminet.

IN PSALMVM LXXIX.

Versu 5. Domine Deus virtutum, quousque irascaris super orationem serui tui? In Hebræo habetur, Vtque quo fumabis, quod est, irascaris. Dicitur enim fumare, vehemēter irasci & indignari, ita vt fumo de ardente vultu videatur ascendere, quemadmodum in alio psalmo dicitur, Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit. ¶ Versu 6. Cibabis nos pane lachrymarum potum dabis nobis in lachrymis in mēsurā. Beatus Hieronymus, pro pane lachrymarum, vertit panem flebilem, Cibasti nos (inquit) pane flebili. Loco eius autē quod sequitur, in lachrymis, in mēsurā, vertit, in lachrymis tripliciter. Quod exponunt aliqui, abundanter & copiose, quoniā trina mēsurā perfectionem indicat. Vnde Felix in contextu vertit, in maxima mēsurā. Alii exponunt tribus vicibus (quemadmodum ad marginē ponit Felix) id est, mane, vespere, & meridie, hoc est, semper & cōtinuo. Alii dicunt vocabulum Hebræicū hic positum, salis significare capace mēsuram, & significari in proposito sermone magnā abundantiam. Felix putat enim verti posse, Fecisti nos bibere lachrymas catenarum, vel lachrymas in catenis: hoc est, in captiuitatis miseria. ¶ Versu 11. Et arbuta eius cedros Dei. Ex Hebræo sic verti potest, Rami eius cedri Dei, supple sunt: vt significetur, genitos de illo populo fuisse eleuatos altissime in modum cedrorū quæ sunt altissime arbores. ¶ Versu 19. Et nomen tuum inuocabimus. Hieronymus, Et nomine tuo inuocabimur. hoc est, vocabimur populus tuus, & peculium tuum. Felix, Et in nomine tuo clamabimus: id est, tuum nomen in clamabimus in prelio: quemadmodum Gedeon clamabat, Gladius domini & Gedeonis, vel in nominis tui inuocatione clamabimus, ad te solum spem nostram & vocem leuantes. Ceterum, de huius psalmi titulo, qui est, in finem, pro iis qui commutabuntur, siue pro liliis, iam saepe dictum est. Quod autē additur in quibusdam codicibus, pro Assyriis, id Hebræa non habent, & videtur adiectum, eo quod contra inimicos dirigatur sermo.

IN PSALMVM LXXX.

Ersu tertio. Buccinate in neomenia, turba in insigni die solennitatis vestre. Quod hæc buccinatio in tuba ad nouam lunam, id est, initium mensis Septembris pertineat, iuxta quod in elucidatione expositum est, manifeste indicat paraphra. Chaldaic. sic habens, Clangite per lunam Septembris cornu. Quod autem sequitur, In insigni die solennitatis vestre, id tamen Hieronymus ferē iuxta modum nostræ lectionis verterit, in medio die solennitatis vestre: & Felix, in solennitate, in die festiuitatis nostræ, potest tamen & aliter verti, in operimento festiuitatis nostræ, quod exponunt de festo tabernaculorum, quando in tabernaculis habitant cooperti, in memoriam habitationis deserti. Alii rursus malunt vertere, in definito tempore sacrificii nostri. Nā prima dies Septembris festum tubarum erat tempus destinatum speciali sacrificio. Nam in lege definitū erat, quid in illo die, & quomodo deberet offerri. ¶ Versu 5. Testimonium in Ioseph posuit illud, cū exiret de terra Aegypti Chalda. paraphr. hic intelligit personam Ioseph. Sic enim habet, Testimonium super domum Ioseph posuit, qui non attigit vxorem domini sui: in illo die egressus est de domo carceris, & dominatus est super regionem Aegypti, labium quod nesciebat didicit & audivit. Quam etiam sententiam non omnino male pateretur lectio Hebræa, si pro eo quod nos habemus, Cum exiret de terra Aegypti, verteretur, Cum exiret super terram Aegypti, videlicet tanquam princeps & dominus. Veruntamen tota ipsa textus cōnexio huic sententiæ videtur reclamare, quē admodū & in aliis

IN PSALMVM LXXXI. ET LXXXII.

annotationibus terigimus, & plane nobiscū beatus Hieronymus vertit, Cū exiret de terra Aegypti, quod non ad Ioseph secundū propriam ipsius personam potest accommodari. Neque ipsi Ioseph aliquando hoc testimoniū positum est, aut præceptū datum, de festis huiusmodi celebrandis. ¶ Versu 10. Et Israel non intendit mihi. Hieronymus, Et Israel non credidit mihi: Felix, Et Israel noluit me, vel non desiderauit me: id est, aduersatus est me, & abiecit per incredulitatē & inobedientiā. ¶ Versu 12. Si populus meus audisset me, &c. In Hebræo ponitur particula optatiua, hoc modo, Vtinā populus meus audisset me. Israel si in viis meis ambulasset. Illud autē quod post sequitur, Inimici domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorū in sacula. Aliqui cum præcedentibus continuāt ad hunc sensum, si populus audisset me, inimici domini mentiti fuissent ei (hoc est, coacti fuissent seruiliter supplicare & plura ad euasione m suppliciter promittere, quā potuissent præstare, quemadmodum facere solēt seruiliter supplices) & fuisset tempus eorum in sacula: hoc est, ipsi in aeternum floruisent, atque vixissent in omni prosperitate, & postremo in vita sempiterna. Quidam autem versus vltimum similiter coniungunt hoc sensu, Et cibasset illos dominus ex adipe frumenti, & de petra saturasset eos melle. Verum quod nostra lectio habet, videtur verisimilius per modum indicatiuum in duobus versibus nouissimis, quem etiam beatus Hieronymus in sua ex Hebræo versione seruat.

IN PSALMVM LXXXI.

Ersu 1. Deus stetit in synagoga deorum. In Hebræo 2. loco habetur numero singulari ei, quod est Deus. Vnde Hieronymus sic vertit, Deus stetit in cœtu Dei. Quod potest intelligi, Deum stare in congregatione iudicis, qui vocatur Deus. Iudicem enim circūstat turba querentium & expectantium iudicium. In horum autem medio stetit Deus, tanquā iudex primus atque præcipuus, attendēs quale iudiciū iudicis qui eius vicē gerit in terris. Atque ad hanc sententiam vertit Felix, Deus astat in congregatione iudicis. Quod autem sequitur, In medio autem deos diiudicat, hunc habet sensum, In medio deorum vel iudicum, Deus iudicem agit. Est autem ipse iudicum iudex, quomodo regum rex, & dominantium dominus. ¶ Versu 3. Humilem & pauperem iustificate. Iustificate positum est improprie, pro iuste facite. Est enim sensus, Iuste facite, vel facite iustitiam humili & pauperi, quemadmodum vertit beatus Hieronymus, Egeo & inopi iuste facite. ¶ Versu 7. Vos autē sicut homines moriemini. In Hebræo habetur keadam: quod si vertatur, valet, sicut homo vel sicut homines: si verō non vertatur, sonat, sicut Adam, quemadmodum non versus reliquit Hieronymus, Ergo sicut Adam moriemini: hoc est, sicut Adam primus pater vester mortuus est, sic omnes vos posterius, quantumcumque sitis eleuati potentia, dignitate, & gloria, omnes moriemini. Est enim hæc lex communis super omnes filios Adam. Felix vtroque modo vertit, sicut homines, vel sicut Adam. Est autem sermo plenior & sonantior, si pro, autem, poneretur, tamen, aut veruntamen, hoc modo, Vos tamen sicut homines moriemini: id est, quanquam dii estis, attamen moriemini. Atque ita vertit Felix Veruntamen sicut Adam vel sicut homines moriemini: & Chal. transl. Attamen in veritate sicut filii hominum, vel sicut homines moriemini.

IN PSALMVM LXXXII.

Ersu 1. Deus qui similis erit tibi? ne taceas. In Hebræo non est totum hoc, quis similis erit tibi? sed ita iuxta versionem Hieronymi legitur, Deus ne taceas, ne files, & non quiescas Deus. Felix ferē similiter, Ne taceas tibi, ne files, vel nō silentiū, supple tibi sit, & non quiescas Deus. ¶ Versu 3. Et cogitauerunt aduersus sanctos tuos. In Hebræo habetur, Inierunt consiliū aduersus arcana tuum, vt vertit Hieronymus, vel contra absconditos tuos, vel super arcana tua, quomodo legit Felix. Intelligimus autem per absconditos Dei, sanctos eius, quos ipse sub alis protectionis suæ abscondite seruat, ne fiant in direptionē gentibus. Si autē neutro genere legamus, cōtra abscondita vel arcana tua, intelligere possumus sacra vasa tēpli, & alia quæ in tabernaculo siue in tēplo custodiebant occulta, nec vulgi aspectibus erant exposita. Hæc autē maxime idolo latrē quærebāt profanare: quomodo frequenter legimus, quod sancta vasa abstulerint vel cōfregissent, vel in profanos suos vsus aptauerint, & sancta omnia cōculcauerint. Si verō numero singulari, contra arcana vel absconditum legamus, intelligere possumus ipsam domini hereditatem vel occultatā sub eius protectione & absconditam. Aut occultū Dei consiliū, aduersus quod impii machinantur, cupiētēs ipsius cultum subuertere. Generi neutro ac numero plurali fauet quod habet paraph. Chal. Consiliū fecerunt super abscondita in thesauris tuis. ¶ Versu 7. Facti sunt in adiutoriū filii Loth. In Hebræo est, Facti sunt brachium filiorum Loth. In Græco *ἰσχυρὸν*, hoc est, in susceptionem, quomodo habet lectio Romani psalterii. Est autem sententia eadē. Quid enim est aliud brachiū alicuius fieri, aut fieri alicui in susceptionem & defensionem, quā in adiutoriū illi fieri? ¶ Versu 11. Omnes principes eorum qui dixerunt, hereditate possideamus nobis sanctuarium Dei. Principium huius versus Hebræi iungunt cum sine præcedentis, ad hunc sensum, Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb & Zebec & Salmana, omnes principes eorum: hoc est, qui fuerunt omnes principes Madianitarum: ac dein de subiiciunt, Qui dixerunt, hereditate possideamus, &c. quod referunt ad caput versus præcedētis, Pone principes eorum (scilicet aduersariorum nostrorum) qui dixerunt, &c. Vel etiam ad finem versus sequentis, ad hunc sensum, Ita pone principes hostium nostrorum, vt olim possidisti Oreb & Zeb & Zebec & Salmana, qui omnes fuerunt principes eorum, qui presumpserant dominari in populo



domini, ubi Deus tantum dominari debebat, nō alienigena ¶ Versu 14. Et in ira tua turbabis eos. In Hebræo habetur, in turbine tuo, pro, in ira tua. Nec tamen est diuersa sententia. Siquidē ira Dei propter suam vehementiam suūq; terrorem, rectē turbini comparatur, & secundū metaphoram turbo appellatur: quomodo apud Abacuc de ira persequentium dicitur: Venientibus vt turbo ad dispergendum me.

IN PSALMVM LXXXIII.

¶ Versu secundo, Cor meū & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Hieronymus. Laudabunt Deum viuentem. Felix tamen nobiscum vertit, Exultabunt in Deum viuente. Sententia verō eadē est. ¶ Versu 3. Et turtur nidum, ubi reponat pullos suos. Pro turture, Hieronymus generale nomen auis constituit. Alii verō, hircundinem magis dicunt significari. Iuxta generalem nostrā expositionem in Elucidatione adiunctisq; annotationibus positā nihil refert, quā auium species exprimentur. ¶ Versu 5. In secula seculorū laudabunt te. Loco illius, in secula seculorū, beatus Hieronymus & Felix vertunt, adhuc adhuc, pro quo alii ex Hebræo vertunt, perpetuū. Id enim manifestum est velle propositū sermonē. Nā adhuc adhuc laudare, nihil est aliud quā perpetuo laudare. ¶ Versu 6. & 7. Beatus vir cuius est auxiliū abs te, ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum, in loco quē posuit. Etenim benedictionē dabit legislator. Hunc locum multo secus ex Hebræo transferunt. Hieronymi quidē lectio sic habet, Beatus homo, cuius in te est fortitudo, semitē in corde eius transeunt per vallē fletus, fontē ponent eā, benedictione quoque amicitur doctor. Cōsonat quoque huic per omnia Felicis versio in cōtextu. Et quidē id quod priore loco dicitur, Beatus homo cuius fortitudo abs te est, semitē in corde eius, eandem ferē habet cū nostra vulgata lectione sententiam: nī tantum de semitis madorū Dei dictū accipiat. Quod autē sequitur, Transeunt per vallem fletus, fontē ponent eam, ita potest intelligi, Qui in Deo spem habentes, semitas bonas, & vias domini in corde sibi cōstituerunt ad perambulandū eas, ipsi transeunt per vallē istam ploratus & miseræ, præ nimio desiderio celestis patriæ, lachrymis implebunt eā, vt quāsi fons plenus aquarum videatur ista vallis. Atq; ita profectō quāsi fons aquarum calidarū plenus apparet vallis ista fletus, vallis miseræ, si dignis deploraretur fletibus, si lachrymis pro merito congruentibus rigarent eā omnes transeunt. Quod autē sequitur, benedictione quoque amicitur vel induetur doctor, intelligi potest de mercedis benedictione, quā in futuro ornabitur, qui iam in valle miseræ alios instruxerit ad iustitiā, iuxta quod per Danielē dicitur, Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & quā ad iustitiā erudierunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Alii verō huius loco sic vertunt, Etiam cisternæ implebuntur pluuiis, vel pluuiæ implebunt cisternas. Quod recte de cisternis cordiū fidelium accipimus, quæ pluuiis diuinæ consolationis implentur, si in præ-

Dan. 12.

Matt. 5.

sentī vita, vt oportet, luxerint pro desiderio celestis patriæ, si transeunt per vallem fletus, fontem eam posuerint. Beati enim (inquit Saluator noster) qui iligent, quoniā ipsi cōsolabuntur. Econtrario verō, qui per vallē hanc fletus transeunt, non eam fontē ponunt lachrymarū, qui nunc noluerunt lugere, facientes sibi de loco fletus locū risus, de loco exiliū locū patriæ, horum cisternæ erunt vacuæ omni pluuiā, horū corda siti peribunt, & ariditate spiritualis gratiæ deficiēt. Quidā verō Hebræorū expositores, omnia ista quæ secundū spiritualem sensum pulcherrima sunt, ad literam trahentes exponunt ea de corporali ascensu Iudæorū ad tabernaculū domini, ad festa domini celebranda: quorū nimīū steriles expositiones non solum nō inlequi, sed nec cōmemorare libet. ¶ Versu 11. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quā habitare in tabernaculis peccatorū. Ita quidem nobiscū vertit Hieronymus, nisi quod pro, tabernaculis peccatorū, vertit, tabernacula impietatis, quod in idē redit. Illud tamen, abiectus esse, in Hebræo ampliorē habet emphasim. Sonat enim Hebræica lectio ac si dicas, Malui ad limen desiderare domus Dei, vel elegi ad limen habitare, aut volo potius manere apud ianuam domus Dei, quā intra domos huius mundi: ubi omnia sunt impietatis plena. Vnde quidam sic exponunt, Mallem esse vilis ostiarius, aut abiectus ianitor, ac seruire in domo Dei, quā, &c. Nā apud homines vile satis est seruire ad modum ianitoris officium, quod non nisi senibus, & ad alia inutilibus solet cōmitti. Significat autem hac figura loquendi, malle se minimum esse, & omnium in sumum in regno cælorum, quā omnium maximum & gloriosissimum in hoc seculo. Cui non male consonat quod Saluator post summam commendationē Ioannis Baptistæ adiicit, dicens, Qui autē minor est in regno cælorum, hic maior est illo. ¶ Versu 12. Quia misericordiam & veritatē diligit Deus, in Hebræo aliter legitur, Quia sol & scutum dominus. Est autem dominus sol, quatenus sua potentissima virtute terram cordis nostri fecundat, nosq; calefcere facit amore diuino, item & nostras vires omnes reparat, facitq; nos reiuuenescere quemadmodum sol iste corporeus sol iste radiis fecundam facit, & rebus omnibus calorem atq; vigorem præbet. Quomodo autem ipse scutum nostrum dicitur, omnibus per se notissimum expositione non indiget.

Luca. 7.

IN PSALMVM LXXXIIII.

¶ Versu primo, Benedixisti domine terram tuam. Hieronymus ita vertit, Placatus es domine terra tua: Felix, Dilexisti aut voluisti domine terram tuam, vel complacuit tibi domine terra tua. Ad verbum autem ex Hebræo verti posset, Voluntas tua domine terra tua, id est, bene placitum tuum ad terram tuam. Quæ omnia ad eandē ferē sententiam pertinent, ad quā vulgata lectio. Hoc ipso tamen quod terrā Deus dilexit, & in terra sibi cōplacuit, abstulit ab eis maledictionē, & contulit benedictionē pro maledictione. In Græcis autē exemplaribus, quæ nūc sunt in manibus, pro benedixisti habetur, *in manus*, quod proprie significat cōplacuisse, vel beneplacitū habuisse, vt sit

A sensus: Beneplacitam habuisti domine terram tuam, id est, complacuit tibi in ea. Nunquam autem vox illa Græca significare inuenitur benedictionem. Vnde videntur interpretes qui ex Græco in latinum fecerunt versionem, legisse *in manus* pro *in manus*, quorum prius significat benedixisti. Non est enim inter duo illa verba diuersitas, nisi duarum literarum: vt hac occasione facile poterit alterum scribi pro altero. ¶ Versu 3. Mitigasti omnem iram tuam. Hieronymus pro mitigasti vertit contumisti. Felix similiter, vel congregasti siue collegisti, videlicet vt non se vltra extenderet, neque vltra defecuerit. Sicut enim effundi dicitur ira Dei, cum ad vltionem emittitur: iuxta illud, Effunde iram tuam, &c. ita congregari vel colligi vel contineri dicitur per oppositum, quando iam cessare iubetur, vltione perfecta. Quod autem in secunda parte dicitur, Auertisti ab ira indignationis tuæ, aptius & clarius diceretur genere passiuo (quemadmodum vertit Hieronymus) conuersus es vel auersus es ab ira. Est tamen eadem in nostra lectione sententia, intelligendo acculationē: hoc modo, Auertisti te ab ira. ¶ Versu 4. Et super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. Hic versus in Hebræo cum præcedente vnus efficit, & aliam habet quā in vulgata lectione sententiam. Sic enim Hieronymo interprete legimus, Audiam quid loquatur dominus Deus, quoniam loquetur pacem ad populum suum & ad sanctos suos, vt non conuertantur ad stultitiam, atque ad eundem modum vertit Felix. Nec aliter habet Chaldaica paraphrasis. Ad intelligentiam autem huius lectionis, considerare oportet differentiam Synagoga à populo nouæ Ecclesiæ, de quo reuelata ore hic propheta Pfalmista. Nam vetus ille populus, quantiscunq; acceptis promissionibus & beneficiis terrenis, per duram suam ceruicem, semper conuertebatur ad insipientiam, ad tentandum dominum, ad idola colendum, atq; ad alia huiusmodi, quæ vera sunt insipientia. Ad populum autem nouum in sancta Ecclesiā & ad sanctos qui in ea per spiritum nouum regenerantur, loquitur Deus pacem, vt dato eis (iuxta Prophetam) corde carneo pro dura ceruice, non vltra conuertantur ad insipientiam, non redeant ad pristina infidelitatis priorūque peccatorum miseriam. Verti etiam potest ex Hebræo, per coniunctionem copulatiuam, Et non conuertentur ad stultitiam.

Psal. 34.

Ezech. 11

IN PSALMVM LXXXV.

Versu 10. Deduc me domine in via tua, & ingrediar in veritate tua. In Hebræo habetur, Doce me domine viam tuam. Pro eo autem quod sequitur, Latetur cor meum, vt timeat nomen tuum. In Hebræo legitur, Vni cor meum, vel vnium fac cor meum, vt timeat nomen tuum. Petit autem cor suum ergo spiritualis vniri, vt non distrahatur variis cogitationibus & sollicitudinibus, neque turbetur erga plurima, sed totum in sese colligatur, vt vni (quod est necessarium) totum possit intendere. Vanitati enim huic distractio opponitur, quam Saluator non vno in loco reprobatur. ¶ Versu 13. Synagoga potentium quæserunt animam meam. Pro synagoga potentium, Hieronymus vertit, cæcus robustorum: vertit item Felix, vel concilium malignantium, quæ nostram lectionem non variant, sed elucidant.

Luc. 10.

IN PSALMVM LXXXVI.

¶ Versu 2. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Hieronymus loco de te, vertit, in te. Quod vel secundum eandem accipi potest sententiam, vt in te, valeat super te, vel de te. Aut secundum aliam sententiam ita potest intelligi, Gloriosa, magna, & valde sublimia sunt prædicata in te, o ciuitas Dei, vt sic indicetur diuinorum eloquiorum excellentia, quæ fluunt in Ecclesiā de ore Apostolorum sanctorum. Vere enim gloriosa, vere magna & eximia valde sunt, quæ in hac ciuitate Dei viuentis per spiritum sanctum dicuntur & prædicantur. Felix tamen non aliud vertit, quā quod nostra habet lectio. Cui etiam subscribit Paraphrasis Chaldaica sic habens, Verba gloriosa vel honorifica dicta sunt super te, vel de te, ciuitas Dei. ¶ Versu 3. Memor ero Raab & Babylonis scientium me. Beatus Hieronymus vertit, Commemorabor superbiæ & Babylonis, scientium me. hoc est, memor ero illorum qui prius in superbia infidelitatis & confusione vitiorum vixerunt, eorum qui me voluerint agnoscere, & per penitentiam ad agnitionem veritatis (vanitate abiecta) conuerti. Felix ita legit, Memor ero Raab & Babylonis, erga cognoscentes me. hoc est, apud cognoscentes me. Quam lectionem supra exposuimus in annotationibus principalibus, declarantes lectionem Græcam, quæ legit casu datiuo, cognoscentibus me. Dicit etiam sic verti posse, Faciam reminisci Raab & Babylonis cognoscentes me. hoc est, faciam meos fideles agnoscere peccatores & gentiles, vt scilicet etiam eos secum ad fidem adducant, & sibi adiungant. Et vtique sanctos Apostolos fecit Deus reminisci Raab & Babylonis, quando eos misit in mundum vniuersum, docere omnes gentes, & baptizare in nomine patris & spiritus sancti: quando Iudæis in incredulitate permanentibus, ad gentes fecit conuerti prædicatores veritatis, & in cunctas longe nationes misit, qui veritatem annuntiarent salutis. ¶ Versu 4. Ecce alienigena & Tyrus & populus Aethiopum, Actū. 13. hi fuerunt illic. Pro nouissimo illo, hi fuerunt illic. In Hebræo legitur numero singulari: Hic natus tibi. Quod aliqui intelligunt secundum eundem ferē sensum quem nos in Elucidatione explanauimus: Hic populus omnis gentium iam enumeratarum natus est in Ecclesiā per spiritualem regenerationem. Alii verō de Christo intelligunt, vt hoc hominibus velut causa explicetur, per quam in Ecclesiā populi omnes sunt regenerandi. Christi enim secundum carnem natiuitas, eius-

Matt. 28.

Actu. 13.



que in mundum aduentus, tantam secum nobis desuper aduexit gratiam. Simul enim cum eo pax vera descendit, & salus animarum nostrarum. Atque ita est, vel demonstratio tantum ad intellectum, vel Deum & dominum refert, cuius est vt fundatoris in precedentibus versibus facta mentio.

¶ Versu 5. Nunquid Sion dicit homo, & homo natus est in ea. Huic nostra vulgata lectio neque Græca quæ nunc habemus consonant, neque Hebraica. In Græco enim legitur, *μητρόπολις*: hoc est, mater Sion, dicit homo: quemadmodum habet Psalterium Romanum, & quomodo beatus pater Augustinus interpretatur. Quod quidam ita intelligunt, Homo aut vir quidam dicit, mater Sion, appellabit Sion matrem suam: qui nimirum homo natus est in ea, secundum temporalem natiuitatem, & nihilominus idem ipse altissimus existens, secundum æternam diuinitatem, fundator est matris suæ. Neque est sensus diuersus ab illo quem in Elucidatione explanauimus, excepto tatum principio de matre Sion. Origo autem harum lectionum diuersarum, videtur ex Græcis provenisse codicibus. Non magna enim dissimilitudo est inter *μητήρ* quod significat nunquid, & *μητρόπολις* quod significat matrem: vt verisimile sit codicibus Græcis abinuicem in duabus hisce dictionibus variantibus, talem euenisse diuersam lectionem. In Hebræo verò, Hieronymo interprete, sic legitur, Ad Sion autem dicitur vir, & vir natus est in ea, & ipse fundauit eam excelsus, vertitque omnino ad eundem modum Felix. Nam Sion in datiuo casu ponitur, quemadmodum articulus Lamed præpositus indicat: propter quod, ad Sion clarius vertitur. Ad Sion ergo dicitur, vir & vir, aut homo & homo natus est in ea. Cui lectioni hanc assignant intelligentiam. Ad Sion multorum filiorum matrem fecundissimam, quasi congratulando & congaudendo dicitur, ecce hic & ille & ille nati sunt in ea: ecce quantorum ipsa est mater filiorum, vide quam est prole fecunda, ille & ille & ille & ille (sic demonstrando vniuersitatem regeneratorum in Ecclesia) nati sunt in ea, per regenerationem scilicet ex aqua & spiritu sancto. Aut iuxta Hebraici idiomatis proprietatem accipitur vt dictum vniuersaliter, homo & homo natus est in ea. id est, quilibet natus spirituali natiuitate & regeneratus, in ea nasci debet: quoniam oportet omnem eum qui per natiuitatem spiritualem vult fieri filius Dei, in hac Ecclesia regenerari: quandoquidem extra hanc Ecclesiam non est salus, & quicumque nasci vult generatione quæ ex Deo est (de qua Ioannes Apostolus tam in suo Evangelio quam in Epistolis subinde loquitur) hanc agnoscat, matrem necesse est. Atque ita, talis fere sermo hic est, qualis est ille de Christo in Evangelio Ioannis, illuminat omnem venientem in hunc mundum, quoniam videlicet quicumque illuminatur, per eum illuminatur. Quod autem repetitio talis, homo & homo, aut vir & vir, vniuersaliter interdum significet, manifestum est Hebraicæ linguæ proprietates callentibus. Imò & apud Ezechielem ita translatum legitur, Homo homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & cætera. Et post pauca, Homo homo de domo Israel, & de profelytis, quicumque aduena fuerit in Israel, si alienatus fuerit à me, & cætera. id est, omnis homo quicumque tandem fuerit. Nunc verò & illud ostendamus (iuxta quod in annotationibus præcipuis præmissimus) quomodo possit hæc sententia Hebraicæ lectionis, etiam in vulgata nostra inueniri. Satis autem facile poterit, si consueta distinctione mutata, ita distinguamus. Nunquid Sion dicit, homo & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Debebit autem nunquid capi pro nõane, & verbo dicit per intellectum subiici debebit conueniens suppositum: hoc modo, Nonne dicit vnusquisque ipsi Sion, hoc est, dicitur ad Sion, ab iis qui eius fecunditatem considerant, quod homo & homo in ea natus est, quod hic & ille, vel quod omnis qui nascitur secundum spiritum, in ea nasci debet, iuxta sensum prius datu. ¶ Versu 6. Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum horum qui fuerunt in ea. Longe secus habet lectio Hebræa. Beatus quidem Hieronymus sic vertit, Dominus numerauit scribens populos, ipse natus est in ea. Et Felix Dominus numerabit, cum scribet populos, hic natus est ibi. Quod à diuersis diuersimode exponitur. Potest enim intelligi de scriptura quæ est in libro vitæ, & de numeratione qua suos electos Deus numerat, sicut pastor suas numerat oues. Dominus enim numerat populos ascribendo: qui scribendo eos in libro vitæ, & ad vitam prædestinando, certum habet eorum numerum, non aliter quam ex scriptura libri in quo singulos habet descriptos suos discipulos præceptor, nouit suorum discipulorum numerum. Cognouit enim dominus (iuxta verbum Apostoli) qui sunt eius. Et ipse bonus pastor, iuxta suum ipsius testimonium oues suas cognoscit, sicque descriptas & numeratas habet, vt eas vocet nominatim, & illæ sequantur vocata. De hac autem scriptura & alibi in Evangelio loquitur Saluator, dicens suis discipulis, Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Atque ad hunc sensum exponi satis commode possit etiam nostra vulgata lectio, si tantum narrare accipiamus pro recensere vel recitare atque numerare: Scripturas autem intelligamus, non sacra biblia aut sanctas alias scripturas quibus instrumur, sed inscriptiones siue descriptiones, quibus Deus suos electos describit siue inscribit in libro vitæ. Deus enim recenset & numerabit suos electos, in inscriptionibus populorum. Scribendo enim eos in libro vitæ nominatim, sic eos numerabit, narrabit vel recenset. Inscriptio verò principum qui sunt in ea, illorum est in libro vitæ inscriptio, qui bene præfunt in Ecclesia. Vt enim duplici honore dignos dicit Apostolus presbyteros, qui bene præfunt Ecclesia, quique præfunt in sollicitudine, ita non est dubium quin speciali modo à Deo numerentur & describantur in libro vitæ & remunerationis, vt suo tempore tanto copiosorem accipiant mercedis expectata retributionem, quanto prius maiori sollicitudinis labore fuerunt afflicti. In Hebræo tamen nulla fit mentio principum. Nam loco

Ioan. 1 & 3  
1. Ioan. 5  
Ioan. 1

2. Cor. 2.

Luc. 10.

1. Tim. 5.

A huius, Et principum horum qui fuerunt in ea, repetitur hemistichium illud quod versu quarto explicauimus, videlicet, Hic natus est ibi. Hoc enim tanquam insigne aliquid, & diligentissime notandum iam denuo in Hebræo repetitur, quod hic quoque sicut illic de Christo conuenientissime intelligitur, neque minus commode hic ponitur, neque ob aliam causam, quam supra dixerimus poni: videlicet ad designandum per quem hæc fieret electorum numeratio atque descriptio in libro vitæ, & quis tantæ sit salutis causa, aut boni tanti origo. Inde enim totum hoc nobis procedit, quod nos Deus numerat vt suas oues, quod nos pater in libro vitæ describit, quod nos prædestinauit ad salutem æternam, hæc (inquam) omnia inde nobis sunt, quoniam hic noster Christus natus est ibi, quia verbum caro factum est, quia Deus homo fieri dignatus est, per quem accipiunt potestatem filios Dei fieri, omnes qui credunt in nomine ipsius. Plures loci præsentis expositiones non ponimus, ne nimia multitudine res alioqui per se satis inuolutas, maioribus implicemus difficultatibus. ¶ Versu vltimo, sicut latantium omnium habitatio est in te. Et hic versus ab Hebræo discrepat, imò ipsi ex Hebræo interpretes admodum varie eundem transferunt. Hieronymus sic vertit, Et cantabunt quasi in choris, omnes fortes me in te. Quæ lectione significatur, fideles omnes in Ecclesia magno exultare gaudio, quemadmodum solent qui in choris cantent, item & gratias magnas in congregationibus sanctorum Deo agere, per quem tanta se bona sempiterna cognoscunt suscepisse. Felix multiplicem ponit versionem: Et cantores (inquit) sicut chorales, omnes contemplationes meæ in te. vel aliter, Et cantores sicut ducentes chorum, omnes fontes mei in te. Nam vocabulum Hebraicum quod hic ponitur, dicit significare scaturigines, aut etiam interdum modulationes è pectoris alacritate velut scaturientes. Quidam etiam cogitationes aut contemplationes aut aspectus. Illud tamen quod supra adduximus ex Hieronymo: omnes fortes mei in te, videtur esse deprauatum, ac pro fortibus debere legi fontes: quomodo è contrario in psalmo quadragesimo primo annotauimus deprauatam esse lectionem communem qua legitur, Ad Deum fontem viuum, cum legendum potius videatur tam ex Græco quam ex Hebræo, fortem viuum. Potest autem vltimum illud huius psalmi, Omnes fontes mei in te accipi, vel vt vox ipsius Psalmistæ tali iocunda conclusionem psalmi sentientis, vt dicat omnes scaturigines cordis sui, omnes affectiones & contemplationes quæ in modum fontis scaturit de corde, velle se Deum regere, tam humano generi beneficium, illi quæ semper velle aspiciere ac contemplari, atque in illum velle semper toto conatu animi tendere. Vel ad hunc accipiat sensum, Omnis boni origo mihi est à te, tu es omnis putei bonitatis & gratiæ meæ, in te est fons vitæ (quomodo alibi dicitur Deus esse vena aquarum viuentium) & quicumque ad me boni venit, à te mihi venit, tu es mihi fons omnis boni, neque nisi à te vllum mihi bonum scaturire potest. Omne enim datum optimum & omne donum perfectum, defusum est, descendens à patre luminum. Potest etiam accipi, vt vox domini ad ecclesiam, vt ipse concludens, polliceatur fontes suos omnes se positurum in ecclesia. id est, omnem abundantiam spiritualium bonorum liberaliter largiturque effusurum, vt (iuxta prophetici illud) haurire possint aquas in gaudio, de fontibus Saluatoris.

Hier. 17

Iacobi. 1.

Esaiæ. 12.

Versu secundo, Inclina aurem tuam ad precem meam. Hieronymus pro prece vertit laudationem. Qui enim oratione Deum inuocat, simul & illius solet laudes proponere quem orat. Felix vertit, clamorem. Alii, canticum putat significari. ¶ Versu tertio, Et vita mea inferno appropinquauit. Hieronymus Vita mea ad infernum descendit. Verti potest, Anima mea sepulchrum contigit, est que horum eadem sententia. ¶ Versu quarto, Factus sum sicut homo sine adiutorio, in Hebræo est, sicut homo non fortis, vel potens, non validus. Vnde Hieronymus vertit, quasi homo inualidus. Et Felix, sicut vir cui non est fortitudo, ¶ Versu quinto, Sicut vulnerati dormientes in sepulchris. In Hebræo est, sicut interfecti vel occisi. In altera autem parte, Et ipsi de manu tua repulsi sunt. Loco verbi repulsi sunt, in Hebræo ponitur passiuum verbi gazar, secundum cuius multiplicem significationem varie præfens locus transferri potest. Significat enim verbum istud aliquando excidit vel abscedit. Secundum quam significationem beatus Hieronymus vertit, Et ipsi à manu tua abscessi sunt. id est, abiecti & despecti, factique abominabiles: in quem sensum nos etiam in elucidatione vulgatam lectionem sumus interpretari. Significat etiam verbum prædictum interdum, per sententiam aliquid definire vel statuere & disponere. Iuxta quam significationem Felix dicit verti hic posse, Et ipsi de manu tua sententiati sunt. id est, definitiuam (vt loqui solemus) sententiam acceperunt de manu tua, in præcipua tamen versione, hoc ipsum ponit quod Hieronymum diximus reddidisse. Paraphrasis Chaldaica sic habet, Et ipsi à facie diuinitatis tuæ separati sunt. ¶ Versu sexto, Posuerunt me in lacu inferiori. In Hebræo habetur per secundam personam, Posuisti me, & cætera. vt dirigatur sermo ad Deum, quomodo in sequentibus, Elongasti à me, & cætera. Deo enim a scribit omnem quam patitur afflictionem, quod tandem ab illo, cuncta suscipiat de manu domini. Loco illius autem quod habet nostra lectio, in vmbra mortis: in Hebræo est, in profunditatibus. ¶ Versu octauo & nono, Longe fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationem sibi: Traditus sum, & non egrediebar. Ita vertit ex Hebræo Beatus Hieronymus, Longe fecisti notos meos à me, posuisti me abominationem ipsis, clausum & non prodeuntem. Quo significari videtur, tanta illum qui loquitur confusione repletum esse, vt clausus domi, non ausus fuerit prodire in pu

blicum. Felix aliter vertit, Posuisti me abominationem ipsius, in carcere inclusus sum, & non egrediar. Quia lectione significat is qui loquitur, non videre se tantorum malorum exitum. ¶ Versu undecimo, Aut medici suscitabunt, & consitebuntur tibi? Hæc pars diuersimode trāsfertur. Dicitio enim rephaim hoc loco posita, descendens à verbo raphaa (quod significat sanauit vel medicauit) quandoque significat medicos, quandoque gigantes, quandoque mortuos. Primum sequuta est nostra translatio: secundum, Hieronymo ex Hebræo sic vertente, Aut gigantes resurgent, & consitebuntur tibi. Tertium in sua versione præcipua sequitur Felix, sic reddens, An mortui surgent, &c. Chaldaica translatio magis videtur fauere versioni Felicis, quæ mortuos vertit. Sic enim habet: Fortassis corpora quæ consumpta sunt in puluere, resurgent, & consitebuntur tibi. ¶ Versu decimo sexto, Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Beatus Hieronymus secundum sententiam nostræ lectionis vertit, Pauper ego & arumnosus ab adolescentia mea. Felix verò longe aliter, Pauper sum ego & expirans præ excussione: vel sic, Periens & pene mortuus à stupefactione. hoc est, ita horrendis malis concutior & affligor, vt videar morti proximus & pene expirare, præ concussione & stupefactione nimia. Illud quoque quod sequitur Exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus: aliter vertunt ex Hebræo interpretes. Hieronymus quidem ad hunc modum, Portauit furorem tuum, & conturbatus sum. Felix, Tuli terrores tuos, dubitabo, scilicet, ne forte deficiam: vel affixus, supple est, timor tui super me. ¶ Versu vlti. Et notos meos à miseria. Hieronymus, Notos meos abstulisti. Et secundum eandem sententiā vertit Felix: Notos meos obscurans. id est, occultans & abscondens à me, vel quodammodo confusus faciens & ignobiles præ mea nimia miseria. Est enim hominibus quadam confusio & opprobrium, cum quis ex eorum amicis & notis, vehementer magna afficitur ignominia.

## DE TITVLO PRÆCEDENTIS PSALMI.

**H**uius Psalmi est specialis titulus, iuxta vulgatam lectionem sic habens, Canticum Psalmi filii Core, in sinem pro maeleth ad respondendum, intellectus Eman Israelita. De maeleth dicunt aliqui, quod sit genus instrumenti musici, in quo Psalmus iste lugubris debebat decantari. Alii verò in linguam Latinam id vertentes, dicunt pro infirmitate vel super afflictione. Quod quam ob causam Psalmo præmittatur, nullam omnino habet difficultatē. Totus enim Psalmus afflictionem clamat atque desolationis miseriam. Ad respondendum verò ideo videri potest adiectum, quoniam clamans postulat sibi Diuinæ exauditionis præberi responsum. Quod autem primo filii Core præmittuntur casu datiuo, ac posteriori loco Eman ponitur casu genitiuo, iuxta sententiam quorundam ad hoc ponitur ista distinctio, vt filii Core tanquam cantores assignentur, ad quorum ordinem spectabat huius Psalmi decantatio: ipse verò Eman tanquam Psalmi author. Est autem Eman iste, de quo sacra libri Paralipomenon tradit historia, quod præcipuus cantorū princeps à Dauid fuerit constitutus, vnà cum fratre suo Asaph stante à dextris ipsius. Volens quoque scriptura sacra libri regum, Salomonis magnificare sapientiam ad omnem laudem, hoc illi ascribit, quod sapientior erat cunctis hominibus, sapientior etiam Ethan Ezrahitæ, & Eman, & Chalcol, & darda, filiis Malo. Vnde patet, Eman cum aliis illis tribus fuisse summa præditos sapientia, cum vt insignissime sapientes nominati isti recenseantur præ omnibus. Vnde argumentantur quidam, verisimile esse quod secundum hanc suam sapientiā Psalmos aliquot composuerint, maxime si quibus alicuius illorum nomen inueniatur prænotandum. Alii verò non nisi cantoris officium illis tribuunt, quantumvis in titulo eorum præmittantur nomina: & si plures videantur præmitti (quemadmodum hic primo loco filii Core, deinde Eman) distinctionem ponunt secundum quod huic vt præcipuo cantorum principi, illis verò vt subditis cantoribus, idem carmē ascribitur. Soli autem Dauidi seruant authoris honorem, etiam si ipse non fuerit nomen prænotatum. Quorum quid verius sit iudicare, ad nostrum haudquaquam spectat officium. Ex Hebræo autem hunc titulum ita vertit Felix, Canticum Psalmi filiorum Core, vincenti super infirmitatem, vel propter afflictionem ad humiliandum, eruditum Eman Ezrahitæ. Cuius facile patet ex dictis intelligentia. Hieronymus autem loco illius, pro maeleth ad respondendum, vertit, per chorum ad præcinendum: quoniam videlicet per cantorum chorum hic esset Psalmus concinendus.

## IN PSALMVM LXXXVIII.

**V**ersu tertio, Quia dixisti in aternū misericordia edificabitur in calis, præparabitur veritas tua in eis. In Hebræo habetur per primam personam, Quia dixi, pro, dixisti. Quod autem sequitur, varie transferunt interpretes. Hieronymus ita legit, Quia dixi, sempiterna misericordia edificabitur, celos fundabis, & veritas tua in eis. Atque ita est sensus, Ego apud memetipsum ita cogitavi, in aternum misericordia edificabitur. id est, præparabitur, vel in aternum stabilietur: tu creabis celos, & eis coram te veritas tua. Quod etiam de calis spiritualibus, de sanctis Apostolis, posset commode intelligi: in quibus Deus suam veritatem posuit toti orbi terrarū prædicandam. Alii verò ita vertunt, Quoniam dixi, mundus misericordia edificabitur, celos fundabis, & veritas tua in eis. Quia lectione significatur, mundum (qui olim perditus fuerat per primi parētis præuaricationem) Dei misericordia in temporis plenitudine restaurandum, quomodo Beatus Pau-

**A**ius ait, Dixit per Christum esse instaurata quæ in celo & in terra. Quod autē sequitur, Celos fundabis, & cætera. eodem modo quo supra exponitur. ¶ Versu octauo, Deus qui glorificatur in concilio sanctorum tuorum. Dicitio hebraica hic posita iud, solet significare secretum siue arcanum, iuxta quam significationem Hieronymus trāstulit, Deus inclutus in arcano sanctorum nimio. Item Felix, Deus robustus in arcano sanctorū valde, vel terribilis in secreto sanctorū, hoc est, Deus fortis & strenuus in occulto suo, concilio quod de sanctis & electis ab aeterno disposuit, quoniam nemo eū poterit impedire, quin id quod de eis ab aeterno præordinauit, suo tēpore perficiat. Et in hoc secreto concilio & arcano, quod de sanctis Deus disposuit, maxime ipse glorificatur. Et ad hunc modum etiam exponi posset commodissime lectio nostra vulgata, si consilium legimus per se. Quia verò in concilio secretum tractatur, & concluditur, putant quidam, dictionem Hebræam suprapositam recte etiam pro ipso concilio vnrpari, atque ita vertunt, In concilio sanctorum. Iuxta quam sententiam nos in Elucidatione præsentem locū enarrauimus. ¶ Versu undecimo, Tu humiliasti sicut vulnerat superbum. In Hebræo idem hic vocabulum habetur Raad, de quo diximus in principalibus annotationibus Psalmi octuagesimiseptimi circa versum illum, Memor ero Raab & Babylonis. Propter quod, existimant quidam & hic Aegyptum significari, putantque transferendum, Tu humiliasti sicut vulneratam Aegyptum. Potest autem intelligi, vel de Pharaone Aegyptiorum capite cum suo populo, vel de lucifero cum sua cohorte apostatorum spirituum. ¶ Versu trigesimo tertio, Neque nocebo in veritate mea. Hieronymus, Ne metiar in veritate mea. In eundem sensum Felix, Neque falsam reddam vel falsificabo veritatem meam. ¶ Versu trigesimo quinto, Semel iuravi in sancto meo, si David mentiar. Pro in sancto, Felix vertit, in sanctitate: atque ita nos exposuimus. Chald. verò Paraphrasis habet, In nomine sancto meo, quod commode etiam potest in communi lectione intelligi. Illud autem, si David mentiar, secundum defectum absque perfectione ponitur, ad exprimendam vehementiam: quomodo in alio Psalmo, Si introibunt in requiem meam. Intelligitur autem vehementissima abnegatio, Nequaquam mentiar Dauidi, nequaquam introibunt in requiem meam. ¶ Versu trigesimo sexto, Et sicut luna perfecta in aeternum. In Elucidatione thronum regium Christi domini comparauimus lunam in aeternum in eadē perstanti plenitudine, cuiusmodi nequaquam est luna secundum eum statum in quo nunc est miræ subiecta mutabilitati: sed talis erit, cum post iudiciū cursu ministerii terminato, in sua plenitudine perpetuò (iuxta sanctorū patrum traditionem) creditur perduratura. Atque hæc quidem cōmodio r videtur nostræ lectionis vulgata intelligentia. Ex Hebræo tamen potest accipietiam litera ex comparatione ad mutabilitatem lunæ in eo statu in quo nunc cernitur. Sic autē ex Hebræo vertit Hieronymus, Sicut luna stabilietur in sempiternum: item & Felix, vel dirigitur. Iuxta quam versionē sensus iste erit, Sicut luna, quauis nunc obscura appareat, nunc pro parte dimidia, nunc tota illuminata, semper tamen stabilietur & conseruatur in sua mutabilitate, & nequaquam deficit: ita etiam thronus tuus sedes tua in qua sedes, nempe sancta Ecclesia, quannis varietate multa, nunc penitus videatur claritate luminis carens, ac velut fidei virtutisque fulgore priuata, nunc candida & refulgens, velut in plenilunio, nunc subobscura satis, tamen candida, nunc quasi penitus obscurata, nimis errorum & persequutionum nubibus obuoluta, iuxta varios status in ecclesia: semper tamen ipsa à Deo dirigitur & stabilietur, vt imperpetuum penitus non deficiat. ¶ Versu eodē, Et testis in celo fidelis. Id aliqui legunt & exponunt diuisim à præcedentibus, ad hunc sensum, Et horum omnium prædictorum Deus in celo fidelis testis, quomodo nos in Elucidatione exposuimus. Vt enim Deus idē ipse iudex & testis apud Prophetam alium dicitur, ita hic idem ipse qui promittit se fidelem testem asserit. Alii verò continue legunt, cum eo quod præcedit de luna, ad hunc sensum, Thronus tuus dirigitur vel stabilietur vt luna, quæ in calis est testis fidelis, vel certus index temporum: quoniam videlicet secundum eam, anni distinctiones supputantur. Cui sententiæ fauet Paraphrasis Chaldaica sic habens, Sicut luna firmata ad signū aeternum, & testimonium in celo fidele. ¶ Versu trigesimo septimo, Distulisti Christum tuū. Ex Hebræo Hieronymus, Iratus es aduersus Christum tuum. hoc est, nec propter Christum tuum fecisti misericordiā: videris iam aduersus illum iratus, dum quondā illi promissa nunc videris in totum neglexisse. Idē sibi vult distulisti. id est, elongasti à te, & quasi abiicisti, non aspicias ad ea quæ olim promissisti. Plerumque enim quod promissa non seruamus illi cui promissimus, ex ira est qua erga illum concitatur. Facit enim nos ira bonarum promissionū immemores. Itaque manifestum est, de Deo humano more fieri sermonem. ¶ Versu trigesimo octauo, Prophanasti in terra sanctuariū eius. Ex Hebræo quidam vertunt diadema pro sanctuario, vt Hieronymus & Felix: quod intelligendum videtur de gloria & corona regni. Alii verò sanctuariū transferunt, vel sanctificationem. ¶ Versu quadagesimo quarto, Minorasti dies temporis eius. Hieronymus, Abbreuiasti dies adolescentiæ eius, item vertit & Felix. hoc est, florem status felicitatis cito transire fecisti. Quod si ad totum populū referatur, significat statum felicitatis illius in quo sub Dauid in principio huius supra descriptæ electionis fuerat populus, non diu durasse, & cito nimium transiisse: item in Ecclesia, decorem illum qui erat in primordio, cum essent adhuc in ea primitiæ spiritus, non diu perstitisse, sed nimium cito transiisse. Si verò ad singulos quoslibet referatur intelligentia, significabitur præ nimia miseria ante tempus consenscentia, quæ solet multum miseris aduenire: quomodo de seipso in libro de consolatu philosophico canit, in multa afflictione agens Boetius ille his verbis, Intempestiu funduntur vertice cani. ¶ Versu penultimo, Exprobrauerunt commutationem Christi tui. Pro commutatione in Hebræo habetur dicitio significans vestigia vel plantas. Quod aliqui expo-



nunt de mora Christi, quasi exprobrantibus inimicis, quod tardet Christus, & moram faciat a saluando suum populum, neque tempestiue occurrat, cum suos destitutos auxilio permittit in manibus hostium. Iuxta quam sententiam, quidam sic vertit, Opprobria quibus affecerunt tuum, propterea quod moram faciat. Eandem sententiam exprimit Chald. paraphrasis quæ sic habet, Exprobrauerunt tarditatem vestigiorum pedum Messie tui. Alii intelligunt, exprobrari vestigia Christi, quando ab infidelibus irridentur fideles super imitatione Christi: dum ob hoc quod eius insequantur vestigia, quasi stulti reputantur. Alii per vestigia siue plantas Christi accipiunt sanctos eius infirmos & humiles, quibus exprobrant increduli. Verum iuxta hunc sensum, melius conueniret vestigiis, casu datiuo, quam vestigia. Alii tempus vltimum intelligunt aduentus Christi, de quo infideles obiciunt & subsannant fideles, quod in eo videantur derelicti.

IN PSALMVM LXXXIX.

**V**ersu 3. Ne auertas hominem in humilitatem: & dixisti, conuertimini filii hominum. Secus legitur in Hebræo. Sic enim vertit Hieronymus, Conuertens hominem vsq; ad contritionem, & dicens, conuertimini filii Adam hoc est, qui hominem reuertit facis, reducisque illum vnde exiit. I. ad terram vnde sumptus est, & ad puluerem de quo formatus est. nec cessas, donec eum morte consumpseris, & dixisti, conuertimini. id est, reuertimini filii Adam. scilicet, ad puluerem de quo suscitasti eis. Quam sententiam satis dilucide exprimit Paraphr. Chaldaica sic habens, Conuertens hominem de peccato ipsius vsque ad mortem, & dicens, reuertimini filii hominis. ¶ Versu 4. Quæ pro nihilo habentur eorum anni erunt. Hieronymus, Percutiente te eos, vt somnii erunt. hoc est, Cum tu eos morte percusseris, erunt quasi somnium quod aufugit ab expegefacto, & euanescent quasi fumus qui resoluitur in aerem. Felix, Rapuisti eos vt impetus aquarum, somnus sunt. hoc est, cum subito in eos irruis tua indignatione, ad modum impetus aquarum, euanescent quasi somnus, nec permanebunt ante faciem tuam, quemadmodum somnium hominis dormientis. Chald. paraphr. hoc loco sic habet, Et si non conuertantur, induces in eos mortem, tanquam dormientes erunt. ¶ Versu 8. Sæculum nostrum illuminatione vultus tui. Pro sæculo nostro, ex Hebræo Hieronymus vertit negligentias nostras. Felix occulta nostra, vel iuuentutem nostram: quod exponit, peccata iuuentutis nostræ. i. ætatis præteritæ, pro quibus alibi orat dicens, Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Iuxta quam sententiam legit Chaldaica paraphrasis, iniquitates iuuentutis nostræ ¶ Versu 9. & 10. In ira tua defecimus: Anni nostri sicut aranea meditantur. In Hebræo nulla fit araneæ mentio, sed ita legitur interprete Hieronymo, In furore tuo consumpsimus annos nostros, quasi sermone loquens: quod sic intelligendum videtur, Nos annos nostros consumpsimus, sicut loquens consumit sermonem. Cum enim sermonem loquens protulerit, iam profusus nihil illi de hoc quod protulit remansit, & volat (iuxta Poetam) irreuocabile verbum. Ita postquam vitæ tempus transierimus, nihil iam totius illius durationis superest, neque expectatur eius reditus, transitque penitus irreuocabile. Aequè enim est impossibile, elapsa pristina vitæ tempora reducere, atque sermonem semel ab ore egressum reuocare. In eandem sententiam vertit Felix, nisi quod participium illud nouissimum loquens non adicit, vt nec in Hebræo habetur, quod à Hieronymo, ad sententiam clariorè, creditur esse adiectum. Sic autem ille vertit, Consumpsimus annos nostros, sicut loquutionem. Vertit etiam potest, sicut cogitationem. Nam vtrunq; dictio hegeth significat loquutionem, videlicet & meditationem. Chal. paraphr. pro vna hac dictione vertit, tanquam vapor oris nostri in hyeme, qui videlicet mox densatur, resoluiturque, & congelatur circa faciem. ¶ Versu 10. Si autem in potentatibus octoginta anni. Variè id ex Hebræo transfertur. Hieronymus vertit, Si autem multum, octoginta anni quod est acsi dicamus, vt summum vel maximum dies vitæ nostræ sunt anni octoginta. Ita dicit Felix verti posse, Si ad plus octoginta anni. Aliter vertitur, in validissimis vel in potētatibus, siue (vt Felix efficit ait vocabulo) in robusticitatibus. hoc est, si admodum valuerimus & robusti fuerimus. ¶ Versu eodem, Et amplius eorum, labor & dolor. Quod in Hebræo ponitur loco huius amplius eorum, videlicet rabhebbam. Hieronymus, iuxta nostram sententiam vertit, quod amplius eorum, id est, quod superest. Felix superbia eorum: quod tamen videtur secundum priorem sententiam exponendum, pro eo quod supergreditur aut superexcedit terminum illum, aut quod superest vitæ ultra terminum præpositum. Sic & intelligi potest quod vertunt quidam, excellentia eorum vel excedentia eorum, pro duratione illa quæ ultra hunc terminum protenditur. Secundum quam etiam intelligentiam exponit Chalda. paraphrasis quæ legit, multiplicationem eorum. Quid autem est annorum multiplicatio, nisi residuum vitæ quo post annos illos definitos dicitur? Quidam tamen intelligunt & exponunt, præcipuum eorum quod referri potest vel ad numerum, vel ad fortitudinis præcellentiam. Sunt enim qui accipiunt secundum numerum, vt sit sensus: bona & potissima pars horum annorum vitæ humanæ, transiguntur in labore & dolore. Quam sententiam in annotationibus principalibus diximus Romanum Plalterium continere, in quo sic legitur, Et plurimum eorum labor & dolor. Alii verò respiciunt non numerum, sed fortitudinem, & exponunt potiorē meliorēque humanæ vitæ partem, intelligentes adolescentiam vel iuuentutem, quæ plurimo labore & dolore affligitur, maxime in iis quæ secundum spiritum viuere satagunt, propter carnis vigorem & sensualis affectus nimiam feritatem, quæ ætate illa adhuc indomita & ferociens, tanquam lasciuens vitula, plurimum negotii facelsit spiritui meliora molienti. ¶ Versu duodecimo, Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur. Hieronymus, Quoniam transimus citò,

Gene. 3.

Psal. 24.

H

**A** & auolauimus. Felix in eandem ferè sententiam, Quoniam declinavit celeriter (supple tempus vitæ nostræ) & volauimus Chald. paraphr. Quoniam transeunt velociter (anni nostri) & volat in puluerem. ¶ Versu decimo tertio, Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? Aliter ex Hebræo Hieronymus, Quis nouit vim iræ tuæ, & secundum timorem tuum indignationem tuam? Quod ita potest intelligi: Quis nouit indignationem tuam, secundum timorem quod tu obeam timendus es: hoc est, Quis ita cognoscit indignationem tuam, vt te sic timeat, quomodo dignum est tam terribile metuere dominum? Vel sic, Quis nouit indignationem tuam, quæ est secundum timorem tuum? Quod aliqui ita exponunt, Quia secundum timorem malæ conscientie procedit indignatio eius. Nam & in aduentu iudicis, qui maxime erunt peccatis præ omnibus scædati, maxime quoque illos inuadet horror, quando omnia in luce clarescent ex testimonio denudatæ conscientie. Illos autem quibus nullus erit peccati conscientia, nullus etiam timor premet indignationis Dei: & ita per omnia indignatio Dei secundum timorem ipsius tum erit quod nunc homines animales atque carnales nequeunt intelligere. Potest etiam exponi de timore sancto & bono in præfenti vita, & de indignatione Dei quæ videtur in afflictione præfenti, id est, in corruptione & afflictione huius vitæ. Nam vt quisque magis habet timorem Dei, ita magis videtur erga eum indignatio Dei quantum ad disciplinam præfentis temporis. Qui enim pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur. Et qui extra disciplinam sunt (vt idem ait) adulteri & non filii sunt. Quin & ipse Dei filius in quo fuit maximus timor (id est reuerentia patris) maximam sensit erga se patris indignationem, ab eo traditus in mortem probrosissimam. Denique quantum ad afflictionem exteriores, quæ est ex consideratione & formidine indignationis iudicis Dei, constat magis timoratos ab hac consideratione affligendum continuo diem illum vltimum ante oculos habentes, student Galat. 5. carnem suam crucifigere cum vitis & concupiscentiis, verenter sollicitissime omnia opera sua, & Iob. 9. custodiunt vias suas ne offendant, quod indubie multi est laboris. Habet etiam hoc loco dignam sententiam Chald. paraphrasis, sed quæ neque in communilectione Latina, neque etiam in Hebræa inuenitur. Sic autem habet, Quis est ille qui sciat conuertere fortitudinem iræ tuæ Deus: tantum iusti qui timent te, sedant furorē tuum. ¶ Versu decimo quarto, Dextera tuā sic notam fac, & eruditos corde in sapientia. Hoc loco pro eruditus, in exemplaribus Græcis qui vulgo sunt in manibus, habemus *σοφιστην*, quod significat victos vel compeditos. Vnde quidam Latini legunt, Et cōpeditos vel victos corde in sapientia. Nostri autem interpretes qui ex Græco in Latinum fecerunt versionem, legisse videntur *σοφιστην*, quod sonat eruditos, vel instructos. Et verisimile est propter similitudinem literarum factam esse mutationem. Sciendum tamen est, quod in sententia nulla est diuersitas, licet prima facie secundum vocem magna appareat. Nam idem est, corde fieri eruditum in sapientia, & corde fieri victum vel compeditum in sapientia. Qui enim Dei correptione intellectum dante vexatione erudiuntur corde ad sapientiam, hos recte etiam dixerimus tali disciplina & afflictione velut vinciri corde, vel compediti corde in sapientia, quatenus videlicet in chamo & freno constringuntur, vt ad Deum approximent, & velut suauibus quibusdam, ac salutaribus vinculis & compedibus irretiantur, implicanturque ad salutem. Non enim solus diabolus compedes & vincula habet. Habet & Christus suos compedes, habet sua vincula, habet chamum & freno, habet stimulos, aliæque huiusmodi, quibus velut compellat ad salutem introire, etiam illos qui suæ videntur repugnare salutis. Alioqui, quomodo Paulus diceret captiuari intellectum in obsequium Christi, si nulla essent talia vincula, quibus captiuari & ligari posset? Ex Hebræo autem verbum istud sic legit Hieronymus, Vt numerentur dies nostri, sic ostende, & veniemus corde sapienti. Felix, Vt numeremus dies nostros, sic notum fac, & adducemus cor sapientie. Quod hunc habet intellectum, Ita tu domine tua eruditione indica nobis vitæ nostræ breuitatem, doce nos mensurare & computare breues annos nostros, vt ex hac consideratione pertingamus ad cor rectum, ad mentem sapientem, sibi ab ira per penitentiam & vitam bonam perspicentem. Nam consideratio breuitatis vitæ humanæ, mirum in modum homines cautos ac prouidos facit, vt à malo declinent, & operentur bonum. Versu 16, Repleti sumus mane misericordia tua. In Hebræo per deprecationem legitur, Imple nos mane misericordia tua, vel matutina misericordia tua, & laudabimus, & lætabimur cunctis diebus nostris: atque in versu sequenti, Latifica nos, &c. ¶ Versu decimo octauo, Respice in seruos tuos, & in opera tua, & dirige filios eorum, Hieronymus, Appareat apud seruos tuos opus tuum, & gloria tua super filios eorum: hoc est, effulgeat operatio misericordie tuæ erga seruos tuos, & tuā potentiam glorifica in cunctis posteris nostris: hoc est, semper glorificare & sanctificare in electis tuis, & qui nunc sunt, & qui post futuri sunt vsque ad consummationem sæculi. In sequenti autem versu ferè secundum sententiam nostræ vulgatæ lectionis sic legitur in Hebræo, Et sic decor vel suauitas, siue dulcedo, aut serenitas & clementia domini Dei nostri super nos, & opus manuum nostrarum fac stabile super nos, & opus manuum confirma, vel dirige vel dispone.

DE TITVLO PRÆCED. PSAL.

**Q**uoniam in titulo huius psalmi dicitur, Oratio Moysi hominis Dei, quidam sentiunt hunc psalmum ab ipso Moyse duce, populi notissimo, fuisse compositum: imo & sequentes psalmos decem, quibus alterius authoris nomen non præmittitur. Quam sententiam, quantum ad psalmum præfentem, manifeste approbat Paraphrastes Chaldaeus, ita ponens in titulo, Oratio qua orauit Moyses propheta Dei, quando peccauerunt filii Israel in deserto, Respondit, & sic dixit: ac deinde subsequitur Psalmus. Et apud Hebræos firmissimum est, quoadocunq; dicitur Moyses,



vir Dei (vt hic in titulo legitur) nō alium intelligi quā illum ducem & legiflatōrem, cui propter excellentiam hoc nomen attribuit, vt non liceat cuiquam de alio Moyse suspicari, quem assignet psalmi auctorem. Alii verō dicunt hunc psalmum non ideo prenotatum habere in titulo Moyſen, quōd ipse sit eius auctor, sed quia talia ferē in hoc psalmo describuntur, quia dixit Moyſes, & orauit coram domino, cum pro populo (qui iram Dei suis peccatis prouocauerat) faceret deprecationem ne in totum absumeretur, iuxta cōmationē domini. Verum de his certi nihil determinari potest: quāobrem nec curiosus ea ducimus perueſtiganda.

IN PSALMVM XC.

**V**ersu primo, Qui habitat in adiutorio altissimi. Hieronymus, Qui habitat in abscondito excelsi, in vmbra aculo domini commorabitur. Quod in eandem sententiam interpretari potest, in quam supra vulgatam lectionem sumus interpretati. In abscondito enim vel abdito vel secreto altissimi habitare, non est aliud quā in spe auxilii eius totos nos intra ipsum cōcludere, inque eo velut in foraminibus petrae firmissima, & in caverna dulcis maceris nidum cōponere: id est, stabilem eligere mansionem. Et iterū, In vmbra domini: idem est, quōd in eius protectione. ¶ Versu 4. Et a verbo aspero. Hieronymus, de morte insidiarum, id est, de morte quam mihi machinantur aduersarii venatores per insidias. Non enim ad aliud insidiantur, & in venatione occurrunt, nisi vt morte interficiant, quemadmodum latius diximus in annotationibus præcipuis. Felix vertit, A peste prauitatum vel contractionū: id est, a corruptione iniquitatis & malitiae, per quam confringitur virtus humani spiritus, & omnis vigor exhauritur, Versio Hieronymi satis accedit Chal. paraph. quæ sic habet, Liberabit te de laqueo, & de morte, & de insidiis. ¶ Versu 5, Scuto circum dabit te veritas eius. Hieronymus, Scutum & protectio veritas eius: hoc est, fides siue fidelitas eius tibi erit pro scuto & protectione. Alii vertunt, Scutum & parma, vel hasta & parma veritas eius: vt significetur in scuto protectionis securitas a malo: hasta verō aut parma, ipsa etiam ad inuadendum & impugnandum inimicos fortitudo. Per veritatem namque Dei possumus non solum a nobis malū depellere, verum etiā hostes inuadere & humiliare. Propter quod Paulus huius pugnae miles expertissimus, & hostium istorum nostrorum vigilantissimus explorator, docet nos, non modo scutum habere in quo omnia tela nequissimi ignea valeamus extinguere, sed gladium in super spiritus assumere, quod est verbum Dei: nihil dubium quin ad nostrorum hostium impugnationem, vt etiā aduersum illos dimicare valeamus, & aperte prodire in aciem, in confidentia veritatis Dei, & non solum quasi timidi scuto nos defendere. ¶ Versu 6, Ab incurſu & dēmonio meridiano. Pro incurſu, habet editio Romana, ruina: A ruina (inquit) & dēmonio meridiano. Quæ duæ lectiones in vnā sententiam facile possunt reduci, si ruina intelligatur, illa qua dēmonio meridiano aperto Marte in hostem irruit, toto virtutis impetu, quantum proualeat. Hęc enim ruina incurſus est. Vnde pro eodem dicimus, in exercitum aut ciuitatem irruere, vel facere incurſum. Hieronymus verō totum hoc, Ab incurſu & dēmonio meridiano, ita vertit, A morsu insidiarū meridie. Felix aliter, Ab agritudine repentina, deuastante in meridie. Alii, Ab exterminio vel exterminatore vastante meridie. Chal. paraph. habet, A catena dēmonum qui nocent meridie. Secundum aliquos verō nomina Hebraica in his locis posita, videlicet deber & Keteb, sunt nomina dēmonum, quorū prius valet pestem. Vnde pro negotio, pestem legunt Hebraei: posterius autem significat agritudinem subitanam, quæ velociter incidit, & ab incidendo sic dicitur: propter quod alii exterminatorem, vel exterminium transferunt. ¶ Versu 10, Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Pro flagello vertit Hieronymus lepram. Felix nobilem flagellum, aut vulnus, aut plagam. Omnia eandem habent sententiam, videlicet nullum malum posse speranti in Deo accidere. ¶ Versu 11, Quoniam angelis suis mandauit de te. Hieronymus per omnia nobiscum vertit: Felix ad hunc modum, Quoniam angelos suos precipiet adesse tibi, vel angelis suis mandauit tibi: id est, in fauorem tui, vt custodiant, &c. Illud etiam quod sequitur, In manibus portabunt te, verti potest, Super palmas leuabunt, vel portabunt te: & quod mox sequitur, Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum, verti potest, Ne forte offendant ad lapidem, vel impingat lapidi pes tuus. Est & hoc animaduersione dignum, quōd per lapidem Chal. paraph. intelligit prauam cupiditatem siue concupiscentiam, quam a libi fomitem prauum nuncupat. Sic enim habet, Ne forte impingant, vel offendant ad prauam cupiditatē vel concupiscentiam (quæ est similis lapidi) pedes tui: id est, ne a tua praua concupiscentia vllum patiaris scandalum. ¶ Versu 13, Super aspidem & basilicum ambulabis, &c. Felix, Super leonem & aspidem iter facies, conculcabis catulum leonis & draconem: id est, quicquid vel aperte vel occulte vel magna potentia vel per insidias nocet, vt supra exposuimus. Hieronymi lectio a nostra vulgata nihil differt. ¶ Versu 14, Quoniam in me sperauit. Hieronymus, Quoniam mihi adhæsit. Felix, Quoniam me, vel in me concupiuit: hoc est, vehementer amauit, vt mihi per spem firmiter adhæsit. Dicitio enim Hebraica chafack, significat non simpliciter amare, sed vehementer & intense diligere, velut cum totali affectus intentione. ¶ Versu ultimo, Et ostendam illi salutem meam. Ostendam, videtur positum pro exhibebo: vt fit sensus, Exhibebo vel præstabo illi, siue experiri & possidere faciam illum salutem meam: hoc est, vitam & beatitudinem æternam.

IN PSALMVM XCI.

**V**ersu 3, In decachordo psalterio, cum cithara. In Hebræo fit diuisio inter decachordum & psalterium, & sic legitur, Super decachordo, super psalterio, super higaion cum cithara, vel in cithara: vel sic, ad decachordum, ad psalterium siue nablum, ad higaion, in cithara. Ex quo patet, quōd iuxta Hebraicam lectionem non sit legendum coniunctim, psalterium deca-

A choirdum, neque idem valere quod psalterium decem chordarum. In Græco tamen, vnde nostra lectio manat, iunguntur hæc adiuuicē abiq; coniunctione media, vel vllius particulæ interpositione. Ideoque nos interpretati sumus, psalterium decem chordarum: id est, instrumentum psalterii decem fides vel chordas habens tenas. Sic enim nostra lectio aperte legit psalmo 32. cum versu 2. dicitur, In psalterio decem chordarum psallite illi. Quantum tamen ad locum præsentem possit facile distinctio fieri ea quæ est in Hebræo, si diuisim legantur psalterium & decachordum, hoc modo, In psalterio, decachordo, in cantico cum cithara. Higaion autem, pro quo nos habemus canticū, aliqui canticum vertunt, alii instrumentum musicum esse opinantur; eo quōd in Hebræo eadem præmittatur Psal. 32. præpositio, quæ prioribus instrumentis: dicendo, super decachordo, super psalterio, super higaion. Verum id perparum refert, maxime cum nec ipsi Hebræi in huiusmodi aliquid habeant certi. ¶ Versu 13, Plantati in domo domini. Ex Hebræo Hieronymus vertit nō simpliciter plantati, sed trāplantati. Quod iucunda cōsideratione eo potest referri, quōd natura filii iræ & mortis sumus, per gratiam autem efficiuntur filii adoptionis. Atq; ita dum in sancta ecclesia per Deum iustificati plantamur, re- Ephes. 2. & dicimur transplantati, quasi de regione mortis ad regionem vitæ, de carcere diaboli ad domum & tabernaculum Dei viui. De quo dilectus domini discipulus: Nos scimus (inquit) quoniam transplantati sumus de morte ad vitam. Hęc enim est illa transplantatio. ¶ Versu 14, Adhuc multiplicabuntur Ioan. 5. in senecta vberi, & bene patientes erunt, vt annuncient. Dictionem significantem vbertatem, lectio Hebraica iungit cum sequenti, non cum senecta hoc modo, iuxta translationem Hieronymi, Adhuc fructificabunt in senectute, pingues & frondentes erunt, vel (iuxta Felicis versionem) pingues & virides erunt. Alii vertunt, succosi, vel succulenti & viuidi: significatur pulcherrimus viror, & plenissimus vigor animæ iustorum in corpore deficienti.

DE TITVLO PRÆCED. PSAL.

**H**abet psalmus iste talem titulū, Psalmus cantici, in die sabbathi. Quid sibi velit, Psalmus cantici, post annotationes psalmi 4. in expositione tituli diximus. In die autē sabbathi adicitur secundum aliquos, quoniam illa die debeat decantari. Estq; admodum aptus diei sabbathi, quoniam adhortatur ad laudem Dei solennem, & cōsiderationem operum Dei mirabilium, quibus maxime oportet sabbatho intendere: quoniam a hoc sabbathi quies est instituta a Deo & sanctificata, vt ab omni externo opere tum feriantes, attentius recogitaremus miranda Dei erga nos beneficia & quæ iam collata accepimus, & quæ adhuc ab illo spe firma vsq; in senectute vltimam expectamus. Quod autem quidam Hebræorum dicunt, hunc psalmum dixisse primum hominem in die sabbathi, Gene. 2. diem plasmatiōis ipsius statim subsequenti, id nullam habet solidam auctoritatem.

IN PSALMVM XCII.

**V**ersu 1. Dominus regnauit, decorē indutus est. Hieronymus, Gloria indutus est. Felix, Magnificentiam induit. Eadem est sententia. Decorē enim interpretati sumus, gloriam & magnificentiam relevationis. ¶ Versu 2. A laculo tu es: hoc est, ab æterno, vt vertit Hieronymus ac Felix. ¶ Versu 5. & 6. A vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris. In lectione Hebraica, finis versus quinti principium est versus sexti, ad hunc modum, A vocibus aquarum multarum, mirabiles vel terribiles elationes maris. Quod exponi potest secundum eam sententiam qua diximus, sæculi potentes & sapientes confidentes in populorum multitudine, non ia veritate mirabiliter se opposuisse verbo euangelii. Quidā ex Hebræo sic legunt, A vel præ vocibus aquarum multarum, terribiliumq; elationum maris, terribilis est in altis dominus: vt significetur magis omnibus esse terribilis dominus, sicut dicitur in alio psalmo, Quoniam dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. Alii totum quod hic de fluminum & maris eleuatione dicitur, in bonam partem interpretantur, & ad laudem Dei referunt. Vnde Chal. paraph. sic habet, Leuauerunt flumina laudem coram Deo, eleuauerunt flumina vocem suam in cantico, recipient flumina primum laudem suarum. A vocibus aquarū multarū, a laudibus fluctuū maris magni laudata est in celis Dei celsitudo.

DE TITVLO PRÆCED. PSAL.

**P**salms iste nullum habet in Hebræo titulum: in Græcis tamen & Latinis exemplaribus nostris prolixum & nouum inuenimus, in hunc modum, Laus cantici David, in die ante sabbathum, quando fundata est terra, vt habet lectio Romana, vel quando inhabitata, vt habet Gallicana. In quo titulo secundum mysticum sensum, per diem ante sabbathum, intelligi dicunt ætatem istam nouissimam, & tempus hoc gratiæ in quo nunc viuimus vsq; ad consummationem sæculi, quando ueniet octaua illa ætas nunquā finiēda, sabbathismus ille sempiternus populo Dei, de quo Paulus apostolus loquitur in epistola ad Hebræos. In hoc enim pro sabbatho, vt est in Græco. i. die ante sabbathum, hoc est in nouissima hac ætate, terra fundata est, ecclesia edificata: & eadē ista inhabitari coepta est a populo fidelium. De hac autē terra fundatione, siue ecclesiæ adificatione, iuxta expositionem in Elucidatione positā, totus iste Psalmus facit mentionem: propter quod, merito in titulo dicitur, Laus cantici David in, pro sabbato, quando inhabitata est terra. De hoc enim die salutis & gratiæ in quo nunc viuimus, quique præcedit sabbathum requietionis nouissimum, potissimum loquitur.

**V**ersu primo, Deus ultionum libere egit. Hieronymus, Deus ultionum offendere. Felix, Deus ultionum splendide appare, vel splendide apparuit. Quod ultimum facile cum nostra vulgata lectione concordat. Ferè enim idem sunt, splendide apparere, & libere agere. Quotiescun- que enim Deus libere & confidenter agit in impiorum punitione, proculdubio splendide apparet, splē- dide se manifestat, dum suam ultionē pulchre & palam exhibet ante oculos. Videlicet cum mundum diluio perdidit, cum Sodomam & Gomorrhā igne & sulphure absumpsit cum Pharaonem & om- nem Aegyptum manu valida contriuit, cum Sennacherib exercitum centū octoginta milia homi- num in cineres consumpsit, nōne in his omnibus simul & libere egit, & splendide apparuit? Quod si per imperatium modum legatur, intelligitur fieri deprecatio pro ostensione ultionis diuinæ.

¶ Versu quarto, Effabuntur, & loquentur iniquitatem. Hieronymus, Fluēt loquentes antiquum, Felix, Effluent vel effabuntur, loquentur elatum, vetus antiquū, superbum. Vocabulū enim quod prio- ri loco ponitur pro effabuntur, magnam habet emphasim, significās ebullire, & abundanter eicere, notatq; oris impiorum temeritatem & improbitatem, qua audent absq; metu, absq; obseruatione oris temere quicquid in os venerit effutire. Loco autem iniquitatis habetur dicitio athalz, & signifi- cat vetus, durū, superbum, elatum. Propter quod verti posset, Loquentur inueteratā superbiā, vel inueteratam malitiā. ¶ Versu 10. Qui corripit gentes, non arguet. In Greco est *μαρτυροῦν*, quod signifi- cat vel castigationem, vel ipsam eruditionem & instructionem. Deus enim & disciplina gentes in- stituit, docens omnes quę recta sunt: & nihilominus disciplina sua castigat, vlticens pro commissis impietatibus. Hieronymus vertit, qui erudit. Chal. transl. consentit, dum loco huius, qui erudit, po- nit, Qui dedit legem populo suo. Sic enim habet, An possibile est, quod ille qui dedit legem populo suo, cum peccauerint, non arguet eos? Felix autem vertit, qui castigat. ¶ Versu 12. Beatus homo quē tu erudieris domine. Eruditio ista potest etiam castigatio intelligi. Vnde Felix vertit, Beatus quem tu erudieris vel castigaueris domine. Verè enim felix est, qui Dei castigatione eruditur, & discipli- na patris sui exercetur. Non enim est filius (vt ait Apostolus) quem non castigat pater: & qui extra disciplinam sunt, adulteri sunt & non legitimi filii, Hinc & alibi dicitur. Et disciplina tua corripit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit. ¶ Versu decimo quinto, Quoadusque iustitia cōuer- titur in iudiciū? Ex Hebræo sic legitur, Quoniam ad iustitiam reuertetur iudiciū. Quod exponi potest diuersis modis, in Elucidatione atq; annotationibus principalibus expositis. Primum quidē, de iustitia Dei, hoc modo, iudiciū quod nunc videtur à Dei iustitia abesse, aliquando reuertetur ad iustitiam, videlicet vt iudiciū exerceatur secundum eam, & non erit perpetuo iustitia Dei absq; in dicio otiosa, sed prodibit tandē ultionis iudiciū, & vindictę exercitiū. De iustitia autē sanctorum sic expone, Futurum est aliquando, vt iustitia bonorum quę nunc contemnitur & despicitur, addu- catur in iudiciū cotam tribunali domini: & tunc apparebit pretiū eius, tunc erit digna virtutis affi- matio, quę nunc donec absq; iudicio latet, nullius affirmatur pretii. Vel sic expone de iudicio gene- raliter: Futurum est aliquando, vt iudiciū reuertatur ad iustitiam, vt non amplius iudicetur iniuste, quemadmodū fit inter homines, sed vt iudicetur iuste: & tunc erit bonis bona merces quum ceptū fuerit iuste iudicari. i. in nouissimo die. Nunc enim plerumque iudiciū abest à iustitia, & iudiciū huius tēporis vanum est. Sed in die illo reuertetur ad iudiciū iustitia, & incipiet iuste iudicari: quan- do dies ille domini declarabit vniscuiusque opus quale sit, quando illuminabit Deus abscondita te- nebrarum, & manifestabit cōsilia cordiū, & tunc laus erit vniscuiq; à Deo. Posset verò versus iste cla- rius secundum hanc lectionem sic verti, Adhuc erit iudiciū coniunctum cum iustitia. ¶ Versu eo- dem, Et qui iuxta illam, omnes qui recto sunt corde. Hieronymus, Et sequentur illud (repete iudiciū) omnes recti corde: hoc est, iudiciū Dei approbabit, tanquā assessores omnes sancti. Vel sic, iudi- cium coniunctum iustitię, siue iustum iudiciū, sequuntur omnes recti corde: quemadmodū omnes impii malum sequuntur iudiciū, coniunctū cum iniustitia. Vnde alibi monet psalmista, Recte iudic- ate filii hominum. Alii vertunt, Post ipsum (dominum) omnes recti corde, vel ipsum dominum se- quentur omnes recti corde. Quod sic potest exponi, Quādo iudiciū fuerit incursum ad iustitiam, tunc post ipsum dominum iuste iudicantē sequentur omnes sancti, quoniam omnes illum in gloriā supernam commutabunt à iudicio reuerentē, impii in ignem æternum longe protus à facie Dei. Quam sententiam satis aperte innuit quod hoc loco habet Chaldaica paraphra. Post eum redimen- tur omnes recti corde. Videtur enim redemptio illa loqui de salute sanctorum. ¶ Versu decimo nono, Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuę latificauerunt ani- mam meā. Ex Hebræo Hieronymus, In multitudine cogitationum mearū quę sunt in me intrinsecas consolationes tuę delectabunt animam meam. Felix, In multitudine, vel iuxta multitudinem co- gitationum mearum, in intimo meo, consolationes tuę delectabunt animam meam. Quas cogitatio- nes, conuenientius intelligimus cogitationes perturbantes & perterrefacientes conscientiam, cuius modi sunt cogitationes pusillanimitatis, aut desperatiōis, aut consimiles, propter quas homo velut horrore concutitur, & grauius affligitur, quales & Paulus apostolus experiebat, quū diceret, For- tis pugna, intus timores. Et iterum, Supra modū grauatū fuimus supra virtutem, ita vt taderet nos etiam viuere. Sed ipsi responsū mortis habuimus in nobismetipsis, &c. Quidam vertunt, Secundū æ- stum, vel pro æstu multarum cogitationum intra me, recreauerunt consolationes tuę animā meam.

**A** ¶ Versu 21. Captabunt in animam iusti. In Hebræo est, copulabuntur, vt habet Hieronymus, vel con- gregabuntur quasi cuneis militum, vt ait Felix, vel conglobabuntur quasi cuneis militum, vt ait Fe- lix, vel conglobabuntur siue agglomerabuntur aduersus animam iusti.

**E**rsu 1. Iubilemus Deo saluati nostro. Hieronymus, Iubilemus petre Iesu nostro: id est, salu- tari vel saluatori nostro. Ipse enim dominus est petra nostra: id est, firmamentū nostrum & fortitudo: & est nostrum salutare, siue salus nostra, aut saluator. Felix sic vertit, Iubilemus ru- pi salutis nostrę: id est, firmamentū petre, in qua salui consistimus, & in bono immobiles. Alii vertūt, Iubilemus forti salutis nostrę, vel forti saluatori nostro. Alii, Propugnatori salutis nostrę. Quę in i- dem conueniunt. ¶ Versu 4. Quia in manu eius sunt omnes fines terra. Hieronymus, In cuius manu fundamenta terrę. In quo significatur plenissimum dominiū, quo dominatur terrę dominus, & per- fecta possessio, vt possit eam concutere, conturbare, destruere, aut continere pro suo placito. Qui e- nim fundamenta habet adificii in manu sua, in huius arbitrio est ipsum vel cōseruare, vel commoue- re, vel penitus in ruinam dare, atq; ex imo subuertere. Felix autem pro fundamentis habet explorati- ones. Alii vertūt penetralia terrę: id est, intima terrę, & quę sunt in ea abditissima. Omnia enim sunt domini, quę etiam intima creauit terrę viscera. Atq; ita pulchre istud cū sequenti consentit, vt ca- nat propheta ea etiam quę hominibus profus necessaria sunt incognita loca, cuiusmodi sunt mon- tium celsitudines, & terrę penetralia, esse in manu & subiectione domini. Quod autē in secūda par- te dicitur, Et altitudines montiū ipsius sunt, hoc in psalterio Romano ita legitur, Et altitudines mō- tiū ipse conspiciat. Quo verbo indicatur, Deo esse cognita etiā illa quę sunt in altissimis montibus. Verum hæc lectio neq; in Hebræo neq; in Greco inuenitur. Sic enim habet vtraq; lectio, vt nos se- cundum cōsuetudinem psalteri Gallicani legimus, Altitudines montiū ipsius sunt. ¶ Versu 6. Veni- te, adoremus, & procidamus ante Deū, ploremus coram Domino. In Hebræo nō est ploremus. Sic e- nim legitur, Venite, adoremus, & procidamus, vel curuemur, vel flectamus genua ante faciem domi- ni factoris vel victoris nostri. ¶ Versu 8. Hodie si vocē eius audieritis. Hoc principiū versus quidam Hebræi iungunt cū præcedentibus, cū verbis illis, venite, adoremus, & procidamus ante Deū factorē nostrū, si modo hodie vocem eius audire volueritis: ac deinde legūt separatim, Nolite obdurare cor- da vestra, &c. Verū ita non distinguit in sua versione Hieronymus, neq; videtur distinctio illa appro- banda. Maxime cū beatus Paulus in epistola ad Hebræos hunc locū frequenter replicans, manifeste nostram connexionē approbet, & eam solā ponat, semper ita iungens, Hodie si vocem eius audieri- tis, nolite obdurare corda vestra. ¶ Versu 9. Sicut in irritatione secundū diem tentationis. Pro irri- tatione & tentatione, in Hebræo est meriba & massa, quę aliqui putant esse nomina propria locorū in quibus filii Israel tentauerunt domini. Magis tamen videtur accipienda vt nomina appellatiua significantia contradictionem vel irritationem & tentationē, quomodo vertit etiam ex Hebræo Hie- ronymus, Sicut in contradictione, sicut in die tentationis, in deserto. ¶ Versu 10. Probauerunt & vi- derunt opera mea. In Hebræo est, Probauerunt me, & viderunt opus meum.

**E**rsu 8. Adorate dominum in atrio sancto eius. Hieronymus, Adorate dominū in decore san- ctuarii. Quod exponi potest secundum interpretationem lectionis vulgata, Adorate domi- num in decore ecclesię habitatem, vel adorate dominum in decore & magnifico sanctuario. Intelligi etiam potest, Adorate dominum in fide, spe, & charitate, virtutūq; ornatu. Hic est enim decōr sanctuarii interioris domini Dei nostri, id est ornatus humani spiritus, quem inhabitat Deus vt templum. ¶ Versu 16. Etenim corripit orbem terrę, qui non commouebitur. Hieronymus, Siqui- dem appendit orbem immobilem: id est, firmavit, atq; preparauit orbem qui non mouebitur, quod secundum sententiam cum lectione vulgata coincidit: quemadmodum & illud quod vertit Felix, Etiam firmatus est orbis terrę, non elabitur. In sequenti autem versu loco commoueat. Hierony- mus vertit, tonet mare. Felix, tumultuetur, aut intonet mare. Alii, resonet vel perstrepat mare. Om- nia nostrę expositioni consentiunt.

**H**ic psalmo in Hebræo nullus præponitur titulus. In lectione tamen vulgata, atq; etiam in Græca sic legimus, Canticum David, quando domus edificabatur post captiuitatē. Qui ti- tulus, si secundum mysticam intelligentiā exponatur, manifeste consonat iis quę in hoc psal- mo decantantur de ecclesię sanctę per Christum ædificatione, & mundi correctione siue restaura- tione per Christi aduentum & prædicationē glorię eius. Dum enim mundus post longam captiui- tatem tandem est libertati restitutus, & à captiuitate absolutus, à iugo mortis & seruitute diaboli, quasi post captiuitatem domus Dei edificata fuit.

**V**ersu quinto, Montes sicut cera fluxerunt à facie domini, à facie domini omnis terra. Ex He- bræo sic vertit Hieronymus, Montes sicut cera tabefacti sunt à facie domini, à facie dominato-

ris omnis terra: similiter & Felix, A facie domini vniuersę terrę. Atq; ita etiam legitur in Gręcis *co-  
dicibus* *αὐτὸ πρὸς τὸν πνεῦμα τῆς ἀληθείας*: vbi articulus manifeste indicat casum genitiuum: hoc est, A fa-  
cie domini omnis vel totius ipsius terrę. Vnde potest oriri suspicio factam esse immutationē vnus  
literę a in x, in vulgatis Latinis codicibus, vt pro terrę, scriptum sit terra. Habet tamē nominatiuus  
etiam commodum & facilem sensum, vt ex elucidatione patet. ¶ Versu 7. Et qui gloriatur in simu  
lachris suis. In Hebręo idem est vocabulum, quod veru s. psalmi præcedentis, vbi nostra habet le-  
ctio, Omnes dii gentium demonia. Idem (inquam) vocabulum Hebraicum est elilum, quod aliquiver  
tunt scolptilia, sed significare videtur vanitates, vel nihil. Vnde Felix vertit, Qui gloriatur in idolis,  
vel in vanitatibus, vel in nihilo. Per contemptum enim, idola vanitates & nihil appellat. ¶ Versu 8.  
Adorate eum omnes angeli eius. In Hebręo est, Adorate eum omnes dii: hoc est, quicquid magnifi-  
cum est, quicquid gloriosum, agnoscat superiorem dominus, eumque adoret, vt dictum est.

DE TITVLO PRAECEDENTIS PSALMI.

**I**N Hebręo nullus est titulus, sed in Gręcis & Latinis codicibus sic legitur, Psalmus ipsi David, vel  
huic David, quando terra eius restituta est vel restaurata. Qui titulus secundum mysticam intel-  
ligentiam non male conuenit materię psalmi præsentis, qui est de restitutione totius terrę, facta  
Christo domino post resurrectionem. Quasi enim perdiderat terram, & ei velut perierat, dum sub ma-  
num inimici & sub tyrannidem diaboli fuit tradita propter primi hominis peccatum. Quasi verò  
restituta fuit Christo & instaurata, quando morte deuicta fuit redēpta, & per euangelii prædicatio-  
nem ad Christum primum & verum dominū fuit conuersa. Perfectissime autem terra restaurabitur  
& restituetur ipsi Christo in nouissimo iudicio, quando omnia perfecte subiiciantur sub pedibus ei-  
us. Nunc enim (vt ait apostolus) necdum videmus omnia subiecta sub pedibus eius, tunc autem fient  
ei omnia subiecta.

1. Cor. 15.  
Psal. 8.

IN PSALMVM XCVII.

**V**ersu 2. Saluauit sibi dextera eius. Quomodo in annotationibus principalibus diximus, putat  
istud vertendum aliqui per accusatiuum: Saluauit eum dextera eius: hoc est, ipsum Christum  
dominum saluauit sua diuinitas. Alii vertunt, Saluauit sibi dexteram suam, & brachium san-  
ctum suum: ad hunc sensum, Deus pater saluū fecit a morte (per resurrectionem) filiū suum, qui est  
ipsum dextera & brachium. Frequens enim est, vt in scripturis filius dextera patris aut brachium no-  
minetur: quemadmodū in cantico virginis matris dicitur, Fecit potentiam in brachio suo, quod ali-  
qui non male intelligunt, in Christo filio. Et quod in psalmo 117. dicitur, Dextera domini fecit vir-  
tutem dextera domini exaltauit me. Dextera domini fecit virtutem, potest de filio intelligi, per quē  
pater operatus est mundi salutem. Verisimilius tamen videtur quod dicunt alii, ex more Hebraici  
sermonis casu datiuo esse vertendum, vt habet nostra lectio, & quomodo beatus Hieronymus vertit  
in psalterio quod transtulit ex Hebraica veritate. Neq; hoc solum in loco, verum etiam in aliis ali-  
quot consimilibus sacre scripturę locis, veluti Esaię 59. Et saluabit sibi brachium suum, & iustitia  
eius ipsa confirmauit eum. Et iterū, Circumspexi, & non erat auxiliator: quāsiui, & nō fuit qui adiu-  
uaret. Et saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea auxiliata est mihi. In his (inquā) locis,  
quomodo non transtulit Hieronymus, Saluabit ipsum brachiū suum, vel saluabit me brachiū meum  
sed ipsi & mihi, casu datiuo, ita nos putamus etiam in presenti loco dicendū (vt nostra habet lectio)  
Saluauit sibi dextera eius. Potest autē hæc locutio accipi, vt sit proprietas Hebręi idiomatis, vel ad  
eum modum quo supra exposuimus in elucidatione & annotationibus principalibus, vel vt signifi-  
cetur exceptio, vt sit sensus, Saluauit sola dextera eius, salutem fecit sola eius dextera: quemadmodū  
in illis aliis locis apud Esaiam, Saluabit mihi brachium meum, sensus accipi potest, Solū brachium  
meum faciet salutem: & in altero loco, Solum brachium meum fecit salutem.

Psal. 117.

Esaię. 59.  
& 69.

IN PSALMVM XCVIII.

**V**ersu tertio, Honor regis iudicium diligit. Hieronymus pro honore, vertit, imperium. Imperiū  
(inquit) regis iudicium diligit. Alii vertunt, fortitudinē. Facile autem ista possunt exponi se-  
cundum ea quę diximus in elucidatione & annotationibus principalibus. ¶ Versu 5. Adorate  
scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Ex Hebręo verti potest indifferenter, vel per genus  
neutrum, Quoniam sanctum est, videlicet scabellum, quomodo habet lectio Latina: vel, Quoniam san-  
ctus est, genere masculino, vt sit sensus, Adorate scabellum, pedum domini, eo quod ipse dominus sit  
sanctus. Atq; ita vertit Hieronymus. Felix verò sequitur genus neutrum. Pro eo autē quod in Hebręo  
& in nostra lectione habetur, Adorate scabellum pedum eius: habet paraph. Chal. Adorate domum  
sanctuarii eius, quod illi fauet expositioni quę per scabellum pedum intelligit arcam domini, vt di-  
ximus in annotationibus prioribus.

IN PSALMVM XCIX.

**V**ersu tertio, Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Hieronymus ita vertit, Ipse fecit nos, & ipsius su-  
mus. Populus eius, & grex pascuę eius. Alii ex Hebręo vertunt, Ipse fecit nos, & non nos, in-

**A**telligendo ipsi, iuxta sententiā nostrę lectionis. Felix & in textu ponit, Et non nos: ad marginem ve-  
rò, Et ipsius nos, admonens, quod dicitio ipsius scribitur, dicitio autem non legitur. Id enim subinde  
in hebraica lectione vsuenerit, vt aliud scribatur, & aliud legatur. Quod autem huic Psalmo præ-  
mittitur pro titulo, Psalmus in confessione, nullam habet difficultatem. Manifestum enim est, ob  
hoc in confessione præmitti, quoniam non aliud quàm ad confessionem adhortatur.

IN PSALMVM C.

**V**ersu secundo, Psallam & intelligā in via immaculata. Hieronymus, Psallā & erudiar in via  
perfecta, quod pro nostra facit interpretatione in elucidatione posita. ¶ Versu 4. Non pro-  
ponebam ante oculos meos rem iniustā. In Hebręo est verbum belial, pro re iniusta, eadē-  
que sententia est. In iis autem quę sequuntur, Facientes prauaricationes audiui, non adhæsit mihi  
cor prauum, declinantem a me malignum non cognoscebam. aliam distinctionem habet lectio he-  
braica. Sic enim vertit Hieronymus, Facientem declinationes odiui, nec adhæsit mihi. Cor prauum  
recedet a me, malum nesciam. ¶ Versu sexto, Hunc persequebar. In Hebręo est, Hunc interficiam,  
vel hunc ad internitionem perducam. hoc est, grauiter illum redarguam, confundā & puniam, nec  
ferre potero. ¶ Versu septimo, Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Hoc insa-  
tiabile intelligi potest de corde auaro vel ambitioso. Vtrunque enim est insatiabile: illud quidem  
diuitiis: hoc autem honoribus. Et ad vtrunq; est lectio hebręa indifferens, quę habet, latum vel va-  
stum vel amplum corde. Sunt autem lato corde vel amplo corde tam auari quàm ambitiosi. Hiero-  
nymus tamen vertit, elatum corde, ad ambitionem referens. Pro eo autem quod sequitur, Cum hoc  
non edebam: in Hebręo est, Cum hoc esse non potero, vt vertit Hieronymus: vel hunc non patiar,  
vt habet Felix. In Hebręo enim est oratio defectiua, non potero: vbi supplendum videtur ferre, aut  
sustinere, aut esse cum eo, aut simile aliquid. ¶ Versu nono, Nō habitabit in medio domus meę, qui  
facit superbiam. Pro superbia, in Hebręo est dolus vel fraus. Pro eo autē quod sequitur in parte se-  
cunda, non dixerit: Hieronymus habet, non placebit: Felix, non dirigetur, non stabilietur. Alii, non  
prosperabitur, non habebit prosperū successum. Omnia fere in idem recidunt, & sententiam in Elu-  
cidatione positam declarant. ¶ Versu vltimo, In matutino interficiā omnes peccatores terra. Si in  
persona Christi hic Psalmus exponeretur, posset ista peccatorum interfectio intelligi damnatio im-  
piorum: & tempus hoc matutinum, dies iudicii, quando illucescet dominus & illuminabit ab icon-  
dita tenebrarum, vt fiant manifesta cōsilia cordium. Tunc enim colliget & separabit Christus do-  
minus de regno suo omnia scandala, & omnes qui ea operati sunt, proiciet in ignem damnationis  
aterna. Cui expositioni satis fauet quod habet Chalda. Paraphra. Mundo venturo qui assimilatur  
luci matutina, perdam omnes peccatores terrę, vt disperdam de Hierusalem ciuitate Dei omnes o-  
perarios iniquitatis.

1. Co. 4.

Matt. 13.

IN PSALMVM CI.

**V**ersu quarto, Ossa mea sicut cremum auerunt. Felix, Ossa mea sicut torris vel titio, vel focus  
adusta sunt: quod eadē habet cum nostra lectione sententiā. Vicinius tamen Hieronymus  
vertit, Ossa mea quasi confrixia contabuerunt. ¶ Versu 8, Vigilauit & factus sum sicut passer  
solitarius in tecto. Verbum hebraicum sakad, significat non simpliciter vigilare, sed vigilare cum  
obleruatione & expectatione aut cū exercitatione. Vnde verti posset, Expectando vigilauit, aut vi-  
gil expectauit, aut vigilando exercitatus sum, sine vigil perseueravi. Pro passere autem Hieronymus  
nomen generis ponit, vertens autem solitariam super tectum, pro passere solitario in tecto. Felix ta-  
men & alii, nomen speciei iuxta nostram lectionem retinent. ¶ Versu 13, Et memoriale tuum in ge-  
neratione & generationem Felix vertit, Memoria tui, quod clarius est. Hieronymus autē, memora-  
bile, quod forte de nomine domini, vel de operibus memorabilibus & aterna commemoratione di-  
gnis intelligitur. ¶ Versu 24, Respondit ei in via virtutis suę. Secus legitur in Hebręo, Afflixit sine  
humiliauit in via virtutem aut fortitudinem meam, abbreviauit dies meos. Quam lectionem variis  
exponunt modis. Quidam sic intelligunt, Afflixit dominus virtutem & fortitudinem meam, in via  
vitę huius, per diuersorum malorum immisionem, breuiauit ærumnarum & miseriarum multitu-  
dine dies vitę meę. Chal. Paraph. sic habet, Afflicta est a via laboriosa (ipsa est via captiuitatis) vir-  
tus mea. breuiati sunt dies mei. Secundum quam sententiā, in via pro a via videretur accipiendū.  
Quidam subtilius interpretatur, per viam intelligētes hunc cursum Ecclesię, tempore medio inter  
primordia nascentis Ecclesię & finem nouissimū. In hac enim via, in hoc tempore medio, quo ver-  
sus finē sæculi properatur, Ecclesię fortitudo affligitur per varias hæreses & schismata multa, An-  
tichristis multis exurgentibus, qui fidei fortitudinem mirum in modum affligunt & imminuūt, do-  
nec in tempore nouissimę persecutionis ad summū excresecat malitia. Sed propter electos (iuxta  
verbum saluatoris) dies illi afflictionis breuiabuntur. Alii verò sic exponunt, Non est passus Deus  
me progredi in peccatis meis, via mala quam ambulauit, per praua & denia itinera, sed impediuit me  
afflictionib; & flagellis suis, & dies meos malos abbreviauit siue abscidit, neq; permisit suū cursum  
perficere. ¶ Versu 27, Ipū peribūt, tu autem permanes. Perire istud communiter intelligitur ratio-  
ne mutationis, quę fiet in cęlestibus. Posset tamen sic intelligi, Peribunt quantum est ex se. id est,  
ex se corruptibiles sunt & perirent, nisi tu eos in æternum conseruares. In secunda autem parte, Et  
omnes sicut vestimentum veterascent. Quidam intelligunt, omnes homines vel omnes creaturę  
HH

Matt. 24.

Matc. 13.



secundum quam sententiam habet Psalterium Romanum, Et omnia sicut vestimenta veterascent. Ex Hebræo autem manifestum est debere intelligi de calis, de quibus facta fuerat mentio in precedentibus. Vnde Felix sic reddidit, Et omnes ipsi sicut pannus veterascent vel consumentur. ¶ Versu ultimo, Semen eorum in saculum dirigitur. In Hebræo est, Semen eorum ante faciem tuam perseuerabit, vel in conspectu tuo confirmabitur, aut dirigitur coram te. Et eadem cum nostra lectione sententia. Intelligimus enim hanc directionem feminis, non aliter quam in conspectu Dei.

IN PSALMVM CII.

**V**ersu primo, Et omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Romanum Psalterium habet omnia interiora mea quomodo legit & Felix. Hieronymus autem vertit, omnia viscera mea. Eadem in omnibus sententia est. Significatur enim quæcumque intra hominem sunt, & membra vires, siue corporis siue animæ. ¶ Versu quarto, Qui redimit de interitu vitam tuam. Pro interitu in Hebræo est dictio Sachath, significans vel corruptionem vel foueam. Vnde Hieronymus vertit, de corruptione. Felix, de fouea, vel (vt simul ambo exprimat) de fouea corruptionis. Chald. autem Paraph. ponit gehinam, quod nos gehennam dicimus. Omnia in idem redeunt. Significatur redemptione de inferno, perditione, corruptione & morte æterna. ¶ Versu quinto, Qui replet in bonis desiderium tuum. Pro desiderio, in Hebræo est adi, per ain in principio: quod variam habet significationem & interpretationem. Significat enim interdum ornamentum, aliquando maxillam siue os. Primam significationem sequutus Hieronymus, ita vertit, Qui replet bonis ornamentum tuum. Per ornamentum autem intelligi potest anima & spiritus, qui in homine est summum ipsius ornamentum, cuius nobilitate ornatur homo atque honoratur super omnia viuentia. De quo ornamento potest etiam illud intelligi, quod in octauo Psalmo scribitur, Gloria & honore coronasti eum, si de toto humano genere passus ille exponatur, vti suo loco ostendimus. Et hic est honor, de quo iterum dicitur, Homo cum in honore esset, non intellexit. Hoc autem ornamentum Deus bonis implet, cum animam ex se egenam, omnibus adimplet spiritualibus charismatibus. Alii respicientes alteram significationem, vertunt: Qui replet bonis os tuum, vel maxillas tuas, vel buccas tuas. Quæ loquutio figurata videtur, significans abundantem impletionem largæ petitionis, secundum quod in Psalmo alio dicitur, Dilata os tuum, & implebo illud. Si quidem per oris apertionem vel dilatationem, intelligimus desiderii postulationem: per oris autem impletionem, significatur desiderii adimpletio. Ac secundum hunc intellectum, nostra vulgata lectio Latina hebraicam explicat. ¶ Versu 9, Non impetuum irascetur, neque in æternum comminabitur. Hieronymus, Non in sempiternum iudicabit, neque in æternum irascetur. Felix, Non in æternum contendet, neque in æternum seruabit odium. ¶ Versu 15, Et non cognoscat amplius locum suum. In Hebræo aliter legitur: Et non cognoscat eum locus eius, quemadmodum concorditer omnes ex Hebræo vertunt interpretes. Quod si de flore exponatur, sensum hunc habet: Vbi ceciderit flos, non eum cognoscit ultra locus in quo stetit, locus in quo prius nutriebatur & florebat, iam non ultra illi vigorem aut alimentum præbet, nullumque tenet floris qui pridem in eo stetit vestigium, sic quasi nunquam florem illum gestauerit. Si de homine intelligas, fere similiter exponi debet: locus quem prius inhabitare solebat homo dum viueret, post mortem illum ultra non cognoscit nactus alium dominum, alium heredem, alium inhabitatorem: nullum tenet mortui vestigium, ac si nunquam illum possessorem habuisset aut dominum.

IN PSALMVM CIII.

**V**ersu tertio, Extendēs calum sicut pellem. Pro pelle, Felix vertit cortinam. Cælum autē Deus extendisse dicitur, quasi cortinam, intra quam habitet & sedeat occultatus. Hieronymus vero nobiscum pellem vertit, & potest intelligi, sicut tentorium & habitationem suam. Tentoria enim ex pellibus solent fieri, ¶ Versu 7, Abyssus sicut vestimentum amictus eius. Clarius ex Hebræo sicut vertunt Hieronymus ac Felix, Abyssus quasi vestimēto operuisti eam, quam sententiam habet aliquāto obscurius nostra lectio, hoc ordine: Abyssus aqua est amictus terræ, quasi vestimentum. hoc est, aqua terram amicit & circumdat in modum vestimenti. ¶ Versu 10, Terminum posuisti quæ non transgredientur. Non ad montes solum hoc refertur, sed maxime ad aquas, quæ admodum aperte monstrat Chald. Paraph. quæ sic habet, Terminum posuisti fluctibus maris, quem non transgrediuntur. ¶ Versu 13, De medio petrarum dabunt voces. In Hebræo est, De medio frondium, ramorum, vel nemorum. ¶ Versu 17, Vt exhilaret faciem in oleo. Hieronymus nobiscum vertit, Ad exhilarandam faciem oleo: Felix, Vt illustret faciem oleo. id est, quasi splendere faciat ex vnctione olei. Potest tamen & aliter verti, continuando istud cum precedentibus ad hunc modum, Vinum latificabit cor hominis, vt faciem splendescere faciat super oleum, id est, Non solum ex vino cor hominis latificabitur, verum etiam facies ipsa grato perfundetur colore, & nitebit ad modum olei. Vel sic, Vt splendescere faciat vultum præ oleo, siue præ pinguedine. Quibus enim vsus est vini continuus & moderatus, pinguiusculi fiunt, & bene curata cute. Sed prior sententia videtur conuenientior, qua indicatur, Deum etiam quæ honestam faciunt voluptatem donare hominibus. Nam quod oleo & vnguentis ungi ad honestam refocillationem pertineat, vel ex eo patet, quod Saluator vngi pedes suos in domo Simonis permisit vnguento, item super caput suum effracto alabastrum preciosum vnguentum nardi spicati passus est effundi, in id factum suscepit & commendauit. ¶ Versu 18, Saturabuntur ligna campi. Hebraum habet, Ligna domini. Dicuntur autē ligna domi-

Psal. 8.  
Psal. 48.

Psal. 80.

**A**ntilla quæ absque hominis manu in syluis & campis nascuntur, quemadmodum indicat Paraphr. Chald. Saturabuntur (inquiens) arbores quas creauit Deus, cedri Libani quas plantauit. Vel ligna Psal. 35. domini dicuntur arbores altissimas, quemadmodum in alio Psalmo, cum dicitur, Iustitia tua sicut montes Dei, quidam intelligunt montes altissimos vt per excellentiam dicantur esse Dei, quæ sunt excellentissima, vt in eis specialis reliceat operatio virtutis Dei. Secundum quod etiam in alio Psalmo de cedris Dei potest intelligi cum dicitur, Operuit montes umbra eius, & arbuta eius cedros Dei. ¶ Versu 19, Erodii domus dux est eorum, in Hebræo secus legitur. Hieronymus enim ita vertit, Milno abies domus eius, hoc est miluus in abiete habitationem suam ponit: Felix, Ciconia abietes domus eius, hoc est, Ciconia habitant in abietibus. Significatur aues istas in excelsis arboribus, cuius modi sunt abietes, ponere nidum suum. In quam etiam sententiam satis conuenit lectio Latina, cuius sensus est, Domus vel nidus vel habitatio erodii (quem interpretatur ciconiam, vel ardeam) est dux passerum ac aliarum multarum auium, id est, præcedit & antecellit nidificando in altis, plusquam multarum aliarum specierum volucres. In Græco enim loco huius dux est, verbum ponitur *ἡγεμῶν*, quod sonat ac si dicas, præcedit vel antecellit: vt sit sensus, domus erodii præcellit, & quasi principem ac ducem agit super passeres & alias aues. vel erodius suo nido ducem agit, & velut gloria-tur atque superbit singularis altitudinis excellentia. Psalterium autē Romanum, pro erodii habet folicam. Verum id minus conueniens esse videtur, eo quod folicam videtur esse auis marina, circa littora nidificans. In sequenti autē parte, cum dicitur, Petra refugium erinacis, vertit aliqui pro erinacis lepores, vel cuniculos. Sunt enim & ipsa animalcula timida intra terram suam habentia latibulum. ¶ Versu 20, Effecit lunam in tempora. Felix vertit, propter tempora, vel per tempora. id est, vt distinguantur tempora, præsertim illa in quibus conueniunt homines ad solennitatem. Nam festorum tempora, maxime secundum lunam distinguuntur. ¶ Versu 25, Quam magnificata sunt opera tua domine. In Hebræo est rabbu, quod sonat multa vel multiplicata, Vnde Hieronymus vertit, Quam multa sunt opera tua: & Felix, quam multiplicata. Potest tamen recte illa dictio significans multitudinem, ad præstantiam referri, vt sit sensus, Quam præstantia, quam eximia, quam magna sunt opera tua domine, vt habet nostra lectio. Præstantia namque, ex virtutis multiplicatione est.

IN PSALMVM CIIII.

**V**ersu quarto, Quarite dominum & confirmamini. In Hebræo est, Quarite dominum, & virtutem vel fortitudinem eius. hoc est, quarite ab eo confortari vel confirmari virtute superna. In quam sententiam facile reduci potest lectio nostra vulgata, si ita exponatur, Quarite dominum, & in eo confirmari siue corroborari studete ac postulate. Iuxta quem modum alibi dicitur, Delectare in domino. id est, conare vel delectationem habeas in domino, postula vt tibi det in se delectari. ¶ Versu duodecimo, Dum essent numero breui, paucissimi & incolæ eius. Clarius hanc sententiam habet versio Hieronymi, Cum essent viri pauci, modici, & incolæ in ea. Et Felix, Dum essent viri illi numeri perquam minimi & aduenæ in ea. ¶ Versu decimo sexto, Et omne firmamentum panis contriuit. Nos in elucidatione firmamentum panis exposuimus panem firmantem cor hominis, quo confirmatur & sustentatur vita eius. In eandem sententiam accipi potest quod ex Hebræo vertunt, virgam panis, vel baculum aut sustentamentum vel gubernaculum panis. Pane enim homo velut baculo aut virga sustentatur, eiusque vita gubernatur & regitur, vt sine eo non possit degere. Sic & in Esaia dicitur, robur panis. Secundum litteram verò accipere licebit stipulas frumenti, tritici, & omnium leguminum, ex quibus quomodo cumque panis confici potest. Panis enim, virga, siue baculus, siue sustentamentum, est stipula, quatenus frumentum fert in sui summitate, vnde panis conficitur: verum prior expositio magis probanda videtur. ¶ Versu decimo octavo, Ferrum pertransit animam eius. Hieronymus, In ferrum venit anima eius. Felix in eandem sententiam, In ferrum ingressa est anima eius. hoc est, vita eius siue corpus eius, aut viuens ipse in ferrum venit compedibus vincitus, vt fieri solet in carceratis. Quod autem sequitur, Donec veniret verbum eius, in Hebræo nouum verbum incipit, cum eo coniunctum quod sequitur, hoc modo, Vsq̄ ad tempus donec veniret sermo eius, eloquium domini probauit vel examinauit eum. Quod hanc habet sententiam, Donec impletur sermo prophetiæ eius, quo ventura prædixerat conceptiuis suis pistorum & pincernarum magistris, probatus interim fuit à domino in afflictione carceris. Quam sententiam pulchre nostra etiam vulgata lectio recipit, si tantum qualis dicta est, fiat distinctio. Nam inflammavit, loco probauit vel igne examinavit, recte accipitur, quemadmodum alibi, Eloquia domini argentum igne examinatum. Et iterum, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. ¶ Versu vigesimo primo, Vt erudiret principes eius sicut semetipsum. Hieronymus, Vt erudiret principes eius secundum voluntatem suam. De quo in annotationibus principalibus diximus. Alii autem sic vertunt, Vt vinceret principes eius secundum voluntatem suam. Quod aliqui exponunt de potestate plena, quam habuit Ioseph etiam principes Pharaonis vincendi, quomodo prius ipse vincitus fuerat à suo domino. Potest tamen illud vinciri intelligi, devinciendo ciuilitate, legaliterque ligando. Legibus enim & statutis aquis vincuntur homines, ac velut ligantur salubriter. Habuit autem Ioseph auctoritatem & potestatem leges condendi super vniuersam Aegyptum, & præcipiendi omnibus etiam primis Pharaonis principibus pro suo placito. Sic enim illi regni gubernacula committens dixerat Pharaon, Absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem, in omni terra Aegypti. Quod si hoc modo intelligamus, vincire principes secundum suam voluntatem, idem erit quod erudire secundum suam voluntatem. Erudit enim legislator, quos aquis legibus vincit. Chaldaica

Esaia. 3.

Psal. 11.  
Psal. 16.

Gene. 42.





**V**ersu quarto, Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum. Lōge aliter hoc legitur in Hebræo. Hieronymus ita vertit, Populi tui duces spontanei erunt, in die fortitudinis tuæ in montibus sanctis. Quod hanc potest accipere intelligentiam, Sancti apostoli Psal. 44. & Ecclesiarum prepositi, quos tu (iuxta alterius Psalmi sententiam) constitues principes super omnem terram, & sicut deos fortes terræ vehementer eleuabis, erunt spontanei, vltroque voluntarii ac prompti, in die fortitudinis tuæ. id est, in tempore hoc quo nunc vivis & regnas in fortitudine tuæ: erunt (inquam) spontanei & bene voluntarii ac prompti, ad peragenda tua negotia, ad implendum diligentissime quæcumque tu per illos fieri iusseris. Vbi: In montibus sanctis, in sanctis Ecclesiis, quas illis tu committes tradesque in fruendas, fundandas, & gubernandas. Felix vertit aliter, Populus tuus cum oblationibus, in die virtutis tuæ, in decoribus sanctitatis. hoc est, in tempore regni tui, veniet ad te populus qui in te credit, cum oblationibus in deuotione cordis sui, ad te honorandum: idque facient in decoribus sanctitatis, quoniam studebunt corpora sua offerre hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, & animas suas studebunt in sanctitate atque iustitia offerre domino. Potest etiam sic verti, Populus tuus ipsi erunt tibi oblationes spontaneæ, vel liberales & munificæ. ¶ Versu eodem, Ex vtero ante luciferum genui te. Et hanc partem longe aliter nos legimus, iuxta interpretationem septuaginta, ex Græco, quàm habeatur in Hebræo. Hieronymus sic habet, Quasi de vulua orietur tibi ros adolescentiæ tuæ. Atque in eandem sententiam vertit Felix, tantum profuturo præteritum ponens, Ex vtero ortus est tibi ros generationis tuæ. Pro eodem enim videntur accipi, ros adolescentiæ & ros generationis. Est autem hic sensus, Ros generationis tuæ, fecunditas ex qua tu natus es secundum humanam naturam & homo factus, & tota ipsa efficacia virtutis, unde corpus formatum est quod assumpsisti in humanatione tua, omnis (inquam) ros ille, non ex viri lumbis processit, sed ex vtero tibi ortus est, in virgineo vtero tota illa virtus, vniuersa illa fecunditas inuēta est, ex spiritu sancto, qui illum sic irrorauit, cœlestique ac miraculoso rore rigauit, vt in ipso genereris absque virili commercio. Vel per rorem intellige ipsam totam materiam compositionis corporis humani, unde componitur corpus. In generatione enim ceterorum hominum, semen paternum cum menstruo matris cōmixtum, facit compositionem corporis. In Christi autē conceptione, spermatis virilis nequaquam adfuit commixtio: sed de purissimis virginis Maria sanguinibus, virtute spiritus sancti, formatum fuit illud benedictum corpus filii Dei, quod vniretur verbo in vnitatē suppositi. Nicolaus à Lyra ita ex Hebræo legit, de matrice aurora, vel de vtero aurora, tibi ros adolescentiæ tuæ, appellas auroram beatā virginē, & corpus Christi cœlitus formatū appellans rorem, vt significetur Christus secundum humanam natiuitatem de virgineo vtero natus, ē quo quando impletum est tempus Mariæ vt pareret, egressus est tanquam sponlus de thalamo suo, sicut sol post auroram statim apparet, & mundo se manifestat. Sunt & alia aliorū interpretationes, quas sciens prætereo, ob prolixitatem atque confusionem deuitandam. ¶ Versu septimo, Implebit ruinas. Hieronymus vertit pro ruinis valles, cui versio etiam assentitur Felix. Impletio autem valium potest intelligi secundum Eliaie vaticinium, Omnis vallis implebitur vel exaltabitur. Nam & quod mox sequitur in psalmo, Conquassabit capita in terra multorum, satis apte illi respondet quod sequitur in illo Eliaie vaticinio, Et omne mons & collis humiliabitur. Nam illi quorum hic dicitur tur capita conquassanda superbi, montes erant seculi. Alii, pro ruinis vertunt cadauera, ad hunc modum, Congregauit cadauera, vel impleuit cadaueribus. In quo designatur grauissima cades & vltio præualida, quā exercebit Deus aduersum inimicos suos: quasi dicatur, implebit omnia cadaueribus. ¶ Versu eodē, Conquassabit capita in terra multorum Hieronymus, Percutiet caput in terra ampla: Felix, Percutiet caput super terrā multam: hoc est, principem, supple qui erat super terrā multam. Quod intelligi potest de diabolo, qui erat princeps huius mundi, qui est terra multa & ampla.

IN PSALMVM CIX.

**V**ersu 1. In concilio iustorum & congregatione. Hieronymus nobiscum vertit, in concilio iustorum. Felix autē vertit, in secreto rectorū: quod licet magis videatur prima facie sanere consilio per se. Quod nos in elucidatione non sequimur, & annotationibus prioribus minus probauimus, tamen potest etiam cōgrue concilio applicari, eo quod soleant concilia in secreto congregari & celebrari. ¶ Versu 2. Exquisita in omnes voluntates eius. Hieronymus, Magna opera domini, exquirenda in cunctis voluntatibus suis. hoc est, diligenter consideranda & contemplanda in omnibus quæ ipse voluerit. Videt enim pii opera Dei magna in omnibus quæ ille operari voluerit. Felix aliter vertit, Magna opera domini, exquisita ab omnibus cupientibus ea. id est, quæ exquiruntur siue diligenter considerantur ab omnibus piis, quibus beneplacitum fuerit vel qui delectantur in operibus domini sui. Alii sic vertunt, Exquirenda ab omnibus voluntatibus vel desideriiis eorum, vt significetur, opera domini magna deberet toto corde exquiri, & considerari cum summo desiderio à iustis. Nam, eorum, in hoc versione referre videtur iustos siue rectos, quorum in præcedenti versu fit mentio. Et hæc eadem sententia accipiposset ex versione supradicta Hieronymi, si tantum suis acciperet pro eorum. Alii rursus sic vertunt, Et eximia sunt opera domini: peruestigata ad cuncta beneplacita illorum, supple sunt vel sufficiunt. hoc est, in quibus, qui ea diligenter peruestigauerunt & considerauerunt, inueniunt quæcumque cupiunt. ¶ Versu 4. Elcam dedit timentibus se. Dicitio Hebraica quæ hic pro esca ponitur tereph, in sacris literis subinde significat prædam vel rapinam. Vnde quidam Hebræorum vertunt, Rapinam vel prædam dedit timentibus se.

**A**xponentes de præda quam ex iussione domini abstulerunt à filiis Israel, quādo acceperunt ab eis accommodato vasa aurea atque argentea, & omne suppellectilem, de quo in Exodo plenius scribitur, Exod. 12. quibus omnibus Agyptios spoliauerunt, cum exirent de terra. Verum hæc expositio nimium Iudaica est, non ad aliud (vt arbitror) conficta, nisi in odium sanctissimæ eucharistiæ: videlicet ne hic passus (quomodo à fidelibus solet) exponatur de illa viuifica esca dominici sacramenti, quomodo iam ante in annotationibus ex Hebræo psal. 71. in versum 16. ostēdimus, recentiores Iudeos multa vana comminisci, & quantos valent tergiversari, contra tamen seniorū auctoritatem, ne locū illum iuxta Hebraicā veritatē pro sacra eucharistia admodū facientem, de eadem cogantur interpretari. Licet autem verum sit dictionem illam Hebraicā tereph, significare prædam, nō ita tamen hoc loco videtur vertenda. Nam significat & cibum vel escam, quomodo vertit Hieronymus & Felix in contextu. Veruntamen etiam si prædam quis legat, poterit & hoc cōuenienter de esca corporis Christi intelligi. Quis enim ignorat innocentem illum agnum prædam esse factū leonum crudelium, qui ipsum diu fuerat persequuti, qui super illum (vt in alio psal. scribitur) aperuerant os suum sicut leo rapiens & rugiens: De quorum ore suam animā ibidem orat liberari, postea quam in prædā venisset caro. Salua me (inquit) ex ore leonis, &c. Et bene quidem prædam factum semetipsum dedit, quia in passionis articulo, quū iam iam esset comprehendendus in cœna nouissima, ipsum nobis manducandum præbuit: vt si cui penitus libeat prædam accipere, hanc prædam agni magis quàm illam diuitiarum Aegypti intelligat. ¶ Versu vit. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Hieronymus, Doctrina bona omnibus qui faciunt eam: hoc est, vt illis est doctrina sapientiæ iis qui viuunt secundum eam. Felix relatiuū ponit in genere neutro, hoc modo, Intellectus bonus omnibus facientibus ea, supplens præcepta vel mandata, de quibus mentio facta est in prioribus. Ex lectione autē Græca manifestum est, debere legi, Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Nam sicut intellectus apud Græcos per femininum genus dicitur, ita & relatiuū ponitur eiusdem generis. Ita enim habent Græca, *οὗτος ὁ ἀγαθὸς πνεῦμα πρὸς τὸν ἀκούοντα*. In eo autem quod sequitur, Laudatio eius manet in seculum seculi, quidam relatiuū singularis numeri accipiunt pro plurali, vt eius positum sit pro eorum sitque sensus, Laudatio eorum qui faciunt ea quæ intelligunt, Deique præcepta adimplent, durare imperpetuum ante dominum, quomodo nos in elucidatione explanauimus. Alii referri putant dominum, cui à principio psalmi data est confessio: vt sit sensus, Laus domini perseverat in æternū: semper est ipse laudatus, & nunquam satis laudabilis. Et hæc ambiguitas, sicut in Latino, ita est eadē in Græco atque in Hebræo, vt liceat siue sic siue aliter intelligere.

IN PSALMVM CXI.

**V**ersu 3. Gloria & diuitiæ in domo eius. Hieronymus pro gloria vertit substantiā. Felix vberatam vel copiam. In idem redit sententia. Nam substantiam hominis diuitis, quæ plenus est dominus, & copiam omnium bonorum, vocamus illius gloriam. ¶ Versu 5. Disponet sermones suos in iudicio. Hieronymus vertit, dispensabit. Felix item, dispensabit, vel gubernabit. Disponere enim hic valet gubernare, moderari, instituire, & dispensare. ¶ Versu 7. Donec despiciat inimicos suos. Hieronymus, Donec aspiciat in hostibus suis: id est, donec aspiciat de hostibus suis debitam punitionem & malum exitum. Et idem penē vult lectio nostra vulgata. Vnde Felix nobiscum vertit, Donec despiciat tribulantes eum. Sententiam clarius exprimit Paraphrasis Chaldaica habens, Donec videat redemptionem à tribulationibus suis.

IN PSALMVM CXII.

**V**ersu 1. Laudate pueri dominum. Hieronymus, Laudate serui dominum. Alii per genitium vertunt, Laudate serui domini, Laudate nomen domini, vt in prior parte non sit plena sententia, regaturque vltimus ille accusatiuus, nomen domini, ab vtroque verbo laudate. ¶ Versu 5. Quis sicut dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in celo & in terra? Hieronymus paululum discedens à nostræ lectionis versione, nihil autem à sententia, sic legit, Qui in excelsis habitans humilia respicit, &c. Felix autē sic vertit, Quis sicut dominus Deus noster, qui se exaltat, vt habitat vel sedeat: qui se humiliat vt respiciat in celo & in terra? Chald. paraph. sic habet, Quis sicut ipse Deus noster, qui exaltat habitationem suam ad sedendum: demittit oculos suos ad videndum in celis & in terra? Sensus est, Quis similis est Deo nostro, qui in sublimi residet, qui in excelsis collocatum habet thronum gloriæ suæ, cuius maiestas est super nos nimium exaltata: & tamen se demittit, felix inclinat, & velut incuruat, vt prospiciat, & prouideat super omnia quæ aguntur vel sunt in celis & in terris.

IN PSALMVM CXIII.

**V**ersu 2. Facta est Iudæa sanctificatio eius. Ex Hebræo verti potest, Iudas, in masculino genere, vel Iudæa genere fecerunt in eo. Secundam autem partem: Israel potestas eius, vertit Felix numero plurali, Israel potestates ve dominatores eius. Quod ita potest exponi, Israel factus est ita potens ac validus ex Dei auxilio, post educationē de Aegypto, vt potestatem & dominationem acquisierit in omnibus gentibus per circuitum. Hieronymus verò nō aliud vertit, quàm quod nostra habet vulgata lectio. ¶ Versu 4. Montes exaltauerunt. Pro exaltauerunt, Hieronymus vertit subsilierunt, & subsultauerunt: eadēmq; sententia est. ¶ Versu 8. Super misericordiam tuam & veritatem tuam. Ex Hebræo Hieronymus ac Felix vertunt, Propter misericordiam tuam & veritatem tuam. ¶ Versu 25. Cælum cæli domino. Quidam ex Hebræo vertunt in eodem casu, Cæli cæli domino, vt replicatio habeat emphasim, ad declarandam magnificentiam habitationis domini. In Græco autem



est casus diuersitas *ὁ ὄψωνος τὸ ὄψωνος* id est, calum cali, quomodo habet nostra lectio. Atque ita etiam vertit Hieronymus, Calum celorum domino. Felix in textu ponit casu diuerso, Calum celi domino, ad marginem verò ponit in eodem casu, Cali celi domini, subaudiens sunt. ¶ Versu 26. Neq; omnes qui descendunt in infernum. In Hebræo est, Qui descendunt silentium, vel in silentiū: hoc est, in locum ubi est perpetuum silentiū illud malum, quod per prophetam prohibetur, dicentē, Ne dederitis silentiū illi: silentiū videlicet & cessatio à laude Dei, & omni sermone bono. Hic autē locus quis est nisi infernus? Nusquam enim penitus siletur à Dei laudibus nisi in inferno. Nam in celo requiem non habet beati illi ciues die ac nocte, in clamantes illud nobile trishagion, Sanctus, Sanctus, Sactus, dominus Deus noster omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est. In terris quoq; & si non omnes, neq; semper diuinis laudibus vacēt homines, nō tamen siletur perpetuò, sed ab electis tuis semper laudatur. In inferno autem prorsus silet laudis diuinæ confessio, vbi nihil nisi fletus auditur & stridor dentium, vbi vax vax carmen est perpetuū, vt canere aliud non libeat, neq; liceat in odio Dei obfirmatis. ¶ Versu vlti. Sed nos qui viuimus benedicimus domino. Illud, Qui viuimus, in Hebræo non habetur. Sic enim legitur, Sed nos benedicimus domino. Recte autē adiectū est ad exprimendam sententiam. Nos enim viuentes, debet intelligi. Aduertendum quoq; est hunc psalmum 13. quem nos vt vnicum legimus, ab Hebræis diuidi, à quibusdam tantum in duos psalmos: quorum primus 8. versu priores complectitur: secundus autem à versu 9. Non nobis domine, sumit exordium, & in finem vsq; perdurat. Alii distinguunt in tres, quorum tertium sumit initium à versu 20. Dominus memor fuit nostri, vsque ad finem. Prior tamen distinctio in duos tantum psalmos, Hebræis communior est.

IN PSALMVM CXIII.

Versu 1. Quoniam exaudiet dominus vocem orationis meae. In Hebræo est, vocem meam, deprecationes meas, quæ oratio vt appositoria conuenienter accipitur. ¶ Versu 3. Circumderunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. Hieronymus vertit, funes mortis. Felix vertit dolores, vel funes siue laqueos. Pro periculis autem inferni, Hieronymus habet munitiones inferni. Felix angustias inferni vel foueas. Sententiæ in nullo est diuersitas. ¶ Versu 5. O domine, libera animam meam. Pro ò, est in Hebræo ana, quod significat obsecro, quomodo vertit Hieronymus & ceteri, Obsecro domine, libera animam meam. ¶ Versu 6. Custodiens paruulos dominus. In Hebræo pro paruulis est dictio petaim, quæ significat simplices & persuasibiles, qui non sunt sapientes in oculis suis, non proprio innituntur consilio, sed humiliter Deo cōmendant animas suas, omnem curam & sollicitudinem proicientes in eum: suntque isti iidem *ἄνθρωποι*, id est paruuli, quibus in Euangelio testatur dominus arcana sapientiæ Dei esse reuelata.

IN PSALMVM CXV.

Versu primo, Ego autem humiliatus sum nimis. Hieronymus, Ego afflictus sum nimis. ¶ Versu tertio, Pro omnibus quæ retribuit mihi. Ad verbum ex Hebræo sic verti potest, Cuncta retributiones eius super me: quasi dicat, Obruor quasi immensis & innumeris ipsius beneficiis. Si verò tantum (pro) intelligatur, eadem est sententia quam habet nostra lectio, pro omnibus retributionibus eius super me. ¶ Versu 4. Calicem salutatis accipiam. Paraph. Chal. sic habet, Calicem redemptionis accipiam mundo venturo: hoc est, in sæculo futuro accipiam calicem salutis, & bibam, satiabor, & inebriabor de tuo calice, quo tum me potabis: id est, calice felicitatis æternæ. Atq; ita calix ille idem hic foret, de quo in psalmo 22, Et calix meus inebriās, quàm præclarus est.

IN PSALMVM CXVI.

Versu 6, Dominus mihi adiutor. In Hebræo ad verbum est, Dominus mihi: hoc est, dominus pro me est, vel meus est, vel mihi supple adiutor est, siue adest. ¶ Versu 11. Circundantes circumdederunt me. Hieronymus, Circumdederunt me, & obsederunt me. Felix, Circuierunt me etiam circumdederunt me: hoc est, ex omni parte circumcinxerunt & obsederunt. ¶ Versu 12, Et exarserit sicut ignis in spinis. In Hebræo est, Extinctus sunt sicut ignis in spinis. Quod à nostra lectione vulgata non multum dissonat, quoniam mox vt in spinis exarserit ignis, extinguetur. Nam licet multo stridore in spinis ignis scuire videatur, quantocius tamen desinit, tum quia succo & humore plena spina nimium obstitit igni, tum quia in spinis multum est lignorum, vt diu illis flamma foueri non valeat. ¶ Versu 13, Impulsus euerfus sum, vt caderem: & dominus suscepit me. Hieronymus ad sententiam nostræ lectionis vertit, Impulsus pellebar vt caderē, & dominus sustentauit me. Felix verò sic vertit, Impellens impulit me vt caderem, & dominus adiuuit me, vbi suppositum verbi, impulit, intelligi debet aduersarius. Alii sub secunda persona ita vertunt, Impellendo impulisti me vt caderē, vt dirigatur sermo ad cuneū aduersariorū, de quibus prius sermo est habitus. Pulchre verò hoc loco habet Paraph. Chal. Impulsionem impulit me peccatū meum vt caderem, & verbum Dei sustentauit me: vbi quis ille inimicus sit impellēs, de quo in lectione Hebræica sermo habetur, aperte exprimitur. Verē enim peccato maior inimicus nō est homini. ¶ Versu 14, Fortitudo mea, & laus mea, dñs. Hieronymus pro laude laudationē vertit: Felix canticum. Laus enim siue laudatio aut canticum iusti est Deus, quia ipsi est quem iustus semper laudat & canit, & in quo vno gloriatur. ¶ Versu 16, Dextera domini exaltauit me, in Hebræo est, Dextera domini excelsa est vel exaltata est, videlicet exaltādo & liberādo me. Nā faciēdo virtutē, siue agendo fortiter, exaltaū Dei dextera.

A ¶ Versu 24. O domine saluum me fac, ò domine bene prosperare. Ex Hebræo ad verbum sic foret transferendum, Obsecro domine, salua obsecro, obsecro domine, prosperare obsecro. Vel sic, Obsecro domine, salua nunc: obsecro domine, prosperare nunc, vt dictio Hebræica ana vertatur per obsecro, & dictio na per nunc. ¶ Versu 26. Constitue diem solennem in condensis, vsque ad cornu altaris. Beatus Hieronymus iuxta nostram sententiam vertit, tantum loco illius (in condensis) vertens, in frondosis, quæ idem sunt, quemadmodū in prioribus annotationibus diximus. Alii sic vertunt, Vincite agnum, vel ligate hostiam funibus ad cornua altaris: id est, hostias offerte in gratiarum actionem. Solent enim offerēdæ hostiæ ad cornu altaris (vt aiunt) ligari. Quæ sententia, nihil aliud quàm veterum hostiarum de corde puro & bona voluntate exigitur oblatio.

ANNOTATIONES EX HEBRÆO IN PSALMVM CXVIII.

PRIMUM OCTONARIVM.

Versu 3. Non enim qui operantur iniquitatē, in viis eius ambulauerunt. Hieronymus in eadem sententiam cum nostra lectione sic vertit, Nec enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambulauerunt. Felix autē sic vertit, Non enim qui operantur iniquitatē, in viis eius ambulauerunt. Cuius lectionis sensus est, Illi qui ambulāt in lege dñi, & qui scrutantur testimonia eius, &c. non operantur iniquitatē, sed declinant à malo, & ambulant in viis eius, facientes bonū. ¶ Versu 5. Ad custodiendas iustificationes tuas. Hieronymus pro iustificationibus vertit precepta, Ad custodienda (inquit) precepta tua: quemadmodum & in versu octauo, Iustificationes tuas custodiam, Felix autem, statuta reddidit. ¶ Versu 7. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ. Clarus id vertit Hieronymus, Cū didicero iudicia iustitiæ tuæ: similiter & Felix.

IN II. OCTONARIVM.

Versu 1. In quo corrigit adolescentior. Verbum zachah, cuius hic futurum ponitur, in Hebræo significat purgare, mundare, purificare, emendare, corrigere, aut mundum apparere. ¶ Versu 6. Sicut in oibus diuitiis. Felix, Sicut in omni copia diuitiarū. Chal. paraph. habet, Sicut de laprema omnium fortuna: id est, sicut de eo quod in hac vita summe potest hominibus esse iucundū. ¶ Versu 7. In mandatis tuis exercebor. &c. Pro exercebor, vertit Hieronymus meditabor. Felix ponit vtrunque. In versu autem sequenti, cum dicitur, In iustificationibus tuis meditabor: pro verbo meditabor, in Hebræo est delectabor, vt vertunt Hieronymus & Felix.

IN III. OCTONARIVM.

Versu 1. Viuifica me, & custodiam sermones tuos. In Hebræo est, Viuam, & custodiā verba tua. Sententia eadem est. Cū enim postulando siue optando dicit Deo, viuam, idem est ac si dicat, Viuifica me, aut vitam da mihi. ¶ Versu 5. Increpasti superbos maledicti qui declinant à mandatis tuis. Quidam ex Hebræo sic vertunt, Increpasti superbos maledictos qui declinant à mandatis tuis. Hieronymus verò & Felix nostro more legunt atq; distinguūt. ¶ Versu vltimo, Nam testimonia tua meditatio mea est. Et consilium meum iustificationes tuas. Hieronymus, Sed & testimonia tua voluntas mea, quasi viri amicissimi: hoc est, precepta tua adeo mihi chara sunt, adeo accepta & grata, sic mihi est in eis beneplacitum, sic mea voluntas illis afficitur, quomodo afficior mihi amicissimis sociis. Significatur summi amoris affectus erga precepta Dei. Felix aliter vertit, Etiam testimonia tua delectationes meæ, viri consilii mei. Quæ lectio nostræ vulgatæ fatis pulchre concordat, iuxta expositionem nostrā in Elucidatione atq; annotationibus principalib⁹ positam, Debent enim nobis Dei precepta à consiliis esse, debent nobis consultatores esse & consiliarii.

IN IIII. OCTONARIVM.

Versu 4. Dormitauit anima mea præ tediō. Pro dormitauit, in Hebræo est verbum dalaph: pro quo beatus Hieronymus vertit, distillauit. Sic enim hoc loco legit, Distillauit anima mea præ stultitia: id est, anima mea quasi stillatim defluxit, & cōtinua immuntione deperit præ insipientia vanarum cogitationū & affectionū à carne, diabolo & mundo in me exorientium. Vel distillauit, accipi posset pro stillatione lachrymarum per oculos: id est, pro lachrymauit. Felix vertit, Liquefacta est, vel lachrymauit, vel distillauit anima mea præ anxietate. Alii vertunt, Agonizauit anima mea, vel in agonia fuit præ dolore. ¶ Versu 5. Via iniquitatis amouē à me. Pro via iniquitatis, in Hebræo est, viam falsitatis vel mendacii: vt via falsitatis quàm hic à se petit declinari & amoueri, ex directo opponatur viæ veritatis, de qua in sequenti fit sermo. ¶ Versu 9. Iudicia tua nō sum oblitus. Hieronymus, Iudicia tua proponebā, videlicet ante oculos. Felix, Iudicia tua feci, vel proposui, vel posui. ¶ Versu 8. Viam mandatorum tuorum curram. Hieronymus, Viam mandatorum tuorum curram: quoniam dilatasti cor meum. Felix, Viam mandatorum tuorum percurram, vel per viam mandatorum tuorum curram, cum dilatabis cor meum.

IN V. OCTONARIVM.

Versu 1. Et custodiam eam semper. Pro semper in Hebræo ponitur dictio ekeb, quæ varie redditur. Hieronymus vertit, Custodiam eam per vestigium, hoc est, diligēter ambulabo in illa iustificationum tuarum via, ad eum modum, quo homines viam ignorantes & metuentes alicubi aberrare à recto tramite boni itineris, sequuntur viam etiā per vestigia, diligēter cōsideran-

tes, vbi maxime trita sit, quo securius ambulent. Felix vertit, vsq; in calcem. Quod exponi potest dupliciter: primò vsq; in calcem siue finem vitæ, quod cum nostra lectione cõcordat, quæ legit semp. Secundo, vsq; ad vltimum, vel vsq; ad nouissimum, ita scilicet vt nihil velit omittere, ne vltimū quidem vel minimum mandatum ex omnibus quæ lex Dei præcepit. Atq; ita sensus idem erit, ac si dicamus, Custodiam mandata tua vsq; ad vnguem: i. exacte & perfecte. Verti etiam potest, propter primum: quomodo Felix ponit ad marginem, vt significetur, vel propter primum propositi magnitudinem, omnino se custoditurū mandata domini. Omnium autē horum diuersitas ex vna radice procedit. Verbum enim akab, significat supplantauit, vnde deriuatum superius nomen, proprie significat calcem vel plantam: & quia calx, siue planta pedis est nouissimum corporis, inde transfertur ad significandum terminū siue finē. Et quia finis operis est ipsa merces, vel præmiū quod pro labore perloluitur, idcirco etiam præmiū significat. Ex hac autem diuersitate procedit, vt variis modis intelligi possit, vel vsq; in finem temporis, quod est semper: vel vsq; ad calcem, quod perfecte: vel propter primum, siue ad retributionem, quomodo etiam post dicitur in octonario 14. circa versum illum, Inclinaui cor meum ad faciendas iustificaciones tuas in æternum, propter retributionem.

¶ Versu 4. Et non in auaritiā. In Hebræo est batza. quod aliqui vertunt auaritiā, alii pecuniam, vel lucrum. Sententia est eadem. Sub particulari tamen expressio, intelligendum venit in genere omne temporale præmiū, etiam honor, fama, aut gloria. ¶ Versu 6. Statue seruo tuo eloquium tuum, in timore tuo. Lectio Hebraica hoc loco ambigua est, & variis modis verti potest. Hieronymus sic vertit, suscita seruo tuo eloquiū tuum in timorem tuū: hoc est, pone mihi ante oculos legem tuam, vt te quomodo oportet timeam, siue ad timendū te. Salutarem enim Dei timorem gignit in nobis, si posuerit Deus ante nostros oculos verbū suū. Felicitatio sic habet, Statue cõfirmā, vel fac surgere seruo tuo eloquium tuum, quod in timore tuo, vel qui in timore tuo. Si per genus neutrum legatur primo modo, duplicem habet intellectum, vel hunc, quod eloquium tuum est his qui in timore tuo sunt: hoc est, quod illis est qui habēt sanctū timorem tuum. Vel sic, Quod videlicet statui eloquium tuum, fiet in timore tuo: id est, per timorem tuum, iuxta sententiā quam in Elucidatione posuimus. Si autem per genus masculinū legamus, Qui in timore tuo, sensus est, Statue domine seruo tuo verbum tuum, qui seruus tuus est in timore tuo: id est, qui timet te & reueretur, tibi que cupit debitam semper præstare obedientiam.

## IN VI. OCTONARIVM.

Versu 1. Et veniat super me misericordia tua. In Hebræo est secundum numerum pluralem, Et veniant mihi misericordiæ tuæ, vel miserationes tuæ, Felix accedat ad me misericordiæ tuæ. Pro salutari autem tam Hieronymus quam Felix vertunt salutem. ¶ Versu 3. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque. Pro vsquequaque Hieronymus ponit, vsque nimis: Felix, nimium, vel vsq; nimis. Alii dicunt, vsque ad nimietatem: alii, penitus vel in totum. Alii vertunt, Ne auferas de ore meo verbum veritatis vnquam. ¶ Versu 7. Et meditabar in mandatis tuis. Pro meditabar est in Hebræo delectabar, quod nos in Elucidatione expressimus, dicentes, cum gaudio & multa delectatione meditabar. In sequenti quoque versu, vbi nos habemus, Et exercebor in iustificationibus tuis, in Hebræo est loquar.

## IN VII. OCTONARIVM.

Versu 3. Superbi inique agebant vsquequaque. In Hebræo est, Superbi illuserunt, vel irriserunt me nimium, siue vsque nimis. In Græco verò est *παρρησιαίμα*, quod significat, præter legem agebant. Est autem omnium sententia ferè eadem. Manifestum nanque est, qui irridet alterum, inique & prae agere in illum.

## IN VIII. OCTONARIVM.

Versu 1. Portio mea domine, dixi custodire legem tuā. Posset ex Hebræo sic verti, Portio mea, Deus: dixi, vt custodiam legem tuam, ad hunc sensum, Portio mea dominus est, propositui apud me, & firmo decreto statui, vt eius legem custodiam. Atque ita diuisum hic verius legitur. Hieronymus tamen & Felix, iuxta modum nostræ lectionis, per vocandi casum legunt, Portio mea vel pars mea domine, &c. ¶ Versu 4. Paratus sum, & nō sum turbatus. Secus in Hebræo habetur, Festinaui, & non neglexi custodire mandata tua, vt vertit Hieronymus. Vel sic, Festinaui, & non tardavi, siue distuli custodire, &c. quomodo habet versio Felicitis. ¶ Versu 5. Funes peccatorum circumplexi sunt me. Hieronymus in eandem sententiā habet, Funes impiorum implicauerunt me. Felix, Congregationes impiorum depredatae sunt me. Chald. paraph. Cohors vel caterua impiorum congregata est contra me. Eadem ferè est sententia.

## IN IX. OCTONARIVM.

Versu 1. Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine. Hieronymus, Bene fecisti seruo tuo. Felix, Bonum operatus es cum seruo tuo. Sententiā nostræ lectionis ista explanant, quoniā facere bonitatem, non aliud est quam facere bene, aut operari bonum. ¶ Versu 2. Bonitatem & disciplinam, & scientiā doce me. Felix legit vt nos legimus. Hieronymus verò diuersum reddidit, dicens, Bonum sermonem, & scientiam doce me. Alii vertunt, Bonum iudicium & scientiam, vel bonam ordinationem & doce me. ¶ Versu tertio, Priusquam humiliarer, ego deliqui. Et hic sensus varie redditur. Hieronymus vertit, Antequam audirem, ego ignoravi: nunc autem eloquium tuum custodiui. Quod ita intelligitur, Antequam auditum accommodarem legi sanctæ tuæ, antequam in

A humilitate cordis audirem quid in me loqueretur dominus, & attenderem præceptis eius, ego eram ignorans, nec sciebā quid agendum, quid omittendum. Ioānes verò Reuchlinus in lib. de rudimentis Hebraicis, versionem nostram vulgatam præfert huic versioni Hieronymi. Felix quoque in textu nostram lectionem ponit, exponens eam in hunc sensum, Antequā essem humilis, & addiscerem præcepta tua, ego erravi. Dicit etiam sic verti posse, Antequam responderem, ego erravi: quod exponit, Antequam exercerem me ipsum in respondendo his quæ obiecta fuerunt mihi: vel, Antequam exercebam me ipsum in addiscendo ea quæ oportuna erant mihi. Vel, Antequam clamare ad te, scilicet vt mihi porrigeres auxiliū, ego erravi. Alii autē vertunt simplicius, & cõcorditer ad nostram lectionem, Antequā affigerer, ego errabā. Prouenit autē hæc diuersitas ex ambigua significatione verbi anah, siue inneh, quæ dicitur sub iisdem radicibus, solis punctis variatis, significat respondere, loqui vocem exaltare velut cantādo, humiliari, affigere, laborare. ¶ Versu 4. Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificaciones tuas. Secus est in Hebræo, Bonus es tu, & beneficus vel benefactor, vel benefaciens, doce me, &c. Et pro eo quod in versu sequenti iuxta vulgatam lectionem habetur, Multiplicata est super me iniquitas superborū, Hieronymus sic trāstulit, Applicabant mihi mendacium superbi. Felix similiter, Applicauerunt mihi mendaciū superbi, vel coniunxerunt super me mendaciū: quod clarius dici potest, Commentati sunt vel confinxerunt cõtra me mendaciū, vel imposuerunt mendacium & falsitatem. A qua sententiā non omnino dissonat lectio vulgata. Quando enim impij cõtra iustos falsitates & mēdacia cõfingunt, proculdieu iniquitas impiorū super eos multiplicatur. ¶ Versu 5. Coagulatum est sicut lac cor eorum. Ex Hebræo, Incrassatum est, impinguatatum est, vel hebetauit sicut adeps cor eorum: quod ad temporalem prosperitatem referri potest, in qua impinguatati impij, prorsus ad ea quæ Dei sunt sunt inepti, cor molle sed incrassatum habentes in modū adipis. Chald. paraph. hic fomitis meminit, sic habens, Incrassatus est sicut adeps fomes cordis eorū.

## IN X. OCTONARIVM.

Versu 3. Et in veritate tua humiliasti me. Hieronymus, Et verè afflixisti me. Felix, Et in veritate humiliasti me: quod eandem habet sententiā. Verti etiam potest, Et fide humiliasti me, quod intelligi potest, vel de fide siue fidelitate ipsius Dei, quoniam ex sua fidelitate qua erga nostram salutem fidelissimus est Deus, nos humiliat. Vel de fide quæ est in iusto. Per fidem enim quam donat Deus in corde hominis, verè humiliatur homo, vt se agnoscat, quā sit ex seipso nihil, & si quid est minus nihilo, & Deus, quā felicitate sibi sit vnus omnia, & plusquam omnia. ¶ Versu 6. Confundatur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me. Hieronymus, Quoniam inique contriuerunt me. Felix, Quoniam falso offenderunt vel leserunt me.

## IN XI. OCTONARIVM.

Versu 1. Defecit in salutare tuum anima mea. Felix, Cõcupiuit salutem tuam anima mea, Vel, Præ desiderio defecit in salutem tuam anima mea. Et similiter in sequenti versu dicendum, Defecerunt oculi mei. Potest enim verti, Concupierunt oculi mei eloquium tuum: vel, Præ desiderio defecerunt ad eloquium tuū: vbi aliquanto apertius exprimitur boni desiderii vehementia. Beatus autem Hieronymus in secundo versu legit, Consumpti sunt oculi mei in verbum tuum. Quod occultius eandem habet sententiā. ¶ Versu 3. Factus sum sicut vter in pruina. Felix vertit, sicut vter in fumo: cui consonat paraph. Chal. quæ habet, Sicut vter suspensus ad fumum, vel qui pendit in fumo. Hieronymus nobiscum legit vter in pruina. Sententia verò est eadem. ¶ Versu 5. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. In Hebræo sic habetur, Foderunt mihi sinu perbi foueas, quæ nō erant iuxta legem tuā. Quod in eandem cum nostra lectione sententiā facile reducit. Dum enim impij suggerunt iusto laculi vanitates & mala desideria, quæ sunt contraria diuinæ voluntati, quid sunt fabulationes illæ nisi foueæ? & tales fabulationes narrare, quid est nisi foueas fodere: quæ non sunt secundum legē Dei cum sint ei contrariæ. ¶ Versu 6. Iniqui persequuti sunt me, adiuua me. Ex Hebræo legendū per aduerbium, Inique vel falso vel mendaciter persequuti sunt me. Atque ita habet etiam lectio Græca *ἀδίκως*, id est, iniuste.

## IN XII. OCTONARIVM.

Versu 3. Ordinatione tua perseverat dies. Hieronymus, Iudicio tuo stant vsque hodie, videlicet calum, veritas tua, & terra quā fundasti. ¶ Versu 4. Nisi quod lex tua meditatio mea est. In Hebræo, pro meditatione est delectatio, Nisi quod lex tua delectatio mea. Significat contra afflictiones occurrentes fuisse se consolatum oblectatione legis diuinæ.

## IN XIII. OCTONARIVM.

Versu 1. Tota die meditatio mea est. Hieronymus nobiscum legit, meditationē. Felix pro meditatione vertit loquationem, alii commentationem: vt significetur iustus adeo sibi cordi esse, atque adeo se diligere legem Dei, vt iugiter de ea etiam loquatur & commentetur, quo & ipse discat & alios doceat. ¶ Versu 5. Ab omni via mala prohibui pedes meos. Felix vertit, cohibui, vel in carcerem concludi. Oportet enim pedes & affectus nostros per disciplinam rigide cohibendo, quasi in carcerem concludere, & vincire compedibus, ne ferantur ad illicita.

**V**ersu 2. Iuravi, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Hieronymus, Iuravi, & perseverabo. Felix nobiscum, Iuravi, & statuiam vel statui. Sententia est eadem. In sequenti autem versu, Humiliatus sum vsquequaq; domine. Hieronymus habet, Afflictus sum vsq; nimis domine. ¶ Versu 8. Propter retributionem. Ex Hebræo vertit Hieronymus, Propter aternam retributionem, particulam scilicet in aeternum coniungens cum sequentibus, quam nostra lectio habet cum præcedenti coniunctam: quod à nostra lectione secundum sententiam non dissonat, quam manifestum est non temporali, sed de aeterna retributione esse intelligendam. Felix autem particulam (in aeternum) iungit cum præcedentibus, vt habet nostra lectio, sed pro retributione calcem vertit, hoc pacto, Inclina cor meum ad faciendam statuta tua in aeternum, vsque in calcem. Quod potest intelligi vsque ad finem: vel (vt quidam dicunt) vsque ad vnguem: id est, perfecte & integre, absque omni offensione. Ipse tamen Felix exponit ferè in eandem sententiã quam habet nostra lectio, ita dicens, vsque in calcem, vel calcaneum. i. iuxta vestigium vel præmium: id est, quoniam præmium est facientibus ea. Ponitur autem hic in Hebræo dictio ekeb, de qua supra diximus in versum primum quinti octonarii, vnde potest considerari diuersitatis harum versionum origo & ratio.

**V**ersu 1. Iniquos odio habui. Pro iniquis, Hieronymus legit tumultuosos: Felix, iniquos, vel cogitantes cogitationes prauas. Alii, praua consilia, vel prauas cogitationes. ¶ Versu 2. Adiutor & susceptor meus es tu. Hieronymus, Protectio mea & scutum meum tu es. Felix, La tibulum & scutum meum tu es. Eadem est cum nostra lectione sententia. ¶ Versu 6. Spreuisti omnes discedentes à iustitiis tuis, quia iniusta cogitatio eorum. Hieronymus, Abieci omnes qui auersantur præcepta tua, quia mendax cogitatio eorum. Felix, Calcasti, vel conculcasti omnes delinquentes vel aberrantes à statutis tuis, quia falsitas cogitatio eorum. ¶ Versu 7. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terra. Hieronymus, Quasi scoriã computaui omnes impios terra. Felix, Quasi scoriã deieci omnes impios terra. Quidam vertunt, Quasi rubiginem existimaui omnes impios terra. Sententia in omnibus eadem est, de re nihili, abstergenda, separanda, exurenda; in igne aeterno. Quomodo scoria per ignem separatur ab auro, & abicitur, & rubigo abstergitur, atque etiam igne absumitur. ¶ Versu 8. Cõfuge timore tuo carnes meas. Hieronymus, Horripilauit à timore caro mea: hoc est (vt Felix ait) exhorruit, vel consternata est præ timore tui caro mea. Est enim horripilare, vehementer exhorrere & consternari, ita vt quasi pili capitis erigantur in rectum.

**V**ersu 2. Suscipe seruum tuum in bonum. Hieronymus, Sponde pro seruo tuo in bono. Vertit similiter Felix in textu, ad marginem adiciens, Fac suauem & dulcem seruum tuum in bono, siue dulcescat seruus tuus in bono: id est, fac habeat seruus tuus complacentiam & beneplacitum in bono, fac in bono oblectetur: id est, fac seruum tuum ad bonum facilem, & quæ sunt virtutis operari cum dulcedine & gaudio. Potest etiam sic verti, Dulcesce tu seruo tuo in bonum: hoc est, dulcem & suauem te præbe seruo tuo, vt impetrata omnia referat pro quibus te orat. ¶ Versu 6. Tempus faciendi domine. Hieronymus vertit, Tempus est vt facias domine. Quod potest intelligi vel in bonum, vt sit sensus, Tempus est vt facias domine quæ postulo, quæ præcedentibus versibus commemorata sunt. Iam enim est mihi opportunum tuum auxiliũ, donec tempus est operandi in hac corporis vita. Vel in malum, hoc sensu, Tempus est vt tu facias, supple iudiciũ in impios, quoniam ipsi dissipauerunt legem tuam. Felix per casum datiuum vertit, domino, Tempus faciendi domino. Verum id multipliciter exponit. Primo sic, Tempus vt puniat (supple impios) domino: hoc est, tempus est domino faciendi punitionem impiorum: qui sensus vltimo loco iam explicatus est, Vel sic, Tempore faciendi. i. tempore vt faciant: in tempore quo facere deberent domino: id est, voluntatem domini, ipsi eam dissipant: hoc est, In hoc tempore quando deberent facere voluntatẽ Dei, ipsi non obseruauerunt, sed dissipauerunt legem tuam. Vel sic, Tempus vt faciam domino: id est, vt seruam domino, & seruam præcepta eius: nam alii dissipauerunt legem tuam.

**V**ersu 1. Ideo scrutata est ea anima mea. In Hebræo est, Custodiuit vel obseruauit ea anima mea. Sententia eadem erit in nostra lectione, si intelligatur, scrutata est ad obseruandum. ¶ Versu 2. Declaratio, sermonum tuorum illuminat. Hieronymus, Ostium sermonum tuorum illuminat. Felix, Principium verborum tuorum, aut ostiũ vel initium. Quod quidam ita exponunt, Solum principium verborum tuorum illuminat paruulos. Mox vbi ingressus fueris in sermones Dei, eosq; vel à limine (quod aiunt) salutaueris, senties illuminationẽ si in humilitate accesseris. Quanto magis cũ in ipsa fueris introgressus penetralia? Alii sic intelligunt, Ostiũ vel apertura verborum tuorum illuminat: hoc est, illi quibus ostium verborum tuorum fuerit reueratum, quibus contigerit apertio verborum tuorum, illuminationẽ accipiant: cuiusmodi sunt paruuli, quibus ostiũ reueratur, & quibus aperitur verba Dei vt ea capiant. Iuxta illud Saluatoris verbũ in euang. Confitebor tibi pater domine cali & terræ, quia abscondisti hæc à sapiẽtibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. ¶ Versu 5. Gressus meos dirige secundum eloquium tuũ. Hieronymus, Gressus meos firma in sermone tuo: & Felix, Plantas meas confirma in eloquio tuo. Eadem est cum nostra lectione sententia.

**V**ersu secundo, Mandasti iustitiam testimonia tua, & veritatem tuam nimis. Ex Hebræo variè hic versus redditur. Hieronymus versus hic habet, Præcepisti iustitiam testimonii tui, & veritatem nimis. Et est sensus, Valde præcepisti iustitiam & veritatem testimonii tui. hoc est, præceptum tuum iustum & verax. Quæ sententia eadem est ei, quam supra vulgata lectioni assignauimus. Felix in textu legit, vt habet nostra vulgata lectio. Ad marginem verò ita reddit, Præcepisti iustitia tua testimonia tua & veritate nimis. Cuius lectionis hunc sensum assignat, Mandasti per iustitiam & per veritatem testimonia tua, vel per viam iustitiæ & veritatis. hoc est, præcepta tua mandasti secundum iustitiam & veritatem.

**V**ersu primo, Et à verbis tuis formidauit cor meum. Clarius per accusatiuum vertit Hieronymus verba autem tua timuit cor meum. Felix autem iuxta modum nostræ lectionis, Et à verbo tuo expauit cor meum. In sequenti autem versu 3, cum dicitur, Iniquitatem odio habui, pro iniquitate, in Hebræo est menda ciũ vel falsitas, quomodo vertunt Hieronymus ac Felix. ¶ Versu 6, Et mandata tua dilexi. In Hebræo est, Mandata tua feci. id est, opere compleui & obseruaui ea.

**V**ersu tertio, Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguã dolosam? Ita quidẽ nobiscũ legit Hieronymus. Felix verò aliter vertit per verba astuta, ad hunc modum, Quid dabit tibi aut quid addet tibi lingua fraudis? Quod ita potest exponi, vt sit expositio per amarã interrogationem, cum eo qui habet linguam fraudulentam & iniqua labia, in hunc sentum, Quid conferet tibi, aut quid apponet tibi lingua fraudis, in quo tibi proderit? quid tibi commodi ex lingua tua fraudulenta reportabis? Plane nihil. Est enim non aliud quã sagittæ potentis acutę, & sicut carbones vastatorii. id est, pestiferũ & mortale malum est sicut sagittæ acutę à robusto homine emissæ laedentes vehemẽtissime, & sicut igniti carbones validissime adurentes. ¶ Versu 4, Cum carbonibus desolatoriis. Pro carbonibus desolatoriis, in Hebræo dicitur carbonibus iuniperorum vel genistarum. Dicunt autem huiusmodi carbones iuniperorũ vel genistarum, & vehementer vrere, & calorem igneum diutius cõseruare. ¶ Versu 5, Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Hieronymus in eandem sententiam vertit, Heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata est. Felix similiter in eadem sententiã ad marginem sic vertit, Væ mihi quia incola fui diutius, vel incola fui protracte. id est, longo tempore. Quod autem sequitur, Habitauit cum habitãtibus Cedar, Hieronymus vertit, Habitauit cum tabernaculis Cedar. Felix, Cum tentoriis Scytarũ. Alii, cum tabernaculis Arabum. Significantur barbari idololatræ, ois humanitatis & pacis ignari. Cedar enim filius fuit Ismaelis, qui fuit homo ferus & barbarus. In quo significari potest gemitus hominis iusti qui affigitur hic inter malos habitans & barbaros homines Deum non timentes, cuiusmodi illi erant populi. Illud quoq; quod post sequitur, Multum incola fuit anima mea, lectio Hebræa separat in principium versus sequentis, ad hunc modum, Multum incola fuit anima mea cum his qui oderunt pacem. Ac deinde, pro versu vltimo sic legunt, vt ad verbum transferamus, Ego pax, & dum ego loquebar, ipsi ad bellum. Quod ita intelligitur: Ego pax, supple eram: id est, eram vir pacis, eram quærens pacem: quem admodum psalmo. 108. vbi vulgata lectio Latina habet, Ego autem orabam, in Hebræo est, Ego autem oratio, supple eram: id est, vir orationis vel orationi intentus. Sequitur, Et dum ego loquebar, supple quæ pacis erant, illi ad bellum se parabant, illi me oppugnabant, quantumuis blandam erga illos instituerem conuersationem meam, nolabant emolliri ad mæuetudinem. Hieronymus sententiam magis quã verba sequutus, hunc versum ita reddidit, Ego pacifica loquebar, & illi bellãtia.

Gene. 27.

Psal. 108.

**H**ic psalmo & in Hebræo, & in Græco, & in Latino præmittitur pro titulo, Canticum graduum, similiter & singulis 14. psalmore hunc proxime sequentium. Propter quod, vulgo omnes hi 15. psalmi, canticum graduum solent appellari. Quare autem hi psalmi canticum graduum specialiter appellentur, varias assignant rationes. Quidam dicunt ideo sic dicta, quod in ascensu graduum ad templum domini decantabantur in instrumentis musicis, vbi sacerdos in sancta ingressurus esset ritu solemni. Vnde in vltimo psalmo canitur, Ecce nunc benedicite domino, omnes serui domini. Qui stans in domo domini, in atrijs domus Dei nostri. Verum id ex nulla scripturæ historia haberi potest. Alii mystice putant istos psalmos cantica graduum appellari, eo quod singuli quasi gradus quidam videantur, quibus in Deum conscendatur. In singulis enim exercitatio quædam continetur qua mens & affectus ad Deum sese eleuent. Chald. paraphr. mystice indicat intelligendum, cum ita ait, Canticum quod dictum est pro ascensionibus abyssi: id est, pro ascensionibus ab abyssu, à morte & damnatione: id est, pro salute & redemptione per Deum collata ab inferis. Non multum autem refert, siue dicamus pro ascensu ab inferis, siue pro ascensu ad cælus: quoniam quidem ab inferis ascensus, est etiam ascensus ad superos. Quanto enim ex abyssu subleuaris, tanto in altum ad cælum extolleris.

**V**ersu 1, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Ita quidem nobiscum vertunt Hieronymus & Felix. Veruntamen ex Hebræo legi etiam potest, Leuaui oculos meos in montibus, vnde veniet mihi auxilium. Atque ita erit sensus, Quasi in altitudine montium positus in hoc mundi deserto, attollo oculos huc illucq; respiciens, vt videã vnde possit venire mihi auxiliũ. Post quod apte mox subiungitur, Auxilium meũ à domino. ¶ Versu 5, Dominus protectio



tuā super manum dexteram tuam. In Hebræo est, Dominus umbra tua super manum dexteram tuā. Id est, dominus erit tua obumbratio, vel obumbrabit tibi desuper, quemadmodum in alio psalmo dicitur, Domine domine, virtus salutis meę, obumbrasti super caput meum in die belli. Est autem sententia eadem, siue umbra siue protectionem dixeris. Posset verò secundum mysticam sententiā, protectio ista iusti super manum dexteram, significare custodiam eius, propter observationem præceptorum Dei. In quem sensum respicere videtur quod habet hoc loco Chald. Paraphr. Deus obumbrabit tibi propter chartulam præceptorum, quę confirmata est ad manum dexteram tuam, in ingressu tuo. Quid enim aliud est, membranam vel chartulam præceptorum Dei esse confirmatam ad manum dexteram, quàm Dei præcepta viriliter seduloque perficere & adimplere? Est etiam digna notatu pro sequentibus, versibus eadē Parap. Loco eius enim quod in versu 6. dicitur, Per diē sol nō vret te, neque luna per noctem, sic habet, In die quando dominatur sol, non nocebit tibi diurni, neque nocturni, quando dominatur luna in nocte. Et pro eo in versu 8. dicitur, Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum: sic illa legit, Deus custodiat exitum tuum ad negotiationē, & introitum ad studia legis. id est, tam exterioribus secundum corporis necessitatem deditum, quàm ad interiora conuersum, semper dominus custodiet.

IN PSALMVM CXXI.

**V**ersu primo, Latatus sum in his quę dicta sunt mihi. Hieronymus, Latatus sum, eo quòd dixerunt mihi, in domum domini ibimus. Ad verbum autē ex Hebræo sic legitur, Latatus sum in dicentibus mihi, in domū domini ibimus. Vnde patet vulgata lectio hunc sensum debere accipi, Latatus sum in iis quę dicta sunt mihi, nempe quòd in domum domini ibimus, vt illud, In domum domini ibimus, sit latitię materia. In versu autem sequenti, pro atrii in Hebræo ponuntur portę: & eadem est sententia. ¶ Versu 3. Hierusalem quę ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Hieronymus, Cuius participatio eius simul. Felix, Quę coniuncta est ipsi simul. id est, sibi ipsi. Alii, Quę consociata est vel coniuncta est sibi pariter. Quę omnia pro iis faciunt quę in Elucidatione atque annotationibus præcipuis diximus. ¶ Versu 6. Rogate quę ad pacem sunt Hierusalem. In Græco ad Hierusalem additur articulus ἡ, casus accusatiui, qui hunc indicat sensum, Rogate ipsam Hierusalem, supernam ciuitatem, quę ad pacem sunt. Atque ita non deprecatio est quę dirigatur ad ciuitatem supernam, sed exhortatio mutua ciuium militantis Ecclesię, ad postulandum à superna ciuitate quę pacis sunt. Non consonat tamen hic modus illi quod proxime sequitur, Et abundantia diligentibus te. Hic enim iam deprecatio, nō exhortatio est. Propter quod in Elucidatione & annotationibus prioribus, alium sensum indicauimus, in quo Hierusalem sit casus vocatiui, vt sit hic sermo non exhortatio mutua militantium, sed eorum deprecatio ad ipsam supernam ciuitatem Hierusalē directa. Maxime cum in Hebræo originali nullus articulus habeatur, neque vllum signum denotans casum accusatiuum, sed absolute ponitur Hierusalem, absque vllius articuli vel signi præpositione. Quod autem in altera parte dicitur, Et abundantia diligentibus te, Hieronymus vertit, Sit bene iis qui diligunt te. Felix, Prosperabuntur vel abundantibz diligentes te, aut prosperentur siue abundant. Nulla est à nostra lectione sententię diuersitas. ¶ Versu 7. Fiat pax in virtute tua. Videtur prima facie hæc dari posse commoda intelligentia, Ora dō celestis Hierusalē, & tua oratione cura, vt in hac militante Ecclesia fiat nobis pax in virtute tua. id est, in virtute Dei, à qua tu habes tuam pacem solidissimam: vt sicut in te est pax omnino firma & penitus imperturbabilis, ex virtute Dei te inhabitantis, sic & nobis ex eadem quę in te pacem donat virtute, pax vera descendat. Verum huius sensui videtur obistere originalis Hebræa lectio. Nam Hieronymus vertit, In muris tuis. Felix, in antemurali vel exercitu tuo. Vnde apparet, virtutem hic accipiendā pro exercitu siue fortalicio, cuiusmodi sunt muri & antemurale: quomodo accipit solet virtus, cum dicitur, dominus virtutum, pro domino exercituum: & quomodo nonnunquam ipsum populum ciuitatis atque etiam fortalicia ipsius dicimus fortitudinem siue virtutem. Per hunc autem exercitum siue antemurale aut muros supernę Hierusalē, rectē intelligimus populum militantis Ecclesię. Exercitus enim sumus supernę ciuitatis omnes qui ad illam spectamus, tamen adhuc inimilitia hic iam degamus. Antemurale verò est hæc Ecclesia respectu supernę triumphantis, eo quòd de hac fiat ad illam transitus, & hic pugna geritur, cum ibi sit à pugna requies: quemadmodum circa mœnia & in antemurali pugna geritur aduersum hostes, intus verò belli tumultus nō auditur, sed sunt quietas omnia. Cæterum pro turribus, in parte secūda, alii vertunt palatia, alii regias aulas, alii simplici- ter ades. Nos in Elucidatione turres istas siue palatia, exposuimus præcipuos in Ecclesia, vt rectores atque præpositos. Possemus tamen intelligere particulares Ecclesias, quemadmodum illic, Deus in domibus eius cognoscetur, vbi in Hebræo idem vocabulum quod hic ponitur.

IN PSALMVM CXXII.

**V**ersu 2, & 3, Ecce sicut oculi seruatorum in manibus dominorū suorum. Sicut oculi ancillę in manibus dominę suę. In Hebræo est, ad manum dominorum suorum, ad manum dominarum suarum. Quod clarius sententiā in Elucidatione atque præcipuis annotationibus expositam, proponit. Et nisi adderetur postmodum, donēc misereatur nostri, videretur hæc posse dari intelligentia, sicut seruus oculos habet ad manum domini, vt quā primum vel digitum vnum mouerit aut manum extenderit, statim adsit, pareatq; indicantis imperio, sic & nos semper oculos habemus ad te, ad omnia quę tu præceperis paratissimi seduloque intenti. Verum quia statim additur, Donēc misereatur nostri, & quia finis psalmi magnam proponit tribulationem, magis videtur literę consonum, vt intelligamus de expectatione qua serui à domino malis eximi & bonis dona-

**A**ri expectant atq; exoptant, ad eum modum quo nos supra interpretati sumus. ¶ Versu 5. Quia multum repleta est anima nostra opprobriū abundantibus & despectio superbis. Duas has partes ex Hebræo interpretes vulgò conuertunt, opprobriūque & despectio nem in ablatiuo ponunt, ad hunc modum, Multum repleta est vel saturata est anima nostra opprobrio abundantium siue locupletū, & despectio superborum. id est, opprobrio & contemptu, quibus à diuitibus afficimur. Potest tamen recte etiam nostra vulgata lectio ex Hebræo accipi, quemadmodum & Felix testatur. Ait enim sic posse transferri, Opprobrium abundantibus, suppleuimus, & despectio superbis vel magnificis.

IN PSALMVM CXXIII.

**V**ersu 3. & 4. Forsitan aqua absorbuisset nos, torrentē pertrāsuit anima nostra, forsitan pertrāsisset anima nostra aquam intolerabilem. Totum hoc ex Hebræo ita vertit Hieronymus, Forsitan aquę circumdedissent nos, torrentē tranāsisset super aiām nostram, forsitan trāsissent super animam nostram aquę superbia. Et in eadem sententiā Felix, Tunc aquę inundassent nos, torrentē tranāsisset super animam nostram, tunc tranāsissent super animā nostram aquę elata. Quę lectio ex Elucidatione est intellectu facilis. ¶ Versu 5. Qui non dedit nos in captiōem dētribus eorū. Pro captione, Hieronymus & Felix prædam vertunt: & in versu sequenti, pro passere Hieronymus ponit genus, dicendo, sicut auis. Felix verò speciem seruat, vt habet nostra lectio.

IN PSALMVM CXXIII.

**V**ersu 1. & 2. Qui confidunt in domino, sicut mons Sion, non commouebitur in aternū, qui habitat in Hierusalem, Montes in circuitu eius. In Hebræo alia distinctio est quàm in lectione vulgata. Hieronymus ita vertit, Qui confidunt in domino quasi mons Sion, immobilis, in aternum habitabilis, subaudi, erunt: ac deinde, Hierusalem, montes in circuitu eius. Cuius lectionis sensus est, Qui confidunt in domino erunt sicut mons Sion, qui est stabilis & immobilis, nec potens à suo loco dimoueri, quig; in aternū perstat & habitat, nec labitur vnaquā aut diffuit. Ac deinde, Hierusalē ciuitas sancta (in qua mons Sion situs est) montes habet in circuitu suo, munita est montibus per circuitum adiacentibus. Neque tantum habet corporalem montium circumiacentiū munitiōnem, sed in superaliam meliorem, quod dominū habeat in circuitu suo, Potest verò ex Hebræo etiam sic verti, Qui confidunt in domino, sicut mons Sion nō commouebitur in aternum habitabit: vt more Hebræico positus dicitur singularis numerus pro plurali in parte posteriori, sicq; hic sensus, Qui confidunt in domino, ad similitudinē montis Sion non commouebuntur, & habitabunt vel perstant immobiles in aternum, quomodo scilicet mons Sion nunquam commouetur, & perpetuò manet habitabilis. ¶ Versu 3. Quia non relinquet dominus virgam peccatorū super sortem iustorum. Hieronymus, Quia nō requiescet virga impietatis super sortem iustorū. Hęc autē virga impietatis, vel pro seceptro iniquitatis accipitur, id est, pro impiorū potestate atque dominio, vel pro punitione impiorum, siue potius gladio aut r homphæa quę illis manet in iudicio: quę gemina expositio in Elucidatione indicatur. ¶ Versu 4. Benefac domine bonis & rectis corde. In Græco hic est ἡ ἀδύνη, quod sonat benignare (vt ita dicamus) siue benignus esto, aut bonum siue benignum te præbe, benigne age: de quo verbo diximus in annotationibz Psalmi 50. Illic enim versu penultimo idem verbum in Græco ponitur, vertit utque in illo in loco, benigne fac. Sic enim legimus, Benigne fac domine in bona voluntate tua Sion, & ædificetur muri Hierusalem. id est, benignum te præbe Sion, & cum ea age placide atque suaviter.

IN PSALMVM CXXV.

**V**ersu 1. In conuertendo dominus captiuitatem Syon. Clarius & ad formam Latini sermonis aptius vertit Hieronymus, Cum conuerteret dominus captiuitatem Sion. Seruauit autem interpretres Latinus formam Græci sermonis, quemadmodum alibi, In conueniendo populos in vnum. Et iterum, In conuertendo inimicum meum retrosum. Aptius tamē per accusatiuum sermo fieret, hoc modo, In conuertendo dominum captiuitatem Sion. In secunda autem parte, vbi habet nostra lectio, quasi consolati, in Hebræo est, Facti sumus sicut somniantes. Quod exprimit magnitudinem repentini gaudii & insperata lætitię. Ita enim solent esse affecti quibus subita aliqua cōtingit & insperata lætitiā magna, quemadmodum afficiuntur somniantes, vt nesciant an verē res ita se habeat: quomodo de Petro legimus, vbi de captiuitate esset per angelū liberatus, quòd existimabat somnium esse id quod fiebat per angelum. Felix autem vertit, sicut somniantes vel corroborati, quod proxime ad nostram lectionem accedit. Neque ab hoc postremo dissonat quod habet Parap. Chald. Erimus vel infirmi, qui conualuerunt. In sequenti autem versu, pro Gaudio in Hebræo est risus, quod in idem redit. ¶ Versu 5. Conuerte domine captiuitatem nostrā, sicut torrentes in austro. Hieronymus nobiscū vertit, sicut riuus in austro. Felix verò aliter reddidit, Conuerte vel sedit domine captiuitatem nostram, sicut torrentes in austro, vel sicut inundationes aquarum in meridie, vel in siccitate. Quod alium videtur exposcere sensum ab eo quem supra dedimus, & quem plures sequuntur, ac ferē diuersum, nempe istum: Sedit ad minē, & cessare fac nostram captiuitatē, quā nunc premimur, sicut conuertuntur vel sedantur torrentes à meridie, quando sol vrit terram & aquas exiccat, plurimumque aquarum suo excessivo calore deuorat, vt vel siccantur aquę torrentiū vel certe minuantur, ne ita rapide currant, impediti siccitate quę est à nimio solis aestu. Alii verò sic vertunt, Conuerte Deus Captiuitatem nostram, sicut riuuli in arido vel sicut torrentes in regione meridiei. id est, in loco sicco & arido. A signant que hanc intelligentiam, Conuertere captiuitatem nostram, quod si feceris, ita nouam & iucundam rem nobis facies, ac si in locis inaquosis & omnino siccis dē res torrentes & alueos aquarum. Cuius intelligentię non omnino dissonat quod habet Chald. Parap.

Conuerte domine captiuitatem nostram, sicut conuertitur terra quando abundant fluuina aquarum tempore siccitatis. id est, quomodo bene immutatur terra, ubi post multam siccitatem aquis fuerit irrigata. ¶ Versu. 7. & 8. Eunt ibant & flebant, &c. Duos hos versus pariter iungit Hieronymus in hunc modum, Qui ambulabat & flebat portans ad seminandum semetem, ueniens uenit in exultatione portans manipulos suos. Sententia tamen est eadem. Illud uero quod Hieronymus uertit, portans ad seminandum semetem. Felix aliter reddidit, Portans pretiosum semen, uel portans protracte siue de longe semen. Quomodo autem iuxta hanc uersionem, sit uiri iusti semen pretiosum, manifestum est ex fructu quem profert fecundissimum, item & quomodo de longe semen hoc portat. Multum enim distat fructus a semine, & longa animi expectatione opus est, post semen missum in terram, antequam consequatur fructus eius. Alii rursum uertunt uas seminis, ad hunc modum. Portantes uas seminis, quomodo uidelicet solent ii qui seminant.

IN PSALMVM CXXVI.

**V**ersu tertio & quarto, Vanum est uobis ante lucē surgere, surgite postquā sederitis, qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis suis somnum. Felix ex Hebræo, Vanum est uobis diluculo prauentibus surgere, retardantibus sedere, comedentibus panem doloris: sic dabit dilectis suis somnum. Cuius lectionis hic est sensus, Vanum est uobis, quod mane ante lucē surgitis ad opus, item & quod uespere diu residetis ad opus, & in profundam usque noctem operis gratia uigilatis, sicque panem in dolore & labore multo comeditis: totū hoc nihil poterit prodesse uobis, nisi adsit dominus: quantumcunque secundum uestram possibilitatem fueritis diligentes, etiam si summo mane ante lucem, quando adhuc in stratis molliter homines cubant, exurgatis, etiam si ad profundam usque noctem tardetis, sedere in continuo opere, in super & si in maxima penuria cibi ac potus uiuatis, nunquā rē facietis, nihil proficietis, non poteritis distingere, nisi adsit cooperator dominus, qui uobis collaboret: hoc est (ut paucis dicamus) quantumcunque impenderitis laboris & sollicitudinis, absq; Deo nihil efficietis. Quod uero de hinc sequitur, Sic dabit, uel certe dabit dilectis suis somnum, sic intellige, Ita dominus dilectis suis uult dare dulcem quietem & bonam requiem, uult eos quodammodo dormientes esse, id est, securos in bona confidentia, & non tanta anxietate sollicitos. Quasi enim somno se dat homo, quando curam omnē & sollicitudinē (iuxta Petri cōsiliū) proicit in Deum, cui nouit esse de se curam per maximam, quando (iuxta Psalmistā uocē) reuelans domino uiam suam sperat in eo, ut ipse faciat: atq; hoc facto in securitate se constituit, sciēs quod fidelis sit cui suum cōmēdit negotium, quod non dormitabit neque dormiet, quin suā cōmissiōni fidei custodiat atque perficiat. Alii prędictam ex Hebræo lectionē intelligunt de malis, in hunc modum, Frustra uos peruersi mane surgitis ad perpetrandā impietate, & uespere in eandē demoramini usque ad profundā noctem, deuorantes panem & substantiam hominum pauperū & dolentium pro oppressiōe. Certe quicquid uos egeritis, tamen suo tempore dabit Deus uis electis requiem, a laboribus & molestiis omnibus: quē admodum in sancta Apocalypsi legimus, A modo iā dico spiritus, ut requiescant a laboribus suis, cui intelligentiā consonat quod habet Paraph. Chal. Propterea in uanū laboratis uos qui pręuentis mane perpetraturā rapinam, & uos qui tardatis & concinnatis pręparationes, & manducatis cibos miserorum, qui laborauerunt in illis, conuenienter autem uel opportune dabit Deus dilectis suis somnum. ¶ Versu quinto, Ita filii excussorum. Hieronymus uertit, Filii iuuentutis. Felix, filii adolescentiarum. Per hos autem filios iuuentutis conuenienter intelligimus sanctos Apostolos, aliōsq; discipulos domini: quos quia in initio nascens Ecclesiā sibi Christus genuit, & primitiis suis spiritus regenerauit, recte iuuentutis filii appellantur, uel filii adolescentiæ. Testatur tamen Felix recte uerbi posse (ut habet nostra lectio) filii excussorum. ¶ Versu ultimo, Beatus uir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis. In Hebræo, pro desiderio ponitur pharetra: qui impleuit pharetram suam. Implet autē ex ipsis filiis excussorum uel filiis iuuentutis pharetram, qui implet mentem & affectum ex illorum saluberrimis doctrinis, qui peccatus suū implet illorum institutione & monitis. Quod autem in nostra lectione subsequitur in numero singulari, Non confundetur, cū loquetur inimicis suis in porta, id est, in Hebræo simul & in Græco per numerum pluralem effertur, hoc modo, Non confundentur cum loquentur inimicis suis in porta, intelligendo non confundentur neque ipsi filii excussorum siue iuuentutis, neque quicquid ipsi impleuerint suum desiderium uel pharetram. Neque enim primi illi filii, neque illorum fideles mutatores confundentur coram inimicis, sed illi quidem ut bene pręeuntes, hi uero ut bene subsequentes, pariter in uitam introibunt.

IN PSALMVM CXXVII.

**V**ersu secūdo, Beatus es, & bene tibi erit. Chal. Paraph. Prius refert ad beatitudinē spē in uia uitę huius, quę est in gratia Dei & pacata conscientia: posterius autē, ad beatitudinē cęlestis patrię. Sic enim habet, Laborem manū tuarum quia comedisti, bonū tibi uel beatus tu in mundo isto, & bonum tibi uel beatus tu in mundo uenturo. Hieronymus sic uertit, Labores manū tuarum cum comederis, beatus tu, & bene tibi erit. Quod ita intelligitur, cū eo perueneris ut pro operibus detur tibi congrua merces, qua saturaberis, beatus eris, & tūc bene tibi erit, licet nūc secūdum exteriorem afflictionem tibi uideatur esse male. ¶ Versu 3. Vxor tua sicut uitis abundans in lateribus domus tuę. Hieronymus uertit uitē fructiferam pro abundantia: & pro lateribus uertit in penetralibus. Quę in eandē concurrūt sententiā: quemadmodū & quod in sequenti uersu, pro nouellis uertit germina, ubi in Græco est *νεφελικα*, quod sonat nouiter plantata siue nouellas plantationes.

IN PSALMVM CXXVIII.

**V**ersu tertio, supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. Hieronymus, supra ceruicem meam arabant arantes, prolongauerunt sulcum suum. Et in eandem sententiā Felix, supra dorsum meum arauerunt arantes, protraxerūt sulcum suum. Quę lectio cum nostra uulgata eandem habet sententiā. Nam arare supra dorsum uel ceruicem iusti, & sulcum ad modum arantium ibi prolongare atq; protrahere, quid aliud est, quā grani & longa tribulatione iustum affligere? Atque hoc ipsum in lectione uulgata indicatur in fabricatione impiorum supra dorsum iusti & in prolongatione iniquitatis impiorū super dorsum illius. ¶ Versu quarto, Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. In Hebræo est *uor h*, id est, uincula, uel funes, uel perplexitates siue intricaciones. Vnde Hieronymus uertit, Dominus iustus cōcidet laqueos impiorum, & Felix, iugum uel funes impiorū. In quo significatur iustum ab omnibus perplexitatibus atque difficultatibus, quibus inuolutus fuerit ab impiis, per Deum liberandum, & iugum illorum conterendum: quemadmodū per Esaiam dicitur, iugum enim oneris eius & sceptrum exactoris eius, superasti. ¶ Versu quinto, Sicut scēnū teetorum, quod prius quā euellatur exaruit. Hieronymus, Quod statim ut uiruerit arefcit, ante uidelicet quā euellatur, quod in eandem prorsus cum lectione uulgata sententiā recidit. Felix uero etiam ad uerbum nobiscum uertit, Quod prius quā euellatur, exaruit. Vel sic, quod prius quā egredietur exaruit. hoc est, mox ubi exortū fuerit incipit arefcere nullam habet substantiam in suo uire, quia humorem non habet neque terram commodam. Chal. Paraph. uidetur respicere ad situm loci eo quod in eminenti loco situm hoc scēnum quod in teetis nascitur, facile statim uento læditur, & ideo nō subsistit. Sic enim habet, Fiant sicut scēnum teetorum quod antequam floreat, irruit uetus notus, spiratque in illud, & scaturit. Ita plane in impios antequam ad perfectum & optatū florem perueniant, exurgit uentus notus, uidelicet uel pestis uel morbus, uel plaga alia, aut ut minimum graue senū, qui illos cogit deficere. Quod autē in sequenti uersu dicitur, manipulos colligens, ualeat colligens manipulos, de mēsa uidelicet in brachia sua colligens, ad faciendum & colligendum manipulos. Vnde in Hebræo est uerbale, significans acsi dicamus, manipulator, sicut messorum dicimus a mendo.

IN PSALMVM CXXIX.

**V**ersu 4. & 6. Quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui te domine. Sustinuit anima mea in uerbo eius, sperauit anima mea in domino. A custodia matutina usque ad noctem, speret Israel in domino. Ex Hebræo Hieronymus sic uertit, Quia tecum est propitiatio, cum terribilis sis. Sustinuit dominum, sustinuit anima mea & uerbum eius expectaui. Anima mea ad dominum (supple expectat) a uigilia matutina usque ad uigiliam matutinā: Expectet Israel dominum, quia apud dominum misericordia, &c. Cuius lectionis breuiter hanc accipe sententiā. Quāquam sis terribilis & metuendus, propter tuam iustitiam, attamen quia simul & misericors es, quia etiam tecum est propitiatio, iccirco in patientia expectaui dominum, & in uerbo promissionis eius speraui: expectaui anima mea ad dominum, & perseveranter in spe eius permanfit a uigilia matutina unius diei usque ad uigiliam matutinā subsequenter. id est, per diem & noctem iugiter. Felix uero aliter uertit, Quia apud te propitiatio siue uenia est, ut timearis: id est, ut te timeant sancto timore: & reuerentur ut patrem fideles tui filii. Alii exponūt, ut timearis: & colaris. Nam timere Hebræi pro colere usurpant, ut psalmo ubi nostra lectio habet, Et permanebit cū sole & ante lunam, in Hebræo est, Timebunt te cum sole & ultra lunam. hoc est, colent te fideles tui, quādiu sol prestat. Atq; ita sensus est, Apud te est indulgentia, propter quod coleris ex animo a fidelibus ut Deus & pater pius. Nam si sic iniquitates obseruaret Deus, ut non esset simul apud eum indulgentia, nemo illum ex bono animo coleret, ut patrem, sed potius quasi tyrannum omnes seruiliter tantum metuerent. Nunc autem ipsius misericordia nos prouocat, ut ipsum ex toto cordis affectu colamus tanquam patrem piissimum. Deinde, uersum sextum uertit Felix in hūc modum, Anima mea in domino (supple speraui) uel ad dominum (supple clamauit uel expectaui) supra obseruantes mane, obseruantes mane. id est, diligentius quā ii qui summo mane cum omni sollicitudine & uigilantia quippiam obseruant: ubi replicatio supra obseruantes mane obseruantes mane, uel uoluntatis indicat, ut indicetur supra obseruantes ualde mane: uel significat uniuersalitatem, super quoscunque obseruantes mane.

IN PSALMVM CXXX.

**V**ersu. 3. & 4. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam, sicut ablatatus est super me matre sua, ita retributio in anima mea. Hieronymus, Si nō proposui & silere feci animam meam: sicut ablatatus a matre sua, ita ablatetur a me anima mea. Quę lectio illam potius uidetur spectare intelligentiam quę in annotatione posita est, ut in secundo uersu sit imprecatio, quā sibi ipsi proferens Psalmum imprecatur, ut si non cum humilitate suam animam posuerit, & silere fecerit ab omni iactantia: fiat sicut ablatatus a matre, ut sic fiat ipse anima ablatata. id est, diuina consolationis lacte priuata. Potest tamen ex Hebræo etiam sic legi: Si non posui & silere feci uel humiliari animam meam: ac deinde diuisum, Sicut est ablatatus matri suę, uel erga matrem suam, uerē inftar ablatati habet mihi anima mea. In qua lectione pulchre sensus qui in elucidatione positus est exprimitur. Chaldaica Paraphra. nullam ponit imprecationem: uerum simpliciter ita habet, Si non posui manum ad os, & tacere feci animam meam donec audiret uerba legis, sicut latentem animam meam.



**V**ersu primo, Et omnis mansuetudinis eius. Pro mansuetudine Hieronymus vertit afflictionem. Et omnis (inquit) afflictionis eius. Felix legit, Omnis afflictionis eius, vel humilitatis, vel mansuetudinis. Sententia in idem redit, quandoquidem mansuetudo consistit in equanimi tolerantia passionum & afflictionum obuenientium. ¶ Versu secundo, Sicut iuravit domino. Hieronymus, Qui iuravit domino, quod clariorem habet intelligentiam. Et in versu quinto, quod nostra lectio habet, Et requiem temporibus meis, Hebræa non habent. ¶ Versu sexto, Ecce audiuius eam in Esrara. Hieronymus legit per genus masculinum, Ecce audiuius illum, nempe locum domini: quo modo, quidam etiam nostram lectionem corrigi volunt. In Græco tamen in genus femineum ἀνθή, id est, eam. Potestque fieri relatio ad intellectum, eam habitationem, vel requiem, vel domum domini. Pro campis autem sylvæ, Hieronymus vertit, In regione saltus: Felix nobiscum tenet, in campis sylvæ, eadem enim sententia est. Chalda. Paraphra. rem explicat his verbis, Inuenimus eam in campis sylvæ. Libani, loco ubi adorauerunt patres mundi: hoc est, in loco olim deserto, in monte Moria, ubi patribus aliquando fuit locus orationis & sacrificii. Adoravit enim illic Abraham, & magnum illic cunctisque saculis memorabile summæ obedientiæ sacrificium vnigeniti sui, quousque permixtus fuit, perfecit: adoravit illic post etiā David, ubi cessasset à plaga angelus, obtulitque sacrificiū. ¶ Versu septimo, Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius, Hieronymus, Adorabimus scabellum pedum eius, id est, arcam domini, quæ fuit quasi scabellum pedum eius, de quo diximus in annotationibus Psalmi. 98. in versum illum, adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. ¶ Versu undecimo, Iuravit dominus David veritatem, & non frustrabitur eum. Hieronymus, Et non reuertetur ab ea, scilicet veritate, id est, non retrahabit eam, non infringet, non omittet quin perficiat. In eandem sententiam Felix, Non auertetur ab ea, vel non cœuertetur aut reuertetur, quæ omnia idem volunt. Atque eadem esset in vulgata lectione sententia, si tantum in genere femineo, poneretur relatum, pro eo legendo eam, hoc modo, iuravit dominus David veritatem, & non frustrabitur eam, id est, veritatem iuramento firmatam non faciet irritam & vanam, sed implebit eam. Atque hoc modo per genus femineum habet Græca lectio ἡ ἀλήθεια ἀνθή, hoc est, & non reprobabit vel abiiciet vel frustrabitur eam. Veruntamen lectio habens masculinum genus, commodam habet & ipsa intelligentiam, ut in Elucidatione monstratum est. ¶ Versu decimo sexto, Viduam eius benedicens benedicam. Ex Hebræo vertit Hieronymus venationem. Felix vertit, victum eius vel cibum viaticum eius benedicens benedicam. Alii vertunt, annonam. Quæ omnia facile in eandem possunt reduci sententiam. Nam per venationem quid intelligitur, item & per cibum viaticum siue annonam, nisi cibum ille delicatus quo in sancta Ecclesia pascimur, videlicet panis verbi Dei, de quo sua benedictione tan nos copiose reficit, tam pascit abundanter in plenitudine benedictionibus? Græci autem codices quidam habent χήρα, quod significat viduam: plures & vulgatiōres θήρα, quod significat venationem. Putant autem quidam Latinos interpretes ignoratiā lapsos, ut θήρα, vertentur viduam. Verum id nimis ignorantia & stoliditatis fuerit inculcare homines eruditos & bene meritos, præcipue ex leni tantum suspitione. Magis autem Græcorum exemplarium diuersitati imputandum est, quod viderunt transulerint, quam illorum ignorantia. Quis enim vel tenuiter doctus, ignoret hanc inter χήρα & θήρα, differentiam? Latina verò exemplaria omnia constanter habent viduam, vtrunque videlicet Plalterium Romanum & Gallicanum, ipsa etiam lectio quam sequitur beatus pater Augustinus. Nam viduam proluxa expositione interpretatur. ¶ Versu penultimo, Illic producam cornu David. Vulgo nostri codices habent illic, sed conuenientius videtur, si illic legatur. Nam quid sibi vult, illic producam vel illic nasci faciam? Videtur ergo potius legendum, illic producā, in quam sententiam vertit Hieronymus, Ibi oriri faciam cornu David, & Felix, Illic germinare faciā vel florescere cornu David. Aduerbiū quoque in Græco positum ὡς, rectè illic vertitur. ¶ Versu vltimo, Super ipsum autem effloreat sanctificatio mea. Hieronymus vertit, Super ipsum autem floreat dignitas eius. id est, glorificabitur ipse ut rex regum & dominus dominantium, tanquam princeps regum terræ, videlicet quando dabitur ei nomen quod est super omne nomen, &c.

**V**ersu primo, Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. Hieronymus, Ecce quam iucundum & quam decorum, habitare fratres vnā. Felix, habitare fratres etiam simul, vel in vnum. hoc est, cohabitare fratres & vnanimis. Chald. Paraphra. sic habet, Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare Sion & in Hierusalem sicut duo vnum. Quod mystice posset intelligi, de vnione & communionē Ecclesiarum militantis atque triumphantis. Sunt enim hæ quasi duo, & tamē mirabili societate cōiunguntur. ¶ Versu secundo, Sicut vnguentum in capite. In Hebræo est, sicut oleum illud bonum, quasi oleum insigne. Vnde vertunt Hieronymus & Felix, Sicut vnguentum optimum, vel sicut oleum optimum. ¶ Versu tertio, Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. In Hebræo est numerus pluralis, super montes Sion, ut vertit Felix. Vel super montana Sion, ut habet Hieronymus. Vnde putant hic significari, non singulariter illum montem qui erat in Hierusalem, sed vniuersā montana Iudæa. id est, terram promissionis, quæ in scripturis non semel dicitur manare lacte & melle: ut merito credendum sit, rorem illum de quo hic dicitur, pinguisimum atque fecundissimum extitisse.

**V**ersu 2, Qui stas in domo domini, in atris domus Dei nostri. Illud in atris domus Dei nostri, non est in Hebræo. Quod autem sequitur principium versus tertii, In noctibus, iungunt ad finem versus præcedentis: hoc modo, Qui stas in domo domini in noctibus: & deinde, Tollite & leuate manus vestras ad sanctum, ut vertit Hieronymus, vel ad sanctitatem, ut habet Felix. Chalda. Paraphra. hoc loco sic habet, Qui stas super custodia domus sanctuarii Dei, & laudatis in nocte, Leuate manus vestras sacerdotes super ambonem sanctum, & benedicite Deo.

**V**ersu tertio, Psallite nomini eius, quoniam suauis est nomini domini, eo quod sola domini memoria ab eum reficit & iucundari facit cor hominis. Vel quoniam suauis & iucundum est, psallere nomini domini. Simile occurrit & in Psalmo 53. cū dicitur, Confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum est. Potest enim intelligi. Quoniam bonum est nomen tuum, vel quoniam bonum est confiteri illi, quomodo alibi dicitur, Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime. Quod autem in hoc loco per genus masculinum habet lectio Romana, Quoniam suauis est, nempe dominus, id non respondet lectioni Græcæ, quæ per neutrum genus habet καλῶς, id est bonum vel suauis. Et ex Hebræo Felix vertit suauis vel iucundum: Hieronymus, decens. ¶ Versu quarto, Israel in possessionem sibi. Hieronymus, Israel in peculium suum. Felix, in peculium vel in thesaurum suum, vel in proprietatem suam. Populum enim suum Deus quasi suum thesaurum reputat, vnde illud est quod supra dictum fuit in Psalmo 126, Cū dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini, filii merces fructus ventris. Et in Psalmo 2, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. ¶ Versu 8. Qui producit ventos de thesauris suis. Producit accipe non ut valeat progignit, sed pro educit. Vnde in Græco est ἔκλυσις, quod manifeste significat educens, & ex Hebræo Hieronymus vertit, educens. Et apud Hieroniam cap. 10. similiter legitur, Fulgura in pluuia facit, & educit ventum de thesauris suis. Felix dicit etiam sic verti posse, Inueniens ventum in cellariis suis, quod eandem habet sententiam. ¶ Versu sexto, Et misit signa & prodigia. Quomodo supra diximus in versum. 24. Psalmi. 104. Edidit terra eorum ranas, in quibusdam libris deprauate legi, & dedit pro edidit, cum & Hebraica & Græca lectio non & dedit habeat, sed edidit: ita in proposito loco, videtur loco eius quod vulgo nostri codices habent, & misit legi debere emisit. Nam in Græco est ἐπέβαλε, quod manifeste sonat emisit, vel edidit. Item ex Hebræo Hieronymus vertit emisit, non & misit. Felix simpliciter misit, absque conjunctione quæ in Hebræo non ponitur. Nihil tamen variatur in sententia, siue legas & misit, siue emisit. ¶ Versu decimo quarto, Et in seruis suis deprecabitur. Hieronymus, Et in seruos suos erit placabilis. Felix, In seruis suis consolabitur vel poenitebit eum: hoc est (ut loqui consuevit scriptura) poenitentiam aget de malo quod in eos venire permiserat vel decreuerat, secundum ordinationem sue sententiæ. Chalda. Paraphra. sententiam pulchre explicat, dicens, Et super vel ad seruos suos conuertetur in miserationibus suis.

**V**ersu decimo quinto, Et excusit Pharaonem & virtutem eius in mari rubro. Potest illa excusio intelligi ex curribus, in quibus residebat Pharaon cum suis principibus, ad persequendum Israel. Nam ita legitur, Pharaonem de populi dimissione poenitentem statim inuexisse cursum. Hieronymus verò pro excusit habet cōuoluit: Et conuoluit Pharaonem & exercitum eius in mari rubro. Felix verò concussit vel excusit. ¶ Versu decimo octauo, Et occidit reges fortes. Hieronymus, Et occidit reges magnificos: reges admirabiles vel terribiles. ¶ Versu vicimo quinto, Qui dat escam omni carni. Pro esca in Hebræo est Iechem, quod significat panem. Vnde Hieronymus vertit, Qui dat panem omni creaturæ vel carni. Constat autem panem pro esca generaliter accipi, quomodo & aliàs frequenter in scriptura accipi solet.

**V**ersu secundo, In salicibus, &c. Hieronymus super salices: Felix super salices vel in desertis, aut in salicibus. Pro organis autē vertunt citharas. ¶ Versu quarto, Et qui abduxerunt nos hymnum cantate nobis de canticis Sion. Admodum variè hic versus ex Hebræo vertitur. Hieronymus versus sic habet, Et qui affligebant nos lati canite nobis de canticis Sion, nominatiuū lati iungens cum verbo canite. Quæ lectio hunc sensum habet, Qui nos affligebant præpositi nobis, interrogauerunt nos, & dixerunt nobis, quasi illudētes, Canite lati, vel in letitia canite nobis de canticis Sion, Felix sic vertit, Et deridentes nos, latitia (supple interrogabāt nos, vel postulabant à nobis) cantate nobis de canticis Sion. Ad marginē verò sic legit, Et pro vlulatu nostro. id est, lamentationibus nostris letitia, supple interrogabāt vel posebāt à nobis. Vel sic, Inimici nostri, qui scilicet deludebāt nos, latitiam, supple interrogabant nos. id est, sermonem vel carmen latitiæ postulabant. Vel sic, suspensus nostris. id est, instrumentis nostris musicis quæ suspensa erant, interrogabant sermonē latitiæ. Chal. Paraph. clare hanc lectionem ita explicat, Et qui rapuerunt nos, affecti latitia dicebāt, Psallite nobis cantica quæ dicebatis in Sion. ¶ Versu 6. Obluioni detur dextera mea. Quidam vertunt, obliuiscatur dextera mea, subaudientes artis suæ. id est, dextera mea destituitur arte defendendi, non possit ultra protegere aut defendere me, si non, &c. Atque huic versioni satis cōsonat lectio Plalterii Romani, quæ habet, Obluiscatur me dextera mea. Verum nostra versio fauet quod Hieronymus vertit, In obliuione sit dextera mea. Felix item legit nobiscum, obliuioni detur. Intelligitur autem istum obliuioni dari à Deo, videlicet ut non ultra Deus recordetur adiutorium præbere



**Pfal. 120.** dextere, hoc est, vt non amplius sit auxilio. Solet enim dei protectio per assistentiam dextera signi-  
ficari, vt Psalmo. 120. Dominus custodit te, dominus protectio tua, super manum dexteram tuam.  
¶ Versu octauo, Si non proposuero Hierusalem, in principio letitie mee. Ita per omnia nobiscum  
legit Hieronymus. Felix autem sic habet, Si non extulero Hierusalem, super caput letitie mee, quod  
eandem habet cum nostra lectione sententiam: hoc est, si non Hierusalem omni letitie mee propo-  
suerit, id est, si non Hierusalem proposuero omnibus gaudiis & deliciis, quae mihi possent in Baby-  
lone contingere, vel si non luctum pro ciuitate Hierusalem proposuero omni gaudio & omni leti-  
tia, quae mihi possit contingere, & si non illa semper ob oculos versabitur, videlicet vt quancum-  
que letitia vlla occasio se obrulerit, prius luctum mihi excitet memoria Hierusalem, adeo miserè  
desistat, quam letari incipiam, quo videlicet tali modo temperata letitia, modo non excedat ne-  
que alia sit quam exulem & captiuum deceat. Quam rem nos quoque in desiderio patriae caelestis imi-  
tari non foret inutile, videlicet vt in qualibet occasione letitie occurrente, prius nostrae captiui-  
tatis in qua nunc degimus miseriam ponamus ob oculos, quam letitia dedamus nosmetipsos: vt hoc  
modo admixtione doloris velut misceatur ac temperetur nostrum gaudium, ne fiat gaudium effu-  
sum, & crasius quam exulem & captiuitatis filium deceat. ¶ Versu decimo, Exinanite, exinanite vs-  
que ad fundamentum in ea. Hieronymus, Euacuate vsque ad fundamentum eius. Felix, Exinanite,  
exinanite, vel euacuate, euacuate, vel deuastate, deuastate, vsque ad fundamentum in ea. Omnia enim  
haec idem sunt. In eo verò quod sequitur, Filia Babylonis misera, Hieronymus pro misera ponit de-  
uastata, subaudiendo erit vel fiet. Felix, misera, deuastata vel depopulata. Quidam Babylonem po-  
nunt casu vocatiuo, & vastationis, vel miseriae casu genitiuo, ad hunc modum, O Babylon, filia va-  
stationis vel desolationis secundum eum modum loquendi quo in scripturis dicuntur filii mortis  
vel damnationis, qui morti additi vel destinati sunt.

IN PSALMVM CXXXVII.

**Pfal. 18.** **V**ersu. 1. Quoniam audisti omnia verba oris mei. Totum hoc in Hebraeo profus non legitur,  
sed principium versus sequentis cum initio Psalms continuatur, ad hunc modum, Confite-  
bor tibi domine in toto corde meo, in conspectu angelorum vel deorum vel iudicū aut ma-  
gnatum, psallam tibi. In Graeco habetur quidem haec oratio, sed non in eodem loco quo in nostris co-  
dicibus ponitur. Habent enim Graeci libri hunc ordinē, Confitebor tibi domine in toto corde, & in  
conspectu angelorum psallam tibi. Quoniam audisti omnia verba oris mei, adorabo ad templū san-  
ctum tuum, &c. ¶ Versu. 3. quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum. In vulgata hac  
lectione videtur singularis numerus positus pro plurali, omne pro omnia, in hunc sensum, Magnifi-  
casti nomen sanctum tuum super omnia, iuxta dicitur in Psalmo. 8. Domine dominus noster, quam  
admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. In Hebraeo autem habetur, Magnificasti super omne  
nomen tuum eloquium tuum, quomodo vertunt Hieronymus & Felix. Quod ita potest intelligi,  
Magnificasti verbum tuum Evangelicæ predicationis & extulisti super omne nomen tuum, quoniam  
videlicet ante illud verbum mundo missum, vocabaris tantum Deus Israel, Deus Abraham, Deus  
Isaac, Deus Iacob, defensor & pastor Israel. Verum eloquium tuum non in Iudaea tantum voluisti la-  
tere, sed per vniuersum orbem terrarum fecisti divulgari. Chald. Paraph. habet, Magnificasti super  
omne nomen tuum verba laudis tuae: id est, verba tuae laudis nullis tuis nominibus valent compre-  
headi, nullum tibi nomen est quo tua laus atque celsitudo penitus explicari possit. Quidam putant  
in hac oratione esse hyperbaton, sicque in Hebraeo eam esse iungendam, Magnificasti nomen tuum,  
super vel propter omne verbum tuum. hoc est, nomen tuum vehementer magnificasti & laude di-  
gnum commendasti, ex eo quod quicquid vnquam promissisti, fideliter adimpleas. Atque ita dicit Fe-  
lix verti posse, Magnificasti super omne eloquium tuum nomen tuum, modo super loco propter  
accipiatur. ¶ Versu vltimo, Dominus retribuet pro me. In Hebraeo, Dominus operabitur pro me,  
vt vertit Hieronymus: vel dominus perficiet, finiet vel consummabit pro me, vt Felix. In vltima au-  
tem parte, Opera manuum tuarum ne despicias, Hieronymus habet, Ne dimittas. id est, ne patiaris  
perdi, ne perire sinas. Felix, ne dimittas vel ne relaxes. id est, id est, ne dissoluere aut diffuere sinas.

IN PSALMVM CXXXVIII.

**V**ersu. 2. Intellexisti cogitationes meas de longe. Hieronymus, Intellexisti malum meum de  
longe, quod potest intelligi actiue, malum quod feci, vel passiue, quod pertuli. Felix in textu  
nobiscum legit, cogitatione. Verum ad marginem ponit multiplicē versionem. Vel sic, Intel-  
lexisti malum meum, actiue vel passiue. Aliter, Intellexisti vt cōsociare me. id est coniungeres me:  
vel intellexisti socium meum, vel amicum meum: hoc est, non me solum cognouisti, verum etiam  
quicquid ad me attinet & quicquid mihi est coniunctū, aut tu nosti cum quibus sit vita mea & cum  
qualibus conuersatio mea. Vel sic, Amicum meum & socium meū tu à longe optimè nosti, cum nul-  
lam videaris cum illo familiarem conuersationē ducere, longe etiam melius me, qui tamen illi per-  
petuo cōiunio familiariter, & illo sum assiduus, ac iam fere modium salis (quod dici solet) cum eo  
absumpsi: etiam post tam longam tamque familiarem conuersationē, tu illum nosti melius ac magis  
intime quam ego illum nouerim, & melius cognoscis quo erga me sit animo, cum ego id certo non  
sciam & falli possim, quantumuis interioribus indicis amicitiam erga me testetur. Nemo enim fi-  
lius est, qui omnino certum & exploratū habeat patris animum atque contrariio: neque vnus mari-  
tus suae coniugis habet certum animū, cum subinde auditū sit, & à parentibus filios, & à filiis parē-  
tes, ab vxoribus maritos, à maritis vxores, variis modis fuisse interfectos. ¶ Versu eodē, Semitā meā  
& funiculum meum inuestigasti. Hieronymus, Semitam meā & accubitionē meam euertisti. Felix,

**A** semitam meam & accubitionem meam circūdedisti. De quibus diximus in annotationibus principa-  
libus. Felix verò dicit etiam sic verti posse, Semitam meam & quadratū meum, vel quadrum vel qua-  
drangulum meū euertisti vel disperdisti. Quod ego quidem puto (iuxta sententiā Elucidationis)  
apte posse exponi de hominis intentione, intelligendo per quadratū gnomonē, vel instrumentū quo  
examinantur lapides, an recte quadrati sint, quomodo per funiculū muri & parietes in edificio, an  
abscq; curuitate surgant. Hominis autē intentio eadem ratione & funiculus & gnomon vel quadratū,  
id est instrumentum ad quadrandum potest appellari. Ipse verò sic exponit, Semitam quam feci per  
omnes quatuor partes mundi, vel omnes quatuor partes mei, inuestigasti. ¶ Versu 3. Quia non est  
sermo in lingua mea. In Graecis exemplaribus nunc legimus pro sermone *Abnos*, quomodo etiā habet  
lectio Romani Psalterii, Non est dolus in lingua mea. Verū id ex corruptione videtur esse, videlicet  
pro *Abnos* deprauate scriptum *Abnos*: id est, pro sermone dolus. Id ex Hebraeo sit euidentis. Ceterum ex He-  
braica lectione haec pars tertiū versus cōtinuanda erit cū principio quarti versus sequentis, in hunc  
modum, Quia non est eloquium in lingua mea, ecce domine nosti omnia. Sic enim vertit Hierony-  
neq; minus clare Felix, Quoniam non est sermo in lingua mea, ecce domine tu cognouisti totū ipsum:  
quod sic exponit, Nondū fuit sermo in lingua mea, & tu domine cognouisti totū ipsum sermonem:  
vel sic, Non est sermo in lingua mea, quem tu non cognoueris. Vel sic, Quoniam non est sermo in  
lingua mea, attamen tu cognouisti omnia quae cogito, omnes cogitationes cordis mei. Cui cōsonat  
Para, Chald. quae sic habet, Et cū non est verbū in lingua mea, ecce Deus tu nosti cogitationes cordis  
mei oēs. Deinde pro eo quod nos habemus, Nouissima & antiqua tu formasti me, ex Hebraeo longe  
à vulgata lectione diuersa sententia legimus, Retro & ante formasti me: id est, posteriora & antero-  
ra mea: hoc est, totū me, quantum sum. Ita enim vulgo vbi significare volumus nos rem exa-  
cte perspexisse & probe cognoscere, dicimus nos rem eiusmodi ante & retro perspexisse. i. quaecumque  
sunt in re eiusmodi. ¶ Versu 8. Si sumptero pennas ad volandū admodum diluculo in aurora,  
iuxta sententiā vulgatę lectionis. Aliqui comparationē putant fieri à sole in aurora, qui mox vbi  
ortiri cœperit, iactu celerissimo radios longissimos proicit versus Occidentem, supra mare, quod ad  
Occidentem est quoniam illic mare dicitur occidere, propter quod etiā Poeta cum occasum solis vo-  
lunt significare, ipsum se condere dicunt in Oceano. Vult ergo significare Propheeta, Si ita celeriter  
possem auolare, quomodo celerissime sol in aurora oriens spargit versus Occidentē longissimos ra-  
dios, sicque in vltimis maris, in vltimo Occidentis faceret mihi habitationē, etiam illic te inuenirem,  
& tunc illic regeres atque custodires. ¶ Versu 9. Etenim illuc manus tua deducet me. Potest intelligi  
illuc, ad illum locum, ad hoc extremū maris deducet me manus tua, sine cuius ductu impossibile me  
foret illuc pertingere. Vel sic, Manū tua illuc me deducet, illuc mihi dux erit & cōseruatric: vt quod  
sequitur, Et tenebit me dextera tua, praecedens explicet. Cui cōsonat quod vertit Felix, Etiam illuc  
manus tua diriget me, vel manu tua diriges me. ¶ Versu 13. Confitebor tibi, quoniam terribiliter ma-  
gnificatus es. Hieronymus, Cōfitebor tibi, quoniam terribiliter magnificasti me. Felix, Confitebor  
tibi, quoniam terribiliter & mirifice formatus sum: vel ita, Quoniam terribilibus segregatus sum: id est,  
terribilibus operationibus segregatus sum, & formatus sum à te, vel occulte effectus sum à te. In eo  
autē quod sequitur, Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis, quidā vltimo loco positū  
aduerbium nimis, iungunt cum nomine mirabilia, ad hunc modū, Opera tua sunt nimis mirabilia,  
& anima mea cognoscet, vel contemplantur ea. Cuius simile diximus in versum primū Psalms 45.  
Deus refugium nostrum & virtus, adiutor in tribulationibus quae inuenerunt nos nimis. Diximus  
enim, nimis, cōstrui cum adiutor, hoc sensu, valde adiutor: i. adiutor potens ac validus. ¶ Versu 14. **Pfal. 44.**  
Non est occultatū os meū à te, quod fecisti in occulto. Hieronymus, Non sunt operata ossa mea à te,  
quibus factus sum in occulto, id est, quibus formatus sum in abscondito materni vteri, vel in occulto,  
in operimento carnis & pellis. Felix, Non est occultatū os meum à te, quoniam factus sum in occulto:  
hoc est, quoniam in occulto factus sum in secreto materni vteri, attamen ossa mea non sunt tibi in-  
cognita. Quidā os pro fortitudine accipiunt, quae est in ossibus maxima, in hunc sensum, Non erat  
tibi occultata fortitudo mea, cum essem in abscondito, quasi dicat, tu nosti, quam fuerim nullius  
virtutis, cū in vtero materni tuis manibus primū formari inciperē. ¶ Versu eodē. Et substantia mea  
in inferioribus terrae. Dicitio quae hic in Hebraeo ponitur pro substantia à verbo *rakā* descendit, quae  
(teste Reuchlinio) significat acu pinxit, imaginib⁹ itexuit, polymitaui, & (si dicere liceret) texipia-  
xit. hinc illud quod Hier. hoc loco vertit, Imaginatus sum in nouissimis terrae, idē putat esse, quod  
contextus sum in inferioribus terrae. i. in matrice. Valet enim imaginatus sum acsi dicā, secundum va-  
rias imagines & varios colores pulchra diuersitate artificiose factus sum, quō pānus lineus pulchre  
solet acu pingi, aut quomodo aulea atque tapeta (quae vocāt) diuersarū imaginū & diuersorū colorū  
varietate solent artificiose contexi. Significatur hoc loquēdi schemate, inexplicabile in dō incōpre-  
hensibile artificium, quo hoīs corpus tā pulchra varietate, tam mirabiliter cōponitur ex tam diuer-  
sarum rationū membris: quemadmodū vestis phrygiana ex nimis diuersis coloribus aptissime ta-  
men distributis artificiose cōtextitur. Hinc quidā verterūt, In geniosissime cōtextus sum: alii, acu pi-  
ctus sum: alii, phrygianicis imaginib⁹ formatus sum vel cōtextus. Ad idē hoc verbū spectat dicitio  
illa quae in Psal. est 44. pro varietatibus cū dicitur de sponfa, quae sit circūamicta varietatibus, de quo  
suo loco dicit inuenies. ¶ Versu 15. Imperfectū meū viderūt oculi tui. In Hebr. est galmi, quod signi-  
ficat rudē factū meū, quod vulgo solēt naturales embrionē appellare, cū videlicet nondū factus in  
materno vtero oib⁹ suis mēbris, & formae vltima fuerit absolutus, sed ipolitus adhuc est tēporis sue

cessu per virtutem generatiuā perficiendus. De hoc dictū est plenius in annotationibus prioribus. Quod autem sequitur, Et in libro tuo omnes scribentur, Felix vertit per genus neutrum, hoc modo, Et in libro tuo omnia illa scribentur, quod exponunt de membris corporis, hoc modo. Omnia illa membra corporis in libro tuo scribentur, oia illa membra quibus informe illud corpus perficis, scribentur in libro tuo, ita vt (iuxta domini verbū) etiā capilli capitis omnes numerentur, nec possit vel vnus ex eis perire. Atque in hūc sensum quod cōtinuō sequitur, Dies formabuntur, & nemo in eis, ita verti potest, Per dies formabuntur, & nullū ex eis: hoc est, formabuntur membra illa temporis successu, & non erat vnū ex eis tunc tēporis cū adhuc essem informis massa in matris vtero. Iuxta quam ferē sententiā, quidā Paraphrastes sic vertit, Cum informis essem scetus, videbas me: cuncta membra, quę per dies formata sunt, velut in libro habebas descripta, cū adhuc ne vnū quidē extaret. Hiero. verō, quantum ad partem priorem vertit vt habet nostra lectio, In libro tuo omnes scribentur. Quod autē sequitur, Dies formabuntur, & nemo in eis, ita reddidit, Dies formati sunt, & nō est vna in eis. Cuius lectiois sententiā in annotationibus prioribus assignata est. Alii verō sic exponunt, Dies formabuntur, & dabuntur nobis, quibus vinemus super terrā, & nō vna in eis supple assignata est ad nostrum arbitrium, sed statuta vitę periodus a Deo peragi debet, & non potest præteriri.

¶ Versu 16. Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui Deus, &c. Hieronymus, Mihi autem quā honorabiles facti sunt amici tui Deus, quā fortes pauperes eorum: hoc est, Quā sunt validi, constantes, & robusti, ad perferendū omnia, verum illi pauperes spiritu inter amicos Dei. Quā enim fortis erat ille ex amicis Dei pauper, qui cum nihil haberet, confidenter iactabat oia se possidere: & multos locupletare, qui cū in penuria viueret, clamabat omnia se habere, & abūdere, omnia quoq; posse in eo qui ipsum cōfortabat, qui etiam in tribulationibus gaudebat, & pro infirmitatibus suis libenter gloriabatur, qui clamabat, neque morte, neque vita, neque vlla omnino creatura se posse separari a charitate Dei, & alia huiusmodi per multa magna fortitudinis testimonia. Quantū verō ad priorem partē, potest ex Hebræo etiam sic verti, Mihi autem quā fuerūt preciosa cogitationes tuę Deus. Nam dictio Hebraica hic posita reim, ambigua est, ad significandū cogitationes vel amicos: propter quod, in versu secundo presentis Psalmi vbi eadem dictio ponitur, diximus verti posse, Intellexisti cogitationem meā, vel amicum meum. Huius autē lectiois sensus erit, O Deus, cogitationes tuę istę quibus tu sic cogitas, & sic agis cum genere hominū, quā sunt preciosa, quā sunt stupenda, quantūque laudibus digna celebrari? Priori tamen versioni aperte fauet Chal. Para. quę sic habet, Mihi autē quā honorabiles sunt qui amant te iusti, Deus: & quā validi sunt principes eorum: Et quod sequitur, aliter quoque quā Hieronymus vertit, legi potest. Nam Felicitis versio sic habet, Quā multiplicati sunt principes eorum, nempe amicorū Dei: vel, Quā confortati sunt: id est, quā fortes facti sunt. Vel sic, Quā corroborata sunt capita eorū. Quę lectio secundum sententiam satis cum Hieronymiana conuenit. Nam principes isti multiplicati, vel capita confortata amicorū Dei, sunt fortes illi pauperes quos cōstituit Deus super omnem terrā, & quos tanquam fortes Deos vehementer eleuauit, vt in aliis Psalmis scribitur. Quidā vertunt summas pro principibus vel capitibus, in hunc modū, Quā preualuerunt, vel quā ingentes factę sunt summe earū, nempe cogitationū, vt (quomodo sequitur) dinumerare non possint. Aut, Quā multę summe eorum, nempe amicorū Dei, i. quā multitudine eorū, vt dinumerare non possint. Nam lectio Hebraica ambigua est, licetq; vertere per genus masculinū sine femininū, vt videbitur cōmodius. Quidam partem posteriorem sic vertunt, Quā difficilis est computatio earum cogitationū, vel eorum amicorū ob nimiam multitudinē. Diuersitas omnis ex hoc procedit, qđ dictio Hebraica hoc in loco posita ross, per aleph in medio, plura significat. Proprie enim caput significat, trāsumptiue cacumē cuiuslibet rei, principē, vel summū, vel primum & supremū. Inde summi principes & capitanei denominantur. Inuenitur etiā & summā significare, vt Exod. 30. Cum acceperis innumā filiorū Israel. Atq; ex hac vocis ambiguitate pcedit translationū supra posita diuersitas. ¶ Versu 17. Exurrexi, & adhuc sum tecū. De resurrectione futura post mortē hoc exponit Para. Chald. quę sic habet, Resurgam in mundo venturo, & adhuc sum tecū. ¶ Versu 19. Quia dicitis in cogitatione, accipiet in vanitate ciuitates suas. Longe aliter est in Hebr. Hiero. quidem sic vertit, Quia contradicent tibi scelerate, elenati sunt frustra aduersarii tui, hoc est, inimici tui in scelere & impietate sua cōtradicent, repugnabuntq; tibi, & erunt inobedientes ipsi frustra eleuati sunt, absq; vtilitate præpositi sunt aliis: quod tamen nō rarō contingere solet, vt mali præfint bonis. Secundū quam expositionē hęc lectio facile poterit cum nostra vulgata cōcordari, id quod cōferenti facile fiet manifestū. Potest & aliter intelligi hęc Hieronymi versio: frustra & vanē contra te eleuati sunt per superbiam vt tibi cōtradicant, cum nullā habeant causam sese cōtra te eleuandi, imō oēm potius causam habeant sese humiliandi sub manū tua, tibiq; humiliter obediēdi. Vel frustra eleuati sunt cōtra te & amicos tuos, quia præualere nō poterunt, neq; tibi, neq; tuis amicis: quoniā postquā corpus occiderint, nō habent quid faciāt. Ponit Felix & alias plures versiones, in textu tamen nō ponens nisi quod vertit Hier. Quantū autē ad secundā partē, dicit recte verti posse vt habet nostra lectio, Accipiat inuanū ciuitates tuas. Versu vlt. Et vide, si via iniquitatis in me est. Hiero. pro via iniquitatis vertit viā doli, Felix viā afflictionis vel contristationis vel contristantē. i. efficiētē dolorem vel afflictionē. Hęc autē est via impietatis, quę perducit ad dolorē aternū. Verti etiā potest, rebellionis vel inobedientię. Nomen enim quod Hebræo ponitur, venit a verbo atzab, quod significat sollicitauit, cōtendit, cōtristauit, afflixit, irritauit, rebellauit, ad iracundiā pronocauit, perturbauit, ærūnis affecit. Vnde nomen hoc loco positum, significat contentionē, contristationem, afflictionem, rebellionē, irritationem, per

Luc. 12.

Philip. 4  
Roma. 5  
2. Cor. 12  
Roma. 8.

Psal. 44  
Psal. 40.

Exod. 30.

Luc. 12.

turbationem, & huiusmodi. Quod autem in secunda parte dicitur, Deduc me in via aterna, Hieronymus ita legit nobiscum. Felix verō, Deduc me per viā sæculi, quod potest intelligi per viam huius mundi, vel sic per viam rectorum: id est, iustorum qui sunt in hoc mudo: quemadmodum habet Paraphrasis Chal. In via rectorum mundi. Potest & sic verti, Deduc me per viam in aeternum. Quidam hanc orationem accipiunt per modum sibi imprecantis malum, vt deduci in viam sæculi vel mundi sit interfici, & ire viam mundi sit mori: quemadmodū ire viam vniuersę carnis, appellamus mori. Et iuxta hanc expositionem sic intelligunt. Vide, si in me est via iniquitatis, quod si inueneris interfice me. Non enim sum mihi doli conscius. Verum huic sensui obstitit addita coniunctio (&) ante deduc, quę imprecationem talem non bene patitur.

IN PSALMVM CXXXIX.

Versu 5. Qui cogitauerūt supplantare gressus meos. Felix ait verti posse, Qui cogitauerūt propellere plantas meas: quod eundē sensum habet, cogitauerūt impellere pedes meos vel plantas meas ad lapsū. ¶ Versu 6. Iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Hieronymus, iuxta semitam offendiculū posuerunt mihi. Felix, iuxta semitā tendiculas vel offendicula posuerunt mihi. Sensum eundē cum nostra lectione explicant. ¶ Versu 8. Obumbrasti super caput meum in die belli. Carius Hieronymus, Protexisti caput meum indie belli. Verti etiā potest ad verbū, in die armorum: hoc est, in die quādo erant sumēda arma, quod proculdubio est in die belli & oppugnationis: cum videlicet te oppugnaverint tui aduersarii. Hoc autem tēpus belli, quanquā generaliter loquendo totū sit tēpus vitę huius (iuxta dictum beati Iob, Militia est vita hominis super terram) specialiter tamen quādā sunt belli tēpora, quando plus solito diuina permissione oppugnamur: quo tempore solet nobis Deus super caput obūbrare, qui est adiutor in opportunitatibus. ¶ Versu 9. Ne tradas me domine a desiderio meo peccatori, cogitauerūt cōtra me, ne derelinquas me, ne forte exaltetur. In elucidatione indicauimus, hic poni loco cōtra vel præter, vt sit sensus, præter & cōtra desiderium meū. Totū autē hunc versum sic vertit Hieronymus, Ne des domine desideria impij scelera eius ne effundatur, & eleuetur. Cuius lectiois hic est sensus, Non concedas, non finas impleri desideria impiorū videlicet scelera eorū, & impias cogitationes, quas cogitauerāt cōtra bonos, ne ipsi effundant laticia, & exaltentur atq; gloriētur, si eos præualere cōtigerit. Felix aliquanto clarius sic vertit, Ne perficias domine desideria impij cogitationē eius ne cōlummes, exaltabuntur: id est, alioqui exaltabuntur, si tu illorū desideria & cogitationes cōsummases ipsi eleuaretur superbe. Dicit etiam sic posse verti, Capistrū eius (impij) ne abstrahas, auferas vel educas. Quod secundū similitudinē bestiarum debet intelligi, quorū ora ne nocent, obstruuntur capistris. Nam ita etiā dominus Deus dum impios demones & homines coercet, ne omnē malitiam quam vellēt exercere possint in pios, quasi capistrō os illis obstruit, obuoluit, atq; concludit vt mordere. i. nocere non valeant. Iustus ergo feritate impiorū, si relaxarentur, metuēs, hoc ab eo postulat, vt nō abstrahat Deus capistrum impij, sed capistratū illum relinquat, vt nō possit preualere. ¶ Versu 10. Caput circuitus eorū labor laborum ipsorū operiet eos. Hier. Amaritudo coniuuorū, labor laborum eorū operiet eos. Quod ita potest exponi, Præua doctrina & dogmatū peruersorum aduentio, quam bonis impij proponunt, quasi coniuuia splendida, sed quouis felle & absynthio amariora, nempe labor laborū ipsorum, videlicet dogmata peruersa, in quibus disseminandis laborāt, & quę per labia sua proloquuntur, operiet eos confusione aterna. Felix aliter vertit, Principem circumdantium me, afflictio laborum eius operiet illum: id est, eum qui est caput & princeps, & quasi dux inimicorū meorū, hūc vnā cum suis opprimet labor laborum ipsius, hic ex verbis suis dolosis damnationē recipiet. Ad quam sententiā reduci posset lectio nostra vulgata, si caput acciperemus in casu accusatiuo, pro principe vel præcipuo, ipsam verō circuitum pro multitudine impiorum circumdantiū. Esset enim hic sensus, Ipsum qui est caput & princeps inter eos qui nunc ad nocendū me circueunt, hunc vnā cum suis operiet labor laborū ipsorū. ¶ Versu 11. Cadent super eos carbones, in ignē deiicies eos in miseris non subsistent. Quidā aliter hunc versum distinguunt, hoc modo, Cadent super eos carbones in igni: id est, carbones ignis vel igniti, deiicies eos in miseris: ac deinde, non subsistent: id est, non stabunt cum beatis, non resurgunt ad gloriam, sed tollentur ne videāt gloriam Dei, & proicientur in tenebras exteriores. Vtraque distinctio bonam habet intelligentiā. Hieronymus verō ex Hebræo sic vertit, Cadent super eos carbones ignis, deiicies eos in foueas, vt nō consurgant: i. vt nunquam inde queant exurgere, vt nunquam possint inde emergere. Chal. autem Paraph. nostram lectionem pulchre explicat, his verbis, Cadent super illos carbones de calo, in ignem & in gehennam præcipitabis eos, & in foueas illaqueationis, vt nō resurgant ad vitam aternā. ¶ Versu 12. Virum iniustum mala capient in interitu. In Græco est verbum *διπλοῦν* quod significat venari: propter quod, hic est sensus, Virum iniquū mala venabuntur, vel quasi venatione capiēt in interitu, vel mala venationem instituent contra impium, aut sicut venando persequentur impium ad interitum, videlicet eum iugiter insequendo & impellendo, donec detrudant in interitum ignis aterni. Et eadem hęc sententiā in Hebræo indicatur. Vnde Chal. Paraph. hanc venationem sic exprimit, Virum prauum & malignum venabitur angelus mortis, & detrudet in gehennam.

IN PSALMVM CXL.

Versu 2. Dirigatur oratio mea, &c. Pulchre hunc locū explanat lectio Chaldę Para. Dirigatur domice oratio mea sicut suffimentū aromaticū corā te, eleuatio manū mearū in orationē sicut munus suauē vel oblatio suauis, quę offertur in vespere. ¶ Versu 3. Pone dñe custodiā ori meo, & ostiū circumstantiæ labiis meis. Felix, Pone domine custodiā ori meo, custodiā super ostiū labiorū



meorum: quod eandem cum nostra lectione sententiam. Idē enim est poni labiis ostium circumstantiā, quod poni custodia super ostium labiorum. Vtrunq; nō aliud significat quā linguę refrenationem, & labiorum custodia, vt nihil eloquatur lingua, nihil egrediatur labia, quod nō deceat egredi per os iusti. Verti etiā potest, Pone custodia super elevationem labiorū meorum, quod simpliciter in sententiā iam expositā potest accipi, Pone custodia super aptionem labiorū: vel vt significetur custodia super exaltationem labiorū: hoc est, preseruatō a verbis superbia. Tunc enim modo quodā elenatur labia cum superba loquuntur. B. autem Hieronymus neque ostium vertit neq; elevationem, sed paupertatem. Serua (inquit) paupertatē labiorum meorū: hoc est, custodi labia mea in paucitate & raritate sermonis, vt nō sint ad effutendū quęlibet nimīū facilia. Nam in multiloquio (vt sapiens ait) non deest peccatum. Et Iacobus apost. docet, tardos debere nos esse ad loquendum, sicut & ad irascendū. Provenit autē diuersitas ista ex æquiuocatione nominis Hebraici dal, quod si accipiat pro delectatione per se p̄cta, vt p̄ apocōpē vltima assumpta litera, & p̄ctis sex in vnū patha commutatis, significat ostiū, vt vertit Felix. Si autē dal accipiat vt descēdens a verbo dalah, quod significat eleuauit, sustulit, eleuationē significat. Significat eadē dicitō dal, hominē pauperem, miserum, inopem, tenuem, & quasi exhaustū: quā significationē insequutus est Hiero. ¶ Versu 4. Nō declines cor meum in verba malitię, ad excusandas excusationes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatem, & nō cōmunicabo cum electis eorū. Hier. Nō declines cor meū in verbum F malum, voluere cogitationes impias cum viris operantibus, neq; comedere in deliciis eorum. Quę lectiō per se facilem habet intelligentiam. Comedere autem in deliciis impiorum, intelligimus frui eidem quibus impii voluptatibus. ¶ Versu 6. Oleum autē peccatoris nō impinguet caput meum. Hieronymus pro oleo peccatoris, vertit oleū amaritudinis. Oleū (inquit) amaritudinis nō impinguet caput meū. Idem autem est quod ille oleū amaritudinis, & nostra lectiō oleū peccatoris appellat. Blanda enim aduatio, qua peccatores solēt (potissimū principibus atq; magnatibus) adblāditi verę amaritudinis oleū est, quouis felle amariū, & quouis pei? toxico, quo subuertitur corda hominum. Felix autē totū hunc versum lōge aliter vertit, in hunc modum, Percutiet me in istis misericordia, & redarguet me, oleū capitis nō prohibebit caput meum. Quod sic intelligitur, Si me percussit iustus, erit hoc mihi benignitas, erit beneficium, erit misericordia talis percussio qua verberat charitas: & si me redarguerit, erit hoc mihi oleū capitis, quasi oleū boni odoris super caput: ita scilicet me refocillabit, & vires mihi restaurabit, atq; ideo caput meū nō prohibebit tale oleum, ob hoc quia tā vtile est corripit a iusto, nolo fugere corruptionē iustorū, nolo caput subtrahere, sed libēter volo suscipere. Pro oleo autē capitis, verti potest oleū primū, præcipuū, ex limiū: & significabitur correptio viri iusti esse quasi vnguetum preciosissimū. Causa autē huius diuersitatis, vt Hieronymus vertat oleū amaritudinis, Felix oleum capitis: aliis, oleū primū, ex æquiuocatione est dictionis Hebraica ross, per alech in medio. Significat enim caput, vnde transfumitur ad significandū primū, summū, præcipuū, eximīū. Est & aliud eius significatum, fel, amaritudo, toxicum quā sequitur Hieronymus. Idem & in Psalmi præcedentis versu 10. vsouenit, vbi nos habemus caput circuitus. Nam Felix principem vel præcipuum vertit, Hieronymus amaritudinē, vt supra ostendimus. Pro illo quoque, Nō impinguet caput meum, quod habet cum nostra lectione Hieronymus: & quod Felix vertit, Nō prohibebit caput meū: verti etiā potest, Nō franget vel conteret caput meū: estque sensus, Oleum illud correptionis iusti nō mihi caput cōteret, nō malum erit mihi aut infalubre, imō potius cōfortabit, & reparabit mihi vires. ¶ Versu 7. Absorpti sunt iuncti petrae iudices eorū. Id ex Hebræo vertit ferē iuxta modum nostre lectionis Hieronymus, Sublati sunt iuxta petram iudices eorum. Felix autē in textu sic habet, Distrabantur super acumina lapidū iudices eorum. Quibus verbis quidā per figurā dicunt optari, vt principes errorū super loca saxosa distrabantur, & quasi scindantur a cutis petris: id est, crudeli supplicio intereant, vt illis iusto supplicio perēptis, simpliciores quos illi in seductiōe tenebāt, verba veritatis audiāt, quę sunt potētia. Quam sententiam clarius alii sic exprimunt, Præcipitentur in locis petrae, vel in locis saxosis: id est, in rupibus principes eorum. ¶ Versu vltimo, Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego, donec transeam. Secus in Hebræo legitur. Nam Hieronymus sic vertit, Incident in rete eius (nempe dia H boli, qui est malorum caput: vel in rete impietatis) impii simul: id est, impiorum vniuersitas, vt nec vnus rete illud mortis effugiat: ac deinde separatim adiicit, Ego autem transibo: id est, ego euadam rete illud impiorū trāsibo de vita hac mortali ad vitā nunquam intermōrituram: quemadmodum in alio Psalmo dicitur, Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Felix aliquanto obscurius, sed in eandem penitus sententiam, sicut legit, Cadent in retia eius impii simul, donec ego transeam. Vel sic, Ego in æternum transibo, vel ego donec transeam. Quidam verō dictionem iachad (quę significat simul) iungunt cum sequentibus, & aliter dictionem ad peram, quę significat vsque vel donec, accipiūt pro semper: quemadmodum non est inconuetum vsque pro semper accipere, vertuntque in hunc modum, Cadent in rete eius peccatores: ac deinde, Simul ego vsque trāsibo: id est, perpetuō effugiam illa scilicet peccatorum retia. Chal. Paraph. sic habet, Singularis sum ego donec tempus transeat.

## IN PSALMVM CXLI.

¶ Versu 5. Considerabā ad dexterā, & videbā, & nō erat qui cognosceret me. Hiero. & Felix per imperatiū vertūt, hoc modo, Respice ad dexterā, & vide, quia nō sit qui cognoscat me. Vbi dño pponit suā derelictionē: quasi dicat, Et tu vides, q̄ præter te nemo adsit mihi in auxiliū, neq; (vt in sequen-

ti versu dicitur) patet mihi fuga, vt fugiendo me saluem: propter quod, ad te solum me potentem liberare clamo pro auxiliō. ¶ Versu 10. Educ de custodia animam meam. Quod in Hebræo ponitur vocabulum pro custodia, deicēdit à verbo sagar, quod significat clausit. Vnde nomen illud clausuram significat, vel carcerem aut locū custodiā, in quo quis concluditur quasi in carcere. Vnde Hieronymus vertit, De carcere: & Felix, De carcere vel de clauso. Vltima autem particula, Me expectat iusti, donec retribuas mihi, variē transfertur, Hiero. sic vertit, In me coronabuntur iusti, cum retribuēris mihi. Quod faciliē habet intelligentiā cum de Christo exponitur. In Christo enim tanquam in auctore, & primaria causa salutis omnium, iusti coronati sunt, suam acceperunt gloriam & claritatem: per illius passionem mortem & resurrectionem consecuti sunt ipsi coronam suę glorię, quam prætolabantur, ad quam sine eo pertingere nō poterant, donec suam retributionem ipse accepisset: id est, donec post passionem resurrexisset à mortuis, intrassetque in patris gloriam. Si verō ad vnum quemlibet in istum referatur, ita debet intelligi, Quam retribuēris mihi: id est, cum bene feceris mihi, me videlicet educendo de carcere angustię, tunc in me coronabuntur iusti: id est, in modum coronę congregabuntur circum me, quasi congratulantes mihi, & exultantes de mea liberatione, quę modum fieri solet erga huiusmodi qui de magnis euaserunt periculis. Quam sententiā apertius habet versio Felicis, Me circundabunt iusti, cum retribuēris mihi. vel in me facient coronas iusti: quod alii vertunt, Circuncingent me iusti, eo quod benefeceris mihi. Consentit & quod habet Paraph. Chal. Ob gratiam mei facient tibi coronam laudis iusti, quoniam reddes retributionem bonam super me.

## IN PSALMVM CXLI.

¶ Versu 4. Anxius est super me spiritus meus. Hiero. Anxius fuit in me spiritus meus, in medio mei sollicitum fuit cor meū. Felix, Mcerore affectus est in me spiritus meus, vel inuolutus est, siue opertus est anxietate: ac deinde. Intra me desolatū vel obstupefactū est cor meum. Idem hæc omnia sonat quod vulgata nostra lectiō. Videtur autem illud quod habet nostra lectiō, super me, accipiendum pro, in me: quāq; & aliter accipi potest, vt valeat, de me, vel pro me: vt sit sensus, Anxius fuit de me, vel pro me spiritus meus, videlicet ne ab inimicis cōp̄tenderer, & in mortem abducerer. ¶ Versu 6. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. In Græco est ἡ ἐρημὸς .i. terra in aqua, vt verti solet. Intelligitur terra siticulosa, destituta humore. Vnde Hier. Aia mea sicut terra sitiēs ad te. Alii, terram torridā vel lassam, nimia scilicet destituitione humectantis aquę, legunt. Omnia in enndē sensum cōcurrunt. ¶ Versu 11. Domine ad te confugi. Loco verbi cōfugi, in Hebræo ponitur Kifath per sameth daggefatū, quod significat occultauit, celauit, abscondit, operuit, textit, & similia. Hier. vertit, Domine a te protectus sum. Felix, ad te abscondi, celauit. i. te posui pro operimēto meo, vel pro redēptione mea, vel ad clamam in occulto, vel in te, siue apud te celauit vel abscondi, supple omnia mea. Alii vertūt, ad te vel apud te latui, apud te me abscondi. Alii, ad te occulte cōfugi. Chal. Paraph. habet, Verbū tuum constitui redemptionem meā. Hęc ferē omnia nostra lectiō maiori claritate complectitur, dicens, Domine ad te confugi, vt scilicet apud te absconderer ab hostibus meis.

## IN PSALMVM CXLI.

¶ Versu 3. Qui subdit populū meū sub me. Hier. Qui subiecit populos mihi: Felix, Qui protegit populū meū sub me: vel, Qui dilatat, ampliat, vel qui extēdit populos sub me, vel qui comprimat populos sub ipso. ¶ Versu 4. Domine, quid est homo quia innotuisti ei? Hier. Domine, quid est homo quia agnosci eum? Similiter vertit Felix, & eadem pene sententia est. ¶ Versu 7. Fulgura coruscationē. Hier. Mica fulmen: Felix, Emitte fulgur: alii, Fulminatōe fulmina, vel eiaculare iulmina, ¶ Versu 14. Filie eorū composite, circūornate vt similitudo templi. Hier. Filie nostre quasi anguli ornatī ad similitudinē templi. Felix, Filie nostre velut anguli tessellati, aut secti, vel dolati ad similitudinē templi. Quod sic exponit, Sicut anguli qui videntur ita bene cōpositi & ornatī, vt præ magnitudine sectionis & ornamentī aliquid pulcherrimum ostendere videantur, admodum circūornate sunt. Clarius verti posset, Sicut anguli ad iū admodū expoliti. In angulis enim summa cura prospicitur, vt bona sit compositio, & nullus appareat hiatus, neq; sit deformis cōiunctio. ¶ Versu 15. Promptuaria eorū plena, eructantia ex hoc in illud. Hiero. Promptuaria nostra plena, & iūperfundentia ex hoc in illud. Felix, Anguli nostri (id est anguli domus nostre vel promptuaria) pleni, super effundentes de specie in speciem. i. adeo sunt abundantes, vt copiose præbeant, & quasi effundant diuersas species ciborū atq; omnium rerum necessariarū. Vel sic, Superfundētes de tempore in tempus. i. cum nouę fruges superuenerint plenę erunt domus, siue cellaria frugibus anni præteriti. ¶ Versu 16. Oues eorū cætose abundantes in egressibus suis. Hiero. Pecora nostra in milibus, & innumerabilia in compitis nostris. Felix, Oues nostre milia producētes, & centenaria milia generantes in vicis nostris. Ex Hebræo ad verbū sic posset transferri, Pecora nostra millificantia & myriadificantia. i. facientia milia & myriades siue centū milia. Pulchre autē istud nostra translatio simpliciter explicat, dicēs, Oues eorū cætose. In eo autem quod sequitur, Boues eorū crasse, potest crassities intelligi pinguedo. Vnde Hieronymus vertit, Tauri nostri pingues, vel grossities mēbro-ram ad declarationem roboris. In quā sententiā vertit Felix, Boues nostri fortes, portantes onus. ¶ Versu 17. Non est ruina maceris neq; transitus. Hiero. Non est interruptio, & non est egressus, & nō est vlulatus in plateis nostris. Cuius potest esse sensus, Nihil cōfringitur nobis, nihil egreditur, nihil fugit, nihil deperit nobis, sed permanēt salua & illeša omnia nostra. Felix autē sic habet, Nō est cōfractio, & non est faciens abortiuū: id est, nihil nobis cōfringitur, neq; abortiuos fect? pariūt pecora nostra. Alii, interruptionem illā vel cōfractiōnē intelligunt hostiū impetuosam atque vio-



lentam interruptionem, siue perruptionē per muros, & per egressum intelligunt emigrationem vel abductionem in captiuitatem: quasi dicant, Nos securē agimus, non laceſsimur ab hostibus, non perrupunt in fines nostros, neq; captiuus vllus abducitur, in medio terrę habitamus pacifici, nemo nobis nocere tētat, adeo vt nec clamor vllꝝ tumultuosus aut seditioſus audiatur in plateis nostris.

IN PSALMVM CXLIII.

¶ Versu 3. Et magnitudinis eius non est finis. Notandum quōd dictio qua in Hebræo ponitur pro fine, fit à verbo chakar, quod significat probauit, expertus est, perquisiuit, inuestigauit, explorauit. Vnde hoc loco verti potest, Magnitudinis eius non est exploratio, perquisitio, inuestigatio, probatio, vel inuētio, vt vertit Hier. Quid aut aliud est, Magnitudinis eius nō est finis? ¶ Versu 4. Generatio & generatio laudabit opera tua. Hier. Generatio ad generationē laudabit opera tua. Felix, Generatio generationi laudabit, &c. Hoc est, vna alteri laudando prædicabit, sicque in omnibus generationibus laudabitur opera tua, qui est sensus nostræ lectioſis. ¶ Versu 15. Alleuat dominus oēs qui corruūt, & erigit omnes elisos. Hieronymus, Sustētat dominus omnes corruentes, & erigit omnes iacentes. Similiter fere vertit Felix, & est eadē cum nostrā lectioſe sentētia. ¶ Versu 17. Implet omne animal benedictioſe. Hieronymus, Implet omne animal refectione. Quod enim nostrā lectioſe benedictioſe, ipse ex Hebræo refectionē appellat. Nomina quidem diuersa, res autē eadem est. Nostra enim refectione, Dei benedictioſe vel bonitas est. Id est ex Dei benedictioſe & liberali bonitate procedēs.

Psal. 103. Felix dicit verti etiā posse, Implet omne animal benigna volūtate, quod id est eū quod in Psal. 103. dicitur, Omnia implebūt bonitate. Nā refectione corporis nostri ex Dei bona volūtate (vt iam dictū est) procedit, Potest enim cum vult claudere manum, & auertere faciem, ita vt cibi defectu peareant viuētia. Quidam etiā sic vertunt, Satiā vel implet omnīū animalium volūtatē. Vel, Satiā omnia animalia iuxta desiderium: hoc est, Vnicuiq; secundū quod desiderat, pabulum conueniens & sufficiens præbes.

IN PSALMVM CXLV.

¶ Versu 2. In filiis hominū, in quibus non est salus. In Hebræo est numerus singularis, In filio hominis, cui non est salus, vel quoniam non est ipsi salus vel cuius non est salus: hoc est, cui nō cōuenit vel cuius non est, ad quem non spectat, saluare: quem admodum Psalmo 3. dicitur, Domini est salus, vel domino est salus: hoc est, Dei est saluare, salutem præstare Deo competit. Totus quoque versus sequens tertius per numerū singularem in Hebræo legitur, hoc modo, Exhibet spiritus eius, & reuertetur in humum suam, in illa die peribunt cogitationes eius. ¶ Versu 7. Dominus erigit elisos. Hieronymus vertit allisos. Felix, collapsos vel recuruos vel collisos.

IN PSALMVM CXLVI.

¶ Versu 1. Laudate dominum, quoniam bonus est psalmus, Deo nostro fit iucūda decorāque laudatio. Secus aliquando in Hebræo legitur. Hieronymus sic vertit, Laudate dominum, quoniam bonū est canticum Dei nostri, quoniam decorū est pulchra laudatio. Felix, Laudate dominum quoniam bonū est psallere Deo nostro, quoniam iucūdum, decora est laus, aut formosa siue decēs. ¶ Versu 2. Dispersiones Israelis cōgregabit. Hierony. vertit eiectos Israel. Felix similiter, vel propulſos: hoc est, exules, & à propria patria extorres, à patriis translatos sedibus in captiuitatē, qui iidē in lectioſe vulgata vocantur dispersio Israelis: id est dispersi ex Israel. ¶ Versu 3. Et alligat contritiones eorum. Ita nobis uertit Hieronymus. Felix autem, Et lenit dolores illorū, vel emplastris illinit aut obligat (vt solent facere chirurgi) vulnera eorū. ¶ Versu 4. Omnibus eis nomina vocat. Hieronymus, Omnes nomine suo vocat. In eandem sententiam Felix, Omnes illas nominibus vocabit. Sententia cum nostrā lectioſe satis recte cōuenit, & quod habet nostrā lectioſe non minus commode ex Hebræo verti poterat.

IN PSALMVM CXLVII.

¶ Nota, quod Psalmus iste apud Hebræos absque diuisione cōtinue annectitur præcedēti, vt ex duobus fiat vnus, atque ita diuersitas numeri, quo à psalmo nono Hebræi in sua cōputatione semper vnitatem vna antecedeabant Græcos atque Latinos, iā hic terminatur, vt subsequatur proxime psalmus tã Hebræis quàm Latinis sit futurus in ordine ceteris quadragesimo octauus. ¶ Versu secundo, Quoniam confortauit feras portarū tuarum. Hieronymus pro feris veſtes legit, similiter Felix. Sententia eadem est, ciuitatem Dei bene munitā atque firmatam esse, vt non possit hostis irrūpere. In eo quoque quod sequitur, Benedixit filiis tuis in te, Hieronymus vertit, in medio tui, & Felix, in medittullo tui, aut in medio tui, vel in visceribus tuis, Omnia idem sonant. Et in versu sequenti, pro plurali in Hebræo est singulare, hoc modo, Qui posuit terminū tuum pacem: id est, Qui terminum tuum vel fines tuos pace donat, vel in pace circumdat. In quinto autem versu, pro nebula pruina ponitur, inter quæ non ita multa est diuersitas: quoniam ferē nebula frigida & humida in pruina resoluitur, quemadmodum nubes aquosa in pluuiam. ¶ Versu 6. Mittit crystallū suam sicut bucellas: Felix, sicut fragmēta, Et in eo quod sequitur, ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Hieronymus vertit, stabit: Felix, permanebit. In versu autem septimo, vbi nos habemus. Emitte verbum suum & liquefaciet ea, &c. Hieronymus in eandem sententiam, Mittet verbum suum, & soluet illa, spirabit spiritu suo, & fluent aquæ. Et penitus eandem lectioſem sernat Felix. Alii verò ita legunt, Mittet verbum suum, & sanabit eos, videlicet à nimio & intolerabili frigore infirmatos: quemadmodum & in alio psalmo dicitur, Misit verbū suum, & sanauit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum: ac deinde, Quiescere faciet vel sedere faciet spiritum suum, & fluent aquæ: hoc est, spiritum suum faciet permanentem accipere habitationem in electis, & fluent aquæ, &c.

Psal. 106.

IN PSALMVM CXLVIII.

¶ Versu 3. Laudate eum omnes stellas, & lumen. In Hebræo non interponitur coniuſtio & sed absque coniuſtione dicitur, Omnes stellæ luminis: hoc est, omnes stellæ lumine, vel lucētes in firmamento. ¶ Versu 5. Quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Prior pars illa, ipse dixit, & facta sunt, hoc loco nō habetur in Hebræo. Videri potest in codicibus Græcis atque Latinis ex psal. 32. huc adducta, vbi ambæ hę partes secundū eundem hunc ordinem in eodem versu iunguntur. ¶ Versu 8. Ignis, granis, nix, glacies, spiritus procellarū. Pro glacie in Hebræo est vapor, aut exhalatio, aut fumus. Dicitio nanq; in Hebræo posita, venit à verbo Keter, quod significat suffumigauit, vel euaporauit, vel exhalauit. Vnde dictio illa vaporē vel potius exhalationē siccam videtur significare. ¶ Versu 13. Cōfessio eius super cælum & terrā. Hieronymus, Gloria eius in cælo & in terra: id est, magnificentia eius vbiq; reluet, videlicet tam in cælo quàm in terra. Felix verò ad sententiam nostrā lectioſis vertit, Confessio, decor, laus, vel celebratio eius super cælū & terram.

IN PSALMVM CXLIX.

¶ Versu 3. Laudent nomen eius in choro. Dicitio Hebraica machol, per heth in medio, ambigūe significationis est. Plerunq; enim chorū significat, vt habet nostrā lectioſe: & quomodo tam hic quàm in sequenti psal. vertunt Hieronymus & Felix. Interdū tamen & tibiam inuenitur significare, vnde verti hoc loco etiam possēt, Laudēt nomen eius in tibia. Neq; hoc proposito male conueniret, quandoquidē & alia possēt adiciuntur instrumenta musica, cū subiungitur, in tympano & psalterio psallant ei. Pro psalterio autē, Hieronymus & Felix citharam vertunt. ¶ Versu 4. Quia beneplacitū est domino in populo suo. Hieronymus, Quia complaceat sibi dominus populo suo. Felix, Quia diligit dominus populum suum, vel quoniam vult dominus populū suum. Pro eo aut quod sequitur, Et exaltauit manus et in salutē, Hieronymus vertit, Exaltabit mansuetos in Iesu, quod intelligi potest in salutari, vel in saluatore Christo. Per illū nanq; erit omnis nostrā exaltatio. Felix autem vertit, Glorificabit mansuetos in salute, vel pulchros reddet, aut coronabit in salute. Omnia eandē habent cum nostrā lectioſe sententiā. ¶ Versu 6. Exultationes dei in gutture eorum. Videtur hoc loco nō esse legendū, vt vulgō legitur per u, sed per a, exaltationes, id quod tam Hebræo quàm ex Græco fit manifestū. Nam in Græco est ὑψώσεις, quod citra controuersiam significat exaltationes, non exultationes. Nomen quoq; Hebraicum à verborum descendit, quod est extulit vel excitauit. Quare exultationes ex Hebræo verti debet. Significantur autē per exaltationes, laudes, quoniam qui laudat, exultat: & qui exultat verbis, laudat. Vnde Felix vertit exaltationes vel laudes. Vnde est manifestū secundū sententiā parū referre, siue legamus exultationes siue exaltationes, quoniam laudes illæ vel exaltationes sanctorū nihil aliud quàm exultationes sunt. Cōsimilem annotationē posuimus in psalmo 65, cum dicitur, Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea: pro quo vulgō non bene legitur exultauit per u, cum sit exaltaui, vt in annotationibꝝ psalmi illius inuenies declaratū. ¶ Versu vltimo, Vt faciant in eis iudicium conscriptum. Chal. paraph. habet, Vt faciant in eis iudicium quod scriptum est in lege. Quod videtur literam illam sonare intelligentiam, quæ à nobis vltimo loco in principalibus annotationibus tantum est indicata, non approbata.

IN PSALMVM CL.

¶ Versu 1. Laudate dominum in sanctis eius. Hieronymus, Laudate dominum in sancto eius. Nam in Hebræo singularis numerus ponitur. Quod si accipiatur secundum genus masculinum, intelligitur in Christo, qui est sanctus sanctorum, spiritu accepto non ad mensuram, sanctificatus non ad mensurā. Si verò secundū genus neutrum accipias, intelligi potest in sanctuario, vel in loco sancto suo. i. in cælo. Vel in sancto, pro in sanctitate, quomodo vertit Felix, Laudate dominū in sanctitate eius. Simile quid diximus in psal. 59. vbi dicitur, Deus loquutus est in sancto suo, quod exponi potest, in sancto filio suo, aut propheta, vel in sanctuario suo, vel in sanctitate sua. ¶ Versu 3. Laudate eum in sono tubæ. Hieronymus, in clangore buccinæ: item & Felix, vel in pulsatione cornu. In sequenti autē versu, vbi dicitur, In tympano & choro: verti etiam potest ex Hebræo (vt in annotationibus psalmi præcedētis diximus) in tympano & tibia. Pro eo autē quod nos legitimus, In chordis, in Hebræo est dicitio minimis, qua Felix dicit significari musicū instrumentū nobis incognitum. Significat autē dicitio illa Hebraica idem quod genera. Vnde opinantur quidē fuisse aliquod instrumentū in quo plura genera musicorū instrumentorū simul resonabant, quemadmodum nunc in organis nostris plura musicorū instrumentorū genera audiūtur. ¶ Versu vlt. Laudate eum in cymbalis benesonantibus. In Græco est vna dicitio ὀργανοί, i. sonoris, benesonantibus. i. quę sunt boni soni, quod vnica dictione Latinē dicimus sonorum, ita vt longe possit audiri, atque ita vertit Felix, In cymbalis sonoris, adiciens etiam verti posse, in cymbalis auditis, eo quod tam magnum sonū faciant, vt audiātur à longinquo. Vltimā autē clausulam Hieronymus sic vertit, Omne quod spirat, laudet dominū. Felix, Omnis animalis laudet dominū. i. omne quod animā aut vitam aut esse habet, laudet dominū. Ita enim potentissime, sapientissime, optime Deus, decet laudem tibi dari ab omni creatura quæcūq; subsistit, quæcūq; à tuo plenissimo essentia fonte, taquam guttula minutissima defluxit. Præ omnibus verò & super oēs, debitores sumus nos rationales creature tuæ, in quibus super creata omnia magnificasti vehementer sanctā misericordiā tuam. Quam etiam supplices oramus ita nostrā formare corda, ita nostras animas dirigere, vt in tuo semper beneplacito viuētes, vita, lingua, & animo, secundū laudem perfectam te laudemus, ex hoc nunc & vique in æternā secula. Amen.

FINIS.